Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 1 Estante 1 Plúteo 1

39,6

TOMVS
QVINTVS ET VETERIS
MVSAEPERVM DIVITIO

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS QVINTVS ET VLTIMVS OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPIscopi Constantinopolitani, variorum argumentorum, in quo Exegematica quædam, item Didactica ac Parænetica, Apologeticáque complectuntur.

Quorum seriem ex sequenti pagina cognosces.

BIBLIOTHECÆ COLLEGII FRANCISCI SOCIETATIS JESU IHS



Esta conforme al expurg. de 1707.
Por comission del S.to Off.o
Ihs
Fran.co de Olague.

PARISIIS,
Es del Coll.o R.l de Loyola i su librería.
Apud Gulielmum Merlin in ponte Numulariorum,
ET
Sebastianum Niuellium sub Ciconiis, via Iacobæa.
1570.

A. N. R.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD POPVLVM ANTIOCHENVM,

Homiliæ, LXXX, quarum argumenta sequuntur.
1 Vino modico vtendum. columna 1
2 De Theodosij magni imperatoris pij imaginũ subuersione, & in dictum apostoli, Diuitibus huius seculi præcipe &c. columna 15
3 De legatione Flauiani episcopi pro ciuitate & de detractione. 26
4 De patientia & tolerantia, & de abstinentia à iuramentis. 35
5 Quod mors non timẽda, sed peccatum, & de iuramentis omni studio fugiendis. 43
6 Quod vtilis est principum timor, & de iuramentorum custodia. 53
7 Quod tristitia ad peccati destructionem vtilis, de creatione, & de fugiendo iuramento. 61
8 Ad virtutem exhortatio, & de fugiendis iuramentis. 66
9 De superstitione, & de non iurando, & de auscultatione verbi post cibum. 70
10 Contra gentiles enarratio, & de euitando iuramẽto. 76
11 Gratiarum actio ad deum. 83
12 De creatione hominis. 90
13 De mutatione tristiũ, & de hominis creatione. 98
14 De populò liberato ab omni angustia, & de iuramentorum abstinentia. 103
15 De calamitate ciuitatis Antiochiæ. 111
16 De seditione eiusdem ciuitatis. 118
17 Ad magistratus à Theodosio imperatore missos, pro inquirendis statuarum euersoribus. 125
18 De ieiunio, & in illud apostoli, Gaudete in domino semper. 132
19 Ad homines agros colentes. 138
20 De regis cum ciuitate reconciliatione. 146
21 Catechesis ad illuminandos, de mulieribus se sertis & auro ornantibus & vaticinia, & incantationes sectantibus. 154
22 De pœnitentia, continentia, & virginitate. 162
23 Quod Christianũ oportet vitam rectã habere. 177
24 De optima conuersatione. 182
25 De vita recta. 186
26 Quod ex minimis incipienda virtus. 191
27 De iuramentorum abstinentia. 196
28 De fugiendis iuramentis. 200
29 Contra irascentes. 203
30 De ira. 206
31 De ira, & longanimitate & mansuetudine. 211
32 De eleemosyna & misericordia. 214
33 Quòd ars est eleemosyna, & omnium artium quæstuosissima. 216
34 Quòd oportet multum circa dei desiderium studium habere, & de eleemosyna. 221
35 37 De eleemosyna & misericordia. 226. & 234
36 Quod magnum est bonum dimittere peccata in nos peccantibus, & de eleemosyna. 230
38 De humilitate & quiete. 238
39 De humilitate, & quod præsentia, quasi nõ sint cõtemnenda. 243
40 De pœnitentia, & quod non oporteat de seipso lapsum desperare. 247
41 De pœnitentia, & quod magnum bonum est propria peccata agnoscere. 251
42 Quomodo propriæ animæ curam oporteat habere, de oratione, & pœnitentia. 255
43 De vana gloria & ambitione. 261
44 De liuore & inuidia. 264
45 De inuidia & liuore. 267
46 Quod semper oporteat peccatum habere in memoria. 271
47 Quod supplicio peius est dei regno ptiuari, & de iudicio. 275
48 De tremenda iudicij die, & de dilectione dei. 280
49 De iudicio & auaritia, quæ non ex magnitudine, sed ex voluntate iudicatur, & de his qui gehennalem pœnam non credunt. 284
50 De his qui gehennales pœnas credere nolunt, & de iudicio. 289
51 De concordia & charitate, & de benefaciendo calumniantibus. 294
52 In mansuetudine Christus imitãdus, de malorum obliuione, & quod in virtute positum lædere nihil potest. 297
53 De charitate secundum deum, & inuido. 301
54 Contra eos qui ebrietati & deliciis vacant 306
55 Contra luxuriantes & deditos deliciis & de præsentis seculi consummatione. 311
56 De monachorum vita. 316
57 De eadem, & de iudicio. 319
58 De vita monachorum, & scripturarũ lectione. 324
59 De beneficio quod indigentibus exhibetur, & de vita monachorum. 328
60 De sumentibus indigne diuina sacramenta. 331
61 De sacrorum mysteriorũ participatione, & quod communicare nolens nec orationi dignus est interesse. 336
62 Vtiles esse tentationes, & de tribulationum sufferentia. 341
63 Ob amorem Christi omnem oportere tribulationem sufferre. 346
64 Maximum in tribulationibus lucrum gratiarum actio. 350
65 Deo gratias agere debemus, & quod nihil graue præceperit. 353
66 Regnum cœleste absque tribulationibus & laboribus acquiri non posse. 356
67 Hic affligi, peccatorum exhibet remissionem. 361
68 Infestantem magnanimiter ferre propter deũ, maius est, quàm benefacere. 365
69 Peccatores lugendi viuentes & mortui. 368
70 Pro defunctis non lugendum, sed orandum potius. 372
71 Nihil prodesse ieiunium, si reliqua desint merita, & de oratione. 375
72 Dei beneficia cogitare maximum sacrificiũ & de ieiunio. 379
73 De sanctæ quadragesimæ ieiunio, & quod torpentibus nobis nulla excusatio. 382
74 Vtilem esse paupertatem. Tomo 1
75 In id Euangelij secũdum Matthæum, cum vidisset Iesus turbas. Tomo 2
76 In Euangelicum illud, domine quoties peccabit in me frater meus. Tomo 2
77 Quòd ad finem vsq; stantem concidere nõ oportet, neque lapsum desperare. 386
78 Melius esse iniuriam pati, quàm inferre. 390
79 De oratione, 393
80 De pœnitentia, 399

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIDACTICA ET PARÆNETICA.

De sacerdotio Lib. VI. 409
De compunctione cordis Lib. II. 478
De prouidẽtia dei ad Stagirium monachum, Lib. III. 505.
De providentia vel fato, Sermones VI. 565
De orando deum, Lib. II. 586
De laude dei, sermo. 596
De amore dei, & tolerantia in aduersis, Ser. 600
De gratiis deo reddendis, non solum verbis, sed etiam operibus, Sermo. 603
De oratione dominica, Homilia. 607
In symbolum Apostolorũ expositio, Homiliæ. II. 609
Ad neophytos, Homilia. 614
Ad baptizandos, Homilia. 618
De militia spirituali, Homilia. 625
De militia Christiana, Homilia. 628
De eruditione disciplinæ, Homilia. 631
De turture & Ecclesia, Homilia. 633
Quòd nemo lædatur, nisi è semetipso, declamatio. 637
De virtutibus & vitiis, oratio. 653
De charitate, quæ cuncta dirigit & perficit, Ser. 663
De mansuetudine, Sermo. 664
Diligamus omnes, etiam persequentes, Sermo. 669
Vt benedicamus maledicẽtibus, Christi & sanctorum exemplo, Sermo. 671
Ne scandalũ cuiquam fratrum ponamus, Sermo. 672
De malis à nobis euertendis, Sermo. 675
De nequitia depulsa, & virtute inducta, Sermo. 678
De excludenda vitiorum memoria. 682
Carnis concupiscentias ne sectemur, Sermo. 684
Virtutibus progenitorum ne confidamus, neque vitiis eorum trepidemus, Sermo. 688
Contra desperationem & superbiam, Sermo. 690
De tarditate bene operandi, ne desperemus, Ser. 691
De nulla regni spe vel honoris, sed amore & charitate ingenti, Sermo. 694
De inanis gloriæ cupiditate, Sermo. 696
Contra luxum & crapulam, Sermo. 700
Contra gulam & cæteras voluptates, Sermo. 703
De leuium peccatorum periculis, Sermo. 707
De vanitate & breuitate præsentis vitæ, Sermo. 709
De pœnitentia, Homilia. X. 712
De pœnitentia, Sermo. 766
De pœnitentia & confessione, Sermo. 769
De confessione peccati, Sermo. 773
De ieiunio, Sermones duo. 774
De eleemosyna & hospitalitate, Sermo. 781
De misericordia, Sermo. 784
De misericordia, & duabus mulieribus viduis, Homilia. 788
De dispensatione rerum tuarum per teipsum faciẽda, & vita monachorum, Sermo. 791
Ne scrutemur pauperes curiose, Sermo. 795
Oratio calendis habita contra eos qui nouilunia obseruant, & in dictum apostoli: omnia in gloriã dei facite. 798
Quum presbyter esset designatus Ioannes Chrysosto. de se, ac de episcopo, déq; populi multitudine, Sermo. 805
De expulsione sancti Ioannis Chrysostomi, Homilia. 810
Post reditum prioris exilij, Homilia. 813
De regressu sancti Ioannis de Asia Cõstantinopolim, Homilia. 814
Quum Sartoninus & Aurelianus acti essent in exiliũ, & Gainas egressus esset à ciuitate, & de auaritia, Homilia. 817
De recipiendo Seueriano. 821
Seueriani episcopi de pace, Sermo. 823

EPISTOLÆ SEPTEM.

Innocentio episcopo Romano. 824
Ad eundem Innocentium. 828
Cyriaco episcopo exuli. 829
Ad episcopos & presbyteros ob pietatem carcere inclusos. 831
Ad Theodorum lapsum paræneſis prior, vel, de reparatione lapsi. 833
Ad Theodorum monachum. 859
Ad Olympiam fœminam illustrem. 866

APOLOGETICA.

Contra Gentiles Babylæ episcopi & martyris vitam continens, Lib. I. 880
Aduersus Iudæos, Orationes. V. 943
De incomprehensibili dei natura, contra Anomœos, Homiliæ. V. 978
De anathemate, Sermo. 1019
Aduersus Gentiles demonstratio, quòd Christus sit deus. 1023
Contra Anomœos, Sermo. 1043
Aduersus Hæreticos, Sermo. 1047
Contra Iudæos, Gentiles & Hæreticos, Sermo. 1051
De comparatione regis & monachi, Lib. I. 1071
Aduersus vituperatores vitæ monasticę, Lib. III. 1063
In Eutropium, Sermo. 1129
Quòd regulares fœminæ viris cohabitẽt, Sermo. 1133
Contra concubinarios & eos qui fouent sorores adoptiuas. 1148
Missa D. Ioannis Chrysostomi. 1165

ADIECTA SVNT HVIC TOMO quæ sequuntur, prius seorsum edita.

De virginitate lib. 1. primò editus Venetiis, anno, 1562. 1183
De prouidentia oratio. 1243
De diuitiis & paupertate oratio. 1249
De auaritia, Oratio. 1255
De ingluuie & ebrietate, Oratio. 1260
De non contemnenda ecclesia Dei & mysteriis, Oratio. 1263
De anima, Oratio. 1267
De humilitate animi Oratio. 1270
De aduersa valetudine & medicis, Oratio. 1273
De muliere & pulchritudine, Oratio. 1276

HAEC RECENS ADDITA SVNT, non hactenus impressa.

In illud Pauli, Nolo vos ignorare de dormientibus sicut, &c. Oratio. 1280
De Iuramento, Oratio. 1289
Aduersus eos qui in deliciis agunt. 1290
Quod vbi sit ira, ibi non sit spiritussanctus. 1291
De Oratione. 1294
Dissimilia ex D. Chrysostomo collecta. 1301

CATOLOGI FINIS.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

Homiliæ LXXX. ad populum Antiochenum potissimùm habitæ, Bernardo Brixiano interprete, quarum bona pars nunc ad Græca est collata & emendata per Sigismundum Gelenium.

COLLEGII SOCIETATIS IESU ANTVERPIAE

1.Tim.5.d *Homilia prima Antiochiæ habita, cum adhuc Presbyter esset, in illud Apostoli: Vino modico vtere propter stomachum, & frequentes infirmitates tuas.*

AVDISTIS Apostolicam vocem? tubam cœlestẽ? lyram spiritualem? Etenim tanquam tuba terribile canens & bellicũ, hostes quidem cõsternat, lapsos autẽ suorum sensus excitat, & multa implens fiducia mentem adhibentes, diabolo inexpugnabiles reddit. Et tanquam lyra rursum multa cũ iucũditate delectans, absurdas morbos cogitationũ sopit, & multã cum voluptate nobis affert vtilitatẽ. Audistis igit hodie de multis & necessariis rebus Timotheo differentẽ? Et eũ de electionibus ad ipsum scripsit, dicẽs: Manus cito nemini imposueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Et intolerabile talis præuaricationis periculũ apposuit, demõstrans quòd malorũ ab aliis perpetratorũ suppliciũ alij cũ illisipsis sustinebunt: quia propter potestatẽ electionis, pœnæ traduntur. Mox rursus inquit: Vino modico vtere propter stomachũ, & frequẽtes tuas infirmitates. Et de seruorũ subiectione, & de auarorũ insania, & de diuitũ arrogantia, & de multis aliis nobis hodie differuit. Postquam igitur omnia percurrere nõ possum', quid vultis è cõmemoraris proponentes charitati vestræ dicamus? Velut eũ in prato multos & varios video lectionis flores, & amplũ rosariũ: multas vero violas, nec pauciora lilia, sed & variũ vbique & copiosum spiritus fructum disseminatum, & multam odoris suauitatem. Imo vero non tantummodo pratum, verũ & paradisus est diuinarũ lectio scripturarum: nõ enim fragrantiam solum nudam habent eius flores, sed & fructum, qui animam nutrire possit. Quid igitur de dictis in medium vultis agamus hodie? Vultis quod omnium viliſſimum esse videtur, & à quibusq; intelligi facillimũ, hoc in præsenti tractemus? Mihi nempe placet, sed & vobis hoc, bene noui, pariter placebit. Quid vero tandẽ est aliis facilius? Quid autẽ aliud, quàm quod & cuilibet facile & dictu compendiosum esse videtur? Quale quidẽ istud: Modico vino vtere, inquit, propter stomachum, & crebras ægritudines tuas. Eia igitur omnem orationem in hanc impẽdamus dictionem. Hoc autem facimus non ambitionis gratia, neq; in dicendo facultatis ostentationem exhibere studẽtes: nõ enim quę dicũtur nostra sunt, sed quę spiritus gratia indulserit: sed vt auditores & segniores excitemus, & quãtus sit scripturarum thesaurus, & quod neque liberũ, neque tutũ eas prętercurrere, persuadeamus. Si enim tenuis hæc, & compẽdiosa dictio, & quę nihil necessarium multis habere videtur, multarum causas diuitiarũ, & disciplinæ profundissimæ occasiones nobis præbere visa fuerit: multo magis illa quæ & ex se domesticã ostentãt copiam, infinitis thesauris animadAuertentes implebũt. Igitur nec illas quidem, quæ tenues esse putantur, scripturarum sententias prætermittamus. Nam & ipsæ de spiritus gratia sunt. Spiritus autem gratia nunquam parua & vilis, sed magna & mirabilis, & dantis munificentia digna. Ne igitur ociosè audiamus, quoniam & metallorum terram excoquentes, postquam in caminum ipsam iecerint: nõ tantum auri massas tollunt, sed & paruas bracteolas multa cum sedulitate colligunt. Quoniam igitur & nos aurum Apostolicis haustum metallis excoquimus, non in fornacem iacientes, sed in animæ nostræ cogitationes immittentes: non flammam accendentes, sed ignem spiritus excitantes, & paruas micas cũ diligentia colligamus. Si etenim breue verbum, sed multa virtus: Quoniam & gemmæ non in B corporis mole, sic naturę pulchritudine precium habent: sic & scripturarum lectio. Externa vero doctrina multas iactans nugas, & multa detinens auditores loquacitate, vacuis remittit manibus, nullum neque magnum, neque paruum lucratos emolumentum. Spiritus vero gratia non huiusmodi, sed in contrarium tota, per modica verba omnibus aduertentibus disciplinam affert. Et multis sæpe verbum vnum sufficit hinc excerpsisse, vt totius vitę initium habeant. Postquam igitur tanta adest copia, nosipsos excitemus, & vigili mente quæ dicuntur suscipiamus: ad magnam enim profunditatem sermonem dimittere paro. Multis enim etiam superflua & superabundans esse hæc admonitio quodammodo videtur, & talia dicunt verba: Non per seipsum poterat Timotheus coniicere, qua re vti oporteret, verum à præceptore discere expectat? quid vero præceptor? non tantum C imperauit, sed & literis inseruit, tanquam æreæ columnæ, datæ ad ipsum epistolæ agglutinans: nec erubuit huiusmodi palàm scripturæ mandare ad discipulum de publicis negociis scribens? Vt igitur discas, quòd non tantum non est inanis admonitio, sed necessaria & vtilissima fuit: & non Pauli est hoc, sed spiritus gratiæ: non tantum dictum, sed & literis insertum esse, & omnibus posteris per hanc epistolam traditum esse: ad ipsam mox probationẽ veniemus. Ad hæc autem & aliud non minus quàm hoc, dubitant quidam intra se quærentes, qua de causa permisit deus virum tantam habentem potestatem, vt eius ossa & reliquiæ dæmones expellerent, in tantam ægritudinem incidere? Non enim leuiter ægrotabat, sed continue, sed alternis & iugibus infirmitatibus, nec minimum quidem ipsum respirare indulgentibus. Vnde hoc manifestum? ex ipsis Pauli verbis. Nõ enim dixit propter ægritudinem, sed propter multas ægritudines. Neq; simpliciter propter infirmitates:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ipsarum cõtinuationem significans, dicebat: frequentes tuas infirmitates. Audiãt qui modico traditi lãguori ægre ferunt & indignãtur. Non solum autẽ hoc est quod quæritur, quòd cũ esset sanctus ægrotabat, & sic continue ægrotabat, sed etiã quòd publica negocia ipsi erant credita. Si enim vnus esset ille cũ, qui in montium vertices secesserunt, & in solitudine cellulas compegerunt, & ociosam huiusmodi vitã elegerunt, nõ esset tam dubium quod quæritur. In medium vero prouectum, & tot ecclesiarũ curas habentem creditas, & vrbes totas, & gentes, & totum terrarum orbẽ tãta cum sedulitate & studio administrãtem, infirmitatis necessitati traditũ esse, hoc est quod maxime nõ animaduertentem omnino in stuporem agere potest. Et si enim, inquit, non propter se, saltem propter alios ipsũ valere oportebat. Imperator erat optimus: bellum ab eo gerebatur, non contra infideles tantum, sed & contra dæmones, & contra ipsum diabolum. Multa cum vehementia hostes omnes imminebant, dissipantes exercitum, & in captiuitatem trahentes. Hic vero infinitos ad veritatẽ ducere poterat, & agrotabat. Etsi enim, inquit, nullum præterea damnum ex hac imbecillitate rebus inferretur, ea ipsa fideles pigriores & torpidiores reddere poterat. Nam si milites ducem suum lecto detentum cernentes, segniores fiunt, & ad pugnã tardiores: multo magis par erat & fidelem præceptorẽ post tot signa operum intuentes continue ægrotantem, & corporis morbo laborantem, humanum quiddam esse perpessos. Nec vero hæc tãtum, sed & aliud quiddam dubitantes quærunt, qua de causa rursum neq; se ipse, neque ipsius præceptor, ita cõfectum curauit: sed mortuos quidem suscitabant, & dæmones expellebant, & mortem facile vincebant, corpus vero ægrotum nõ instaurabant. Et qui in alienis corporibus etiã mortuis tantam exhibuere virtutem, stomachum lapsum non releuabant: & quod maius est, non veretur, nec erubescit Paulus post tot & talia signa, quæ vel nudo præstitit verbo, Timotheo scribere, vt ab aquę potu confugiat ad vini medelam. Nõ quòd vinum bibere turpe sit: Absit (hæc sunt enim hæreticorũ præcepta) sed quòd dedecus esse non putaret, non posse absque illius auxilio vnum laborans membrum erigere. Verum enim vero tantum abfuit vt de hoc erubescere, quòd & omnibus posteris hoc fecit manifestũ. Videtis in quãtam sermonem egimus profunditatẽ: quomodo quod paruũ esse videtur, innumeris quæstionibus scaturit? Eia igitur & solutionẽ afferamus. Idcirco enim ad imum descẽdimus, vt mentem nostrã excitantes, in tuto sensus collocemus. Cõcedatis autem mihi, quæso, priusquã his quæstionibus solutionem afferã, aliquid de Timothei virtute, & Pauli cura dicere. Quid enim illo fuit amantius, qui tãto absens interuallo, & tot circumuẽtus negociis, pro stomachi sanitate discipuli tãtam prouidentiã gerebat, & cũ sedulitate de morbi correctione scribebat? Timothei vero virtuti quid æquale? Sic delicias asperna batur, & lautam mẽsam deridebat, vt in morbum ex victus asperitate, & nimio caderet ieiunio. Quòd enim natura talis non esset, sed ieiunio & aquæ potu stomachi vim prostrasset, ipsum Paulũ diligẽter hoc manifestantẽ audite. Non enim simpliciter dixit, Vino modico vtere: sed cum prius dixisset, Noli adhuc aquam bibere, tunc bibẽdi vini cõsilium attulit. Noli adhuc: verbum est significantis, quòd eousq; aquam bibebat, & propterea imbecillis factus est. Quis non admiretur ipsius disciplinã & diligentiam? ipsos attigerat cœlos, virtutis cursum cõsummauerat. Et hęc ipsi præceptor attestatur, sic dicẽs: Misi vobis Timotheũ, qui est filius meus dilect⁹, & fidelis in domino. Quando autem Paulus ipsum vocat filium, & filium dilectum & fidelem, hæc verba omnem ipsius virtutem demonstrare sufficiunt. Sanctorum enim iudicia nec ad gratiam, nec ad inimicitiã fiunt, sed ab omni sunt dubitatione libera. Non fuisset tã beatus Timotheus, si Pauli filius à natura fuisset, quàm nũc est admirabilis: quoniam secũdum carnem nihil ad ipsum attinens, per cognationem, quæ est secũdum religionem, in ipsius se adoptionem induxit, cum sedulitate disciplinæ illius characteres in omnibus seruãs. Sicut enim vitul⁹ tauro cõiugatus, sic iugũ cũ illo trahebat vbique terrarum, & nihilo propter ætatẽ deficiebat: sed studium vt cum præceptoris laboribus contẽderet, præstabat. Et horũ testis rursus ipse Paulus, sic dicens: Nemo ipsum contemnat: opus enim domini operatur, sicut & ego. Vidisti quàm incommutatũ studium ipsi attestatur? Mox ne hęc ad gratiã dicere videatur, ipsos auditores filij virtutis testes facit, sic inquiens: Probationẽ autem ipsius nostis, quòd tanquã patri filius, sic mecum seruiuit in Euangelio: experiẽtiã vos cepistis virtutis ipsius, & probatæ animæ. Veruntamẽ cum ad tantam officiorũ altitudinem ascẽdisset, neq; sic confidebat: sed in certamine erat & in timore: ideoq; cum instantia ieiunabat, neque illud passus est quod multi, qui decẽ tantũ vel viginti mẽses ieiunio se tradentes, repente omnia dissoluũt. Sed ille nihil tale passus est, neq; tale quippiam intra seipsũ dixit: Quid mihi deinceps op⁹ est ieiunio? Victor euasi, cupiditates superaui, corpus meũ mortificaui, dæmones terrui, diabolũ depuli, mortuos resuscitaui, leprosos mundaui, cõtrariis potestatibus terribilis sum. Quid mihi amplius ieiuniũ, & vlterior cautela? Nihil tale dixit, aut cogitauit: sed quãtò magis innumeris affluebat meritis, tãtò magis timebat & tremebat. Et hanc à præceptore disciplinã discebat: etenim ille in tertiũ raptus cœlũ, & in paradisum delatus, & auditis ineffabilibus verbis, & mysteriorũ factus talium particeps, cum orbem totũ percurrisset, tanquã alis quibusdã fultus, ad Corinthios scribens dicebat: Vereor ne fortè cũ aliis prædicauero, ipse reprobus sim. Si vero Paulus post talia & tot officia timet, q̃ dicere potuit: Mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo: multo magis nos timere oportet, & tãto magis, quãto maiora fuerimus beneficia consecuti. Tunc enim diabolus sæuior efficitur, tunc magis efferatur, cũ viderit nos cum diligentia vitã nostram disponentes, cum viderit virtutis onera composita, & magnos aceruos, tũc grauius inferre naufragiũ studet. Vilis enim & abiectus etiam si supplãtatus fuerit, & ceciderit, non tãtum cõmuni vitæ cladis infert: in alta vero quadam tanquam virtutis specula, cũ multa claritate constitutus, & qui omnibus manifestus & cognit⁹ sit, & ab omnibus admirationi habeatur, quãdo tentatus ceciderit, magnam ruinam & iacturam facit: nõ tantum quoniã ex alto cecidit, sed quoniam & aliis multis scandali materia est in ipsum respiciẽtibus. Et sicut in corpore, alio quidẽ membro corrupto, non magnum est damnũ: oculis vero læsis, vel capite cõtrito, totũ corpus inutile redditur: sic & in sanctis, & magna emeritis, dicendũ est. Quãdo illi extincti fuerint,

1.Tim.5.d

1.Cor.4.d

1.Cor.9.d

Gala.6.d

rint, cum maculam quampiam admiserint, totum & reliquũ corpus intolerabile detrimentũ patitur: Hæc igitur omnia nota habens Timotheus, vndiq; se muniebat. Sciebat quòd difficilis res est iuuẽta, q̃ iactabilis, fallibilis, labilis est, & vehemẽtioris indiget fræni: pyra enim quædã est exteriora apprehẽdens omnia, faciléq; ac celeriter succendens. Idcirco ipsam vndique obstruebat, vt cõpesceret, & huius flammã omni modo extinguere studebat: & equum effrænẽ, & vix habenis parentem, multa cũ vehementia angebat, donec ipsi⁹ lasciuias circũcideret, donec obediẽtem redderet, & traderet magna cum potestate rationis ipsum ducẽtis imperio. Infirmetur, inquit, corpus, & nõ infirmetur animus: refrænetur caro, & animæ ad cœlum cursus non impediatur. Ad hæc autẽ & illud maxime quisque in ipso mirari posset, quòd tantum debilitatus, & tanta cum ægritudine luctans, dei negocia nõ negligebat, sed amplius quàm valẽtes, & corpore vigentes circunquaque volitabat, iam Ephesum, iam Corinthum, in omniq; mari, in omni solo cum præceptore apparens, omnibus in certaminibus & continuis periculis cum ipso cõmunicabat. Nec animi sapientiam redarguit corporis imbecillitas, tantum valet in deum zelus, tam leues efficit alas. Sicut enim corpora habẽtibus pinguia & valida, nullum erit valetudinis emolumentum, si animus deiectus fuerit & segnis, & degener: sic & confectis nullum erit ex imbecillitate nocumentum, si animus generosus & expergefactus fuerit. Videtur autẽ quibusdam hæc admonitio & consiliũ, liberioris vini potus potestatem indulgere. Sed non ita est. Cęterũ si quis dictionem hãc diligẽter exquirat, de sobrietate magis est admonitio. Cogita enĩ quomodo nõ à principio, neque ab exordiis hoc cõsiliũ Paulus dederit, sed postquã vidit omnẽ virtutem deiectam, tunc cõsuluit: neq; hoc simpliciter, sed cũ prędefinitione quadam: non enim simpliciter dixit, vino vtere: sed, vino modico, nõ quòd hac admonitione & cõsilio Timotheus egeret, sed quòd nos indigem⁹. Idcirco ad illũ scribens, nobis bibẽdi vini mensurã & terminos statuit, tantum bibere iubens, quantum valetudinẽ adiuuet, quãtum corpori sanitatem præbeat, & nõ alterum morbum: nõ pauciores enim, quàm cõtinuatus aquę potus, sed multo plures & difficiliores animi & corporis morbos immodica vini parit potatio, passionũ bellũ, absurdarũ cogitationum hyemẽ menti introducẽs, & corporis vim molliorem & solubiliorem efficiens. Nõ enim ita terrę natura vexata aquarum superabũdantia cõtinue dissoluitur, vt corporis vis molleſcit & diffluit & exilis reddit vini potu cõtinuo ingurgitata. Fugiamus igitur vtrinq; intemperantiam, tũ corporis valetudinẽ curando, tum ipsius lasciuias recidẽdo. Vinum enim à deo datum est, nõ vt inebriemur, sedvt sobrij simus: vt delectemur, non vt doleam⁹. Vinum enim lętificat, inquit Dauid, cor hominis: tu vero ipsum tristitiæ materiam facis. Etenim animo grauato sunt supra modum ebrij, tenebris multis mẽti offusis. Medicina optima est, quãdo commensurationẽ habet optimã. Hic locus & cõtra hæreticos vtilis est, dei creaturã accusantes: si em̃ de vetitis esset, non permisisset Paulus, non vino vtendũ dixisset. Non solum autẽ contra hęreticos, sed & cõtra fratrum nostrorum simpliciores, qui postquã aliquos prę ebrietate se deturpãtes viderĩt, illos vituperare omittẽtes, fructum à deo datum calumniantur,

Ps.103.d

dicentes. Non sit vinũ. Ipsis itaq; dicamus, Non sit ebrietas. Vinum enim dei, ebrietas autẽ diaboli opus est: nõ vinum ebrietatem facit, ne dei creaturã accuses, sed conserui insaniã argue. Tu vero peccantẽ punire & corrigere omittens, benefactorem afficis cõtumelia. Cum igitur quosdam hæc dicentes audierimus, obmutescere faciamus. Nõ em̃ vsus, sed immodestia ebrietatem facit: ebrietatem, inquam, malorũ omnium radicẽ. Vinũ datum est, vt corporis imbecillitatem corroboret, non vt animi sanitatem exterminet. Noli igitur immoderate dei munere vtẽs, stultis & imprudẽtioribus hominib⁹ occasiones præbere. Quid enim ebrietate miserabili⁹? Mortuus est animatus, ebrius: dæmon est voluntarius: morbus veniã non habens, ruina excusatione carẽs, cõmune generis nostri opprobrium. Nõ enim in conuẽtibus tantùm inutilis ebri⁹, aut in priuatis & publicis negociis, sed etiam solo est aspectu omniũ grauissimus, fœtores exhalãs teterrimos, eructationes, & oscitationes, & voces ebriorũ insuaues atq; molestæ, eos qui spectant, & simul sunt, extremæ abominationis implent. Et quod malorum caput est, cœlũ ebriis inuisum hic morbus efficit, nec ęterna bona assequi permittit, sed post vitæ huius opprobriũ, & illic tali morbo laborantes, pœna manet æterna. Hanc igitur improbam consuetudinem recidamus, & Paulũ audiamus dicẽtem: Vino modico vtere. Etem̃ ipsum modicum propter infirmitatem permisit, quòd nisi imbecillitas vexasset, neq; modicum admittere discipulum coẽgisset. Necessarium em̃ est nobis traditos cibos & potus temporibus & necessitatibus semper metiri: & nullatenus necessitatem excedere, neq; imprudẽter & temere quid facere oportet. Sed postquã Pauli curam, & Timothei virtutem didicimus, eia deinceps ad ipsam quæstionum solutionẽ ducatur oratio. Quæ igitur sint quæ quæruntur, iterũ dicere necessariũ est, vt solutio manifestior efficiatur. Qua de causa sanctũ talem, tractantẽ negotia, in morbũ deus incidere permisit, & neq; ipse, neq; pręceptor ægritudinẽ curare potuerunt, sed bibẽdi vini auxilio opus habuerũt? Et quæsita quidem hæc erãt. Oportet autẽ ipsam inferre solutionem, vt non tantũ qui in morbũ & ægritudinem talem, sed & quicũque in pauperiẽ inciderũt, & pestem, & vincula, & tormẽta, tentationes & calũnias, omnia prędentis vitæ incommoda, sancti & magni & admirabiles ex rebus hodie dicẽdis idoneã & manifestissimam in illis quoque defensionẽ cõtra accusare volẽtes, inuenire possint. Multos etenim audiui talia quærentes: Quid tandẽ ille modestus & mãsuet⁹ homo ab alio quodã impio & improbo per singulos dies trahitur, & innumeras patitur molestias, & deus permittit? Quare alter accusat⁹ iniuste mortuus est? Ille submersus est, inquit, ali⁹ præcipitat⁹? Et multos possumus referre sanctos & tẽporibus nostris & maiorũ nostrorũ, qui multas sustinuerunt tribulationes, differentes & varias. Vt igitur horum omnium rationem videamus, & neq; ipsi tumultuemur, neque alios scandalizatos negligamus, nunc diligenter dicendis intẽdamus. Varię enim & omnimodę sanctorum afflictionis causas numero octo charitati vestræ dicere possum. Idcirco omnes vosipsos cum diligentia colligite, sciẽtes quòd nulla deinceps nobis venia & excusatio dabitur, si de contingentibus scãdalizemur, quippe q̃ cũ sint multę occasiones, tanquã nulla sit, ita tumultuabimur & perturbabimur. Itaq; prima

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidē est, quòd cū facile in arrogantiā propter meritorū magnitudinē & miraculorū tollātur, ipsos finit affligi. Secunda, ne cæteri maiorē habeant de ipsis opinionem, quàm humana patitur natura, & ipsos deos, nō autem homines esse arbitrētur. Tertia, vt & dei virtus appareat per ægrotātes & cōpeditos, exuperans & prędicationem augens. Quarta, vt ipsorum illorum patientia manifesta fiat, nō propter mercedē deo seruiētium, sed & tantam exhibētium gratitudinem, vt & post tot mala syncera in ipsis beneuolentia ostendatur. Quīta, vt de resurrectione cogitemus: cū enim virum iustū, & multa plenum virtute, innumera passum mala, & sic hinc digressum videris, oportet ex hoc oīo aliquid de illo iudicio cogitare. Si enim homo pro se laborantes sine præmiis & retributione abire nō permittit: multo magis eos, qui tantū laborauerūt, nunquā incoronatos remanere deus decerneret. Si autem ipsos laborū suorū retributione priuare non elegit, omnino necesse est quoddā aliud tēpus esse post præsentium finē, per quod præsentis vitæ laborum retributiones reciperēt. Sexta, vt omnes in grauia incidentes, sufficientem consolationem & mitigationem habeant in eos respiciētes, & malorū quæ ipsis accidere recordantes. Septima, nequando exhortamur vos ad illorum virtutem, & cuique dicimus, imitare Paulum, imitare Petrū, propter gestorū excessū alterius ipsos naturę participes fuisse cogitātes, ad imitationem torpeatis. Octaua, vt quādo beatos vel miseros cēsere oportet, discamus quos quidē beatos, quos autē miseros & ērūnosos putare debeamus. Igitur hæ quidē sunt causæ: sed oportet eas omnes ex scripturis confirmare, & diligēter demonstrare, quòd omnia dicta non humanarum rationum adinuentio, sed diuinarum scripturarū est sententia. Sic enim & oratio erit nobis fide dignior, & meli⁹ animis nostris insidebit. Quòd tribulatio quidē cōferat hoc sanctis, vt moderētur & humilientur, nec inflentur ex gestis & signis, & ꝓpter hoc ipsam euenire deus permittat, Prophetam Dauid & Paulum eadem dicētes audiamus. Nempe ille quidē dicit: Bonum mihi do- *Psal.118.f*
mine, quia humiliasti me: hic autē præfatus, Raptus *2.Co.12.b*
sum in paradisum, subintulit dicēs: & ne reuelationū magnitudo extollat me, dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis, angelus satanæ. Quid hoc aperti⁹? ne extollar, inquit, propter hoc permisit de⁹ angelos satanæ colaphizare me. Angelos autem satanæ, non dæmones aliquos dicit, sed homines diabolo ministrātes, infideles, tyrannos, gentiles, qui continue ipsum tribulabant, & semper insequebātur. Quod autem dicit, huiusmodi est: Poterat, inquit, deus cōtinere persecutiones & tribulationes assiduas: sed quoniam in tertiū raptus fui cœlum, & in paradisum delatus, ne harū magnitudine reuelationum extollar, & altum sapiam, permisit persecutiones has, & angelos satanæ persecutiones & tribulationes me colaphizare, ne extollar. Quoniā igitur sancti & admirabiles Paul⁹ & Petrus, & omnes quicunque tales, qualescunque sunt, tamen homines sunt: & multæ cautionis, ne facile extollātur, indigēt, & maxime omnium sancti: nihil enim sic in arrogantiam extollere consueuit, vt officiorum conscientia, & anima cum libertate viuens: ne quid igitur tale illi patiantur, tentationes & tribulationes esse concessit, quæ possent ipsos corripere & persuadere, vt in omnibus moderate agerent. Quòd autem ad demonstrandam dei virtutem hoc magnopere conferat, & hoc ab eodē Apostolo disce, qui prius hoc dixerat. Ne enim dicas, quod infideles putant, deū talia permittentē debilē esse, nec suos periculis eripere posse, quòd ipsos affligi continue concedat. Hocq; eōsidera, quomodo per hæc demonstrauit Paulus, quòd nō tantum quæ fierent, ipsius imbecillitatem nō arguerent, sed amplius potentiam omnibus ostentarent. Cum enim dixisset: Datus est misti stimulus carnis, angelus satanæ qui me colaphizet: & continuas propterea tētationes demōstrasset, intulit: Propter quod *Ibidem.*
ter dominū rogaui, vt à me discederet, & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur. Tunc mea, inquit, potentia demonstratur, quādo vos in imbecillitate estis, & per vos qui videmini esse debiles, prædicationis verbū augēt, & vbique dispergitur. Quādo igitur in carcerem, innumeris susceptis verberibus deduct⁹ fuit, carceris custodē vinxit. In ligno erāt pedes, in catenis manus, & carcer *Actu.16.*
sub mediam noctem quatiebatur, ipsis deū laudantibus. Cernis quomodo ipsius virt⁹ in infirmitate perficiebatur? Si fuisset solut⁹ Paulus, & illud habitaculū concussisset, non fuisset tā mirādum, quod fiebat: idcirco inquit, Remane vinctus, & cōmoueātur parietes vndique, & soluanē cōpediti, vt magis virtus mea euidēs sit, dum per te cōstrictum & colligatū omnes vincti soluūtur. Hoc ipsum igitur & carceris custodē nunc perculit, quòd cū tāta teneretur necessitate, per orationem solam potuit fundamēta quidē quassare, fores vero carceris aperire, & omnes victos soluere. Nō hic autem solū, sed etiam in Petro, & in ipso Paulo & in aliis quoq; Apostolis videre quispiam posset hoc iugiter euenire, & in persecutionibus dei gratiā efflorentē & apparentē in tribulationibus, & sic virtutē suam prædicātem. Idcirco dicebat, Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur. Quòd autē & humana natura maiora multi sępius de ipsis suspicaturi erāt, nisi talia patiētes vidissent, audi quomodo timuit Paulus. Nā & si volucro, inquit, glo *2.Cor.12.*
riari, non ero insipiens: parco autē, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliq̄d ex me. Quid autem est quod dicit? poterā, inquit, multo maiora dicere miracula, sed nolo, ne forte signorū magnitudo maiorē de me hominibus suspicionē inducat. Propterea & Petr⁹ postquā claudū erexit, & omnes ipsum admirabātur, seipsum corripiēs & persuadēs, quòd nihil à seipso & de ꝓprio exhibuerat, dicit: *Actu.3.*
Quid nos intuemini tāquā propria virtute vel potestate fecerimus hūc ambulare? Et rursus in Lystris nō solū erāt obstupefacti, sed & tauros coronatos duxerunt, & Paulo & Barnabæ immolare aggrediebātur. Vide diaboli malitiā. Per quos domin⁹ ex mūdo impietatē expurgare studebat, per hos ipsā ille inducere curabat, rursū persuadēs deos homines esse putare: qđ & priorib⁹ fecit tēporib⁹. Et hoc maxime est quod idololatriæ prīcipiū & radicē introduxit. Multi enim qui & bella bene gesserāt, erexerāt trophæa, & vrbes ædificauerāt, & aliis huiusmodi demeruerāt sui tēporis homines, dij à multis existimati sunt, & tē plis & aris honorati. Et omnis gētiliū deorū numer⁹ ex his omnib⁹ cōflatus est. Ne hoc & in sanctis fieret, permisit ipsos deus cōtinue pelli, flagellari, in varios incidere morbos: vt nimia corporis ībecillitas, & tētationū turba præsentib⁹ persuaderet, quòd homines erant talia edētes miracula, nihilq; de suo afferebāt, sed nuda gratia per illos omnia operabatur. Si enim

parua

parua & vilia operatos, deos putauerunt: multo magis si nihil passi fuissēt humanū, hos suspicati fuissēt, qui talia fecerunt, qualia nemo vnquam neque vidit, neq; audiuit. Si enim cū ipsi flagellarentur, præcipitarentur, ligarentur, pellerentur, periclitarētur quotidie, tamen in hanc impiā opinionē quidā ceciderūt: multo magis si nihil humanū passi fuissent, huiusmodi fuissent existimati. Igit hęc quidē tertia afflictionis causa. Quarta vero, ne sācti propter prętentis felicitatis spem deū colere putentur. Etenim multi in lasciuia viuentiū à multis sæpius accusati, & ad virtutis vocati labores, & sanctos in hilari molestiarū tolerātia laudari audientes, ex his ipsos accusare aggrediūtur, & nō homines tātum, sed & ipse diabolus hoc ipsum suspicat⁹ est. Quoniā em̄ multis erat circundat⁹ diuitiis Iob, & multa potiebat opulētia, exprobratus à deo per ipsum malignus ille dæmō, cū nihil haberet quod diceret, neq; quo de suis excusarēt crimi- *Iob.1.*
nibus, neq; quod iusti virtutibus impingeret, ad hāc statim confugit confusionem, dicēs: Nunquid gratis Iob colit te? circūuallasti interiora & exteriora eius. propter mercedem, inquit, ille virtutē sequitur tantā frues opulentia. Quid igitur fecit dominus? volēs demonstrare quòd nō ipsum sancti colūt propter mercedem, omnē ipsius subtātiam abstulit, & paupertati tradidit, & in grauem morbū incidere permisit. Mox illū redarguēs, tanquā temerè talia suspicatū, inquit, Adhuc innocētiā retinet: tu vero commouisti me vt frustra ipsius substantiā perderē. Sāctis em̄ hoc in remunerationē & retributionē sufficit, deum venerari: quoniā & amāti hoc in retributionē sufficit, se amātem amare: & nihil amplius requirit, nec quippiā hoc maius esse putat. Si vero in homine hoc, multo magis in deo: quod quidē & deus demōstrare volens, plura quàm diabolus petiit, cōcessit. Ille enim inquit: Mitte manum tuā, & tange ipsum: deus autem non ita, sed tibi ipsum, inquit, trado. quemadmodū enim in exterioribus certaminib⁹ corpore vigētes, & bonę habitudinis athletæ, nō sic apparent cum vestimentū vndiq; oleo madidū fuerint induti, sed quādo illo abiecto nudi in stadia feruntur, tunc maxime spectatores membrorū proportione penitus obstupefaciunt, cū nihil ipsam amplius obūbrare possit: sic & Iob, quando omnibus quidē illis diuitiis circunfusus erat, quis esset, non multis manifestus erat: postquā vero ipsas velut vestimentū exutus athleta abiecit, & ad pietatis certamina nudus intrauit: sic spoliatus spectatores omnes perculit, vt & ipse angelorū dominus super animi eius tolerantia vehemēter acclamaret, & victori illi applauderet. Quod enim superius iā dixi, non hominibus apparebat illis omnib⁹ diuitiis circūamictus, sicut quādo proiecto ipso pallio nudus exiliit in medio orbe, tanquā theatro. Et omnes bonam ipsius habitudinem admirati sunt: nō solū autem ex rerum ablatione demōstrabatur, sed etiam ex patientiæ lucta circa ægritudinem. Sicut nanq; prędixi, nō ipsum percussit deus, ne rursum diabolus diceret: pepercisti, & non tantam, quantam oportebat intulisti tentationem: sed ipsi tradidit diabolo, & gregum perditionem, & carnis potestatē. Confido de certatore, inquit, idcirco nō prohibeo ipsi quæcūq; velis inferre certamina. Sed quemadmodū spectati palestritæ, & arte & corporis robore fidentes, nō recte aduersariis (vt plurimum) congrediuntur, neque de pari, sed ipsos illis medios apprehendendos prębēt, vt illustrio-

rem victoriā faciāt: sic & deus medium tradidit sanctum diabolo apprehēdendum, vt cum ipsius tātam conflictus prerogatiuā superarit, solóq; prostrauerit, clarior corona reddatur. Aurum est probatum: quomodo vis proba, in ipso maculam nō inuenies. Non aliorum vero nobis tantū fortitudinem demonstrat: sed & aliam magnam affert cōsolationē. Quid enim inquit Christus? Beati eritis, cum maledixerint vobis *Matth.5.*
homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniā merces vestra magna est in cœlis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Et rursum Paulus Macedonas consolari volēs: Vos enim, inquit, imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei quæ sunt in Iudæa: quoniam eadē passi estis à contribulibus vestris, quemadmodū & illi à Iudæis. Et Hebræos rursum ita consolat, recēsens istos *Heb.11.*
omnes in fornacibus, in lacubus, in solitudinibus, in montibus, in speluncis, in fame, in angustia degentes. molestiarum enim communicatio quādam lapsis affert consolationem. Quòd autē & de resurrectione quoq; hoc ipsum cogitationes inducit, audi eūdem Paulum dicentem: Si secundū hominem cū feris pu- *1.Cor.15.*
gnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Et iterum: Si in hac vita tantū in Christo sperātes sumus: miserabiliores sum⁹ omnibus hominibus. Innumera patimur mala in prętenti vita, inquit: si igitur non speratur altera vita, quid nobis esse possit miserabilius? Vnde manifestum est, quòd nō solæ miserię nobis in prętenti suppetiissent. Et hoc clarū ex tētationibus efficitur: nunquā enim deus pateretur tot & talia passos mala, & prętentem vitam omnē in tentationibus & infinitis degētes periculis, multo maioribus non remunerari muneribus. Si vero nō pateretur, certum quòd meliorū quampiā parauit alteram vitam, in qua pietatis pugiles coronare & laudare toto debet orbe spectante. Itaq; cum videris iustum angustiari, affligi imbecillitate, pauperie, & innumeris aliis ærūnis prætentē vitā trāsire, dic intra te ipsum: quòd nisi resurrectio esset & iudicium, nunquā deus tāta propter se mala passum, nullo potitū bono hinc migrare permisisset. Vnde patet, quod alterā ipsis vitam præsenti iucundiorem, & multo meliorē parat: nisi enim hoc esset, improbos quidē multos per hāc vitam gaudere, iustorum vero nullos in plurimis ærumnis vnquam dimisisset: sed quoniam prępparatum est seculum aliud, in quo secundum meritum, huic quidem improbitatis, huic vero virtutis præmia reddere debet: propterea tolerat hunc quidem affligi, illum vero deliciis indies diffluere. Verum & aliam ex scripturis causam astruere conabor. Qualis vero hæc est? ne dicatis nos in eandem virtutem non esse vocatos: quoniā illi alterius naturæ participes essent, qua non erant homines. Idcirco quidam de magno loquens Helia, sic inquit: Helias homo erat in passioni- *Iacob.5.*
bus similis nobis. Vides quod à passionū cōmunione demonstrat ipsum hominem esse secundum nos? Et iterum: Etenim ego homo sum in patiendo vobis *Sapien.7.*
similis. Et hoc naturæ communionē spondet. Vt autem discas, quòd & hic quos oporteat putare beatos nos docet, inde clarum est, quòd quādo audieris Paulum dicentem, Vsque ad præsentem horam & esuri- *1.Cor.4.*
mus, & sitimus, & nudi degimus, & colaphizamur, & inquietamur, & laboramus: &, Quem diligit domi- *Heb.12.*
nus, castigat: flagellat autē omnem filium quē susci-

pit: certum

Universidad de Deusto
Biblioteca

pit:certum est quòd non remissione fruẽtes,sed propter deum angustiatos & cõtritos laudemus, & beatos censeamus in virtute viuentes,pietatisq; curã gerentes.Sic & Propheta dicit: Dextera eorũ dextera iniquitatis,filiæ eorũ compositę,circumornatæ vt similitudo templi.Promptuaria eorũ plena,eructantia ex hoc in illud. Et oues eorũ fœtuosæ abũdantes in gressibus suis,boues eorum crassæ.Non est ruina macerię,neq; trãsitus,neq; clamor in plateis eorũ.Beatũ dixerunt populum cui hæc sunt.Tu vero quid dicis? Beatus,inquit,populus,cuius dominus deus eius.Nõ pecuniis affluentem,sed pietate gloriantẽ: hunc ego beatũ puto,inquit,& si innumera patitur mala.Si vero oportet & nouam dicere causam,illud dicere possem°,quòd spectabiliores tribulatio facit tribulatos. Tribulatio enim patientiam operatur, patientia vero probationem:probatio autem spem,spes vero nõ cõfundit.Vides quòd ex tribulatione probatio futurorum spẽ nobis affert, & in tentationibus manere, de futuris bene sperare facit?Itaque nõ temere dicebam,quòd hæ tribulationes resurrectionis spẽ nobis designant,& vexatos meliores efficiũt.Quemadmodum enim,inquit,in fornace aurũ examinatur, sic & homo acceptus in humiliationis camino.Possum° & decimam dicere causam.Qualẽ vero hanc? quam & iam sæpi° dixi superius,quòd si aliquas habeam° maculas,& hic eas deponimus.Et hoc patriarcha declarans ad diuitem dicebat:quoniã Lazarus recepit sua mala:vnde consolationem accipit. Et ad hanc aliam rursum inueniemus.Qualem vero hãc? vt coronæ & præmia nobis augeãtur:quantũ cũ tribulationes intendũtur,tantũ & retributiones ampliabũtur,imò vero & multo plus.Non enim condignæ sunt passiones præsentis temporis ad futurã gloriã,quæ reuelabitur in nobis. Tot igitur causas habẽtes de sanctorum afflictione dicẽdas,ne in tẽtationib° indignemur,neq; anguſtiemur,neque tumultuemur:sed & ipsi nostros instruamus animos,& alios hæc doceam°.Et si videris hominẽ in virtute viuẽtem,philosophiã sectantẽ, placentem deo, postea innumera patientẽ mala, ne scandalizeris dilecte.Et si videris aliquẽ spiritualibus vacantẽ operibus,& aliquid vtile expediturũ,postea supplãtatũ:ne tumultueris.Etem̃ noui multos sæpius talia quærẽtes.Ille,inquiunt,ad templũ peregrinatus est pauperibus pecunias perferens, & naufragiũ incidit,& amisit omnia.Alter rursum idẽ faciens,in latrones incidit,& vix animam suã saluauit,nudus inde discedens.Quid igitur dicemus?q; horũ nullo tristari oportet.Etsi enim naufragiũ fecit,sed & habet iustiæ fructũ appẽsum:sua enim omnia implcuit,collegit pecunias,deposuit,cũ recepisset,abibat, peregrinationẽ attigerat:naufragium vero de reliquo,nõ de ipsius fuit sentẽtia.Sed quare hoc de° cõcessit?vt hũc spectatũ exhiberet.Sed pauperes,inquit,priuati sunt pecuniis. Non tantam tu pauperum prouidentiã habes,quantã qui fecit eos de°: etsi em̃ his priuati sunt, tamen aliunde potest maiorẽ copiæ occasionẽ ipsis præbere.Ne igitur gestorũ rationes repetẽtes ipsum reprehendamus,sed in omnibus glorificemus:nõ em̃ imprudenter & temere talia sæpe fieri permittit, sed cum ex his pecuniis consolationẽ habituros non despiciat,sed ipsis aliã pro his alimenti occasionẽ præbeat,etiam naufragiũ passum probatiorẽ efficit, maioremq; ipsi parat mercedem:multo enim maius est, quàm eleemosynã dare, quòd talibus obrutus negociis deo gratias agat. Non em̃ tantum quæ per eleemosynã damus, sed & ea quibus ab aliis spoliari fortiter ferimus,multũ nobis fructũ afferũt.Et vt discas hoc illo mai° esse,ex his quę Iob cõtigerũt hoc faciã manifestũ.Ille quãdo pecunias possedit, aperuit domum pauperibus, & oĩa quæ habebat elargiebatur: non erat tam illustris quando pauperibus domum aperuit,quàm cũ ipsam cecidisse audiẽs nõ iniquè tulit. Non erat tam illustris quando ex ouium tonsura nudos circundedit,quàm fuit clarus & spectatus,cũ audiens quòd ignis cecidisset,& greges omnes consumpsissent,gratias egit.Tũc humanus fuerat,nũc fuit philosophus:tunc pauperum miserebatur, nunc deo gratias agebat. Nec intra se dixit, Quid tandem hoc est?Armẽta consumpta sunt,quibus innumeri pauperes alebãtur.Et si ego indignus eram hac rerum frui copia, saltem propter communicantes parcendũ erat.Sed nihil horum neq; dixit,neque cogitauit.Norat enim deum omnia vtiliter dispẽsantẽ.Et vt scias, quòd grauius postea vulnus intulit diabolo, cũ spoliatus gratias egit,quàm cum possidens miserabatur, aduerte.Quando possidebat, suspicionem quandam habuit diabolus,etsi falsam,habuit tamen vnde diceret:num gratis deũ colit Iob? Postquàm vero omnia abstulit,& ipsum omnibus spoliauit,hic autem eandẽ in deum charitatem præstitit, tunc demum obstructum est os impudẽs, & nihil amplius quod diceret, habebat: nam splendidior quàm prius erat iustus ille vir.Omnibus enim priuatum, generose & cũ gratiarum actione ferre multo maius est, quàm in diuitiis degentẽ facere eleemosynam, sicut & in hoc cõtigit iusto. Tunc multa in conseruos fuit benignitas, nũc magnus in dominum amor demonstrabatur. Hunc vero non temere sermonem extendo: sed quoniam sæpius eleemosynas faciẽtes quidam,viduas alentes, omni substãtia dispoliati sunt: alij facto quopiam incendio omnia amiserunt: alij naufragiis inciderunt: alij calumniis, & talibus quibusuis tẽtationibus post multas eleemosynas in extremam redacti sunt pauperiem,& infirmitatem,& ægritudinem:& à nemine vllum adepti sunt auxiliũ.Ne igitur dicamus, quod sæpe dicunt, quòd nemo quicquam sciat, sufficiunt omnia dicta talem expellere trepidationem: cum ille nanque tot faciẽs eleemosynas omnia perdiderit, si pro hac gratias egerit iactura, multo maiorẽ à deo beneuolẽtiam hauriet:nec duplum sicut Iob, sed cẽtuplum,& vitam æternam recipiet. Si vero hic malũ patitur,hoc ipsum maiorem illic thesaurũ ipsi prębebit,quòd generose omnia ferat:ad maiores enim ipsum inde vocat exercitationes & luctas, & de copia in penuriã incidere deus permisit.Ignis ingruens sæpius substantiam tuam absumpsit, & totam domum populatus est? reminiscere eorũ quę Iob acciderunt: age gratias domino,qui prohibere potest,& nõ prohibuit:& tantam recipies mercedem, quãtam si omnia illa in pauperum manus reposuisses. Sed in paupertie degis,& fame,& infinitis periculis? Recordare Lazarum, cum inopia & orbitate & innumeris aliis pugnantem molestiis, & hæc post virtutem tantam. Recordare Apostolorum,qui & in fame,& in siti, & in nuditate degebant:prophetarum,iustorum:& omnes ipsos inuenies non de diuitibus, non de gaudentibus,sed de egentibus,tribulatis, & anguſtiatis esse. Hæc apud teipsũ colligẽs,domino gratias age,quòd te huius fecit portionis,non exosus,sed & valde diligens:

Psal.143.

Roman.5.

Eccle.2.

Lucæ.16.

Roman.8.

Iob.13.

Lucæ.16.

gens:quoniam & illos tot grauia pati nõ permisissset, nisi vehementer amasset, quoniã clariores ipsos per hæc mala reddebat. Nullũ gratiarũ actiõi par bonũ: quẽadmodũ blasphemia peius nihil.Ne admiremur, quòd spiritualibus instãtes multa patiamur aduersa. Quemadmodum enim latrones, nõ vbi fœnũ & paleæ & calamus, sed vbi aurũ & argentũ ibi fodiunt, & cõtinue vigilãt: sic & diabolus his maxime instat, qui spiritualia attingũt negocia.Ibi multę insidię,vbi virtus:illic inuidia,vbi misericordia.Sed est nobis telum maximũ quod omnes tales machinas repellere valet,qui p̃ hęc omnia deo gratias agit.Abel,dic mihi,nónne de primitiis deo sacrificãs, fraterna cecidit manu?Sed tamen deus concessit,non eum perosus q se honorauit,sed valde diligens:& præter speciosissimi illius sacrificij coronam, & alterã ipsi per martyrium præbẽs. Moses cuidam iniuriam affecto opitulari voluit,& mori periclitatus est,& patria excidit,vt sanctorũ patientiam discas.Si enim postquam nobis cauissemus,sic spiritualia attigissemus negocia, nihil magnũ facere visi essemus,tale securitatis pignus habentes:nunc vero hic maxime admirabiles sunt talia faciẽtes,quòd & pericula,& damna,& mortes,& infinita prędicẽtes mala, tamen huiusmodi officiis non abstitunt,neque timorum expectationibus segniores facti sunt. Sicut igitur tres pueri dicebant: Est deus in cœlo potens eripere nos:& finaliter: Notũ sit tibi rex quòd diis tuis nõ seruimus, & auream imaginem quam erexisti, nõ adoramus:& tu igitur quãdo quid boni secundum deum operari debes,multa prospice pericula,multa damna,multas mortes,& ne abhorreas,neq; tumultueris accidentibus his.Fili,inquit, accedens ad seruitutem dei, prępara animam tuam ad tentationem.Nemo nempe pugnare decernens,absque vulneribus coronã reportare expectat.Et tu igitur cum diabolo totis viribus pugnare aggrediẽs,ne vitam securam,& deliciis plenã sequaris. Non enim hic tibi retributiones & promissiones, sed in futuro seculo omnia præclara de° promisit.Cũ igitur vel ipse bonum feceris,& contraria receperis, vel aliũ hoc videris patientem,gaude & lætare.Maioris enim tibi retributionis materia est. Ne concidas,neque soluas promptitudinem, neque segnior fias:sed magis insta cum maiori alacritate. Quoniam & Apostoli quãdo prædicabant,etsi flagellabantur,lapidabantur,carceres continue habitabant, non solum post periculorũ liberationẽ,sed & in ipsis periculis cum maiore prõptitudine veritatis præconium enunciabant. Et est cernere Paulũ in ipso carcere,in ipsis catenis instruẽtem, initiantem: & in foro rursum idem facientem, & in naufragio,& in tempestate,& in periculis innumeris.Et tu hos sanctos æmulare,& à bonis operib°, quotiescũque incidas, & si millies interpellantem te diabolum videris,nusquam absistas. Tu quidem pecunias perferẽs,forte naufragiũ fecisti.Paulus autem omnibus pecuniis preciosiusverbum ferens, Romã abibat,& in naufragium incidit, & infinita subiit incõmoda.Et hoc ipse manifestauit dicens:Sæpius voluimus venire ad vos, sed impediuit nos satanas: & deus permisit ex superabũdanti suã demõstrans virtutem:& ostẽdens,quòd infinita faciente diabolo,& prohibẽte,nihil ex hoc prædicatio minuebat aut interrũpebatur. Idcirco in omnib° Paulus deo gratias agebat,sciẽs quòd probabiliorẽ per hæc se deus reddebat:& promptitudinis suæ vehementiã in omnib° exhibebat,impedimẽto nullo interrupt°.Quoties igitur fruſtrati fuerimus, toties spiritalia aggrediamur: neq; dicamus,quare de° impedimẽta permisit? propter hoc em̃ permisit, vt promptitudinẽ tuam multo magis demonstres,& multũ amorem.Amantis enim maxime est,nunquã ab his quæ amato cõplacent absistere. Mollis enim & ignau° ex primo statim impetu concidet.Vehemens autẽ & excitatus,& si millies interpellet̃,tanto magis diuinis rebus instabit,quantũ in se est omnia implẽs,& in omnibus gratias agẽs. Hoc & nos faciam°.Magn° thesaurus gratiarũ actio, magnæ diuitiæ,inconsumptũ bonum, armatura fortis: sicut blasphemia ingruentem iacturã intendit iis qui peierare solent,plura insuper perire facit. Perdidisti pecunias?Si gratias quidem egeris,animã lucratus es:& maiores nactus es diuitias,quia dei beneuolentiam hausisti amplius: si vero blasphemaueris, insuper & salutem tuã amisisti,& quam habuisti animã, & hanc occidisti. Sed postquã de blasphemia nobis verba nunc facta sunt, vnam vos omnes petere volo retributionẽ pro concione hac atque sermone:vt in ciuitate blasphemãtes mihi castigetis: & si quempiã in biuio & foro deum blasphemantẽ audieris, accede,increpa:& si verbera infligere oporteat, ne recuses:ipsius faciem alapa percute,cõtere os ipsius, percussione manum tuã sanctifica.Et si vlli accusauerint, & si in carcerem traxerint,sequere:& si pœnas iudex pro tribunali repoposcerit,dic cũ libertate,quòd angelorum regem blasphemauit. Si enim regem terræ blasphemantes puniri oportet, multo magis illũ cõtumelia afficientes.Commune crimẽ est,publica iniuria,cuiq; licet accusare volenti.Discant & Iudæi & gẽtiles, quòd ciuitatis cõseruatores sunt Christiani, & curatores,& præsides,& magistri:& idẽ discãt dissoluti,& peruersi, q; & dei seruos ipsos timere oportet:vt etsi quid tale loq; aliquãdo eligant, sese vndiq; circunspiciãt,& vmbras timeãt, anxij ne fortè Christianus audiens insiliat,& vehemẽtius puniat.Nõ audisti quid Ioãnes fecerit?Tyrannũ vidit hominẽ nuptiarũ leges subuertentẽ,& cũ fiducia in medio foro dicit: Nõ licet tibi habere vxorẽ Philippi fratris tui. Ego autẽ nõ ad tyrannũ te duxi,neq; ad iudicẽ, neq; pro nuptiis temerariis, neq; p̃ seruis cõtumelia affectis,sed p̃ furore in deũ,q̃ualẽ castigare deposco.Et go si tibi dixissem,reges vel iudices præuaricãtes puni vel corrige,nũ me insanire dixisses?Et tamẽ Ioannes hoc fecit:adeò nõ est id supra nos.Nũc verò saltẽ conseruũ,vel æqualẽ corrige,& si mori opus sit,castigare fratrẽ ne torpeas. Martyriũ tibi hoc est:quoniã & Ioannes martyr fuit.Non sacrificare iussus fuit,neq; idolũ adorare,sed p̃ sacris legibus temeratis caput deposuit.Et tu igitẽ pro veritate vsq; ad mortẽ contẽde,& de° pugnabit p̃ te.Nec mihi illud dicas frigidũ verbũ, quæ vero mihi cura est? cũ ipso cõmune habeo nihil.Cũ diabolo solo cõmune nihil habeamus: cũ oĩbus autẽ hominibus multa habeam° cõmunia. Eiusdẽ em̃ nobiscũ naturæ participes sunt,eandẽ habitãt terrã,eisdẽ q; aliunẽ nutrimẽtis,cũdẽ habẽt dominũ,easdẽ ceperũt leges, ad eadẽ nobiscũ bona inuitãtur. Ne igitur dicamus q; nihil cõmune cũ ipsis habeam°. Satanica est ista vox,diabolica inhumanitas. Ne igitẽ hæc dicamus,sed cõgruã fratrib° curã exhibeamus.Ego autẽ hoc cũ oĩ pollicẽor diligẽtia, & vobis omnibus spondeo: q; si vos omnes hic præsentes,ciuitatẽ habitantiũ salutẽ curare volueritis,breui

Psal.14.

Act. 27.
1.Thess.2

tota

Universidad de Deusto Biblioteca

tota nobis corriget. Atqui nō minima ciuitatis pars
est hic, multitudine minima, sed pietate sūma. Dispē-
semus salutem fratrum nostrorū. Sufficit vnus homo
fidei zelo succensus, totū corrigere populū. Cum ve-
ro nō vnus tantū neq; duo, vel tres, sed tanta sit mul-
titudo, quæ negligentiū curam possit attingere, non
aliunde, sed per torporem vestrū, nō per impotentiā
plures pereunt & labūtur: valde enim absurdū, si pu-
gnam quidem in foro videamus, nō accedere, & pu-
gnantes conciliare: quid vero dico pugnam? Cū asi-
num cecidisse viderimus, omnes manū porrigere, &
pariter erigere studemus: fratrum vero pereuntiū cu-
ram habemus nullam. Asinus est blasphemus, animi
pondus non ferens, cecidit: accede, excita & per ver-
ba, & per facta, & per lenitatem & vehementiā, varia
sit medicina. Et si sic nostra disponamꝰ, & proximorū
salutem suscipiamus, cito & illis ipsis correctionē ad-
mittētibus desiderabiles erimꝰ, & amabiles: & quod
omnibus maius est, repositis fruemur bonis, gratia &
benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē & cū
quo deo & patri cū sancto spiritu gloria, potestas, ho
nor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*D. Ioannis Chrysostomi Antiochiæ in Ecclesia dicta veteri,
habita in Theodosii magni imperatoris pij imaginum sub-
uersione, & in dictū Apostoli: Diuitibus huius seculi præci-* 1.Ti.6.d
pe non sublime sapere: & contra auaritiam.

Homilia II.

QVID dicam, aut quid loquar? Lachrymarum
pręsens tempus, nō verborum: luctuum, non
sermonum: deprecationis, non concionis.
Tanta patratorum magnitudo, tam immedicabile
Iob.2.c vulnus, tam vasta plaga, & omni medicamine maior,
& superni indigens auxilij. Sic enim & Iob omnibus
amissis in fimo sedebat, & audientes amici accesse-
runt, & ipsum procul conspicati disciderūt vestimē-
ta, & sibi cinerem insperserunt, & vehementer inge-
muere. Idem nunc facere circunstantes omnes ciui-
tates oportebat, ad vrbem nostram venire, & quæ in-
gruūt cum omni misericordia deflere. Ille in sterco-
re tunc sedebat, hæc in magno laqueo nūc considet.
Sicut enim tūc diabolus in greges & armenta & om-
nem iusti substātiam insiluit: sic nunc in omnem ciui-
tatem debacchatus est. Sic deus & tunc, & nunc per-
misit: tunc quidem, vt iustum clariorem redderet tē-
tationum magnitudine: nunc vero vt nos modestio-
res tribulationis huius efficiat incursu. Date mihi, vt
præsentia lugeam. Tacuimus dies septem, sicut & a-
mici Iob. Date mihi hodie os aperire, & hāc cōmu-
nem lugere calamitatē. Quis nobis inuidit charissi-
mi? quis nobis zelatus est? Vnde tanta facta est muta-
tio? Nihil fuerat nostra ciuitate venerabilius, nihil fa-
ctum est miserabilius. Populus tam cōpositus & mā-
suetus, velut equus manibus assuefactꝰ, & domesticis
semper accersentium manibus adueniēs, repente tā-
tum nunc nobis resiliit, vt tot mala gesserit, quę neq;
dicere fas. Lamētor & lugeo nūc, nō propter expecta
tæ cōminationis magnitudinē, sed propter nimiā pa-
tratorum insaniam. Licet enim nō irritaretur impera
tor, neq; puniret & castigaret: quomodo, dic mihi, cō
missorū ignominiā ferremus? Luctu interciditur mi-
hi doctrinę sermo, vix valeo reserare os, & labia ape-
rire, linguā mouere, & emittere verba. Sic tāquā fræ
num doloris timor impedit linguam meā, & verba
corrūpit. Nihil ciuitate nostra priꝰ erat beatius, nihil

A nunc factū est miserius. Quemadmodū apes bombi-
santes alueare, sic forū per singulos dies habitātes cir
cūuolabāt, & omnes de hac nos multitudine beatos
vocabāt. Sed ecce nunc hoc alueare solitariū redditū
est. quēadmodū enī apes illas fumus, sic has apes ti-
mor fugauit. Et quod de Hierusalē Propheta lugens
dixit, hoc & nos ad præsens tēpus dicemus: Facta est Esa.6.d
nobis ciuitas vt terebinthus abiectis foliis, & tanquā
ortus aquā non habens. Quemadmodū enim ortus
deficiēte irrigatione, foliis priuatas & fructibꝰ nudas
arbores exhibet: sic & ciuitas nobis facta est. Super-
no enim ipsam destituente auxilio, solitaria remansit
oībus ferè habitatoribꝰ nudata. Nihil patria dulcius,
sed nūc nihil amarius factū est. Omnes terram quæ se
tulit, tanquam laqueum fugiunt, deserunt tanquam
barathrum, tanquā ab igne resiliunt. Et quemadmo-
B dum domo igne correpta, non tantū domum habi-
tantes, sed & omnes proximi cum multa se recipiunt
festinatione, nudū corpus saluare studētes: sic & nūc
regia ira tanquā pyra quædā superne vt veniat expe-
ctata, priusquam per viā transiens ad ipsos perueniat
ignis, quilibet prius exire, & nudū corpus seruare fe-
stinat. Et ænigma nūc facta est miseria nostra, sine ho
stibus fuga, sine pugna trāsmigratio & captiuitas. Nō
vidimus barbaricum ignē, neq; hostium vultus spe-
ctauimus, & ea quæ capti patimur. Nūc igitur omnes
discūt calamitates nostras. Nostros enī exules susci-
pientes, ab illis ciuitatis flagellum discunt. Sed nō su-
per hoc confundor, nec erubesco: omnes intelligant
ciuitatis pericula, vt matri condolētes communē ab
omni terra ad deum vocem extollant, & vnanimiter
communem omnium matrē & altricem, & à cœlorū
C rege deposcant. Prius concussa est vrbs, nunc ipsæ
habitatorum animæ quatiuntur. Tunc domorum
fundamenta quatiebantur: nunc ipsa cuiusq; cordis
ima circūuoluuntur, & quotidie ante oculos nostros
omnes mortē aspicimus, & in continuo viuimus ti-
more, & Cain pœnam sustinemus: olim carcerē ha-
bitātibus miserabilius dispositi, & obsessione inusita-
ta quadam, & noua obsessi, & quàm cogitatū sit gra-
uiore Etenim illi quidē ab hostibus hæc patiētes, in-
tra muros tantum cōcludūtur: nobis vero forū quo-
q; inaccessibile, domo quisq; sua inclusus est. & quē-
admodum obsessis tutum non est muros transgredi,
hostibus exterius circūsidentibus: sic neq; multis vr-
bem habitātium tutū domo exire, nec in medio ap-
parere, propter eos qui vndiq; insontes venantur, &
ex medio rapiunt foro, & in iudicium, vt accidit in-
D uenire, temere trahunt. Propterea liberi cum seruis
suis compediti intus sedent, quis comprehensus fuit?
quis punitus hodie? quomodo & qua ratione solicite
quærētes, & curiose sciscitātes, à quibus talia secure
discere possunt: & omni morte miserabiliorē degunt
vitā, alienasq; lamentari miserias quotidie coacti, &
pro salute sua tremētes, & mortuis nihil melius habē
tes, quòd dudū timore mortui sint. Si quis vero qui
extra timorem & angustiā hanc sit, in forum proce-
dere voluerit, tā tristi aspectu statim in domum suam
retruditur, vix vnū fortè vel duos cernēs inclinatos,
& cū multa incedentes tristitia, vbi ante paucos dies
fluminū cursus multitudo superabat, sed nunc nobis
oēs illi expulsi sunt. Et sicut ex arbusto consito mul-
tis passim excisis arboribꝰ, ingratus reddit aspectus,
tanquam capitis multa habentis caluitia: sic & vrbis
solum, hominibus ablatis, & paucis passim apparēti-
bus in-

bus ingratum nunc factum est, & multam cernētibus
tristiciæ caliginē offundit: non tantum vero terra, sed
& ipsa aëris natura, & ipse solariū radiorum circulus
nunc mihi quodam modo mœrere, & obtusior lucere
videtur: non elementis naturā mutantibus, sed nostris
oculis, qui tristiciæ nube turbati sunt, non valentibus
Amos 8.c pure, neq; cum eadem virtute radiorū lumen suscipe-
re. Hoc est quod olim Propheta lugebat dicēs: Occi-
det ipsis sol in meridie, & obtenebrabitur dies. Hoc au
tē dicebat nō quòd planeta abscōderetur, neq; quòd
dies euanesceret: sed quòd mœrentes neq; in meridie
propter doloris caliginē lucē cernere possint: quod
& nunc factum est, & quocunq; quis respexerit, siue in
terram, siue in parietes, siue in vrbis columnas, siue in
proximos, noctē & obscuritatē profundā cernere vi-
detur: sic omnia multæ plena sunt tristiciæ. Silentium
vbique horrore plenū & solitudo, & desiderabilis ille
multitudinis tumultus extinctus est. Et tanq̃ omnibus
terrā subeuntibus, ita nunc ciuitatem taciturnitas cō-
tinet, & saxis omnes similes sunt: & tanquā quodā lin-
guæ vinculo calamitate cohibiti profundissimū reti-
nent silentiū, quantum, si hostes ingruissent, & omnes
simul igne & ferro absumpsissent, factum fuisset. Nunc
dicendi tempus est: Vocate lamentatrices, & veniant:
& ad eas, quæ sapiētes sunt mittite: & properent, festi-
nent & assumant super nos lamētum. Deducant ocu-
li nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluāt aquis.
Colles sumite mœsticiam, & montes luctum. Creatu-
ram omnem in malorum nostrorum miseratione vo-
cemus. Ciuitas tam magna, & Orientaliū caput è me-
dio tolli terrarū orbe periclitatur. Nunc quæ multos
habebat filios repēte sine filiis facta est, & qui auxilie-
tur, nemo. Lęsus enim est, qui non habet parem vllum
super terram: summitas & caput omnium super terrā
hominum. Propterea igitur ad supernum regem con-
fugiamus, illum in auxilium inuocemus. Nisi supernā
assequamur gratiam, nulla commissorū reparatio re-
linquitur. Voluissem hic concionē soluere. Nolunt e-
nim gemētium animi longos extēdere sermones: sed
sicut nubes quędam condensata, & sub solarem radiū
currens, omnem retrorsum splendorem auertit: sic &
tristiciæ nebula, cum ante animum nostrum steterit,
non sinit facilem esse rationis cursum, sed suffocat, &
cū multa necessitate intus reprimit. Et hoc non dicē-
tibus tantum, sed & audientibus accidit: sicut enim ab
animo dicētis non concedit ipsam cū facilitate exili-
re: sic nec in audiētiū mentē permittit illabi cum pro-
Exod. 8.c pria virtute. Idcirco & Iudæi quondam luto, & lateri-
tio operi seruientes, Mosem magna de ipsorum salute
dicentem audire non tolerabant, tristicia verbis inac-
cessam mentem reddente, & auditū obstruente. Igitur
volebam quidē & ipse verba hic soluere, sed cogitās
quòd non solū nebulæ natura radij in anteriora pro-
cessum impedit, sed & cōtrarium ipsa sæpe patitur: cū
enim Sol calidior continue illapsus nubem contriue-
rit, mediū ipsius sæpe dissipauit, & totus simul elucēs,
splēdidus cernentiū obtutibus incidit: hoc & ipse ho-
die me facturū spero. sermone in animis vestris con-
tinue versante, & amplius immorante, finitum iri spe-
ro tristiciæ nebulam, & mētem vestram solita rursum
doctrina micaturā. Sed præbete mihi animā vestram,
præbete mihi aliquantulum aures, tristiciam excutite.
Ad priorem consuetudinem redeamus. Sicut consue-
uimus semper cum lætitia huc aduenire: sic & nunc fa
ciamus, omnia in deū reiicientes. Hoc & ad ipsam ca-

A lamitatis solutionem nobis confert. Si enim dominus
nos viderit sermones suos cum sedulitate audiētes: &
disciplinam nobis temporis difficultate nō respui, ce-
leriter nos suscipiet, & tranquillitatē faciet, & ex præ-
senti procella bonorum mutationem. Christianum e-
nim & in hoc ab infidelibꝰ differre oportet, vt omnia
generose ferat: & velut alatus se humanorum malorū
impetu superiorē exhibeat. Supra petrā statutus est fi-
delis: propterea & vndarū ictibus inexpugnabilis est.
Si enim tentationū vndæ eleuatæ fuerint, ad illius pe-
des non perueniunt, hic omni tali incursu sublimior
firmatus est. Ne igitur concidamus dilecti: nō sic salu-
tem nostrā curamus, sicut qui fecit nos deus. Non tan-
tæ nobis curæ est, nihil graue pati, quātæ illi qui nobis
animam donauit, & tot post hæc bona contulit. His
nosipsos spei rationibꝰ velut alatos exhibeamus, & di-
cenda cum promptitudine solita audiamus. Longam
B nuper apud charitatem vestram extendi concionem,
& omnes obsequētes cernebā, & nec ex media reuer-
sos via: gratias vobis de illa promptitudine habeo, &
laborum mercedem accepi. Sed & aliam à vobis tunc
mercedem exegi. Fortè nostis & meministis. Quæ ve-
ro erat merces? ciuitatis blasphematores punire, & ca-
stigare deum contumelia afficientes, & impios cohi-
bere. Non ex me ipso talia me dixisse arbitror, sed deū
talia præuidentem in mentem nostram verba misisse.
Si enim talia ausos punissemus, nō talia nunc accidis-
sent, quæ acciderunt. Quanto melius erat, si pericli-
tari oportebat, ipsos castigantes & corrigētes aliquid
pertulisse, quod & martyrij coronam nobis attulisset,
quàm nunc formidare & tremere, & ex illorum petu-
lantia mortem expectare? Ecce paruum crimen com-
C missum est, & culpa communis efficitur. Ecce propter
illos nunc omnes pauescimꝰ, & ab illis patratorū pœ-
nas ipsi sustinemus. Si autem præueniētes ipsos ex vr-
be expulissemus, & correxissemus, & ægrotū curasse-
mus membrum, nō præsentem timeremus pauorem.
Noui quòd ciuitatis mores à maioribus ingeniti sunt.
Sed peregrini quidam & promiscui homines scelesti
& perniciosi, & de sua desperātes salute, ausi sunt quę
patrata sunt. Propterea clamare & contestari non de-
stiti. Blasphemātium furorē puniamus, ipsorum men-
tem castigemus, ipsorum saluti prouideamus, & si hoc
facientes mori oporteat, magnū nobis hoc afferet lu-
crum, ne communē dominum contumeliis affici ne-
gligamus, Magnum ciuitati malum pariet talia despi-
cere. Hæc prædicebam, hæc nunc acciderunt, torpo-
ris illius pœnas pendimus. Deum contumelia affectū
D despexistis? Ecce permisit regem contumelia affici, &
de extremis periculum omnibus impendere, vt in hoc
timore illius negligentiæ pœnas demus. Num igitur
frustra, num temere hæc prędicebam, & continue ve-
stram charitatem interpellabam? Sed tamē nihil am-
plius factum est. Sed fiat nunc, & à præsenti calamita-
te castigati, inordinatum illorum furorem cohibea-
mus: obstruamus ipsorum ora, tanquam fontes mor-
tiferos concludamus, & in contrariū mutemus, & pe-
nitus euanescēt mala, quæ ciuitatē comprehenderūt.
Non est theatrum ecclesia, vt ad delectationē audia-
mus. Adiutos hinc recedere oportet, lucratos quic-
quam amplius & magnum, sic recedere expedit: quo-
niam temere & frustra proficiscimur, si ad tempus re-
frigerati, sic recesserimus vacui, & dictorum vtilitate
inanes facti. Quæ mihi horum plausuum vtilitas, quæ
laudū & tumultuum? Laus mea est, per opera vos om-
nia

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia quæ dicũtur, exhibere. Tunc ego felix habẽdus & beatus, non quãdo ſuſcipiatis, ſed quando omni cum alacritate faciatis quæcunq; à nobis audieritis. Quiſq; proximũ corrigat: ædificate enim alter alterũ, inquit. *1.Theſ.5.b* Niſi enim hoc faciamus, à quocunq; cõmiſſa prẽuaricatio, cõmune quoddã & intollerabile damnũ ciuitati afferet. Ecce nihil feciſſe conſcij nõ minus his qui peccauerunt, territi ſumus & contremiſcimus, ne omnes imperatoris ira corripiat. Nec eñ in excuſationẽ nobis dicere ſufficit: Non aderam, nõ cõſcius eram, cõmiſſis nõ cõmunicaui. Ob hoc igitur, inquit, punieris, & vltimã pendes pœnam, quia nõ affuiſti, nec prohibuiſti, neq; cohibuiſti tumultuãtes, neq; pro regis honore periclitatus es. Non patratis participaſti? Laudo hoc & accepto. Sed neq; facta ꝓhibuiſti, hoc accuſatione dignũ. Hęc & de deo verba audiamus, quando cũ ſilentio contumelias & iniurias in ipſum cõmiſſas *Matt.25.c* patimur. Quoniã & is qui talentum defodit, non pro reatibus ſuis tunc accuſabatur, integrũ enim depoſitũ reddidit: ſed quoniã ipſum non multiplicauit, quoniã nõ caſtigauit cæteros, quoniã argentũ ad numularios non detulit, nõ increpuit, nõ correxit proximos peccatores inordinatos, idcirco abſq; miſericordia in illas intolerabiles pœnas mittebatur. Sed ſi non antea, quòd nunc ſaltem quidẽ hanc facietis correctionẽ, & deũ contumelia affici non negligetis, ſatis credo. Poſſunt eñ quę acciderunt, licet nemo ſit qui admoneat, vel inſẽſatos deinceps propriã aſſerere ſalutẽ perſuadere. Nobis vero iam hora eſt ſolitam vobis mẽſam apponere, dictionẽ hodie nobis lectam promentes, & in mediũ omnibus proponẽtes. Quid igitur eſt hodie *1.Tim.6.d* lectum? Diuitibus huius ſeculi pręcipe, nõ ſublime ſapere. Qui dixit, Diuitibus huius ſeculi, demõſtrauit & *Luc.16.c* alios futuri ſeculi diuites eſſe: qualis ille Lazar⁹ erat, in præſenti quidẽ vita pauperrimus, in futura vero diues: non auro & argento, & vlla tali corruptibili & marceſſibili materia affluẽs: ſed arcanis illis bonis, quę neque oculus vidit, neque in cor hominis aſcenderunt.
1.Cor.2.c Hæ nãq; verę diuitiæ, & opulentia: quãdo & immarceſſibilia ſint bona, & nullam capiant mutationem. Sed non talis erat ille cõtemptor diues, ſed omnium pauperrimus factus eſt. Poſt hęc igitur ſtillam obtinere quęrens, nec ipſius factus eſt compos, in tam extremam deuenerat paupertatem. Idcirco pręſenti ſeculi diuites appellauit, vt diſcas, quòd cũ præſenti vita & copia pariter diſſoluitur: nõ procedit vlterius, non ſimul migrat cũ poſſeſſoribus migrãtibus, ſed ipſos ſæpius & ante finẽ deſerit: quod & ipſum demõſtrat dicens, Neq; in incertũ diuitiarum: nihil eñ tam infidũ, q̃ diuitiæ: quod cũ ſæpe dixerim, dicere nõ quieſcam, quòd fugitiuus eſt & ingratus ſeruus fidẽ non habens: vel ſi innumera ipſi vincula iniicias, ſic quoq; cũ ipſis vinculis aufugit. Sępius igitur peſſulis & foribus ipſum poſſidẽtes concluſerũt, ſeruorũ adhibita cuſtodia: ille vero ſeruis ipſis perſuadens, cũ ipſis fugit cuſtodibus, tanquam catenam eos trahens, & nihil profuit cuſtodia. Quid hoc infidelius? quid vero his, qui circa hunc ſtudium collocant, miſerabilius? quando rem tam labilẽ omni ſtudio colligere aggrediantur, nec Prophe-
Pſa.48.b tam audiant dicentem: Væ his qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Dic quare væ? Theſaurizat, inquit, & ignorat cui cõgregabit ea. Et quoniam labor quidem certus, fructus verò incert⁹. Sæpius inimicis laboras, & ærumnis conficeris. Sæpius poſt mortẽ tuam ad eos qui te affecerunt iniuria, & innumeris circunuenerunt inſidiis, hæreditas veniens, tibi quidem peccata, poſſeſſionem vero aliis præbuit. Iam illud inquirere dignum eſt, quare non dixit, diuitibus præſentis ſeculi præcipe non diteſcere, præcipe depauperari, præcipe quæ habent exhaurire: ſed dixit, pręcipe non ſublime ſapere? Nouit quòd diuitiarũ radix & materia eſt ſuperbia: & ſi quis modice viuere ſcierit, non multam earũ curam aget. Qua eñ, die mihi, cauſa multos circunducit ſeruos, paraſitos, adulatores, & reliquam omnẽ pompã? non vtilitatis cauſa, ſed arrogantiæ ſolius, vt ex his venerabilior aliis hominibus eſſe videatur. Pręterea nouit, non prohibitas eſſe diuitias, ſi quis in neceſſitatem ipſis vſus fuerit. Sicut enim dixi, nõ mala res vinũ, ſed mala ebrietas: ita nõ mala res diuitiæ, ſed mala auaricia, mala cupiditas. Aliud auarus, & aliud diues. auarus non eſt diues, auarus multorum indiget, indigẽs autẽ multorum nunquã diues eſſe poſſet. Auar⁹ cuſtos eſt, non dominus: pecuniarũ ſeruus, nõ poſſeſſor. Facilius enim alicui ex propriis carnib⁹, quàm ex defoſſo auro cõmunicaret. Velut enim iuſſus nihil de repoſitis tãgere, ſic cum omni diligẽtia ea ſeruat & detinet, à ſuis tanquam alienis abſtinens. & certè ſunt aliena. quæ enim aliis erogare nunquam pateretur, neq; in neceſſariis impẽdere, etiamſi infinitas ſuſtineret pœnas: quomodo hęc eſſe propria putare poſſet? Quomodo vero eorum habet poſſeſſionẽ, quorũ nec vſum, nec fructũ cum libertate habet? Ad hæc vero non omnibus omnia Paulus imperare conſueuit, ſed & audientium imbecillitati condeſcẽdit, ſicut & Chriſtus fecit. Etenim illi diuiti ad ſe accedenti, & de vita loquenti non dixit: Vade, vende omnia quæ habes: ſed hoc prętermit- *Luc.18.d*
tens, de aliis ipſum mandatis inſtruit. Deinde poſtquã ille ipſum inuitauit, inquiens: quid adhuc mihi deeſt? neque tum ſimpliciter dixit, vẽde omnia quæ habes: ſed ſi vis perfectus eſſe, vẽde quę habes: hoc in tuo pono arbitrio, te electionis dominum conſtituo, non in neceſſitatem traho. Propterea & Paulus nihil de paupertate diuitib⁹ loquitur, ſed de humilitate: tum propter audiẽtiũ imbecillitatẽ, tum quia optime ſciebat, quòd modeſte agere, & à ſuperbia alienum eſſe, breui faciet ipſos & à ſtudio diuitiarũ liberari. Præterea non altum ſapere admonens, & modum, quo non altum ſapere poſſint, demonſtrauit. Quis vero hic eſt? Si diuitiarum naturam animaduerterẽt quàm incertæ ſint & infidæ: quapropter intulit, neque ſperare in diuitiarum incerto. Diues eſt, non qui multa poſſidet, ſed qui multa expẽdit. Diues erat Abraham, ſed nõ auarus: non eñ huius domũ conſiderabat, nec illius ſubſtantiam curioſe ſcrutabatur: ſed egrediens contẽplabatur, num alicubi hoſpes, nũ alicubi pauper, vt paupertatẽ reſarciret, vt peregrinũ exciperet: nõ auro tectum liniuit, ſed apud quercũ illam tabernaculũ figẽs *Gene.18.*
foliorum vmbra contẽtus erat. Et tam ſplendidũ ipſi erat diuerſorium, vt nec angelos apud ipſum manere puderet: nõ eñ quærebãt domus ſplẽdorẽ, ſed animi virtutẽ. Hunc & nos imitemur, chariſſimi, & quę habemus, in pauperes impẽdamus. Rudi modo paratũ erat illud tabernaculũ, ſed regiis aulis ſplẽdidius fuit. Nullus vnquam rex angelos ſuſcepit: hic vero ſub quercu ſedẽs illa, cellámque figens, hoc honore dignus habitus eſt, non propter domus vilitatem honoratus, ſed propter animi ornatũ & diuitias in ipſo repoſitas hoc munere potitus. Et nos igitur ne domos ornemus, ſed potius quàm domum, animam noſtram: quomodo enim

enim nõ turpe, marmorib⁹ parietes fruſtra & temere cõtegere, Chriſtum vero nudum circumeuntẽ negligere? Quæ tibi domus vtilitas homo? Nunquid enim ipſam tecum ducens abibis? Animã vero omnino ducens migrabis. Ecce nunc tale nos oppreſſit periculũ. Aſſiſtant nobis domus, ſoluant periculũ nobis imminens: ſed nõ poterunt, Vos ipſi mihi teſtes eſtis, deſertas eas derelinquentes, & ad ſolitudinẽ exilientes, tanquam laqueos & retia timentes. Opitulentur nunc diuitiæ, ſed non habẽt tẽpus. Si vero vbi hominis ira, pecuniarũ valor redarguitur, multo magis in diuino & ineuitabili iudicio hoc fiet. Si homo eſt qui exacerbatur, & ægrè fert, & nihil nobis nũc aurũ prodeſt: multo magis iraſcente deo pecuniarũ non indigente, auri potentia penitus euaneſcet. Domos ędificemus, vt habitemus, non vt ſuperbiamus. Neceſſitatem tranſcendẽs ſuperfluum eſt & inutile. Calceare calceum pede maiorem, ſed nõ tolerabis, te enim ad greſſum impedit: ſic & domus neceſſitate maior, in cœlos tranſitum impedit. Vis magnas & ſplendidas domos ædificare? Nõ prohibeo, ſed non ſuper terram ædifica tabernacula in cœlis, vt & alios ſuſcipere poſſis, tabernacula nunquã deficientia. Quid inſanis circa fugiẽtia, & hic manentia? nihil diuitiis fallacius: hodie tecum, & cras contra te inuidorũ oculos armant. Vndiq; hoſtis eſt cõtubernalis, inimicus domeſticus: & vos poſſidentes teſtes qui omni modo ipſas infoditis & abſconditis: quoniã & nunc nobis periculum intolerabilius diuitiæ faciunt. Nam cernis pauperes quidem ſuccinctos & expeditos ad omnia paratos: diuites autem multã habentes difficultatem, & circũeuntes, & quærentes vbi aurum infodiãt, quærentes vbi tandem deponãt. Quid quæris homo conſeruos? Eſt Chriſtus ſuſcipere paratus, & depoſita tibi ſeruare, nec tantũ ſeruare, ſed etiam multiplicare, & cũ multo fœnore reddere. Ex illius manu nemo eripit. Nõ ſeruat autem tantum depoſita, ſed etiam ſecurum depoſitorẽ facit. In hominibus enim depoſita ſuſcipientes, gratiã ſe nobis præſtare putant, ſi cuſtodiant quę ſuſceperunt: in Chriſto autem cõtrarium. Non enim gratiam præſtitiſſe, ſed accepiſſe ſe dicit, cum depoſita ſuſceperit tua: & pro ipſa cuſtodia, quam circa pecunias tuas exhibet, nõ te mercedem repetit, ſed ipſe tibi dat mercedẽ. Qua igitur ſumus excuſatione digni? qua vero venia? quando & cuſtodire valentem, & pro cuſtodia gratias habentem, & arcana & magna prẽmia pro hac cuſtodia reddentem prætermittentes, hominibus circa huiuſmodi cuſtodiam debilibus, & gratiam nobis conferre ſe putantibus, & ſola ipſa quæ dantur, poſtea reddentibus, noſtra tradimus? Hoſpes es hic & peregrinus, patriã habes in cœlis. Illuc omnia tranſmitte, vt & antequam fruaris, hic retributionẽ capias. Qui enim bona ſpe alitur, & de futuris cõfidit, hic iam regnum guſtauit. Nihil enim tantum animam reparare cõſueuit, & meliorem facere, quàm bona futurorũ ſpes, ſi eò trãſmittens diuitias, animæ tuę curam cum ocio congruo egeris. Omne enim ſtudiũ in domus ſuæ ornatũ impendẽtes, in exterioribus diuites interiora negligunt, & deſertã & ſqualentẽ & araneis plenã animã ſuam, deſpiciunt. Si vero exteriora negligentes circa mentem ſuam promptitudinem omnem impẽderint, vndique ipſam ornantes, tabernaculum Chriſto erit talium hominum anima: Chriſtum autem habẽte inhabitatorẽ, quid vnquã felicius eſſe poſſet? Vis ditari? Amicum habeas deum, & omnium ditiſſimus eris. Vis ditari? ne altum ſapias. Hoc non ad futura tantũ, ſed etiam ad pręſentia vtile. Nihil enim tam inuidioſum, q̃ homo diues: quũ vero ſuperbia acceſſerit, duplex paratur præcipitiũ, difficilius ab omnib⁹ bellum. Si vero modeſte viuere ſcieris, ſuccidis humilitate inuidię tyrannidẽ, & cũ ſecuritate habes quæcunq; habes. Talis enim eſt virtutis natura, nõ ad futura nos tantum adiuuat, ſed & hic iam retributiones prębet. Ne igitur in diuitiis altum ſapiamus, ſed nec in vlla alia re. Si enim in ſpiritualibus altũ ſapiẽs labitur & perit, multo magis in carnalibus. Cogitemus naturam noſtrã, peccata recẽſeamus, diſcamus qui ſimus, & hoc nobis in toti⁹ humilitatis materiam ſufficit. Ne dicas mihi, tot & tot annorũ prouentus repoſitos habeo, auri talenta innumera, lucra per ſingulos adaucta dies. Quantacunque dixeris, omnia temere dices & incaſſum. Sæpius vna hora & breui tẽporis momẽto, velut vẽto ſuperne ne irruẽte iactabilis puluis, ſic hęc omnia ex domo exuflantur. Et horum vita plena, plenæ vero ſcripturæ diſciplinarum & exẽplorum. Hodie diues, cras pauper, Idcirco ſæpius riſi teſtamenta legens, dicẽtia, ille quidem habeat agrorum vel domus dominiũ, vſum vero alius. Omnes enim vſum habemus, dominiũ autẽ nemo: etſi enim nobis per omnẽ permaneãt vitam nullam facientes diuitiæ mutationẽ, velimus nolimus in fine aliis cedemus, ipſarũ vſu ſolo decerpto, dominio autem nudi & orbati ad illam vitam migrantes. Vnde manifeſtũ eſt, q̃ illi ſoli dominiũ habent, qui & ipſarũ vſum contempſerunt, & fructũ deriſerunt. Qui enim præſentibus abiectis, ipſas pauperib⁹ erogat, in neceſſaria ſuis vſus eſt, & ipſorum dominium habẽs obiit: neq; per ipſam mortem illa excidens poſſeſſione, ſed omnia illo recipiẽs tempore, & illis multo plura. quãdo in die iudicij illorum præſidio maxime egebit, & quãdo omnes factorũ rationes repetemur. Itaq; ſi quis vult diuitiarũ & poſſeſſionẽ & vſum & dominium habere, ab omnibus pręſentib⁹ liberetur: quoniã hoc nõ faciens, in morte ab ipſis omnino ſeparabitur: multoties vero & ante finem cum periculis & infinitis malis ipſas amittit. Nec hoc ſolum malũ eſt, quòd mutatio fit repẽte vniuerſa, ſed quòd impręmeditatus ad paupertatis tolerantiã diues deducitur. Sed nõ talis pauper: nõ enĩ auro confidit, & argento inanimatis materiis, ſed deo omnia copioſe prębẽti. Itaq; diues magis in incerto q̃ pauper cõſtitutus eſt, cũ frequẽtes & cõtinuas mutationes recipiat. Quid vero eſt quod dicit prębere nobis omnia abundanter ad fruendũ? Omnia cũ largitate dat deus, quæ ſunt pecuniis multo magis neceſſaria, vt aërem, aquã, ignem, ſolem, omnia talia. Nõ licet dicere, quòd magis ſplẽdore diues, min⁹ vero pauper fruatur. Nõ licet dicere, quòd copioſiorem aërẽ, q̃ pauper reſpiret diues: ſed omnia paria & cõmunia propoſita ſunt. Quare igitur maiora quidẽ & magis neceſſaria, & vitam noſtrã continentia communia deus fecit: minora vero & viliora non ſunt cõmunia? pecunias dico. Qua de cauſa? Vt vita noſtra conſeruetur, & virtutis ſtudia habeamus. Si enim nõ eſſent neceſſaria hæc communia, fortè diuites ſolita vſi auaritia pauperes ſuffocaſſent. Si enim in diuitiis faciunt hoc, multò magis in illis feciſſent. Rurſum ſi & pecuniæ cõmunes eſſent, & ſimiliter omnibus propoſitæ, eleemoſynę occaſio ſublata eſſet, & charitatis opportunitas. Vt igitur ſecure viuamus, communes factæ ſunt nobis vitæ cauſæ: rurſum, vt habeamus coronarum & probabilium actionum occaſionẽ, non cõmunes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes factæ ſunt pecuniæ, vt auaritiam exoſi, & iuſtitiã ſectãtes, noſtra indigẽtibus erogantes, aliquod peccatorum noſtrorũ remediũ per uiã hãc capiamus. Diuitẽ te fecit deus, vt egenis auxilieris, vt peccata tua ſoluas per liberalitatẽ aliis exhibitã. Dedit tibi pecunias, non vt in mortẽ claudas, ſed vt in ſalutẽ tuam effundas. Propterea & ipſarum poſſeſſionẽ incertã & non ſtabilẽ fecit, vt per hoc inſaniæ circa ipſas intentionẽ diſſolueret. Si enim nũc poſſidentes, qui de ipſis cõfidere non valent, quinimmo multas ex hac re naſcentes inſidias cernũt, ſic circa illarũ deſideriũ ſuccendũtur: ſi & hoc propoſitum eſſet, vt ſtabiles & minime caducæ forẽt: cui pepercíſſent? Vnde abſtinuiſſẽt? qua viduæ? quibus pupillis? quibus pauperibus? Ne igitur magnũ putemus bonũ eſſe diuitias. Magnũ enim bonũ non poſſidere pecunias, ſed dei timorẽ & reuerentiam poſſidere. Ecce nunc ſi quis eſſet iuſtus, & apud deum fiduciæ habens multum, & ſi omnium hominũ pauperrimus eſſet, præſentia mala ſoluere poſſet: ſatis enim eſſet tantũ in cœlum manus extendere, & deum inuocare, & hæc nebula præteriret. Si vero aurum tãtum repoſitum eſt, luto omni ad impendentiũ malorum ſolutionem inutilius eſt: nec in hoc tantũ periculo, ſed & ſi morbus cõprehẽderit, ſiue mors, ſiue aliud quid huiuſmodi, redarguitur pecuniarũ vis impotẽs, & nullam valens de proprio conſolationẽ in aduerſis afferre. Vnum eſt quo paupertatem diuitiæ ſuperare vidẽtur, quotidianis diffluere deliciis, & multa in cõuiuiis repleri voluptate. Hoc tamẽ & in pauperũ menſa contingere videtur, & hos maiori q̃ omnes diuites voluptate frui. Et ne miremini dictum: ex ipſa enim rerum demonſtratione hoc vobis faciã manifeſtum. Noſtis quippe omnes, & hoc confitemini, q̃ voluptatem in conuiuiis non ferculorum natura, ſed conuiuantiũ diſpoſitio facere conſueuit: puta, cũ fame quis mẽſam attingens, omni obſonio & cõdimento, & innumeris ciborum illecebris iucundiorem eſcam guſtabit, etſi omniũ viliſſima ſit. Neceſſitatẽ vero & eſuriem præueniens, quod diuites faciunt, ſi etiã placentas inuenerit appoſitas, non ſentiet voluptatẽ, ipſius appetitu non excitato. Et vt diſcas, q̃ hoc ita habet, teſtes quidẽ & vos omnes. Audiamus autem & ſcripturã hoc ipſum dicentem: Anima ſaturata calcabit fauum, & anima eſuriens etiã amarũ pro dulci ſumet.
Pro. 27.a Et certè quid fauo dulcius & melle? Sed nõ iucundũ, inquit, non eſurienti. Quid vero amaris iniucundius? ſed dulcia ſunt in pauperie cõſtitutis. Quòd autẽ pauperes cum neceſſitate & eſurie ad cibũ veniãt, diuites vero eam nõ expectẽt, hoc cuiq; manifeſtum eſt: vnde legitimam & ſynceram voluptatẽ non capiunt. Nec in cibis tantũ, ſed & in potu idem accidere videre licet. Et ſicut illic eſuries ſupra eſcarũ naturã voluptatem inducit: ſic & hic ſitis iucũdiſſimum potũ facere cõſueuit, & ſi pura ſit aqua quæ bibatur. Et hoc ipſum
Pſal. 80.c Propheta demõſtrãs, dicebat: Et ex petra melle ſaturauit eos. Atqui hoc nuſquã in ſcriptura lectũ eſt, q̃d mel de petra Moſes eduxerit, ſed vbique fluuios & aquas, & frigida fluẽta. Quid igitur tandẽ eſt quod dicitur? neq; eñ ſcriptura mẽtitur. Poſtquã enim ſitientes & indigẽtia defatigati frigidioribus aquis inciderunt, ex potu voluptatẽ aſſerere volens, mel aquã appellauit: non tanquã mutata in mel natura, ſed bibentium diſpoſitione fluenta illa melle iucundiora faciẽte. Didiciſti, quo modo & potum ſuauem ſitientiũ affectio reddere conſueuit? Multi igitur pauperes ſæpe laborantes, & defatigati, & ſiti ardentes cum dicta voluptate talia libauere fluẽta: diuites vero vinũ ſuaue, & floris odorem, & omnem virtutẽ habens, quæ in vino optari poſſit, haurientes, non eandem ſenſere delectationem. Hoc & in ſomno fieri videas. non enim molle ſtratũ neque deargẽtatus lectus, neq; quies per domum facta, neque aliud huiuſmodi quicquã ſomnum dulcem & procliuem facere ſolet: ſicut laborare, & laſſari, & vehementer ſomni indigentes & dormitantes reclinari: & hoc quidẽ teſtatur & rerũ experiẽtia. Teſtatur autem & ante rerũ experientiã ſcripturarum ſentẽtia. Deliciis enim innutritus Salomon idem demonſtrare volens, dicebat: Iucũdus ſomnus ſeruo, ſiue *Eccl. 5.c* parũ, ſiue multũ comedat. Cur igitur addit. Siue multum ſiue parũ comedat? Ambo hęc vigiliam inducere ſolent, indigentia, & crapula: illa quidẽ ſpiritum arefaciens, & palpebras corneas reddẽs, nec claudi permittẽs: hæc vero anhelitũ angens, & elidẽs, & multos inferens dolores. Sed tanta eſt laborũ medicina, q̃ ſi etiam ambo adſint, ſeruus dormire poteſt. Poſtquam enim ſerui tota die vbiq; circũcurſitant, dominis ſuis miniſtrantes, vapulantes, laborãtes, & ne minimũ quidem reſpirãtes, ſufficientem laſſitudinum & laborum illorum retributionẽ capiunt, in dormiendo voluptatem. Et hoc dei benignitate factum eſt, vt nõ auro & argento, ſed labore, & ærũna & neceſſitate, & omni diſciplina voluptates emi valeant. Sed nõ ſic diuites, ſed ſtratis mollibus iacẽtes, multoties totam noctem ducunt inſomnẽ, & multa machinantes tali non fruũtur voluptate. Pauper ex diurnis laboribus ſurgẽs, defatigata habẽs membra, priuſquã recubuerit, integrũ & ſuauem, & legitimum ſomnũ ſuſcepit, non exiguã & hanc iſtorum laborum capiens mercedem. Cũ igitur cũ maiori voluptate pauper & dormiat, & bibat, & comedat: qua gratia erunt amplius diuitiæ dignæ, quam videbuntur ſupra paupertatẽ prærogatiuã habere & hac priuatæ? Propterea & ab initio de° homini laborem alligauit, nõ puniens neq; ipſum caſtigãs, ſed corrigens & docens. Quando illaborioſam vitam *Gene. 3.d* degebat Adam, paradiſo excidit. Quãdo laborioſam *2. Cor. 12.* & ærumnoſam Paulus agebat vitã, in labore & ęrumna noctem & diem operans, tũc in paradiſum raptus eſt, & tertiũ in cœlũ aſcẽdit. Ne igitur laborẽ reſpuamus, nec operationẽ vituperemus. Etenim ante cœlorum regnum hic maximũ capimus præmiũ, ex ipſa re voluptatẽ capientes: non autẽ voluptatẽ tantũ, ſed & quod multo voluptate maius eſt, puriſſimã ſanitatẽ. Diuitibus eñ in iucũditate & multæ ægritudines irruunt: pauperes autẽ à medicorũ manibus immunes ſunt. Si vero nõnũquã & in imbecillitatẽ incidãt breui ſeipſos inſtaurant, mollicie omni liberi, & corpora robuſta habẽtes. Magna põſſeſſio paupertas ſapiẽter ipſam ferẽtibus, theſaurus qui nequeat auferri, bacul° firmiſſimus, inculpabilis poſſeſſio, diuerſoriũ ab inſidiis tutũ. At opprimit, inquit, pauper: ſed maiores inſidias diues patitur. Contemnitur pauper & cõtumeliis afficitur, ſed diuiti inuidetur. Non tã expugnabilis eſt pauper q̃ diues, infinitas vndique & diabolo & inſidiatoribus occaſiones prębens, omniũ ſeruus propter multam rerũ abundantiã, in multorũ neceſſitate conſtitutus, & multis adulari cogitur, & cum multa illiberalitate ſeruire. Pauper autem ſi philoſophari ſciat, neq; ab ipſo diabolo expugnari poteſt. Iob igitur & ante hoc cũ fortis eſſet, poſtquã omnia amiſit, tũc factus eſt fortior, & egregiã contra diabolũ victoriam

riam reportauit. Præterea vero nec iniuriã pati pauper poteſt, ſi philoſophari ſcierit. Quod enim dixi de voluptate, q̃ voluptas non in ciborũ apparatu, ſed in comedẽtiũ affectu ſita eſt: hoc & de cõtumelia dico, q̃ contumelia non à contumeliantiũ ſententia, ſed à patientium affectu conſtituitur vel deſtruitur. Verbi gratia, Multa quiſpiã in te fanda atq; nefanda conuicia dixit: ſi cõtumelias deriſeris, ſi verba non acceperis, & vulnere ſuperior ſis, contumeliã non es paſſus. Et quemadmodũ ſi corpus adamantinũ haberemus, & ſi innumeris vndiq; telis percuteremur, non tamẽ vulnera reciperemus: non enim à manu tela torquente, ſed à corporibus patientibus vulnera fiunt: ſic & hic non à petulantiũ inſania, ſed à patientiũ contumelias imbecillitate, iniuriæ & cõtumelię conſtituũtur. Si enim philophari ſciamus, nec contumelia affici poſſumus, nec quicquã graue pati. Aliquis iniuriã intulit, non ſenſiſti nec doluiſti: non es iniuriã paſſus, ſed & magis percuſſiſti, q̃ percuſſus es. Cum enim qui contumeliã intulit, plagam ſuam ad patientium animam non peruenientẽ viderit, ipſe maiorem in modum roditur: & tacentibus contumeliam patiẽtibus, ſponte contumeliarũ plaga contra mittentẽ conuerſa infertur. In omnibus igitur philoſophemur, & nihil nos inopia lædere poterit: quin & maxime adiuuabit & clariores reddet, & omnibus diuitib° copioſiores. Quid enim, dic mihi, Helia pauperius? ſed propterea omnes diuites vincebat, quoniam pauper hic erat: ipſam vero paupertatẽ ex mentis opulentia elegit. Quoniã enim omnẽ pecuniarum copiã animi ſui magnitudine eſſe putauit inferiorẽ, nec philoſophia ſua dignã: ideo tantã pauperiẽ amplexatus eſt. Quòd ſi magna præſentia putaſſet, non ſolã meloten poſſe- C diſſet: ſed ita vitæ vanitatẽ condẽnauit, & tanquam lutum proiectũ aurum omne deſpexit, vt præter amictum illum nihil amplius poſſideret. Idcirco rex pauperis indigebat, & verbis nihil plus quàm meloten habentis inhiabat, qui tantũ habebat auri: adeo ſplẽdidior trabea erat melote, & regalibus aulis iuſti ſpelunca. Propterea & in cœlum aſcendens, nihil aliud quàm meloten diſcipulo reliquit. Cũ hac, inquit, cũ diabolo pugnaui, & tu contra illũ armatus hanc capies. Validum enim telum inopia, & inexpugnabile habitaculũ, & turris inconcuſſa. Tanquam maximam hæreditatẽ Heliſæus meloten ſuſcepit: etenim verè maxima fuit hęreditas, omni auro precioſior. Et erat poſthac duplex Helias ille, & erat ſurſum Helias, & deorſum Helias. Noui q̃ iuſtum illum beatum putatis, & velletis quiſque eſſe vt ille. Quid igitur, ſi vobis D demonſtrauero quid aliud, quod illo multo maius omnes ſacris myſteriis imbuti recepimus? Helias nẽpe meloten diſcipulo reliquit. Filius autem dei aſcẽdens, ſuam nobis carnem dimiſit: ſed Helias quidem exutus, Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit. ne igitur animo concidamus, neq; lamentemur, neq; temporum difficultatem timeamus. Qui enim ſanguinem ſuum pro omnibus effundere non recuſauit, & carnem ſuã, & rurſus ipſum ſanguinem nobis communicauit, nihil pro ſalute noſtra recuſabit. Hac igitur ſpe fidentes ipſum cõtinue rogemus, & precibus & ſupplicationibus vacemus, & reliquæ virtutis cum omni diligentia curã habeamus: vt & inſtans fugiamus periculum, & futura aſſequamur bona: quibus nos omnes dignos cenſeri contingat, gratia &c.

In profectionem Epiſcopi Flauiani, pro ciuitate ad imperatorem legationem obeuntis. Et quòd detrahere quàm humanum corpus comedere peius eſt. Et de iugulatis propter ſeditionem: & ad criminantes, quoniam multi non ſeditioſi capti ſunt.

Homilia III.

VAndo ad ſedem hanc derelictam & magiſtro vacuã reſpicio, gaudeo ſimul & lachrymo: lachrymo quidem, q̃ præſentem non video patrem: gaudeo autem q̃ pro ſalute noſtra profectus eſt, & tantũ abiit populũ à furore regis ereptu- rus. Hoc & vobis ornamentũ eſt, q̃ talem ſortiti eſtis patrem: & illi corona, q̃ circa filios tam benignus eſt, & à Chriſto dictum per opera confirmauit. audiens enim, q̃ paſtor bonus animã ſuam ponit pro ouibus: *Ioan. 10.b* abiit pro nobis omnibus animã ſuam poſiturus, & ſi multa erant ipſum abire prohibentia, & manere cogentia: & primo ætas ad vltimã prouecta ſenectutẽ, B poſtea corporis imbecillitas, & anni tẽpus, & ſanctæ celebritatis neceſſitas, ad hęc vnica ſoror in extremo cõſtituta ſpiritu: ſed tamẽ & conſanguinitatẽ deſpexit, & ſenectutẽ, & imbecillitatẽ, & temporis difficultatem, & itineris aſperitatẽ: & omnibus vos veſtrãq; ſalutẽ præponẽs, hæc omnia vincula diſrũpit, & tanquam iuuenis fertur ſenex, nunc alatus prõptitudine factus. Si enim Chriſt°, inquit, ſeipſum pro nobis de- *Tit. 3.d* dit, qua eſſemus nos excuſatione & venia digni, tanti cuſtodiã populi creditã habentes, & nõ eligẽtes omnia & facere & pati pro creditorũ nobis ſecuritate? Si enim patriarcha, inquit, Iacob pecudibus præpo- *Gen. 29* ſitus, & oues irrationales paſcens, & homini rationes redditurus, & noctes ducebat inſomnes, & æſtum, & gelu, & omnẽ aëris intẽperiem ferebat, vt nulla illarũ C pecudũ periret: multo magis nos nõ irrationalibus, ſed ſpiritualibus ouibus præpoſitos, & non homini, ſed deo præſidẽtiæ huius rationes reddituros, ad nihil torpere & tergiuerſari oportet eorũ quæ gregem iuuare poſſint? Sed quãto melior grex iſte grege illo, & brutis quidẽ homines, hominibus verò deus: tãto maius & nos vehemẽtiúſq; ſtudium & prõptitudinẽ exhibere oportet. Nouit ille planè, q̃ nõ pro vna ſibi nunc ciuitate negociũ, ſed pro Oriẽte toto. Ciuitatũ enim ſub Oriente poſitarũ caput & mater eſt ciuitas noſtra: propterea omne periculũ ſubiit, & nihil illum hic retinere potuit. Ideoq; bonas fore ſpei opportunitates ſpero: nõ enim tantã ſedulitatem & curã deus deſpiciet, neq; ſeruum ſuũ infectis rebus redire permittet. Noui q̃ & tantũ viſus ille, & religioſum impe ratorẽ conſpicatus, ex aſpectu ſolo ſtatim iram corripere poterit. Sanctorũ enim non tantũ verba, ſed & ipſi aſpectus ſpirituali gratia pleni ſunt. Hic vero & multa ſapiẽtia plenus eſt, & cum diuinarũ legum ſit peritus, ad ipſum dicet, quod & Moſes ad deũ: Si dimittis quidẽ ipſis peccatũ, dimitte: ſi non autẽ, & me *Exo. 32.g* occide cum ipſis. Talia enim ſanctorũ viſcera, cũ filiis mortem, q̃ ſine ipſis vitam dulciorẽ eſſe putant. Adiiciet à tẽpore patrocinium, & ſacrũ Paſcha proponet, & cõmemorabit tempus, per quod orbi terrarum tori Chriſtus peccatũ remiſit, dominum imitari exhortabitur, & parabolæ illius decem milium talẽtorum, & centum denariorum ipſum commonebit. Noui patris noſtri fiduciam, non recuſabit ipſum per hanc ſimilitudinẽ terrere & dicere: Vide ne fortè & tu illo die audias: Serue nequã, omne debitum illud *Mat. 18.d* dimiſi tibi, quoniã rogaſti me, oportebat & te dimittere conſeruis tuis. Tibiipſi magis quàm illis prodes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in paucorũ dimissione peccatorũ maiorũ obliuionẽ recipiens. Addet prædictis & orationem illã, quam qui sacris initiauere mysteriis, orantẽ dicere docuerunt: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ad hæc docebit, quod nõ cõmune ciuitatis fuit peccatũ, sed hominũ quorundam externorũ, & aduenarũ nihil cũ ratione facientium audacia & omnis præuaricatio. Nec iustũ esse posse pro paucorũ temeritate tantã diripi ciuitatẽ, & qui nihil iniuste fecerunt, pœnas luere: alioquin etsi omnes peccassent, dignas dedissent pœnas, tot diebus timore consumpti, & per singulos mori dies expectantes, pulsi, exulantes, reis miserabilius viuentes, sanguinẽ in manibus gestãtes, & de vita sua nõ confidentes. Hęc tibi pœna sufficiat, ne vlterius ira procedas, mitẽ tibi supernũ iudicẽ per humanitatẽ in conseruos redde. Cogita vrbis magnitudinem, q̃ non de vna, vel de duabus, vel tribus, vel decẽ animabus nũc nobis est cõsideratio, sed de milibus infinitis, de totius orbis capite. Hæc ciuitas in qua primũ appellati Christiani, honora Christũ, reuerere eam quæ prima nomẽ hoc omnib⁹ desiderabile & dulce prædicauit. apostolorũ illa fuit tabernaculũ, habitaculũ iustorũ. Nunc hoc primũ & solũ in principes facinus patratũ est, & ciuitatis mores omne præteritũ tempus testatur. Si enim cõtinue seditiones moueret, improbitatem condemnare oporteret: si vero semel hoc omni tẽpore accidit, certũ est, q̃ non ciuitatis morum est peccatum, sed eorũ qui impudenter & temerè in ciuitatem irruperunt ista insania fuit. Hæc sacerdos & plura his cũ maiori dicet fiducia, hæc Imperator audiet: & ille humanus, & hic fidelis. Vnde vtrinq; bonas habemus spes. Magis autẽ & supra magistri fidẽ, & regis humanitatẽ, dei misericordiæ fidimus: etenim & rogato regi, & roganti sacerdoti ipse solus assister, regis cor emolliens, sacerdotis linguã excitãs: huius verba secundãs, illius mentẽ præparans, dictis multa cum venia suscipiẽdis & petitionibus concedendis. Etenim ciuitatũ omniũ nostra Christo optatissima, tum propter progenitorũ, tum propter vestrã virtutem. Et sicut Petrus inter apostolos primus Christũ prædicauit: sic inter ciuitates, sicut iam dixi, hæc prima tanquã coronam quandã admirabilem Christianorum tulit appellationẽ. Si vero vbi decẽ tantũ iu-
Gen.18.d sti essent, omnes inhabitantes deus saluare promisit: vbi non decẽ & viginti, neq; bis totidẽ solũ, sed multo plures sunt deũ cũ omni diligentia colentes, quomodo non oportet bona sperare, & de communi nostra omniũ salute confidere? Audiui multos dicẽtes, minæ regis iræ leonis similes, & concidentes & lamentantes. Quid igitur aduersus illos dicemus? quod
Esa.11.g qui dixit: Lupi & agni simul pascentur, & pardus cũ hædo quiescet, & leo tanquã bos paleas comedet: & hunc leonem reddere ouem poterit mansuetã. Supplicemus igitur ipsi, & ad ipsum legationes mittam⁹, & regis animũ penitus corripiet, & ab omni nos instanti angustia liberabit. Pater illic legationem obit, nos hinc ad cœlorũ regem mittamus legationẽ, ipsum precibus adiuuemus. Multũ ecclesiæ cõmunio potest, si anima dolẽte, si corde cõtrito preces emittamus. Non opus est mare transire, nõ opus est longã subire peregrinationẽ: omnes & ad ecclesiam occurrentes, & domi manentes multo deũ studio inuocemus, & omnino supplicationibus annuet. Vnde hoc manifestum? q̃ vehementer cupit nos ad ipsum sem-
A per confugere, & in omnibus ipsum deprecari, & nihil absque ipso vel facere vel dicere. Homines enim, quando ipsis cõtinue negociũ facessimus pro rebus nostris, languescũt & tergiuersantur, & ægre ferunt. Deus autẽ prorsus in contrariũ: non quando ipsi cõtinue occurrimus pro rebus nostris, sed quando non hoc facimus, tunc maxime indignatur. Audi igitur quid Iudæis obiicit, dicẽs, Fecistis voluntatẽ meã, & nõ per me: & pacta, & nõ per spiritũ meũ. Talis enim amantiũ consuetudo: omnia adamatorũ negocia per se fieri volũt, & nihil sine se illos neq; facere, neq; dicere. Propterea & deus nõ hic tantũ, sed & alibi idem
Osee.8.a rursus exprobrãs dicebat: Regnauerũt, & nõ per me: imperauerũt, & nõ significauerũt mihi. Ne igitur torpeamus cõtinue ad ipsum confugere, & quodcunq; graue fuerit, omnino remediũ accipiet conueniens.
B Terruit homo, curre ad supernũ dominũ, & nil graue patieris: sic antiqui calamitates auertebãt, nõ tantũ viri, sed & mulieres. Fuit quædã mulier Hebræa, Hester erat ipsi nomẽ: hæc Hester vniuersum Iudęorum populũ internecione delendũ sic eripuit. Postquã Persarũ rex omnes passim Iudæos interimi iussit, & nullus erat qui contra irã illius obsistere posset: pristinũ vestitũ exuta mulier, & sacco amicta, & cinerẽ substrata, diuinæ clemẽtiæ supplicabat, vt secũ ad regẽ ingrederetur, & talia orans verba ad ipsum dabat: Grata domine fac verba mea, & da sermonẽ ornatũ in os meũ. Hæc & pro magistro nos nũc deum oremus. Si enim mulier pro Iudæis supplicãs Barbaricũ corripere furorẽ potuit: multo magis doctor noster pro tali ciuitate, & cũ tãta ecclesia supplicãs, benignissimũ & mitissimũ hunc regẽ flectere poterit, si enim peccata in deũ soluẽdi potestatẽ accepit, multo magis in hominẽ patrata destruere & delere poterit. Princeps est hic quoq;, & quidẽ illo honoratior. Etenim ipsum regis caput sacras leges ferẽtes huius manib⁹ subiecerũt: & quãdo aliquid boni cœlitus requiritur, rex ad sacerdotẽ, nõ sacerdos ad regẽ cõfugere solit⁹ est. Habet & hic iustitiæ thoracẽ, habet & loricã veritatis, habet & calceamẽta multo honestiora ab euãgelio pacis: habet & gladiũ, nõ ex ferro, sed spiritus: habet & coronã capiti impositã. Splẽdidior hæc armatura, preciosiora hæc arma, maior fiducia, maior vis. Itaque & pro principatus magnitudine, & ꝓpria magnanimitate, & ante reliqua omnia, ꝓ firma in deũ spe, cũ multa fiducia, cũ multa prudẽtia regẽ alloquetur. Ne igitur de salute nostra desperem⁹, sed supplicemus, precemur, petam⁹, oremus, ad supernũ
D regẽ multis cũ lachrymis legationẽ mittam⁹. Habemus & ieiuniũ hoc cooperãs, in hac pulchra legatione nobis adhęrens. Quẽadmodũ itaq; pręterita hyeme, & æstate apparẽte, nauta quidẽ nauigiũ deducit, miles vero arma deterget, equũq; ad bellũ parat, & agricola acuit falcẽ, & viator fiduciæ plenus lõgum iter aggreditur, & ad certamina pugil expoliat, séq; denudat: sic & nos ieiunio tanquã ęstate quadã spirituali apparẽte, & arma tanquã milites abstergamus, falcẽ acuamus tanquã agricolæ, & tanquã nautę cõtra vndas, contra absurdarũ cupiditatũ cogitationes opponamur, & tanquã viatores arduũ ad cœlũ iter inuadamus, & tanquã pugiles ad certamina spoliemur: fidelis enim, & agricola, & gubernator, & miles, & athleta, & viator est. Idcirco Paulus quoque dicit:
Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, *Ephe 6.b*
sed aduersus principes & potestates. induite igit armaturam

maturam dei. Vidisti athletã, vidisti militẽ? Si athleta es, nudũ in certamẽ te descẽdere oportet: si miles, armatũ ad pugnam consistere necesse est: quomodo igitur vtraq; hæc simul esse possint, & nudum esse, & nõ nudum: & indutũ, & non indutũ? Exue vitæ negocia, & athleta factus es: indue arma spiritualia, & fact⁹ es miles. Teipsum vitæ curis denuda, luctę enim tempus est: arma spiritus indue, bellum enim nobis cõtra dæmones conflatũ est graue. Propterea & nudũ esse oportet, vt nullã diabolo nobiscũ luctãti ansam præbeamus: & vndiq; armari, vt nusquã letalem plagam accipiamus. Excole animã tuã, & spinas excide: semina verbũ pietatis, pulchras disciplinæ plantas insere, & cum multa diligentia repastina: nã agricola factus es, & tibi dicet Paulus: Laborantẽ agricolã oportet
1.Cor.3.b primũ fructus percipere. Hanc & ipse artẽ tractabat: idcirco Corithiis scribẽs dicebat: Ego plãtaui, Apollo rigauit, deus autẽ incrementũ dedit. Acue falcem
B tuam, quã per crapulã hebetasti, acue per ieiuniũ, aggredere iter in cœlũ ferens, asperã & angustã viã attinge & ambula. Quomodo autẽ poteris & attingere & ambulare? Castigans corpus tuũ, & in seruitutẽ redigens: vbi enim via angusta, magnũ impedimentum est carnis ex crapula obesitas. Absurdarũ vndas concupiscentiarũ reprime, repelle improbarũ hyemẽ cogitationum, salua nauigium, multã ostende peritiam, & factus es gubernator. Horum autẽ omnium nobis materia ieiuniũ & magister est, ieiuniũ autẽ dico nõ hoc vulgare, sed accuratũ ieiuniũ: non tantũ ciborũ abstinentiã, sed & peccatorũ: nõ enim ieiunij natura peccata eximere sufficit, nisi congrua cum lege fiat.
2.Timo.2.a Etenim athleta, inquit, non coronatur, nisi legitime certauerit. Ne igitur inter ieiunij laborẽ à ieiunij co-
C rona excidamus, discamus qualiter & quomodo huiusmodi negociũ tractare debeamus: quoniã & pharisæus ille ieiunauit, sed post ieiuniũ illud descendit inanis, & ieiunij fructibus cassus. Publicanus non ieiunauit, & pharisæũ ieiunantẽ præcessit non ieiunãs, vt discas q̃ ieiunij vtilitas nulla, nisi & reliqua omnia cõsequantur. Ieiunauerũt Niniuitæ, & dei misericordiam elicuerunt: ieiunauerũt & Iudæi, & nihil profecerunt, sed culpati abierunt. Quoniã igitur tantũ ieiunij periculum est nescientibus quomodo ieiunare oportet: ieiunij leges discamus, ne in incertũ curramus, nec aërem verberemus, neq; pugnantes cũ vmbra dimicemus. Medicina est ieiuniũ: sed medicina licet millies vtilis sit, per vtẽtis imperitiã inutilis sæpe fit: etenim nosse oportet & tẽpus quo ipsam adhi-
D bere opus sit, & ipsius medicamẽti quantitatẽ, & cor- D poris temperiẽ suscipiẽtis, & regionis naturã, & anni tẽpus, & congruũ victũ, & multa alia: quorũ si quodlibet prætermissum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si autẽ vbi corpori mederi oportet, tãta nobis opus est diligentia: multo magis cum animam curemus, & cogitationibus medeamur, omnia scrutari, & cũ omni sedulitate cõsiderare necesse est. Videamus igitur quomodo Niniuitæ ieiunauerũt, & quomodo ab illa liberati sunt ira. Homines, & iumẽta, & pecudes, & oues ne pascãtur, inquit. Quid dicis? Et bruta ieiunãt & equi: & muli sacco vestiuntur? Etiã, inquit. sicut esũ diuite aliquo mortuo, nõ seruos solos & ancillas, sed & equos necessarij sacco amicientes, & agasonibus tradentes ad sepulchrũ sequi iubent, calamitatis magnitudinẽ ostentantes, & omnes ad misericordiam allicientes: sic & in ciuitate illa mori periclitante, &
A brutam naturam sacco circuntexerũt & ieiunij iugo subiecerũt. Non licet brutis sermone dei irã discere, discant fame q̃ à deo infligitur plaga: etenim si diueretur, inquit, ciuitas, nõ tantũ nostri inhabitantiũ, sed & horum vna esset cõmunis sepultura. Pœnæ igitur partẽ habere debẽtia, & ieiunij partẽ capiãt. Et aliud vero quiddã tunc fecerũt, quod & prophetæ faciũt: etenim illi cum flagellũ aliquod intolerabile de cœlis ferri viderint, atq; puniendos sine fiducia esse, cõfusione plenos, neq; venia neq; excusatione vlla dignos, nec habeãt quid faciãt, nec vnde condemnatis præbeant patrociniũ, ad bruta confugiunt, & illorũ mortẽ deplorantes, ex his supplicationem faciunt, & miserabilẽ & luctuosam ipsorũ perditionẽ proponẽtes. Cũ igitur fames olim Iudæos cõprehendisset, & multa regionẽ siccitas premeret, & omnia cõsumerentur: hic quidã prophetarũ dicebat: Resilierunt iuuencæ apud præsepia sua, fleuerunt armenta boum, quoniã non erãt pascua: omnia iumenta terræ respexerũt ad te, quoniã exiccatæ sunt emissiones aquarũ.
Ille vero ex siccitate mala lugens, rursum sic ferè di- *Hier. 14.*
cit: Cerui in agro pepercrũt & dereliquerũt, quoniã *a.*
non erat herba, onagri in pratis substiterunt, attraxerunt ventũ sicut draco, defecerunt ipsorũ oculi, quoniam nõ erat fœnũ. Propterea & hodie Ioel dicentẽ audistis: Egrediatur spõsus è cubiculo suo, & spõsa è thalamo suo, infantes sugentes vbera. Qua de causa, dic mihi, immaturã ætatẽ ad supplicationem vocat? Nónne certum est, q̃ propter eandẽ causam? quoniã enim omnes viri ætate perfecti exacerbauerunt deũ, & ad iracundiã cõcitauerunt, ætas, inquit, peccatorũ expers irato supplicet. Sed quid dicebant, videamus,
C quid tandem sit, qđ ineuitabilem illam iram soluerit. *Luc.18.b*
num ieiunium solũ & saccus? nequaquam, sed totius vitæ mutatio. Vnde hoc manifestũ? ab ipsis propheticis verbis. De dei enim ira locutus & illorũ ieiunio, idem conciliationẽ & conciliationis causam dicẽs, sic inquit, Et vidit deus opera ipsorũ. Qualia opera? *Ione.3.d*
q̃ ieiunauerunt? q̃ saccum induerũt? nihil horum, sed hæc omnia tacens intulit: Quoniã cõuersus est quisque à viis suis malis. pœnituit mali quod dixerat facere ipsis dominus. Cernis q̃ non ieiunium periculo eripuit, sed vitæ mutatio deũ barbaris placatũ & beneuolum reddidit? Hæc dixi, non vt ieiuniũ cõtemnamus, sed vt ieiunium honoremus: honor enim ieiunij nõ ciborũ abstinentia, sed peccatorũ fuga. Itaq; ciborum abstinentia tantũ ieiunium definiẽs, hic est qui maxime ipsum vituperat. Ieiunas? demõstra mihi
D per ipsa opera. Qualia, inquis, opera? Si pauperẽ videris, miserere: si inimicũ videris, cõciliare: si amicũ laudabiliter agentẽ videris, ne inuideas: si mulierem videris speciosam, prætereas. Non enim os tantũ ieiunet, sed & oculus, & auditus, & pedes, & manus, & omnia corporis nostri mẽbra. Ieiunẽt manus à rapina & auaritia mundæ: ieiunent pedes ad illicita spectacula cursum reprimẽtes, ieiunent oculi discentes nunquã formosis obtutibus insilire, nec alienas curiose pulchritudines spectare. Cibus enim oculorũ spectatio: sed si illegitima sit & prohibita, ieiunio nocet, & omnẽ animæ salutẽ subuertit: si vero legitima & concessa, ornat ieiunium. Etenim absurdissimum esset, cibis & concessa abstinere esca per ieiunium, oculorum vero prohibita attingere. Non comedis carnem? Neq; lasciuiam per oculos haurias. Ieiunet & auris: aurium autem ieiunium detractiones & ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lumnias nõ ſuſcipere: Auditũ enim vanum nõ ſuſcipies, inquit. Iciunet quoq; os à verbis turpib⁹ & cõuicio. Quę enim vtilitas cũ auibus quidẽ & piſcib⁹ abſtineamus, fratres vero mordeam⁹ & comedam⁹? Detrahẽs fraternas carnes comedit, proximi carnẽ mo- *Exo.23.a*
Galat.5.c mordit: ꝓpterea & Paulus terruit dicens: Si autẽ vos inuicẽ mordetis & comeditis, videte ne inuicẽ conſumamini. Nõ infixiſti dẽtes carni, ſed animę maledictum, improbã ſuſpicionẽ infixiſti, vulneraſti, innumeris affeciſti malis & teipſum, & illũ, & alios plures: etenim audientẽ peiorẽ feciſti proximo calumniãs: ſiue eũ peccator ſit, ſegnior fit, peccati cõmunicatorẽ nactus: ſiue iuſtus ſit, in arrogantiã tollitur & inflatꝰ ex aliorũ peccato, magna de ipſo ſentire perſuaſus. Inſuper cõmunẽ eccleſiæ ſtatum læſiſti. nõ enim omnes audiẽtes peccatorẽ ſolũ accuſant, ſed opprobria Chriſtianorũ genti infliguntur: nec audiunt infideles dicentes, ꝙ ille leno eſt & diſſolutus, ſed pro eo qui peccauit, Chriſtianos omnes calũniis inſectãtur. Ad hęc dei gloriã blaſphemari feciſti: ſicut eũ nobis laudabiliter viuẽtibus dei nomẽ glorificatur, ſic peccãtib⁹ blaſphematur, & cõtumelia afficitur. Quartũ malum, audientẽ confudiſti, & ſic impudentiorẽ reddidiſti, inimicũ & hoſtẽ reddens. Quintũ, teipſum pœnæ & caſtigationis reũ feciſti, negocia ad te nihil attinẽtia texens. Ne quis enim hoc mihi dicat, tunc detraho, quãdo falſa dico. Nã ſi vera loquẽs maledixeris, & hoc eſt crimẽ: etenim phariſæus ille publicano veridicus maledixit, ſed tamẽ hoc ipſi nihil profuit.
Luc.18.c Dic eũ mihi, Publicanus nõ erat publicanus & peccator? Cuiq; certum eſt ꝙ publicanus erat, ſed tamẽ quoniã ipſum vituperauit phariſæus, abiit omnibus amiſſis. Vis fratrẽ corrigere? lachryma, ora deum, ex corde apprehẽſum admone, cõſule, exhortare: ſic &
2.Cor.12.g. Paulus faciebat, ne iterũ cũ venero, humiliet me deus apud vos, & lugeã multos ex his q ante peccauerũt, & nõ egerũt pœnitentiã ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia quã geſſerũt. Declara charitatẽ erga peccatorẽ: perſuade ipſi, ꝙ conſulens & curans, nõ traducere volens, peccati ipſum cõmonefacis: cõprehẽde pedes, oſculare, ne erubeſcas, ſi modo vere mederi vis. Hęc & medici faciũt ſępius difficiles ægrotos habẽtes, deoſculãtes, rogãtes perſuadẽt ſalutarẽ ſumere medicinã: Ita tu quoque fac, ſacerdoti vulnus manifeſta: hoc eſt curãtis, hoc ꝓuidentis, hoc cõſulẽtis. Nõ ſolos autẽ maledicẽtes, ſed & aliis detrahi audiẽtes admoneo aures obſtruere, & ꝓphetã
Pſa.110.a imitari dicẽtẽ: Detrahẽtẽ ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Dic ꝓximo: habes aliquẽ quẽ laudes & cõmẽdes? Aures aperio, vt vnguenta ſuſcipiã: ſi vero male velis dicere, verbis ingreſſum obturo: nõ enim ſtercus & cœnũ accipere ſuſtineo. Quod mihi lucrũ, ſi didicero ꝙ ille improbus? Maximum igitur nocumẽtũ ex hoc, & extrema iactura. Loquere ad ipſum: curem⁹ noſtra, quomodo peccatorũ rationes dem⁹, & curioſitatẽ hãc & operoſam indagationẽ circa vitam noſtrã exhibeamus. Quã enim habebimus excuſationẽ, quã veniã, cum noſtra ne in mentẽ quidẽ veniant, aliena vero curioſe ſcrutemur? Sicut in domũ declinare, & ĩteriora cõſiderare, prętereũti turpe eſt, & multa ignominia plenũ: ſic & circa alienã vitã ſatagere, illiberalitatis extremæ eſt. Hoc vero ridiculũ magis eſt, ꝙ talẽ habentes vitã, & propria negligentes, cum aliquid arcanũ dixerint, rogãt audientem & adiurant, ne cuiquã amplius alteri dicat: hinc declarantes, ꝙ rem reprehẽſione dignã cõmiſerunt. Si eũ illum, vt nemini dicat, rogas: multo magis te priorẽ huic dicere non oportebat. In tuto ſermonem habebas: poſtquã ipſum prodidiſti, tũc ſalutẽ ipſius curas. ſi nõ vis efferri, neq; alteri ipſe dicas. poſtquã vero alteri ꝓdidiſti ſermonis cuſtodiã, ſuperflua facis & inutilia admonẽs & obteſtãs pro dictorũ cuſtodia. Sed iucundũ detrahere, imò iucũdum nõ detrahere. Detrahẽs enim cõtinẽter anxius eſt, ſuſpicatur & timet, pœnitentiã agit, & linguã ſuã mandit, timens & tremiſcens, ne fortè aliis enunciatũ verbum magnũ ſibi periculũ afferat, & ſuperfluã & inutilẽ inimicitiã his qui dixere operet. Apud ſeipſum vero cõtinẽs, in ſecuritate plurima cum multa viuet voluptate. Audiſti ſermonẽ, inquit, moriat in te: cõfide, nõ te diſtrũpet. *Eccli. 19.b*
Quid eſt, moriat in te? extingue ipſum, defodito, nec exire, neq; penit⁹ moueri ꝓmittas: ſed maxime ſtude nec alios quidẽ dicentes male tolerare. ꝙ ſi quãdo & ſuſceperis, infodito, interime dictũ, obliuioni trade, vt his qui nõ audierint ſimilis fias, & cum multa pace & ſecuritate præſentẽ tranſigas vitã. Si delatores dicerint, ꝙ ipſos magis q̃ accuſatos auerſemur: & ipſi tandẽ ab hac mala cõſuetudine deſiſtẽt, & peccatum corrigẽt, & laudabunt poſt hæc, & noſipſos ſuos ſaluatores factos & benefactores prędicabunt. ſicut eũ benedicere & laudare amicitiæ principium eſt, ſic & maledicere & calũniari inimicitię, & odij, & iniuriarum principiũ eſt, atq; diſcordiarũ materia. Nõ aliũde noſtra negliguntur, q̃ ꝙ aliena ſatagimus, curioſéq; ſcrutamur: non enim vacat homini accuſanti, & alienos exquirẽti mores, propriã quandoq; vitã curare: ſtudio enim omni in alienorũ curioſitatẽ impẽſo, neceſſe eſt omnia eius temere & negligẽter iacere. Etenim optandũ omne ociũ in propriorũ curã peccatorũ & iudiciũ impẽdẽtẽ proficere poſſe. Cũ vero ſemper aliena cures, quando tua meditaberis mala? Fugiamus igit dilecti, fugiamus detractiones, docti ꝙ eſt totũ ſatanicum barathrum inſidiarum eius hęc inſeſſio. Vt enim noſtra negligamus, & grauiores nobis reatus cõſtituam⁹, in hãc nos cõſuetudinẽ diabolus duxit: imò vero non ſolum ineſt hoc malum, ꝙ tunc rationẽ dabimus eorum quæ diximus, ſed etiã ꝙ peccata noſtra ſic grauiora faciemus, omni nos excuſatione priuãtes: acerbe enim aliena exquirens, in ſuis exceſſibus nullã vnquã veniã nanciſcetur. Non enim tãtum à peccatorũ natura, ſed & ex iudicio de aliis noſtro ſententiã deus ꝓferet: idcirco admonuit dicẽs: Nolite iudicare, ne iudicemini. nõ enim quale *Matt.7.a*
fuit peccatũ, tale illic in futurũ apparebit: ſed quãdã *Luc.6.f*
magnã & ineuitabilẽ additionẽ à iudicio in cõſeruũ facto accipiet. Sicut eũ humanus & mitis & clemẽs maiorũ peccatorũ grauitatẽ ſuccidit: ita acerb⁹ & crudelis & implacabilis magnũ ꝓpriis pondus peccatis apponit. Eliminem⁹ igit omnẽ ex ore noſtro detractionẽ, ſciẽtes ꝙ etſi cinerẽ comedamus, nulla nobis aſperę vitę huius vtilitas ꝓderit, niſi detractione abſtineamus: nõ enim quę intrãt, coinquinãt hominẽ, *Mat.15.b*
ſed quę exeunt ex ore. Si quis te prętereunte ſtercus *Mar.7.c*
cõmoueat, hoc facientẽ non cõuicio & contumelia afficias? hoc fac & erga detractores. Nõ enim ſic cõmotũ ſtercus illum fœtorẽ ſuſcipientẽ cartilaginem percellit, ſicut aliena peccata excuſſa, & vita impura, audientium animos prodita contriſtare & perturbare ſolent. Abſtineamus igitur detractione, turpiloquio, blaſphemia, & neq; proximo, neq; deo maledicamus:

camus: multi enim obtrectatorũ in hoc furoris lapſi ſunt, vt à conſeruis in deum linguã ſuã reuocauerint. Quantũ vero ſit hoc malũ, ex rebus nunc nos vrgentibus diſce. Ecce enim homo iniuriã paſſus eſt, & omnes timemus & tremimus, quíq; intulerunt iniuriã, & de nulla huiuſmodi ſibi cõſcij: deus autẽ per ſingulos dies iniuria afficit à diuitibus, à pauperibus, à quietis, à tribulatis, à calumniãtibus & calũniam ferentibus, & nulla vſquã ratio. Propterea conſeruũ violari permiſit, vt ex periculo per cõtumeliã exorto præſentẽ diſcas domini benignitatẽ. Atqui hoc nunc primum factũ eſt, & ſolũ: ſed tamen nec propter hoc nos vllã aſſecuturos eſſe veniã, vel excuſationẽ expectamus: Deum vero quotidie irritamus, & nullã facimus cõuerſionem, & adhuc cum omni longanimitate ſuſtinet. Vidiſti quãta dei ſit clemẽtia? Et in hac quidem pręuaricatione qui peccauerũt, capti ſũt, & in carcerem detruſi, pœnáſq; dederũt: ſed tamẽ adhuc timemus: necdũ enim facta læſus audiuit, neq; ſentẽtiam enũciauit, & oẽs tremimus. Deus vero quotidie contumelias in ſe factas audit, & nemo cõuertitur: & hic cum ſit tam clemens & mitis, illi inſuper peccatũ dicere ſufficit, & crimẽ ſoluitur. In hominib⁹ vero cõtrarium penitus, cũ peccatores confeſſi fuerint, tunc magis puniuntur: quod quidẽ & nunc factũ eſt. Nam hi quidẽ ferro, illi vero igni, quidã autẽ beſtiis traditi, perierunt, non viri tantum, ſed & pueri: nec ætatis immaturitas, nec populi tumultus, nec ꝙ dæmonum furore pleni hęc fecerint: nec ꝙ exactio intolerabilis eſſet viſa, non paupertas, non ꝙ publice cum omnib⁹ peccauerint, non ꝙ promiſerint nunquã ſe amplius eſſe talia auſuros, nõ aliud quicquã omnino ipſos eripuit: ſed abſq; omni venia ad barathrum abducebantur, militibus armatis vtrinq; ipſos agentibus, & obſeruãtibus, ne quis reos eriperet: & ſequebantur matres, procul quidẽ filios conſpicientes abſtractos, calamitatẽ autem cõqueri nõ audentes. Paſſionẽ enim vincebat formido, & naturã ſuperabat met⁹. Et ſicut naufragos à terra cõtuentes homines, dolent quidẽ, accedere autẽ & ſubmerſos eripere nõ valẽt: ita quidem & hic tanquã vndis quibuſdã, militum timore prohibitæ matres, nõ tantũ accedere, & ipſos à damnatione eruere nõ audebãt, ſed & timebãt deplorare. An hinc dei miſericordiã coniicitis? q̃ ineffabilis, q̃ infinita? quomodo omnem tranſcendit rationem? Hic quidem lęſus & eiuſdẽ naturæ, & ſemel ex omni tẽpore hoc paſſus eſt, & non coram, neq; præſens & cernens & audiens, & tamen nemo reorũ veniã aſſecutus eſt. De deo vero nihil horũ dicendũ eſt: etenim tantũ eſt dei & hominis mediũ, quantũ ratio adſtruere poſſit: quotidie contumelia afficitur præſens & videns & audiẽs, & neq; fulmen immiſit, neq; mare iuſſit terrã inundare, & omnes ſubmergere, neq; terram hiare & temeratores abſorbere mãdauit: ſed tolerat, & lõganimiter agit, & ignoſcere ꝓmittit contumelię autoribus, ſi tantũ pœnitentiã agant, & non amplius hæc facere polliceantur. Vere nunc exclamandi tẽ-
Pſa.105.a pus: Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quot dei imagines non tantũ deiecerunt, ſed & conculcauerunt? cum enim reum angas, cum diſpolies, cum trahas, cum deiicias, dei ima-
1.Co.11.b ginem conculcas. Audi certè Paulum dicentem, ꝙ homo non debet operire caput, imago enim & gloria dei eſt. Et rurſus ipſum deum dicẽtem: Faciamus
Gen.1.c hominem ſecundum imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã.

Tomus quintus.

Si vero dicas, ꝙ non eſt eiuſdem ſubſtantię homo cũ deo, quid tum? neq; enim ęs ſtatuæ eiuſdem eſt cum rege ſubſtantiæ, ſed tamen hanc auſi lædere pœnas dederũt: ſic & in hominibus, etſi nõ eiuſdẽ cum deo ſubſtãtię ſunt homines, ſicut neq; re vera ſunt, verũtamẽ imago vocati ſunt, & propter appellationis ipſos honorẽ recipere oportebat. Tu vero propter paululũ auri, conculcas, angis, trahis, & nullã adhuc pœnam dediſti. Cõtingat igitur hodie quandã bonã & dexterã fieri mutationẽ: illud certè vobis prædico, & conteſtor, ꝙ etſi hæc prętierierit nubes, nos autẽ in eodem manſerimus torpore, rurſum multò his quæ impræſentiarũ expectãtur, peiora patiemur: quoniã & nunc non tantũ imperatoris iram, quantũ ſegnicię veſtram timeo. Non enim duobus aut tribus diebus ſupplicaſſe nobis ad defẽſionẽ ſufficit: ſed potius vitæ mutationẽ fieri oportet, & à malitia deſiſtentes in virtute permanere cõtinue. Sicut enim ęgrotãtes, niſi ſemper ordinate vixerint, nulla ipſis diſciplinæ pertres aut quatuor dies ſeruatæ vtilitas: ſic & peccãtes, niſi ſemper ſobrij ſint, nihil proderit ipſis duorũ vel trium dierũ correctio. Vt enim dicitur, lotus poſtea in luto rurſum inquinatus, nihil profecit: ſic per tres dies agens pœnitentiã, & rurſum ad priora reuertẽs, nihil lucratus eſt. Ne igitur quod ſemper facim⁹, hoc & nunc faciamus. Etenim terræmotibus ſæpius comprehẽdẽtibus, & fame & ſiccitate, tribus vel quatuor diebus moderati & mãſuetiores facti, rurſus ad priora rediuimus, propterea q̃; hæc acciderunt. Sed ſi nõ prius, nũc ſaltem in eadem permaneamus pietate, & eandem manſuetudinẽ ſeruemus: ne rurſum alterius indigeamus flagelli. Nunquid nõ poterat deus facta prohibere? ſed permiſit, vt ſe contẽnentes per cõſerui metũ modeſtiores efficeret. Nec mihi quis dicat, ꝙ multi ſontium effugerunt, multi vero inſontiũ pœnam ſubierunt: etenim hoc dicentes multos ſæpius audio, non in præſenti tantũ ſeditione, ſed & in aliis multis huiuſmodi negociis. Quid igit talia obiicientibus dicendum? ꝙ & ſi in præſenti ſeditione inſons erat reus, ſed aliud peccatũ aliquando grauius cõmiſit, deinde non mutatus in præſenti pœnas dedit. Etenim hoc facere deus cõſueuit, & cũ peccauerimus, nõ ſtatim peccatis irruit, ſed remittit, dãs nobis pœnitentiæ tempus præfinitum, vt corrigamur & mutemur: ſi vero ꝙ non pœnas dederimus, peccatũ deletũ eſſe exiſtimantes contemſerimus, vbi nõ putamus, ibi poſt hæc capiemur omnino. Hoc autẽ fit, vt cum peccauerimus, & non fuerimus puniti, non confidamus, niſi fuerimus mutati: ſcientes ꝙ vbi nõ putamus omnino cademus. Itaq; ſi peccaueris, & punitus non fueris, ne cõtẽnas dilecte: ſed propter hoc ipſum magis time, ſciens ꝙ facile deo eſt, quãdo velit, iterũ retribuere. Propterea enim te nõ puniuit, vt capias pœnitentiæ tẽpus. Ne igitur dicamus, ꝙ crimine carens ille ceciderit, alter vero facinoris autor effugit. Innocens etenim punitus, vt prædixi, aliorũ peccatorum pœnas luit: & qui nunc effugit, niſi mutatus fuerit, in alio capietur laqueo. Si ſic diſpoſiti ſimus, nunquam propriorum obliuiſcemur peccatorum: ſed ſemper timentes, trementes, ne quando ſubeamus iudicium, cito ipſorũ recordabimur: nihil enim ſic peccata in memoriã reuocare conſueuit, vt pœna & caſtigatio. Et hoc manifeſtũ ex fratribus Ioſeph. Cum enim illi iuſtum vendidiſſent, & tredecim anni prætериiſſent, puniri metuentes, & de vita timentes, peccati recor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.42.d dati sunt,& inter se dicebãt: Merito hæc patimur:in peccatis enim sumus propter fratrẽ nostrum Ioseph. Vides quomodo timor ille ipsos peccati sui cõmonefecit? & quando peccabant quidẽ,non sentiebant: quando vero puniri metuebant,tunc recordati sunt. Hæc igitur omnia scientes, vitam mutare velimus & corrigere,& ante instãtis angustiæ liberationẽ de religione & virtute cogitem⁹. Et interim tria vobis mã data cõmẽdare volo, vt hæc mihi in ieiunio præstetis:vt nemini detrahatis,inimicũ habeatis neminem, & omnẽ prorsus ex ore malam iuramentorum consuetudinem expellatis. Et sicut cum aurũ imperatum audierimus, abiens quisq; domũ,& vxorem vocans, & filios,& seruos, considerat cũ illis & consultat vnde tributũ illud eroget:sic& in mãdatis faciamus his spiritualibus,domum quisq; regressus, vxorem & filios vocet,& dicat,q; tributum spirituale hodie impositum est,tributũ,inquam,per quod erit quędam horum malorum solutio & liberatio:tributũ conferentes non pauperes sed ditiores faciens,vt neminẽ inimicũ habeam⁹,detrahamus nemini, nec omnino iuremus. Cõsideremus,curã agamus,cõsultemus,quomodo hęc impleamus mandata,omne impendamus studiũ,nos alter alterũ commoneamus,alter alterum corrigamus,vt non debitores abeamus illuc, deinde
Mat.25.a mutuari ab aliis coacti,illud quod virgines fatuæ patiamur, & immortali salute excidamus. Si sic nostræ instituimus vitæ rationẽ,hic vobis spondeo,& polliceor, q; & præsentis calamitatis aliqua solutio dabitur,& istorũ malorũ liberatio:& quod omnibus maius est,futurorũ fructus bonorũ. Oportebat quidem omnẽ vobis mãdare virtutẽ,sed hunc esse correctionis optimũ modum puto,per partes legem capiẽtes implere, & tũ ad alias ire. Sicut enim agro proposito,agricola paulatim fodiẽs,sic ad finem venit:sic & nos legẽ hanc nobis ponamus, vt per quadragesimã præsentẽ hæc tria mandata diligenter exerceamus: proculdubio cum bonæ cõsuetudinis custodiã prudenter exhibuerimus,cũ maiore facilitate & ad reliquas veniemus,& ad ipsum disciplinę verticẽ peruenientes,tum præsentẽ vitã bona cũ spe transigemus, tũ & in futura cũ multa Christo fiducia assistemus,& arcanis fruemur bonis:quæ nos assequi detur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quem, & cum quo gloria patri vnà cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Eiusdem exhortatio ad populum de patientia & tolerantia, ab exemplis Iob & trium puerorum: & de abstinentia à iuramentis. Homilia IIII.

BEnedictus deus,qui dolentes animas vestras consolatus est,& vacillantes mentes confirmauit. Quòd enim congruã ceperitis consolationem,per studiũ hoc & audiendi promptitudinẽ demonstrastis:nõ enim datur,animã dolentẽ, & tristitiæ nube pressam posse quæ dicuntur,cum promptitudine audire. Vos autẽ video cũ multa beneuolentia,& acri studio nobis attendẽtes omnibus tristibus excussis, & audiendi desiderio instantẽ angustiã repulisse:propterea deo vobiscũ gratias ago,q; disciplinam nostram miseria non redarguit, nec rigorem nostrum timor remisit, nec alacritatem vestram extinxit tribulatio,nec labefecit zelum vestrũ periculi magnitudo, nec superauit in deũ desiderium hominum timor, nec studium vestrum temporis iniquitas deiecit:nec tantũ non deiecit,sed & alis suffulsit:non tantũ non remisit,sed & intendit: non tantũ non extinxit,sed & amplius accẽdit. Euacuatũ quidem forũ est,sed ecclesia repleta:illud luct⁹ materia,hęc gaudij & lætitiæ spiritualis occasio. Cũ igitur in forũ te cõtuleris dilecte,& solitudinẽ conspicatus ingemueris: cõfuge ad matrẽ, & statim te propriorũ filiorũ multitudine cõsolabitur:& perfectũ ostẽdet tibi fratrum diuinũ chorum, & omnem tristitiã repellet. In vrbe quidẽ viros cernere desideramus tanquã deserta habitãtes:in ecclesiã vero confugiẽtes multitudine cõprimimur. Et quemadmodũ mari æstuante,& multis procellis insaniente,ad portũ confugere timor omnes cogit:sic & nunc fori procellę,& ciuitatis hyems omnes in ecclesiam vndiq; compellunt,& charitatis vinculo mẽbra inter se cõstringunt. Gratias agamus igitur & propter hæc deo,q; tantum ex tribulatione carpsimus emolumentum,q; tantã ex tentatione vtilitatem cepimus. Nisi tẽtatio,nec corona: nisi certamina,nec præmia:nisi studia,nec honores:nisi tribulatio, nec remissio:nisi hyems,nec æstas. Et hoc non in hominibus tantũ, sed in seminibus quoq; ipsis intueri licet:& in his enim multã quidẽ pluuiã,multam vero nubiũ collisionẽ, multam deniq; glaciem fieri oportet,si vernans spica exurgere debet:vbi vero sementis tẽpus,tẽpus & pluuię. Postquã igitur & nunc ingruit hyems animarũ,non aëris: seramus & nos in hac hyeme,vt in æstate metamus:seminemus lachrymas,vt metamus exultationẽ. Non meus hic sermo, prophetica denunciatio est:Qui seminant in lachry- Psa.125.d
mis,inquit,in exultatione metẽt. Nõ sic semina delatus imber germinare & crescere facit, vt pietatis semen excitat & vernare facit ex lachrymis ruens imber:hic animã deterget,irrigat mentẽ,doctrinæ germẽ breui progredi facit: propterea & profundũ fulcũ proscindere necessariũ. Etenim & propheta hoc admonuit ita dicẽs:Renouate vobis noualia,& noli- Hier.4.d
te seminare in spinis. Quẽadmodũ igitur aratrũ immittẽs infernè terrã proruit,tutam seminibus custodiã parãs,ne iacta in superficie remaneant,sed in ipsos terræ sinus cõdantur,& in tuto radices figant: sic & nos facere necessariũ, & tanquã aratro tribulatione vtentes,cordis profundum scindere: hoc enim & alius propheta admonet,dicens: Scindite corda ve- Ioel.2.d
stra,& nõ vestimẽta vestra. Corda igitur scindamus, vt si qua dolosa herba,&improba cogitatio nobis inest,radicitus eã vellamus,& puras pietatis seminibus terras exhibeamus. Nisi enim nunc reuocemus,nisi nunc seramus,nisi nũc fundamus lachrymas,cũ adest tribulatio & ieiuniũ,quando vnquã in cõpunctionẽ veniemus? Num quando remissio & deliciæ fuerint? Sed hoc fieri non potest. Remissio enim & delicię in segnitiem inducere consueuerũt: sicut tribulatio ad industriam reuocare,& mentem exterius circa multa vagantem & occupatam ad sese conuertere. Ne igitur de hac tristitia doleamus, sed deo gratias agamus: multum enim ex tribulatione lucrum. Nam & cum agricola semina cum multo labore collecta seminauerit,ignarus quidem omnia quæ fiunt cernens admirabitur,fortéque apud seipsum dicet: Quid hic homo tãdem facit? collecta dissipat,nec dissipat tantum,sed & terrę cum multa cura commiscet,ne facile colligi possint:nec commiscet tantum terræ,sed & optat vehementem fieri pluuiam, vt proiecta omnia marcescant,& lutum fiant.& turbabitur cernens fulmina & coruscationes deferri:agricola vero non ita, sed

sed lætatur & gaudet tempestatẽ cernens: non enim præsentia respicit,sed futura spectat: non respicit ad fulmina,sed manipulos cõputat:nõ marcescentia semina,sed vernãtes spicas:nõ grauẽ imbrẽ,sed iucundissimã areæ ventilationẽ:Itidem & nos,nõ præsentem spectemus tribulationẽ,aut dolorẽ: sed oriẽtem ex ipsa vtilitatẽ,ex ipsa nascentẽ fructũ. Expectemus aream,manipulos:si etenim vigilemus,multũ ex hoc tempore fructũ congregare,& mentis nostræ penus implere poterimus:si vigilemus,nõ tantũ nihil graue ex hac patiemur tribulatione, sed & innumera bona capiemus: si vero torpeam⁹, remissio nos perdit. Nõ aduertentẽ enim vtraq; lædunt:cum sedulitate vero viuẽti vtraq; prosunt. Et sicut aurũ etsi aquis immoretur,propriã præfert speciem: siue in conflatorium ceciderit,splẽdidius rursum apparet:lutũ autẽ & fœnum,siue aquis immisceri accidat,hoc quidem marcescit,illud vero dissoluit: siue in ignẽ ceciderit, hoc quidẽ frigitur,illud autẽ comburitur: Sic certé & iustus & peccator:ille quidẽ siue remissione fruat, manet splẽdidus,sicut aurũ aquę immersum:siue in tentationẽ ceciderit,splendidior fit, sicut aurũ igne examinatum: peccator vero siue remissionẽ nancisca-
Matt.7.d tur,dissoluitur & marcescit,sicut fœnũ & lutum aquę immorans:siue tentationem sustineat,comburitur,& perditur,sicut lutũ & fœnum ab igne. Nõ igitur cõficiamur præsentibus malis:si eũ peccata habeas,destruuntur & comburũtur facile per tribulationem: si vero virtutẽ habeas, illustraris & splendescis per ipsam:si cõtinue vigiles & sobrius sis,eris omni damno superior. Nõ enim tentationũ natura, sed tẽtatorum segnities ruinas efficere solet. Itaq; si vis gaudere, & remissione & voluptate potiri, neq; voluptatẽ, neq; remissionem quæras: sed animam patientia plenam quære,& tolerantiã exhibere valentem:q; si hoc non habeas,non tantum tentatio te redarguet, sed & remissio perdet,& magis deiiciet. Quòd enim nõ grauium incursus casuũ, sed mentis nostræ torpor salu-
Iob.1.d tem nostrã subuertit,audi quid dicat Christus: Quicũq; audit verba mea hęc,& facit ea,assimilabitur viro prudenti,qui ędificauit domũ suam super petram, & descendit pluuia,& venerunt flumina,& flauerunt venti,& irruerunt in domũ illam, & nõ cecidit:fundata enim erat super petrã. & rursum:Omnis qui audit verba mea hęc,& nõ facit ea,similis erit viro stulto,qui ædificauit domũ suã super arenam, & descendit pluuia,& venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illam, & cecidit, & erit ruina eius magna. Vides q; non tentationum inflictus,sed ædificantium stultitia ruinam fecit? Etenim illic pluuia,& hic pluuia:& illic flumina,& hic flumina:& illic ventorum incursus,& hic idem: & ille ædificauit, & hic ædificauit:& eadẽ ædificatio,& eædẽ tẽtationes,sed non idem finis:quoniam non idẽ fundamentum. nõ enim tentationũ natura,sed ædificantis imprudentia ruinam fecit, alioqui oportuisset & domũ supra petram ædificatã cadere:nunc vero nihil tale passa est. Sed ne de domo hæc dicta esse putetis,de anima eũ sermo est diuinorũ verborum auditũ per opera demonstrante,vel repellente. Sic animã suam Iob ædificauit:descendit pluuia,ignis enim de cœlo cecidit, & omnes greges absumpsit:venerũt flumina,frequẽtes,continui,& indesinentes calamitatum nuncij:hic quidẽ gregum,hic vero filiorum interitũ dicens:flauerunt venti,amara vxoris verba: Dic, inquit verbũ contra dominũ,& morere. Et non cecidit domus,nõ est supplãtata anima, non blasphemauit iustus:sed & gratias egit,sic dicens:Dominus dedit,dominus abstulit,sicut domino visum est,sic & factũ est. Vides q; non tentationum natura,sed torpentiũ ignauia ruinã facere solet? Itaq; fortẽ virum tribulatio fortiorem reddit. Quis hoc ait? In tribulatione nutritus beatus Paulus ita dicens:Tribulatio patientiã operatur, pa- Rom.5.a
tiẽtia vero probationẽ,probatio vero spem. Et sicut firmas arbores ventorũ impetus irruens,& vndiq; iactans non euellit,sed & solidiores & firmiores his incursibus reddit: sic & animã sanctã, & pie viuentem tentationũ incursus & tribulationũ, non supplãtant, atq; etiam ad maiorem patientiã præparant: sicut & beatũ Iob splendidiorem & venerabiliorẽ reddiderunt. Nunc igitur nobis quidẽ homo irascitur,& homo iisdẽ pœnis obnoxius, similisq; animæ,& timuimus. Tunc autẽ illi dæmõ malignus & ferus erat iratus,nec simpliciter irascebatur, sed omnes mouebat artes,omnémq; adhibebat versutiã, & nec ita quidẽ iusti fortitudinẽ superauit. Et hiç quidẽ cum homo sit,nũc irascitur,nunc cõciliatur,& tamẽ timore mortui sumus. Tunc diabolus erat impugnãs,qui nunquã hominũ naturæ conciliatur,sed bellum sine fœdere, & pugnã sine induciis generi nostro indixit, & tamẽ ipsius sagittas iustus derisit. Quam igitur nos excusationem,vel qualem veniã habere possumus humanã tentationẽ non ferentes,tantopere in gratia cũ disciplina versati,cũ ille ante gratiã, & in veteri testamẽto illud tam intolerabile bellũ generose tulerit? Hæc igitur dilecti semper inter nos disseramus,& per hos sermones nos ipsos exhortemur. Etenim vos testes, cõscientiáq; vestra,quantũ ex hac tentatione vtilitatis habuimus. Dissolutus enim modestus factus est, ferox humanior,segnis studiosus. Qui nunquã ecclesiã viderant,sed totos in theatris exigebant dies,nũc in ecclesia tota die morantur. Proptereáne igitur doles, q; te probum timore deus reddidit? q; te per tribulationem ad tuæ salutis sensum perduxit? Sed torquetur conscientia tua? Sed quotidie percellitur mẽs tua mortem expectans,& minas maximas? Sed hinc quoq; nobis magnus ad virtutẽ accessus erit,crescẽte nobis per angustiã religione. Potest enim deus omnia grauia hac ipsa die soluere:sed donec nos purgatos videat,donec videat factã conuersionẽ,& pœnitentiam firmã & inconcussam, non dissoluit tribulationem. Etenim aurifex donec aurũ bene purgatũ viderit,de cõflatorio nõ extrahit:sic & deus nõ abducit hanc nubẽ,donec nos penitus emendauerit. Qui enim tentationẽ permisit,ipse nouit &tẽtationis soluendę tẽpus. Et sicut citharœdus neq; neruũ intẽdit, vt non abrũpat:neq; remittit vltra modũ,ne harmoniæ concentũ lędat:sic & deus agit,neq; in remissione cõtinua,nec in lõga tribulatione nostrã constituit animã,secundũ suam prudentiã vtrunq; faciens. nõ sinit enim nos continua potiri remissione, ne segniores fiamus:non autẽ rursum sinit in continua esse tribulatione,ne cõcidamus,néve desperemus. Ipsi igitur aduersitatis finiẽdæ tẽpus relinquamus,nos vero tãtũ in sanctitate viuamus. Opus enim nostrũ ad virtutẽ mutari,dei vero opus malis vrgentibus finẽ imponere. Etenim ipse magis,quàm tu qui tentaris,hoc incendiũ extinguere vult, sed salutẽ tuam expectat. Sicut igitur ex remissione tribulatio facta est:sic & ex tribulatione remissionẽ expectare conuenit. Neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ſemper hyems,neq; ſemper æſtas, neq; ſemper procella,neq; ſemper trãquillitas,nõ ſemper nox,neque ſemper dies:ſic neq; ſemper tribulatio,ſed erit & remiſſio, ſi tãtum in tribulatione deo gratias ſemper agamus.Etenim tres in fornacẽ pueri cõiecti ſunt,& nec ita religionis obliti ſunt, nec ipſos terruit flãma: ſed in cubiculo ſedẽtibus , & nihil gaue patientibus, ſtudioſi⁹ igne circũdati,ſacras illas preces emittebãt: propterea murus ipſis factus eſt ignis,& veſtis flãma, & fons fornax , & ligatos capiens , ſolutos reddidit. mortalia ſuſcepit corpora , & tanquã immortalibus abſtinuit:nõ agnouit naturã,ſed pietati reuerẽtiã exhibuit.Vinxit pedes tyrãnus, & ignis vim pedes vinxerũt.O rem admirabilẽ.Vinctos ſoluit flãma,& ipſa de reliquo à vinctis vincta eſt:mutauit enim rerũ naturam adoleſcentulorũ religio:imò vero non naturã mutauit, ſed quod erat mirabilius, permanẽtis naturę vim repreſſit.nõ enim ignem extinxit,ſed ardentẽ inefficacẽ reddidit.& quod eſt mirabile & ſtupendũ, nõ in ſanctis tantum corporibus hoc factum eſt , ſed & in veſtimẽtis ipſorum & calceamentis . Et ſicut in apoſtolis,veſtimenta Pauli ægritudines & dæmones pellebant,& Petri vmbra mortẽ fugauit:ſic quidẽ & hic puerorũ calceamenta ignis virtutem extinxerũt. Act. 19. b. Neſcio quomodo dicã, miraculum omnem verborum narrationẽ tranſcẽdit . etenim vis erat extincta, & non erat extincta: cũ enim circa ſanctorũ illorum corpora verſabat, erat extincta : cũ vero vincula diſrũpere oportuit,nõ erat extincta:cõpedes igitur diſrupit,& talos non tetigit. Vidiſti quanta propinquitas?neq; mutatus, & vi ſua priuatus eſt ignis,neq; intra vincula ꝓcedere auſus fuit. Vinxit tyrãnus,& flãma reſoluit,vt & Barbari crudelitatẽ diſcas,& elemẽti obedientiã. Qua vero cauſa in ignem miſſurus eos ligauit?Vt miraculũ fieret maius,vt mirabilius ſignũ, ne putares eſſe oculorũ errorem ea quæ videbantur. niſi eñ ignis ille ignis fuiſſet,vincula non abſumpſiſſet,non exterius ſedentes milites(quod multo magis fuit)rapuiſſet.Nũc autem exterioribus quidem vim, interioribus vero obedientiã exhibuit.Tu vero mihi conſidera vbiq;,quomodo diabolus per quę dei ſeruos impugnat,per hæc propriã vim deſtruit,non volens quidẽ,ſed dei ſapiẽtia & prouidẽtia illius armis & artibus in ipſius caput vtẽte:quod quidẽ & hic factũ eſt.Diabolus enim illic tunc tyranno ſe inſinuãs, neq; ferro ſanctorũ capita abſcindi permiſit,neq; beſtiis tradi,neq; vllo alio tali modo puniri: ſed in ignẽ iniici ſuaſit, vt neq; reliquiæ illorũ ſanctorum remanerent ipſis corporibus conſumptis,& ipſorũ cinere cum ſarmẽtorũ cinere cõmixto.Deus autẽ hoc ipſo ad impietatis deſtructionẽ vſus eſt , & eo modo quẽ ego mox dicã.Deus apud Perſas ignis eſſe putatur,ipſúmq; multo cultu venerantur Barbari etiã nunc regionem illã habitantes. Volens igitur deus radicitus impietatis materiã auferre,conceſſit huiuſmodi pœnæ modũ,vt prę oculis omniũ ipſum colentiũ,ſeruis ſuis victoriã cõferret: per ipſa opera ipſis perſuadere volens,ꝙ Gentiliũ dij nõ deũ tantũ, ſed & dei ſeruos timent.Et cõſidera victorię coronã per cõtraria textã,& factos trophæi teſtes ipſos inimicos . Miſit eñ, Dan.3.a inquit, Nabuchodonoſor rex ad cõgregãdũ omnes magiſtratus,& duces,& præſides,principes, & tyrãnos,& in poteſtatibus cõſtitutos , & omnes regionũ præfectos,vt venirẽt ad nouæ dedicationem ſtatuæ. Et congregati ſunt omnes. Inimicus ſpectatores cogit,& ipſe ſpectaculũ cõuocat:& theatrũ nõ vulgariũ hominũ,non priuatorũ,ſed omniũ honoratorum, & omniũ magiſtratuũ,vt & teſtimoniũ apud multos fide dignũ fiat . Venerãt ad aliud vocati ſpectaculũ,& alia cõſpicati,omnes abierũt . Venerũt ſtatuã adoraturi,& ſtatuã quidẽ deſierunt:abierũt vero dei potẽtiã admirati per ſigna in pueris exhibita . Et vide vbi ſtadiũ hoc ſtatuerat:nõ in vrbe,nec in vllo agro , ſed plani&nudi cãpi hoc orbis theatrũ ſuſcipiũt:in cãpo enim de auro extra ciuitatẽ effigiem erexit,& præco pertrãſiens clamabat:Vobis dicitur gentes,trib⁹,linguæ,quacunq; hora audieritis vocẽ tubæ,fiſtulæ, & citharę,ſambucæq;,& pſalterij,& ſymphonię omnis generis muſicorũ,cadẽtes adorate ſtatuã aureã(verè enim cadere erat ſimulachrũ adorare) & quicunque nõ cadẽs adorauerit , in eadẽ hora proiicietur in caminũ ignis ardentẽ.Vidiſti q̃ difficilia certamina parata ſunt, & quot inſidiarũ neceſſitates, & q̃ profunda vorago,& præcipitiũ vtriq;?ſed ne timueris.Quãto magis machinamẽta inimicus auxerit, tãto magis puerorũ fortitudinẽ demõſtrat. Propterea enim tot muſicorũ conſonantia,propterea caminus ardens,vt & voluptas & timor aſſiſtentium animas obſideret. Aſper adſtantiũ quiſpiã eſt,& rigidus?Molliat ipſum, inquit,delectãs omniſonæ muſicæ melodia. Sed his inſidiis ſuperior eſt?Terreat & percellat flãmæ aſpectus.Et erat timor & voluptas, hæc quidẽ per aures, ille vero per oculos animas ſubrepẽs. Sed adoleſcẽtulorum illorũ generoſitatẽ,horũ nihil redarguit:ſed ſicut in ignẽ proiecti flammã ſuperarunt: ſic omnem concupiſcentiã & anxietatem deriſerunt. Hæc enim omnia propter ipſos diabolus præparauerat:non eñ de ſubditis dubitabat,ſed potius multũ cõfidebat, ꝙ nullus regis legi ſe ſubiecturus erat.Poſtquã vero ceciderũt omnes,& victi ſunt,tunc in mediũ pueri ſoli aguntur,vt ſic quoq; victoria fiat clarior, cum in tãta multitudine ipſi vincant,& prædicentur : neq; enim tã mirabile fuiſſet, ſi nullo ſupplãtato primi viriliter egiſſent.Hoc autẽ maximũ & mirabile eſt,ꝙ cadẽtiũ multitudo ipſos nõ terruit,non ſoluit,nõ intra ſe tale quid dixerũt,quod multi dicere conſueuerũt:Si primi nos imaginẽ adoraremus,id peccatũ fuiſſet:ſi vero cũ tot milibus hoc facimus,quis veniã non dabit? quis excuſatione dignos non cenſebit ? Sed nihil illi tale aut dixerũt,aut cogitauerũt,tot tyrãnos proſtratos intuiti.Tu vero mihi & calũniantium ipſos maligniratẽ conſidera , & q̃ improbe & acerbe ipſos accuſauerũt.Sunt,inquit,viri Iudæi,quos cõſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis.Non enim ſimpliciter gentẽ cõmemorauerũt,ſed & honorẽ in memoriam reuocauerunt,vt regis iram accenderẽt.Seruos ciuitate carẽtes captiuos,principes noſtros feciſti:hi vero te pro tanto honore contumelia afficiunt, & in eũ qui ſe honorauit,inſolẽter agunt.Ideo dicunt,Iudæi quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis,nõ paruerũt decreto tuo,& diis tuis non ſeruiunt.Maxima laus accuſatio,& crimina laudes fiunt,& teſtimonium indubitatum inimicis ipſum perhibentibus. Quid igitur rex ? Iuſſit ipſos in medium agi , vt ipſos vndique terreret . Sed nihil illos conſternauit , non regis furor,non quòd ſoli in tantæ turbæ medio derelicti eſſent,non ignis ſpectatus,non canentes tubę, non omnes ipſos ardentibus oculis intuẽtes:ſed hęc omnia deridentes,tanquam in frigidũ aquarum fontem mittendi,in fornacem ingreſſi ſunt , beatã illam

emittentes vocẽ:Diis tuis nõ ſeruiemus,& ſtatuã auream,quã erexiſti,non adoramus.Hanc non temere recitaui hiſtoriã,ſed vt diſcatis, quòd licet furor inſtet regi⁹,etſi militũ inſidię,etſi inimicorũ ĩuidia,etſi captiuitas,etſi orbitas,etſi ignis,etſi fornax,etſi innumera alia,iuſtũ nihil redarguere,aut terrere poterit. Si enim vbi impius erat rex,nõ formidauerunt tyrãni furorem adoleſcentuli,multo magis nos cõfidere oportet,humanũ & mitẽ habentes regẽ,& de hac tribulatione deo gratias habere,ex prędictis doctos, ꝙ tribulationes nos clariores efficiũt & apud deum,& apud homines,ſi ipſas generoſe ferre ſciam⁹. Etenim niſi ſerui fuiſſent hi,ipſorũ libertatẽ non cognouiſſemus:niſi captiui fuiſſent,nõ animi nobilitatẽ didiciſſemus:niſi inferiori patria excidiſſent, nõ cognouiſſemus ſupernæ ciuitatis eſſe ipſorũ virtutẽ:niſi terrenus rex ipſis fuiſſet irat⁹,nõ audiſſemus beneuolẽtiã, quã cœleſtis rex erga ipſos gerebat.Et tu igit̃ ſi illũ beneuolũ habeas,licet in fornacẽ cadas,ne deſperes: ſicut ſi ſuccẽſeat,licet in paradiſo ſis,ne cõfidas.etenim in paradiſo erat Adã,& poſtquã deum irritauit, nihil ꝓfuit paradiſus.In fornace erãt iſti,& poſtquã ſe bene egerũt,nihil obfuit fornax.In paradiſo erat Adã, & quia ſegnis erat,ſupplãtat⁹ fuit.Fimo ĩſidebat Iob, & quia vigilabat,ſuperauit.atqui quãto paradiſus eſt fimo melior?ſed nihil loci virt⁹ inhabitanti profuit, poſtq̃ ſeipſum ille prodidit:ſicut nec loci vilitas virtute vndiq; munitũ læſit.Et nos igitur animã noſtrã muniam⁹,ſiue enim pecuniarũ mulcta immineat,ſiue mors,pietatẽ vero auferat nemo,ſumus omnib⁹ beatiores.Hoc & Chriſtus mãdauit dicẽs : Eſtote igitur prudẽtes ſicut ſerpentes.Sicut enim ille reliquũ obiicit corpus,vt caput ſaluet:ſic & tu: ſiue pecunias ſiue corp⁹,ſiue prẽſentẽ vitã, ſiue oĩa amittere oporteat, vt pietatẽ cõſerues,noli triſtari. Si enim illam habẽs migraueris, omnia tibi cũ maiori deus charitate retribuet,& corpus cũ maiori rurſum gloria reſtituet, & pro pecuniis bona omnẽ rationis potentiam tranſcendẽtia.Nam in fimo nudus ſedebat Iob,innumeris mortibus grauiorẽ ſuſtinens vitã:ſed quia pietatẽ nõ abiecit,oĩa cum maiori copia rediere priora,corporis ſanitas & ſpecies,omnis filiorũ cœt⁹,poſſeſſiones omnes, & quod omniũ maximũ,ſplẽdida patiẽtię corona. Sicut enim in arboribus accidit,& ſi quis fructũ cũ foliis auferat,& ramos omnes amputet radice manẽte,tota cũ maiori etiã ornatu arbor reſurgit:ſic quidẽ & in nobis,ſi pietatis radix permaneat. & ſi diuitiæ auferãtur,& corp⁹ corrũpatur,oĩa rurſus nobis cũ maiori gloria redeunt.Omnẽ igitur animæ ſolicitudinẽ,& ſuperfluã curã abiiciẽtes,ad noſipſos redeamus,corp⁹ & animã ornemus virtutis ornamẽto:iuſticiæ arma,ſed nõ peccati,corporis noſtri mẽbra exhibẽtes.Et ante omnia linguã eſſe ſpiritus gratiæ miniſtrã doceam⁹, omne virus & malignitatẽ ex ore proiiciẽtes,&turpiũ verborum meditationẽ.Etenim in noſtra poteſtate eſt,quod q; membrorũ noſtrorũ ſiue maliciæ,ſiue iuſticiæ inſtrumentũ facere. Audi igitur,quo modo linguã,hi quidem peccati,hi vero iuſticię arma fecerũt.Lingua ipſorũ gladi⁹ acutus.Alter vero quidã de ſua dicit lingua. Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribẽtis.Illa mortẽ operata eſt,hęc diuinã legẽ ſcribebat:ꝓpterea illa quidẽ gladius,calam⁹ autẽ hæc etat:nõ ſecundũ propriã naturam,ſed ſecundũ vtentiũ electionẽ.Linguę eñ natura & huius & illius vna erat,operatio autẽ nõ vna.Et de ore rurſus idẽ cernere licet. etem̃ hi quidẽ habebãt os ſanie & improbitate plenũ,propterea accuſãs dicebat:Os ipſorũ maledictione & amaritudine plenũ eſt.Ipſius vero nõ tale,ſed os meũ,ĩquit,loquetur ſapiẽtiã,& meditatio cordis mei prudentiã. Alij vero rurſus manus habebãt iniquitatis plenas,& hos accuſans dicebat:In manib⁹ ipſorũ iniquitates,& dextera eorũ repleta eſt munerib⁹.Ipſe vero man⁹ nihil aliud facere q̃ in cœlũ erigi aſſuetas habebat,idcirco & de his dicebat:Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ.In corde quoq; licet idem videre.Horum nanque cor vanum eſt,huĩ⁹ autẽ verũ, ꝓpterea de illis dicit:Cor eorũ vanum eſt.de ſuo autẽ,Eructauit cor meũ verbum bonũ.Et de auditu rurſum idem videre licet.Hi nanq; beſtiarum auditũ habebãt immitẽ & implacabilẽ,& ipſos vituperãs,ſic dicebat: Tanq̃ aſpidis ſurdę,& obturãtis aures ſuas.Ipſius autẽ audit⁹ diuinorũ erat verborũ receptaculum , & hoc ipſum manifeſtauit,dicẽs:Inclinabo in parabolã aurẽ meã, aperiam in pſalterio propoſitionem meam.Hæc igitur ſcientes nos vndique virtute muniamus,&ſic dei iram repellem⁹:& corporis mẽbra, iuſticiæ arma faciamus:& oculos,& man⁹,& pedes,& cor,& linguã, & omne corpus virtuti tãtũ vtile eſſe doceam⁹ : & illorũ triũ recordemur,de quibus ad veſtrã charitatẽ verba feci,rogans vt inimicũ haberetis neminẽ,neq; cuiquam eorũ qui vos triſtitia affecerint , maledicatis,& improbã iuramentorũ conſuetudinẽ ex ore veſtro eiiciatis.Et de duob⁹ quidẽ mãdatis in alio tempore diſſeremus.Prẽſentẽ vero per hebdomadã totã de iuramẽtis vobis dicemus,à faciliori mandato initium faciẽtes:nec enim labor vllus eſt iuramentorũ conſuetudinẽ vincere,ſi velimus vel parũ impẽdere ſtudij,nos inuicẽ cõmonefaciẽtes,admonentes, obſeruãtes,rationẽ & pœnas ab oblitis repetentes.Quę enim,quæſo,ciborum abſtinẽtię vtilitas, niſi improbas animi cõſuetudines expellam⁹? Ecce hodie totã ieiunij diẽ exegimus,& mẽſam in veſpere apponemus nõ heſternę ſimilẽ,ſed immutatã,& honeſtiorẽ. Nũquid igit̃ quis noſtrũ habet dicere,quòd vitã ſuã hodie ſicut & mẽſam mutauit,quòd & improbã cõſuetudinẽ ſicut & eſcã cõuertit?Quæ igitur nobis ieiunij vtilitas?Propterea exhortor &exhortari nõ deſino,vt ſingulũ quodq; mandatũ aſſumẽtes,duos vel tres dies in ipſius adimpletionem impẽdatis.Et ſicut quidam ſunt inter ſe ciborũ abſtinentia ęmulãtes, & mirabilem cõtentionem faciẽtes:& hi quidem integros duos dies tranſigũt ieiuni,hi vero non vini tantũ & olei,ſed & omnis ferculi vſum à ſua mẽſa reiicientes,pane & aqua vtentes dũtaxat,quadrageſimã omnem expediunt:Sic & nos quidẽ inter nos contẽdamus,vt iuramentorum frequentiam tollamus:hoc eñ omni ieiunio vtili⁹,hoc omni vitæ aſperitate cõpendioſius: & ſtudium quod circa ciborũ abſtinentiam habem⁹,hoc circa iuramentorũ abſtinentiã exhibeamus:quoniã extremæ demẽtię crimẽ ſubimus, prohibita quidẽ cõtemnẽtes,circa indifferẽtia vero omne mouẽtes ſtudium.comedere enim non eſt inhibitum,iurare vero prohibitũ eſt.Nos vero cõceſſis abſtinentes,prohibita audemus?Propterea charitatẽ veſtrã exhortor aliquã facere mutationẽ,& hĩs principiũ nobis oſtendere.Si enim cũ tanto prẽſens ieiuniũ ſtudio tranſegerimus, hac quidẽ hebdomade, vt minime iuremus efficientes,ſequẽti vero iram extinguẽtes,vlteriori autẽ detractionẽ radicitus deſtruẽtes,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes,& poſt ipſam alia rurſus plura corrigẽtes: ſic per
A viam progrediẽtes, paulatim ad ipſum virtutis cul-
men veniemus,& præſens fugiemus periculũ,& deũ
placatum reddem°.Et multitudo rurſus ad nos & ad
vrbem regredietur:& fuga lapſos tunc docebim°,nõ
locorum munimini,nec refugio &receſſui,ſed animi
pietati,& morũ virtuti ſalutis noſtræ ſpem cõmitte-
re.Et ſic & hæc & illa bona aſſequemur,quibus nos
omnes dignos fieri detur, gratia & benignitate do-
mini noſtri Ieſu Chriſti,&c.

Eiuſdem itidem exhortatio ad populum de generoſe ferendis imminentibus minis, habens ſatis multa exempla ex his quæ euenere & Iob & Niniuitis,quòd nõ oportet timere mortẽ, ſed peccatum:& quid male mori:& de iuramẽtis omni ſtudio fugiendis.Et in terræmotum. Homilia V.

TRium puerorũ,& Babyloniçe fornacis enar-
B ratio aliquatenus,vt videtur,veſtrã heri cha-
ritatem conſolata fuit:inſuper autẽ & de Iob
exemplũ,& ſimus omni tribunali regiovenerabilior.
Ex throni nanq; regij aſpectu nullũ erit ſpectantibus
lucrũ,ſed temporalis dũtaxat delectatio, nullam ha-
bẽs vtilitatẽ:ex ſimo Iob autẽ viſo omnẽ quis capiet
vtilitatem,& diſciplinã multam,& exhortationẽ ad
patientię rationẽ.Itaq; multi nunc longam, & tranſ-
marinã peregrinationẽ à terrę finibus in Arabiã ab-
eunt,vt ſimum illum cernant, & conſpicati terrã de-
oſculẽtur,quę illi° victoris certamina,& cruorẽ om-
ni auro precioſiorem ſuſcepit.Neque enim tantũ ra-
diaret prętexta,quantũ illud corpus tũc reſplẽdebat,
nõ alieno, ſed proprio lotũ ſanguine.Vlceravero illa
gemmis omnibus erant cariora.Margaritarum enim
natura nihil vitę noſtrę prodeſt, nec vllum vſum ha-
C bẽtibus neceſſariũ explet:vlcera vero illa ſunt omnis
triſticiæ cõſolatio.Et vt diſcas quòd hoc verũ eſt, ſi
quis filium legitimũ & vnigenitũ amittat, oſtẽde in-
finitas ipſi gẽmas,& nõ cõſolaberis doloré,neq; an-
gorẽ lenies:cõmonefaciẽs autẽ ipſum vulnerũ Iob,
facile mederi poteris,ſic dicẽs:Quid luges homo?tu
quidem filium vnũ amiſiſti:beatus autẽ ille,cum om-
nis filiorum cœtus ablatus fuiſſet,in ipſa quoq; carne
plagã accepit,& nudus in fimo ſedebat,vndiq; ſanie
diffluens,dum paulatim ipſius caro cõſumeretur,iu-
ſtus,verax,in deũ pius,omni mala re abſtinẽs,deũvir
tutis teſtem habens.Si enim hęc verba dixeris,omnẽ
lugentis triſticiam extinxeris,& omnẽ doloré ſuſtu-
leris:& ſic iuſti vulnera margaritis vtiliora fiũt. Ima-
ginamini igitur & vos athletã illũ, & exiſtimate vos
cernere fimũ illum,& ipſum in medio ſtercoris ſedẽ-
D tem:ſtatuã auream gemmatã,qualẽ dicere nõ noui:
neq; enim tam precioſam valeo materiã inuenire, vt
illi cruẽtato corpori cõparari poſſit.Sic omni mate-
ria precioſiſſima carnis illi° natura erat multo vene-
rabilior,& vlcera ſolaribus radiis ſplẽdidiora: hi eũ
corporis oculos illuminãt:illa vero mentis noſtrę lu-
mina illuſtrant,illa diabolum penitus excæcauerunt.
Propterea nãq; poſt illã plagã reſiliuit,nec deinceps
apparuit.Tu vero dilecte & hinc diſce tribulationis
lucrũ quantũ eſt:eteũ quãdo diues erat,&ocio frue-
batur iuſtus,vnde accuſaret ipſum habuit,mẽdaciter
quidẽ.Verũ enimuero habuit vnde diceret, Num te
gratis colit Iob?Poſtq̃ vero ipſum ſpoliauit, & fecit
Iob 1.b pauperẽ,nec hiſcere quidẽ ampli° auſus eſt: & cũ di-
ues quidẽ eſſet,cũ ipſo pugnare parabat,& ſupplan-
tare minabaſ:poſtq̃ vero pauperẽ fecit,& omnia ab-
A ſtulit,& in extremũ dolorẽ induxit,tunc repulſus eſt:
& quãdo ſanũ quidẽ ipſius erat corpus,manus appo-
nebat:vt vero ipſi° carnẽ vulnerib° impleuit, tũc au-
fugit victus.Vidiſti quãto paupertas diuitiis,&imbe-
cilliras & ęgritudo ſanitate, & tẽtatio quiete melior
vigilãtibus & vtilior ſit, & clariores & fortiores pu-
gnãtes faciat?Quis vidit,quis audiuit tam mirabiles
pugnas?Prophanorũ certaminũ pugiles cum aduer-
ſariorum capita cõtriuerint,tunc victores ſunt,&co-
ronãtur:hic vero cum iuſti corpus cõtriuiſſet,omni-
formi vlcere ipſum perforãs, & imbecillius feciſſet,
tũc victus eſt,& retroceſſit:& poſtquam ipſius latera
vndiq; cõfodit,ipſe quidẽ nihil ꝓfecit: repoſitũ eũ
theſaurum non abſtulit.Nobis autẽ ipſum clariorem
reddidit,& per illam cõfeſſionẽ vt omnes hominem
interiorẽ aſpicerẽt,fecit,& omnes ipſius diuitias di-
ſcerent.Et cum vincere ſperauit,tunc cũ multa cõfu-
B ſione receſſit,&nullã amplius vocẽ emiſit.Quid actũ
eſt diabole?Quare refugis?Nónne facta ſũt quęcũq;
volebas?Non interemiſti ipſi° greges,armẽta,equo-
rum mãdras,& aſinorũ?Non filiorum cœtũ perdidi-
ſti,& carnẽ omnẽ vulneraſti? Quare receſſiſti? Quo-
niam facta quidẽ ſunt omnia,quę volui,inquit:quod
vero fieri maxime volebã,& propter quod omnia fe
ci,hoc factũ nõ eſt:neq; enim blaſphemauit:propter
hoc enim omnia illa faciebã,inquit,vt hoc procede-
ret.Hoc nõ facto,nihil lucrifeci ex pecuniarũ iactura,
& filiorũ interitu,& corporis plaga: ſed contrariũ
quàm volebã,euenit,ſplendidioré reddidi inimicũ,
& clariorem effeci.Cognouiſti quantũ tribulationis
lucrũ chariſſime?Pulchrũ quidẽ & integrum corpus
fuerat,multo vero venerabilius factũ eſt, ab illis vul-
C neribus infectũ:quoniam & lanæ pulchræ quidẽ, &
anteq̃ inficianſ:poſtquã vero purpureę factę fuerint,
ineffabilem capiũt pulchritudinẽ,multumq; decorẽ.
Niſi vero ipſum expoliaſſet,bonã victoris habitudi-
nem nõ cognouiſſemus:niſi ipſius corpus plagis per-
foraſſet,radij intrinſecus nõ renituiſſẽt:niſi ipſum in
fimo cõſtituiſſet,ipſius non cognouiſſemus diuitias.
Neque enim tam ſplendidus in ſolio rex ſedẽs,quàm
inſignis erat ille & illuſtris in fimo:etenim poſt regiũ
quidem ſolium mors,poſt fimum autem illum cœlo-
rum regnum.Hęc igitur omnia ratiocinantes,ex op-
primẽte triſtitia nos releuem°.Has etenim vobis hi-
ſtorias appono,nõ vt dicta laudetis, ſed vt virtutem
imitemini & patiẽtiam generoſorum illorum & bea-
torum virorũ:vt per ipſa diſcatis opera,quòd huma-
norum nullũ eſt graue malorum,niſi peccatum, non
D paupertas,non ægritudo,non contumelia,non calũ-
nia,non ignominia,nõ quę omniũ mors malorũ ex-
tremum eſſe videtur.Hęc enim calamitatũ nomina,
philoſophantibus ſunt tantũ nomina rebus carentia.
Vera autẽ calamitas,deũ offendere,& eorũ quæ ipſi
nõ placent,aliquid facere.Quid eũ graue mors ha-
bet,dic mihi?Num q̃ te celeri° ad trãquillũ portũ, &
pacatã illã tranſmittit vitã?Et ſi eũ homo non occi-
dit,ipſa naturę lex irrepẽs nõ corpus ab anima reſol-
uet?Licet enim hoc nũc minime fiat,erit paulo poſt,
quod nũc timemus:& hęc dico,nõ graue quid expe-
ctans aut triſte,abſit,ſed erubeſcens mortẽ timẽtium
cauſa.Tot expectãs bona quę nec ocul° vidit,nec au- *1.Cor. 2.a*
ris audiuit,nec in cor hominis aſcenderũt: ad fruen-
dum differs,& negligis,& torpes?Nec tantũ torpes,
ſed & times,&horres?Et quo modo nõ tibi turpe ꝓ-
pter mortẽ dolere? Paulus vero propter preſentẽ ge-
mebat

mebat vitã,& Romanis ſcribens dicebat: q̃ creatura *Rom. 8.d.*
cõgemiſcit,& noſipſi ſpirit° primitias habẽtes gemi-
mus:& hęc dicebat nõ condemnãs preſentia,ſed fu-
tura deſiderãs.Guſtaui,inquit,gratiã,& nõ fero dila-
tionẽ:ſpirit° primitias habeo,& ad integrũ feſtino:a-
ſcendi in tertium cœlũ, vidi gloriã illã ineffabilem,
vidi aulas ſplendẽtes,didici quibus hic immorãs bo-
nis careã,ꝓpterea gemo.Dic etenim mihi, ſi quis te
in regias duxiſſet aulas,& de parietibus aurũ vndiq;
fulgẽs, & omnem alium ornatum tibi demõſtraſſet:
poſtea te inde in pauperis cellã ĩduxiſſet,& poſt bre-
ue tempus in regias reducturum illas,& perennẽ ibi
manſionem ſe tibi daturum eſſe promiſiſſet, nũquid
non deberes affici deſiderio,& vel ipſos paucos dies
ægrè ferre? Hoc quoq; de cœlis & de terra cogites,
& ingemiſce cũ Paulo,nõ propter mortem, ſed pro-
pter præſentẽ vitã.At,da mihi,inquis,vt Paulo ſimi-
B lis fiam,& nũquam mortẽ timebo. Et quid te Paulo
ſimilẽ fieri prohibet?Non pauper erat ille? Non ten-
toriorũ ſutor?Nõ idiota?Si enim diues fuiſſet ac no-
bilis,habuiſſent fortè pauperes ad ipſi° imitationem
vocati,paupertatẽ ſuam oſtendẽdi cauſam.nunc au-
tem horũ nihil dicere potes:etenim operarius homo
erat,& quotidianis paſcebatur laborib°. Et tu quidẽ
ab initio pietatẽ à parentibus ſuſcepiſti,à prima ætа-
te ſacris es literis innutritus: ille vero & blaſphemus
fuit,& perſecutor,& cõtumelioſus,& eccleſiã vaſta-
uit:ſed tamẽ ita penitus mutatus eſt,vt oẽs prompti-
1.Cor.4.d tudine & feruore ſuperauerit.Clamat dicens,ſmita-
tores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti.Ille dũm imita-
tus eſt,tu conſeruum non imitaris?tu qui à principio
in pietate coaluiſti,eum qui poſtea per mutationẽ ad
fidẽ acceſſit.Non noſti,quòd qui in peccatis ſunt,&
C ſi viuunt, mortui ſunt: qui verò in iuſtitia ſunt, & ſi
mortui ſunt viuunt?Nec meus hic ſermo,ſentẽtia eſt
Ioan. 11.d Chriſti Marthæ dicẽtis: omnis qui credit in me, etiã
ſi mortuus fuerit viuet.Nõ enim fabulę ſunt dogma-
ta noſtra.Si Chriſtianus es,Chriſto crede: ſi Chriſto
credis,per opera mihi fidem demonſtra. Quomodo
vero per opera fidem demõſtrabis, ſi mortem con-
temnas?Et in hoc enim ab infidelibus differimus:et-
enim illi quidẽ merito timent mortem, reſurrectio-
nis enim ſpem non habent:tu vero ad meliorem va-
dens vitã,& de illius ſpe philoſophari habẽs,qua di-
gnus es venia,de reſurrectione quidẽ confidens, ita
vero ſicut nõ credentes reſurrectionem, mortem ti-
mẽs?Sed mortẽ,inquit,nõ timeo,neq; mori,ſed ma-
Marc.6.d le mori,&obtrũcari.Igitur Ioãnes male mortuus eſt?
Act. 7.g fuit eũ obtrũcatus. Igitur Stephanus male mortuus
D eſt?fuit eteñ lapidat°.& martyres cũcti miſere ſecũ-
dum vos obiere,qm̃ igne aut ferro vitã finierũt:& hi
quidẽ in mare,hi vero in præcipitiũ,hi autẽ in dẽtes
beſtiarũ incidẽtes,ſic mortui ſunt.Non hoc eſt male
mori homo,violẽta morte finiri,ſed in peccatis mo-
ri.audi nãq; Prophetã de hoc ipſo philoſophantẽ &
Pſal.33.d dicẽtẽ:Morſpeccatorũ peſſima.Nõ dixit,morsviolẽ
ta:ſed q̃d?mors peccatorũ peſſima.Iuſte ſanè. poſtq̃
enĩ hinc migrauerint,pœna ĩtolerabilis, tormẽta ſẽ-
piterna,vermis virulẽtus,ignis inextinguibilis, tene-
bræ exteriores,vincula inſolubilia,dẽtiũ ſtridor, tri-
bulatio & anguſtia,& ęterna dãnatio.Cũ igitur talia
peccatores mala expectẽt,quę poſſit eſſevtilitas,ſiue
domi,ſiue in lecto vitã finiãt? ſicut cõtrà iuſtis nullũ
damnũ eſſe poſſit,q̃ enſe vel igne preſentẽvitã finiãt,
cũ ad immortalia migrare bona debeant.Verè mors
A peccatorũ peſſima.Talis erat diuitis illius mors, qui
Lazarũ deſpexerat,q̃ domi,& in lecto, & neceſſariis
aſſiſtẽtibus vita per propriã ſoluta mortẽ defunctus
torrebatur,ne paruã quidẽ conſolationẽ ex præſen-
tis vitę ꝓſperitate nanciſci valẽs. At nõ ita Lazarus,
verũ in ipſo pauimẽto canibus adſtantibus, & vlcera
lingentib° violentã mortem paſſus(quid enim fame
difficilius eſſe poſſit?)digreſſus illĩc æternis potit° eſt
bonis,in Abrahę ſinibus gaudẽs. Quid igitur ipſum
læſit violẽter mori?At non violenter, inquis, ſed in-
iuſte mori timem°:& q̃ auſi nihil eorũ quæ exiſtima-
mur,cũ ſontibus pariter puniamur.Quid ais, dic mi-
hi?Iniuſte mori times.An iuſte velles?& quis tã miſer
& ærũnoſus,vt cũ iniuſte mori immineat, magis iu-
ſte mori eligat?Si enim mortẽ metuere oportet,iuſte
nobis ingruentem timere cõuenit: quoniam iniuſte
B quidẽ mortu°,per hoc ipſum cũ ſanctis omnibus cõ-
municat.Apud deũ enim probatorũ & illuſtriũ plu-
res iniuſtã ſuſtinuere mortẽ,&ante omnes Abel.non *Gene.4.b*
enim in fratrem peccãs,nec Cain læſo,ſed quoniam
deũ honorabat,ideo iugulatus eſt.Deus autẽ permi-
ſit,nunquid ipſum amans,an exoſus?Certũ eſt quòd
amans,& clariorem ipſi coronã facere volens ex in-
iuſtiſſima cęde.Vides quòd neq; violentã,neq; iniu-
ſtam mortẽ metuere oportet,ſed in peccatis mori?
Abel iniuſte mortu° eſt,Cain vixit gemens & tremẽs.
Quis igitur,dic mihi,beatior fuit: qui cũ iuſtitia re-
quieuerat,an qui in peccatis viuebat? qui mortu° eſt
iniuſte,an qui iuſte puniebat? Vultis charitati veſtræ
dicã vnde timemus mortem? Non vulnerat nos re-
gni amor,nõ nos futurorum amor accẽdit: alioquin
pręſentia deſpiceremus omnia,ſicut beat° Paulus.Ad
C hæc non timemus gehennã,propterea mortẽ time-
mus: ſupplicij intolerabilem grauitatẽ nõ nouimus,
propterea pro peccato mortẽ timemus. quòd ſi ille
animã noſtrã timor occupaſſet,iſte ſubrepere nõ po-
tuiſſet.Et hoc nõ aliũde procul,ſed ex domeſticis,&
ex his quę nobis acciderũt in his diebus,manifeſtum
facere conabor.Poſtq̃ enim ab Imperatore datæ ſũt
literę,tributũ hoc,quod ĩtolerabile eſſevidebaſ, cõ-
ferre iubẽtes,oẽs tumultuabantur,omnes contende-
bant,ęgrè ferebant,indignabãtur,inter ſe occurrẽtes
dicebant:haud vitalis nobis vita,ſubuerſa ciuitas eſt,
huius penſi magnitudinẽ ſuſtinere poterit nemo. &
oẽs angebantur,tanq̃ de extremis ipſis periclitantes.
Mox vero poſtq̃ perpetrata acciderunt,& quidẽ ne-
farij & ſceleratiſſimi legibus cõculcatis,ſtatuas deie-
cerũt,& mortis periculũ omnib° impoſuerũt: & iam
D de ipſa vita timem° exacerbato rege,nõ nos amplius
pecuniarũ iactura mordet,ſed alia pro illis oẽs audio
dicẽtes:Capiat & ſubſtantiã rex, & agris & ſupelle-
ctilib° libenter carebimus,duntaxat corpus ſaluũ fo-
re quis ſpõdeat.Sicut itaq; priuſquã nobis mortis ti-
mor ĩmineret,nos pecuniarũ mulcta carpebat: poſt-
quã vero nefanda perpetrata ſunt, hac cauſa mortis
timor ſuccedens,mulctæ doloré expulit: ſic & ſi ge-
hennæ timor comprehendiſſet animas noſtras, non
mortis timor habuiſſet:ſed quẽadmodũ in corpori-
bus,quãdo nos duo dolores oppreſſerint, inferiorẽ
potẽtior abſcõdere cõſueuit:ſic & nũc factũ eſſet, ſi
futuri ſupplicij timor in anima remanſiſſet,omnẽ ti-
morẽ humanũ obſcuraſſet.Itaq; ſi quis gehẽnę ſẽper
meminiſſe laboret,omnẽ mortẽ deridebit:&nõ prę-
ſenti tantũ anguſtia liberabitur,ſed & ab illa flamma
eripietur.Gehennã eũ cõtinue timẽs nunquã in ge-

hennę

Universidad de Deusto
Biblioteca

hennæ ignē decidet,cōtinue hoc castigatº metu. Date nobis nūc,vt opportunevobis dicā: Fratres ne puerili efficiamini sensibus,sed malicia infantes sitis.etenim puerilē timemus pauorē,mortē timētes. Pueri enim parui laruas quidem timent,ignē vero nō timēt: sed si ad lucernā lumen habentē portari cōtingat, incōsiderate manū immittunt lucernę & flammę:& contemnendā quidem personā horrescūt, at verè timēdum ignē nō timent:sic quidē & nos timemus mortem,quę est larua cōtemptu digna : peccatū vero nō timemus,quod est verè timendū,& ignis more consciētiam comedit.Et hęc non ex rerū natura, sed ex ignorantia nobis accidere consueuerūt: ꝙ si cogitemus quid tandē sit mors, nunquā ipsam timebimus. Quid igit tandē mors est?quod est vestimentū exuere.Tanꝙ vestimentū enim corpus animæ circundatū est,& hoc breui per mortē deponētes, clarius iterum resumemus.Quid tandē est mors? peregrinatio ad tempus,somnus cōsueto longior.Itaque si mortē times,time & somnū:si propter moriētes angeris, & propter comedētes,&propter bibentes angere.sicut em̄ hoc naturale,sic &illud.Ne te naturalia cōtristēt, cōtristēt te potiº quę sunt ex mala volūtate:neq; morientē luge,sed in peccatis viuentē. Vis cōmemorē & aliam causam,propter quā mortē timemus? Non viuimus cū diligētia,nō habemus consciētiā purā: ꝙ si hoc esset,nihil nos mors terruisset,nō fames, nō pecuniarū iactura,nō aliquid aliud omniū quæ sunt. In virtute enim viuentē horum nihil lædere poterit, nec interna priuare voluptate: bonæ em̄ cōnutritum spei,nihil in tristiciā deiicere poterit. Quid enī quispiā facere possit, quo generosum virū cogat contristari? Auferet pecunias?Sed habet in cœlis diuitias. Patria eiiciet?sed in cœlestē ciuitatē mittet. Vincula iniiciet?sed habet consciētiā solutā,& exteriorē nō sentiet catenā.Sed interficiet corpus? at iterum resurget.Et sicut cum vmbra pugnās,& aërem verberans, percutere poterit neminē:sic &cum iusto pugnās,cū vmbra tantū pugnat,& vires suas dissoluit, nullā illi plagā valēs infligere.Itaq; da mihi de cœlorū regno cōfidere,& si vis,hodie me iugula.cædis, gratias tibi habeo, ꝙ me celeriter ad illa bona transmittis.Hoc est maxime,hoc est quod &nos lugemº,inquis,quòd peccatorū multitudine ꝓhibiti, regnū illud nō assequemur.Igitur mortē lugere omittēs, luge peccata, vt ipsa deleas.propter hoc em̄ tristitia facta est, nō vt in morte,nec in vlla alia re tali doleamus, sed vt ipsa ad delēda vtamur peccata:& quòd hoc verū sit,exēplo facio manifestū. Remedia medicinalia propter illos tantū morbos facta sunt,quos tollere possūt, nō ꝓpter illos,quos nihil adiuuare possunt.Puta, adhuc em̄ manifestiorē volo rationē facere, medicamentū oculos lippientes tantū iuuare valēs, nullū vero aliū morbum,propter oculorū ægritudinē tantum factū esse dicere quis posset:nō propter stomachum, neq; propter manus, neq; propter vllum aliud membrū. Transferamus igitur rationē ad tristiciā, & inueniemus quòd accidērium nobis nil adiuuat, peccatum vero solum corrigit.certū igitur quòd propter huius sublationem tantū cōcessa est. Percurramus ingruētium nobis malorū quodq;,& tristiciam superadducamus,& videamº quid ex hac fiat vtilitatis.Mulctatus est quispiā pecuniis,tristatus est,mulctā nō emendauit:filiū amisit,doluit:mortuū nō resuscitauit, nec defuncto profuit:flagellatº est quis,alapis cęsus,contumeliis affectus,doluit,non reuocauit cōtumeliam. Valetudinē quis incidit,& ęgritudinē grauissimā:doluit,ęgritudinē nō sustulit,sed &difficiliorē reddidit. Vides horū nulli prodesse tristiciā?Peccauit quis,tristatus est,peccatū deleuit,dissoluit debitū.Vnde hoc manifestū?ex dñi sententia.De quodā em̄ pręuaricato loquēs,dicebat:Propter peccatū paulisper ipsum cōtristaui,& vidi ꝙ tristatus est,& incessit mœstus,& ipsius vias correxi. propterea & Paulus dicit, Quæ em̄ secundū deū tristicia est, pœnitentiā in salutē stabilē operatur.Igitur postꝙ manifeste oratio demonstrauit,quòd neq; pecuniarū mulctam,neq; cōtumeliā,neq; calumniā,neq; flagella,neq; valetudinē,neq; mortem,neq; aliud quid talium inducta tristicia instaurare posset,sed solum delere peccatū,&huius est destructiua,certum quòd propter hanc solā causam facta est.Ne amplius igitur pecuniarū iacturam doleamus,sed cum peccamus,tantum doleamus:multa enim hic ex tristicia vtilitas.Mulctatus es?ne doleas, neq; enim proderit.Peccasti?dole,vtile nāque est,& dei prudentiā & sapientiā considera.Duo hęc nobis peperit peccatū,tristiciā & mortē.Quacunq; die comedes,inquit,morte morieris:& ad mulierē,In dolorib⁹ paries filios.Et per hęc vtraq; peccatū sustulit,& à filiis matrē deleri curauit. ꝙ enim cū tristicia mors peccatū destruit,manifestum quidem & ex martyribus,manifestū ex his quę dixit Paulº ad peccatores, sic inquiēs:Ideo multi in vobis infirmi,&imbecilles, & dormiūt multi,quia vos,inquit,morimini,vt morte peccata soluantur.intulit igitur dicens,Si em̄ nosipsos iudicaremus, nō vtiq; iudicaremur:dum iudicamur autem à domino,corripimur, vt cum mundo non condēnemur.Et sicut vermis ex ligno nascitur, & illud rodit,& comedit,suam ab ipso originem habēs:sic & tristicia & mors de peccato natę sūt,&peccatū absumunt.Igitur ne timeamus mortē, sed peccatū timeamus dūtaxat, & propter illud doleamus. Et hęc dico non graue quicquam expectās,absit,sed timentes vos sic semper affici volēs,& Christi legem per opera implere.Si quis nō tollit crucē suam,& sequitur me,non est me dignus,inquit.Hoc autē dicebat,nō vt lignū super humeros feramus, sed vt mortē semper ante oculos habeamus.Sicut igitur &Paulus,quotidie morere, & mortē deride, pręsentemq; contemne vitam.Es enim miles,& semper in cōflictu cōstitutus es:miles vero mortem timens, nunquam generose se geret.Sic igitur neq; Christianus homo pericula timens,magnū quid & admirabile exhibebit,immo facile expugnabilis erit:intrepidus autē & magnanimus,inexpugnatus manet & inuictus.Sicut igitur pueri tres ignē non timentes,ignē effugerunt: sic & nos,si mortem nō timeamus,mortem effugiemus.Ipsos non terruit ignis:non enim incēdium, sed peccatū timuerunt: crimen enim impietatem sequi. Hos & nos imitemur, & oēs illis similes : & ne pericula timeamus,& effugiemº pericula.Non sum propheta,neq; filius prophetæ:futurum tamē manifeste scio,& magna & clara voce ꝓclamo, quòd si mutemur,& aliquam animæ nostræ curam agamus,& ab improbitate absistamus,nihil molestū ingruet & triste.Et hoc manifeste noui ex dei clemētia, & ex his quę in viros,& ciuitates,& gētes,& populos ītegros fecit.Etenim Niniuitarum ciuitati minatus est,& dixit:Adhuc quadraginta dies,& Niniue subuertetur. Quid igit,dic mihi?Niniue subuersa est, & destructa fuit

1.Co.14.b

3.Re.21.g

2.Cor.7.

1.Co.11.g

Mat.10.d

1.Co.15.d

Daniel.3.c

Iona 3.c

fuit ciuitas?Contrariū totū,& exaltata,& clarior facta est,& tantū tempus pręteritū ipsius gloriā nō destruxit,sed omnes eam cātamus adhuc quoq;,& admiramur:quoniā portus quidā optimus ex illo tempore peccātibus omnibus extitit,in desperationē cadere non permittens,sed oēs ad pœnitentiā vocans, & per ea quę fecit,& per ea quę per dei prouidentiā est assecuta,persuadēs nūquam de propria salute desperare,sed vitā gerentes bonā,& optimam spē proponētes,de fine tanquā penitus bono futuro cōfidere.Quis enim non resurgat illorum exemplū audiēs etiam si omnium ignauissimus?Elegit itaq; deus prophetiā potius suam irritā cadere,ꝙ ciuitatē corruere: immo vero neq; prophetia cecidit.Si em̄ hominibus in eadē malicia permanentibus non in opus sententia ꝓcessisset,posset quis fortè dicta criminari: quòd vero mutatis ipsis,& à malicia desistentibus,etiā deº ab ira destitit,quis amplⁱ prophetiā carpere poterit, & dictorum mendaciū condemnare?Etenim legem, quā ab initio deus cūctis hominibus posuit per prophetam loquēs,hanc & tunc conseruauit.Quam autem legem?Exitiū loquar,inquit,ad gētem &regnū, vt eradicem,& suffodiam,& perdam:& erit,si pœnitentiā egerint maliciæ,& ego iræ quā locutus fuerā facere illis,obliuiscar.Hāc igitur legē custodiēs pœnitētes saluauit,& à vicio discedētes ab ira liberauit. Nouerat Barbarorū virtutē,& ideo ꝓphetā induxit: sic & tunc agitabaꝫ ciuitas audita voce prophetica, sed in nullo læsa est, quin & à timore adiuta. Timor enim ille salutē peperit, cōminatio periculo liberauit,subuersionis sentētia subuersionē cohibuit.O nouam rem & admirabilē,denunciatio mortē minans, vitam peperit.Sentētia postꝙ lata fuit,tunc inualida facta est, cōtrà ꝙ apud seculares iudices. apud hos enim in mediū prolata,rata fit sentētia.apud deū contrà,ꝓferri sententiā eā inualidā facit. nisi enim prolata fuisset,nō vtiq; peccatores audissent. si vero non audissent,neq; egissent pœnitentiam:sine pœnitētia vero pœnā non repulissent,nec fuissent illa salute potiti. Quomodo em̄ nō mirabile,quòd quando iudex sententiā tulerit,per pœnitētiā rei sentētiā soluerūt? Non enim vrbē fugerūt,sicut nos nunc:sed manētes sententiā repressere.Laqueus erat,& munimē ipsam reddiderūt:vorago erat &pręcipitiū,&tutulę terrim fecerūt.Audierunt quòd ædificia corruent,sed peccata fugerūt:non discesserūt quisq; de domo sua, sicut nūc nos,sed discessit quisque àvia sua mala.Non enim,inquit,muri irā pepererūt,nos vulneris authores,nos medicamentū pręparemus:propterea nō locorum permutationibus,sed morū cōuersioni salutē crediderūt.HęcBarbari.Et nos nō cōfundimur,neq; nos abscōdimus,illis mores conuertētibus, nos loca permutātes,& ebriorū hominū opera facientes.Dominus nobis irascitur,& nos iram soluere omittētes, quę in domo sunt circūferimus,&circuimº quęrētes vbi substantiā deponamus, cum esset opus quærere vbi animā deponeremus:imò vero nec oportet quęrere,sed virtute & vitæ rectitudine ipsi securitatem prębere.Neque enim si seruo irascētibus nobis & indignātibus,ille aduersus iram se excusare omittēs,in cellulam suam descendēs,vestimēta & omnes colligens sarcinulas & colligās de fuga meditaretur, hūc ipsius contemptū facile ferremus.Desistamus igitur ab hoc importuno studio,& dicamus quisq; ad deū: Quo ibo à spiritu tuo,&à facie tua quo fugiā?Barba-

Hier.18.b

Psa.138.b

rorum philosophiā imitemur: illi in incertis pœnitentiam egerūt:nō enim hoc habebat sentētia:quòd si cōuertamini,& pœnitētiā agatis,ciuitatē firmabo: sed simpliciter,Adhuc quadragīta dies & Niniue subuertetur.Quid igit illi?Quis nouit an pœnitebit deū mali quod locutus est facere nobis?Quis nouit? Nesciunt rei finem,nec pœnitentiā negligunt : nesciunt dei benignitatis cōsuetudinē,& in incertis mutātur: nec em̄ habebāt alios Niniuitas,ad quos respicerent pœnitētia acta saluatos:nec Prophetas legerant,nec patriarchas audierāt,nec vsi sunt cōsilio:non admonitionē nacti sunt,neq; sibi persuaserāt,quòd omnino deū pœnitētia propitiaturi essent: neq; enim hoc habebat cōminatio,sed dubitabant,neq; de hoc credebant,& tamen cū omni diligētia pœnitentiā egerunt.Quæ igitur ratio nobis erit, cum illi quidē nec vnde de fide cōfiderēt habētes,tantā exhibuisse mutationē appareāt:tu vero de diuina benignitate confidere habēs,& qui multa sępius pignora cepisti eius circa te curę,& prophetas,&apostolos audisti,& per ipsas res instructus,nec ad eandē cum ipsis mēsuram virtutis peruenire cōtēdas?Magna igit & horū quidem hominū virtus,maior autem multo dei clemētia,& hanc ex ipsa minarū magnitudine conspicere licet.Ob hoc enim sententię nō addidit:Si vero pœnitētiam egeritis,parcam:vt indistinctā inferēs sententiam,& timorem augens,celerius ad pœnitētiam compelleret. Et propheta quidem erubescit futurū sciēs & coniectās,quòd infecta manebūt dicta: deus autē non erubescit,sed vnū duntaxat,hominum scilicet salutem quærit,& seruū suum emēdat.Postquam em̄ nauigiū ille ingressus est,statim excitauit mare,vt discas quòd vbi peccatū,ibi ꝓcella:vbi inobediētia, ibi fluctuatio:& quatiebatur quidem Niniuitarū ciuitas propter peccata,quatiebatur autem & nauigiū ꝓpter Prophetę inobedientiā.Illi igitur Ionā in mare deiecerūt,&stetit nauigiū:nos quoq; peccata submergamº,& ciuitas omnino stabit.Itaque fugę nulla nobis vtilitas, sicut nec illum fuga quicquā adiuuit, quinimo & læsit. Fugiebat terram, & dei iram non effugiebat.Fugiebat terrā,& in mare tempestatē induxit:nec tantum nullum ex fuga bonum nactus est, sed etiam eos qui se susceperunt,in extremū periculū adduxit.& quādo nauigās quidē in nauigio sedebat, & nautæ, & gubernatores aderant, & omnia nauis arma,de extremis periclitabatur: postquā autem in mare proiectus,& peccatum per suppliciū deponēs, in incompositum deductus est nauigiū, ceti scilicet ventrē,multa potiebatur libertate:vt discas,quòd sicut in peccatis viuēti,neq; nauigiū prodest : sic peccato exutū neque mare perdit, neq; bestię cōsumūt. Ipsum igitur vndæ susceperunt,nec suffocaueruⁿt:cetus susceꝑit,& nō interemit.Verum & animal,& elementū incolume depositum deo reddiderunt:& per omnia discebat Propheta esse māsuetus & humanus, & neq; stultis nautis,neq; feris vndis,neq; bestiis crudelior esse.Etenim nautę nō in principio statim, sed post multā necessitatē ipsum prodiderunt: mare vero & bestia cū multa beneuolētia custodierunt, deo hęc ipsa dispēsante.Rediit igitur,prædicauit, minatus est,persuasit,saluauit,terruit,correxit à principio statim,& sola prædicatione: neq; em̄ multorū dierū indiguit,neq; continui consilij, sed nuda illa locutus verba oēs in pœnitētiam deduxit. Propterea ipsum nō statim de nauigio deus ad vrbē deduxit, sed nautæ mari

A

B

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ mari tradiderũt, mare ceto, cetus deo, deus Niniuitis, & per longum circuitum profugum reduxit: vt oẽs doceat, q̃ dei manus effugere impossibile. Quoniam quocũq; quis proficiscatur, peccatũ pertrahẽs, ĩfinita sustinebit detrimẽta: & si hominũ nemo adsit, ipsa vndecunq; creatura cũ multa resistet vehemẽtia. Ne igitur fugę salutẽ nostrã credamus, sed morũ mutationi. Nõ enim quia in ciuitate manes, ꝓpterea deꝰ irratur, vt fugias: sed qm̃ peccasti, ꝓpterea indignatur. Igitur peccatũ depone, & vnde vulneri causa inde mali fomitẽ contrahe: cõtraria enim cõtrariis curare & medicorũ pueri iubent. Ex crapula nata est febris, inedia morbũ corrigunt: ex tristicia quis infirmatus est, lętitiã huic aptã medicinã esse dicunt. Sic & in animę ægritudinibus facere oportet: irã torpor excitauit, industria hanc repellamus, multãq; prę nobis feramus mutationẽ. Ieiuniũ habemꝰ auxiliatorẽ, & cõmilitonẽ maximũ, & prẽter ieiuniũ instantẽ angustiã, & periculi timorẽ. Instemus igitur nũc animæ in tẽpore: etenim ipsi omnia quęcũq; velimus, facile persuadere poterimꝰ. Pauidus enim & tremẽs, & deliciis omnibꝰ absolutꝰ, & in timore viuẽs, facile philosophari potest, & cũ multa prõptitudine virtutis semina suscipere. Primũ igitur persuadeamꝰ, vt iuramẽtorum fuga in meliꝰ mutationẽ faciat: etsi enim heri & nudiustertiꝰ de hac vobis locutꝰ sum materia, neq; tamẽ hodie desistã, neq; cras, neq; perẽdie eadẽ persuadere. Et quid dico crastinã aut tertiã diẽ? Donec vos correctos videã, nõ absistam: si enim legem præuaricantes non erubescũt, multo magis nos iubẽtes, ne pręuaricemini, admonitione cõtinua cõfundi nõ est dignũ. De iisdẽ enim cõtinue cõmonefacere, nõ dicẽtis, sed audientiũ est crimen, cõtinue indigentiũ disciplinę super simplicibꝰ & facilibꝰ prẽceptis. Quid enim facilius q̃ non iurare? cõsuetudinis tantũ opus est: nõ est corporis labor, non est pecuniarum impẽdiũ. Vis discere quo modo viciũ superari possit? quo modo ab ĩproba cõsuetudine liberari liceat? Ego te quẽdã docebo modũ: quẽ si tenueris, superabis omnino. Cũ videris teipsum, vel aliũ quenque, vel seruorum, vel filiorum, vel vxorem hoc malo captos, & cõtinue commonefactos, neque correctos, iube non pransos cubare, & hanc tibique & illis damnationem impone, damnationem non damnum, sed lucrũ ferentem. Talia enim sunt spiritualia: & lucrum ferunt, & celerrimã correctionẽ. lingua enim continue tribulata, vel nemine cõmonente sufficiẽtem capit admonitionem à siti compressa, à fame angustiata, & si omnium essemus stolidissimi, tota die huius torméti magnitudine commoniti, alterius consilij & admonitionis non indigebimus. Laudastis dicta, verum & factis laudem demonstrate. Quod enim alioqui huius concionis emolumentũ? Si quotidie puerulus ad scholam pergat, postea nil plus discat: num ad excusationẽ sufficiet nobis, ipsum illò quotidie pergere? Non hoc ipsum maximum ducemꝰ crimẽ, quòd per singulos dies illuc pergẽs, hoc frustra faciat? Hoc & in nobisipsis cogitemus, & intra nosipsos dicamus: Tantũ tẽporis ad ecclesiam occurrẽtes, & concione fruẽtes perquã mirabili, & multũ lucrũ habẽte, si tales rursum discedamus, quales aduenimꝰ, nullũ defectuũ nostrorũ corrigentes, quę nobis erit huius profectionis vtilitas? Etenim multa nõ propter se fiunt, sed ꝓpter eueniẽtia ex ipsis. Quale illud est: Seminãs nõ ꝓpter hoc seminat, vt tãtũ seminet, sed vt & metat: q̃ nisi hoc fieret, & dãnũ semẽtis pateretur, seminibus temere & incassum marcefactis. Mercator nõ propter hoc nauigat, vt tantum nauiget, sed vt peregrinãdo auctiorem faciat rem: quòd nisi hoc adsit, & damnũ accidet extremũ ex dãnosa mercatorũ peregrinatiõe. Hoc idẽ & in nobisipsis ratiocinemur: etenim & nos in ecclesiã cõuenimꝰ, nõ ꝓpter hoc ipsum solũ, vt hic ĩmoremur, sed vt aliquod magnũ lucrati & spirituale lucrũ discedamꝰ. Si igitur inanes & nihil adepti abeamus, condẽnationẽ nobis hoc studiũ accerset. Quod ne fiat, vtq; tantũ damnum euitemus, abeũtes hinc inter sese amici, cũ filiis patres, cũ seruis dñi meditamini, & laborate quo modo imperatum expediatis: vt postquã iterũ reuersi fueritis, & de eisdẽ nos suadẽtes audieritis, nõ cõfundamini, mordẽte vos conscięntia: sed gaudeatis, & lętemini admonitionis maiorẽ vobis partẽ expletã conspiciẽtes. Hęc non tantũ hic philosophemur: non enim hęc momẽtanea admonitio totũ eradicare potest, verũ & domi vir ab vxore hęc audiat, & vxor à cõiuge: & æmulatio quędam fiat omnibus ad huius legis impletionẽ peruenire studẽtibus, & prævenientes & implẽs deficiẽti exprobret, vt ipsum magis excitet. Deficiẽs, nõdumq; implens prævenientẽ spectet, & ad ipsum celeriter peruenire cõtendat. Si hæc meditemur, si hęc curemꝰ, breui nobis & alia prospere negocia dirigẽtur. Tu quę dei sunt, meditare, & ipse tuis prouidebit. Nec mihi dicas. Quid autẽ, si quis iurandi necessitatẽ imponat? quid autẽ, si non credat? Maxime vero, vbi lex violãda, necessitatis meminisse non oportet. Vna est enim ineuitabilis necessitas, deum non offendere. Veruntamẽ interim illud prẽsta, superflua recide iuramẽta, temere & sine necessitate domi cum amicis, cum seruis prolata: si hæc sustuleris, in illis mei nihil amplius indigebis: ipsũ em̃ os iurãdi frequentiã timere & fugere meditatũ, neq; si quis millies coẽgerit, in illam amplius cadere cõsuetudinẽ admittet: sed sicut nũc multo labore, & infinita interturbatione, terrentes, minantes, admonẽtes, consulentes vix potuimus in aliã ipsum consuetudinem transmutare: sic & tunc quidẽ, licet infinitã quis inferat necessitatẽ, hãc transgredi legẽ non poterit persuadere. Sed sicut venenum quodpiã nũquam gustare quis eligeret, neq; instãte necessitate: sic neq; iuramẽta admittere. Hoc autẽ vobis exemplum solamen erit, & hortamentum ad reliquas virtutis partes attingẽdas. Qui enim nihil omnino prẽstitit, torpescit, & facile recidit: sibi vero cõscius, quòd vel vnũ expleuit mãdatũ, ex hoc bene sperare doctꝰ maiori cũ studio ad reliqua rursũ ꝓcedet: postea aliud capiẽs ad aliud celeriter veniet, nec priꝰ absistet, q̃ ad ipsum culmẽ peruenerit. Si enim in pecuniis quãto quis plures cõparauerit, tanto plures cupit: multo magis in officiis spiritualibꝰ hoc cõtingere videas. Propterea festino, & vrgeo, vt res capiat principiũ, & animis vĩs virtutis fundamẽtũ iaciatur: & precamur, & supplicamꝰ, vt nõ tantũ hora prẽsenti horum sitis verborũ memores, verum & domi, & in foro, & vbicũq; cõmoremini. Vtinam mihi dari posset, vt vobiscũ cõuersarer, nõ hoc longo mihi multiloquio fuisset opꝰ: nũcvero postquã hoc nõ licet, vos per meverborũ memores estote meorũ, & ad mẽsam sedentes ingredi me putate, & adstare, & omnia quæ nũc vobis hic dico, insonare. Et vbicũq; vobis de me habebiẽ sermo, pro omnibꝰ huius memẽtote mãdati, & hãc mihi amoris in vos mei retributionẽ reddite: si

te: si hoc vos impleſſe videro, totũ recepi, dignã labo rũ cepi mercedẽ. Vt igitur & nos reddatis prõptiores, & vos bonę spei efficiamini, & maiorẽ ad reliqua exequenda mãdata facilitatẽ paretis, multo hanc legẽ studio in animis vestris reponite, & tunc admonitionis vtilitatẽ scietis. Quoniã & aureum vestimentum pulchrũ quidẽ est etiã cum videtur, multo pulchriꝰ autẽ nobis videbitur nostro circumpositũ corpori: sic & dei mãdata pulchra quidẽ sunt, etiã cum laudãtur, multo autẽ pulchriora, cũ & explentur, apparẽt. Etenim nũc quidẽ breui tẽporis momẽto laudatis prædicata: si vero res impleatis, per omnẽ diẽ, & per omne tẽpus & nos & vosipsos laudabitis. Nec hoc est magnũ, q̃ inter nos laudabimur, sed quòd & deus nos suscipiet: nec tantũ suscipiet, sed & magnis illis remunerabit & ineffabilibus donis: quæ nos oẽs assequi detur gratia domini nostri Iesu Christi, &c.

Quod Vtilis est principum timor, & narratio eorum, quæ per viam acciderunt his qui nuncium afferebãt: & quòd indigna patiens, & gratias agens permittenti deo, par est talia propter deum patienti. Et exempla rursum à tribus pueris, & de iuramentorum custodia. Homilia VI.

MVLTOS quidem impendimus dies charitatem vestram consolantes, non propterea tamẽ ab hac desistemꝰ materia: sed donec tristitię vulnus remaneat, & cõsolationis medicamentũ imponemus. Si enim corporis vulnera curare non desinunt medicorum pueri, donec desiuisse dolorẽ viderint: multo magis hoc in anima fieri cõuenit. Etenim animę vulnus tristitia: & ipsam cõtinue lenibus fouere verbis oportet. Nec em̃ sic carnis tumorẽ calidarũ solet aquarum natura remittere, vt animę æstũ consolantium copia sermonũ sedare consueuit. Non hic opus spõgia, sicut medicis, sed pro spõgia linguã tractabimꝰ. Non hic opus igne, quo aquas calefaciamus, sed pro igne spiritus gratia vtemur. Eia igitur & hodie hoc ipsum agamus. Nisi enim nos consolationem vobis attulerimus, vnde solamen aliũde capietis? Iudices terrent, igitur sacerdotes cõsolentur: principes minãtur, ideo ecclesia cõfirmet. Etenim hoc in puerulis fit pusillis, prẽceptores terrẽt, & verberãt, & lachrymãtes ad matres remittũt, matresvero sinibus suscipiẽtes continẽt, & circumplectuntur, & lachrymas detergentes osculãtur, & dolentem ipsorũ animam releuãt, verbis persuadẽtes, quòd ipsis vtilis est prẽceptorum metus. Quoniã igitur & vos terruerunt principes & anxios reddiderũt, ecclesia cõmunis omniũ mater nostra sinus aperiens, & supinis suscipiens manibꝰ quotidie consolatur, dicẽs, quòd vtilis est & principũ metus, & quòd vtilis etiã hinc correctio. Illorum enim metus nõ finit nos torpore dissolui: huius autẽ cõsolatio sub tristitia succũbere nõ permittit. Et per vtraq; deꝰ salutẽ nostrã disponit. Et principes enim ipse armauit, vt lasciuiẽtes terreãt: & sacerdotes ipse elegit, vt dolẽtes cõsolentur. Et hæc vtraque scripturarũ exẽpla, & ipsa rerũ experiẽtia docet. Si enim cum non desint magistratus, & milites in armis prẽsto sint, furor paucorum hominũ promiscuorum, & aduenarũ in breui temporis momẽto tantum nobis incendiũ inflãmauit, & tantã excitauit procellã, & de naufragio cũctos metuere cõpulit: si principũ metus omnino sublatꝰ fuisset, ad quid furoris isti nõ veniſſent? Nónne à fundamẽtis hãc nobis vrbem euertissent, & omnia confundẽtes ipsas demum animas nostras abstulissent? Si enim iudicialia sustuleris tribunalia, omnem vitę nostrę ordinẽ sustulisti. Et sicut si gubernatorẽ à naui separaueris, scaphã submersisti: & si ducem ab exercitu abducas, vinctos hostibꝰ tradidisti milites: ita si principes de ciuitatibꝰ absturis, feris irrationalibus magis irrationabilẽ degemus vitã, inter nos mordentes, & nos deuorantes, pauperiorem potẽtior, mansuetiorem audacior. Sed horũ nihil nunc est per dei gratiã: in religione em̃ viuentes nihil opꝰ horũ habẽt correctione. Iusto em̃ lex nõ est posita, inquit. Multi vero ad viciũ spectantes, nisi ab his timorem sibi superpositũ haberent, infinitis vtiq; malis ciuitates implesset, quę Paulꝰ quoq; cognoscẽs dicebat: Nõ enim est potestas, nisi à deo: & quę sunt potestates, à deo ordinatę sunt. Quod enim in domibus faciunt lignorum contignationes, hoc principes in ciuitatibus. Et sicut si illas sustuleris, dissoluti parietes per seſe corruũt: & si ex mundo principes tollas, & horum metum, & domus, & ciuitates, & gẽtes cum multa inter se licentia corruent, nemine existẽte qui cõtineat & repellat, & pœnę timore eos quiescere persuadeat. Ne igitur doleamꝰ dilecti, ꝓpter principum metũ, verũ & deo gratias agamus q̃ torporem nostrũ corripuit, & nos gnauiores effecit. Quod em̃, dic mihi, damnũ factũ est ex cura & solicitudine ista? quòd honestiores facti sumus, & mansuetiores: quòd diligentiores, & attẽtiores: quòd ebriũ & meretricia canẽtem cantica videmus neminem: quòd supplicationes cõtinuę, & lachrymę, & preces: quòd risus importunus, & turpia verba, & oĩs lasciuia expulsa est, & mulierem modestam, & liberam ciuitas nostra tota nũc imitatur? Propter hęc doles? quin gaudere ꝓpter hæc & deo gratias agere magis oportet, quòd tantam mollitiem paucis diebꝰ formido resoluerit. Nõ nego, inquit, sed si ad metũ vsq; tãtũ periclitaremur, satis essemus vtilitatis lucrati: nunc vero timemus ne vlterius malum procedat, & de vltimis periclitemur omnes. sed ne timeatis, Paulus vos consolatur dicẽs, Quòd fidelis est deus, qui non finit vos tentari plus quàm potestis, sed faciet & cũ tẽtatione prouentũ, vt possitis sufferre: ipse em̃ dixit, Nõ te dimittã, neq; te derelinquã. Si enim rebꝰ ipsis castigare vellet, & malorũ experientia, non tot diebus vos timori tradidisset: cũ enim punire noluerit, terret. Quoniã si puniturus esset, timor esset superfluꝰ, superfluę minę. Nũc vero innumeris mortibꝰ grauiorẽ vitã sustinuimus, tot diebus trepidantes, & trementes, & ipsas vmbras habẽtes suspectas, & ipsius Cain pœnam luentes, & medio somno prę cõtinua anxietate exiliẽtes, ita quòd si etiã deum irritassemus, nũc tãtam passi pœnã, reddidissemus propitium. Quanquã enim non dignum peccato suppliciũ dedimus, dei tamen clementię sufficit, non tantũ autẽ ex hoc, sed etiã ex aliis multis cõfidere oportet. Nõ enim modica nobis bonę spei pignora iam deꝰ dedit: & quod est omniũ primũ, malum afferẽtes nunciũ, hinc velut alati digrediẽtes, & dudũ ad castra se peruẽturos esse putantes, circa medium adhuc iter morãtur. Tot obstacula & impedimenta ipsis acciderunt, & equos dimittentes, nũcvehicula agũt. Vnde necessitas est summa tardiorẽ ipsis eo profectionem fieri. Postquam enim põtificem nostrũ, & cõmunẽ patrẽ deus hinc suscitauit & persuasit abire, & obire legationem hãc, mox illos circa medium itineris cõsecutus est, ne prẽueniẽtes ignem succenderent, & in reliquum correctionem reddererent

1. Tim. 1. b

Rom. 13. a

1. Co. 10. b

Iosue. 1. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent inutilẽ doctori,regiis auribus inflãmatis. Quòd enim non ſine deo factũ ſit hoc impedimentum, inde manifeſtũ:homines totum tẽpus in talibus peregrinationibus impendentes,& hoc officiũ habentes equos cõtinue agendi,nũc ab ipſa equitatione contriti defecerũt,& quę nunc accidere,Ionę rebus contraria facta ſunt.Illum enimvrgebat deus abire nolẽtem,hos volẽtes vetuit. O nouum & admirabile negocium:ille ſubmerſionẽ prędicare nolebat,&inuitũ eum excitauit:hi cum celeritate euerſionẽ annũciare feſtinãt,& inuitos ipſos rurſum ꝓhibuit. Qua tãdem de cauſa?quoniã hic quidem tarditas,illivero celeritas lucrũ ferebat. Propterea & illum per cetum feſtinare fecit,& equis hos impediuit.Vides dei ſapiẽtiã? Per quę facta quiſq;,quod expectabat,expedire ſperauit,per hęc quiſque impeditus eſt.Per nauigiũ ille euadere putauit,& nauigiũ illi vinculũ factũ eſt: iſti per equos ocyus ſe regẽ viſuros expectauerũt,&equi fuerũt impedimento:immo vero non equi,ſicut nec illi nauigium,ſed dei prouidẽtia vbique omnia propria diſpẽſans ſapientia.Et cõſidera prouiſionis modum, quomodo & terruit,& cõſolatus eſt:ipſo enim die,quo omnia illa patrata ſunt facinora,ipſos quidẽ exire,tanquam omnia quę acciderant regi nunciaturos permittẽs,exeũdi celeritate oẽs perterruit.Poſtquam vero abierũt,& duos trẽsve dies cõtriuerũt,& iam inanem eſſe põtificis noſtri profectionem putabamus,vtpote qui poſterior eſſet futurus:tũc metum diſſoluit,& nos conſolatus eſt efficiẽs vt illos ſicut dixi,media aſſecutus ſit via,& illinc ad nos ꝓficiſcẽtes, illorũ per viam ærumnas omnibus nobis annunciarẽt,vt parum reſpirem⁹:quod & factũ eſt, & magnã anxietatis partẽ depoſuimus.His enim auditis, horũ authorẽ adorauimus deũ,qui omni patre diligentius oẽs res noſtras nũc diſpoſuit,inuiſibili quidẽ vi improbos iſtos cohibẽs nũcios,& tantũ nõ dicẽs,Quid feſtinatis?quidve ꝓperatis ciuitatem talẽ ſubuertere volẽtes?Num enim bona regi nũcia affertis?Manete iſtic,donec ſeruũ meũ, tanquã medicũ optimũ peruenire,& veſtrũ cõſequi curſum faciã.Si vero naſcẽte prævaricationis vlcere, tanta prouidẽtia exhibita eſt:multo magis poſt cõuerſionem,poſt pœnitentiã, poſt tantũ timorẽ,poſt lachrymas & preces maiorẽ aſſequemur veniã.Ionas enim cõgrue pellebatur, vt ad pœnitentiã induceretur:vos vero iam exhibuiſtis pœnitentiã,& magnã conuerſionẽ,ideoq; conſolatione deinceps eſt opus,non nuncio minas habente. Propterea cõmunẽ & hinc patrẽ ſuſcitauit, & quidẽ cum multa eſſent quę prohiberẽt. Si vero nõ pepercíſſet ſaluti noſtræ,non illi perſuaſiſſet,ſed &volentẽ exire vetuiſſet.Habeo &quid tertiũ dicere,quod vobis perſuadere poſſit,vt confidatis,pręſentẽ ſolennitatem,quã & infideles ferè oẽs reuerentur,&hic ipſe religioſus rex ſic ſuſpexit, & honorauit, vt oẽs ante ſe reges cũ pietate imperantes ſuperauerit.Talib⁹ nãque diebuscũ epiſtolam ad ſolẽnitatis honorẽ miſiſſet,oẽs ferè carcerẽ habitantes dimiſit. Et hanc epiſtolam admiſſus Põtifex noſter corã Imperatore leget,& propriarũ legum cõmonefaciet,& dicet ad ipſum:Tu teipſũ exhortare,& tui recordare, domeſticum habes humanitatis exemplũ:iuſtã noluiſti cædẽ cõmittere,& iniuſtã patrare ſuſtinebis?Cõuictos, & condẽnatos feſtiuitatis reuerẽtia dimiſiſti, & inſontes nihilq; auſos cõdẽnabis,pręſertim ſolẽnitate pręſente? Nequaquã ô rex, tu hanc epiſtolã ciuitatibus omnibus mittens,aiebas:Vtinã & defunctos reſuſcitare poſſẽ.Huic ſupplicam⁹ humanitati, his nũc verbis ſupplicam⁹:Nõ tam claros facit reges,hoſtes vincere,q̃ animũ & irã ſuperare: illic eñ armorũ & militũ opus geritur, hicvero tuũ ſolius ſimpliciter trophęũ,&habes neminẽ q̃ tecũ ſapiẽtiæ gloriã partiatur.Superaſti tumultũ barbaricũ,ſupera & animũ regium:diſcãt omnes infideles,q̃ Chriſti timor omnẽ potẽtiã refrẽnare poteſt. Glorifica dominũ tuũ, cõſeruis peccata dimittẽs,vt ipſe quoq; te magis glorificet,vt benignũ tibi & tranquillũ oculũ iudicij die clementię tuę recordatus exhibeat.Hæc & his plura dicet,& nos ab ira penit⁹ eripiet. Non tantũ autẽ ad regi perſuadẽdum maximũ ex hoc ieiunio nobis eſt auxilium,ſed etiã ad caſus generoſe ferẽdos: etenim conſolationẽ nõ quamlibet ex hoc tẽpore capimus. Per ſingulos enim dies cõgregari,& diuinarũ auditu ſcripturarũ frui,& inuicẽ nos cõſpicere & lamẽtari, &orãtes ſic domũ abire,doloris plurimũ nobis dimi nuit.Ne igitur corruam⁹,neq; noſipſos prę anxietate prodamus,ſed maneam⁹ expectãtes bona,& dicẽdis mentẽ adhibeam⁹.Etenim volo & hodie de mortis contẽptu iterũ diſſerere. Dixi pridie vobis,q̃ mortẽ timem⁹,nõ quidẽ quia terribilis eſt,ſed quoniã neq; cœleſtis regni amor nos ſuccẽdit,neq; gehẽnę timor nos occupauit:& ad hęc quoniã cõſcientiã non habemus bonam. Vultis & quartã huius importunę anxietatis cauſam cõmemorẽ,non minus ſuperioribus verã? non viuimus in aſperitate Chriſtianis cõgrua, ſed facilem hãc,& ſolutã,& mollem amamus vitam: idcirco veriſimiliter & pręſentib⁹ oblectamur rebus. Quòd ſi vtique in ieiuniis & pernoctationibus,& victus tenuitate hanc vitam tranſigeremus,cupiditates noſtras pręcidentes,abſurdas voluptates arcẽtes,ſudores virtutis ſuſtinentes,ſecundũ Paulũ corpus caſtigãtes,& in ſeruitutẽ redigẽtes,carnis prouidentiã ad deſideria non faciẽtes,anguſtã & cõfragoſam tenentes viã,cito futura concupiſceremus,pręſentibus liberari laboribus feſtinãtes.Et q̃ nõ falſus ſit ſermo noſter,ad montiũ vertices aſcẽde,cõſidera illic morãtes monachos in ſacco,invinculis,in ieiuniis,in tenebris cõcluſos,& oẽs videbis mortẽ exoptantes, & illam requiẽ aduocãtes votis.Sicut enim cæſtib⁹ pugnans ſtadio exire feſtinat,vt vulneribus liberetur,& luctator ſpectatores exurgere cõcupiſcit,vt laborib⁹ abſoluatur:ſic & in rigida & aſpera vita cũ virtute viuens,finẽ deſiderat,vt pręſentibus eripiaẽ laboribus, & pro repoſitis valeat coronis cõfidere, ad tranquillum nauigãs portũ,& illo tranſmigrãs,vbi nõ eſt amplius timendũ naufragiũ.Propterea quoq; de⁹ laborioſã naturaliter vitã nñam,&grauẽ cõſtituit,vt præſẽti tribulatiõe cõpulſi,futurorũ deſideriũ capiam⁹. Si eñ cũ ſint tot triſtia,& pericula,& timores, & curę nosvndiq; circumeũtes,tã libẽter pręſenti immoramur vitę:ſi nihil horũ eſſet,& abſq; triſtitia, & ęrũnis omnibus tota foret vita noſtra,quando vnquam futura deſideraremus?Sic & Iudęis deus fecit.Volẽs enim & illos in reditus cupiditatem inducere, & vt Aegyptũ odiſſent,perſuadere,permiſit eos lateritio opere & luto laborare,vt laborũ & ęrũnæ illius magnitudine cruciati, ad deũ clamarent.Si eñ egreſſi, quanuis hęc accidiſſent,Aegypti iterum meminerũt & priſtinæ ſeruitutis,& ad grauẽ tyrannidem redire feſtinabãt:niſi tales fuiſſent experti Barbaros,quãdo vnquam alienã dimittere terram voluiſſent? Ne igitur &

tur & nos terræ affixi, & præſentibus inhiantes torpeamus,& futurorũ obliuiſcamur, vitam nobis fecit deus laborioſam. Nõ igitur vltra q̃ eſt opus præſentem vitam amplectamur. Quæ nanq; nobis vtilitas? quod vero emolumentũ, nimiũ præſentis vitæ cupiditati adhærere? Vis diſcere quare bonũ ſit præſens vita?quia futuræ nobis vitę materia efficitur & occaſio,& certamina,& ſtadium habendarum illic coronarum eſt:q̃ niſi hoc nobis pręberet,innumeris mortibus eſſet miſerabilior. Niſi enim viuẽtes deo ſumus placituri,melius obire. Quid enim eſt amplius? quid reliquũ?Non eundem Solem,& eandẽ Lunam quotidie cernimus?non eandẽ hyemem, & non eandem æſtatẽ?non eadem negocia?Quid quod fuit?id quod erit.Quid eſt quod eſt factũ?futurũ. Ne igitur ſimpliciter beatos putemus viuentes,neq; moriẽtes lugeamus:ſed in peccatis cõſtitutos,ſiue viuẽtes,ſiue mortuos deploremus:in iuſtitia vero vbicũq; ſint,beatos exiſtimemus. Tu quidẽ vnam mortẽ formidas & luges:at Paulus per ſingulos dies moriens, non tantum propterea nõ lacrymabat,ſed & lætabatur & exultabat. Vtinã & ego propter deũ periclitaret,inquis, & nihil curarem.Sed neq; nunc cõſterneris: non enim tantum propter deum patiẽs laudem meretur,ſed & iniuſte quicquã patiens & generoſe ferẽs,&deo permittenti gratias agens,alio hęc propter deũ patiente nõ eſt inferior.Quoniã & beatus Iob multas & intolerabiles illas plagas ꝓpter diabolũ fruſtra & temere & ſine cauſa inſidiantẽ excepit:ſed tamẽ quoniã generoſe tulit,& deo hęc ꝓmittẽti gratias egrit,integrã reportauit coronã. Ne igitur propter mortẽ triſteris, naturæ enim eſt:triſtare propter peccatũ, voluntatis enim eſt culpa.Si vero propter defunctos triſtaris,& propter naſcẽtes dole:ſicut enim hoc eſt naturę,ſic& illud.Si quis igitur mortẽ minetur,dic ipſi:Inſtitutus ſum à Chriſto nõ illos timere, qui corpus interimũt, animã vero occidere nequeũt.ſi rei familiaris publicationẽ minetur,reſpõde:Nudus exiui de vtero matris meæ,nudus & reuertar illuc. Nihil in hũc mũdũ intulimus, manifeſtũ eſt ꝙ nec exportare quicquam poterimus.Et ſi tu nõ abſtuleris, mors ſuperueniens auferet:& ſi tu nõ iugulaueris,naturæ lex finẽ afferet. Nihil igitur eorũ timeamus,quę nobis natura afferũtur,ſed illa quę ex mala nobis proueniũt volũtate:illa enim nobis pœnã pariunt:hócq; cogitemus continue in his quę nobis inexpectata accidũt,ꝙ non correximus illa,dolẽtes.Et præter hoc illud quoq;, ꝙ ſi quid graue ĩ pręſenti patimur vita iniuſte,multa peccata diſſoluimus. Idcirco magnũ bonũ eſt hic luere peccata,& non illic:etenim diues hic graue nihil recepit,&,ꝓpterea illic torquebatur.Et ꝙ hoc eſſet in cauſa ne vlla illic frueretur cõſolatione, audi quid dicat Abrahã:Fili recepiſti bona tua:itaq; nũc dolorẽ patere.Quod autẽ Lazaro bona data ſint,quia hic cum virtute infinitas paſſus moleſtias fuerit,Patriarchã & hoc dicentẽ audi. Cũ enim dixiſſet diuiti, Recepiſti bona tua:intulit,& Lazarus mala,& propterea cõſolationẽ capit.Sicut enim in virtute viuẽtes & tribulati duplex habẽt emolumentũ:ſic & in vitio viuens & gaudẽs,duplicẽ habebit pœnã. Rurſum dico nõ fugientes accuſans: animã enim tribulatã non adiicies perturbare:nec increpare volẽs,ægrotãs enim cõſolationis indiget:ſed corrigere ſtudẽs, ne fuga ſalutẽ noſtrã petam⁹,ſed fugiam⁹ peccata,& à via mala recedam⁹.Si hęc fugerim⁹,etiã ſi inter innumeros fue-

Tomus quintus.

rimus milites,nemo nos lædere poterit:ſi hæc nõ fugerimus, & ſi ad ipſum montiũ verticẽ aſcẽderimus, hoſtes & illic reperiemus innumerabiles.Recorderis igitur iterũ illorum trium puerorum, qui erant intra fornacẽ,& nihil graue patiebantur:& eorũ qui ipſos iniecerunt,& extra fornacẽ manebãt, quomodo qui circunſtabãt,omnes cõſumpti ſunt. Quid hoc mirabilius?Quos cõtinebat ignis,exoluit: quos nõ continebat,rapuit. Vt diſcas ꝙ non locus,ſed morũ qualitas ſalutẽ & pœnã affert:ĩteriores effugerũt,exteriores abſumpti ſunt. Eadẽ corpora & his quæ illis, ſed non iidẽ ſenſus,propterea nec eædem paſſiones. Fœnũ enim etſi circũiacet extra,celeriter accẽditur: ſicut ecõtra aurũ licet intus maneat, magis ſplẽdeſcit. Vbi nũc ſunt dicẽtes,Capiat omnia rex,& corp⁹ noſtrum det liberũ?quid tãdem ſit,eſſe corpore liberũ, diſcant. Nõ enim criminũ impunitas corpus facit liberum,ſed in iuſtitia continue viuere. Horum igitur puerorũ corpora libera erant,etiam fornaci tradita: peccati enim ſeruitutẽ iampridem depoſuerunt. Etenim hęc ſola res eſt libertas,non ſuppliciũ effugere, nec graue nihil pati. Tu vero fornacẽ audiẽs,recordare fluuiorũ ignis die illo tremendo futurorum. Sicut enim hic hos quidẽ rapuit ignis,hos autem reuerit⁹ eſt:ſic & in illis erit fluuiis. Et ſi quis habeat quidẽ ligna,fœnũ & ſtipulã,igne accẽditur: ſi vero quis habet aurũ & argentũ,ſit ſplẽdidior. Hãc igitur materiã cõgregem⁹,& pręſentia generoſe feram⁹,ſcientes ꝙ ab illa pœna pręſens nos tribulatio liberabit,ſi philoſophari ſciamus,& hic meliores efficiet.Nõ autem nos tantũ,ſed & tribulãtes nos ſæpius, ſi vigilemus tanta vis eſt diſciplinę, quod & in tyrãno tũc factum eſt.Poſtquã enim vidit nihil graue paſſos, audi quomodo mutat⁹ eſt:Serui dei altiſſimi exite,inquit, & venite. Nõ paulo ante dicebas, Et quis eſt de⁹ qui vos ex manib⁹ meis eripere poſſit?Quid factũ eſt?Vn de mutatio?Exterius poſitos abſũptos vidiſti,&interius ſtãtes vocas?Vnde tibi euenit talia meditari? Vidiſti quãta regi mutatio facta eſt? Quãdo nondũ ipſos tenuerat,blaſphemabat:poſtquã vero in ignẽ ipſos cõiecit,philoſophabaẽ.Propterea & deus permiſit omnia fieri, quæcũq; tyrannus voluit,vt demonſtraret ꝙ à ſe cuſtoditos offendere poſſet nemo: qđ & in Iob fecit,hoc eñ & hic operatus eſt. Etenim illic permiſit diabolũ omnem ſuã potentiã oſtendere: & poſtquã omnes hauſit ſagittas,&nullus inſidiarũ modus reliquus factus eſt, tũc è ſtadio pugilẽ eduxit, vt clara& indubitata fieret victoria.Et hic hoc ipſum fecit.Voluit ipſorũ vrbẽ euertere,& nõ prohibuit: voluit captiuos ducere,& non impediuit: voluit ligare, cõceſſit:in fornacẽ iniicere,permiſit:flãmã vltra modũ ſuccẽdere,&hoc permiſit.Et quãdo nihil reliquũ fuerat,ſed omnẽ vim tyrãnus exhauſerat, tunc ſuam deus virtutẽ demõſtrauit,& puerorũ patientiã. Propterea enim vſq; in finẽ tribulationes ꝓmittit,vt inſidiãtibus & circũuentorũ philoſophiã,&ſuã demonſtret prouidentiã.Quæ vtraq; & ille tunc diſcẽs,clamabat:Serui dei altiſſimi exite,& venite huc. Tu vero mihi cõſidera puerorũ magnanimitatẽ: neq; eñ ante vocem exilierũt,ne quis putaret ipſos ignem timuiſſe:neq; vocati intus mãſerunt, ne ambitioſi eſſe & cõtentioſi viderentur. Poſtquã didiciſti,inquiũt, cuius ſumus ſerui,poſtquã dominũ noſtrũ agnouiſti, tũc eximus pręſentibus omnibus futuri diuinę potẽtiæ præcones.Imò vero nõ ipſi tantum, ſed & hoſtis

Universidad de Deusto Biblioteca

propria voce,& lingua,&per literas omnibꝰ tū pugi- A
lū constantiā, tunc agonothetæ virtutē prædicabat.
Et sicut præcones athletas vincētes in medio theatro
pronunciantes,ipsorū quoq; ciuitates dicunt,ille de
tali ciuitate:ita & hic ipsorū dominū prædicauit, Si-
drac,Misac,& Abdenago serui dei altissimi exite , &
venite huc . Quid actum est,ꝙ ipsos dei altissimi ser-
uos vocas?Nónne tui erant serui? Sed regnū, inquit,
meū dissoluerunt,superbiā meā conculcauerūt . Ve-
rū per opera suū demonstrauere dominū: si hominū
fuissent serui,nō ipsos ignis expauisset,nō cessisset flā
ma:hominū em̄ seruos creatura reuereri & honorare
non nouit.Propterea rursus inquit: Benedictus deus
Sidrac,Misac,& Abdenago. Tu autē mihi cōtēplare
quomodo primū remuneratorē prædicat.Benedictꝰ
deus,qui misit angelū suum,& eruit seruos suos.Hoc
potentiæ dei.Dixit & athletarū virtutē, quoniā cre-
diderunt in eū,& verbū regis immutauerūt,& tradi- B
derūt corpora sua,ne seruirent diis alienis. Sed quid
virtuti par esse posset?Antea quādo dixerūt,Diis tuis
nō seruimus,fornace sęuius accēsus est:postquā vero
per ipsa opera hoc ostēderunt,nō tantū nō indigna-
tus est,sed laudauit,&admiratus est,ꝙ sibi nō obedis-
sent. Tantū virtus bonū , quod & ipsos hostes habet
admiratores& laudatores.Illi pugnauerūt,& supera-
uerunt, & victus gratias agebat , ꝙ non ipsos terruit
flāmæ aspectus, sed spes in dominū consolata est : &
mūdi dominū ex tribus pueris vocat,nō ipsius impe-
riū fine vllo cōcludens,sed quoniā mūdo opponēdi
pueri tres essent:propterea tot tyrānos,reges,& prin
cipes prætermittēs,qui sibi paruerāt,tres captiuos &
seruos, qui tyrannidē suā contempserant, admiratus
est.Non enim cōtendentes, sed philosophantes hæc C
agebant:neq; per arrogantiā,sed per religionem: nō
superbia inflati,sed zelo igniti. magnū etem̄ bonū in
deū sperare : quod quidē & barbarus animaduertit,
& demonstrans ꝙ inde imminens effugeret periculū,
proclamauit:quoniā crediderunt in eū . Hæc autem
nūc dico,& omnes excerpo historias,in quibus tēta-
tiones & tribulationes , & regū irę,& insidiæ sunt,vt
nihil timeamus,nisi tantūmodo deū offendere.Etem̄
& tunc fornax accēsa erat:illi vero hanc quidē con-
tempserunt,peccatū autē timuerunt:nouerant enim
ꝙ incensi quidē nihil graue passuri erant, impie vero
agētes extrema subituri.Magnū enim suppliciū pec-
care, etiam si non puniamur:peccata enim nos à deo
separāt,sicut & ipse dicit: Nōne peccata vestra sepa-
rant inter vos & me? Pœnæ vero nos ad deū perdu-
Sap.1.A cūt:inquit enim,Da nobis pacē, omnia em̄ retribui- D
sti nobis.Si quis vulnꝰ habeat,quid timere dignū est,
saniē an medici sectionē?ferrū an vlceris populatio-
nē?Peccatū sanies est: pœna ferrū medicinale. Sicut
igitur saniē habens,& si nō secatur,male habet: & cū
nō secatur,tūc est in maioribus malis:ita peccās, etiā
si nō puniatur,omniū est miserrimus : & tūc maxime
miser,cum nō punitur,& graue nihil patitur.Et sicut
splene & intercute laborātes,cū larga fruuntur men-
sa,& frigida potione,& delicatis ferculis & saporibꝰ,
tunc præcipue omniū sunt miserrimi,deliciis morbū
augētes:si vero siti & fame secūdum medicorum le-
ges cruciantur,aliquā salutis spē habent: sic & in ini-
quitate viuētes,si puniantur quidē, bonam spem ha-
bent,si vero cū iniquitate licentia & deliciis fruātur,
& hydrope laborantibus simul & crapulantibus sunt
multo miseriores,& tāto magis, quāto corpore me-

lior est anima.Si aliquos igit̄ in iisdē esse peccatis vi-
deris,& hos quidē fame cōtinua, & innumeris malis
laborātes:hos vero potātes,gaudētes, & crapulātes,
eos qui grauia patiātur minus miseros puta. Etenim
delectationis flāma ærūnis interciditur,& apud futu
rum iudiciū & terribile tribunal illud nō parum pa-
trocinij capiētes migrāt, qui multa dissoluerunt pec
cata ex his quę hic grauia passi sunt.Sed cōsolationis
satis.Iā nobis deinceps tēpus est ad fugiēdorum mo
nitionē iuramētorum transeundi,& tollendi excusa-
tionē,quæ iurātibus esse videtur,frigidam & inutilē.
Etenim postquā ipsos accusauerimus,alios nobis idē
faciētes obiiciūt,& dicunt:ille & ille iurāt. Dicamus
igitur ipsis,sed ille nō iurat.Deus autē eorū qui rectè
egerunt,cōparationē inter iudicādū profert: pecca-
tores enim peccātes nō adiuuant delictorum cōmu-
nicatione:rectè vero viuētes,peccatores condēnant.
Etenim quiChristū nō cibauerunt,neq; potauerunt,
multi erāt:sed nihil sibi inuicē profuerūt. Sicut neq;
virgines quinque altera ab altera vllā inuenerunt ve- Mat.25.A
niā,sed præ his qui benefecerunt,& hæ & illi condē-
nati & puniti sunt.Ab hac igit̄ frigida excusatione li-
berati,ne respiciamꝰ cadētes,sed rectè se habētes, &
studeamus præsentis ieiunij capere munimētū.Et si-
cut multoties vestimentū adepti, vel seruum, vel vas
preciosum tēporis reminiscimur,& inter nos dicimꝰ:
seruum illū tali solēnitate emi, vestimentum hoc tali
cōparaui tēpore:ita quoq; si legē hāc impleuerimus,
dicemꝰ:Iuramētum hac correxi quadragesima,hac-
tenus enim iurabā , & sola admonitione audita,pec-
cato abstinui . Sed res corrigi difficilis consuetudo?
Noui & ego,& propterea festino vos in aliā consue-
tudinē bonā & lucrum habētem inducere. Cū enim
dixeris,difficile à cōsuetudine desisto:propterea de-
sistere labora,certo sciēs,ꝙ si tibi aliā non iurandi cō
suetudinē indixeris , nullius laboris amplius indige-
bis.Quid difficilius,nō iurare,an per totum diem in-
ediam pati,& aquę potu & tenui victu siccari? Certū
est ꝙ hoc illo grauius. Sed tamē cōsuetudo res est tā
facilis & expedita,ꝙ adueniente ieiunio, & si millies
quis exhortetur,& infinita cruciēt,& cogāt vinū de-
libare,vel aliud quid ieiunij lege nō cōcessum gusta-
re,omnia quis mallet pati q̄ prohibitū tangere nutri-
mentū.Et hoc cū non illibenter erga mensam affecti
simus,tamē propter cōsuetudinē ex cōscientia, om-
nia generose ferimus laborādo.Hoc nimirū & in iu-
ramētis erit.Et sicut nunc,si quis etiā maximā neces-
sitatē imponat,permanes cōsuetudinem seruās:sic &
tunc,si quis etiā millies exhortetur,à cōsuetudine nō
absistes.Domū igit̄ profectus,omnibꝰ hæc domesti-
cis loquere.Et sicut sępe multi ex prato recedētes,ro
sam,vel violā,vel quēpiam talium florum capiunt,&
digitis circūferētes recedūt:alij vero ex viridario do
mum abeuntes,arborū ramos fructus habētes repor-
tāt,alij rursum à lautis cœnis,mēsę reliquias necessa-
riis suis referūt:Sic vtiq; & tu hinc recedēs,admoni-
tionē reporta filiis, vxori, necessariis omnibus, Hæc
enim admonitio,& prato,& viridario,& mēsa vtilior
est:hæ nunquā rosæ marcescunt,hi nunquā defluunt
fructus, hæc nunquā fercula corrūpuntur . Et ex illis
quidē tēporalis delectatio,ex his vero cōtinua vtili-
tas,nō tantū postquā adimpleta fuerint,sed etiā dum
adimplētur.Cogita enim quale est reliquis omnibus
omissis publicis & priuatis,de diuinis semper legibꝰ
disserere,& ad mensam,& in foro,& in aliis conuen-
ticulis.

ticulis.Si his vacemꝰ,nihil dicemꝰ periculosum,nihil A
noxiū,nec inuiti peccabimus:sed & imminēte tristi-
tia sermocinationi de his vacātes,animā liberare po-
terimꝰ cura,quā meditabamur inter nos semper dicē
tes:Nūquid gesta rex audiuit?An irritatꝰ est?quid ve-
ro sentētiæ pronūciauit?Nunquid ipsum quispiā ex-
orauit?Nūquid vero tolerabit ipse tā magnā & popu
losam funditꝰ ciuitatē perdere?Hęc quidē, & omnia
talia in deū proiicientes,ipsius tantū mandata medi-
temur.sic enim& illa omnia dissoluemus.Si vel decē
de nobis tantū rectè egerint, breui decē viginti fiēt:
viginti,quinquaginta:quinquaginta,cētum:centum,
mille:mille,ciuitas.Et sicut decē accēsis lucernis om
nem domū lumine facile quis implere poterit : sic &
in officiis spiritualibus,si decē soli rectè egerint,flam
mam per totā ciuitatē incēdimus habentē lumen,&
securitatē nobis afferentē.Non enim sic flāmæ natu-
ra in materiā delapsa vicina semper ligna incēdit: si- B
cut virtutis zelus in paucas lapsus animas,vlteriꝰ pro-
cedēdo omnē implere ciuitatē poterit. Date itaque
mihi vt de vobis glorier,& in pręsenti vita,& in futu-
ro die,quo talēta habētes credita exigētur:sufficiens
mihi laborum merces,vestra correctio.Et si vos cum
pietate viuentes videro,totū recepi.Facite igit̄ quod
& heri admonui,& hodie dicā , nec dicēs quiescam:
contra iurantes mulctā definientes,mulctam lucrum
nō damnum habentē,præparamini iam tāquam no-
bis profectus probationem daturi. Conabor etenim
apud quēquam vestrū lōgum protrahere sermonem
dimissa hac cōcione, vt in verborū lōgitudine emē-
datos inueniam:& si quem iurantē videro , omnibus
ipsum emendatis faciā manifestū,vt increpantes, ar-
guentes,corrigētes,breui ipsum mala liberemus con C
suetudine.Melius est etenim hic exprobratū corrigi,
q̄ die illa palàm præsente toto mundo confundi atq;
puniri, peccatis nostris sub omniū aspectu reuelatis.
Sed ne fiat vt quisquā ex hac honesta concione talia
patiens illic appareat , sed sanctorū patrum precibus
peccata corrigentes omnia , cum multa hinc indul-
gētia migremus, gratia & benignitate domini nostri
Iesu Christi,per quem,& cum quo patri &c.

Quòd tristitia ad peccati destructionem vtilis.Et super illud, In principio fecit deus cœlum & terram. Et quòd maxima consolationis materia creationis apparatus . Et super illud , Adam vbi es? & de fugiendo iuramento. Homilia VII.

MVlta quidem & de multis heri apud vestram
disserui charitatē . De multis vero si omnia
vobis retinere haud est facile,illud omnium
maxime vos meminisse rogo,ꝙ tristitiam nobis deus D
nō ob aliud indidit,nisi propter solū peccatū,& hoc
per ipsam rerum experientiā manifestauit . In pecu-
niarum enim mulcta,& morte,& ægritudine, & aliis
nobis ingruentibus molestiis dolentes & mœrentes,
non tantum nullam consolationē capimus,verum &
molestias augemus . In peccatis vero si doleamus &
contristemur,peccati magnitudinē minuimus, & qđ
erat magnū,reddimus paruum: sępe vero & funditus
ipsum totū delemus.Hoc mihi continue recordami-
ni,vt peccato tantū doleatis: nulla autē præterea re.
Et præter hoc & illud quoq;,ꝙ mortem & tristitiam
in vitam nostram peccatum inferēs, ab his ambobus
vicissim destruitur:quod quidē ipsum manifestius &
antea demonstrauimus.Nihil igitur sic timeamus , vt
peccatum & præuaricationē.Ne timeamus pœnam,
& pœnā effugiemus:sicut & trēs illi pueri nō timue-

runt fornacē,& fornacē effugerunt. Tales esse decet
dei seruos.Si enim in veteri testamento educati,quā-
do nondū mors erat mortificata,nec æreæ portæ cō
fractæ,nec obices ferrei contriti,tā generosam cōtra
mortē audaciā præ se tulere:quā nos habebimus ex-
cusationē,aut quam veniā tantā nacti gratiā , & neq;
pares illis virtutis mensuras nunc assecuti,cum mors
nomen solū sit re priuatū?Nihil enim aliud mors est,
q̄ somnus,& migratio,& translatio,& requies,& trā-
quillus portus , & perturbationis liberatio , & à vitæ
curis absolutio . Sed hic consolationis sermonē sol-
uamus:etenim quintā diem agimus vestrā consolan-
tes charitatē,& iam molesti videmur. Attentis enim
dicta sufficiunt,pusillanimis autē etiam si dictis plura
addamus,nihil profuerit.Tempus vero nobis iam ad
scripturarū expositionē conuertere doctrinā.quem-
admodū enim si nihil de hac ærūna locuti essemus,
crudelitatē & inhumanitatē nostram quis condem-
nasset,sic si semper de ipsa disseramus,pusillanimita-
tem nostram iuste condemnaret.Corda igitur nostra
deo applicātes , qui in mente nostra loqui potest , &
omnē ex pectore tristitiā expellere,consuetā doctri-
nam nunc attingamus,& maxime quādo omnis scri-
pturæ expositio exhortatio est & cōsolatio.Itaq; etsi
à consolādo absistere videmur,rursum per scriptura-
rum expositionē in eandē materiā incidimus. Quòd
enim mentem adhibentibus tota scriptura cōsolatio
sit,iā nunc vobis hoc faciā manifestū.non enim scri-
pturarum historiā circumiens,quosdā consolatorios
sermones quærere conabor:sed vt apertiorē promis-
sionis demonstrationē præbeā,hodie lectū tractabi-
mus librum:& si libet, ipsius principiū, & prooemiū,
quod maxime videtur neq; consolationis vestigium
demōstrare, sed à cōsolatoriis penitus verbis alienū
esse,in mediū proponēs,quod dico manifestū faciā.
Quod tandē est hoc prooemium ? In principio fecit Gen.1.A
deus cœlū & terram:terra autē erat inanis & vacua,
& tenebræ erant super faciē abyssi. Nunquid vidētur
aliquibus è vobis tristitiæ consolationē habere me-
morata?Nō historiæ narratio est,& de creatione do-
ctrina?Vultis igitur demōstrem consolationē in hac
dictione absconditā?Exurgite igitur,& cū diligentia
aduertite quę dicenda sunt.Cū enim audieris,ꝙ cœ-
lum,terrā,mare,aërē,aquas,stellas multas,duo lumi-
naria magna,plātas,quadrupedes,natatilia & volati-
lia animalia,omniáq; generaliter quę vidētur,ꝑpter
te,tuámq; salutē & honorē deus creauit, non magnā
capis cōsolationē?& maximā dilectionis dei demō-
strationē hanc suscipis,cū cogitaueris, ꝙ tantū & ta-
lem mundū tam pulchrū & magnū & admirabilem
propter te pusillū in mediū protulit ? Cum igitur au-
dieris ꝙ in principio fecit deus & cœlum & terrā, ne
simpliciter dictū prætercurras,sed terræ magnitudi-
nem mente percurre, & reputa q̄ lautā nobis & opi-
mā produxit mēsam,& multā passim nobis delecta-
tionē præbuit : & quod quidē est maximū, ꝙ in nul-
lorum laborū retributionē dedit, nec in meritorum
pręmiū tantū & talē mundū:sed pariter nos finxit,&
hoc regno genus nostrū honorauit.inquit enim, Fa-
ciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostrā.
Quid est,ad imaginē nostrā ? Principatus imaginem
dixit , vt quemadmodū nullus in cœlo est deo supe-
rior,sic super terram nullus sit homine superior.Vno
enim hoc & primo honorauit,ꝙ ad imaginem suam
eum fecit.Secundo, ꝙ non laborum pręmium nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperium præbuit,sed solã exhibuit benignitatis suę gratiã. Tertio autem q̃ naturale nobis illud elargitus est. Principatuum enim hi quidem naturales, hi vero electi: & naturales quidem,sicut leonis in quadrupedes, & in aues aquilæ: electi vero, sicut regis in nos alicuius. Hic enim nõ natura conseruis imperat,propterea & sæpe principatũ amittit. Talia enim existũt, quę nõ natura adsunt,vt facile admittant insidias, & trãslationẽ. Sed nõ ita leo, sed natura quadrupedib⁹ dominatur,sicut itidẽ & alitibus aquila. Sẽper igitur cũ genere cõiuncta est regni species,nec vllũ quis videt leonẽ vnquã hunc amittentẽ principatum. Talẽ & nobis principatũ deus à principio largitus est, & nos omnibus præposuit: nec hoc solo naturã nostrã decorauit,sed & ipsa loci præsidentia,egregiũ nobis habitaculũ designãs paradisum,& rationem dans, & animã largiens immortalem. Sed nõ hæc dicam: ego enim tãtam dei dilectionis superabundantiã esse dico,vt non tantũ ex his,quibus nos honorauit, sed & quib⁹ castigauit,similiter possimus demõstrare ipsius bonitatẽ & benignitatẽ. Et hoc maxime omniũ vos cum diligẽtia cõsiderare cohortor, q̃ deus nõ tantũ honorans & benefaciẽs,sed & castigãs & puniens similiter est bonus: & siue cõtra gentiles,siue cõtra hęreticos nobis certamina moueãtur, & pugnæ de dei benignitate,nõ tantũ ex quib⁹ nos honorauit, sed & ex quibus nos puniuit,ipsius bonitatem demõstrabimus. Si enim honorans tantũ bonus esset, puniẽs vero nõ esset,ex dimidio bonus esset. Sed nõ ita est,absit. In hominibus quidem hoc euenire verisimile est, quoniã cum furore & ex affectu pœnas inferũt: deus autẽ cũ nullis sit affectib⁹ obnoxius, siue benefaciat, siue puniat,similiter est bon⁹: nec regno minus gehẽnæ cõminatio ipsius bonitatẽ demonstrat. Nisi enim gehennã minatus fuisset,nisi pœnam præparasset,nõ multi regnũ assequi potuissent. Non enim ita bonorum promissio ad virtutẽ multos euocat, vt malorũ intentatio timore cõpellit,& ad animę curã excitat. Itaq; etsi cœlorum est regno gehenna contraria, ad vnũ tamen ambo finẽ respiciunt,hominum salutem: illud quidẽ ad se alliciens,hæc autem ad illud cõpellens,& timore corrigẽs se negligẽtius habẽtes. Hunc autem non incassum sermonẽ protraho: sed quoniã sæpe fame,siccitatib⁹ veniẽtibus,& bellis & ira regia irruente,& aliis huiusmodi inexpectatis rebus multi simpliciores decipiẽtes dicũt, q̃ non digna sunt hæc dei prouidẽtia. Ne igitur decipiamur, sed diligenter sciamus, q̃ siue famẽ,siue bellũ,siue aliud quodcunq; molestum inducat, ex benignitate & multa dilectione hoc efficit, huic sermoni coactus sum immorari: quoniã patres omniũ maxime filios amantes & mẽsa prohibẽt,& flagella infligũt,& afficiũt ignominia, & aliis infinitis talibus lasciuiẽtes pueros corrigũt. Sed tamen patres sunt,nõ tantũ dum honorant, sed & dũ hæc faciũt,& tunc maxime patres cum hæc faciunt. Si autẽ homines qui furore & ira sæpe ab vtili declinãt,nõ crudelitate & inhumanitate,sed cura & charitate quos amãt,punire putantur: multo magis de deo sic sentire oportet, omnẽ excedẽte paternã charitatem propriæ bonitatis cumulo. Et ne credas q̃ hæc per coniecturã sint dicta, age ad ipsam scripturã sermone reuertamur. Postquã enim homo ab improbo dęmone deceptus & allect⁹ est, videamus quomodo ipsum tale operatum crimẽ deus tractauit. Nunquid ipsum omnino perdidit? Et quidẽ iustitiæ ratio hoc exigebat,nihil quidẽ boni operatũ, tantam vero beneuolentiã assecutũ,mox à primordiis lasciuiẽtẽ de medio tolli,& funditus deleri: sed nõ hoc fecit deus, nec abominatus est,nec eũ auersatus, qui se tã ingratũ in benefactorẽ exhibuit,sed ad ipsum venit, sicut ad ægrotũ medicus. Et noli oscitanter dictũ prætercurrere chariſſime,sed cogita quale est, nec angelũ, nec archangelũ, nec vllũ aliũ illius cõseruorum missse: sed ipsummet dominũ ad collapsum descẽdisse, & iacẽtem releuasse, & solum ad solum tanquam ad amicum infortunatũ, & in magna constitutũ aduersitate accessisse. Quòd eñ ex multa fecit hoc charitate, & ipsa verba quæ ad ipsum dixit,ipsius ineffabilẽ charitatẽ demõstrãt. Et quid opus est, vt omnia verba dicã? Prima profecto dictio statim ipsius amorem demõstrauit. Nõ enim dixit,sicut par erat iniuriã passum dicere: O scelerate & scelestissime, tali mea beneuolẽtia potitus,tãto decoratus regno,& omnibus terrestribus nullo tuo merito prælatus, & meæ curæ pignora per opera & verã prouidentiæ probationẽ assecutus, improbũ dæmonẽ & pestiferũ tuæ salutis inimicũ, domino & tutore, cui crederes, digniorem duxisti? Quid ille tibi tale demonstrauit, quale ego? Nónne cœlũ propter te creaui? terrã, mare, solẽ, lunã,& stellas omnes? Nõ enim vlli angeli huius creaturæ indigebãt,sed propter te & requiẽ tuã,talem & tantũ feci mundũ. Et tu nuda verba, & promissionẽ falsam,& pollicitationẽ fraude plenã, collata rebus beneficentia,& prouidentia, fide digniorẽ esse ratus teipsum illi tradidisti,meásq; leges conculcasti. Hæc & his plura læsum par erat dicere: sed non ita deus, sed omnino per cõtrariũ. A prima enim voce ipsum statim erexit,& iacentẽ,& timentẽ, & trementẽ confidere fecit,prior eum vocans ipse: quinimo nõ tantum prior vocans, sed etiã ex suo ipsum nomine appellans,& dicens: Adã vbi es? amorem suũ,& multam circa ipsum curã ostendit. Iam enim omnes nostis, q̃ hoc est legitimæ amicitiæ indiciũ. Sic & mortuos reuocantes facere consueuerunt, continue ipsorũ nomina versantes: sicut vicissim odio habẽtes,& inimice erga quosp̃iã affecti, nec nomina eorũ qui se lęsere, ferunt cõmemorare. Ideo Saül nullã quidem iniuriam passus,multas vero & magnas iniurias in Dauid machinatus,postquam ipsum auersabatur & oderat, nec illius appellationẽ cõmemorare sustinebat, sed considẽtibus omnibus postquã nõ venisse vidit,quid inquit? Nõ dixit,vbi est Dauid? sed,vbi est filius Isai? à patre ipsum vocans. Et iterũ Iudæi de Christo idem faciunt: quoniã enim ipsum auersabãtur & oderant, non dixerũt,vbi est Iesus? sed,vbi est ille? Sed deus & in hoc demõstrare volens, q̃ nec peccatum amorem extinxit,nec inobedientia suam in ipsum beneuolẽtiam sustulit, sed adhuc prouidet, & curam gerit lapsi, inquit: Adam vbi es? non ignorans vbi degeret, sed quoniam his qui peccauerunt os consutum est, peccato linguam auertente,& conscientia ipsam cohibente,& stupidi remanent, silentio tanquam quodam vinculo coërciti. Volens itaque deus ipsum ad fiduciam & libertatem loquendi prouocare,& in eorum quæ admiserat purgationem inducere,vt aliqua frueretur venia, ipsum prior ipse vocauit, anxietatis multum appellatione recidens, & expellens timorẽ, ós q; per hanc aperiens appellationem. Ideoq; dicebat, Adam vbi es? Alibi te reliqui, & alibi nunc inuenio: reliqui in fiducia & gloria, nunc autẽ inuenio in confusione

Gen.3.b

1.Reg.20.c

Ioan.5.d

confusione & silentio. Et considera curã. Non Heuã vocauit,nõ vocauit serpẽtem,sed qui omnium leuissime peccauerat,hunc ad iudiciũ primum accersit: vt ab eo incipiens,qui aliqua potest venia potiri,etiã in eam q̃ multũ peccauerat,mitiorem ferat sententiã. Et iudices quidẽ conseruos suos,& eiusdem secũ naturę participes,per seipsos examinari nõ sustinẽt,sed ministrorũ quempiã sibi mediũ proponẽtes,interrogationes illũ suas ad reũ faciũt perferre,& per ipsum quæcunq; velint, dicunt & audiũt dum reos examinant. Deus autem mediatore nullo ad hominẽ opus habuit,sed ipse per seipsum iudicat,& cõsolatur. Nec hoc tantũ est admirabile,sed etiam q̃ commissa corrigit. Iudices enim cum latrones ceperint, & sacrilegos,non quomodo ipsos reddant meliores considerant, sed quomodo ab ipsis peccatorum pœnas exigant. Deus autẽ contrà,cum aliquẽ ceperit peccatorẽ,nõ cõsiderat quomodo sumat suppliciũ, sed quomodo ipsum corrigat, & meliorẽ faciat, & in futurũ inexpugnabilẽ. Itaq; & iudex pariter, & medicus, & magister est deus. etenim tanquã iudex examinat,& tanquã medicus corrigit, & tanquã magister docet, præuaricatos in omnẽ disciplinam inducens. Si vero vnum & breue verbũ tantam dei curam demonstrauit: quid si omnẽ vobis sententiam legeremus, & integra explicaremus monumẽta? Cernis quomodo tota scriptura cõsolatio est,& exhortatio? Et hoc quidem cõgruo tempore dicemus. Ante hæc autem necessariũ est dicere,quãdo liber hic editus fuit. Neq; enim in principio,neq; statim post Adam creatũ hęc scripta sunt,sed post multas generationes. Et cur tandẽ Iudæis dũtaxat,& nõ omnibus hominibus? & cur tandẽ Hebraica lingua: & qua de causa in deserto Sina? neq; enim temere locũ Apostolus nõ prætermittit,sed & in hoc magnã nobis contemplationem demonstrat,sic dicens: Hæc enim duo testamenta sunt, vnum in mõte Sina in seruitutem generans. Quin & alia plura quærere necessariũ esset: sed video tempus nobis non permittens sermonẽ tanto pelago cõmittere: propterea his in congruũ tempus dilatis,iterum de iurãdi abstinẽtia vobis disseremus, & rogabimus charitatẽ vestrã,vt multo circa hanc rem studio vtatur. Quomodo enim non absurdũ,seruũ quidem non audere dominũ nominatim & sine honoris prefatione appellare: angelorũ vero dominũ temere & contemptim vbiq; iactare? Et si Euãgeliũ quidem capere oporteat,manibus lotis,& cũ multa reuerentia & religione tremẽs & timẽs sumis: Euangelij vero dominũ temere lingua passim versas? Vis discere quomodo ipsum appellãt superiores potestates, cũ quãto honore,quãta consternatione,quanta admiratione? Videbam dominũ sedentem,inquit, throno alto & eleuato,& Seraphin stabãt circa ipsum, & clamabant alter ad alterũ,& dicebãt, Sanctus,sanctus,sanctus dominus deus sabaoth: plena omnis terra gloria eius. Vidisti cũ quanto timore, quãto horrore nominant eum glorificantes,& laudantes? Tu vero in precibus quidem & supplicationibus,cũ multo inuocas ipsum tempore,quãdo horrescere oportebat, & vigilare,& sobriũ esse: in iurãdo vero,cũ nec omnino adducere admirabile nomẽ oportebat, varia quædã & alia super alia cõnectis iuramẽta. & qualis venia,quæ vero nobis erit excusatio, & si millies cõsuetudinem obiiciamus? Dicitur q̃ quidam externorum oratorũ præ quadã stulta consuetudine dexterum eundo humerum continue mouebat,sed tamen cõsuetudinem vicit,& gladios acutos vtrinq; humeris imposuit, vt vulneris timore mẽbrum inepte se mouens corrigeret. Hoc & tu linguæ facias,& ipsi pro gladio diuinæ pœnę timorẽ impone,& omnino superabis. Impossibile enim,impossibile inquã est,meditantes & studẽtes,& opus hoc facientes vnquã superari. Dicta nunc laudatis,sed cũ correcti fueritis,magis laudabitis, nõ tãtum nos,sed & vosipsos, & cum maiore voluptate audietis quæ dicentur,& cũ pura conscientia deũ inuocabitis,qui tantũ tibi parcit, vt dicat, neq; per caput tuũ iurabis: tu vero sic ipsum contemnis, vt & per ipsius gratiã iures. Et quid faciã, inquit aliquis, apud necessitatem inducẽtes? Qualem necessitatem ô homo? Discant omnes q̃ omnia malles pati, q̃ dei legẽ transgredi,& ab inferẽda necessitate desistẽt. Quod enim non iuramentũ fide dignũ hominem faciat,sed vitæ testimoniũ,& conuersationis integritas, & mẽs bona,sæpe multi iurãtes disrupti sunt, & non persuaserunt: alij vero annuẽtes tantũ,multũ iuratis fide digniores apparuerũt. Hęc igitur omnia sciẽtes,& pœnam iurãtibus & peierãtibus statutã ante oculos ponentes,improba consuetudine absistamus, vt hinc & ad reliqua gradiẽtes virtutis opera, cõsequamur bona futura: quæ nos omnes assequi detur, gratia &c.

Matt.5.f

Eiusdem ad virtutem exhortatio, & in illud Geneſis, Deambulabat deus in meridie in paradiſo. & de fugiendis iuramentis.

Homilia VIII.

Vdistis antea quomodo omnis scriptura cõsolationẽ affert & refrigeriũ, præter historię narrationẽ. Etenim illud, In principio fecit deus cœlũ & terram, historię expositio erat: sed demonstrauit oratio & multa plenã consolatione dictionem: quale q̃ duplicem deus mensam fecit, terrã & mare simul ponens: & lumina gemina, solem & lunam superne accendens: & duplicis cursus tempus, diem & noctẽ operatus: & illum quidẽ in operationem, hanc autẽ in requiẽ. non enim minus ministerium q̃ dies nobis nox affert. Sed sicut in arboribus dixi, q̃ fructuosis infructuosæ æmulam præbent vtilitatẽ, facientes ne cogamur ad ædificia domesticas arbores attingere: & mãsuefactis animalibus non minorẽ nobis vtilitatẽ syluestria & immitia afferũt, timore nos in vrbes cõpellentia, reddentiáq; cautiores,& nos inter nos cõstringentia: & horum quidem exercentia virtutẽ, horũ vero morbos soluentia (multa enim ex his medicamẽta medicorũ pueri cõficiũt) & antiqui nos peccati cõmonentia. Cũ enim audiero q̃ timor noster & conuersio erit super omnes bestias terræ, postea honorẽ hunc truncatũ videro, peccati reminiscar, quod & timorem nostri dissoluit, & principatũ abstulit, & efficiar melior & cõtinentior, damnum ex peccato nobis illatũ contẽplatus. Sicut igitur (quod & antea dixi) ad vitã nobis omnia cõferunt: hæc q̃; dicta,& alia his plura, quę qui fecit deus, ipse nouit: ita quidẽ & nox non minorẽ q̃ dies vsum affert, cum laborũ sit requies, & morborũ medicina. Sæpe enim medici multa operati,& infinita medicamina moliti, ab ęgritudine laborantẽ liberare nõ potuerunt: somnus autẽ sponte adueniens, omnem soluit ægritudinẽ, & infinitis illos laboribus liberauit: nec morbis vero tantum corporis, sed & animæ nox est medicina, dolentes animas sedans. Sæpe quispiã postquam filium amisit, innumeras illi cõsolationes afferentibus fletibus & gemitu desistere non valuit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nocte vero ſuperueniẽte, ſomni ceſſit imperio ſuperatus,& palpebrę obdormierunt,& exiguã quampiã diurnorũ cepere malorũ cõſolationẽ. Age vero iam ad materiã eamus vnde proceſſit oratio. Nã bene noui ꝙ huic omnes inhiatis,& quiſq; diſcere cupit,qua de cauſa nõ ab initio editus eſt hic liber,ſed neq; nũc expoſitionis huius eſſe tẽpus video. Quid ita tandẽ? Ad finẽ nobis hęc deuenit hebdomas, & materiã attingere metuo,deinde ſtatim expoſitionẽ abrũpere. Multorũ enim dierũ iugis indiget orationis, & cõtinuatæ memoriæ:ideo rurſum ipſam differimus. Sed ne ægreferatis,cum fœnore vobis omnino debitum reddemus:ſic enim & nobis reddẽtib⁹ expedit. Nũc autẽ interim dicimus heri relictũ. Quid autẽ heri relictum fuit? Deambulabat,inquit,deus in paradiſo in meridie. Quid ais? deambulabat deus? Nõ deambulabat:quomodo enim vbique præſens,& omnia implens? Sed in Adã talẽ ſenſum poſuit,vt ſeipſum corriperet,ne diſſolutus eſſet, vt fugiẽdo & latendo aliquã purgationis partẽ prętẽderet,& ante ipſa verba. Sicut enim in iudiciũ adducẽdi,& cõmiſſorũ pœnas ſubituri,ſqualidi,ſordẽtes, triſtes, contẽpti iudicãtibus apparent,vt ex habitu ipſos in humanitatẽ & veniã & miſericordiã trahant: ſic & in Adã factum eſt. Oportebat enim demiſſum in iudiciũ hoc trahi,propterea præuenit ipſum deus, & corripuit. Sed ꝙ aliquis deambularet,ſenſit: vnde vero cogitauit ꝙ deus deambulabat? Talis eſt peccantiũ cõſuetudo,omnia ſuſpecta habẽt, vmbras tremunt, omnẽ ſtrepitum timent,& quenq; putant cõtra ſe venire. Multos igitur ſępe cõſpicati peccatores,ad aliud miniſteriũ currẽtes,ad ſe venire cogitauerunt: & aliis alia inter ſe diſſerentibus, peccati ſibiipſis conſcij putant illos de ſe ſermocinari. Talis enim res peccatũ eſt,nullo prodit arguente,nullo condẽnat accuſante, pauidũ facit & timidũ peccatorẽ, ſicut iuſtitia cõtrariũ. Audi igitur quomodo & huius pauorẽ,& illius libertatẽ ſcriptura deſignauit: Fugit impius perſequente nemine,inquit. Quomodo perſequẽte nemine fugit? Intus habet agentẽ conſciẽtiæ accuſatorẽ, & hunc vbiq; circunfert:& ſicut ſeipſum nõ poteſt fugere, ſic nec intrinſecus ipſum agitantẽ:ſed quocunq; abeat,flagellatur,& vulnus habet immedicabile. At non talis iuſtus:ſed qualis,audi:Iuſt⁹ tanquã leo, inquit, cõfidit. Talis erat Helias. Vidit igitur regẽ ad ſe venientem: & dicente illo,Túne es ille qui cõturbas Iſraël? Non ego turbaui Iſraël,inquit,ſed tu, & domus patris tui. Vere iuſtus vt leo cõfidit. Sicut enim leo in regẽ tanquam vilẽ catulũ quendã inſurrexit. Etenim purpurã habebat ille :ſed hic melotẽ habebat indumẽtũ purpura illa venerabilius. Purpura enim illa famẽ peperit difficilem:melote autẽ hac grauia diſſoluit,hæc Iordanem diuiſit, hæc Heliſæum duplicẽ Heliam fecit. O quanta ſanctorũ virtus. Nõ ſola ipſorum verba & corpora,ſed & ipſa indumẽta creaturæ omni vndiq; ſunt venerabilia. Huius melote Iordanẽ diuiſit, calceamenta triũ puerorũ ignẽ conculcauerũt: Heliſæi lignum aquas mutauit, & vt ferrũ in ſuperficie portarent,effecit. Moſi virga mare rubrũ diuiſit, petram ſcidit. Pauli veſtimẽta languores expulerunt. Vmbra Petri mortem fugauit:Sanctorũ martyrũ fauilla malignos expellit dæmonas. Propterea cũ fiducia omnia faciũt,ſicut & Helias: nõ eñ ſpectabat diadema, & exteriorẽ regis apparẽtiam,ſed animã pannoſam, ſqualentẽ,ſordidam,& omni reo miſerius affectã reſpiciens,& ipſum intus captũ eſſe vitiorum ſeruum, ipſius principatũ cõtempſit:etenim tanquã in ſcena, ſed nõ in veritate regẽ ſibi cernere videbat. Quæ eñ exterioris ornatus vtilitas,cũ intus ſit tãta pauperies? Quæ vero paupertatis noxa,cũ intus tantæ repoſitæ ſint diuitiæ? Talis erat leo & beatus Paulus:carcerem enim ingreſſus,ſolo clamore omnia fundamẽta cõcuſſit,vincula roſit,nõ dẽtibus,ſed verbis. Propterea nõ leones ipſos tantũ,ſed & aliud quid leonibus maius oportet appellare. Leo enim in retia ſæpe lapſus capitur:ſancti vero cũ ligãtur,hinc fortiores fiũt. Sicut & hic beatus in carcere tunc fecit, ſoluẽs cõpeditos,parietes cõcutiens, carceris terrefaciẽs cuſtodẽ, & pietatis verbo capiẽs. Leo clamat,& omnes beſtias fugat:ſanctus clamat,& dæmones vndique expellit. Leonis arma,iubarũ horror,vnguiũ mucro, & dẽtes acuti:arma iuſti,ſapiẽtia,tẽperantia,patiẽtia, pręſentiũ contẽptus omniũ. Hæc arma quiſquis habet,non homines tantũ improbos,ſed & ipſas aduerſarias potẽſtates deridebit. Meditare igitur homo ſecundum deũ viuere,& nemo te vnquã ſuperabit: ſed etiam ſi omniũ viliſſimus eſſe videaris, omniũ eris potentiſſimus. ſicut ſi animi virtutẽ neglexeris,etiã ſi omniũ ſis potẽtiſſimus, omnibus inſidiãtibus eris facile expugnabilis. Et hoc quidẽ dicta demõſtrauerũt exẽpla. Si vis autem,& per opera te docere conabor,vim iuſtorũ inexpugnabilẽ,& facilẽ peccatorũ captiuitatẽ. Audi igitur quomodo hæc ambo Propheta inſinuauit:Nõ ſic impij,nõ ſic,ſed tanquã puluis quẽ proiicit vẽtus à facie terræ. Sicut enim ille ventorũ incurſibus facile proiiciẽtibus propoſitus eſt:ſic & peccator ab omni tẽtatione ſubuertitur. Cũ enim ipſe ſibiipſi repugnet,& hãc pugnã paſſim circũferat,quę ipſi ſpes ſalutis domi ꝓdito,& continuũ hoſtẽ conſcientiã ſecũ trahẽti? Sed non talis iuſtus. Sed qualis? audi ipſum Prophetã dicentẽ:Qui cõfidunt in domino,ſicut mõs Sion. Quid tandẽ eſt,ſicut mõs Siõ? Non cõmouebitur in æternũ,inquit. Quæcunq; enim adhibeas machinamẽta,quæcunq; iaculaueris tela mõtẽ demoliri volens,illum quidẽ nunquã ſuperabis. Quî enim poteris? Machinamẽta vero ſolues omnia, etiã tuã deſtruens fortitudinẽ. Talis eſt & iuſtus, quęcunque vulnera exceperit,ipſe quidẽ graue patitur nihil, ſed inſidiantiũ vim diſſoluit, nec vero mortaliũ modo,ſed ipſorũ quoq; dæmonũ. Audiſti nanq; ſæpius, quot diabolus machinamẽta Iob adhibuerit,nec ſolũ tamen illũ montẽ non cõquaſſauit, ſed & diſſolutus receſſit, ſagittis ipſis cõfractis,& machinamentis inutilibus ex illo inflictu redditis. Hæc itaq; ſcientes, vitam curemus noſtrã:& neq; circa pecunias ſtudeamus,quæ pereunt:neq; circa gloriam,quæ extinguitur:nõ circa corpus,quod ſeneſcit: nõ circa pulchritudinem,quæ marceſcit:non circa delicias, quæ defluunt:ſed circa animã omnem curã impendamus,& hãc omni curemus modo. Corpora quippe languẽtia non omnibus curare facile eſt:animam vero laborantem eſt cuique medicari facillimum. Et corporis quidẽ curatio, & medicaminum & argenti indiget: animæ vero facile parabilis, & impendio carens. Et carnis quidẽ natura multo cum labore ab infeſtantibus liberatur vulneribus:etenim ferrũ ſæpe, & amara medicamina adhibere neceſſariũ eſt. In anima vero nihil eſt tale, ſed tantum velle & libere ſufficit, & omnia correcta ſunt. Et hoc fuit opus dei prouidentiæ:quoniam ex corporis imbecillitate non multum fieri

Gen.3.b

Prou.28.a.

3.Re.18.c

4.Reg.2.c

Dan.3.f

Exo.14.c

Act.19.b.

Act.16.c

fieri nocumentũ poteſt. Nã ſi etiam non ægrotemus, mors ſuperueniẽs ipſum corrũpet & omnino diſſoluet. Totũ vero nobis in animi ſanitate ſitum eſt. Multo vero vtilioris & magis neceſſarię partis curationẽ fecit facilẽ & impẽdio & dolore carentẽ. Quam igitur excuſationẽ habebimus? quã autem veniam,cum corporis quidẽ,vbi argentũ erogaſ,& medici accerſuntur,& multus dolor ſuſtineẽ, tantã geramus curã, pręcipue cũ non magnũ nobis damnũ ex illius ægritudine:animã vero contẽnamus, & hoc cum nec argentũ erogare,nec alios perturbare,neq; dolores ſuſtinere debeamus,ſed abſq; his omnibus eligẽdo tãtum,& volẽdo omnẽ ipſius correctionẽ facere poſſimus,& optime ſciamus,ꝙ niſi hoc fecerimus,extremam ſubibimus pœnã,& inceuitabilia tormẽta atque ſupplicia? Dic nãq; mihi,ſi quis artẽ medicinæ breui tẽporis momento abſq; argento & labore docere te polliceret,nõ ipſum putares benefactorẽ? Nõne ſubires omnia facere & pati,quæcunq; hęc pollicẽs iuſſiſſet? Ecce nunc ſine laboribus licet,nõ corporis,ſed animæ vulnerũ inuenire remedia, & eã abſq; dolore vllo ad ſanitatẽ reducere. Ne igitur negligam⁹. Quis enim,dic mihi,dolor,irã cõtriſtãti remittere? Dolor quidẽ eſt iniurias meminiſſe,& nõ cõciliari. Quis labor orare,& à deo prõpte prebẽre,ĩnumera bona petere? Quis labor detrahere nemini? Quę difficultas ab inuidia & liuore liberari? Quę moleſtia proximũ diligere? Quę ærũna nõ turpia verba loqui,nõ conuiciũ, nõ iniuriã inferre? Quę fatigatio non iurare? Rurſum enim ad eãdem deueniam admonitionẽ. Imò labor maximus iurare. Sæpius enim ira & furore detẽti,infeſtãtium quẽpiã nõ alloqui iurauimus,poſtea ira extincta,& furore ſedato,cõciliari volẽtes,& iuramentorum neceſſitate coẽrciti,doluimus,tãquam laqueo quodã detẽti,& vinculis inſolubilibus nexi. Quod & diabolus nouit,& quia planè nouit ꝙ ira ignis eſt, & facile extinguitur,& extincta ira reconciliatio fit, & amicitia, cupiens ignẽ hunc inextinguibilẽ manere, iuramẽto nos ſæpi⁹ irretiuit:vt etſi ira deſiuerit,iuramenti neceſſitas manens,ardorẽ in nobis cõſeruet,& duorũ fiat alterũ,vel recõciliati peieremus,vel nõ cõciliati,odij culpæ noſmet reos cõſtituamus. Hæc igitur ſciẽtes,iuramẽta fugiamus, & cõtinue meditetur os noſtrũ dicere,Crede. & hoc erit nobis toti⁹ materia pietatis. Lingua enim verbũ hoc dicere docta,cõfunditur & erubeſcit turpia & abſurda verba ꝓferre: & ſi rurſum à cõſuetudine retrahaſ,multos habẽs accuſatores,corripietur. Cũ enim quis nõ iurantẽ,turpia viderit verba ſonantẽ,inſultabit facile,& deridebit,& carpẽs dicet:Tu qui in omnib⁹ dicis,crede, iuramentũ proferre nõ audẽs, quomodo turpibus linguã tuã ſermonibus contaminas? Itaq; & inuiti à prẽſentibus cõpulſi,ad pietatẽ redibimus. Quid igitur ſi iurãdi neceſſitas ſit,ĩquit aliquis? Vbi eſt legis præuaricatio,nõ eſt neceſſitas. Et poſſibile eſt penit⁹, ĩquit, nõ iurare? Quid ait? De⁹ iuſſit, & audes interrogare, ſi legẽ cuſtodire poſſibile? Imò difficile non cuſtodire,& hoc per præſentia vobis perſuadere volo, ꝙ nõ difficile ſit non iurare,ſed iurare. Ecce enim iuſſi ſunt vrbẽ habitantes,quod multorũ vires excedere videtur,aurũ erogare,& plus collatũ eſt, & exigentes audire licet,dicẽtes:Quid tardas homo? quid vero nos de die in diẽ differs? Nõ enim effugere potes, lex regis eſt,quæ moram non patitur. Quid dicis,dic mihi? Rex iuſſit pecunias pẽdi,& niſi pendas,placabilis fie-

ri nõ poteſt. Deus iuramẽta fugere iuſſit,& dicis, Nõ poſſumus fugere iuramenta. Sextus hic dies eſt ꝙ de hoc vos præcepto admoneo:in futurũ vobiſcum paciſci volo,tãquã deſiſtẽs,vt caueatis. Nõ amplius vobis erit excuſatio,neq; venia, maxime cũ etiãſi à nobis dictũ fuiſſet nihil,à vobiſipſis hoc corrigi debuerit:nec enim variũ eſt, & multæ præparationis indigens. Cũ vero tantũ ſitis nacti admonitionis & cõſilij,quã habebitis excuſationẽ accuſati, pro tribunali cõſtituti tremẽdo,& hui⁹ prẽuaricationis pœnas exacti? Nullã afferre licebit excuſationẽ,ſed neceſſe eſt vel emẽdatos abire,vel non emẽdatos puniri, & extremũ ſubire ſuppliciũ. Hæc igitur omnes cogitãtes, cũ multa hinc cura digreſſi, tot dieb⁹ dicta omni cuſtodia mẽte veſtra cõſeruare inter vos exhortamini: quò vel nobis tacẽtibus alter alterũ docentes, ædificantes,exhortantes,multũ demonſtretis profectũ,& omnes reliquas leges implentes,ęternis fruamini coronis:quas contingat nos omnes aſſequi,gratia &c.

Laudatio eorum qui non iurandi conſuetudinem fecerant. Et quòd nemo ſuperſtitione teneri debet, poſt refectionem diuinos in Eccleſia ſermones audire: & quare poſt multum tempus diuinæ ſunt traditæ ſcripturæ: & in illud, Cœli enarrant gloriam dei: & mũdi naturalis deſcriptio: & de nõ iurãdo. Homilia ix.

ET prius ad vos, & nunc ad vos, vtinam vero & ſemper vobiſcũ,etſi nõ corporis præſentia,ſaltẽ charitatis vi:nec enim mihi eſt alia vita,niſi vos,& ſalutis veſtræ cura. Sicut enim colon⁹ nihil aliud curat prẽter ſemina & ſegetes,& nauta vndas & portus:ſic & dicens audientes,& illorũ profectũ,ſicut & ego nunc dico. Ideo & omnes vos in mẽte mea circũfero,nec vero hic tantũ,ſed & domi. Etſi enim multus eſt populus,& breuis cordis mei mẽſura,ſed lata eſt charitas,& nõ in nobis anguſtatur: ſequentia vero non addã:neq; enim nos à vobis anguſtamur. Vnde hoc manifeſtũ? Noui multos referẽtes, mandatũ fecimus leges nobiſmet ponentes,& iurantibus pœnas definiẽtes,& legẽ tranſgrediẽtibus pœnam inferentes,pœnã nobis congruam,quod eſt maximæ charitatis indicium. Non enim cõfundor talia ſatagẽs: quoniã in hoc curioſitatis nihil eſt, ſed prouiſionis hæc eſt ſolitudo. Si eñ medico non eſt opprobrium de ægroto ſciſcitari:neq; nobis crimen de veſtra ſemper inquirere ſalute. Sic enim moniti quid vobis quidem expeditum ſit,quid vero relictum,cõgrua cũ diſciplina reliqua afferem⁹ remedia. Hęc igitẽ curioſe ſcrutati cognouimus, & deo gratias egimus, ꝙ non in petris ſeminauimus, nec in ſpinas miſimus ſemina,neq; multi temporis, multáq; dilatione indiguimus,vt ſegetes meterem⁹. Propterea vos in corde meo cõtinue gero,propterea non ſentio docendi laborem,auditorũ lucro releuatus. Hæc enim merces nos reparare poteſt,& releuare, & alacres prõptóſq; facere ad omnẽ pro vobis laborẽ ſuſtinẽdum. Quoniam igitur multã vos gratitudinẽ demõſtraſtis, age iam & nos debitũ erogemus,quod prius promiſeramus:licet non videã præſentes eſſe illos, qui cũ promiſſionẽ feci,huc venerant. Quæ tandem itaq; cauſa ipſos à noſtra repulit menſa? Qui corporalem tetigit menſam,vt videtur,indignũ eſſe putauit,poſt corporis nutrimẽtum ad diuinorum auditionem eloquiorum venire. Sed non rectè in hoc ſentit:neq; enim, ſi hoc eſſet abſurdũ,multos & longos impendiſſet ſermones Chriſtus poſt illã myſticam cœnam. Nõ vtiq; ſi hoc incongruũ eſſet,refecta ſæpius in deſerto multi-

Matt.5.c.
Iaco.5.c

Ioan.13.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

titudine,etiã ſermones ipſis poſt mẽſam cõmunicaſſet.Si enim fas eſt aliquid etiã præter opinionẽ dicere, tunc profecto vtiliſſimũ diuinis eſt eloquiis aures accõmodare. Cũ enim tibi perſuaſeris, q̃ poſt cibũ, & potũ, & ad ſynaxim conuenire neceſſe eſt, omnino vel inuitus multã geres ſobrietatis curã,& neq; in ebrietatẽ,neq; in crapulam vnquam deduceris: cura enim & expectatio in Eccleſia conueniendi,cum honeſta mẽſura cibum & potũ ſumere docet,ne ingreſſus & fratribus cõmixtus poſtea vinũ redolens,& inordinate eructãs,ab omnib⁹ præſentibus deridearis. Hęc nõ vobis nũc præſentib⁹,ſed relictis de vobis dico,vt hæc per vos diſcãt:nõ enim comedere audiẽdi obſtaculũ præbet,ſed torpere.Tu vero crimen nõ ieiunare eſſe putãs,aliud incurris crimen, multo maius & difficilius,q̃ ſacræ huius mẽſæ non particeps efficeris,& q̃ corpus tuũ alens,animã fame conſumis.Et quã excuſationẽ habebis ? In ieiunio quippe corporis imbecillitatẽ prætendere fortaſſe poteris : in audiendo autẽ quid tandẽ dicere poſſes?Nõ enim corporis valetudo diuinorũ prohibet eloquiorũ participem fieri.Si enim dixiſſem:nemo pranſus cõmiſceatur,poſt cibũ audiat nemo, aliquã habuiſſes veniam: nũc vero cum vos trahamus,& alliciamus,& ad noſmet vocemus,quam reſilientes excuſationẽ habebitis?Etenim nõ idoneus auditor ille eſſet, nõ qui comediſſet aut bibiſſet,ſed qui verbis non intẽderet, oſcitans & diſſolutus,& corpus quidẽ hic habẽs,mẽtem vero aliò vagantẽ.Hic etiam ſi ieiunet, ad audiendũ inutilis eſt.Excitatus quidẽ & vigilãs,& mentem ſuã intendẽs,ſiue comederit ſiue biberit, nobis erit omniũ aptiſſimus auditor . In exterorũ enim iudiciis & cõſiliis cõgrue lex iſta præualuit : nec eñ norũt philoſophari,propterea q̃ nõ comedũt vt nutriãtur: ſæpe enim ſupra ſatietatẽ bibunt, propterea ſeipſos rerũ adminiſtrationi ineptos reddẽtes, veſpere & meridie iudiciis abſtinent.Hic autẽ non ita, ſed qui comedit,ieiuno per animi modeſtiam erit æqualis:non enim vt ventrẽ diſrumpat, aut rationem obtenebret comedit & bibit,ſed vt corp⁹ debilitatũ reparet.Sed hæc pro admonitione ſatis.Iã vero tẽpus eſt ad ſubiectũ tranſeũdi,licet refugiat,& torpeat circa doctrinã hanc cogitatio noſtra propter eos qui non venerunt.Et ſicut pia mater mẽſam apponẽs , non omnibus filiis preſentibus dolet & gemit:hoc & ego nunc patior,& fratrũ noſtrorũ abſentiam cogitans,à ſolutione retrahor ,pmiſſorũ:ſed vos poteſtis hunc eiicere torporẽ.Si eñ polliceamini nobis omnia ad illos referre cũ diligentia,nos vobis omnia prompte erogabimus:ſic enim illis erit abſentiæ cõſolatio,veſtræ charitatis doctrina:vóſq; nos attẽti⁹ audietis, ſciẽtes q̃ & ad alios vobis hæc referre neceſſariũ . Vt igitur manifeſtior nobis oratio fiat,à ſuperiorib⁹ ipſam repetẽtes dicamus.Nuper itaq; quærebam⁹, qua cauſa poſt tot annos editę ſunt ſcripturę.Nõ enim Noẽ tẽpore,& Abrahã,ſed Moſi liber hic tradit⁹ eſt.Et multos audio dicentes,q̃ ſi vtilis erat , ab initio datũ eſſe oportebat:ſi vero inutilis erat,neq; poſt hęc oportebat dari.Sed vana hæc ratiocinatio:nõ eñ omnino, ſi quid poſtea vtile eſt futurum,ab initio tradi debet. Neq; ſi quid à principio datũ eſt,hoc omnino debet & poſtea manere.Quoniã & lac vtile, ſed tamen non cõtinue datur,ſed pueris tãtũ nobis datur . Et ſolidũ nutrimentũ vtile,ſed nemo nobis ipſum in principio tradit,ſed poſtquã puerilẽ fuerimus ætatem egreſſi.

Rurſum æſtas vtilis,ſed nõ ſemper apparet:& hyems cõmoda,ſed & hæc trãſit.Quid igitur,inquit aliquis, ſcripturæ nõ ſunt vtiles?Vtiliſſimæ ſanè, & admodũ neceſſarię.Et ſi vtiles,inquit,qua de cauſa nõ ſunt tradite nobis ab initio ? quia non per literas,ſed per res deus naturã hominũ docere volebat.Quid tandẽ eſt, per res?Per ipſam creaturã.In hãc enim ſententiã incidẽs Apoſtolus,& in Gẽtiles intẽdens,dicẽtes,Non ab initio dei cognitionẽ ex ſcripturis didicim⁹: vide quomodo reſpõdet.Cũ enim dixiſſet, Reuelabit̃ ira dei de cœlo ſuper omnẽ impietatẽ , & iniuſtitiã hominũ eorũ,qui veritatẽ dei in iniuſtitia detinẽt,& vidiſſet obiectionẽ ſibi occurrentẽ,& multos cõtradicturos,vnde Gẽtiles dei veritatẽ cognouiſſent, intulit dicẽs:Quia quod notũ eſt dei , manifeſtũ eſt illis. Et quomodo manifeſtũ eſt illis? quomodo vero deũ videre poterãt?Quis oſtẽdit,dic?Deus enim illis manifeſtauit,inquit.Quo pacto?quẽ Prophetã mittens, quẽ Euangeliſtã?quẽ doctorẽ, ſi ſcripturæ nondum erant?Inuiſibilia enim ipſius,inquit, à creatura mũdi per ea quæ facta ſunt,intellecta cõſpiciuntur, ſempiternáq; virtus eius,& diuinitas.Quod autẽ dicit, tale eſt:Ante omniũ oculos creaturã ĩ medio propoſuit, vt ex operibus creatorem coniiciãt.quod quidem & alius dicebat:Ex magnitudine &pulchritudine creaturarũ proportionabiliter ipſarũ author cõſideratur. Vidiſti magnitudinẽ?conſidera potentiã conditoris cũ admiratione. Vidiſti pulchritudinẽ? ſapientiã obſtupeſce,quod & Propheta demõſtrãs dicebat:Cœli enarrant gloriã dei.Quomodo igitur narrãt,dic mihi?Vocẽ nõ habẽt,os nõ poſſidẽt,ipſis nõ eſt lingua, quomodo igitur narrãt?Per ipſum aſpectũ. Cũ enim videris pulchritudinẽ,magnitudinẽ,celſitudinẽ,ſitũ, formã per tantũ temporis permanere , tãquã vocem audiens,& ad aſpectũ diſcens, adoras eũ qui tam pulchrum & admirabile corpus creauit.Tacet cœlũ,ſed ipſius aſpect⁹ vocẽ tuba clariorẽ emittit,per oculos, nõ per aures nos docẽs:hic enim ſenſus à natura eſt illo certior & manifeſtior.Si enim per libros docuiſſet & literas,literarũ quidẽ peritus ſcripta didiciſſet, neſciens vero nihil inde adiutus abiiſſet, ſi quis alius nõ induxiſſet.Et diues quidem librũ emiſſet , pauper autẽ emere nõ potuiſſet. Rurſum vocẽ quidẽ illã per literas ſignificatã ſciens,intus poſitam noſſet:Scytha vero & Barbarus,& Indus , & Aegyptius , & omnes lingua carẽtes illa,nihil docti abiiſſent. Hoc autẽ de cœlo dicere non licet, ſed & Scytha & Barbarus , & Indus, & Aegyptius , & omnis homo ſuper terrã incedens,hanc vocẽ audiet:nõ enim per aures, ſed per oculos in mentẽ incidit noſtrã. Viſibiliũ autem participatio eadẽ,neq; differens ſicut linguarum.In hũc pariter librum & idiota & ſapiens intueri poterunt, & pauper & diues,& quocunque quis venerit in cœlum reſpiciens, ſufficientem capiet doctrinam ex aſpectu:quod quidem &ipſe Propheta innuens & demonſtrans,quòd vocem creatura Barbaris & emittit & Græcis , & omnibus vniuerſaliter hominibus ſic intelligi facilem,dicebat:Non ſunt loquelę neq; ſermones,quorum non audiantur voces eorum. Quod autem dicit,tale eſt:Non eſt gens neque lingua quæ hanc vocẽ intelligere non poſſit. Sed talis eſt ipſorũ vox,vt ab omnibus hominibus audiri poſſit:nec cœli tantum,ſed & diei & noctis.Et quomodo diei & noctis ? Illud enim & per pulchritudinẽ, & per magnitudinem,& per alia omnia ſpectatores percellit,& in ipſius

ipſius creatoris admirationẽ immittit. Dies vero & nox quid nobis oſtẽtare poſſẽt?huiuſmodi quidẽ nihil. Alia vero his ſunt ordine & cõuenientia cũ omni diligẽtia cõpoſitis non inferiora.Cum enim cogitaueris,quomodo totũ per annũ diſtribuuntur, & tanquã in libra & bilance totius ſpacij lõgitudinem diuiſerunt:eum qui ordinauit admiraberis:Velut enim ſorores quędã paternam hęreditatem partitę cũ charitate multa,nullo modo inter ſe calumniantes:ſic & dies & nox cũ omni diligentia annũ æqualitate tanta diſtribuũt,& proprios conſeruãt fines, nec vnquã alteram altera pellit.Nũquam igitur hyeme dies fuit longa,ſicut nec vnquã æſtate longa fuit nox,tot prẽteritis generationibus,ſed in eodẽ interuallo & longitudine,neque modicũ,nec dimidiam horam , nec oculi momẽtum altera quàm altera plus habuit.Propterea & Pſalmiſta ipſorũ ęqualitatẽ admiratus,clamabat dicens:Nox nocti indicat ſcientiã.Si hęc meditari ſcias , ſic admiraberis eũ qui ab initio hos immobiles terminos ſtatuit.Audiãt hęc auari, & aliena cõcupiſcẽtes, & diei noctiſq; æqualitatem imitẽtur. Auiãt inflati & alta ſapiẽtes,&nolẽtes primas partes aliis cõcedere.Dies nocti cedit,nec alienos fines inuadit.Tu vero ſemper honore fruẽs,fratrib⁹ hũc tradere nõ toleras.Et cõſidera mihi legiſlatoris ſapientiã.In hyeme longã noctẽ eſſe iuſſit, quãdo molliora ſemina,&magis frigeſcere indigẽtia,nec calidiorem radiũ tolerãt:poſtquãvero aucta fuerint,vnà cũ ipſis creſcit rurſum dies,& tũc fit lõgior, quando iam viget fructus.Hoc vero nõ ſeminibus tantũ, ſed etiam corporibus opportunũ.Quoniã enim hyeme nauta, gubernator,& viator,miles, & agricola multũ domi ſedent,gelu cõſtricti,& ocij tẽpus eſt in hyeme, plus temporis in noctes impẽdi deus cõſtituit,ne diei lõgitudo ſuperflua ſit,nihil hominibus facere valẽtib⁹. Quis anni partiũ ordinẽ dicere poſſit ? quomodo & hæ tanquã virgines quędã in gyro ſaltãtes,cum multa ratione ſeſe ſubſequũtur, & paulatim ſine ſtrepitu ad contrarias mediæ tranſeuntes nõ deſinunt. Propterea nec ab hyeme nos excipit æſtas , nec ab ipſa ſtatim hyems, ſed mediũ ver interpoſitum eſt , ita vt ſenſim & paulatim ſuccedentibus denſata corpora noſtra ęſtati ſine triſtitia adducat:quoniã eñ ſubitaneæ in contrariũ mutationes nocumentũ & morbũ pariunt extremũ, diſpẽſauit deus ab hyeme quidem ver nos accipere,à vere porrò æſtatem, ab æſtate autumnum,& ſic hyemi transmittere.Itaq; innocuæ& procedẽtes paulatim mutationes , ex cõtrariis horis per media nobis eueniũt.Quis igitur tam miſer & ærumnoſus,qui cœlũ quidẽ cernens,cernẽs vero mare & terrã,cernẽs horarũ temperiem tam diligenter moderatã,& incõcuſſum diei & noctis ordinẽ , hæc ſponte fieri putet,nec adoret eũ , qui hæc omnia cũ ſapientia congrua diſpoſuit?Habeo quod dicã &his maius: Non enim magnitudo tantũ,& pulchritudo, ſed &ipſe creationis modus omniũ moderatorẽ demõſtrat . quoniã enim cõdenti & creanti omnia ab initio non aderamus: neq; ſi adfuiſſemus,quomodo fiebant ſcire poteramus,inuiſibili virtute cuncta cõponente, ipſum creationis modũ optimũ nobis magiſtrũ eſſe fecit, ſupernaturali cõſequẽtia cõponens omnia quæ fiebãt.Fortè quod dixi obſcuri⁹ eſt. Igitur neceſſe hoc rurſum manifeſtius dicere . Omnes vtiq; annuerẽt,q̃ naturę cõſequentia eſt,aquã ſuper terrã,ſed nõ terrã ab aquis ferri . Terra quippe cũ ſit dẽſa &dura,&nõ cedẽs,& ſolida,facile poteſt aquarũ naturã ſuſtinere:aqua vero cũ liquida ſit &mollis, teneráq; &diffluẽs,& omnibus cedẽs occurrẽtibus, nullũ corpusvnquã ſuſtinere valeret,etiã ſi leuiſſimũ ſit.Nam ſępe lapillo incidẽti paruo cedit,& refugit, ipſúmq; ad profundũ trãſmittit.Cũvideris igitur nõ lapillũ paruũ,ſed terrã omnẽ ſuper aquas ferri , neq; ſubmergi, admirare potentiã ſupra naturã hęc mirabiliter operantẽ . Et vnde hoc manifeſtũ, q̃ terra ſuper aquas fertur? Propheta hoc dicit:Ipſe ſuper maria fundauit eũ,& ſuper flumina præparauit eũ:& rurſum,Qui fundauit terrã ſuper aquas . Quid dicis? lapillũ exiguũ aqua in ſuperficie ferre nõ poteſt,& terram tantã gerit,& mõtes,& colles,& vrbes,& plãtas, & viros,& bruta,& nõ ſubmergit? Et quid dico non ſubmergit?Quomodo inferius circũſtante ſibi aqua tãto tẽpore nõ eſt diſſoluta,& lutũ omnia facta ſunt? Si enim lignorũ natura parũ tẽporis aquis immorata corrũpitur & diſſoluitur . Quid dico, lignorũ natura?Quid ferro validius eſſe poſſit? Sed & hoc ſæpe molleſcit,cũ ſemper in aquis maneat,&merito:quippe & ipſum à terra ſubſtantiã habet.Propterea multi fugitiuorũ ſeruorũ poſtquã cõpedes & catenas pertrahentes fugerũt, ad riuos aquarũ veniẽtes, & vinctos aquis pedes immittẽtes, & ſic mollius ferrũ facientes,facile lapide percutiẽtes,diffringunt . Igitur ferrũ quidem molleſcit,& ligna marceſcũt,&lapides corrũpunt aquarũ natura:terrę vero magnitudo tãto tẽpore aquis impoſita,nõ eſt ſubmerſa, nec diſſoluta,nec perdita.Et quis hæc nõ obſtupeſcat, & ſuperadmiretur,&cũ fiducia dicat,nõ eſſe naturę opera,ſed prouidẽtiæ naturã excedẽtis ? Propterea quidam dicit:Qui ſuſpẽdit terrã ſuper nihilo. Aliusvero quidã:In manu ipſius fines terræ.Item, Super maria fundauit eũ.Et hęc quidẽ cõtraria eſſe vidẽtur,multam tamen habẽt cõſonantiã. Qui enim dixit, ſuper maria fundauit eum,idem dixit cũ eo qui ait q̃ ſuper nihilo terrã ſuſpẽdit. Super aquas enim cõſiſtere æquale eſt & ſuper nihilo ſuſpẽdi . Vbi igitur ſuſpenſa & ſtatuta eſt?audi eundẽ dicentẽ : In manu ipſius fines terræ. Non q̃ manus habeat deus , ſed vt diſcas, q̃ ipſius potẽtia omnibus prouidẽs, ipſa eſt quæ terræ corpus cõtinet & portat.Si dictis non credis, his quę vides crede. Et in alio quippe elemẽto hãc mirabilẽ operationẽ inuenire licet.Ignis eñ natura alta petit,& in ſublime ſemper ſalit, & à natura vt exiliat,habet: & ſi infinita cogãt & vrgeant,ad inferiora deferri nõ pateretur. Nonnunquã enim facẽ accenſam capiẽtes,& in caput inclinãtes, ignis impetũ inferius ferri nõ cogimus:ſed & ſic in ſuperiora recurrit,& in ſublime infernè feſtinat . In ſole vero totum contrariũ deus fecit : ipſius enim radios ad terrã cõuertit,& lucẽ fecit inferius vergere : tantũ nõ dicens ipſi per ſtatum inferius proſpice, & hominibus luce: propter illos enim factus es.Et lucernæ quidẽ flãma hoc pati nõ poteſt:ſydus vero tam magnũ &admirabile ad inferiora vergit,& ad terrã reſpicit,contrà q̃ ignis,propter eius qui iuſſit potentiã. Vis & aliud tale cõmemorem ? Dorſa cœli huius nobis conſpicui aquæ vndiq; comprehendunt,& neque defluũt, neque excedũt:& quidẽ nõ eſt talis aquarũ natura, ſed in concaua quidem facile currunt.Cum autẽ ſit corpus cõuexũ,vndiq; defluũt,&neq; modica earũ pars in tali poſſet loco ſubſiſtere.Sed ecce hoc miraculũ ĩ cœlis factũ eſt,& hoc ipſũ rurſus inſinuãs Propheta, dicebat:

Iob.26.b
Pſa.94.a
& 23.a
Pſal.23.b

Universidad de Deusto Biblioteca

Pſal.148. dicebat: Laudate dñm aquæ, quæ ſuper cœlos eſtis. Et neq; aqua ſolē extinxit, neque ſol tanto ſubtus vadēs tēpore, ſuperpoſitam aquam exiccauit. Vis te in terram iterũ reducamus, & quod mireris oſtēdamus? Non cernis hoc mare vndis, & violentis flatibus plenũ? Sed hoc mare ſpacioſum, & magnum, & furēs, inualida cõtinetur arena. Et conſidera dei ſapientiam. Non permiſit ipſum quieſcere, neq; manere ſedatũ, ne id eſſe naturę ipſius ordinē exiſtimes, ſed intra terminos manēs clamat, & turbatur, & vehemēter reſonat, & in altitudinē fluctus excitat ineffabilē: cũ autē ad littus & arenam peruenerit, diſſolutum rurſum ad ſeipſum reuertitur, per hęc vtraq; te docēs, quòd nõ naturę opus eſt ipſum intra ꝓprios fines manere, ſed ipſum cohibētis virtutis. Propterea eñ inualidũ ipſius obicē fecit, & neq; ligna & lapides, neq; montes his littoribus circũpoſuit, vt non his elementũ in ordinem cogi putes. Hoc igitur & ipſe quādoq; Iudęis *Hiere.5.c* improperās dicebat: Me nõ timebitis, qui arenā mari terminũ conſtitui, & nõ tranſcēdet? Non autē hoc ſolum ô homo eſt admirabile, ꝙ magnũ & mirabilē fecit hunc mundũ, quòd ſupra naturę cõſequentiam ipſum cõpegit, ſed ꝙ etiam ex cõtrariis ipſum conſtituit, calido & frigido, ſicco & humido, igne & aqua, terra & aëre. Et contraria hęc elemēta, ex his quibus hoc totũ conſiſtit, inter ſe pugnantia, à ſeſe non ſunt cõſumpta: nõ ignis ſuperuenit & accēdit omnia, non aqua ſuperueniens orbē circũdedit. Sed in corporibus quidē noſtris hęc fiunt, & bile creſcente naſcitur febris, & totũ animal lędit: & pituita ſuperabũdante multi naſcũtur morbi, & animal corrumpunt. In hoc autē toto nihil horũ accidit, ſed vnumquodq; manet tanquam quodā fræno & vinculo cõditoris voluntate proprios cuſtodiēs terminos, & horũ pugna mundo toti pacis fit cauſa. An nõ hęc & cęco ſunt manifeſta, & valde imprudētibus intelligibilia, ꝙ prudentia quapiam facta ſunt, & continentur? Quis enim tam ſtultus & inſenſatus, qui tantam molē cernēs, tātam pulchritudinē, tantā cõpoſitionem, talium cõtinuam elementorũ pugnam, & cõtrarietatē, & perſeuerantiam, nõ intra ſeipſum ratiocinetur, & dicat: quòd niſi prouidentia quędam eſſet corporũ magnitudinem cohibēs, nec permittēs totũ diſſilire, nec permanere, nec ſufficere potuiſſet? Tantus quidē anni temporum ordo, tanta vero noctis & diei conueniētia, tot autē irrationalium genera animaliũ, & plātarum, & ſeminum, & herbarũ, tenorē ſuum ſeruant, & nihil in pręſentē diem neq; intercidit, neq; penitus cõſumptum eſt. Non hęc vero tantũ, ſed & alia multo his plura & profundiora dici poterāt, & de ipſa differi creatura: ſed in craſtinũ illa differētes, dicta diligēter retinere, & in alios efferre ſtudeamus. Et ſcio quidē quòd ſententiarũ profunditas auribus veſtris inuſitata eſt, ſed ſi parũ vigilemus, & his noſipſos aſſuefaciamus, etiā aliis erimus facile doctores. Interim vero illud charitati veſtrę neceſſariũ eſt dicere: ſicut glorificauit deꝰ per tātam nos creaturā, ita nos quoq; per puram ipſum conuerſationē glorificemus. Cœli enarrant gloriam dei, non dicentes tantũ, ſed & tacentes, & vitæ *Matt.5.b* claritate omnes in admirationē adducentes. Luceat enim lux veſtra corā hominibus, vt videāt opera veſtra, & glorificent patrē veſtrũ qui eſt in cœlis. Cum enim viderit infidelis te fidelē cõpoſitum, modeſtũ, ornatũ eſſe, mirabitur, & dicet: Verè magnꝰ Chriſtianorum deus, quales cõſtituit homines, quales è qua-

A libꝰ fecit? angelos ex hominibꝰ ipſos reddidit. Si quis contumeliā fecerit, nõ conuiciantur: ſi quis percuſſerit, non ægrè ferunt: ſi quis iniuriam intulerit, pro his qui ſe læſerint, orant: inimicũ non habēt, iram ſeruare non norunt: mentiri non didicerunt, peirare non ſuſtinent, quinimmo nec iurare: ſed linguam excidi mallēt, quàm vllũ ex ore iuramentum emittere. Hæc illis prębeamus de nobis dicēda, & improbā iuramētorum conſuetudinē expellamus: & vel tantillũ deo tribuamus honoris, quantũ veſtimentis noſtris precioſioribus. Quomodo enim nõ abſurdum eſt, veſtimentum quidē habentes reliquis melius, ipſo continue abuti nõ ſuſtinere: dei vero nomē vbiq; temere, & vt occurrit, diſtrahere? Igitur precor, & ſupplico, ne ſic ſalutē cõtemnamus noſtram: ſed ſtudiũ, quod ab initio circa mandatũ iſtud adhibebamꝰ, deducamus B ad finem. Propterea ego nempe continuā de iuramentis exhortationē facio, nõ quòd torporem veſtrum condemnem: ſed quòd maiorē partem vobis correctā videam: & ſtudeo feſtinoq; totum perfectũ eſſe, & finē admittere. Sic & ſpectatores faciunt, qui brauiis proximos magis excitāt. Nec nos igit̃ laſſemur: ſumus enim prope totius correctionis finem, & circa principiũ erat difficultas. Quando vero cõſuetudinis plurimũ nũc eſt reciſum, & modicũ ſupereſt: iam nec vllo labore opus eſt, ſed modica obſeruatione: & breui diligētia egemus, vt ipſi correcti, aliis doctores fiamus, & cũ fiducia ſacrũ Paſcha videamus, & cum multa voluptate duplam & triplā conſuetam capiamus lætitiam. Non enim tantũ nos ieiunij laboribus & ſudoribꝰ liberatos eſſe delectat, quātum cum merito & ſplendida corona ſacræ illi ſolennitati oc- C currere, corona inquā nunquā marceſcēte. Vt autem celerior fiat emendatio, hoc fac quod dico: Sribe ſuper parietē domus tuæ, *Zach.5.a* & ſuper cordis tui parietem falcē illam volantē, & hanc ad maledictionē volare puta: & continue ipſam recogita, ſiue aliũ iurantē videas, cohibe, veta, & curam tuorũ gere ſeruorum. Si hoc enim conſideremus, quomodo nen tantum ipſi emendemur, ſed & alios in hoc inducamus, celeriter ipſi ad finē veniemus. Alios eñ corrigere aggredientes, erubeſcimus & cõfundimur, quæ alijs mādamus, hęc ipſi omittētes. Nec pluribus eſt opus ſermonibꝰ. Multa enim prius ſunt cõmemorata, & hęc renouandæ memoriæ tantũ cauſa dicta ſunt. Deus vero magis noſtris parcens animis, in omni nos bono perfectos faciat, vt omnē iuſtitię fructum aſſecuti, cœlorũ regno digni cenſeamur, gratia & benignitate &c.

D

Laus eorum qui poſt cibum ad audiendum venerant. Et naturalis mundi enarratio: & cõtra gentiles creaturam vt deum colentes: & de euitando iuramento. *Homilia X.*

GAudeo & gratulor omnibus vobis, quòd admonitionem noſtram, quam pro non ieiunātibus, & propterea abſentibus nuper feci, re pręſtitiſtis. Arbitror enim multos iam pranſos hodie adeſſe, & pulchrā hanc nobis implere concionē: & hoc cõiicio, eo quòd amplius nobis theatrũ factũ ſit, & maior audientium conuentus. non fruſtra vt videtur, multos de ipſis ſermones nuper impendimus, veſtrā exhortātes charitatē, ipſos ad matrē trahere, & perſuadere quòd licet & poſt corporis nutrimentũ ſpiritualis eſcæ participatione nõ fraudari. Quando vero quæſo vos dilecti melius feciſtis? an præterita ſynaxi, quādo poſt menſam ad ſomnum conuertebamini?

tebamini? an nunc cum poſt mēſam ad diuinas leges audiendas conueniſtis? Quādo in foro commorabamini, & conſeſſuum nihil boni habētium participes eratis: an nunc quando cũ fratribus veſtris ſtetiſtis, & ꝓpheticos audiſtis ſermones? Nõ eſt ignominia comedere fratres, ſed ſũpto cibo domi remanere, & hac ſacra ſolennitate priuari. Domi eñ manens ocioſior eris, & ſegnior: huc autē veniēs, omnem ſomnum & torporem excuties, nec torporem vero tātùm, ſed & triſtitiam omnem deponēs, facilior & lætior in omnibus eris caſibus. Et quid opus eſt plura dicere? Sta tantũ prope ieiunantē, & ipſiꝰ ſtatim odoris ſuauitatē ſenſiſti. Vnguentũ enim ieiunans eſt ſpirituale, & per oculos, & per linguam, & per omnia bonā animę diſpoſitionem demõſtrans. Hæc non vt pranſos accuſem dixi, ſed vt ieiunij lucrum demõſtrem. Ieiunium vero non ciborum abſtinentiam tantum dico, ſed & peccatorũ fugam magis quàm illam: quoniā & conuiuatus, & huc cũ modeſtia profectus congrua, non multo à ieiunāte vincitur: ſicut viciſſim ieiunans, nec cũ ſtudio & diligētia his quę dicuntur attēdēs, nihil ex hoc ieiunio magnũ lucrabitur. Comedens enim, & concionis ſanctę cõgruo ſtudio participem ſe faciens, nihil comedente & abſente multo melior eſt. Non eñ tantũ nos inedia adiuuare poterit, quantum prodeſt & bonũ affert ſpirituali diſciplinæ intereſſe. Vbinā alibi hæc audies, quæ hic meditaris? Si in forum ieris, rixę ibi & pugnæ: ſi in curiam, ciuiliũ rerum cura: ſi domum, priuatarum ſolicitudo vndique affligit: ſi in fori cõuenticula & cõſeſſus, omnia & illic terrena & corruptibilia: vel enim de venalibꝰ, vel de tributis, vel de lauta menſa, vel de agrorum venditione, vel de aliis cõtractibus, vel de teſtamentis, vel de hęreditatibus, vel de aliis talibus à cũctis eò conuenientibus ſermones habentur. Et ſi in ipſas veneris regias, & illic rurſum omnes differētes audies de pecuniis, de potentia, de gloria, quæ hic honoratur: ſpirituale vero nihil. Hic vero contrarium totum, de his quæ in cœlo ſunt rebus, de anima, de vita noſtra, & quare facti ſumus, & quare hic tātum temporis commoramur, & ad quę hinc migramus, & quid poſt hęc nos ſuſcipiet, & qua de re nobis corpus luteũ, & quæ mortis natura, quid tandē eſt præſens vita, & quę futura, & nihil prorſus terrenũ, ſed omnes de ſpiritualibus ſermones nobis habentur, & magna ſalutis noſtrę viatica capiētes, hinc ita cum bona ſpe migrabimus. Quoniā igitur non temere ſemina iecimus, ſed ſicut vos exhortatus fuerā, omnes qui ex vobis defecerant, venati eſtis: age & nos vobis gratias rependamus, & paulum vos prius dictorũ commonefacientes, reliqua quoque reddamus. Quæ igitur prius ſunt dicta? Quærebamus qualiter & quomodo ante ſcripturarũ editionē res noſtras deus diſpoſuit: & dicebamus, quod per creaturā docuit genus noſtrũ, cœlum extendens, & in medium proponens maximum librũ & idiotis, & ſapiētibus, & pauperibus, & diuitibus, & Scythis, & Barbaris, & omnibus generaliter terrā habitātibus vtilem librũ, multò maiorē eorum quos docemur multitudine. Multa etiam de nocte & die, & horũ ordine, & cõuenientia ab ipſis cum diligētia cuſtodita diſſeruimus: multa & de horarũ cœtu, anno, & quatuor eius tēporũ ęqualitate. Sicut eñ dies nocte, ne dimidia quidem hora plus habet per totũ annũ, ſic & hęc inter ſe ex æquo dies oēs diſtribuerunt: & quod prius dicebā, nõ magnitudo crea-

A turæ & pulchritudo tantummodo creatorē demonſtrat, ſed & ipſe coagmentationis modus, & quòd eſt ſuper naturalē conſequentiā modus creationis. Naturę nēpe conſequētia erat, aquā ſuper terram ferri: nunc vero contrariũ videmus, terram ab aquis ferri. Naturæ erat conſequētia, ignē ad ſuperiora currere: nunc vero cõtrarium videmus, inferius terrā verſus cõuerſos ſolis radios, & aquas ſuper cœlos eſſe & nõ defluere: ſolem ſubtꝰ currentē nõ extingui ab aquis, nec humiditatē illā abſumere. Ad hęc diximꝰ, quòd ex quatuor elementis hoc totũ conſiſtit inter ſe contrariis & pugnantibus, & alterum alterũ non cõſumpſit, & quidē cum ſint cõſumptiua alterius alterum. Vnde manifeſtũ, quòd virtus quędam inuiſibilis hęc cohibet, & vinculũ eſt dei voluntas. Huic hodie ſermoni amplius immorari volo, ſed expergiſcimini, & B diligēter nobis intendite. Vt autem miraculum fiat manifeſtius, à corpore noſtro demonſtrationem horum faciam. Etenim corpus noſtrũ breue hoc & paruum è quatuor compoſitũ eſt elementis, calido quidē ſanguine, ſicco vero bile flaua, humido pituita, frigido vero atra bile. Et nemo nobis incongruũ hunc putet eſſe ſermonē: ſpiritualis nempe oĩa diiudicat, ipſe vero à nemine diiudicatur. Sic & Paulꝰ agricul- *1.Cor.2.d* turę rationes tetigit, de reſurrectione nobis differēs: Stulte, ĩquit, tu quod ſeminas nõ viuificatur, niſi mo- *1.Co.15.f* riatur. Si vero beatꝰ ille agriculturę rationes citabat, nec nos quiſpiā accuſet medicinales ſentētias attingentes: de dei enim creatione nũc eſt nobis oratio, & neceſſaria nobis eſt hęc ſentētiarum materia. Quod igitur antè dixi, ex quatuor his elementis corpus nobis cõpoſitũ eſt, & ſi pars à toto diſſideat, ex hoc diſ- C ſidio mors efficitur: vtputa, bile ſuperabundāte producitur febris, & ſi vltra mēſuram præualeat, finē affert celerrimũ. Rurſum frigido ſuperabũdante, paralyſis, & tremores, & apoplexiæ, & innumeri alij morbi pariuntur, & omnino quæq; ægritudinum forma ab horum elementorum ſuperabundantia naſcitur, quando vnũ ex ipſis proprios excedēs terminos, cõtra alia inſurgit, & omnem lædit ſymmetriā. Interroga igitur dicentē, quòd per ſe nata omnia, per ſe ſubſiſtunt. Si breue hoc & modicũ corpus, & medicaminibus, & medicinali ſcientia vtens, & anima interius ipſum diſponēte, & multa diſciplina, & innumerabilibus aliis auxiliis, nõ ſemper in bono ſtatu permanere valet, ſed perit, & corrũpit̃, ſępiꝰ turbatione in ipſo facta: quomodo tantus mundus, tantas habens corporum moles, & ex iiſdem compoſitus elemētis, niſi D multum prouidentię cepiſſet, tanto tēpore imperturbatus manere potuiſſet? Nec eñ cũ ratione fieri poſſet, vt prouidentiam quidē habēs interius & exterius noſtrũ corpus vix ad ſui conſeruationē ſufficiat: tantus vero mundus nulla vigēs prouidentia per tot annos nil tale patiatur quale corpus noſtrũ. Quomodo enim nullũ horũ elemētorum, quęſo, proprios tranſcēdit terminos, & reliqua omnia cõſumpſit? Quis vero ipſa ab initio cõiunxit? quis vero vſq; in tantũ tēpus cõtinet? Si eñ ſimplex & vniforme fuiſſet mundi corpus, non tam difficile fuiſſet quod dicitur: quādo autem tanta elementorum pugna fuit ab initio, quis tam demens, vt putet ſine cogente hęc per ſe conueniſſe, & coniuncta manſiſſe? Si enim nos non natura, ſed voluntate inimicè inter nos habētes ſponte non cõuenimus, donec manemus inimici, & ingratè alter ad alterũ habemꝰ: ſed alterius qui nos cõiũgat indigemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gemus,& poſtquam cõgregauerit,conſtringat, & in pace manere perſuadeat, neque rurſum reſilire: quo modo elemẽta neq; rationis neque ſenſus vlli⁹ partẽ habẽtia,& ſibi per naturam inimica & aduerſantia, conuenirent & cõgreſſa fuiſſent,& alterum cum altero potuiſſent permanere,niſi potentia quędã eſſet ineffabilis,quę cõgregaret,& cõgregata ſemper hoc vinculo cohiberet? Nõ cernis quo modo corpus hoc anima auolante defluit & tabeſcit,& perditur, & in ſuũ quodq; elementorũ reuertitur terminũ? Hoc ipſum profecto & in ipſo fieret mũdo,ſi ipſum reliquiſſet propria deſtitutum prouidentia gubernãs ipſum continue virtus. Si enim nauigium ſine gubernatore non perſiſteret,ſed facile ſubmergeretur: quomodo ſubſiſteret mundus tantũ temporis gubernãte nemine? Et ne quid plus dicam: nauigiũ,mundum eſſe puta: temonem,ſuppoſitam terram: velum,cœlum: vectores,homines: mare, ſubiectã abyſſum: quomodo igitur tanto naufragium tẽpore nõ eſſet factum? Dimitte enim nauigiũ per diem vnum abſque gubernatore & nautis,& ſtatim ſubmerſum videbis. Sed mũdus tale nihil paſſus eſt,quinq; milia & plus iam habẽs annorum. Et quid dico nauigium? Caſulam aliquis paruam in vineis cõpegit, & fructu ablato deſertã reliquit,& neque duos ſepe dies permanet,ſed ſoluitur,& breui cadit. Igitur tugurium quidem abſque prouidẽte nõ ſtaret: creatura vero tãta,tam pulchra, tam mirabilis,& leges noctis & diei,alternarũq; horarũ choreæ & naturæ curſus varius & omnimodus in terra,& in mari,& aëre,& cœlo,& plãtis,& animalibus volãtibus,natatilib⁹,gradiẽtibus,ſerpẽtibus, & in hominum genere omnibus illis validiore, tantum tẽporis abſque aliqua prouidẽtia ſtabilis permanſiſſet? Prẽterea mente mihi prata percurre,hortos,florũ genera,herbas omnes,& ipſarum ſuaueolentiam, figuras,ſitum,nomina tantũ, arbores fructuoſas & infructuoſas, metallorum naturam, animalium terreſtrium,marinorum,natatilium,per aërem meãtium, montes,ſaltus,lucos,inferius pratum,ſuperius pratũ. eſt enim in terra pratũ, & in cœlo pratum ſyderum, varij flores,inferius roſę,ſuperius iris. Vis & in auib⁹ tibi pratum demõſtrem? Conſidera pauonis corpus varium,& omnem excedens infecturam, purpurantemq; auiculas. Cogita mihi cœli pulchritudinẽ, quãtum tẽporis agit nec offuſcatum eſt, ſed velut hodie fabricatum,ita eſt nitens & ſplendidum: terrę vterus tantũ tẽpus pariẽs,quomodo nõ hebetauit virtutem ſuam. Cogita mihi fontes, quomodo ſcaturiunt, & non defecerũt ex quo facti ſunt,iugiter manãtes diebus & noctibus. Cogita mare,quot flumina ſuſcipiẽs menſurã non exceſſit. Sed quouſque incomprehenſibilia ſectamur? In dictorũ vnoquoque dicere dignũ eſt: Quam magnifica ſunt opera tua domine: omnia in ſapiẽtia feciſti. Sed quid ad hęc ſolẽt infideles dicere,quoties ipſis cõmemoramus magnitudinẽ mũdi,ornatum,abundantiam,copiam in omnibus. Hoc ipſum,inquiũt,maxima criminis eſt cauſa,quòd tam pulchrum & magnum fecit deus mũdum: niſi enim magnum & pulchrũ feciſſet,non ipſum conſecraſſemus: nũc vero magnitudine perculſi, & ipſi⁹ pulchritudinem admirati,ipſum deum eſſe putauimus. Sed vanus eſt hic ſermo: quòd enim neque magnitudo, nec ornatus impietatis ſit cauſa, ſed illorũ ignorantia,nos nil tale paſſi declaramus. Quaenim cauſa nos ipſi diuinos honores nõ decreuimus? Nónne iiſdem oculis ipſum aſpicimus? Nónne in iiſdem mũdo vtimur,quibus illi? Nónne eandẽ animã habemus? nónne idem corpus poſſidemus? nónne eandẽ calcamus tellurem? Quo modo pulchritudo & magnitudo nos eadẽ cũ illis ſentire nõ perſuaſit? Nec hinc vero tantum hoc erit manifeſtũ,ſed aliunde: quòd enim non propter pulchritudinem ipſum conſecrarunt,ſed ob propriam ſtultitiam,dicãt ſimiam qua cauſa adorauerunt,crocodilum,canem,animaliũ viliſſima? Verè euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obtenebratum *Roma.1.c* eſt inſipiens cor eorũ: dicentes enim ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. Veruntamen non ex his tantũ reſpõdebim⁹,ſed & aliud quid ampli⁹ dicemus. Hęc enim deus deſuper pręuidẽs,& hanc ipſorum occaſionem ſecundũ ſapientiam ſuam ſuſtulit: propterea nõ tantum mirabilem & magnum fecit mundũ, ſed & corruptibilẽ & marceſcibilẽ,& ipſi⁹ imbecillitatis multas inſeruit demõſtrationes: & quod in apoſtolis fecit,hoc & in toto mũdo. Quid autem in apoſtolis fe- *Act.2.g* cit? quoniã ſigna multa faciebãt, & miracula magna & mirabilia: ipſos tamen cõtinue flagellari permiſit, pelli,carcerẽ habitare,corporis morbos ſubire,in cõtinuis eſſe tribulationibus. Ne ſignorum magnitudo deos ipſos apud homines putari faceret, ꝓpterea tãtam largitus gloriã,corp⁹ eſſe mortale permiſit: multis vero valetudinarium, nec ipſorũ valetudinẽ mutauit,vt naturam inſinuaret. Nec meus hic ſermo,ſed ipſius Pauli ſic dicẽtis: Si enim gloriari voluero,non *2.Co.12.g* ero inſipiẽs: parco autem,ne quis in me putet ſupra quod videt,vel audit aliquid ex me. & rurſum, Habemus autẽ theſaurum hunc in vaſis fictilibus. Quid autem eſt,in vaſis fictilib⁹? in corpore hoc,inquit,mortali & corruptibili. Sicut eñ teſta ex luto & igne fit: ſic profecto & corpus ſanctorũ illorũ,cum ſit luteum & ſpiritalis ignis efficaciam ſuſceperit, teſta factum eſt. Et qua de cauſa hoc factum eſt,& theſaurũ talem, & gratiarũ copiã mortali & corruptibili intulit corpori? Vt ſuperabũdantia virtutis ſit à deo,& nõ à nobis. Cum enim videris apoſtolos mortuos quidẽ ſuſcitantes,ipſos vero ægrotantes,nec infirmitate ſe liberare valẽtes,manifeſte ſcies,quòd mortui reſurrectio non ex virtute ſuſcitãtis,ſed ſpiritus operatione facta eſt. Quòd enim cõtinue ægrotabant,audi quid de Timotheo dicat Apoſtolus: Vino modico vtere *1.Tim.5.d* propter ſtomachũ,& frequentes infirmitates tuas. & rurſum de alio: Trophimum autem reliqui in Mileto infirmum. Et Philippenſibus ſcribens dicebat,quòd *Phili.2.d* Epaphras ægrotauit prope mortem. Si enim & cum hęc eſſent,ipſos deos eſſe putabãt,& ſacrificare parabant dicentes: Dij ſimiles facti hominibus deſcende- *Act.14.b* runt ad nos: ſi hæc non accidiſſent,ad quid impietatis miraculis conſpectis tunc non proceſſiſſent? Sicut igitur hic propter ſignorũ magnitudinẽ & naturam eorũ in infirmitate eſſe permiſit,& continuas permiſit tentationes,ne putarẽtur eſſe dij: ſic & in creatura mũdi quiddam his ſimile fecit: etenim pulchrum ipſum & magnum fecit,& rurſum corruptibilem conſtituit. Et hęc vtraque ſcripturæ docent. Hic quidem cœlorũ pulchritudinẽ narrans,ſic inquit: Cœli enar- *Pſal.18.a* rant gloriam dei: & rurſum: Qui conſtituit cœlũ velut teſtudinẽ,& extendit ipſum quaſi tabernaculũ in terra: & rurſũ: Qui continet circuitũ cœli. Alter vero *Eccl.43.a* demonſtrans,quòd & ſi pulchrũ & magnum, tamen eſt corruptibile,ſic inquit: Initio tu dñe terram fun- *Pſa.101.d* daſti,& opera manuũ tuarũ ſunt cœli: Ipſi peribũt, tu autem

autem permanes,& omnes ſicut veſtimẽtum veterascent,& ſicut opertoriũ mutabis eos,& mutabuntur. Et iterum de ſole inquit idem Dauid: Tanquã ſponſus procedens de thalamo ſuo: exultauit vt gigas ad currendã viã ſuã. Vidiſti,quo modo ſyderis pulchritudinem ſimul & magnitudinẽ tibi ante oculos poſuit? ſicut enim ex thalamo quodã ſponſus apparens, ſic & ſol ſub auroram radios mittit,& tanquã quodã croceo velo cœlũ ornans, & roſeas faciens nubes,& ſine offenſa currẽs totũ diem,nullo curſum obſtaculo interrumpit. Vidiſti igitur ipſius pulchritudinẽ? vidiſti magnitudinẽ? Vide & imbecillitatis eius demõſtrationem. Etenim & hoc demonſtrans ſapiẽs quidã dicebat,Quid lucidius ſole? & hic deficit. Nec ex hoc tãtum ipſius imbecillitatẽ videre datur, ſed etiã in nubiũ concurſibus. Nube igitur ſæpius ſubtus currente,radios immittens,& nubẽ diſcindere conatus, non præualuit cũ eſſet nubes craſſior,nec ipſi cedere vellet. Sed ſemina,inquit,nutrit. atqui nõ ipſe nutrit ſol⁹,ſed & terrę indiget ac roris,& pluuiarũ atq; ventorum, & bonæ tẽporum diſtributionis, Et niſi hæc omnia cõcurrerint,ſuperfluus fit ſolis vſus. Hoc vero dei non eſt,ad ea facienda quæ vult,aliorũ indigere. Dei enim maxime proprium,nõ indigere. Ipſe enim non ſic è terra ſemina protulit,ſed tantũ iuſſit,& omnia germinauerũt. Et rurſum vt diſcas,quòd non elemẽtorum natura,ſed ipſius mandatũ omnia facit: ipſaq; elemẽta,quæ nõ erant produxit,& Iudæis vero *Pſal.11.c* nullius ope manna dimiſit: Panem,inquit,cœli dedit eis. Et quid dico quòd ſol ad fructũ vegetationem maturationémq; aliorum indigeat elementorũ,cum &multis ad ſui ſubſtantiã egeat,nec ipſe ſibi ſufficere poſſit? Quippe vt vadat,cœli indiget,tanq̃ pauimenti cuiuſdã ſuppoſiti: & vt luceat, aëris puritatis & tenuitatis. Quòd ſi hic prẽter modũ dẽſetur,ille lucem ſuã oſtẽdere nõ poteſt: & ne omnibus ſit intolerabilis,neq; cuncta cõburat,frigiditate rurſus eget ac rore. Cum ipſum igitur reliqua vincant elemẽta,& ipſius impotentiam emendent: vincant quidẽ ſicut nubes,& muri, & alia quædam corpora ipſius lucẽ abſcondentia: corrigant autẽ ipſius intemperantiã,ſicut rores,& fontes, & aëris frigiditates: quo modo hoc deus eſſe poteſt? Deum enim nõ indigere neceſſariũ eſt,& nulla re opus habere,& omniũ omnibus bonorum eſſe authorẽ,& à nemine prohiberi,ſicut ſcilicet de deo ait Paulus & Propheta Eſaias,hic quidem ex ipſius perſona dicens: Cœlũ & terrã ego impleo, ait *Pſal.15.a* dominus: & rurſum: Deus approprinquãs ego ſum,& non deus à longe: & rurſus Dauid: Dixi domino, deus meus es tu,quoniam bonorum meorum non eges. Paulus autem ipſius copiam nullius indigentem demõſtrans,& oſtendens quòd hæc ambo maxime dei ſunt,nullius indigere, & omnibus ipſum omnia *Act.17.f* ſubminiſtrare,ſic inquit: Deus qui fecit cœlũ & terram & mare,nullius indigens,ipſe vitã omnibus prębens,& ſpiritum per omnia. Licebat quidem & alia percurrere elemẽta,cœlum,aërem,terram, mare, & ipſorum imbecillitatem demonſtrare, & quo modo proximi quodq; indiget,& ſine hoc perit & corrumpitur. Etenim terra,ſi deficiant fontes, & humiditas tum à mari tũ à fluuiis infuſa,tota breui diſperdetur: & reliqua vero elementa alterius alterum indigẽt, & aër ſolis,ſicut ſol aëris: ſed ne prolixiorem faciamus ſermonẽ,ex dictis multas volentibus occaſiones dediſſe ſatis fuerit. Si eñ omni creatura ſol admirabilior tam imbecillis & inops eſſe iam apparet, multò magis aliæ mundi partes: quod eò dixi vt laborioſis illa præberẽ colligẽda. Ipſe de ſcripturis iterum vobis differam demõſtrans,quòd non ſolus ſol, ſed & omnis mundus corruptibilis eſt. Cum enim alterius alterum conſumptiua ſint elemẽta,& ſolis quidẽ potentiam ſuperueniẽs maior fulgiditas caſtiget, hanc autẽ viciſſim calor inualeſcens conſumat,& contrarias qualitates & diſpoſitiones alterũ in altero faciãt & patiantur elemẽta: certum quòd hæc magnæ corruptionis argumentũ prębent,& corpus eſſe quæcũque videntur. Sed quoniã tenuitate noſtra altior hic eſt ſermo,age ad dulcem nos ſcripturarum fõtem agẽtes,aures noſtras mulceamus. Non enim de cœlo & terra ſingillatim vobis dicem⁹,ſed de omni pariter creatura. Et hoc ipſum vobis demonſtrantẽ Apoſtolum oſtendemus,ſic manifeſte dicentẽ, quòd omnis creatura corruptioni nunc ſeruit, & quare ſeruit, & quãdo mutabitur,& in qualẽ tranſibit finẽ. Poſtquã enim dixit: Non ſunt condignæ paſſiones præſentis *Rom.8.d* temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in vobis: intulit,quòd expectatio creaturæ reuelationẽ filiorum dei operitur. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt,non ſponte,ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe. Quod autem dicit,huiuſmodi eſt: Corruptibilis creatura facta eſt: hoc enim eſt, vanitati ſubiecta eſt. Corruptibilis autẽ facta eſt,deo ſic iubente. Iuſſit autem ſic deus propter genus noſtrum: quoniam enim hominem nutrire debebat corruptibilẽ, & ipſa talis eſſe dedebat: non eñ corruptibilia corpora decebat incorruptibili veſci creatura. Sed inquit, non tamen talis remanet,ſed & ipſa creatura liberabit̃ à ſeruitute corruptionis: deinde demõſtrans quãdo hoc erit, & per quos,intulit: In libertatem glorię filiorum dei. Cum eñ reſurrexerim⁹,inquit,& incorrupta ſumpſerimus corpora,tunc & cœli corpus & terræ,& mundi totius incorruptum erit, & immarceſcibile. Cum igitur ſolem videris exorientem,creatorẽ admirare: quando ipſum ſe celantem & euaneſcentem videris, naturę imbecillitatẽ diſce,nec ipſum vt deũ adores. Non enim ex hoc ſolo elemẽtorum naturę imbecillitatis demõſtrationem deus inſeruit,ſed & hominibus ſeruis ſuis,vt eis imperarent,mandauit: vt ſi nec ex aſpectu ipſorum ſeruitutẽ cognoſcas,ab imperantib⁹ diſcas,quòd omnia cõſerua tua ſunt. Ideo Ioſue dicit: Stet ſol contra Gabaon, & luna contra vallem Elam. Et iterum propheta Eſaias ipſum in cõtrarium *Eſa.38.d* retrogredi fecit ſub Ezechia rege, Et Moſes quoque aëri,& mari,& terræ,& petris imperauit: Heliſæus a- *4.Re.4.b* quarũ naturã mutauit: tres pueri ignem vicerunt. Vi- *Daniel.3.* des quo modo vtrinque nobis de⁹ prouidit, per elementorũ quidem pulchritudinem nos in diuinitatis ſuę cogitationẽ inducens, per infirmitatem vero non permittẽs in illorum cadere adorationem? Super his ergo omnib⁹ ipſum noſtri gubernatorẽ glorificem⁹, nec per verba tantũ,ſed etiam per opera,& cõuerſationẽ optimã exhibeamus,& circa alia,& circa iuramẽta,continentiã dico. Non enim omne peccatum eandem exigit pœnã,ſed corrigi facilia maiorẽ afferunt: quod ſcilicet & Salomon innuẽs dicebat: Non *Prou.6.d* mirũ,ſi quis deprehenſus fuerit furans: furatur enim, vt animam ſuam impleat eſurientem: adulter vero propter inopiam mẽtis,perditionem animæ ſuæ acquirit. Quod autem dicit,tale eſt: Grauis quidem res etiã fur,ſed nõ tam grauis,quàm adulter. Ille eñ & ſi frigidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

frigidam causam habet,tamẽ ex pauperie necessitatem prętendere potest: hic vero nulla ipsum cogẽte necessitate præ dementia sola in peccati voraginem corruit.Hoc & de iurantibus dicere licet:nec eñ isti vllum habent quem pręmittant prętextum,sed contemptũ solum. Et noui quidem,quòd grauis esse videor iam & onerosus,admonitionis iugitate perturbans:veruntamen nõ desino, vt vel meã reuereriti impudentiam improba iuramentorũ consuetudine abstistatis. Si enim iudex ille immitis & sæuus,viduę vexationẽ verit⁹,mores mutauit: multò magis hoc vos facietis,& maximè cũ supplicansvobis non pro me ipso,sed pro salute vestra hoc faciã: imò vero & pro meipso nõ hoc facere negauerim: vestra enim bona puto mea esse merita.Vellẽ autẽ sicut ego nũc laboro & fatigor pro salute vestra,sic &vos animę vestrę curã gerere,certè donec adimpleta sit hęc correctio. *Luc.18.a*
Et quid opus est multa dicere?Si eñ nec gehenna esset,nec pœna contumacibus,neq; merces obediẽtibus,ego autẽ hoc aduertẽs,in gratię parte petiissem, nónne annuere debuissetis?nónne petitionẽ concedere,tam leuem petẽti gratiã?Cum vero deus ipsam petẽs propter nos dantes,nõ propter seipsum percipiẽtem hoc faciat:quis tam ingratus, quis tam miser, & ęrumnosus,vt gratiam petenti deo non impẽdat, & maximè cum ipse impendẽs gratiam recipere debeat?Hęc igitur cogitantes,& ad vos hinc recedẽtes, omnia repetite dicta,& vos ipsos obseruantes omnibus modis corrigite,vt proprioru & alienorum retributionem meritorũ recipiamus,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quẽ,& cum quo patri gloria simul & sancto viuificóque spiritui nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Gratiarum actio ad deum, de absolutione malorum ex seditione expectatorum, & eorum quæ tunc acciderunt commemoratio. Insuper vero & contra eos qui corpus nostrũ accusant,& de hominis creatione, & de vitando iuramento.

Homilia XI.

QVm præteritam tempestatem, & præsentem cogito tranquillitatem, non desino dicere: Benedictus deus qui facit omnia,& ipsa trãsmutat, qui fecit lucem de tenebris, qui deducit ad portas inferi & reducit, qui castigat & non mortificat.Et hoc vos cõtinue dicere volo,nec desistere. Si eñ ipse vobis operibus bene fecit,qua nos venia digni esse possemus,ne verbis quidẽ ipsum remunerãtes?Propterea exhortor vos nunquã cessare ipsi gratias agere.Si enim pro primis grati fuerimus,certum quòd & aliis maiorib⁹ potiemur.Dicamus igitur cõtinuè:Benedictus deus,qui & nobis dedit solitã cum fiducia vobis mẽsam apponere,& vobis prębuit secure nostros audire sermones: Benedictus deus,qñ non amplius exteriora fugiẽtes pericula, sed audire optantes huc concurrimus:non amplius cũ anxietate & tremore & solicitudinibus inter nos cõuenim⁹: sed cum fiducia omnem excutientes timorẽ,quo per superiores dies fluctuantib⁹ in medio mari,&naufragium per singulas horas expectãtibus, nihilo melius nos habebam⁹,infinitis tota die rumorib⁹ pulsati,perturbati,& vndique circumacti,& singulis satagentes diebus,& curiose sciscitãtes:quis venit è castris?quid vero veniẽs nunciauit?nunquidverũ an falsum quod dicitur?& noctes sine somno transigẽtes, & ciuitatẽ respiciẽtes cũ lachrymis tanquã mox peritura. Proterea & nos superiores hos dies tacuim⁹,oĩs ciuitas nostra erat exhausta, & omnes in solitudines trãsmi grauerant,& residui tristiciæ nube caligauerũt. Anima eñ semel tristicia repleta,nihil audire est idonea. Propterea & amici Iob,pfecti,& domus illius depopulationem cernentes,& iustum in stercore sedentẽ, *Iob.2.d* & vlceribus plenum,vestimenta sua discideruñt,ingemueruntq;,&silẽtio se tradiderunt,significãtes quod nihil à principio tam dolẽtibus opportunum, quàm requies & silentiũ:erat enim consolatione maior tristicia.Propterea & Iudæi luto & operi lateritio alli- *Exod.5.d* gati,Mosem ad se venisse cernẽtes,his quę dicebãtur attendere non poterãt præ pusillanimitate & tribulatione,quam patiebãtur.Et quid mirum,si homines quidã pusillanimes hoc passi sunt, cum & Christi discipulos in hũc morbũ cecidisse inueniamus? Post illam nanque mysticã cœnam,quãdo ipsos assumptos *Ioan.13.d* Christus seorsum alloquebatur,ab initio quidem ipsum interrogabãt discipuli,quò vadis? vt vero dixit illis mala ipsos paulò pòst exceptura,bella, persecutiones,ĩimicitias ab oĩbus,flagella,carceres, iudicia, abductiones,velut onere põderosissimo,dictorũ formidine,& futurorum tristitia,pressum tunc ipsorum cor,postea stupidum remansit:ideo confulos cernẽs ipsos Christ⁹,hoc ipsum exprobrãs dicebat:Vado ad patrẽ meũ,& nemo è vobis me interrogat, quò vadis?Sed qñ hęc locutus sum vobis,tristicia impleuit cor vestrum.Propterea nos quoq; tacuimus prætereto tempore,præsentẽ opportunitatem expectãtes.Si eñ aliquẽ rogaturus,etsi rationabilia proponere debet,temporis tamen occasionẽ expectat vt sedatum &bene affectum eum inueniat,qui petitionẽ daturus est,vt tẽporis auxilium nactus gratiam acquirat:multò magis dicentẽ tẽpus quęrere cõmodum oportet, vt apud bene affectum auditorẽ,& omni cura liberatũ & tristicia,verba faciat:quod profecto & nos nũc fecimus,& postquã tristiciam excussistis,prius dictorum memoriã renouare volumus,vt sermo vobis fiat manifestior.Quod enim & in mundi creatione diximus,quòd non pulchrũ tãtum & mirabilẽ & magnũ deus fecit ipsum,sed etiã infirmũ & corruptibilẽ, & horum rursus multas inseruit demõstrationes,vtraq; ad vtilitatẽ nostram dispẽsans: & per pulchritudinẽ quidem in cõditoris miraculũ nos inducẽs,per infirmitatẽ vero à colẽda nos abducẽs creatura:hoc &in corpore nostro videre datur euenisse:etenim de hoc quoq; quęrũt &veritatis inimicorũ multi,& nobiscũ positorum,qua de causa hoc corruptibile & mortale factũ sit.Gentiliũ vero & hæreticorũ multi, ne factũ quidẽ à deo dicũt:indignũ eñ dei creatione esse putãt,sordes & sudores & lachrymas & labores & ęrũnas,& alia corporis oĩa percurrẽtes.Ego autẽ postq̃ de his cœptus est sermo,primum quidem illud dicere possẽ:Ne mihi,pponas hominẽ hunc pręuaricatũ, honore priuatũ,dãnatũ.Sed si vis discere, quale nobis ab initio de⁹ finxerit corpus,in paradisum eamus, & ab initio factũ hominẽ videamus.Non eñ sic erat corp⁹ illud corruptibile & mortale,sed tanquã aurea statua de fornace,pgressa recẽter,& splẽdide fulgẽs: sic omni tali corruptiõe illud corp⁹ absolutũ erat: & neq; labor vexabat,neq; sudor nocebat,nec curę insidiabãtur,nõ obsidebãt tristicię,neq; aliud quicquã quod lęderet,patiebatur.Postquã vero nõ moderatè fœlicitatem tulit,sed benefactorẽ homo contumelia affecit,& fallacẽ putauit dęmonẽ esse gubernatorẽ, deóque

deóque qui se in honore cõstituerat,fide digniorem, & deus fieri sperauit,& maiorẽ propria dignitate cẽ cepit opinionem:tunc profecto tũc & per ipsa deus opera ipsum erudiens,corruptibilẽ &mortalem reddidit,&his multis obuinxit necessitatib⁹,nõ perosus, neque auersatus,sed cõsulens & improbam pestilentemq; illam ab initio nascentem superbiã prohibẽs, nec vlterius procedere permittẽs,sed per ipsam rerũ experientiam monens eum,quòd mortalis & corruptibilis esset,& ita persuadẽs,vt nunquã talia cogitaret,aut somniaret.Etenim diabolus dixerat,Eritis velut dij.Hanc igitur volens sententiã radicitus euellere,morbosum ipsius & ęrũnosum corpus effecit, per ipsam docens naturam,ne vnquam talem cõciperet cogitationẽ.Et quòd hoc sit verum, maximè quidẽ & ex gestis circa ipsum est manifestũ:post illam enim expectationem huic damnatus est pœnę.Et cõsidera mihi dei prudẽtiam,nõ ipsum mori primum permisit,sed hoc eius filiũ pati,vt ante oculos tabescẽs corpus intuitus &marcescẽs,magnã ex hoc aspectu philosophiæ disciplinam caperet.Et disce,quid actũ est, & ita bene correct⁹ hinc discede.Maximè igitur,quod dixi,& ex iam gestis hoc manifestũ est.Nec min⁹ vero & ex aliis post hæc dicẽdis apertum erit.Si eñ tali corporis necessitate nos vinciẽte,& omnibus morientibus,corruptionẽq; patientibus,&marcescentibus ante omniũ oculos,& putrescẽtibus in puluerẽ, & philosophis vnã eandemq; hominum generis cõpletiuam definitionẽ faciẽtibus: interrogati nanque quid tandẽ sit homo:Animal rationale, mortale, dicũt.Si igitur omnibus hæc cõfitẽtibus,ausi sunt quidam se immortales facere apud multorũ opiniones, & oculis mortẽ testificantibus,vt dij prædicari contenderunt,& vt dij culti sunt:nisi prodiisset mors,naturæ mortalitatẽ omnes docens & corruptibilitatẽ, ad quid impietatis nõ prorupissent hominũ plurimi? Audi itaque quid dicat propheta de quodã Barbaro *Esa.14.d* rege tali furore capto:Super astra dei exaltabo soliũ meũ,& ero similis altissimo.Ipsum vero deridens, & demõstrans finẽ,inquit:Subter te sternetur tinea, & operimentum tuũ erunt vermes. Quod autem dicit, tale est:Homo talem expectãs finẽ,talia cogitare ausus es?Et de alio iterũ,Regem dico Tyriorũ talia pa- *Eze.28.b* rantem, & deũ se haberi volentem:Tu vero, inquit, non es deus,sed homo,& te pungẽtes hoc dicẽt.Itaque à primordiis superbię & idololatrię materiã auferẽs,deus tale nobis corp⁹ parauit.Et quid miraris, si in corpore hoc factum est,cũ &in anima videre liceat tale quid gestũ?Mortalem nempe deus non fecit,sed immortalem esse permisit:obliuioni autem & ignorantię & tristitię, & curis obnoxiã ipsam reddidit: & hoc fecit, ne ad propriam generositatẽ respiciens, maiorem propria dignitate opinionẽ concipiat.Si enim cũ hęc ita sint,quidam dicere sunt ausi, q̃ substantiæ dei est, si ab his esset absoluta passionibus,ad quid furoris isti nõ processissent? Verũtamen quod in creatione mundi dicebã, hoc & in corpore dico,quòd similiter propter hæc vtraque deũ admiror,& quòd corruptibile ipsum fecit,& quòd in corruptione propriã virtutẽ & sapientiã demonstrauit. Quòd enim melioris ipsum materiæ facere poterat, ostẽdit ex cœlesti corpore,& solari.Qui eñ illa fecit talia,& hoc tale facere,si voluisset,potuisset.Sed ĩfirmitatis causa est prędicta occasio.Non tamẽ hoc mirabilem vim creatoris deterit,sed etiã amplius intendit:materiæ enim vilitas magis demonstrat artis copiam & facultatem: quoniã in luto & fauilla tantam posuit harmoniã,& tales sensus tam varios & omnimodos,& tantũ philosophari valentes.Itaque quanto magis substantiæ tenuitatem accusas,tanto magis dei artis magnitudinẽ admirare. Quoniã & statuarium admiror,non tam ex auro pulchrã facientẽ statuam,quàm ex luto dilabẽte mirabilem & inexcogitabilem figmenti pulchritudinẽ artis facultate exhibere valentẽ.Illic enim fingenti materia quoque cõfert:hic vero nuda est artis ostẽtatio. Tu vero si discerevis,quãta sit eius qui nos creauit sapiẽtia,cogita quid ex luto fiat.Quid autẽ aliud quàm lateres & tegulæ?Veruntamen optimus artifex deus ex materia vnde fit tegula lateritiũ opus dũtaxat,oculũ tam pulchrũ efficere potuit,vt omnes cernentes consternẽtur,& tantam huic vim inserere,vt aëris tantã altitudinẽ spectet,& exiguę pupillę adiutorio tot corpora cõprehendat,& montes,& saltus,& colles,& maria, & cœlũ.Ne mihi dicas igitur lachrymas & lippitudines:hoc enim propter peccatũ tuum factum est: sed cogita ipsius pulchritudinem & videndi virtutẽ, & quo modo tantam aëris longitudinẽ percurrens, nõ laborat,neque fatigatur.Sed pedes quidẽ paululum progressi fathiscũt & lassantur: oculus vero tantã altitudinem permeans,tantamq; latitudinẽ, nullã sentit imbecillitatem:quoniam enim omniũ membrorum hoc est maxime necessariũ, ipsum labore premi non permisit,ita vt expeditũ ipsius ministerium,&liberum nobis esset.Quis vero omnẽ mẽbri huius virtutẽ sermone differere posset?Et quid de pupilla, videndiq; facultate dico? si enim quod omniũ vilissimum esse videtur membrorũ,oculi palpebras exquisieris tãtummodo,& in his multam dei creatoris sapientiam videbis.Sicut enim in spicis aristæ tãquam quędam prętenta spicula aues repellunt, non sinẽtes fructui insidere, & stipulam infirmiorẽ diffringere: sic profectò & in oculis,velut quędã aristę & spicula prætentę sunt palpebrarũ setæ,puluerem & festucam & omnia vexãtia extrinsec⁹ repellẽtes ab oculis,nec palpebras infestari sinẽtes.Videas autẽ& alteram sapientiam in palpebris hac nõ inferiorem.Quis enim ipsum situm non obstupescat,quoniã neq; vltra mẽsuram promisse sunt,ita vt oculos obtenebrẽt,neque quàm opus est interius resident:sed velut domus tectum,sic superne eminent,sudorẽ capite defluentem susципientes,nec oculos lędere permittẽtes.Propterea quidẽ & sætę ipsis innatę sunt, densitate defluentia coercentes,&multa lucem diligentia protegẽtes, & afferentes multam oculis pulchritudinẽ.Nec hoc tantum quis admirari posset, sed & aliud non minus quàm hoc.Qua enim de causa,dic mihi, capitis quidem capilli crescunt & detondẽtur,ciliorũ vero minime?Neq; enim hoc nobis temerè & casu factũ est, sed ne se demittentes oculos obtenebrarẽt:quod ad profundum deducti senium patiuntur. Quis autem posset sapientiam omnem per cerebrũ demõstratam cõmemorare?Primo quidẽ ipsum molle fecit, quoniã sensibus fontes omnib⁹ ministrat:postea ne propter propriam lædatur naturã, ipsum ossibus vndiq; muniuit:rursum ne ossium asperitate attritũ vexetur, membranam mediam obtendit,nec vnam solã, sed & alteram,vnam quidem caluarię inferius subextendẽs,alteram vero superne cerebri carni circumuoluens,& est illa hac durior.Hoc autẽ fecit tum propter com-

ter commemoratã cauſam,tum vt illatas capiti pla-
gas nõ primum excipiat cerebrum,ſed pręoccurren-
tes huiuſmodi membranę ictibus nocumentũ omne
diſſoluãt,& illęſum ipſum conſeruent.Quin & quod
non continuetur & vnum ſit os ipſum obtegens, ſed
multas ex multis partibꝰ habeat ſuturas,multę rurſum
ſecuritatis ipſi fit materia.Et vaporũ enim ipſum cõ-
tinẽtiũ facilis per ſuturas illas exteriꝰ fieri poteſt re-
ſpiratio, ita vt nõ ſuffocetur,& ex plaga quę alicũde
inferatur,nõ vbique ſit nocumentum.ſi enim ſolum
& cõtinuum os eſſet, in vnam partẽ delata plaga to-
tum lęſiſſet:nũc autem cum in multa diuiſum ſit,hoc
fieri nõ poſſet.Et ſi enim vnam partem vulnerari ac-
cidit,os ſecus illam partẽ ſitum lęditur ſolũ, reliqua
vero cuncta remanẽt illęſa plagæ iugitate ex oſſium
diuiſione ſublata,nec in proximam extendi valente.
Propterea ex multis ipſius tegumẽ oſſibus deus cõ-
poſuit:& ſicut domum aliquis ædificans, tectũ & te-
gulas ſuperimponit:ſic ſupra caput deꝰ oſſa locauit,&
capillos fecit germinare;vt pro quibuſdã galeris ca-
piti eſſent.Hoc ipſum profecto &in corde fecit.Qm̃
enim cor mẽbrorum noſtrorũ principaliſſimum eſt,
& totiꝰ vitę noſtrę firmitas eſt ipſi tradita,& ipſo quo
modocũque percuſſo naſcitur mors, ſolidis & duris
oſſibus hoc vndiq; circũmuniuit, & pectoris promi-
nẽtiis & tergi ipſum poſterius muniẽs:& quod in ce-
rebri mẽbranis fecit,&in hoc idem factũ eſt.Ad hoc
enim ne cõtinue ſaliens,& in ira huiuſmodiq; moti-
bus palpitans,oſſium aſperitati circunſtantium infli-
gens cõteratur & doleat, multas membranas ſubex-
tẽdit,& pulmonem ſuppoſuit,velut molle quoddam
ſtratum ipſius ſaltibus apponens,vt impune erũpens
ex hoc nihil noxiũ patiatur.Et quid dico de cerebro
&corde,cũ vtiq; ſi quis vel de ipſis vnguibus inueſti-
get, multã & in his dei ſapientiã inuenire valeat ap-
parẽtem,tum ex ipſorũ forma,tum ex ſubſtãtia & ſi-
tu?Licebat dicere,quare & magnitudine impares no
bis digiti ſint,& multa alia his plura:ſed ſufficiẽter ex
dictis attẽdere volentibus creatoris noſtri ſapientia
dei refulget.Propterea partem hãc laborioſis relin-
quens exquirendã cum diligentia,ad aliam conuer-
tar oppoſitionem.Multi nanque præter dicta,&illud
contradicunt:quid tandẽ ſi brutorum rex eſt homo,
& robore & agilitate & celeritate multa ipſum ſupe-
rant animalia?Etenim homine velocior equus,& to-
lerãtior bos, & leuior aquila,& fortior leo.Quid igi-
tur ad hęc dicere poſſumꝰ?quòd & hinc maxime dei
ſapiẽtiam cognoſcimus,& honorem,quo nos deco-
rauit.Velocior quippe equꝰ eſt homine,ſed ad pere-
grinationis velocitatẽ equo cõmodior homo.Equus
nempe, quãuis omnium velociſſimus & fortiſſimus
ſit,vix ducẽta ſtadia currit:homo autẽ multos ex ſuc
ceſſione equos conſcendens & duo ſtadiorum milia
expedire poterit.Itaq; quod illi velocitas,huic ratio
& ars cũ maiori tribuit ſuperabundãtia : & velocio-
res quidem pedes homo non habet quàm ille,habet
vero pedes illius nõ minꝰ quàm ſuos ſibi miniſtrãtes.
Brutorum enim nullum animal aliud ad vſum ſuum
ſubiugare poterit:homo autem omnia aggreditur,&
per variam artẽ à deo ſibi traditam,ad vſum ſibi ma-
xime conuenientem animalium quodque ſubigit. Si
vero tam fortes hominum pedes quàm equorũ fuiſ-
ſent,ad alia fuiſſent inutiles, ad locorũ difficultates,
& montium vertices,& arborũ aſcenſiones. Vngula
enim ad talia greſſꝰ impedire ſolet.Itaq; etſi mollio-

A res ipſorũ pedes,tamen pluribus opportuni ſunt vti-
litatibus,& nihil ex infirmitate lęduntur,equi virtute
ſibi ſeruiẽte,&per greſſus varietatẽ pręcellunt. Rur-
ſum eſt aquilę leuior ala,ſed eſt mihi ratio & ars , per
quam poſſum omnia volãtia detrahere animalia , &
capere.Si vero vis & alam meã videre , habeo quàm
illa multo leuiorem,non vſque ad ſtadia decem , vel
viginti, necvſque ad cœlum,ſed ſuper ipſum cœlum
euolãtem & ſuper cœlũ cœli ſuperiorẽ,vbi eſt Chri-
ſtus in dextera dei ſedẽs.Bruta rurſũ corporea gerũt
arma:puta bos cornua,dentes aper,vngues leo.Mihi
vero nõ in corporis natura deꝰ arma repoſuit,ſed ex-
tra corpꝰ,demõſtrans quòd animal mite ſit homo,&
ꝗ nõ mihi ſemper horũ tẽpus armorũ: etenĩ frequẽ-
ter quidẽ ipſa depono,nõnunquam autẽ manibꝰ ſu-
mo:vt igitur liber,&abſolutus ſim,ne ſemper geſtare
B cogar arma,naturę ſeparata meę fecit ipſa deꝰ. Non
enim tãtum,quia naturam habemus rationalẽ,bruta
ſuperamus,ſed & corpore ipſis pręſtamus:& hoc enĩ
animę generoſitati cõueniens deꝰ pręparauit,& mã-
datis idoneũ:etenim corpꝰ tale nõ ſimpliciter fecit,
ſed quale decet eſſe rationali naturę miniſtrãs.Quod
niſi tale eſſet,vehemẽter impeditę fuiſſẽt animę ope-
rationes.Et hoc ex ægritudinibus manifeſtũ.Si enim
modicum quid à propria cõſtitutione auertatur ipſe
carnis ſtatus,multæ ex animæ operationibus impe-
diũtur,puta ſi calidius vel frigidiꝰ cerebrũ fiat. Itaq;
& ex corpore multam dei prouidentiã cernere licet,
non tantũ,quoniã ab initio ipſum melius quàm nũc
eſt,deus fecit,ſed quoniã & ad gloriam multo maio-
rem rurſum reſuſcitabit.Si vero & aliũde diſcere vis,
quantam deus ſapientiam circa corpus demõſtraue-
C rit,dicam hoc,quod omniũ maxime Paulus admira-
ri cõtinue videtur.Quid autem hoc eſt ? Membra al- 1.Co.12.d
terum alteri pręſtare fecit,nõ in iiſdem , ſed hęc qui-
dẽ in pulchritudine,hæc vero fortitudine præualere
ſtatuit:puta,pulcher oculꝰ,ſed fortiores pedes:ſpecio-
ſum caput,ſed dicere nõ poteſt pedibus, vobis opus
nõ habeo:hoc &in brutis cernere licet.hoc &in tota
vita videre datur.Rex igitur ſubditis opꝰ habet,ſub-
diti rege,ſicut caput pedibꝰ.Et rurſum in brutis,hæc
quidẽ ſunt fortiora,hæc autem ſpecioſiora:hęc qui-
dem nos delectant,hæc vero nutriunt,hęc autẽ ami-
ciunt:puta,delectat quidẽ pauo,nutriunt autem aues
& ſues:oues autẽ veſtiunt & caprę,collaborant vero
bos & aſinus.Sunt autem & alia,quę horum quidem
nihil prębent,exercent autẽ virtutem noſtram,vt fe-
ræ venatorũ augent fortitudinem , & timore genus
D noſtrũ erudiunt,& cautius reddũt,nec modicum ad
medicinam tributũ nobis de propriis cõferunt mẽ-
bris.Itaq; cum tibi quis dixerit,quo modo ſit bruto-
rũ dominus,qui timet leonẽ?Reſponde,quòd ab ini-
tio non ita ſe res habebãt,quoniam apud deum pro-
babiles erant homines,quãdo in paradiſo moraban-
tur: ſed poſtquam dominũ offenderũt, ſeruus factus
ſum obnoxius,nõ tamen omnino , ſed habeo aliquã
artẽ,per quam feras ſupero.Sic & in domibꝰmagnis
vſu venit,vt filij,quãuis generoſi ſint , tantiſper dum
ſunt parum abſoluti ſeruorũ multos formident:cum
autem & peccauerint,multo magis anxietas intẽda-
tur.Hęc & de ſerpẽtibus &ſcorpiis,&viperis licet di
cere,quòd ꝓpter peccatũ nobis ſunt terribiles. Nec
vero tantũ in corpore noſtro,membriſq́; differenti-
bus,& in brutis:verum & in arboribus varietatẽ hãc
ſpectare licet, & omniũ viliſſimã ſæpe videas maio-
rem ſupe-

rem ſuperare,nec omnia in ſingulis eſſe,vt omnia no
bis ſint neceſſaria , & variam domini nouerimus ſa-
pientiam.Noli igitur deum propter corporis corru-
ptionẽ accuſare , ſed propter hoc magis ipſũ adora,
& ſapientiam & prouidentiã ipſius admirare.Sapiẽ-
tiam quidem, quoniam in tam corruptibili corpore
tantam ſcit harmoniam exhibere. Prouidentiam ve-
ro,quoniam ipſum corruptibile ad animæ fecit vtili-
tatem,vt ipſius tumorem comprimat,& ſuperbiã ca-
ſtiget. Quare igitur nõ ab initio ipſum tale fecit deꝰ,
inquit aliquis?Excuſans ſe tibi per ipſa opera, & tan-
tum non dicens per euentum:ego quidem te ad ma-
iorem vocabam honorem : tu vero teipſum munere
indignum reddidiſti,paradiſo excidens: veruntamẽ
neque ſic te deſpiciam, ſed tuum peccatum corrigẽs
in cœlum reducã . Etenim propterea te tabeſcere &
corrumpi tantum tẽporis dimiſi, vt in tẽporis proli-
xitate ſtabilis tibi fiat humilitatis diſciplina , & nun-
quã priorẽ reſumas mentẽ.Pro his omnibus igit̃ gra-
tias agamus benigno deo,& pro tali dilectione grati
ſimus,gratitudine nos viciſſim iuuãte: & mandati,de
quo vobis ſæpius diſſerui, ſtudium habeamus inten-
tum.Neq; enim deſiſtam,donec emendemini.Quo-
niam hoc non quæritur nobis,paucíſne an multis v-
tar admonitionibus, ſed vt eò vſq; moneam , donec
vobis perſuaſero.Iudæis quidem deus per Prophetã
Eſa.58.a dicebat : Si ad iudicia & contentiones ieiunatis , vt
quid ieiunatis?ꝓ nos vero vobis dicit,Si ad iuramẽta
& periuria ieiunatis,vt quid mihi ieiunatis?Quomo-
do enim ſacrum videbimus Paſcha? Quomodo ſan-
ctum ſuſcipiemus ſacrificium ? Quomodo mirabili-
bus cõmunicabimus myſteriis lingua illa,qua dei le-
gem conculcauerimus?lingua illa,qua animam con-
taminauerimus ? Si nemo nanq; purpuram regalem
manibus accipere inquinatis auderet, quomodo do
minicũ corpus lingua polluta ſuſcipiemus?Iuramen-
1.Cor.6.c tum enim maligni, ſacrificiũ vero domini . Quæ igi-
tur communicatio luci ad tenebras, vel quæ conue-
nientia Chriſto ad Belial ? Quòd igitur hac liberari
impietate ſtuduiſtis, manifeſte ſcio : ſed quoniam ſe
quiſque per ſeipſum nõ facile emẽdare poteſt,facia-
mꝰ ſodalitia & collationes:& quod in conuiuiis pau-
peres faciunt,quoniam nõ poteſt quiſque ſolus con-
uiuium exhibere perfectum,conuenientes omnes ex
ſymbolo conuiuium conferũt: hoc & nos faciamus,
poſtquã per noſipſos torpidi ſumus, collationes fa-
cientes, inter nos conſilium ſpõdeamus conferre, &
monitionem, & exhortationem , & increpationem,
& minas , vt ex ſingulorum ſtudio omnes recte aga-
mus. Quoniam enim proximorum res acutius vide-
mus quàm noſtras,nos alios cuſtodiamꝰ, & noſtri il-
lis cuſtodiam mandemus,& hoc pulchrum faciamus
certamen , vt ita turpem hanc conſuetudinem ſupe-
rantes, cum fiducia ad ſanctam veniamus ſolennita-
tem,& ſancti participes ſimus ſacrificij cũ beata ſpe,
& conſciẽtia bona,gratia & benignitate domini no-
ſtri Ieſu Chriſti,per quem,& cũ quo patri gloria vnà
cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum,Amen.

Ad deum gratiarum actio pro accepta venia commiſſorum contra Regem:naturalis de mundo ſermocinatio : & quòd hominem creans deus legem ipſi naturalem indidit : & de iuramento omni diligentia vitando.

Homilia XII.

Tomus quintus.

A ET heri dixi benedictꝰ deꝰ, & hodie hoc ipſũ
rurſus dicam.Etſi enim grauia pręterierunt,
tamen grauium memoria ne prętereat, non
vt doleamus,ſed vt gratias agamus . Si enim malorũ
memoria manſerit , malorum experientia nunquam
vrgebit.Quid enim experiẽtia opus eſt, cum memo-
ria nos corrigat? Sicut igitur ſubmergi nos deus non
permiſit præſentibus procellis,ſic neq; noſipſos illis
ſublatis reſolui ſinamus.Conſolatus eſt nos tũc mœ-
rentes,gratias ipſi nũc lętantes,agamus:cõſolatus eſt
ſuſpirantes neq; deſeruit,igiĩ neq; noſipſos proſpere
agẽtes prodamus in torporẽ declinãtes:nam ſcriptũ
eſt:Recordare tẽpus famis in die ſatietatis.Recorde- Eccl.28.e
mur itaq; temporũ tẽtationis & nos in die remiſſio-
nis,quin & in peccatis hoc ipſum faciamꝰ . Et ſi pec-
caueris,& tibi peccata deus remiſerit, veniam quidẽ
B ſuſcipe,& gratias age:peccati vero ne obliuiſcere,nõ
vt teipſum cogitatione conſumas,ſed vt animam do-
ceas non laſciuire,neq; rurſum in eadẽ relabi. Sic &
Paulꝰ fecit.Cum enim dixiſſet:fidelẽ me exiſtimauit, 1.Tim.1.e
ponẽs in miniſterio,intulit:qui prius blaſphemus fui
& perſecutor,& cõtumelioſus.Traducat, inquit, vi-
ta ſerui,vt appareat humanitas domini.Etſi enĩ pec-
catorum veniã accepi , non tamen eiicio peccatorũ
memoriam.Nec hoc ſolum domini benignitatẽ de-
monſtrabat, ſed & illum clariorẽ faciebat . Cũ enim
didiceris quis prius fuerit, tũc ipſum magis admira-
beris:& cũ videris ex quo quis factus fuerit, tũc ipſũ
magis acceptabis:& ſi multum peccaueris , mutatus
inde bonorum ſpem habebis:nam præter dicta,& in
deſperatione poſitos exemplum nos allicit, & exur-
gere facit.Quod quidẽ & in ciuitate noſtra erit.Om-
C nia enim quæ contigerunt , & virtutem veſtram de-
monſtrant,qui per pœnitentiam tantũ iræ depellere
potueritis:& dei clementiã prædicant,qui ob modi-
cam conuerſionem tantam nubem imminẽtium ab-
ſtulit: in deſperatione quoq; poſitos omnes excitãt,
diſcentes ex rebus noſtris,ad ſublimia & ad dei auxi-
lium reſpicientẽ, quãuis infiniti vndiq; fluctꝰ obſtre-
pant,ſubmergi non poſſe.Quis enim vidit,quis audi-
uit vnquam noſtris caſibus ſimilia? Quotidie ciuita-
tem noſtram cum ſuis habitatoribus funditus tollen-
dam eſſe ſuſpicabamur: ſed cum diabolus nauigium
ſubmergere ſperabat , tunc purã reddidit deus tran-
quillitatẽ.Ne igitur obliuiſcamur magnitudinis ma-
lorum, vt beneficiorum à deo collatorum magnitu-
dinem recordemur.etenim morborum naturam ne-
D ſciens, medici artem nunquã ſciet . & pueris noſtris
hæc dicamꝰ,& in mille mittamꝰ generationes,vt om
nes diſcant , quomodo diabolus & ciuitatis ſolũ de-
lere ſtuduerit,& quomodo ipſam deus lapſã & iacẽ-
tem rurſus erigere , néve vllũ fieret nocumentũ pro-
hibere potuerit,ad hoc & timorẽ ſuſtulerit,& repule
rit cũ multa celeritate periculum. etenĩ hebdomada
pręterita ſubſtãtias diripi oẽs expectabamus,& mili-
tes nobis immitti,& infinita alia mala ſuſpicabamur,
ſed ecce illa omnia prætererũt,tanquã nubes, & ve-
lut vmbra præteriens, & ſola calamitatũ expectatio-
ne puniti ſumus:imò vero nec puniti ſumꝰ,ſed corre-
cti & meliores facti:quia deꝰ imperatoris cor emolli-
uit.Deus igitur ſemper &quotidie:Benedictus deus;
& cum maiori ſtudio ſynaxi vacemus,& curramꝰ ad
eccleſiã,vnde vtilitatẽ tantã accepimus. Scitis enim
ab initio quò confugiſtis,quò cõcurriſtis,vnde facta
nobis eſt ſalus.Teneamus igitur ſacram anchoram,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut in tẽpore periculorũ nos non prodidit,sic neq; nos ipsam in tẽpore remissionis relinquamus: sed cũ cura maneam⁹,& quotidie faciamus cõuẽtus precẽsq;,& diuina audiamus eloquia:& quod impẽdebam⁹ ocium satagentes,& curiose scisciantes,circũcurrẽtes è castris profectos,p instantibus malis curã gerẽtes,hoc omnes diuinas leges audiendo impẽdamus: nõ autẽ in importunas & inutiles exercitationes, ne rursus in illius negocij necessitatem nosipsos redigamus.Tribus igitur præteritis diebus vnum diuinę cognitionis modũ quærebamus, ipsumq; in finẽ dedu-
Psal.18.a ximus,interpretantes, quomodo cœli enarrant gloriam dei:& quale tandẽ sit Pauli dictũ quòd inuisibi-
Rom.1.c lia ipsius à creatura mũdi p ea quæ facta sunt,intellecta conspiciũtur.Et demõstrauim⁹,quomodo à creatura mũdi,& quomodo per cœlum & terrã & mare creator glorificat. Hodie vero paulisper in hãc rursum philosophati materiã, ad alium transibimus sermonem:non enim tantũ fecit mundum,sed etiam vt factus operaretur, effecit: neq; totũ immobilem dimittẽs, neq;totũ iubẽs moueri. Sed cœlũ quidẽ immotum permansit,sicut Propheta inquit: Qui statuit
Psa.103.a cœlum tãquam testudinem,& extẽdit ipsum tanquã tentorium super terrã. Sol vero cum reliquis syderibus quotidie circunuoluit.Et rursum terra fixa est, aquæ vero semper mouentur:nec aquæ tantum,sed & nubes,& imbres cõtinui & successiui tẽpore proprio redditi. Et vna quidẽ imbrium natura, diuersa vero quæ ex ipsis fiunt.Etenim in vite vinũ fit pluuia,oleũ in olea, & aliis plantis in illarum humores mutatur. Et vnus quidem terræ venter, sed differentes profert fructus:& vnus quidem solaris splendoris calor, sed differenter omnia maturat:hæc quidem tardius,hæc vero citius ad consummationem deducẽs. Quis hęc non obstupescat & admiretur?imò vero nõ hoc solũ est admirabile, quòd varium ipsum & differentẽ fabricauit, sed etiam quòd ipsum omnibus communẽ proposuit,& diuitibus & pauperibus, & peccatorib⁹
Matt.5.g & iustis.Quod vtique & Christus dicebat, quòd solẽ suũ oriri facit super bonos & super malos, & pluit super iustos & iniustos: & infinitis ipsum animalibus implens:& naturales brutis inserẽs mores,hos quidẽ imitari,hos vero fugere nos iussit.Verbi gratia:Industria est formica,laboriosam facit operationẽ. Si igitur attendas, maximã ab animali capies admonitionem,vt non emolliaris, néve fugias labores & sudores:propterea & scriptura torpentem ad illam mittit dicens:Vade ad formicam ô piger,& considera vias eius,& disce sapientiam.Non vis,inquit,ex scripturis
D discere,quòd bonum est operari, & quòd nõ operãs neque mãducare debet? nõ vis à doctoribus hoc audire?disce hoc à brutis.Sic & in domib⁹ sępe facim⁹. Maiores,& qui vidẽtur esse præstantiores,cũ peccauerint,puerulis solertib⁹ attẽdere exhortamur, dicẽtes:Respice minorẽ te,quã est industrius & solers.Et tu igitur ab hoc animali maximã cape sedulitatis exhortationem,& dominũ tuum admirare, non quòd solem fecit tantum & cœlũ,sed quoniam vtique formicam fecit.Etsi enim breue animal, habet tamẽ sapientiæ dei magnitudinis multam demonstrationẽ. Considera igitur quàm sit prudẽs,& admirare, quomodo potuit deus in tam breui corpore tãtam iugis inserere operationis cupiditatẽ. Ab hac quidem laboriositatem,ab ape vero munditiam, & solertiã discę & charitatem.Etenim illa nõ magis sibiipsi quàm A nobis laborat,& quotidie fatigat: qđ maxime Christiano proprium est,non sua quærere,sed quæ sunt aliorum. Sicut igitur illa circunuolat omnia prata vt promptã alteri præparet mẽsam: sic & tu fac homo, siue pecunias congreges,in alios expẽde:siue doctrinæ verba habeas,ne defodias, sed apponas indigẽtibus in medium:siue aliud peculiare habeas,indigẽtibus laborum tuorum vtilis fias.Nõ cernis,quòd propterea animaliũ gloriosissima est apis, nõ quia laborat,sed quoniam aliis laborat?Quoniam & aranea laborat,& fatigatur,& tenues per parietes extẽdit texturas,omnẽ mulieris sapiẽtiã excedẽtes,sed est ignobile animal,quoniã opus eius nobis nullatenus est vtile.Tales sunt sibi laborãtes,& se defatigãtes.Imitare colũbæ simplicitatem,sectare asini & bouis in dominum dilectionem,imitare auiũ securitatem:multũ enim lucrari licet à brutis ad morũ correctionẽ. Ex
B his Christus quoque nos animalibus instruit: nã ait, Estote prudẽtes sicut serpẽtes: & simplices sicut co- *Mat.10.b*
lũbæ.Et rursum:Respicite volatilia cœli, quæ nõ seruntneq; metunt,& pater vester cœlestis pascit ea.Et propheta vero pudefaciẽs ingratos Iudæos,sic quo- *Esa.1.a*
dam modo inquit: Agnouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe domini sui,Israël autẽ me nõ agnouit. *Hier.8.b*
Et rursum:Turtur & hirundo agri auiculæ cognouerunt tẽpora ingressus sui:populus vero meus non cognouit iudicia domini dei sui. Ab illis, & ab his animalibus disce virtutẽ exercere: à contrariis vero viciũ fugere disce.Sicut eñ laboriosa res apis, sic pernicioſa aspis:malitiã igitur eius auerseris, ne audias: *Psal.13.b*
Venenum aspidũ sub labiis eorum.Impudẽs rursum canis, odio quoq; habeas hanc improbitatẽ.Dolosa
C & fraudulẽta vulpes,ne viciũ imiteris. Sed sicut apis pratis superuolans,nõ omnia legit, sed vtilibus sumptis reliqua omittit: ita tu quoq; facias, brutorũ genus percurrẽs si quid inest vtile,ab illis sume,& quos habẽt à natura excessus,hos tu per liberũ corrige arbitriũ,& per hoc enim à deo honoratus es,quòd naturales brutorum nequitias per liberum arbitriũ tibi emendare concessit,vt præmia consequaris. Illis eñ nõ ex electione & ratione bona opera, sed à sola natura.Verbi gratia: Apis mellificat, nõ ratione ad hoc faciendum inducta,sed à natura instituta:quoniam si esset op⁹ nõ naturale,neq; toti generi attributũ,oportebat oĩno ex ipsis aliquas artis inexpertas esse: nũc vero ex quo factus est mũdus,vsq; in præsentẽ diem nemo vidit apes cessantes & non mellificantes.Talia enim naturalia totius generis cõmunia sunt: quæ vero ex libero arbitrio,non sunt communia:labore eñ
D indigent vt bene succedãt. Omnia igitur optima capiens circumamiciaris: etenim es irrationalium rex: reges autem,si quid est in subditis optimum, siue aurum,siue argentũ,siue lapides precioſi,siue sumptuosa vestimenta, hæc cum superabundantia ipsi possident:& ex creatura dominum tuũ admirare.Si quid vero te excedit visibilium,& rationem inuenire non potes,propterea creatorem glorifica, quoniam mẽtem tuam ipsius sapientia factorũ excedit. Ne dicas, quare hoc?ad quid hoc?vnumquodq; enim vtile est, etsi nos rationẽ ignoramus.Sicut quippe si in medici officinã ingrediaris,&multa proposita videas instrumenta, varietatem instrumentorum admiraris,licet ipsorum nescias vsus:sic & in creatura facias,& si videris multa animalium & herbarum, & aliarum rerũ quarum vtilitates nescias, admirare ipsarũ varietatẽ, & ob-

& obstupesce etiam propter hoc ipsarum creatorẽ, optimúmq; opificem deum: quoniam nec omnia tibi nota fecit,nec omnia incognita.Non fecit quippe omnia incognita,ne dicas esse mundũ sine prouidẽtia:non permisit vero tibi cognita esse omnia, ne cognitionis magnitudo te in superbiã extollat.Sic quippe & primum hominem improbus dæmõ ille præcipitauit,per maioris scientię spem,etiam quã habebat
Eccl.7.a auferens.Propterea & sapiẽs quidã admonet, dicẽs: Fortiora te ne quæras,& profundiora te ne scruteris: quæ mãdata sunt tibi,hæc cogita.Ipsius enim operũ plura in secretis sunt,& rursum maiora hominũ prudentia demonstrata sunt tibi.Hoc autem dixit cõsolans mœrentem & dolentem: quoniã nõ omnia norit:etenim & ea inquit,quę nosse datũ est, multa prudentiam tuam transgrediuntur:neque enim ex te inuenisti,sed à deo doctus.Sufficiãt igitur datæ diuitię, & ne amplius inquiras,sed pro his quę accepisti,gra- B
tias age:noli indignari,p his quæ nõ accepisti,& pro his quę nosti,glorifica:ne scãdalizeris propterea quę non nosti.Ambo eñ deus vtiliter fecit:& hæc quidẽ reuelauit,hęc vero cõclusit,tuæ consulẽs saluti.Vnus quippe,quod dixi,dei cognoscẽdi mod⁹ per creationem,multos valens dies impendere.Vt eñ solius hominis cum diligentia expressionem percurramus,cũ diligentia dico nobis possibili,nõ illa vera diligẽtia: nam etsi multas factorũ rationes diximus, sunt tamẽ & alię plures arcanę,quas qui fecit,nouit deus:nõ enim omnes ipsi scimus.Vt igitur omnẽ hominis formationem cũ diligentia percurramus, & in vnoquoque membro sapientiam inueniamus,& neruorũ,venarum,arteriarum distributionẽ, situm, aliorúmque omniũ formationẽ cõsideremus, nec annus integer C
nobis ad hãc expositionẽ sufficiet.Propterea istũ hic sermonẽ soluentes, & laboriosis studioſisq; ex dictis prębẽtes & alias creationis partes percurrẽdi modũ, ad aliam sermonem materiam vertemus,ipsam quoque dei prouidentiæ demõstratiuam. Quæ igitur est secunda materia?Ab initio deus hominem formans, legem ipsi naturalẽ indidit.Et quid tandẽ est lex naturalis?Conscientiã nobis expressit, & per se discibilem constituit bonorum & contrariorum scientiam. Nõ enim opus habemus discere, quòd malũ est fornicatio,& bonũ cõtinentia,sed ab initio hoc scimus. Et vt discas,quòd ab initio hoc scim⁹,legislator leges
Exo.20.c postea ferens,& dicens:Non occides:nõ intulit,ma-
Deut.5.b lum enim cædes:sed simpliciter, nõ occides, inquit: prohibuit enim peccatũ duntaxat,nõ docuit. Quare igitur qui dixit,non occides,non addidit quòd malũ D
cædes?quoniam præueniens conscięntia nos hoc docuit,& tanquam sciẽtibus & intelligẽtibus ita loquitur.Cum igitur de alio loquitur mandato,non nobis noto per conscientiam facto,nõ tantũ prohiber, sed & causam apponit.De sabbato itaq; legem ferens,&
Exo.20.b dicens:Septima die nõ facies opus: subiuxit causam quoque cessationis.qualẽ vero? quòd in die septima
Deu.24.b requieuit deus ab omnib⁹ operib⁹ suis quæ cœperat facere.Et rursum:Quoniam seruus fuisti in terra Aegypti.Quare igitur,dic mihi,in sabbato quidem causam adiecit,in cæde vero nihil tale fecit?Quoniã hoc quidem mandatũ non de principalibus erat, nec per conscięntiã nobis exquisitis, sed particulare quoddã, & temporaneũ:propterea post hęc solutũ est.Necessaria vero,& vitam nostrã continentia illa sunt: Non occides,non furaberis,nõ mœchaberis.Et ideo nul-

A latenus hic causam ponit,nec rationem adducit: sed sola op⁹ esse putat prohibitione. Nec inde tantũ,sed & aliunde vobis demõstrare conabor,quomodo per se docilis erat homo ad virtutis cognitionem.Primũ Adam patrauit peccatum,& post peccatum statim se occultauit.Neq; enim erant literæ,non lex,non Mo-
ses:vnde igitur nouit peccatum,vt se abscõderet?nec tantum se celat, sed & accusatus in aliũ conatur trãs-
ferre causam, dicens: Mulier quam dedisti mihi so- *Gen.3.b*
ciam,dedit mihi de ligno,& comedi. Et illa rursus in alium crimen transfert,serpentẽ scilicet. Cum enim Adam dixisset:Vocem tuã domine audiui in paradiso,& timui,eò quòd nudus essem,& abscõdi me:De⁹ nõ statim factũ redarguit neq; dixit: quare eñ de ligno comedisti?Sed quomodo? Quis enim indicauit tibi quòd nud⁹ esses,nisi quòd ex ligno,de quo præceperã tibi,ne comederes,comedisti?neq; tacuit,nec B
aperte ipsum redarguit.Non enim tacuit,vt ipsum ad peccati confessionẽ euocaret:nec vero manifeste redarguit,ne totum dei esset,& ille priuatus remaneret venia,quę nobis ex confessione nascit.Propterea nõ dixit manifestè causam,vnde nuditas facta esset, sed sub interrogationis forma sermonẽ profert,illũ permittens ad confessionem venire. Rursum in Cain & Abel idem videre licet.Primum quidẽ primitias deo ferebant laborum suorum.Non enim à peccato tantum,sed etiã à virtute demonstremus,quòd amborũ est capax discendorũ homo.Quòd igitur homo peccatum esse malũ iam sciret, demonstrauit Adã:quòd autem virtutẽ esse bonum etiam sciret, rursum Abel manifestauit.Non enim ab vllo discens,neq; legẽ de primitiis hæc differentem audiens,sed à conscientia C
doctus,sacrificiũ illud obtulit.Propterea nõ descẽdo ad posteros sermone,sed circa priores homines versor,quãdo nõdũ literę, neq; lex neq; prophetę & iudices,sed solus Adam cũ filiis erat:vt discas quòd in natura bonorum & contrariorum scientia prius erat repositа.Vnde enim didicit Abel,quòd bonum esset offerre,quòd bonũ deũ venerari,& in omnibus gratias agere?Quid igitur Cain,nõ obtulit? Obtulit quidem & ipse,sed nõ similiter.Et hinc vero rursum cõsciẽtiæ cognitio apparet. quoniam enim honorato inuidens de cæde deliberabat, dolosam celabat sententiam: & quid inquit?Age egrediamur foras. Alia figura,charitatis enim simulatio:sentẽtia alia, fratricidij enim deliberatio. Et nisi malum cõsilium putabat,quare ipsum obumbrabat & post commissam necẽ rursum à deo interrogat⁹,Vbi est Abel frater tuus? D
inquit, nescio: nunquid custos fratris mei sum ego? Quare enim negat? Non patet quòd condemnabat seipsum vehemẽter?Sicut enim ipsius pater se abscõderat,ita & hic negat: & post interrogationem iterũ inquit,Maior est iniquitas mea,quàm vt veniam merear.Sed gentilis hæc non fert.Eia igitur & ad illum loquamur, & quod in creatione fecimus, non scripturis tantum, sed etiam rationibus certamina contra illos mouentes,hoc & circa conscientiã nunc faciamus.Etenim & Paulus hoc mouit argumẽtum aduersus illos pugnans. Quid tandem est quod dicunt? Nõ est nobis per se aperta lex in cõscẽitia posita,nec eam naturę deus inseruit.Vnde igitur,vnde,inquam, de nuptiis,de cædibus,de testamẽtis,de depositis,de proximis nõ opprimẽdis,de infinitis aliis leges apud eos scripserũt legislatores?hi quippe præsentes fortè à maioribus natu didicerũt,& illi à prioribus,& rur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum à superioribus isti. Qui vero ab initio & primi apud eos leges tulerunt, à quo didicerunt? nō patet q; à cōscientia? neque enim dicere possent, quòd cum Mose fuerint, quòd prophetas audierint: quomodo enim qui gentiles erāt? Sed patet, quòd à lege, quam hominem fingēs deus, ab initio ipsi posuit, ab hac & leges posuerunt, & artes inuenerūt, & alia omnia: etenim & artes sic cōstitutæ sunt, postquā ad ipsas spōte deuentum est ab initio. Sic & iudicia, sic & pœnæ definitæ sunt: quod nempe & Paulus dicit. Quoniam enim & gentilium multi contradicturi erāt, & dicturi: quomodo deus homines qui fuerunt ante Mosem iudicabat? non misit legislatorem, non legem tulit, nō prophetam parauit, non apostolum, nō euangelistā, quomodo ab ipsis pœnas exigit? Volēs Paulus demōstrare, quòd per se disci facilem habebant legē, & agēda manifeste sciebāt, audi quid inquit: Cum enim gentes, quæ legē non habēt, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legē nō habētes, ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptū in cordibus suis. Quomodo sine literis? Testimonium reddente illis cōscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiā defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum, secundū euangelium meum per Iesum Christum. Et iterū: Quicunq; sine lege peccauerūt, sine lege peribunt: & quicūque in lege peccauerūt, per legem iudicabūtur. Quid est, sine lege peribunt? non lege accusante, sed cōscientia & cogitationibus. Si vero legem non habuissent cōscientiæ, nec ipsos perire peccātes oportebat. Quomodo enim si sine lege peccauerūt? Sed cū sine lege dicit, non hoc dicit, quòd non habebant legem, sed quòd non habebant legem scriptam: naturæ vero legem habebant. Et rursum: Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primū & Græco. Hæc autē dicebat de superioribus loquēs temporibus, quæ ante Christi aduentum fuerūt. Et Græcum hic vocat non idololatram, sed deum quidem solū adorātem: Iudaicarum vero obseruationum necessitati non deditum, sabbatismis dico, & circuncisioni, & variis purificationibus: sed sapiētiam, & pietatem omnem exhibentem. Et rursum de eodem disserens, inquit: Et ira, & indignatio, & tribulatio, & angustia super omnem animam hominis operantis malū, Iudæi primum & Græci. Rursum hic Grecū vocat, obseruatione Iudaica liberatū. Si itaq; neq; legē audiuit, neque cum Iudæis cōuersatus est, quomodo erit ipsi ira, & indignatio, & tribulatio malum operanti? Quoniam intus cōsciētiam habebat increpantem, & docentem & erudientē in omnib⁹. Vnde hoc manifestum? Ex his in quibus alios castigauit peccātes, leges tulit, iudicia constituit. Hoc igitur manifestans Paulus, de viuentibus in vitio dicebat: Qui cum iustitiam dei cognouissent, quoniam qui talia agūt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt. Et vnde scierunt, quòd voluntas dei est, in improbitate viuētes puniri? Vnde? ex his in quibus alios iudicabant peccantes. Si eū malum esse nō putes cædem, cum homicidam ceperis, sententia tua non punies: nisi malum esse putes adulterare, cum inciderit adulter, liberas ipsum à pœna. Si vero & in aliorū peccatis leges scribis, & pœnas definis, & seuerus es iudex: quam habere possis excusationē, in quibus ipse peccas, dicens te agenda ignorare? Mœchati estis & tu & ille. Quare illū quidem punis, te vero venia dignum censes? Si enim malū nescias esse adulterium, neutrum puniri oportebat. Si vero alterū quidē punias, te vero pœnā effugere existimes: quomodo rationem habere posset, eorundem criminū reos non easdem péndere pœnas? Hoc igitur ipsum accusans Paulus dicebat: Existimas autē hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia agūt, & facis ea, quia tu effugies iudiciū dei? Non est ita, nō est. Ex iudicio enim quod in alium protulisti, ex hoc te nunc deus iudicabit. Nō enim profecto tu quidem iustus, deus autē iniustus. Si enim nō despicis alium iniustum, quomodo deus despiciet? Si tu corrigis aliorū peccata, quomodo te deus non corriget? Si vero non tibi statim pœnā infert, ne ob hoc cōfidas, sed time magis. Sic & Paulus iussit dicēs: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Propterea eū tolerat, nō vt peior fias, sed vt pœnitentiā agas: si vero non vis, maioris materia vltionis tibi fit dei lōganimitas sine pœnitētia ꝓmanēti. Et hoc quippe manifestans, dicebat: Secundum autem duritiam tuā, & impœnitēs cor thesaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddit vnicuiq; secundū opera eius. Quoniam igitur cuique secundum opera reddit, & legem propterea nobis naturalem indidit, & scriptā postmodū propterea dedit, vt pœnas exigat peccatorū, & recte agentes coronet. Multo itaq; studio, tanquam ad tremendum conuenturi iudiciū, actiones nostras dispēsemus, sciētes quòd nullā assequemur veniā, si post naturalem, & scriptam legē, & doctrinā tantā, & admonitionē continuā, salutē nostrā negligamus. Volo itaq; rursum de iuramētis vobis loqui, erubesco autē. Mihi quidē graue nō est die noctuq; eadem vobis dicere: timeo autē, ne postquā vos his multis diebus admonuero, multum torporē vestrum damnabilem ostendam, qui in negocio tam facili continua egeatis admonitione. Nec tātum erubesco, sed & timeo vobis. Cōtinua nāq; doctrina aduertentibus salutaris quidē & vtilis, torpētibus vero damnosa & periculosa. Etem quāto quis sæpius audierit, tanto maiorem vltionem attrahet, nō faciens quæ dicūtur. Hoc igitur & Iudæis improperās, dicebat deus: Misi prophetas meos exurgens diluculo, & emittens, neque sic exaudistis. Nos nempe ex multa solicitudine hoc faciam⁹, sed timeo ne die illa tremēda obsit vobis omnibus hæc admonitio & consiliū. Cum eū & correctio sit facilis, & cōtinue cōmonefaciēs haud cesset, quid poterimus in excusationē dicere? vel quæ nos ratio ab vltione eripiet? Dic nēpe mihi, si argentum abs te mutuū dari cōtingat, nō cōtinue debitori occurrens ipsum mutui cōmonefacis? Hoc & nunc fac, & quisque putet argentū sibi proximū debere, huius scilicet mandati expletionē, & occurrens solutionis ipsum commoneat, sciēs quòd nō paruum nobis repositum est periculū, fratrum curā non agentibus. Propterea & ego eadē dicens nō desisto. Timeo enim, ne illa audiam die: Improbe serue & nequā oportebat te erogare argentū meū numulariis. Ecce eū erogaui, nō semel neq; bis, sed sæpi⁹: vestrum vero reliquū est fœnus reddere. Vsura vero est, auditæ monitionis per opera exhibitio: etem dominica sunt, quæ erogantur. Ne igitur negligēter suscipiamus, sed cum diligentia depositū cōtineamus, vt cū multa operatione ipsum illo die reddam⁹. Nisi enim & alios in idem meritum induxeris, audies vocem

cem illam, quam audiuit qui talentū defodit. Sed vobis ne eueniat hanc audire, sed aliam vocem, quā operanti reddidit Christus, dicēs: Euge serue bone & fidelis, quoniā super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Hanc autem audiemus vocem, si idem cum illo studium exhibuerimus. idem vero studium præstabimus, si hoc quod dico, fecerimus. Cum adhuc feruens est auditus in vobis, egressi exhortamini inter vos: & sicut disiungimini quisque cum salutatione, sic cum admonitione quisque domum recedat, & dicat proximo: Considera & recordare, quomodo mandatum custodias, & omnino vincemus. Cum enim & amici te dimiserint cum tali cōsilio, & domum profectum rursum eadem vxor admoneat, & solos perseuerantes oratio nostra contineat, celeriter hanc consuetudinem improbam expellemus. Noui quidem quòd admiramini quare tantum de hoc mandato studium faciam: verum adimplete mādatum, & tunc dicā. Interim quippe illud dico, quòd lex quidem diuina est hoc mandatum, & ipsum trāsgredi non est tutum. Si autem enauatum videro, & aliam vobis causam commemorabo hac non minorem, vt discatis, quòd iuste tantum pro hac lege studium exhibui. Hora vero iam per supplicationē sermonem absoluere. Communiter igitur omnes dicamus: Deus nolēs tam mortē peccatoris, quàm vt cōuertatur & viuat: & hāc & alias leges omnes nos expedientes, dignare sic assistere tribunali Christi tui, vt fiduciam multam assecuti, in regnū perueniamus ad gloriam tuam: quoniam te decet gloria, honor & potestas, vnà cū vnigenito filio tuo, & sācto spiritu, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Gratiarum actio ad deum de mutatione tristium, & commemoratio ad vltionem protractorū propter seditionem, & punitorū. Similiter vero rursus expositio de hominis creatione: & quòd legem accepit naturalem: & de explenda iurandi continentia. Homilia XIII.

IAm eodem principio, & iisdē proœmiis, quibus heri & nudiustert⁹ cœpi, & hodie inciam. Dicā & nunc: Benedictus deus, quale præteritum vidimus quatriduum, & quale nunc videmus præsens: quanta in illo obscuritas tūc erat? quanta nunc in præsenti trāquillitas? Tremendū in ciuitate tribunal illud, & omnium corda conquassauit, & nocte fecit diē nihilo esse meliorē, nō radiis obtenebratis, sed tristitia & timore oculos offuscātibus vestros. Vt igit & nos maiorē capiam⁹ voluptatem, pauca eorum quæ tunc acciderūt, cōmemorare volo. Et vobis enim, & posteris omnibus vtilem horū esse video narrationē: quoniā & de naufragio saluatis iucundū est fluctuum meminisse, & tempestatis, & ventorum, postquā in portū nauigauerint: & valetudine derētis, desiderabile post ægritudinē, febres, per quas paulo minus ad mortē venerūt, aliis narrare. Cū enim grauia præterierint, voluptatem habet eorū cōmemoratio, anima non amplius formidante, sed maiorē capiente delectationē. Continua enim præteritorum memoria malorū, præsentē trāquillitatē diligētius cognosci facit. Postq; eū ciuitatis maior pars præ timore & cōminatione illa ad deserta & fauces montium & occulta locorū trāsmigrauit, metu ipsos vndiq; cogēte: inanes quidē mulieribus erāt domus, vacuum vero viris forū. Vix autē duo vel tres euntes in medio sese videbāt, & ipsi tanquā animati mortui circumeuntes. Abibamus in forum iudiciale gestorū finē visuri: & collectas ciuitatis reliquias vidētes, illud omniū maxime admirati fuimus, quòd multitudine circa fores morante tāquam præsente nemine, silentiū erat profundissimū, omnibus inter sese respiciētibus, & nemine assistentē interrogare, aut quicq; audire ab illo audente. Proximū enim quenq; suspectum habebat: quoniā multi iā præter omnē spem ex medio rapti foro intus coërcebantur. Et omnes cōmuniter in cœlū aspiciebamus, & manus extendebamus cum silentio supernè subsidiū expectātes, & deo supplicantes, vt iudicādis adesset, & iudicātium corda mulceret, & mitem faceret sententiā. Et sicut qui naufragātes à terra vident, accedere quidem, & manum porrigere, & ærumnam releuare nō possunt, cū vndis arceātur: extrinsec⁹ autē ab ipsis littoribus manus extendentes & lachrymantes, deum orant vt assistat fluctuātibus: ita & hic tacite omnes mente deum inuocabāt, petētes, vt ad tribunal velut in fluctus adductis manum porrigeret, nec sineret nauigium submergi, nec in extremum naufragium, iudicantiū soluere iudicium. Et hæc quidē erāt pro foribus. Postquam vero interiorem aulam introiuimus, rursus alia his terribiliora vidim⁹, milites armatos ensib⁹ & clauis, & multam interius iudicantibus quietem præstātes. Quoniā eū necessarij illorū omnes, & vxores, & matres, & filię ante fori ianuā cōstiterāt, vt si eueniret quempiā ad mortē duci, nemo ærumnæ spectaculo accēsus, tumultū & turbationē vllam faceret, omnes procul arcebāt milites, ipsorū mentē pauore præoccupātes. Quòd autē omniū maxime miserabile, mater & soror cuiusdā, qui intus iudicabat, ad ipsa iudicantium vestibula iacebant, se humi sternentes, & cōmune oībus factæ circunstātibus spectaculū, oculos velaræ, & tantū duntaxat erubescentes, quantum calamitatis necessitas permittebat: neq; aderat ipsis ancillula, non vicina, nō amica, non vlla necessariarum alia, sed solę cū vestibus abiectis in medio tot militū assumptę, per humū se trahentes circa ipsas fores, interius sedentibus grauiora patiebant, carnificum vocem audiētes, verberum sonitū, cęsorū luctū, tremēdas iudicantiū minas, & p flagellatorū singultū grauioribus quàm illi doloribus hæ cōficiebātur. Quoniam eū in illorū testimoniis criminū proditio periclitabat, sicubi quēpiā flagellari, vt reos dicerēt, sentiebant, & vlulare: in cœlum respiciētes deū orabāt, vt illi fortitudinē & tolerantiā daret, ne necessariorū suorū salus proderetur aliorū infirmitatib⁹ acrē verberum dolorē ferre nō valentiū: & tale quid rursum, quale fluctuantibus solet, accidebat. Sicut eū illi, si quando vndæ impetum videāt eminus insurgentē, & paulatim crescētē, & nauē submergere minantē, etiā priusq; ipsi propior fiat, præ timore mortui sunt: sic & illæ si quādo voces & vlulatus audiebāt emitti, veritæ ne torměta fugientes qui testimonium dicere cogebantur, contra necessariorū aliquē dicerent, infinitas ante oculos mortes videbāt. Et erat cernere intus tormenta, extra torměta: illos nempe carnifices, has vero naturæ torquebat imperiū, & viscerū compassio, & intus luctus, & extra luctus: intus eorū, extra necessariorum. Imò verò non ipsi tantum, sed & ipsi iudicantes corde lugebāt, & omnibus grauiora patiebātur, tam acerbæ calamitati ministrare coacti. Ego autem assidens & hæc cernēs, quòd mulieres & virgines thalamis assuetæ, nūc commune cūctis spe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctaculum factæ sunt,& molli assuetæ strato,terrā pro strato nunc habent,& tantū nactæ obsequiū ancillarū,eunuchorū & reliquæ totius vanitatis, nūc omnibus illis priuatæ ad omniū pedes prosternūtur,singulos orantes aliquid iudicādis in auxiliū cōferre,& cōmunē aliquē misericordiæ quæstū omnibus fieri, illud dixi Salomonis : Vanitas vanitatū,& omnia vanitas. Videbā em̄ & hoc ipsum,& aliud verbū ad ipsa perueniens opera,quod dicit quòd omnis gloria hominis,tanquā flos fœni:siccatum est fœnū, & cecidit flos.Etenim diuitiæ tunc,& generositas,& claritas,& amicorū præsentia, & omnia vitæ adiumenta redarguebantur, peccato & iniquitate cōmissa omnē hāc opē subuertēte:& sicut auicularū mater pullis sublatis veniens,& nidū inanē comperiēs,suos quidē pullos captos eripere non potest,venatoris autē manus circumuolās, per hoc ipsi dolorem suum demōstrat: sic & illæ mulieres tunc faciebāt,raptis sibi domo filiis,& interius tanquam in rete quoddam vel laqueū arreptis,accedere quidem,& eripere captos nō poterant:sed circa fores ipsas se volutando,& lugendo,& gemēdo & spiculatoribus propinquare tentādo dolorem demōstrabant. Hæc equidem tunc aspiciens, in illius tremendi iudicij cogitationem veni, & intra me dicebam:Si ab hominibus iudicantibus non mater,non soror,nō pater,nō alius quispiam,licet à perpetratis immunis, iudicatos eripere potest,quis in tremendo Christi iudicio nobis adstabit iudicandis? quis in vocē erūpere audebit?quis abductos ad intolerabiles pœnas eripere valebit?Atq; ciuitatis primarij,qui tunc iudicabantur, erant,& ipsum nobilitatis caput.Attamē læti fuissēt,si quis eis dedisset,vt amittentes omnia,& si oporteret,ipsam libertatem, præsenti vita potirentur. Die vero iam exacto,profūdissimóq; facto vespere, cum iudicij finis expectaretur, in maiori erāt omnes anxietate, & à deo petebāt dilationē aliquam & prorogationē fieri, & iudicantiū animo immittere, vt ad imperatoris sentētiam referrent exquisitorū cognitionē, fore enim fortassis aliqđ bonū ex hac dilatione.Et cōmunes à populo supplicationes ad benignas dei aures emittebanť, vt saluaret reliquias ciuitatis, nec ipsam à fūdamētis penitus euersam negligeret. Nec videre licebat quenquā non hæc cum lachrymis clamantem. Veruntamē nihil propterea iudices interius causas audiētes tūc inflexit:sed vnum solū respiciebant, vt diligens cōmissorū quæstio fieret,& postremo catenis ipsos iniectis in carcerē p mediū forū agebāt, homines equos domi alētes,brauia proponere solitos, aliaq; innumera valentes clariora numerare officia:& substantias populabantur,& in omniū foribus proscriptionis tabulas cernere licebat. Et horū vxores paterna domo iectæ,singulæ illud vxoris Iob p opera implebāt:domū enim ex domo & locū ex loco circūibant,diuersorij indigētes:nec em̄ hoc ipsum erat ipsis facile reperire,vnoquoq; timente,& tremescente quempiam reorum necessarium suscipere,& curæ habere.Verūtamē tot illata passi,omnibus his contenti erāt,quoniam vita non exciderāt præsenti.Et neq; pecuniarū mulcta,neq; ignominia,neq; tanta traductio, neque quodcūq; aliud huiusmodi ipsos mordebat.Calamitatis em̄ magnitudo, & maiora his patiēdi expectatio,eorū animos philosophari tātū effecit. Et tūc discebāt,q̄ facilis sit nobis virtus,habilis & expedibilis, & quòd per nostrum dūtaxat neglectū laboriosa res esse videtur. Hi enim qui paulo ante modicatū mulctam pecuniarū nō æque tulerūt, mox maiore pressi formidine,cum omnia sua amisissent, ac si thesaurum inuenissent,sic se habebant, quoniam animā nō perdiderant.Itaq; si futuræ sensus gehēnæ nos teneret,& intolerabiles illas cogitaremus pœnas,etiam si rem,& animam,& corpus dei legibus tradidissemus, non doleremus,sciētes quòd maiora lucrabimur,futurorum malorum absolutionem.Forte cor vestrum non parum dictorum deploratio molliuit: sed ne feratis ægre : etenim quoniā subtiliores sum aggressurus sententias,& mollioris indigeo mētis,hoc feci de industria,vt narrationis timore mēs vestra omni torpore excusso,ab omnibus exurgens vitæ curis,multa cum facilitate in animę profundum dicendorū virtutem demittat: satis quippe & pri⁹ vobis sermo demonstrauit,quòd naturalis nobis est insita lex bonorum & contrariorum. Vt autē manifestior nobis fiat demonstratio,in eadem & hodie sermonum materia iterum desudabimus.Quòd ab initio deus hominem fingens,vtraque dignoscentem fecit ipsum, demonstrant omnes homines:subiectos quippe nobis veremur peccantes omnes.Et sæpe dominus ad meritoriam vadens mulierem, postea seruorum quempiam dilectorū intuitus erubuit, & ab hac improba via recessit.Rursum ab aliis taxari nequitiæ nominib⁹, cōtumeliā id esse dicimus:& si ægre feramus,in iudiciū eos qui id fecerūt,trahimus.Ita scim⁹, quid nēpe vitiū,quid vero virtus. Hoc quippe ipsum & Christus declarans,& demonstrās quòd nihil nouum, aut nostram transcēdens naturā sancit:sed quod olim præueniens conscientiæ indiderat nostræ, post multas illas beatitudines ita dicebat: Quæ vultis vt faciāt vobis homines,hęc & vos facite ipsis.Nō opus est multis sermonibus,inquit,neq; prolixis legib⁹, nec varia doctrina.volūtas tua sit lex.Vis beneficia capere?cōfer beneficium alteri.Vis misericordiā consequi?miserere proximi.Vis laudari?lauda alium.Vis amari?ama.Vis partib⁹ primis potiri?cede illis pri⁹ alteri. Tu sis iudex,tu sis vitę tuæ legislator.Et rursū quod odisti,alij ne facias. Per hoc quidem à malo fugā inducit,per illud autem virtutis operationem. Odisti cōtumeliam pati?ne aliū afficias contumela. Odisti inuidiā pati? neq; tu alteri inuideas. Odio habes falli? neq; tu fallas aliū. Et in omnibus vero generaliter si hæc duo verba retineamus, alterius disciplinę nō indigebimus. Virtutis enim cognitionē indidit animę nostræ,actionem vero & bonam operationem volūtati nostræ cōcessit. Fortassis obscurum est quod dicitur:igit̄ idipsum manifestius reddere conabor. Vt sciamus quòd bonū est modestia, nō opus habemus verbis,neq; doctrina: nam in natura cognitionē hāc habemus, nec opus est cū laboribus aut fatigationibus circumire & quęrere si bonū est modestia & vtile:sed communi sententia omnes hoc confitētur, & nemo dubitat de virtute.Sic & adulteriū malum esse putamus, & neq; hic labor⁹ & disciplina nobis est opus,vt peccati huius malitia noscatur,sed omnes in huiusmodi sentētiis sumus per nosipsos docti.Et virtutem licet ipsam non obeamus,cōmendamus: sicut vicissim vitium,licet operemur, odimus. Et hoc fuit maximum dei beneficium,vt conscientiam quidē nostram & voluntatem,interim & ante actionem virtuti applicaret,impugnari autē sineret improbitate.Sicut igitur dixi, horum quidē amborū cognitio omnium

Eccles.1.

Esa.40.b

Matt.7.b

Tobiæ 4.b

nium hominū conscientia insita est, nec vllius indigemus præceptoris ad hæc discēda.Recta vero operatio iam laboribus,volūtati,& studio data est. Quare vero tandem ? Quoniam si totū naturæ tribuissēt, sine coronis & præmiis fuissem⁹.Et sicut bruta virtutum quas habēt, mercedem aut laudē capere nō debent, sic & nos si horū aliquid à natura habuissemus. Naturæ enim munera,nō habentiū, sed datoris sunt laus & commēdatio. Igitur nō totum naturæ permisit : propterea rursum volūtatē totū pōdus suscipere non cōcessit,& cognitionis,& emēdationis,ne à virtutis laboribus abhorreret: sed dictat quidē ipsi cōsciētia quæ sunt agēda, ad operationem vero ipsa de suo labore affert.Et quòd bonū quidē est, moderate viuere,sine labore nouimus : naturalis em̄ est cognitio.Modestiā vero non possumus exercere,nisi laborantes & cupiditatem refrænantes,& multū subeuntes laborem. Non em̄ hoc quoq; nobis adest à natura,sicut cognitio,sed op⁹ habet sedulitate, & studio. Nec solū ita nobis pōdus releuauit,sed & alio modo rursum & ipsorū meritorum quædā naturalia nobis inesse sinens:etenim vnà cum his qui contumeliā patiuntur,indignari, naturale omnes habemus : statim quippe infestātibus efficimur inimici, licet ipsi nihil simus passi:& gratulari defensione & auxilio patiētibus,& in alienis calamitatib⁹ affligi,& charitate multa delectari. Etsi em̄ rerū circunstantiæ pusillanimitatem quandā inducere vidētur, habemus tamē cōmunem inter nos amorem. Et hoc quidā sapiens inquit nuēs dicebat:Omne animal amat suū simile,& homo proximum suum.Multos autē & alios prēter cōsciētiam præceptores nobis deus præposuit:etem̄ patres filiis,& dominos seruis,& viros vxorib⁹, & doctores discipulis, & legislatores & iudices subditis, & amicos amicis.Sæpe vero & ab inimicis nō minus lucramur, q̄ ab amicis : cum em̄ nobis peccata exprobrauerint,etiam inuitos in ipsorum correctionē excitāt. Tot autem doctores nobis proposuit,vt facilis nobis vtilitatis inuentio & reparatio fieret, multitudine ad id compellentiū non permittente nos à conferentibus nobis excidere.Etem̄ si parētes cōtēnamus, magistratus timētes,erimus omnino mitiores.Et si illos in peccatis despiciamus, nunquā consciētiæ increpationē effugere possumus.Et si hanc aspernemur & repellam⁹,multorū suspicionē timētes, meliores erimus:si ad hanc non erubescimus,insitus legum timor vel inuitos nos castigat:& eos q̄ quidē iuuenes sunt, magistri & patres, adultos vero legislatores & prīcipes in curam suā sumētes cōponunt: Seruiq; segnius se habētes prēter dicta, & à dominis necessitatē modestiæ seruādæ habēt,& mulieres à viris,& multi vndique generi nostro muri sunt, ne facile in vitiū dilabamur,& cadamus.Ad hæc autē omnia & ægritudines, & negociorū pressuræ nos docent : etenim & paupertas cohibet, & mulcta castigat, & periculum corripit,& multa alia huiusmodi. Nō terret te magister?nō pater?nō princeps?nō ligislator?nō iudex? nō te confundit amicus?nō te mordet inimicus?non castigat dominus?non docet maritus?nō corrigit conscientia? sed ægritudo sæpe superueniens corporalis oīa correxit,& mulcta audacem fecit humaniorē: & quod profecto maius est,non tantū nobis,sed & aliis accidētia mala magnopere nos adiuuare consueuerūt:& quidā ipsi quidē graue nil passi, alios vero puniri cōspicati,nō minus illis castigati sunt. Hoc & in

Eccli.13.a

Matt.18.b

1.Cor.5.a

Eccl.29.a

Hier.15.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini nostri Iesu Christi, per quē & cū quo patri gloria, vna cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Populo omni ab angustia liberato, & constituto in fiducia, quidam rursum ciuitatem rumoribus tremēdis turbauerunt, & de iuramentorū abstinētia admonitio. Ideoque & de Ionatha & Saule, & Hiepthe historia producta est: & demonstratum, quòd ex vno iuramento fiunt multa periuria.

Homilia XIIII.

NOn parū ciuitatē nobis heri diabolus perturbauit, sed & deus nos iterum non parum consolat' est, ita vt & quisq; nostrū opportune dicere possit illud propheticum: Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animā meam. Nec tantum consolando, sed & perturbari permittendo, prouidentiam nobis suā deus exhibuit. Quod enim nunquam dicere destiti, hoc & hodie dicā, quòd non tantū malorū absolutio, sed & horū pmissio fit ex dei beneuolētia. Cū em̄ nos ad torporē declinātes viderit, & ab ipsius familiaritate resilientes, & spiritualiū nullā rationem facientes, paulum nos derelinquit, vt ita castigati, ad ipsum studiosius redeamus. Et quid admiraris, si circa nos torpētes hoc facit, quippe cū & Paulus & in se & in discipulis suis hāc tentationū causā esse dixerit? Etenim ad Corinthios secūdā mittēs epistolā, sic dicebat: Nolo vos ignorare fratres de tribulatione facta nobis in Asia, q supra modū grauati sumus, supra virtutē, ita vt tęderet nos etiā viuere, sed ipsi in nobis ipsis resp̄sum mortis habuimus. Tam magna nobis, inquit, incubuere pericula, vt viuere abominaremur, nec amplius sperarem' vllā fore bonā mutationē, nisi mortem omnino expectare. Hoc em̄ illud est, Ipsi in nobisipsis resp̄sum mortis habuimus: sed tamē post tātam desperationē depulit deus procellā, & nubem abegit, noscq; ex ipsis mortis faucib' eripuit. Mox demonstrans quòd concedere vt in tantū incideremus periculum, multę erat prouidentiæ opus, ex tentationibus etiā lucrū cōmemorat. Hoc autē erat, cōtinue ad ipsum respicere: & nil magnū sapere, & nō extolli. Propterea cū dixisset, quòd ipsi in nobisipsis resp̄sum mortis habuimus, & causam intulit. Quæ vero hæc est causa? Vt nō simus fidētes in nobis, inquit, sed in deo, qui suscitat mortuos. Dormitantes enim nos & degrauatos expergefacere solet, & excitare, & religiosiores facere tentationū natura. Cū igitur videris dilecte tentationem nunc quidē extinctā, rursum autem accensam, ne concidas, neu refugias: sed bonam spem teneamus, illud intra nos ratiocinātes, quòd nō perosus nec auersatus nos deus inimicorū manibus tradit: sed studiosiores, & sibi magis familiares facere volēs. Ne igit̄ retrocedamus, nec mutationē in melius desperemus, sed celerrimam speremus fore tranquillitatē, & omnium quibus agitamur tumultuū finem in deum proiicientes, rursum consueta attingamus, solitamq; in mediū doctrinā producamus. rursus em̄ vobis de eadē materia dicere volo, vt de mēte vestra improba iurādi consuetudo radicitus euellatur. Ideireo necesse rursū ad eandē confugere supplicationem. Etenim antea vos rogaui, vt Ioannis caput abscissum adhuc calido cruore destillās sumētes, sic domum quisq; suā redeatis, & putetis ante oculos habere ipsum vocē emittentē & dicētē: Odio habete iugulatorem meū iuramentū. Quod increpatio nō fecit, hoc fecit iuramentum: quod ira nō potuit tyrānica, hoc periurij necessitas effecit. Et quādo nempe omnibus publice audiētibus arguebatur, increpationem generose tulit tyrannus: cum vero se in iuramētorum necessitatē adegit, tūc illud beatum caput abscidit. Hoc ipsum igitur & nūc peto, & petere nō desistam, vt quocunque abierimus, hoc gestantes caput abeamus, & omnibus clamās ostendamus, & iuramēta vituperans. Quanuis nanque valde simus ignaui & negligētes, capitis illi' oculos intuiti, terribiliter nos respicientis, & minātis iurantibus, fræno omni vehemētius per timorem huiusmodi repressi, cohibere & auertere facile poterimus linguā à iurādi præcipitio. Nec enim hoc solum habet mali iuramentū, quòd & temeratum, & seruatū iuratos pœnæ facit obnoxios, quod in nullo peccatorum alio accidere quispiā videt: sed & aliud non minus isto malum. Quod autem hoc est? quòd neque volentibus, neq; studētibus sæpius possibile est bene iurare. Primo quippe cōtinue iurans, & volens & inuitus, & nescięs & sciens, & serio & ioco loquens, & ab ira sæpe elatus, & à multis aliis, omnino peierabit. Et ad hæc cōtradicet nemo, vsque adeo est concessum & manifestum, quòd multum iurantem & periurum esse necessarium est. Secūdo, quòd etsi non raptus, aut inuitus aut ignorās hoc patiatur: ab ipsa rei natura, & voluntarius & sciens omnino peierare cogetur. Sæpius igitur nobis prandentibus, & seruorum aliquo peccāte, se illum flagellaturam vxor iurauit, mox vir contrarium iurauit, & restitit contendens, nec permittens. Hic quicquid fecerint, necesse est omnino periurium cōstitui: nec enim volētibus ipsis & studentibus iā est possibile custodire iuramentum. Sed quicquid fiat, ipsorum alter periurij reus fiet, vel potius ambo, hoc scilicet modo, quem dicam: hoc enim est admirabile. Iuratus flagellare seruum vel ancillulam, postea prohibitus, & ipse peierauit, quoniā nō fecit quod iurauit: & prohibētem ac iuramenti veritatem impediētem periurij crimine alligauit. Non enim peierantes tantum, sed aliis quoque necessitatem hanc afferentes, eorundem rei sunt criminum: nec domi tantū, sed & in publico hoc quispiā fieri videret, & in pugnis maxime, quādo inter se pugnantes contraria iurant: hic quidem verberare, ille vero non verberari: hic quidem palliū auferre, ille vero non permittere: hic quidē argentū recipere, ille vero nō reddere: & multa vero alia contēdentes iurant huiusmodi. Hoc verò & in officinis, & ludis quispiā euenire videt. Sæpi' quippe artifex discipulum comedere & bibere nō prius se permissurū esse iurauit, quàm totū opus iniunctū expediret. Hoc autem & pædagogus sæpe in puerū, & in ancillā domina fecit. Et necesse est supereueniēte vespere, & opere nō impleto, vel fame nō expediētes absumi, vel iuratos omnino peierare. Malignus enim dæmō ille bonis semper nostris insidiās assistit: quia iuramētorum necessitatē audiens, in torporem obnoxios impellit, vel aliam molitur difficultatem, vt nō impleto opere, & plagæ & contumeliæ, & periuria, & infinita alia mala fiant. Sicut enim pueri funiculum longū & corruptum ex contrario inter se trahētes cum multo impetu supini omnes cadunt funiculo per medium disrupto, & hi q̄dē capite, hi vero alia corporis parte feriuntur: sic & inter se contraria iurātes, iuramēto pro rerum necessitate disrupto, in periurij barathrum vtriq; cadunt, hi quidē peierādo: hi vero periurij

iurij causam aliis præbendo. Et vt hoc nō tantum ex his quæ quotidie in domibus & plateis fiunt, sed etiā ex ipsis scripturis fiat manifestū, antiquā vobis quandam narrabo historiam dictis conuenientem. Hostes aliquando Iudæorum aggresso Ionatha (hic autē erat Saūlis filius) hos quidem trucidante, illos vero in fugam conuertente: volens Saül huius pater amplius contra reliquos exercitū excitare, & facere ne prius absisteret, quàm omnes opprimeret, contrariū quàm voluit, fecit, iuratus neminem vsque ad vesperā panē comedere vsque ad hostium vltionem suorum. Quid nempe hac re stultius fieri posset? Fatigatos enim, & labore multo pressos milites cum refocillare debuisset, & recētiores hostibus immittere, hostib' grauius ipsos habuit, per iuramenti necessitatē fami grauissimæ ipsos tradēs: periculosum quippe de seipso quēpiam iurare, sæpius enim à rerum circunstantia cogimur: aliorum autem sententiam iuramentorum suorum necessitate comprehēdere, multo periculosi', & maxime cum non de vno, aut duobus vel tribus, sed de multitudine quis infinita iuret: sicut tūc Saül inconsiderate, neque quòd verisimile erat, ex tāto numero vnum saltem iuramentum trāsgredi cogitauit, neque quòd milites, & milites pugnantes, & multū à disciplina alieni ventrem vincere nesciūt, & maxime cum labor sit plurimus. Sed hęc omnia ille despiciēs tanquam de solo tantum seruo iurans, quē facile cohibere posset: sic de omni ratiocinatus est exercitu. Et ideo tantū diabolo aditum aperuit, vt nō tantum duo, & tria, & quatuor, sed & multo plura hoc ex iuramento periuria texeret. Sicut em̄ cū nihil omnino iuramus, omnes ipsi aditus obstruimus: ita si vnū dūtaxat iuramētum emiserimus, ipsi magnam infinita componēdi periuria potestatem præbemus. Et sicut catenas complicātes, si caput qui teneat habeant, facile & diligenter totam expediunt nodorum seriē: si vero faciens hoc adsit nemo, nec exordium aggredi possunt: Eodem certe modo diabolus quoq; peccatorum nostrorum catenas nectens, nisi à lingua nostra principium caperet, nec aggredi quidē posset: si vero nos principiū duntaxat fecerimus, velut manu, lingua, iuramentum nobis retinentibus, cum multa iam licentia malignam artem suā exerceat, ex vno iuramento innumera componens & texens periuria: quod profecto & nūc in Saūle hic effecit. Aspice nēpe qualis hoc iuramēto laqueus exoritur. Syluā prę-teribat exercitus fauum habentem, & fauum ante faciem populi, & ingressus est populus ad fauū, & transibat loquens. Vidisti quanta vorago? Mensa extemporanea, vt & accedendi facilitas, & nutrimenti suauitas, & latendi spes in iuramentorum præuaricationem ipsos alliceret. Nam fames, & labor, & tempus (omnis enim, inquit, terra prādebat) tūc ad præuaricationem impellebant. Fauorum vero aspectus quoque intētionem soluens, extrinsecus ipsos inuitabat. Mensæ enim tum iucunditas, tū facilis apparatus, & deprehendendi furti difficultas omnē sapientiā fallere poterant. Si nēpe carnes fuissent, quas elixare vel torrere oportebat, non tantum ipsorum animos allexissent, cum in ipsis coquendis, & ad escam præparādis cessare, & tardare, & deprehēdi expectare oporteret: nūc vero nil erat tale, sed mel solū, vbi occupationis nullius talis opus erat. Sufficiebat autem summum digitum intingentem nutrimenti partē capere & latere. Veruntamē illi cupiditatem continuerunt, nec intra se dixerunt, Quid autē nobis curę est? Nunquid enim quisquam nostrum hoc iurauit? ille incōsideratorum pœnas dabit iuramentorum. Quare nāque iurabat? Sed nihil huiusmodi cogitarūt, sed cum multa transibant reuerētia: & tum tot essent ipsos allicientia, disciplinam seruabant, & transibat populus loquens. Quid est, transibat loquens? dolorem verbis consolantes inter sese loquebātur. Quid igitur postquam omnis populus disciplinā seruauit? Num nihil amplius actum est, & seruatum iuramentum? Nec ita quidem seruatum est, sed temeratum. Qualiter autē, & quomodo, statim audieris: vt & omnem diaboli artem addiscatis. Ionathas enim, qui nō audierat patrem suum iurantem, extendit summitatem sceptri, quod habebat in manu sua, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam in os suum, & respexerunt oculi eius. Vide quem ad periurium impulit, nō vnum militum, sed ipsum iurati filium: nec enim periurium patrare tantum volebat, verum & filij cædem componebat. Et hoc à longe moliebatur, & naturam ipsam cōtra seipsam diuidere festinabat: & quod oli in Hiepthe fecerat, hoc & postea facere sperabat. Etenim ille deo pollicitus se primum sibi occursurū post belli victoriam iugulaturum, in filię necem cecidit. Filiolam enim primam sibi occurrentem immolauit, & deus non prohibuit. Et noui quidē, quòd infidelium multi crudelitatem & inhumanitatē nobis improperāt propter hoc sacrificium. Ego vero multæ prouidentiæ & clementię demōstratione permissionē in hoc sacrificio factā esse dicerē: & quòd generis nostri curā gerens, cędem nō prohibuit. Si em̄ post votum & promissionem illam sacrificiū prohibuisset, multi etiam post Hiepthe deum sperātes non susceptūrū, multa vouissent huiusmodi vota, & pergentes in filiorum cędem incidissent: nūc vero illud opere permittēs impleri, posteros omnes prohibuit. Et quòd hoc sit verum, postquam Hiepthe filiola fuit iugulata, vt sempiternæ memorię calamitas esset, neu malum obliuioni traderetur, apud Iudæos lex est lata, vt virgines illo tempore conueniētes, quadraginta diebus commissam cædem deplorarent, vt luctu cædis memoriam renouātes, posteros omnes prudētiores faciant, & discant quòd de mente dei nō erat vt hoc fieret: neque enim lugere & plorare virgines permisisset. Et quòd nō coniectura sit quod dicitur, finis demonstrauit. Post illud enim sacrificium, nemo tale deo votum vouit, propterea hoc non prohibuit. Quod autem ipse mandauit in Isaac, vetuit: per ambo demonstrans, quòd non gaudet huiusmodi sacrificiis. Sed malignus dæmon & nunc talem tragœdiam patrare contendebat, ideoq; Ionathan ad præuaricationem impulit. Si quis enim militum præuaricatus legem fuisset, nullum magnum fieri malum ipsi videbatur: nunc autem malis insaturatus humanis, nec vnquam nostris expletus miseriis, nihil gloriosum se facere putabat, si cædem moliretur simplicē: sed nisi filij morte regis dextrā pollueret, fecisse nihil se magnū arbitrabatur. Et quid dico filij cædē? Excogitauit em̄ scelerat' ille & hac rursum prophaniorem moliri cædem. Si enim sciēs peccasset, & iugulatus fuisset, filij cædes tantùm id erat: nūc autem ex ignorātia præuaricatus (nec enim audiuit iuramēta) deinde interfectus duplicem patri dolorē effecisset: filium enim, & filium qui nihil peccauerat, immolaturus erat. Sed iam ad historię reliqua eundum est.

Postquam

1. Reg. 15. 6. d

1. Reg. 14. e

Gen. 22. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Postquã enim comedit,respexerunt oculi ipsius, inquit.Multum & hinc regis accusat stultitiam,demõstrãs quòd milites cũctos ferè fames obcæcauerat,& multam ipsorum oculis infuderat caliginem. Postea
1.Re.14.d conspicatus quidam militũ,ait: Iuratus adiurauit pater tuus populum,qui comederit panẽ hodie: & dissolutus est populus.Et dixit Ionathas: Dissoluit pater meus terrã.Quid est,dissoluit?perdidit,corrupit omnes.Temerato igitur iureiurando omnes tacebãt, & reum nemo in medium agere audebat. Nõ modicũ autem & hoc aliud crimen factum est.Non enim solum peierantes,sed & conscij, & obtegẽtes criminibus communicant.Veruntamẽ reliqua videamus.Et inquit Saül:Descẽdamus post alienigenas,& diripiamus eos.& dixit sacerdos,Accedamus huc ad deum. Antiquitus enim deus dux erat bellorum,& absq; illius sententia nũquam attingere pugnã ausi fuissent, & bellũ ipsis pietatis materia fiebat. Nec eñ ex corporis infirmitate,sed à peccato vincebãtur, si quãdo & victi fuissent:nec potentia fortitudine,sed superna beneuolentia vincebant,quandocunque vincebant. Et victoria & clades exercitatio ipsis & virtutis instructio erat:nec ipsis tantum, sed etiam ipsos oppugnãtibus.Etenim hoc ipsis manifestũ erat,quòd non armorum natura, sed bellantium vita & meritis cum Iudæis bellum decernebatur.Hoc itaq; scientes Madianei,& cognoscẽtes quòd gens illa inexpugnabilis est, & gladiis quidem & armis expugnari nõ potest, peccato vero tantũ ipsam capere facile, virgines speciosas ornãtes,& ante castra statuẽtes ad lasciuiã milites prouocabãt, per fornicationẽ dei auxiliũ auferre studẽtes:quod quidẽ & euenit.Postquam enim in peccatũ ceciderũt,omnibus facti sunt expugnabiles: & quos arma,& equi, & milites & tot machinamẽta capere nõ potuerũt, hos peccati natura vinctos hostib⁹ tradidit:& clypei quidẽ & hastæ,& sagittæ omnes frustrabantur:vultus autem forma,& animi lasciuia hos expugnauit,alioq; generosos. Propterea ad-
Prou.5.a monet quidam dicẽs: Ne discas pulchritudinẽ alienam,& ne occurras mulieri fornicanti: mel enim distillat à labiis mulieris fornicãtis, quòd ad tẽpus impinguat guttur tuum,postmodũ amarius felle ipsum inuenies, & acutũ plus gladio ancipiti. Meretrix eñ amare nescit,sed insidiatur rãtum : venenũ habet ipsius osculũ,& toxicum os pernicioſum . Si vero non statim apparet,propterea magis ipsã fugere oportet, quoniã obtegit perniciem,& mortẽ habet celatã,nec à primordiis manifestam apparere permittit. Itaq; si quis voluptatẽ sectatur,& vitã lætitiæ plenam,fornicantium consortia mulierũ fugiat: bellis enim innumeris & tumultibus amatorũ animos implent,continuas ipsis pugnas cõtentioneſq; cõcitãtes per verba, per opera oĩa.Et sicut hostiũ inimicissimi, sic profecto & hæ omnia faciunt & negociantur ad hoc vt sectãtes & ignominię & paupertatis extremis malis incidant. Et quemadmodũ venatores retibus extẽsis syluestria animalia immittere aggrediũtur,vt ipsa iugulent:ita & hæ postquã lasciuiæ pennas vndiq; extenderint per oculos,& habitus,& verba,postea suos iniiciunt amatores & colligant, non prius absistẽtes, quàm & ipsorũ cruorẽ ebiberint,insultãtes postmodum,& ipsorum stultitiã carpentes,& multũ de ipsis risum fundẽtes. neq; enim iam misericordiã inuenire dignus est huiusmodi, sed derideri & morderi, cũ muliere,& muliere meretrice stolidior appareat.Pro pterea rursus nos admonet Sapiẽs ille cũ dicit: Bibe aquas de vasis tuis,& tuorum puteorum fonte.& rursum:Ceruus amicitiæ, & pullus tuarum gratiarũ cõuersetur tecũ : de vxore per nuptiarũ legem cohabitãte hoc dicens.Quid derelinquis adiutricem , & ad insidiatricem curris? Quid vitę cõmunicatricẽ auersaris , & vitam tuam subuertentem sectaris?hæc mẽbrum tuũ,& corp⁹ est: illa gladius acutus.Propterea dilecti,fugite fornicationẽ & propter præsentia mala,& propter pœnam futurã.Fortè materia excidisse videmur.Sed hoc non est excidere.Nõ eñ historias vobis simpliciter legere volumus,sed nequitiarũ vos infestantiũ quamque corrigere : propterea & continuas vobis incutimus cõfusiones,vndique vobis sermonem cõstruentes, postquã & vniuersas ægritudines in tanto populo esse verisimile est. Nec vnũ solũ curare membrũ nobis propositũ est,sed multa & varia: idcirco variũ etiam esse doctrinæ medicamentũ oportet.Redeamus igitur vnde digressi sumus,vt hęc diceremus.Et dixit sacerdos,Accedamus ad deũ.Et deum Saül interrogauit:An descendã post alienigenas,& trades ipsos in manus meas?Et non respõdit ei in die illa dominus.Respice benignitatẽ & mãsuetudinem clementissimi dei.Non enim fulmen immisit, neque terram cõcussit: sed quod in amicos amici faciunt,quãdo cõtumeliis affecti fuerint,hoc & in seruũm dominus fecit.Tacuit,tantùm per silentium loquens,& omnem ipsi demõstrans indignationẽ.Cognouit hoc Saül,& dixit: Adducite omnes trib⁹ populi,& cognoscite & videte in quo factum est hodie peccatum hoc,quoniam viuit dominus, qui saluũ fecit Israël , quòd si responderit contra Ionathan filiũ meũ,morte morietur.Vidisti temeritatẽ?Intuitus temeratum prius iuramẽtum,neq; sic castigatur,sed & secũdũ adiicit rursum . Et cõsidera diaboli malignitatem.Quoniam eñ cognoscebat,quòd sæpius puer cõspectus,& in mediũ productus,ex ipso aspectu statim patrem mitigare , & regis irã mollire poterat,secundorũ rursus iuramentorũ necessitate ipsius sentẽtiam pręoccupauit , duplici quodã vinculo cohibẽs ipsum,nec permittẽs propriæ fieri sentẽtiæ dominũ, sed vndiq; in illam cædem iniquam impellẽs.Et nõdum comperto quis peccasset,iudicium fecit,& reũ nescięs,lata damnauit sentẽtia. Et pater factus est filij carnifex , & ante examinationẽ damnationis protulit sententiã. Quid hoc irrationabilius fieri posset? Hæc igitur illo dicente magis timuit populus,& omnes erant in tremore & timore multo : diabolus autẽ lætabatur,omnes anxios constituens.Non enim erat qui responderet,inquit,ex toto populo:& dixit Saül, Vos eritis in seruitutẽ, & ego & filius meus Ionathas in seruitutem.Quod autem dicit,tale est:Nihil aliud, inquit , studetis , q̃ hostibus vos tradere, & pro liberis seruos facere,deum cõtra vos instigãtes, reum nõ tradendo. Respice autem & aliam ex iuramẽto conflatam contrarietatem.Cum enim opus esset,si autorem inuenire volebat,nihil tale minari , nec iuramẽto vltionẽ obligare, vt audaciores facti reum promptius in mediũ agerẽt: ille rursũ ex ira & furore multo & priori stultitia contrarium quàm vult iterũ facit.Quid opus est multa dicere?Sorti negotium concessit,& sorte deprehẽdit Saül , & Ionathas. Et dixit Saül:Iacite sortem inter me & Ionathã. & iaciũt sortem,& capit Ionathas:& dixit Saül ad Ionathã: Annũcia mihi,quid feciſti? Et annũciauit ipsi Ionathas, dicens:

Gustãs gustaui summitate sceptri quod habebam in manu mea,parũ mellis,& en ego morior.Quẽ non flexissent,quem nõ in misericordiã egissent hæc verba?Considera quantũ procellę deinde Saül sustinuit,cum ipsius viscera diuiderentur, & vtrinq; profundissimum appareret præcipitiũ:sed tamen nec ira correct⁹ est.Sed quid ait?Hęc faciat mihi de⁹,& hæc adiiciat,quoniam morte morieris hodie. Ecce tertiũ rursus iuramentum,nec simpliciter tertium , sed etiã cum multa temporis angustia. Non enim simpliciter dixit,quòd morieris:sed,hodie.Festinabat enim diabolus ipsum in hanc impiam agere cædem, impellere.Propterea nec sentẽtię studiũ adhibere permittit, ne qua ex mora mali fiat correctio . Et dixit populus
1.Re.14.g ad Saül:Hæc faciat nobis de⁹ & hęc adiiciat,si morte morieť,qui fecit salutem magnã Israël:viuit dominus,si cadet capillus de capite eius in terrã, quia misericordiã dei fecit in die hac. Ecce & populus secũdum iurauit,& regi contrariũ iurauit.Nunc mihi reminiscimini funiculũ à puerulis tractũ,& disruptum, & trahentes supinos proiicientẽ.Iurauit Saül, nõ semel,neq; bis,sed & sæpius:contraria iurauit populus, & iam contẽdebat.Necesse iam omnino iuramẽtum scĩdi:nã hos omnes vere iurasse est impossibile . Nec mihi rei euentum dicas,sed cogita, quot mala nascebantur:& quomodo qualẽ pòst per Abessalom calamitatẽ & tyrannidẽ hinc diabolus struebat . Si enim voluisset rex resistere,& ad iuramentũ procedere,totus restitisset populus , & tyrannis crudelissima facta fuisset: & rursum si voluisset filius propriæ consulens saluti seipsum exercitui dedere,parricida statim extitisset.Vides & tyrannidẽ,& filij cædẽ,& bellũ ciuile, & pugnã,& iugulationes,& cruores,& infinita cadauera ex vno parata iuramẽto? Si nanq; bellũ fieri accidisset,& Saül forsitan & Ionathas iugulatus fuisset, & multi militum fuissent trucidati:& neque sic tamẽ iuramẽti veritas processisset. Itaq; ne cõsideres hoc, quod non est factũ:sed illud considera,quòd rei natura hæc fieri cogebat.Populus autẽ vicit. Eia igitur numeremus commissa periuria. Temeratũ est primũ Saülis iuramentum à filio:secundum rursus, & tertiũ ipsius Saülis de filij cæde.Et visus est popul⁹ verè iurasse.Sed si quis diligenter rem examinet,& hi rursus omnes periurij criminib⁹ obnoxij facti sunt.Ipsius enim Ionathæ patrem peierare coëgerunt , patri filiũ non dedentes.Vides quot homines tum volentes tũ inuitos periurio obnoxios vnũ fecit iuramentũ?quot mala molitum est,quot cædes patrauit ? Equidẽ sermonem incipiens promisi demonstrare in contrariis iurationibus omnino periurium nasci : historia verò progressa, multò plus quàm conabar demonstrauit. Non enim duo & tria,sed multò plura iuramẽta manifestauit temerata . Licebat & aliam narrare historiam, & ex illa demonstrare grauiorem hac & maiorem calamitatem vnum feciſſe iuramentum. Etenim ciuitatum & mulierum & puerulorum captiuitate,& incẽdio,& barbarorum inuasione,& sanctorum pollutione, & innumeris aliis grauioribus malis Iudæos affecit vnum omnes iusiurãdum.Sed in longum sermonẽ protendi video,propterea historiæ huius narrationem hic soluens,cum Ioannis capite & Ionathę cædem, & pernicię generalẽ totius populi licet non commissam, de iuramentorũ tamen necessitate proueniẽtem,inter vos cõmemorare exhortor, & domi, & in foro,& apud coniuges,& apud amicos,& apud vicinos,& apud omnes homines generaliter hui⁹ rei curam gerere : nec putare idoneã esse nobis defẽsionem,si consuetudinẽ prętẽdamus.Quòd enim simulatio hęc sit & prętextus,nec cõsuetudinis sed torporis sit culpa,ab his quæ iã euenere, vobis persuadere conabor.Ciuitatis balnea rex obstruxit,& lauari iussit neminẽ,& legem trãsgredi est ausus nemo,aut factum incusare,aut consuetudinem prætendere: verũ & qui sæpe sunt in ægritudine & viri & mulieres , & pueri & senes,& multæ partus doloribus recẽter absolutæ mulieres , & oẽs necessario tale remediũ petentes,velint nolint mandatũ hoc sufferunt,& neque morbũ corporis,neq; consuetudinis tyrannidẽ , neque aliis peccantibus se puniri, nec aliud taliũ quicquam prætendunt: sed huiusmodi gratè excipiũt vltionẽ,quia maiora expectabãt mala,& quotidie precantur hactenus regium furorẽ sistere . Vides quòd vbi est timor,facile soluitur cõsuetudo,etiamsi valde diuturna sit & necessaria?Atqui nõ lauari graue. Etsi eñ sæpius philosophamur,corporis natura arguitur, nihil ab animi philosophia in propriam valetudinẽ adiuuari.Nõ iurare vero valde facile , & nullũ affert nocumentũ,nõ corporibus, nõ animis,sed etiã multum emolumẽti,magnam vtilitatẽ, multam opulentiam. Quomodo igitur non absurdum rege iubente, vel difficillima sustinere: deo vero statuente id quod neque graue sit,neq; difficile, verum perquam facile & commodum,cõtemnere & deridere, & consuetudinem prætendere? Non exhortor ne in tãtum salutem nostram contemnamus,sed timeamus deũ,sicut hominẽ timemus. Nouì quòd horruistis talib⁹ auditis.Sed horrore dignũ est ne tantum quidẽ deo quãtum hominibus honorẽ attribuere : sed imperatoria decreta diligenter obseruãtes,diuina & de cœlis delapsa conculcare , & superuacaneũ esse putare circa hoc studiũ.Quęnã excusatio nobis erit reliqua? quæ vero venia,quãdo post tantã admonitionẽ in iisdem permanemus? Eteñ nascẽte miseria hac quæ ciuitatem detinet,hanc incepi admonitionem. Et illa quidem iam debet finiri: nos verò nondum vnũ expleuimus mãdatum: quomodo igitur malorum nos detinentium petemus absolutionẽ , cum nec vnũ obire mandatum potuerimus?quomodo vero bonã expectabimus mutationem?Quomodo autem orabimus? Qua lingua deum inuocabimus ? Si enim legẽ expediuerimus , multam capiemus voluptatẽ , rege ciuitati conciliato:si verò in peccato mãserimus, confusio & opprobrium vndiq; nobis erit : quoniam cum deus periculum soluerit, nos in eodem mãsimus torpore. Vtinam mihi liceret frequenter iurantium animas exuere , & ipsorũ oculis subiicere vulnera & cicatrices quas quotidie capiunt à iuramẽtis. Nec admonitionis,aut cõsilij indigeremus: quoniã vulnerũ aspectus omni sermone potentius,huic improbæ cõsuetudini etiam plurimũ adhęrentes à malitia abducere posset. Verũtamen quoniam ipsorum oculis animę dedecus subiicere,& ipsam tabefactam & corruptam ostendere non licet:Sicut enim, inquit, seruus
Eccl.23.b qui continue flagellatur, de cicatrice non mundabitur: sic iurans, & deum semper nominans, à peccato non innocens fiet:Impossibile eñ,impossibile,os iurare assuefactũ,nõ continue peierare.Propterea supplico omnibus, vt pernicioſam hanc & improbã cõsuetudinem deponentes ex anima , aliam coronam reportetis. Et sicut vbiq; de ciuitate nostra cantant, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act. 11. d

quòd prima omniũ in orbe terrarum Christianorum nomen induit: sic facite vt oẽs dicant, quòd sola omnium in mundo Antiochia propriis iuramẽta finibus expulit. Imò verò si hoc fiat, nõ tantum ipsa coronabitur, verumetiam alias in eũdem zelũ rediget. Et sicut Christianorum nomẽ, velut ex quodã fonte hinc incipiens omnem mundũ inundauit: sic profecto & meritum hoc radicem & occasionẽ hinc capiẽs, omnes terrã habitantes discipulos vestros efficiet, vt duplex vobis & triplex fiat merces, & de propriis meritis, & de aliorũ disciplina. Hoc, diademate quolibet vobis erit splẽdidius. Hoc Metropoli vobis ciuitatẽ faciet, non in terra tantum, verum & in cœlis. hoc & nobis die illa assistet, & iustitiæ coronã nobis offeret: quã vt omnes assequamur detur gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul sancto spiritui in secula seculorum, Amen.

Itidem in calamitatem ciuitatis Antiochiæ, & quòd vtilis vbique timor. Et quòd luctus risu vtilior. Et illud dictum, Agnosce quòd in medio laqueorum pertransis. Et quòd peius iurare, quàm occidere.

Homilia XV.

PORTEBAT & hodie, & superiore sabbato, de ieiunio facere sermonem: & intempestiuum esse dictum hoc cogitet nemo, quòd in diebus ieiunij cõsilio nihil opus sit & admonitione, ipsa dierum prẽsentia etiam negligentissimos ad ieiunij certamen excitãte: quoniam hominum multi ieiunium aggressuri, tanquam cuidam longæ obsessioni tradendus sit venter, crapulam & ebrietatem præuenientes reponunt: rursumq; egressi tanquã ex longa quadã esurie, & graui ieiunij carcere absoluti, cum multa improbitate ad mensas currũt, studentes sibi ortã ex ieiunio vtilitatẽ, crapulæ excessu rursum perdere. Necessariũ igitur erat & tũc, & nũc de cõtinentia mouere sermones. Veruntamen neque prius quicquam huiusmodi diximus, neque nũc dicemus: instãtis enim calamitatis timor ꝓp omni admonitione & cõsilio cunctorũ animas moderari sufficit. Quis enim tam miser & ærumnosus, vt in tanta tempestate inebrietur? Quis tam insensatus, vt ciuitate sic fluctuãte, & naufragio tali imminente nõ sobrius sit, & vigilet, & hac anxietate diligentius, q̃ omni consilio & admonitione corrigatur? Non enim tãtũ efficere poterit sermo, quantũ timor operatur. Et hoc ipsum ex his quæ nunc acciderunt, demõstrare facile est. Quot nanque sermones impẽdimus, torpidorũ multos admonentes, & consulentes vt theatra, & illinc prouenientes lasciuias dimitterent? & non abstinebant, sed semper vsq; ad hanc diem ad illicita saltantium spectacula concurrebant, & diabolicam concionem aduersus dei ecclesię plenitudinem constituebãt, & huius loci psalmodiis clamores inde cum multa delati vehemẽtia obstrepebãt. Sed ecce nunc tacẽtibus nobis, & nihil de hoc dicentibus spõte orchestram obstruxerũt, & circus inaccessibilis factꝰ est. Et antehac nostrorũ multi ad illos currebant: nunc autem illinc omnes ad ecclesiam confugerunt, & nostrum laudãt deum. Vides quantũ ex timore lucri factum est? Nisi bonus esset timor, filiis patres pædagogos nõ prẽponerent, nõ legislatores ciuitatibus vllos magistratus. Quid gehẽna grauius? Sed huius metu nil vtilius. Gehennæ nanq; timor, regni nobis affert coronam. Vbi timor est, liuor non est: vbi timor est, pecuniarũ amor non vexat: vbi timor est, extinctꝰ furor est, cupiditas improba correpta, omnis irrationabilis passio exterminata. Et sicut in domo stãte milite semper armato, non latro, non fur, non alius quis talia mala patrantiũ apparere propius audebit: sic & metu animas nostras detinente, illiberalium nulla perturbationũ facile nobis subrepit, sed omnes fugiũt, & pelluntur, timoris imperio vndiq; exactę. Nec hoc solũ est quod ex timore lucramur, verũ & aliud hoc multo maius. Non enim improbas tantum nostras expellit passiones, sed & omnem cum multa facilitate virtutem inducit. Vbi timor est, ibi & eleemosynæ studiũ, & orationis intentio, & lachrymæ feruẽtes & continuæ, & gemitus multam habẽtes cõpunctionem. Nihil enim tantum peccata quidem consumit, virtutẽ verò crescere facit & germinare, quantũ cõtinui timoris natura. Propterea qui nõ viuit in timore, rectè illum agere non est facile: sicut vicissim cũ timore viuẽtem, est impossibile peccare. Ne igit̃ doleamus dilecti, neque animũ despondeamus præsenti tribulatione, sed incogitabilem dei sapientiam admiremur. Vnde nãque ciuitatẽ nostrã diabolus euertere sperauit, inde restituit ipsam, & correxit. Diabolus nẽpe quibusdã impiis hominibus inspirauit, vt regis statuas cõtumeliis afficerent, quò & ipsum vrbis solum destrueretur. Deus aũtem hoc ipso facto ad maiorẽ nostrã correctionẽ vsus est, expectatæ cõminationis timore omnem extrudens torporẽ. Et factũ est contrariũ quàm dæmon volebat, ex his quæ ipse struebat. Ciuitas eñ quotidie nobis expurgatur, & angiporti & biuia & plateæ meretriciis & fractis absolutæ sunt cantibꝰ: & quocunq; respexerit aliquis, supplicationes, & benedictiones, & lachrymæ ꝓ risu soluto, & verba philosophiã habẽtia pro verbis turpibus. Et ecclesia facta nobis est ciuitas tota, officinis clausis, & oĩbus in his vniuersalibus supplicationibus diẽ totũ agẽtibus, & deũ vna & cõmuni voce cũ multa inuocantibus alacritate. Quis hæc sermo vnq̃ expedire potuisset? quæ admonitio? quod consilium? quanta tẽporis longitudo? Propterea deo gratias agamus, nõ molestę feramus, nec indignemur: quòd enim bonũ sit timor, & memorata demõstrauerũt. Audi vero & Salomonẽ omnibus innutritũ deliciis, & multa potitũ libertate. Quid igitur inquit ille? Melius est ire in domũ luctus, q̃ in domum conuiuij. Quid est, quęso, quod ait? Vbi luctus, & lachrymæ, & gemitꝰ, & dolor, & tristitia tãta, melius accedere, q̃ vbi choreę, & cymbala, & risus, & delicię, & crapula, & ebrietas. Verũ, inquis, qua de causa, quæso, & quapropter? quoniam illinc quidẽ dementia, hinc verò modestia nascit̃. Et si quis ad opulentioris abeat conuiuium, non amplius cũ eadem lętitia domũ reuerteretur: sed tristis quidem ad vxorem redibit, tristis autẽ & de sua mensa participabit, & molestꝰ seruisq; & filiis, & omnibꝰ erit domesticis, ex aliorum copia suam diligẽtius paupertatẽ cõsiderans. Nec hoc solum est graue, sed id etiã quòd sæpe vocanti se ad conuiuiũ inuidet, & nihil penitus boni sumens domũ reuertitur. Circa lugẽtes verò nihil tale dici potest, sed multa quidẽ disciplina, multa verò modestia. Simul enim quispiã domus mortuũ habẽtis vestibulum ascẽderit, mortuum intuitus mutũ iacentem, & vxorem crines vellentẽ, radentẽ genas, & brachia secantẽ, corripitur, tristatur, & cõsidentium quisq; ad proximum nil aliud loquitur, q̃ quòd nil sumꝰ, & malitia nostra ineffabilis. Quid his verbis sapientius esse possit, cum & naturæ vilitatẽ agnoscamus

Eccli. 7. d

mus, & nostrã accusemus improbitatem, & nihil esse præsentia cogitemus: aliis quidem verbis sententia tamen eadẽ Salomonis illa loquẽtes mirabilia, & multæ plena philosophię, quoniam vanitas vanitatum & omnia vanitas. Lugẽtium domũ ingressus, statim lachrymis defũctũ prosequimur, etiãsi sit inimicus. Vidisti quanto melior hæc quàm illa domus? Ille enim, etiamsi amicus sit, inuidet: hic autem, etiãsi inimicus sit, lachrymas dat: id quod omniũ maxime deꝰ exq̃rit, vt non insultemus his qui nos contristauere. Non hæc autem sola datur hinc bona capere, verũ & alia his non minora. Etenim peccatorum quisque suorũ reminiscitur, & tremẽdi tribunalis, & pœnarũ, & iudicij, licet sit infinita ab aliis passus mala, & domi tristitias habeat, omnium ipsorum capiẽs medicinã, ita reuertitur. Cogitãs enim quòd & ipse paulo pòst hoc patietur, & quòd trãsitoria cũcta præsentia sunt siue suauia sint, siue tristia, tristitiam & inuidiã omnẽ deponens, & leuem reddens animã, & releuatus sic domum reuertetur: & hĩc mãsuetior erit in omnes iam, & humanior, benignior & sapiẽtior, futurorũ timore ipsius animã subingresso, & omnes spinas absumẽte. Et hæc oĩa cognoscens ille, dicebat quòd melius est ire ad domum luctus, quàm ad domũ cõuiuij. Illinc torpor, hinc anxietas nascitur: illinc contẽptus, hinc timor ad omnẽ nos virtutem deducẽs. Nisi bonum esset timor, nõ multos impendisset Christus sermones & lõgos de illa pœna & supplicio loquẽs. Timor nil aliud est, quàm murus, & munimentũ, & turris inexpugnabilis: etenim multa nobis munitione opus est: quia multæ sunt vndiq; insidiæ, sicut ipse Salomon rursum sic admonens dicebat: Agnosce quòd in medio laqueorum trans̃is, & super propugnaculis vrbium ambulas. Papę, quot bonorum plenũ est hoc verbũ, nec minus quàm superius. Ipsum igit̃ in mente quisque nostra scribamus, & semper in memoria circumferamus, & nõ peccabimus facilè. Inscribamus prius ipsum cum omni diligentia discentes. Nõ enim dixit: Aspice quòd in medio laqueorũ pertrãsis, sed, agnosce. Et quare dixit, agnosce? Obumbratus est, inquit, laqueus: quãdoquidẽ nõ aperte mors apparet, neq; manifesta clades, sed vndique obtecta adiacet. Propterea dixit, agnosce. Multa tibi opꝰ est cõsideratione, & diligẽti scrutatione. sicut eñ pueri terra laqueos, sic diabolus vitæ voluptatibus peccata circũtexit. Sed agnosce perscrutans diligẽter. Et si lucrum occurrerit, ne lucrum aspicias solũ, sed scrutare diligenter, ne fortè mors & peccatum intra lucrũ sit absconditum: & si videris, refuge. Rursus cũ delectatio & voluptas occurrerit, ne voluptatem solũ respicias, sed ne forte iniquitas aliqua in voluptatis profundo obũbrata sit, diligẽter cõsidera: & si inueneris, resilito. Siue cõsulat quispiã, siue aduleť, siue obsequatur, siue honores polliceať, siue quodcunq; aliud, omnia cũ diligentia examinemus: & vndiq; considerem', ne fortè damnum aliquod, ne fortè periculũ aliquod ex cõsilio, vel honore, vel obsequio nobis eueniat, & ne celeriter & incõsiderate accurram'. Si eñ vnꝰ tantũ & duo laquei forẽt, facilis esset custodia: nũc autẽ ipsorũ multitudinẽ ostendere volens Salomõ, quomodo dicit, audias: Agnosce, quòd in medio laqueorum pertrãsis. Nõ dixit, iuxta laqueos pertrãsis, sed in medio laqueorum. Vtrinq; nobis voragines, vtrinq; doli. Processit quispiam in forum, vidit inimicũ, exarsit ex aspectu solo. Vidit amicum laudẽ consequentem, inuidit: vidit pauperẽ, contẽpsit, & despexit: diuitẽ, & inuidit. Quempiã vidit infestantem, & indignatus est: vidit speciosam mulierem, captus est. vidisti quot laquei? Ideo dicit, agnosce, quòd in medio laqueorũ trans̃is. Et in domo laquei, & in concionibus laquei. Sæpius incõsideratè quis inter amicos cõsidens, locutus est aliquod verborum quæ proferri nõ debẽt, & tale pertulit periculum, vt totam domum subuerteret. Vndiq; igitur res cum diligẽtia perscrutemur. & vxor sæpe non aduertentibus laqueus est facta, sæpe filij, sæpe amici, vicini sæpius. Et qua de re tot laquei? ne deorsum volemus, sed superiora quæramus. Etenim volatilia donec altum aërem secant, non facile capiuntur: ita tu donec ad superiora respexeris, nec laqueo, nec vllis facile capieris insidiis. Venator est diabolus. Fias igitur ipsius lustris sublimior. In altum ascendens, non amplius vllam rerum admirabitur humanarum. Sed sicut postquam in montiũ verticẽ ascenderimus, parua nobis & vrbs & mœnia esse videntur, & formicarum more nobis viri super terram ire videntur: sic postquam supra celsam philosophiæ cogitationem ascẽderis, nihil terrenorum percellere poterit, sed parua videbuntur omnia, & diuitiæ, & gloria, & potẽtia, & honor, & si quid aliud huiusmodi, cũ cœlestia respicias: sicut scilicet & Paulo parua oĩa videbantur, & mortuis inutiliora, quæ in præsenti vita sunt splendida. Propterea & clamabat, dicens: Mihi mũdus crucifixus est. Propterea & nos admonet dicẽs: Quæ sursum sunt, sapite. Quæ sursum sunt, qualia dicis, die mihi? Vbi sol, vbi luna? Non, inquit. Sed vbi? Vbi angeli, vbi archangeli? Vbi Cherubin, & Seraphin? Non, inquit. Sed vbi? Vbi Christꝰ est in dextera dei sedens. Pareamus igitur, & illud continue ratiocinemur, quòd sicut auiculæ laqueo captæ vtilitas nulla, sed frustra & incassum alas concutit: ita tibi nulla ratiocinationum vtilitas, si ab improba penitus cupiditate captus sis, sed quãtumcunq; resilieris, captus es. Propterea alæ sunt auiculis, vt effugiãt laqueos: ꝓpterea ratiocinationes hominibꝰ, vt peccata fugiant. Quam igitur veniam habebimus, quam vero defensionem, cum brutis simus demẽtiores? Auicula nanq; semel capta laqueo, mox elapsa, & cerꝰ in rete decidens & effugiens, iisdem iterum difficile capiuntur: nam cuique fit experientia cautelæ magistra. Nos sæpius iisdem capti, in eadem cadimus. Neque brutorum prouidentiam & solicitudinẽ nos ratione decorati imitamur. Sæpius quippe mulierẽ cõspicati, innumera passi sumus grauia, domum concepta reuersi cupiditate, & multis dolore diebꝰ cõfecti: veruntamen non corrigimur, sed vix priore curato vulnere, rursus in eadem labimur, & ab iisdem expugnamur, & propter breuem visus voluptatẽ diuturnum quendam & cõtinuum dolorẽ sustinemus. Sed si continuè nobis hoc repetere dictum didicerimus, omnibus malis abstinebimus. Laqueus maximꝰ mulieris forma, imò verò nõ mulieris forma, sed lasciuus aspectus. Non enim res calumniemur, sed nos, & nostrum torporẽ. Neq; dicamus, Ne sint mulieres: sed, ne sint adulteria. Neq; dicamus, ne sit pulchritudo: sed, ne sit fornicatio. Neq; dicamus, ne sit venter: sed non sit crapula: nõ enim venter crapulã facit, sed negligẽtia nostra. Nõ dicamus quia comeditur & bibitur, omnia mala: nõ eñ propter hoc, sed propter torporẽ & improbitatẽ nostram. Non comedit quippe, nec bibit diabolꝰ, & cecidit: comedit & bibit Paulus,

Gala. 6. d
Coloss. 3. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in cœlum ascendit. Quot dicentes audio, Non sit A paupertas. Obmutefaciamus igit talia ægrè ferētes. Blasphemia em est talia dicere. Dicamus igitur ipsis, Nō sit pusillanimitas: paupertas enim innumera vitæ bona intulit nostræ, & sine paupertate inutiles diuitię. Ne calumniemur itaq; nec has, nec illā: paupertas enim & diuitiæ sunt arma ad virtutem vtraq; ferentia, si velimus. Sicut igitur generosus miles, quodcūq; ferrum capiat, propriam virtutem ostēdit: sic imbellis & ignauus ab omnibus impedit. Et vt discas quòd hoc verum est, illius mihi Iob recordare, qui simul & diues & pauper factus est, & vtraq; arma tractauit, & in vtrisque vicit. Et quando diues quidem erat, dicebat: Ianua mea omni venienti fuit aperta quando ve- *Iob.31.b*
rò pauper factus est, dicebat: Domin⁹ dedit, dominus *Ibi.1.d*
abstulit. Dum fuit diues, multam hospitalitatem, cū factus est pauper, multam patientiam exhibuit. Et tu igitur si diues es, multam demonstra eleemosynā: si pauper factus es, patientiæ multū & tolerantiæ. Nec em diuitiæ malū, nec paupertas simpliciter, sed iuxta volūtatem vtentiū hæc vtraq; fiunt. Nos igitur ipsos instituamus, non talia de rebus habere iudicia, neque dei opera, sed improbam hominum voluntatem accusare. Neq; pusillanimem diuitiæ possunt adiuuare, nec magnanimo pauperies vnquā nocet. Agnoscamus igit laqueos, & ab ipsis procul eamus. Agnoscamus præcipitia, nec appopinquem⁹. Hoc maximę securitatis vobis erit occasio, non tātum peccata fugere, verum & quæ videntur media quidē esse, ad peccata vero nos supplātant, quale est ridere, & iocosa dicere verba. nō manifestum quidem peccatum esse videtur, sed in manifestum crimē inducit: nempe sæpius ex risu turpia nascuntur verba, à turpibus verbis C actiones turpiores. Sæpius ex verbis & risu conuicia & contumelię: de cōuicio & cōtumelia plagę & vulnera, de vulneribus & plagis iugulationes, & homicidia. Si tibi igitur bene consulturus es, non turpia tantum verba, neq; turpia tantum facta, neque plagas & vulnera, & homicidia, verum & ipsum intempestiuū risum, & verba fugies scurrilia, quoniā subsequētium
Ephe.5.a radix talia esse solēt. Propterea Paulus inquit: Stulti loquium & scurrilitas ne prodeat ex ore vestro. Etsi nanq; per se paruū ipsum esse videtur, magnorum tamen malorum nobis efficitur causa. Rursum deliciis vacare non videtur quidem esse crimē manifestum, & expressum: attamē multa nobis parit mala: ebrietatem, furorem, auaritiā, rapinas. Sumptuosus enim & lautus, & ministeria ventri impendens intolerabilia, furati sæpe cogitur, & aliena rapere, & opprimere, & D violare. Si delicias itaq; fugias, & auaritiæ, & rapinæ, & ebrietatis, & innumerabiliū malorū sustulisti materiam, iniquitatis radicē à longè resecans. Propterea
1.Tim.5.a Paulus dicebat: Quòd quæ in deliciis est vidua, viuēs mortua est. In theatra rursū ascēdere, & equorū certamina spectare, & aleas tractare non videtur multis peccatum esse manifestū, sed infinita vitæ mala solet inferre. Etenim in theatris immoratio fornicationē, petulantiam, & omnē incōtinentiam peperit, & circensiū spectatio pugnas, conuitia, flagella, contumelias, iuges inimicitias adduxit: & circa aleas studium, blasphemias, iacturas, iras, conuitia, infinitaq; alia his grauiora sæpe produxit. Ne tantum itaq; peccata fugiamus, verum & apparētia quidem esse media, paulatim verò in hæc peccata nos pertrahētia. Nanque iuxta præcipitium vadens, quamuis non decidat, tremit, & sæpenumero ab ipso subuersus tremore decidit: ita & nō procul peccata fugiēs, sed secus ipsa vadens, cū timore viuit, & in ipsa labitur sæpius. Etem alienas curiose spectās formas, quamuis nō mœchetur, tamē cōcupiuit, & iuxta Christi sentētiam factus *Matt.5.d*
est adulter: sæpius autē ab ipsa concupiscentia & in peccatū re ipsa defertur. Nos igit ipsos procul à peccatis retrahamus. Vis modestus esse? ne tātum fugias adulteriū, sed etiam petulātem aspectum. Vis à verbis turpibus abesse? ne verba tantū turpia fugias, verum & risum solutum, & omnem cōcupiscentiā. Vis cædibus esse procul? fuge conuitia quoq;. Vis ebrietate separari? fuge delicias & lautas mensas, & radicitus vinū extirpa. Magnus laqueus est linguæ petulātia, & multæ refrenationis indigēs. Propterea & quidā inquit: Laqueus fortis viro propria labia, & capi- *Prou.6.b*
tur verbis oris proprij. Supra cætera igit cuncta mēbra hanc moderemur, hāc refrenemus, & cōuitia cōtumeliasq; ac turpiloquia & accusationes ex ore pellemus, & malā iuramentorū cōsuetudinem. Rurium enim nos ad eādem admonitionem sermo deduxit. Et quidem heri cum vestra charitate constitui, quòd non amplius de hoc mandato dicam: quoniā omnibus superioribus diebus sufficienter dissertū est. Sed quid faciā? donec vos correctos videam, nō possum absistere proposito: quoniā & Paulus Galatis dicēs, *Gala.6.b*
Deinceps labores mihi nemo præbeat: rursū ipsis apparet congressus & locut⁹. Huiusmodi sunt paterna viscera, & si recessuros se patres esse dicunt, non absistūt donec correctos viderint filios suos. Audistis ꝓphetā de iuramentis hodie nobis loquētem? Respexi *Zach.5.a*
oculis meis, & vidi, inquit, & ecce falx volās longitu- C dine cubitorum viginti, & latitudine cubitorum decē. Et dixit ad me, Quid tu vides? & dixi, Video falcem volātem lōgitudine cubitorū viginti, & latitudine cubitorū decē. Et ingredietur domum, inquit, iurantis nomine meo, & dissoluet in medio, & suffodiet lapides & ligna. Quid tandē est dictū? & qua de causa in specie falcis iurātes sequens pœna videt? Vt vltionem ineuitabilē esse, & suppliciū euitari nō posse videas. Ensem enim volantē forsitan aliquis effugere poterit: falcem autem in collū delapsam, & profuniculo factam, nemo fugere potest. Cum autem & alæ adsint, quę salutis vlterius spes? qua vero causa lapides & ligna iurātis dissoluit? Vt ruina aliis correctio fiat. Postquam enim iurantem mortuum terræ cōdi necesse est, domus dissoluta, & ruina facta prætereūtibus omnibus & cernētibus admonitio erit per aspectum, vt non eadem audeant, ne eadem patiantur, & accusatrix erit mortui criminis cōrinua. Nō ita pungit ensis, sicut iuramenti natura. Non sic occidit gladius, sicut iuramēti plaga. Iuratus etsi viuere videtur, iam mortuus est, & vulnus excepit: & sicut restem capiens, & priusquam ciuitatē egrediatur, & ad præcipitiū veniat, & tortorē videat imminētem, mortuus est, simul ac prętorij ianuas egressus est: sic & iuratus. Hæc reputem⁹, & ne fratres iurare faciam⁹. Quid facis homo? Super mensam adiuras sacrā, & vbi Christus positus est immolatus, illic fratrem tuum immolas? Et latrones quidem in viis mactant: tu verò coram matre filium immolas sceleratius quàm Cain patrans homicidium? Ille nēpe fratrē suum in deserto, & præsenti morte mactauit: tu vero fratrē tuum immolas in medio ecclesiæ, idq; morte futura immortali. Nū em propterea facta est ecclesia, vt adiurem⁹?

Propterea

Propterea facta est, vt oremus. Num em ideo mensa A quillitate, & illic regnum cœlorum assequemur: quo
posita est vt adiurem⁹? ideo posita est, vt peccata soluamus, non vt augeamus. Tu vero si nihil aliud, saltē librum ipsum reuerere, quem in iuramentū porrigis: & euangeliū, quod intra manus capiens iurare iubes, explica, & audiēs quid tibi Christ⁹ de iuramētis dis- ferat, horresce & desiste. Quid igitur de iuramētis in- *Matt.5.c*
quit? Ego autē dico vobis, omnino nō iurare. Tu vero legem iurare prohibentem contemnēdo, iuramētum facis? O contumeliā, ô insaniam. Idem enim facis, tanquam si quis legislatorem prohibentē interficere, ipsum cædis sibi sociū esse iubeat. Nō ita gemo & deploro quospiam in viis iugulatos audiens, sicut gemo & lachrymis prosequor & horresco cū video quempiam prope mensam hanc venientē, & manus imponentem, & euangeliis iurantē attactis. De pecuniis, quæso, dubitas, & animam occidis? Quid tātum B lucraris, quantū animam tuam & proximum lædis? Si enim credis quòd verax sit homo, ne iuramēti necessitatem adducas: si vero nosti quòd mentitur, ne peierare cogas. Sed vt mihi satisfieret, instandū erat, inquit. Imò tunc sufficientem capias satisfactionem, cum iurare eum non feceris. Nunc nempe domū regressus, à conscientia continuè roderis, hæc reputās: Nunquid non frustra adiurauī? nunquid non peierauit? nunquid non ego fui causa peccati? Si verò non adiuraueris, domum regessus multam capies cōsolationē, agens deo gratias, & dicens: Benedictus deus, quoniam me ipsum continui, neq; adiuraui frustra, nec temerè: pereat aurū, pereant pecuniæ, vt hoc nobis maximè consolationem afferat, legem non præterisse, nec alterum coēgisse vt hoc faceret. Cogita propter quæ nō adiurasti, & hoc tibi sufficiet in refri- C gerium & consolationem. Sæpius nanq; pugna conflata contumeliam patientes generose ferimus, & cōtumelianti dicimus, Quid tibi faciā? in me conuiciatus est ille vel ille domin⁹ tuus, ille meas cohibet manus. Et hoc nobis in consolationem sufficit. Ita quoq; cum quempiam adiuraturus es, teipsum cōtine, prohibe, & dic iuraturo: Quid tibi faciam? Deus iussit nō adiurare, ille me continet nunc. Sufficit hoc & ad honorem legislatoris, & ad securitatē tuam, & adiurati timorem. Quum em ille viderit, quòd sic alios adiurare veremur, multo magis ipse facile iurare formidabit. Si hoc verbum dixeris, cū multa domum lætitiæ plenitudine redis. Audi ergo deum in mādatis, vt & ipse exaudiat te in orationibus. Hoc verbum in cœlo scribetur, in iudicij die tibi assistet, & multa dissoluet D peccata. Nec hoc tantum in iuramēto, verū & in omnibus negociis cogitemus: & cū debemus aliquid facere boni propter deū, quod mox aliquid inferat dāni, non solum ex negotio damnum expectems, sed etiam lucrum, quod capiemus propter deū faciēdo. Puta, affecit te quispiā cōtumelia. feres generose. Ne contumeliam cogitaueris tantum, sed etiam ferre iubentis dignitatem, & māsuete feres. Eleemosynā dedisti? ne impensam cogites tantum, verum & prouētum ex impēsa. Multatus es pecuniis? gratias age, nec tantum iacturæ dolorem spectes, verum & lucrū ex gratiarum actione. Si sic nos cōponamus, nullum accidentium nos grauiū tristificabit: sed ex his quæ videntur esse tristia, lucrabimur, & damnum diuitiis, & tristitia voluptate & delectatiōe, & cōtumelia honore iucūdior erit & desiderabilior, & omnia contraria in lucrum nobis proueniēt, & hic multa fruemur trā-

Vulgata ad principem populatione, & omnibus de fuga cōsultātibus, cum intrasset princeps ecclesiā, & consolatus fuisset, habita est præsens homilia. Et de vitando iuramēto. Et in illud Apostoli dictum: Paulus vinctus Iesu Christi.

Homilia XVI.

PRINCIPIS quidem prouidentiā laudaui, quoniam tumultuantem cōspicatus ciuitatem, & omnes de fuga deliberātes, ingressus vos; consolatus est, & in bonā spē adduxit: pro vobis autē erubui confusus; sum, quòd exterioris post multos prolixos; sermones illos cōsolationis indiguistis. Optaui terrā mihi dehiscere, & immergi, quādo ipsum vobis loquentē audiebā, & intempestiuam hanc & irrationabilem timiditatem cōsolantem. Nō enim vos ab illo doceri oportebat, sed infidelib⁹ vos præceptores omnibus fieri, nec ab infidelib⁹ iudicari Paulus permisit. Tu vero post tātam patrū admonitionē exteriorib⁹ indiguisti præceptorib⁹, & fugitiui & verberones quidam ciuitatem tantā excitauerūt, & in fugā coniecerūt. Quibus oculis amplius infideles respiciemus, tā pauidi cū simus & timidi? Qua lingua ipsos alloquemur, & pro ingruētibus malis cōfidere persuadebimus, omni lepore timidiores per hāc facti anxietatē? Et quid faceremus? inquiūt, homines enim sumus. At propter hoc ipsum tumultuari nō oportet, quia homines sum⁹, & nō bruta. Illa fragorib⁹ & stridoribus omnia terrētur. Non em habēt rationem quæ timorē repellere possit. Tu vero ratione & cōsilio decoratus, quomodo in illorū segnitiem cadis? Ingressus est quidam, militum incursionē nūciauit? Ne tumultueris, sed ipsū mittēs, genua flecte, dominum tuum roga, geme amariter, & aduersitatē repellet. Tu quidē audita militum incursione nō vera, & præsenti vita abrūpi periclitat⁹ es. Beat⁹ vero Iob ille cōtinuis venientibus nunciis, & grauia nunciātibus auditis, & adiicientibus intolerabilē filiorū perditionem, non eiulauit, non gemuit, sed ad orationē cōuersus est, & domino gratias agebat. Hūc & tu imitare, cū veniens quispiā nunciauerit quòd milites vrbem circūdederint, & bona direpturi sint, ad dominū tuū confuge, & dic: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factū est: sit nomē domini benedictū in secula. Illum nō terruit malorum experiētia, te vero solus terret auditus? Quā nullius sumus æstimationis, cum cōtra mortē quoq; audenter ire iussi, à falso rumore simus sic expauefacti? Tumultuās, & timorē qui nō est, cōstituit, & perturbationē non apparētē: qui vero est in animę constitutione ac trāquillitate, & eū qui est, dissoluit. Nō vides naucleros, vt insaniente mari, nubibus trāscurrētibus, fulminibus elisis, omnib⁹ in nauigio tumultuātibus, ad gubernacula sedēt ipsi sine trepidatione & metu, & arti suæ vacātes, vt imminentē procellā repellant? hos & tu imitare, & sacram capiens anchorā, in deū spē, inconcussus permane, & irreuolubilis. Quicunq; audit *Matt.7.d*
meos sermones hos, inq̄t, & nō facit ipsos, assimilabitur homini stulto q̄ ædificauit domū suā super arenā, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerūt in domū illā, & cecidit, & erat ruina ipsi⁹ magna. Vides quòd stultitię est cadere, & circumuerti?

Universidad de Deusto
Biblioteca

cumuerti? Imò verò nos neque stulto illi similes facti
sumus, verũ & illo miseri⁹ cecidimus: illius nẽpe do-
m⁹ post flumina, post delatũ imbrẽ, post illapsos vẽ-
tos cecidit: nos vero nõ pluuiis ingruẽtibus, nõ flumi
nibus inflictis, non ventis irruẽtibus ante malorũ ex-
periẽtiam ex auditu solo subuersi sumus, & oĩa quæ
philosophabamur, effudimus. Qualẽ mihi mentẽ pu-
ratis esse nunc? quomodo cõtrahi? quomodo demer-
gi? quomodo erubescere? Nisi multã à patrib⁹ neces-
sitatem sustinuissem, neq; surrexissem, neque locutus
fuissẽ dolore obtenebrat⁹ ex pusillanimitate vestra:
sed neq; nũc in meipsum redire possum: sic animum
mihi indignatio & tristitia obsidet. Quis enim nõ æ-
gre ferret, quis nõ succenseret, quãdo post tantã do-
ctrinã gẽtilibus opus habuistis doctoribus ad exhor-
tandum & persuadendũ, vt præsentem generose ti-
morẽ sufferretis? Orate igitur dari nobis verbũ in a-
pertione oris nostri, vt hãc tristitiam excutere possi-
mus, & paulũ mentẽ excitare. Etenim cõfusio de pu-
sillanimitate vestra multum animum nostrũ deiecit.
Multa prius ad charitatem vestrã locutus sum, & de
laqueis nobis vndiq; positis, & de timore & tristitia,
& de luctu & voluptate, & de falce in iurãtiũ domos
Zach.5.a volãte. Ex his igitur omnibus multis quidẽ, illa mihi
maxime reminiscimini quæ de volãte falce dicta sũt,
& iurantis domũ dissoluente, & lapides & ligna sub-
ruente, & omnia cõsumente. Et post hoc illud quoq;
cauete, quod extremę demẽtiæ est, Euangeliũ capiẽ-
tes iurare, & legem iurare prohibentẽ iuramentũ fa-
cere. Et quòd melius sit pecuniis mulctari, quã proxi-
mis iuramentũ offerre: quoniã hoc est non modicus
in deũ honor. Cum enim deo dixeris, propter te nõ
adiuraui illũ qui fuerat furatus, & male fecerat: ꝓ hoc
honore magnã tibi reddet gratiam & in præsenti tẽ-
pore, & in futuro. Hæc & aliis dicite, & ipsi obserua-
te. Scio quòd hic reuerẽtiores sum⁹, & omnẽ impro-
bã deponimus consuetudinẽ. Sed quod quæriẽ, hoc
est, nõ vt hic tantũ philosophemur, sed vt pietatẽ hĩc
capiẽtes extra seruem⁹, vbi maxime ipsius indigem⁹.
Etenim aquantes non tantũ apud fontem habẽt vasa
repleta, domum autẽ abeuntes euacuant: sed illic
ipsa maxime cum cautela reponũt, ne subuertãtur, &
labor fiat inanis. Hos etiã nos imitemur, & domum
profecti, dicta cum studio seruemus. Itaq; si hic ma-
neatis satiati, domũ vero redeatis inanes, vasa mentis
vestræ admonitione vacua referentes, nulla vobis ex
hac repletione erit vtilitas. Ne mihi in palęstra demõ
stres athletã, sed in certamine. Ne mihi religionẽ in-
structionis tẽpore, sed actionis adhibeas. Laudas nũc
quæ dicuntur: cũ te iurare oportuerit, omnium ipso-
rum tunc recordare. Si hãc legẽ expedieritis, cito ad
alia quoq; maiora disciplinam proferam. Ecce secũ-
dum hunc annũ habeo vestræ differens charitati, &
neque centũ scripturarum versus vobis enarrare po-
tui. Causa vero, quoniã à nobis discere op⁹ habeatis,
quæ domi & ꝓ vos explere potestis, & orationis ma-
ior pars nobis in morales impẽdiẽ sermones. Hęc ve-
ro sic fieri nõ oportebat, sed morum quidẽ modestia
domi & à vobis vos institui: scripturarũ vero sensus
& speculationes nobis permittere. Si autẽ & à nobis
audire fuerat opus, vno plus die nõ decebat. Nec eñ
varium quiddã, & inuentu difficile, quod dicitur, est,
nec vllius indigens præparationis. Cum eñ deus de-
Exo.23.b nunciauerit, argutationibus nõ est opus. Deus dixit,
Matt.5.c Ne iurauueris. Noli causas ampli⁹ à me requirere. Lex
est regia: qui tulit ipsam, & ipsius rationẽ nouit: nisi
fuisset vtile, nõ ꝓhibuisset. Reges ferũt leges nec om-
nes semper vtiliter: homines eñ sunt, nec sicut deus
vtile possunt inuenire: veruntamẽ parem⁹. Siue vxo-
res ducam⁹, siue seruos emere debeam⁹, siue domos,
siue agros, siue quodlibet aliud facere, nõ ex propria
facimus hæc sententia, sed quomodocunq; iusserint
illi: nec vt res nostræ pro sentẽtia nostra disponãtur,
penitus domini sumus, sed illorum vbiq; sententiis
seruimus. Et si quid præterquã quod illis videtur fa-
cimus, inualidum & inutile redditur. Itaq; hominum
quidem legibus tantum attribuimus honorẽ: dei ve-
ro leges ita quæso cõculcabimus? Et quali hæc digna
defensione? quali venia? Dixit Moses. Ne cõtrariam
ipsius legi legẽ per opera feras, vt cum securitate cũ-
cta facias & dicas. Sed de his quidẽ satis. Age vero le-
ctis hodie vna vobis apposita sententia sermonẽ ter-
minem⁹. Paulus vinctus Iesu Christi, inquit, & Timo-
theus frater. Magnifica Pauli appellatio, nõ prĩcipa-
tus & honoris nomẽ, sed vincula & catenę. Vere ma-
gnum atq; splendidũ ipsum multa alia faciũt, in cœ- *2.Co.12.d*
lum rapi tertiũ, in paradisum deferri, verba audire in-
effabilia: sed horũ nil posuit, sed pro omnib⁹ catenã:
hæc enim magis quàm illa illustrẽ reddebat, & splẽ-
didum. Cur tandem? quoniã illa quidem domini be-
nignitatis erant gratuita dona, hęc vero serui tolerã-
tiæ atque patiẽtiæ indicia. Consuetudo autem amã-
tibus est, illis magis affici quæ pro amatis patiantur,
quã his quæ ab ipsis beneficia capiũt. Nõ ita rex dia-
demate gloriat, vt ille vinculis delectabatur: & meri-
tò. Diadema nempe solũ coronato capiti ornatũ af-
fert, catena vero & ornatũ multo maiorem, & tutelã.
Corona sæpe regia caput se circundatũ prodidit, &
innumeros allexit insidiatores, & in tyrannidis cõcu-
piscentiam inuitauit. Et in bellis hic ornatus est adeò
periculosus, vt ipsum deponãt & abscondant. In prę-
liis nonnunquã reges habitum commutãtes, ita ma-
nus cũ hostibus cõserunt, tantum ex corona fit pro-
ditionis. Catena vero nihil huiusmodi gerẽtibus af-
fert, sed omne contrariũ: cũ pugna sit & acies contra
dęmones, & aduersarias potestates, prętẽdens ipsam
ꝙ ea circũdatus est, illorũ repellit insidias. Et princi-
pũ quidem externorum multi, nõ tantũ dũ imperãt,
verũ cum & à principatu soluti fuerint, ipsius nomen
circunferunt, dũ dicitur: Ille talis consularis, ille talis
prætorius. Hic vero pro his omnibus Paulus vinctus,
inquit. Et multum cõgrue. Illi nanq; principatus nõ
penitus sunt animi virtutis demõstrationes: pecuniis
enim sunt venales, & amicorum vendicãtur assenta-
tionibus: hic autem ex vinculis principatus est animi
disciplinæ indicium, & ardentis in Christũ desiderij
signum maximũ. Et illi quidẽ breui refugiũt, hic ve-
ro principatus nullum habet successorẽ. Aspice nan-
que quãtum ab illo nuncvsq; temporis est, & splẽdi-
dius huius vincti nomẽ redditum est. Et cõsules qui-
dem omnes, quicunq; superioribus fuere tẽporibus,
silentio traditi sunt, & multis multi nec ipso quidem
nomine cogniti: huius autẽ vincti beati Pauli multũ
quidem hic, multũ autẽ in Barbarorũ regione, mul-
tũ apud Scythas & Indos, siue ad ipsos terrarũ orbis
terminos venias, hanc audies appellationẽ. Et quo-
cunq; quispiã peruenerit, Paulũ vbique in omnium
ore circũferri noscet. Et quid mirũ, si in terra mariq;,
quippe cũ & in cœlis multũ Pauli nomẽ apud ange-
los, apud archãgelos, & superiores potestates, & ha-
rum

rum regem deũ. Et qualia, inquit, erant illa vincula, A
quoniam tantũ vinctis glorię tulerunt? Nónne è fer-
ro fabricata erãt? E ferro quidẽ fabricata, sed multã
habebant spiritus gratiã efflorentẽ: quoniã propter
Christũ ipsis circundatus fuerat. O miraculum, serui
vincti sunt, dominus crucifixus, & prædicatio quoti-
die crescit: & per quę putabatur opera prohiberi, per
hęc accensa est. Et crux & vincula quæ esse videban-
tur abominatio, nunc salutis signa sunt facta. Et quo-
libet auro ferrum illud nobis precio sius erat, nõ pro-
pter naturam propriam, sed propter causam hanc &
argumentũ. Sed video quæstionẽ hinc nobis quandã
orientẽ. Et si diligentiã adhibeatis, & quæstionẽ di-
cam, & solutionẽ apponam. Quid igitur tandem est
quod quæritur? Ingressus aliquando hic Paulus ad
Festum, & loquẽs ad ipsum, excusãnsq; se de crimi-
nibus quibus vrgebatur à Iudæis, & dicens, quomodo B
Iesum vidit, quomodo beatam vocem illam audiuit,
quomodo per excæcationẽ ad veram peruenit lucẽ,
quomodo cecidit & surrexit, quomodo ingressus est
Damascũ captiuus absq; vinculis compeditus: & de
prophetis, & de lege loquẽs, & ostẽdens ꝙ & illi prę-
dixerunt hæc omnia, iudicantẽ cepit, & ferè ad seip-
sum trãsire persuasit. Tales enim sanctorum animæ,
cũ in pericula ceciderint, non quomodo periculis li-
berentur, cõsiderant, sed quò persequẽtes lucrentur
omnia faciũt. Sicut & tũc factũ est, se defensurus in-
trauit, & capto iudice discessit. Et hæc ipse iudex te-
Act.26. status est, dicẽs: In modico me persuades Christianũ
g. fieri. Hoc & hodie fieri decebat, & principẽ hũc ve-
strã admirari magnanimitatẽ, sapientiã, perfectámq;
quietem, & ex ordine vestro disciplinã capere, & sic
abire, concionẽ admirari, laudare confessum, & ex ip C
sis rebus discere, quantũ inter gẽtiles & Christianos
discriminis sit. Sed vt ad id redeã quod dicebã. Post-
quam ipsum cepit Paulus, & ille dixit: In modico me
persuades Christianũ fieri, Paulus ita respõdit: Opta-
rim vtiq; ego à deo & in modico, & in multo nõ so-
lum te, sed etiã omnes audiẽtes me, fieri Christianos
absq; vinculis his. Quid dicis ô Paule? Ephesiis nẽpe
scribens, dicis: Rogo igitur vos ego vinctus in domi-
no, digne ambulare vocatione qua vocati estis. Et ad
Timotheũ loquens, In quo male patior vsq; ad vin-
cula tanquã malefactor. Et ad Philemonem rursum,
Paulus vinctus Iesu Christi. Et cũ Iudæis iudicãs, di-
cis: propter spẽ Israel hac catena circundatus sum. Et
Phil.1.b Philippẽsibus scribẽs dicebas: Ita vt plures fratrũ fre
ti vinculis meis abũdantius auderẽt intrepide verbũ
capere. Vbiq; catenam circũfers, vbiq; vincula pro- D
ponis, & huiusmodi gloriaris negocio: in iudiciũ au-
tem veniẽs disciplinã prodidisti, cum maxime libere
Act.28.c te gerere decebat, & iudici dicis: Optarẽ vtiq; te fieri
Christianũ absq; vinculis his. Nẽpe si bona, ita vt aliis
quoq; fiduciã ad sermonẽ pro religione præbeant:
etenim hoc ipsum prius dixisti, Multi fratũ freti vin-
culis meis verbũ loquebãtur intrepide: quare coram
iudice nõ hac re gloriaris, sed cõtrarium facis? Nun-
quid nõ videtur esse quæstio quod dicitur? sed celer-
rimã solutionẽ affero. Non enim ex anxietate, vel ti-
miditate Paulus hoc faciebat, sed ex sapientia multa,
& spirituali prouidẽtia. Nã ad gentilẽ loquebatur &
infidelẽ, nec nostra scientẽ. Nolebat igitur ipsum per
1.Cor.9.d grauia inducere, sed quod dicebat: Factus sum carẽ-
tibus lege, tãquã sine lege: hoc & hic faciebat. Si vin-
cula audierit, inquit, & tribulationes, statim refugiet,

cum vinculorũ virtutẽ nõ norit. Fiat prius fidelis, & A
prędicationẽ gustet, & tũc ipse quoq; ad hęc vincula
curret. Audiui dominũ meũ dicentẽ, ꝙ nemo impo-
nit indumentũ panni illoti super vestimẽtum vetus: *Matt.9.b*
quoniã tollit plenitudinẽ ipsius, & peior fit scissura. *Marc.2.d*
Neq; mittunt vinũ nouum in vtres veteres, quoniam *Luc.5.g*
disrũpũtur vtres. Anima huius est vestimentũ vetus,
& vter antiquus, nõ est renouatus fide, nõ spiritus gra
tia recens redditus est, debilis adhuc est & terrenus,
mũdana sapit, & ad mundanã vanitatẽ stupet, gloriã
amat præsentẽ. Si à primordiis statim audierit, ꝙ fa-
ctus Christianus captiuus mox fiet, & catena circun-
dabitur, cõfusus & reueritus à prædicatione resiliet.
Propterea dicit: Absq; vinculis his, non ipse vincula
accusans, absit: sed illius cõdescẽdẽs infirmitati, quo-
niã ipse sic illa diligit, & amplectit, vt ambitiosa mu-
lier monilia sua. Vnde hoc manifestũ? Gaudeo in pas- *Colos.1.d*
sionibus meis, inquit, & suppleo defectus tribulatio-
num Christi in carne mea. Et iterũ: Quoniã nobis do- *Philip.1.d*
natũ est à Christo non tantũ in ipsum credere, verũ
& pro ipso pati. Et iterũ: Non tantũ autem, sed & glo *Rom.5.d*
riamur in tribulationibus. Si gaudet igitur, & id vo-
cat donũ gratuitũ, certum ꝙ propter hãc causam ad
iudicẽ loquens hæc dicebat. Quoniã & aliàs rursum
in necessitatẽ delapsus gloriandi hoc ipsum demon-
strat, dicẽs: Libenter igitur gloriabor in infirmitati-
bus meis, in necessitatibus, in cõtumeliis, in persecu-
tionib⁹, in angustiis, vt inhabitet in me virtus Christi.
Et iterũ: Si gloriari oportet, in infirmitate mea glo-
riabor. Et alibi seipsum aliis cõparans, & per compa-
rationem nobis excellentiã demonstrans, sic quodã-
modo inquit: Ministri Christi sunt, vt minus sapiens
loquor, plus ego. Et excessum demõstrare volẽs, non C
ꝙ mortuos reluscitauerit, dęmonésve expulerit, neq;
ꝙ mũdauerit leprosos, aliúdve quid huiusmodi fece-
rit, dixit. Sed quid? ꝙ innumeras passus est molestias:
cum enim dixisset, plus ego, intulit tentationũ multi-
tudinẽ, sic dicens: In plagis supra modũ, in mortibus
frequẽter, in carceribus abundantius, à Iudæis quin-
quies quadragenas vna minus accepi, ter virgis cęsus
sum, semel lapidat⁹, ter naufragiũ feci, nocte ac die in
profundo maris fui: & reliqua omnia. Sic vbiq; glo-
riatur in tribulationibus Paulus, & ea re nimiũ dele-
ctatur, & valde meritò. Nam hoc est quod maxime
Christi virtutẽ demonstrat, quoniam per talia vice-
rũt apostoli, per vincula, tribulationes, flagella, & ex-
trema mala. Nã hæc duo Christus denũciauit, tribu-
lationẽ & remissionẽ, labores & coronas, sudores &
retributiones, suauia & tristia. Sed tristia quidẽ vitæ D
dedit præsenti, suauia vero in futurũ distulit, pariter
demonstrans ꝙ non decipit homines, & ipsum gra-
uiũ põdus ordine diminui volẽs. Decipiẽs enim sua-
uia prius ꝓponit, & mox infert tristia. Quale est: Pla-
giarij puerulos sępe paruos prædãtes & furãtes, non
plagas & verbera, neq; aliud huiusmodi pollicentur,
sed placẽtas & bellaria, & alia talia quib⁹ puerilis gau
dere cõsuescit ætas, prætendũt, vt his illi allecti, & li-
bertatẽ suam prodẽtes, in extremũ periculũ delabã-
tur. Auiũ vero piscíumq; venatores, ita quæ venãtur
alliciunt, consuetã capiendis & iucundã prius escam
præbentes, & sic contegentes laqueũ. Itaq; decipiẽ-
tium maxime opus hoc est, prius suauia proponere,
quò mox inferant tristia: prouidẽtium autem & dili-
gentium omnino contrarium. Patres itaq; plagiariis
cõtrarium faciunt, cum ad ludum pueros literarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittunt,pædagogos præponũt,flagella minantur,timorẽ incutiũt:& cum priorẽ ſic ætatem trãſegerint, tũc ipſis in habitu virili cõſtitutis,honores,potẽtiáſque,& delicias,& omnes diuitias ſuas tradũt:Sic deᵒ quoq; fecit,nõ plagiariorum, ſed patrum more curã noſtri gerens, prius iniecit triſtibus tanquã pædagogis & præceptoribᵒ præſenti tradẽs tribulationi, quò per hæc correcti,& moderati,poſtquã tolerãtiã omnem,omnémq; diſciplinã didicerimus, mox ad perfectionẽ deducti,cœlorũ regnum hæreditate conſequamur:ſed prius idoneos reddit ad dandarũ diſpẽſationẽ diuitiarũ, & poſtmodum ipſas præbebit diuitias.Niſi enim hoc feciſſet, diuitiarũ erogatio non donũ,ſed vltio fuiſſet & pœna. Sicut enim puer inſipiens paternã ſuſcipiens hæreditatẽ,ab hac ipſa præcipitatur,prudẽtiam nõ habens pecuniarum diſpenſationi parẽ:ſi vero prudẽs ſit & benignus,& temperans,atq; modeſtus, in neceſſaria diſpẽſans paterna, ſplẽdidior ita fit & illuſtrior:ſic & in nobis eſt neceſſe euenire.Cum ſpiritualem prudentiã acceperimus, quũ omnes in ætatis menſurã peruenerimus,tunc nobis tradit omnia quæ pollicitus eſt: nũc vero tanquã pueros paruos docet cũ exhortatione & conſolatione.Nec hoc ſolũ eſt emolumentũ ex præmiſſis tribulationibus,verũ & aliud illo non inferius. Qui enim prius eſt in deliciis, mox poſt delicias vltionẽ expectãs,neq; præſentibus fruitur deliciis,ppter futurarũ moleſtiarũ expectationẽ:qui vero prius eſt in triſtibᵒ deinde poſt hęc ſuauibᵒ potiturus,etiã præſentes difficultates propter futurorũ ſpem bonorum contemnit.Non igitur tutelæ tantũ cauſa noſtræ,verũ & voluptatis & cõſolationis,priora ſtatuit eſſe moleſta, vt futurorũ ſpe releuati nullũ præſentiũ capiamus ſenſum.Et hoc ipſum Paulus ſignificans dicebat, q̃ mo-
1.Cor.4.d mẽtanea leuitas tribulationis noſtræ ſupra modũ æternũ põdus gloriæ nobis operatur, nõ conſiderãtibus nobis quæ videntur,ſed quę non videntur.Leuẽ appellauit tribulationem,nõ propter propriã grauiũ naturã, ſed propter futurorũ expectationẽ bonorũ. Sicut em̃ mercator nõ ſentit nauigationis laborẽ,lucrorũ ſpe releuatus:& pugil generoſe fert capitis vulnera,coronã reſpiciẽs: ita,pfecto nos quoq; in cœlũ & cœleſtia intẽdẽtes bona,quęcũq; inferãtur grauia, generoſe cuncta feremus,bona futurorũ ſpe roborati.Hanc itaq; capientes ſentẽtiam abeamus: quanuis nãq; ſimplex & breuis ſit, multã tamẽ habet ſapientiæ diſciplinã. Qui in dolore & tribulatione eſt, idoneã habet conſolationẽ:qui in deliciis & luxuria,magnã moderationis exhortationẽ. Cum enim ad menſam diſcumbens,ſentẽtię huius memineris,ſtatim ab ebrietate crapulãq; reſilies,diſcens ex hac ſententia, q̃ anxios nos eſſe conuenit, & intra teipſum dices: Paulus in vinculis & carcerib⁹,ego vero in ebrietate & lauta menſa.Et quã aſſequar veniã? Hoc & mulieribus neceſſariũ verbũ.Ambitioſæ enim & ſumptuoſæ,& auro vndiq; ſe circumligãtes,catenæ huius cõmonefactæ odio habebũt(ſat ſcio)& abominabũtur ornatum illũ, & ad hæc vincula current. Illa nanque ornamenta multorum cauſæ malorum fuerunt,& innumera bella intra domũ contraxerũt,& liuores pepererunt,& inuidias,& odiũ:hęc vero peccata mundi ſoluerunt,& terruerũt dęmonas, & diabolũ fugauerunt.Cũ his in carcere degẽs cuſtodi perſuaſit, cũ
2.Tim.2. b. his Agrippã attraxit,cũ his multos Paulus diſcipulos acquiſiuit,ppterea dicebat: In quo male patior vſq; ad vincula tanquã malefactor, ſed dei verbũ non eſt vinctũ.Sicut enim radium vincere poſſibile non eſt, nec domi concludere:ſic neq; prædicationis verbũ. Et quod multo ampliᵒ eſt,doctor vinctus erat,&verbum volabat:ille carcerẽ habitabat,& doctrina alata paſſim currebat.Hæc igitur ſcientes,ne ſuccũbamus in grauibus,tũc potentiores efficimur, tũc fortiores. Patientiã enim tribulatio operatur. Ne doleamus in Rom.5.d calamitatibus quę inferũtur,ſed in omnibus deo gratias agamus.Secũdam ieiunij ſeptimanam expediuimus,ſed nõ hoc cõſideremus:nõ enim hoc eſt expediuiſſe ieiuniũ, ſi tempus præterierimus, ſed ſi tranſegerimus cũ profectu.Hoc ſupputemus,ſi ſtudioſiores facti ſumus, ſi defectũ aliquem noſtrorũ correximus,ſi abluimus crimina.Cõſuetudinẽ omnes habẽt per quadrageſimã interrogare, quot quiſq; ſeptimanas quadrageſimæ ieiunauit: & dicẽtes audire licet, hos quidẽ q̃ duas,hos vero q̃ tres,illos autem q̃ omnes ieiunauerũt ſeptimanas.Et quod lucrum, ſi profectibus carentes,ieiuniũ tranſegerimus? Si alius dicat,totã ieiunaui quadrageſimam: tu dic, inimicum habebam,& conciliatus ſum: habebã detrahendi cõſuetudinẽ,& deſtiti:iurandi tenebar vſu, & mos improbᵒ mihi correctus eſt.Nulla mercatoribᵒ vtilitas, ſi magnã maris lõgitudinem percurrerint,ſed ſi cum rerũ copia,& multo mercimonio nauigauerint.nulla ieiunij nobis vtilitas,ſi infructuoſe ipſum tẽpus & temere prętereamus.Si ciborum ieiunium ieiunemus, præteritis quadraginta diebus pręterit & ieiuniũ.Si vero peccatis abſtineamus,& tranſacto ieiunio illud remanet,& cõtinuum erit:hinc nobis vtilitas,& ante regnum cœlorũ non paruas nobis hic reddit retribu-
C tiones.Sicut enim in nequitia viuens,& ante gehẽnã punitur,cõſcientia ſtimulatus:ſic meritis abundãs & ante regnũ magna fruetur lætitia,ſe bona ſpe paſcẽs. Idcirco & Chriſtus inquit:Iterũ videbo vos, & gau- Ioan.16 debitis,& gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis. Breue verbũ,ſed multã habet conſolationẽ.Quidnã tandẽ eſt,nemo gaudiũ veſtrũ tollet?Pecunias ſi habeas, multi tuum ex diuitiis gaudiũ auferre poſſunt, & fur perfodiẽs,& credita ſubripiens ſeruus,& rex in fiſcũ redigẽs,& inuidus homo calũnians.Si potẽtiam habeas,multi poſſunt tuũ ex hoc gaudiũ tollere. Cum enim principatus fuerit finitus,voluptas quoq; finietur:quin & in ipſo principatu multæ rẽs accidentes, difficultates habẽtes & curas,lætitiã tuã diminuunt. Si corporis robur habeas,morbus adortus huiuſmodi gaudiũ aufert. Si pulchritudinẽ habeas & ſpeciẽ,
D ſenectus ſuperueniẽs tabefecit,& gaudiũ abſtulit. Si mẽſa frueris lauta,veſpere occupãte ſoluta eſt cõuiuij lætitia. Rerũ enim quælibet mundanarũ infeſtari facile poteſt,nec ſtabilẽ nobis voluptatẽ affert: pietas autẽ & animi virtus cõtrà. Eleemoſynã ſi feceris, meritum auferre poteſt nemo:ſiue exercitus,ſiue reges,ſiue infiniti calumniatores & inſidiatores inſtent vndiq;,in cœlis repoſitã poſſeſſionẽ auferre nõ poſſunt,ſed gratia permanet continua. Diſperſit dedit pſal.111 pauperibus,iuſtitia eius manet in ſeculũ.Nec immerito:in cœlorum enim cellariis repoſita ſunt, vbi fur Luc.12.d non perfodit,latro non tollit,tinea non conſumit.Si preces fuderis cõtinuas & intentas,earũ fructum auferre poterit nemo: hic etenim fructus in cœlo radicatus eſt,ab omni calũnia liber,& permanẽs inexpugnabilis.Si male paſſus,benefeceris:ſi conuiciis affectus,benedixeris:hæc merita cõtinue manẽt, & ortã ex his

ex his lætitiam auferet nemo,ſed quotieſcunq; ipſo-
A rum recordatus fueris,gaudes & lætaris,& multã capis voluptatẽ.Sic profecto & fugere iuramẽtũ ſi prędaleamus, & ab hac conſuetudine perniciosa linguã noſtrã abſtinere perſuadeamus,meriti quidem labor breui abſoluetur,lætitia vero meriti iugiter erit & indefinẽter. Cæterum vos & aliorum pręceptores eſſe oportet & duces,& amicos proximi,ſeruos autẽ cõſerui, & iuuenes coæuos ſuſcipere inſtituere & inducere debẽt. Nõne ſi quis tibi aureũ vnũ pro ſingulis hominibᵒ correctis,pmiſiſſet,omne ſtudiũ adhibuiſſes,& aſſiduus adſtitiſſes perſuadẽs & exhortãs?Nũc vero non aureum vnum, neq; decem, neque viginti, vel centũ milia,neq; totã deus terrã tibi pollicetur in horũ laborũ retributionẽ,ſed quod orbe toto maius eſt,hoc tibi præbet,cœlorũ regnum: nec hoc ſolum,
Hier.15.d verũ & aliud præter hoc. Quale vero hoc? Educens
B honeſtum ex indigno,ſicut os meũ erit,inquit.Quid huic poſſet eſſe par ad honoris & vtilitatis rationem? Quæ vero nobis excuſatio & venia poſt tantam promiſſionem, proximorũ ſalutẽ negligentibus eſſe valeat?Tu vero ſi cæcũ quidẽ in voraginem decidentẽ videris,manũ porrigis,& indignũ eſſe putas,pereuntem deſpicere: videns autẽ quotidie omnes præcipitari fratres in improbã iuramentorũ cõſuetudinem, nec verbum audes proferre?Sed dixiſti ſemel,& non audiuit:dic igitur bis & ter,& toties,donec perſuaſeris.Nobis quotidie loquitur deus,&nõ audimus,nec alloqui deſiſtit. Hanc tu quoq; curam imitare circa proximũ.Proptерea cõiuncti inter nos ſumus, & vrbes habitamus,& in eccleſiis cõgregamur,vt alter alterius peccata corrigamus.Et ſicut multi eandẽ officinam habitãtes homines differẽter quidẽ negociã-
C tur,omnia vero in cõmune reponunt: ſic profecto & nos agamus,quæcunq; bona quiſq; conferre poteſt proximo,ne pigeat eũ,neq; differat:ſed fiat negociatio quædã,& talis collatio ſpiritualis, vt in cõmune omnia deponẽtes,& multas adepti diuitias,& magnũ conſecuti theſaurũ, communiter omnes regnũ aſſequamur cœlorũ,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem,& cum quo patri gloria,ſimul & ſancto ſpiritui in ſecula ſeculorum,Amen.

Ad magiſtratus ab imperatore Theodoſio ad Ellebichũ exercitus ducem miſſos ad prævaricatorum inquiſitionem propter ſtatuarum ſubuerſionem. Homilia XVII.

pſal.7.b.d
IN tempore omnes hodie cõmuniter concinuimus,Benedictᵒ dominus deus Iſraël, qui facit mirabilia ſolus.Etenim mirãda,& opinionem excedẽtia facta ſunt negocia: vrbem totam
D & populũ tantũ ſubmergi debentẽ,& ſub vndas agi, & perdi funditus ſemel,vno tẽporis momẽto ab omni naufragio liberauit.Gratias igitur agamus,nõ tantum quoniã hyemem ſoluit,ſed etiã quoniam ipſam fieri permiſit: non tantũ quoniã naufragio nos liberauit,ſed etiam q̃ in tantã nos anguſtiam cadere permiſit,& extremum periculum nobis imminere.Sic&
1.The.5.d Paulus iuſſit in omnibus gratias agere.Cum vero dicat,In omnibus gratias agite:hoc dicit, Non tantum in grauium ſolutione,verum & in grauium tempore. Nam diligentibus deum omnia cooperantur in bo-
Rom.8.e num.Gratias ipſi agamus propter tẽtationum abſolutionem,& horum nunquam obliuiſcamur, orationibus vacemus, ſupplicationibus continuis, pietati multæ.Cum à principio grauius horum malorũ pyra fuit accenſa, dicebant q̃ non erat diſciplinæ tem-

pus,ſed orationum:hoc profecto & nunc poſtquam extincta eſt dico,q̃ nunc maxime tempus orationum magis q̃ prius: nunc maxime lachrymarum tempus & cõpunctionis,& animæ anxiatæ, & multi ſtudij & cautelæ. Tunc nẽpe ipſa tribulationũ natũra vel inuitos nos corripiebat,& modeſtos faciebat,& ad maiorem agebat reuerentiã:nunc autẽ ablato fræno, & nube prætерita,timendũ,ne ad torporẽ declinemus, ne ſegniores reddamur rurſum ex remiſſione, ne de nobis quoq; quiſquã dicat:Cum occideret eos,tunc pſal.77.b quærebant eũ,reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.Propterea & Moſes Iudæos admonebat,dicẽs: Poſtquam comederis & biberis, & fueris repleDeut.6.b tus,recordare domini dei tui.Nunc veſtra gratitudo videbitur,ſi in eadẽ manſeritis pietate: tunc quippe multi timori, & malorũ illationi ſtudiũ veſtrũ attribuebant:nunc vero purũ erit meritũ veſtrũ, ſi in eodem ſtudio permaneatis. Quoniã & puerulus ſi donec ab aliquo agatur pædagogo terribili, cum modeſtia viuit & manſuetudine,nihil eſt mirandum,ſed pædagogi timori pueri modeſtiã attribuunt omnes: cum vero depoſita neceſſitate ille in eadem mãſerit honeſtate,tunc & quã habuit in priore ætate modeſtiam,ipſi omnes adſcribunt. Hoc & nos vtiq; faciamus,in eadẽ manentes reuerentia,vt & prioris ſtudij laudẽ multam à deo capiamus.Innumera expectauimus mala, omniũ ſubſtantias direptũ iri, habitacula cum habitantibus comburẽda,ciuitatem medio tollẽdã ex orbe,& ipſius reliquias omnes perituras,aratrum ipſius terrã ſuſceptурã.Sed ecce hęc omnia intra expectationẽ tantũ ſteterunt,& in opus non proceſſerunt.Nec hoc ſolũ eſt mirandum,quòd tantum
C periculi deus abſtulit, ſed etiam quoniã magnis nos affecit beneficiis,&ciuitatem noſtram ornauit,nóſq; per hanc tentationẽ & calamitatẽ probatiores effecit. Nam quando à rege miſſi ad cõmiſſorum inquiſitionem tremendũ illud conſtituẽre iudicium, omnéſq; ad malefactorũ pœnas vocabant,& varię mortis omnibus erat expectatio,tũc vertices montiũ habitãtes monachi,propriã exhibuere ſapientiã. Nanque tot annis in cauernis ſuis concluſi,nemine aduocante,ſuadente nemine,poſtquã nubẽ tantã ciuitatẽ circunſtantẽ viderunt, tabernacula ſpeluncáſq; ſuas derelinquẽtes,vndiq; confluxerũt,velut angeli quidã de cœlo profecti. Et erat cernere tũc ciuitatẽ vni ſimilẽ homini.Vbiq; tunc vidiſſes ſanctos illos, manifeſtos vel ex aſpectu ſolo, dolore preſſos cõſolantes,& ad omnẽ calamitatis cõtẽptũ inducẽtes. Quis
D enim illos cõſpicatus,mortem nõ deriſiſſet? non deſpexiſſet vitã? Nec hoc ſolũ erat mirabile, ſed quòd principibus ipſis accidentes cũ fiducia loquebantur pro reis,& omnes ſanguinẽ effundere parati erant,& capita deponere, vt captos ab expectatis tribulationibus eriperẽt:Et dixerunt ſe nõ prius receſſuros, q̃ iudices parcerent ciuitatis populo, vel ſe cõmuniter cũ reis ad regẽ legatos mitterent. Religioſus eſt, inquit,qui noſtrę genti dominatur,fidelis,cum pietate viuens. Nos igitur ipſum omnino reconciliabimus, non permittemus vobis,neq; cõcedemus enſem polluere,nec vllius abſcindere caput.Si vero hoc nõ fertis,& nos cum ipſis omnino moriemur. Grauia quidem patrata & nos confitemur,ſed regis humanitatẽ non excedit geſtorum iniquitas. Dicitur quidam ipſorum aliud verbum ſapientiæ plenum dixiſſe,q̃ ſtatuæ quidem deiectæ rurſum erectæ fuerunt, & pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

priam receperunt formã,& factũ correctionẽ habuit celerrimã. Si vos autẽ dei imaginẽ occideritis, quomodo rursum poteritis cõmissum reuocare? quomodo perditos resuscitare,& animas corporibus reddere? Multa & de iudicio ipsis disseruere. Quis nõ consternaretur? quis nõ virorũ sapientiam admiraretur? Quoniã quædã reorũ mater nudato capite, & canis ostensis, iudicaturi equũ fræno apprehẽdit, & per forum prætercurrẽs, sic ad iudicium simul ingressa est: omnes obstupefacti sumus, oẽs admirati pietatem & magnanimitatẽ. Quomodo nõ magis ad hos obstupescere oportet? Illa enim etiã si mortua esset pro filio, nihil mirandũ: magna enim naturę vis, & inexpugnabilis viscerũ necessitas. Hi vero nõ genuerũt, nec educarũt: imò vero quos nõ nouerũt, quorũ nomen nõ audierũt, quibuscũ nunquã conuersati sunt, quos ex sola nouerũt calamitate, in tantũ amauerũt, vt etiã si infinitas habuissent animas, oẽs pro illorũ salute tradere vellẽt. Neq; mihi dicas hoc q̃ non iugulati sunt, nec sanguinẽ effuderũt: sed q̃ tanta cõtra iudices vsi sunt libertate, quãta solos de salute sua desperatos vti verisimile fuit: & tali cũ sentẽtia de montibus ad tribunal cucurrerũt. Nec enim nisi prius se neci præparassent cuilibet, tã libere potuissent iudices alloqui, & tantã tũc exhibere magnanimitatẽ: etem̃ ante prętorij ianuas totos dies agebãt sedẽtes, abducẽdos de carnificũ manibus eripere parati. Vbi nũc sunt pallia gestãtes, & profundã ostẽtãtes barbã, & bacula dextra ferentes, externorum philosophi, cynica ꝓtacula, submẽ salibus canibus miseriores, ventríq; causa cũcta faciẽtes? Omnes tũc ciuitatẽ deseruerũt, resilierũt omnes, in cauernas cõditi sunt: soli vero qui per opera vere philosophiã exhibẽt, ac si nullũ ciuitatẽ malũ cõprehendissẽt, sic intrepide in foro apparuerunt. Et vrbem quidẽ habitantes, ad mõtes & deserta auolauerũt: eremi vero incolę in vrbẽ ingressi sunt, per ipsa demonstrãtes opera sua, quod superioribus diebꝰ non destiti dicens, q̃ cum virtute viuentem neq; fornax quicquã lædere poterit, tãto est animæ sapientia omnibus sublimior, & suauibus & tristibꝰ cunctis: nec enim in illis mollescit, nec ab his cõtrahitur & humiliatur, sed per omnia manet æqualis, propriã fortitudinẽ & vim exhibens. Quem enim non redarguisset præsentis tẽporis difficultas? Proceres nostrę reipub. in potentatibus existẽtes, diuitias ineffabiles sortiti, qui multã apud regen licentiã habebant, domos deserẽtes orbas, omnes de propria salute consultabant. Et amicitia omnis, & cognatio tũc redarguebatur, & quos olim nouerant, in tẽpore calamitatis hos ignorare, & ab illis ignorari optabant. Monachi vero homines pauperes, pallio plus nihil habẽtes vili, viuẽtes in rusticitate, nulli esse apparẽtes, in mõtibus & saltibus versantes, velut quidã leones magno & alto sensu prędi ti, omnibus pauefactis & trepidãtibus in medio cõsistentes, malũ dissoluêre nõ multis diebus, sed breui tẽporis momẽto. Et sicut generosi athletę non tantũ aduersarios cõplexi, sed etiã visi tantũ in oppositione, & vociferati aduersarios conuertunt: sic & hi die vna & descẽderunt, & disseruerũt, & soluerũt calamitatẽ, & ad propria reuersi sunt tabernacula. Tãti est philosophia à Christo introducta. Et quid dico de diuitibus, & in potestatibus cõstitutis, cũ & iudicandi potestatẽ assecuti, summa administrãtes imperia ab his ipsis rogati monachis, vt cũ venia sententiã ferrent, cuentus se dominos esse negauerint? haud tutam enim, sed periculosum esse, nõ tantum iniuriam inferre regi, sed etiã eos qui contumeliæ rei conuicti sint impunitos dimittere. Sed hi omnibus fuere potentiores, & animi magnitudine & tolerãtia assidentes suppleuerũt, vt quã à rege nõ acceperant potestatem, hãc exhiberẽt: & manifestatis his qui rei essent, iudicantibus persuadere potuerunt, ne damnationis sententiã efferrẽt, sed ad regis sententiã eos eiicerẽt, & promiserunt se illi persuasuros, & effecturos vt omnino veniã daret his qui in se peccauerãt, & peregrinationẽ aggressi sunt: sed iudices ipsorũ sapientiã reueriti, & sensus altitudine perculsi, hanc eos longam obire viã non permisere, sed si dũtaxat ipsorũ voces haberẽt in scriptis, cũ literis discessuros, & regẽ exoraturos vt omnẽ iram dimitteret, spopõderũt. Quod & fore expectamus: etenim cum sententia diceretur, ingressi multæ sapientiæ verba dixere, & per literas regi supplicauerũt, & iudicij fecere mentionem, & se sua depsituros esse capita dixerũt, ne hoc fieret, & has capientes in literis voces iudices abierũt, quod omni corona splendidius vestrã ciuitatem exornabit. Et quę sunt hic nunc gesta, audiet quidẽ magna ciuitas, audiet autẽ omnis orbis q̃ tales Antiochenorũ vrbẽ habitant monachi, vt apostolicã exhibeant potestatem. Et literis nunc lectis, in castris omnes ipsorũ magnanimitatẽ admirabuntur, omnes ciuitatẽ nostram beatam vocabunt, & malã repellemus famã, & scient omnes q̃ gesta non ciuitatem inhabitantiũ fuere, sed hominũ externorũ & perditorũ, & idonea ciuitatis morum demõstratio, monachorũ erit testimonium. Ne igitur tristemur dilecti, sed cũ bona expectemus spe. Si enim apud homines libertas tantum molestiæ prohibere potuit, ipsa apud deũ fiducia quid nõ operabitur? Hæc etiã gentilibus dicamus, cũ de philosophis nobiscũ disputare audent. Ex his manifestum q̃ & priora fuerunt falsa apud illos. Ex his manifestum, q̃ & apud nos vera fuere priora de Ioanne, Petro & Paulo, & omnibus aliis. Quoniã enim in illorũ pietatem successerunt, propterea & eorũ fiduciã exhibuerunt: quoniã iisdẽ legibus educati sunt, propterea & ipsorũ virtutem imitati sunt. Itaq; non est opus nobis literis ad apostolicã virtutẽ demonstrandã, rebus ipsis clamantibus, & discipulis magistros repræsentantibus. Nõ nobis sermonibus opus est ad gentiliũ nugas manifestãdas, & apud ipsos philosophantiũ pusillanimitatẽ rebus ipsis clamãtibus, tã præsentibus, q̃ præteritis, q̃ omnia apud ipsos fabulæ, & scena, & hypocrisis. Nec monachi tantũ, verum & sacerdotes candẽ præstiterunt animi magnitudinem, nostrámq; dispensauere salutẽ. Et alius quidẽ in castra se contulit, omnia dilectioni vestræ postponẽs, & paratus, nisi regi persuaderet, mori. Alij vero hic remanentes, & eadem cum monachis exhibentes, propriis manibus iudices continentes, non permittentes abire priusquam de iudicij fine promitterent: & cum renuentes quidem videbant, multa fiducia & ipsi vicissim vtebantur. Vt autem annuentes viderũt, pedes & genua complexi, & manus exosculati, vtranq; virtutem superabundanter exhibuere, libertatem & mãsuetudinem. Quòd enim non superbia esset fiducia, exosculando genua, & pedes amplectendo, maxime demõstrauerunt. Rursum q̃ humilitas non esset assentatio, neq; seruilitas quædã, nec ex illiberali sententia profecta, pręmissa ipsorũ fiducia testificata est. Neq; hęc sola de tentatione bona lucrati sumus, verum & multam mo-

tam modestiam, mansuetudinẽ multam. Ciuitas nobis repẽtè monasteriũ facta est. Nõ sic illã aliquis ornasset, si aureas in foro statuas erexisset, sicut nũc clara & illustris est, quæ bonas virtutis statuas ꝓtulit, & proprias exhibuit diuitias. Sed à rege profecta cõtristant? Sed nec illa profecto grauia, verũ & ipsa multũ attulerunt emolumẽti. Quid enim molesti, dic mihi, factum est, q̃ orchestrã obstruxit, q̃ circum inaccessibilem fecit, q̃ nequitiæ fontes exclusit, & subuertit? Vtinã nec daretur vnquã hos aperiri. Hinc nequitiæ radices in ciuitate germinauerũt, hinc sunt qui moribus ipsis crimẽ afferunt, suas voces saltãtibus vẽdentes, & tribus obolis suã illis salutẽ prodẽtes, confundentes omnia. Propterea tristaris charissime? Imò ꝓpterea & gaudere & lætari oportet, & gratias regi agere: quoniã ipsius vltio correctio fuit, & pœna eruditio, & ira doctrina. An quia balnea nobis occlusa sunt? Sed hoc non intolerabile, vel inuitos, lubricã & mollem & dissolutam degẽtes vitam ad philosophiã reducere potest. An q̃ ciuitatis abstulit dignitatẽ, nec amplius ipsam Metropolim appellari permisit? sed quid facere oportebat? Laudare commissa, & gratias agere? Et quis ipsum nõ accusasset, q̃ nõ vel speciem indignãtis præ se tulisset? Nõ cernis patres multa huiusmodi in filios suos facere? Auersantur, & mensa ꝓhibent. Hoc quoq; rex fecit, tales imponẽs vltiones, nullum quidem habentes damnũ, multam vero correctionẽ afferẽtes. Cogita quæ expectauimus, & quę facta sunt, & tunc maxime sciemus dei gratiã. Doles q̃ ciuitatis dignitas ablata est? Disce quid tandem sit ciuitatis dignitas, & tunc manifeste scies, q̃ si habitatores ipsam nõ prodiderint, auferre poterit alius nemo ciuitatis dignitatẽ. Non q̃ Metropolis sit, neq; q̃ habeat ædificiorũ magnitudinem & ornatũ, neq; q̃ multas habeat colũnas, & porticus, & deambulationes, neq; q̃ ante alias ciuitates prædicetur: sed inhabitantiũ virtus & pietas, hæc est dignitas, & ornatus, & tutela ciuitatis, ita vt si hoc desit, omniũ sit vilissima, licet infinitũ ab imperatore consequatur honorem. Vis ciuitatis tuæ dignitatẽ discere? Vis gentilia ipsius ornamẽta nosse? dicã sedulò, nõ vt discas tantum, verũ vt & imiteris. Quæ tandẽ est ciuitatis nostræ dignitas? Contigit primũ Antiochiæ discipulos appellari Christianos. hoc autẽ ciuitatũ quæ sunt in mũdo cunctarũ habet nulla, nec ipsa Romuli ciuitas: propterea contra omnẽ terrarũ orbẽ oculos erigere potest: quoniã erga Christũ amoris ignẽ habet propter fiduciã, propter virtutẽ illã. Vis & aliã ciuitatis audire dignitatẽ & laudẽ? Fames olim difficillima fuit ura erat, & Antiochiam habitãtes statuerunt, prout quisq; abundabat, ad sanctos Hierosolymã habitãtes aliquid mittere. Ecce & secundã dignitatẽ, in fame charitatẽ. Non cõtraxit ipsos tempus, nec segniores reddidit calamitatis expectatio: sed quando alij aliena colligũt, tunc illi sua emittebant, nec præsentibus tantũ, verũ & longe sedentibus. Vidisti fidẽ in deum, & charitatem in proximũ? Vis & aliã ciuitatis huius discere dignitatẽ? Descenderũt quidã ex Iudæa Antiochiã, perturbantes prędicationem, & Iudaicas inducentes obseruationes. Non tacite tulerunt illi innouationẽ, nec acquieuerunt, sed conueniẽtes, & ecclesiam facientes, Hierosolymã Paulum miserunt & Barnabã, & effecerunt vt apostoli dogmata à Iudaica infirmitate pura vbiq; terrarũ mitterent. Hæc ciuitatis dignitas, hoc ipsam fecit Metropolim, non in terra, sed in cœlo. Itaq; omnes alij honores corruptibiles sunt & caduci, & cũ prędenti vita soluũntur: frequenter autẽ & ante præsentẽ vitã finẽ capiunt: sicut & nunc vtiq; ceperũt. Mihi ciuitas non habens pios ciues omni villa vilior est, & quacunq; spelũca ignobilior. Et quid dico de ciuitate? Vt enim diligenter discas, q̃ virtus sola inhabitãtes ornat, nihil tibi de ciuitate dico, sed quod est omni ciuitate venerabilius, Hierosolymitanũ dei templũ in mediũ afferens, hoc demõstrare conabor. Hoc enim tẽplũ, in quo sacrificia, & orationes & cultus, vbi sancta sanctorũ, & Cherubin, & testamẽtum, & phiala aurea, magna indicia diuinæ circa genus illud prouidẽtiæ. Vbi oracula supernè cõtinua ferebãtur, vbi prophetæ diuini fiebãt: vbi nõ humanæ artis apparatus, sed diuinæ sapiẽtiæ expressio erat: vbi multo parietes vndique fulgebant auro, & supra omnẽ modũ, tum materiæ preciosissima species, tũ artis diligẽtia coniunctæ singulare super terrã templũ huiusmodi tunc fuisse demõstrauerunt: imò vero non artis tantũ diligentia, verũ & dei sapiẽtia simul illud ornauit ædificium. Non enim ex proprio, nec à semetipso, sed à deo cuncta Salomon discẽs, & descriptionẽ cœlitus capiẽs, sic ipsum designauit, & erexit. Verũtamen templũ tam pulchrũ, & mirabile, & sanctũ, vtentibus ipso perditis, tãtæ ignominię habitũ est, sicq; cõtemptũ & profanũ redditũ, vt ante captiuitatẽ quidẽ spelunca vocaretur latronum, & spelæum hyęnæ, post hæc vero barbaricis, & immũdis, & profanis manibus traditum sit. Vis & de ciuitate hoc idẽ discere? Quid Sodomis & cõiunctis ciuitatibus fuit prędarius? Etenim domus & ędificia splẽdida, & parietes pulcherrimi apud ipsos erant, & regio pinguis, & fertilis, & paradiso dei assimilata: Cella vero Abrahã vilis & parua, & nullũ habẽs munimen. Sed exorto quandoq; bello barbarico, vrbes quidẽ mœnibus munitas suffoderũt, & ceperũt barbari, & incolas captiuos faciẽtes abierũt: solitudinis autẽ ciuem Abrahã ingruentẽ non pertulerunt. Nec immerito: multitudinis enim & murorum munimine multo maiorẽ vim habebat, pietatẽ scilicet. Si Christianus es, ciuitatẽ nõ habes super terrã. Ciuitatis nostræ opifex & architectus est deus: licet omnẽ capiamus orbẽ, hospites & peregrini totius sumus. In cœlũ ascripti sumꝰ: illic cõuersemur, nõ more puerorũ paruorũ pueros magnos susciptentiũ, parua admiremur. Nõ ciuitatis magnitudo, sed animi virtus ornamentũ est & munimẽtũ. Si vero ciuitatis quoq; dignitatẽ esse putaueris magnitudinẽ, cogita quot lenones, quot molles & perditi, & innumeris pleni malis dignitati huic cõmunicant, & tandẽ hunc contẽne honorem. Sed nõ ille talis est: nõ enim ipsius partẽ capere licet illis, qui non omnẽ exhibeant virtutẽ. Ne igitur stulti fiamus, sed tunc doleamus, cum quis animæ nostrę dignitatẽ abstulerit, cum peccatũ fuerimus operati, cum cõmunem omniũ dominũ offenderimus, siquidem quæ nunc patrata sunt, non tãtum nihil lædunt ciuitatem, sed si sobrij simus, & maxime adiuuabunt. Etenim nunc ciuitas nostra mulieri formosæ, & liberæ, & modestæ similis esse videtur. Timor ipsam facit mansuetiorem & honestiorem, & à sceleratis illis qui hæc nefanda sunt ausi facinora, liberauit. Ne igitur muliebri ploremus luctu: etenim multos per forũ dicentes audiui: Væ tibi Antiochia, quid tibi factum est? quomodo es honore priuata? Et cum audissem, puerilem talia dicentium mentem derisi. Non enim

4. Reg. 6.

Mat. 21. b
Luc. 19. g

Act. 11. d

Act. 15. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc nunc oportet dicere: ſed cũ ſaltantes videris, po A
tantes, blaſphemãtes, iurãtes, peierantes, mentientes,
tunc his vtere verbis: Væ tibi ciuitas, quid tibi factũ
eſt? Si vero forũ videris paucos habens viros mãſue-
tos & modeſtos, & moderatos, ciuitatem illam voca
beatã. Nihil enim ipſam paucitas lædere poterit, cũ
non deſit virtus: ſicut econtra, nihil vnquã proderit
Rom. 9. f multitudo, cũ adſit malitia. Si fuerit numerus filiorũ
Iſraël, inquit, velut arena maris, reliquiæ ſaluabũtur.
Nihil me multitudo poterit exorare, inquit. Sic &
Chriſtus fecit, vocauit ciuitates miſeras, non propter
paucitatẽ, neq; quoniã nõ eſſent Metropoles. Et Hie-
ruſalẽ rurſum propter hoc ipſum miſerã dixit, ſic in-
Matt. 23. d. quiens: Hieruſalẽ Hieruſalẽ, quæ occidis prophetas,
& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Quã mihi confert
vtilitatẽ multitudo, dic mihi, ſi vitioſe viuat? quin è
contrario & dãnũ ex hoc naſcitur. Quid enim aliud B
nunc illata mala fecit? nõne torpor & cõtemptus, &
inhabitantiũ improbitas? nunquid dignitas ciuitati
ꝓfuit? nũquid ædificij magnitudo? nũquid quia Me-
tropolis? Si vero apud regẽ terrę nihil ipſi pręuarica-
tę hoc ꝓfuit, ſed illa cũcta ſublata ſunt: multo magis
apud angelorũ dominũ nihil ipſi proderit dignitas
iſta: nihil eũ nos illo die poterit adiuuare, ꝙ Metro-
polim habitem⁹, porticus latas habẽtẽ, & alias huiuſ-
modi dignitates. Et quid dico illũ diẽ? Quid vel ad
preſentem vitã prodeſſe poterit ciuitatẽ eſſe tibi Me-
tropolim? Nũquid ex hoc domũ quiſquam male diſ-
poſitam correxit, vel ex hac vllũ dignitate prouentũ
habuit, vel triſtitiã repulit, vel corporis ægritudinẽ,
vel animi vitiũ depoſuit? Ne ludamus dilecti, nec ad
multorũ opiniones reſpiciam⁹, ſed diſcamus quæ tã-
dem ſit ciuitatis dignitas, quid quod ciuitatẽ reddat C
Metropolim. Nec hęc dico ꝙ deſperem ciuitatẽ hãc
formã priorẽ reſumpturã, & in propria futurã preſi-
dentia. Humanus enim & pius rex. Volo vos autem,
etiã ſi reddita fuerit, non altũ ob hoc ſapere, neq; glo
riari, nec ex his ciuitatẽ veſtrã venerabilẽ habere. Cũ
vis ciuitatis laudẽ dicere, ne mihi Daphnẽ ſuburba-
nã dicas, nec altitudinẽ cupreſſorũ, & multitudinem,
nec aquarũ fontes, nec multos homines ciuitatẽ ha-
bitare, nec vſq; ad profundiſſimũ veſperũ cũ multa
libertate in foro verſari, nec venalium copiã habere,
ſenſibilia hæc omnia cũ ſint, & vſq; ad præſentẽ per-
maneant vitã: ſed ſi dicere poſſis virtutẽ, manſuetu-
dinem, eleemoſynã, nocturnas orationes, modeſtiã,
animi ſapientiã, ex iſtis ciuitatẽ cõmenda. Hæc ſi &
eremũ habitãtibus adſint, omni ciuitate ſplendidio-
rem ipſam faciunt: & cõtrà ciuitatẽ omniũ viliſſimã D
ſi hæc illius non adſint ciuibus. Hoc non in ciuitate
tantũ, verũ & in hominibus faciamus. Si hominẽ vi-
deris corpulentũ, in habitudinẽ multã progreſſum,
ſublimẽ, & alios ſuperaſcendentẽ corporis proceri-
tate, ne admireris, donec animũ didiceris. Ne ab ex-
teriori pulchritudine ſed à mentis ornatu homines
beatos cẽſeamus. Paruus erat Dauid, & breuis ſtatu-
ra: veruntamen breuis ille & paruus, & armis nudus
1. Reg. 17. omnibus, exercitũ tantũ & carneã turrim illam ſolo
proſtrauit ictu, nõ haſtã iaculatus, neq; ſagittam mit-
tens, nec enſem ſtringens, ſed omnia modico lapide
Eccli. 11. a conſummãs. Propterea & quidã admonet dicẽs: Ne
laudaueris hominẽ in ſpecie eius, nec abomineris vi-
rum in aſpectu eius. Parua inter volatilia apis, & dul-
cedinis principatũ tenet ipſius fructus. Hoc & de ci-
uitate & hominib⁹ dicamus, & inter nos philoſophe-
mur, & deo gratias habeamus cõtinue & de præſen-
tibus, & de præteritis, & cõmuniter ipſum rogemus
cũ omni intentione, vt & carcerẽ habitãtes, & in exi-
lium trãſportati, illi quidẽ dimittãtur, hi vero reuer-
tãtur. Mẽbra noſtra ſunt, & illi nobiſcũ fluctuati ſunt,
nobiſcũ procellã ſuſtinuerũt. Rogemus igitur beni-
gnitatem diuinã, vt nobiſcũ trãquillitatem aſſequan-
tur. Nemo dicat: Quæ vero mihi cura eſt amplius?
Liberatus ſum ipſe periculo, pereat ille, corrumpatur
alter. Ne deũ exacerbemus per hanc aſpernationem:
ſed tanquam ipſi ſimus in aduerſis, ſic doleamus, ſic
deum cũ ſedulitate precemur, illud Pauli dictum im-
plentes: Cũ vinctis tanquã ſimul vincti, cum male ha
bentibus tanquã & ipſi ſimus in corpore, & flẽtes cũ
flentibus, humilibus conſentiẽtes. Hoc & nobiſipſis
maxime proderit. Nihil enim ſic deũ delectare con-
ſueuit, ſicut cum multa prõptitudine pro mẽbris no-
ſtris dolemus. Oremus igitur ipſum cõmuniter & pro
præſentibus, & pro futuris, vt & ab illa nos pœna li-
beret. Præſentia enim qualiacunque ſint, tolerabilia
ſunt, & finẽ habent: illa vero tormenta immortalia &
ineuitabilia. Præter conſolationẽ vero ſtudeamus &
ipſi nõ amplius talibus labi peccatis, ſcientes ꝙ am-
plius neq; veniã aſſequi poterimus. Cõmuniter igi-
tur ante deũ procidamus omnes, & dum hic ſumus,
& domũ profecti dicamus: Iuſtus es domine in om-
nibus quę feciſti nobis: quoniã in vero iudicio feci-
ſti. Si peccata noſtra obſtiterint nobis, fac propter
nomen tuũ, & ne cõcedas amplius talium nos mole-
ſtiarum experiẽtiam capere, nec inducas nos in ten-
tationẽ, ſed libera nos à malo: quoniã tuũ eſt regnũ
& potentia, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

In prædictam ſeditionis materiam, & de ieiunio. Et in Apo- *Phili. 3. b*
ſtolicum dictum: Gaudete in domino ſemper. *& 4. b*

Homilia XVIII.

MVltos vidi gaudentes, & inter ſe dicẽtes: Vi-
cimus, ſuperauimus, ieiunij dimidiũ profli-
gatum eſt. Tales autẽ hortor nõ propterea
gaudere, quia profligatũ ſit ieiunij dimidiũ, ſed illud
conſiderare, ſi peccatorũ ſit profligatum dimidiũ, &
tunc exultare: hoc enim voluptate dignũ, hoc eſt id
quod quæritur, & propter quod facta ſunt omnia, vt
defectus noſtros corrigamus, ne tales exeamus de ie-
iunio, quales ieiuniũ ingreſſi ſumus, ſed abluti, & om-
ni mala conſuetudine depoſita, ſic ſacram agamus ſo
lennitatem. Si hoc deſit, non tantum nulla nobis erit
vtilitas, verum & maximum ex conſummato ieiunio
damnum. Ne igitur lætemur, ꝙ ieiunij prolixitatem
expediuimus. nihil enim magnum hoc eſt: ſed læte-
mur, quando cum profectibus ipſum exegerimus, vt
etiam ipſo tranſacto, fructus ipſius effulgeat. etenim
hyemis lucrum tunc maxime demonſtratur, cum il-
la præterierit. Nanque vernantes ſegetes, & foliis ac
fructu affluentes arbores per ipſum aſpectum cla-
mant vtilitatem ſibi ex hyeme factam. Hoc & in no-
bis pariter fiat: etenim pluuiis continuis & crebris in
hyeme per ieiunij tempus potiti ſumus, continuam
haurientes doctrinam, & ſemina ſuſcepimus ſpiri-
tualia, & deliciarum ſpinas abſcidimus. Perſeuere-
mus igitur quæ ſuſcepimus cum diligentia ſeruãtes,
vt & ieiunio præterito ieiunij ſcaturiat fructus: & per
bona quæ de ieiunio cepimus, etiam ipſius ieiunij re-
cordemur. Si nos igitur ſic comparemus, adueniens
ieiunium cum voluptate ſuſcipiemus denuo. Mul-
tos etenim video ſe ita puſillanimiter habentes, vt in
præſenti

preſenti de futura ſoliciti ſint quadrageſima, multóſ- A
que dicẽtes audiui, ꝙ poſt ieiunij liberationẽ nõ ſen-
tiunt voluptatẽ ex remiſſione propter futuri anni ſo-
licitudinẽ. Quid his quęſo magis eſſe poſſet puſilla-
nime? Quę vero eſt huius cauſa? ꝙ aduenientẽ ieiunio
nõ quomodo bene diſponatur anima ſtudeamus, ſed
in ſola ciborũ abſtinentia ipſum definimus. Itaque ſi
multũ in morũ correctione ab ipſo lucraremur, etiã
quotidie ieiuniũ adeſſe oraremus, per ipſa opera eius
meritorũ ſenſum capientes, nec vnquã ipſius deſide-
riũ eiiceremus, nec ipſum expectãtes triſtes fieremus
& anxij. Mẽte quippe bene diſpoſitũ, & animę ſuę cu
ram habentẽ nulla res cõtriſtare poterit, ſed pura cõ
tinuáq; fruetur voluptate. Quòd hoc ſit verũ, hodie
Paulum audiſtis nos admonẽtẽ & dicentẽ: Gaudete
in domino ſemper, iterũ dico gaudete. Scim⁹ multis
videri, nõ poſſe fieri quod dictũ eſt. Quomodo nãq; B
fieri poteſt, ĩquit, vt ꝙ homo eſt, ſemꝑ gaudeat? Gau-
dere nanq; nõ difficile, cõtinue vero gaudere, & im-
poſſibile mihi eſſe videt. Forte quis dicet, multæ nos
triſtitię neceſſariò circuncurſant. Vel enim filiũ quis
amiſit, vel vxorem, vel amicũ ſyncerũ omni conſan-
guineo magis neceſſarium, vel pecuniarum paſſus eſt
mulctam, vel in ægritudinẽ incidit, vel aliarũ rerum
ſuſtinuit iacturã, vel præter dignitatem cõtumeliam
paſſ⁹ ĩdoluit: vel fames, vel peſtis, vel exactio ferri nõ
poteſt, vel familiaria negocia: quinimo nunquã om-
nia recẽſere poſſemus, quęcũq; & priuatim, & publi-
cè nos mœrore afficere cõſueuerũt. Quomodo igit̃,
inquit, poſſibile ſemper gaudere? Poſſibile admodũ
ô homo: & ſi poſſibile nõ eſſet, nõ admonuiſſet Pau-
lus, nec conſuluiſſet, cũ homo ſpirituali eſſet prædit⁹
ſapiẽtia. Et propterea cõtinue vobis dicebã, & dice- C
re nõ deſinã: quoniã quæ nullatenus ab alio quoquã
diſcere datur, hęc nobis licet hic meditari. Voluptatẽ
enim quęrũt, & gaudere cupiũt omnes, & ꝓpter hoc
omnia faciũt & dicũt & negociãtur. Etenim mercator
ꝓpter hoc nauigat, vt pecunias cõgreget: cõgregat autẽ
pecunias, vt habẽs poſitas gaudeat: & exercitus ductitãs ꝓpterea tractat arma, & agricola ꝓ
pterea terrã colit, & artem quiſq; ſuã propterea tra-
ctat: & dominationis cupidi ideo cupiũt, vt gloria fru
antur: gloria vero frui volũt, vt gaudeãt. Et negociũ
quodq; ad hunc finẽ nobis tẽdere videtis. Et ad hoc
quiſq; reſpiciens per multa media ad ipſum ire feſti-
nat. Lætitiã quippe, quod dixi, amant omnes, aſſequi
vero non omnes poſſunt. Neſciunt enim viã eò ten-
dentem. Sed multi putant ꝙ diuitiis affluere huius ſit
cauſa. Si hæc autẽ cauſa fuiſſet, nemo pecunias poſſi- D
dentium vnquã fuiſſet dolore preſſus: nunc vero di-
uitum multi vitã non vitalem eſſe putant, & innume-
ras mortes exoptant, cum aliquã aduerſitatem ſenſe-
rint, & hi maxime ſunt vehemẽter dolentes. Ne mihi
quippe mẽſas ipſorũ reſpexeris, nec aſsẽtatores & pa
raſitos, ſed res ex ipſis orientes, infeſtationes & calũ-
nias, pericula, anxietates, & quod his moleſtius eſt, ꝙ
impręmeditati ad has deuoluti mutationes, philoſo-
phari neſciũt, & caſus generoſe ferre. Propterea nec
huiuſmodi videntur ipſis grauia, qualia per naturam
ſunt, verũ & leuia iam intolerabilia eſſe videntur. Si-
cut viciſſim in pauperibus contrarium fit, & illa tole-
rari poſſe videtur, quæ intolerabilia ſunt: quippe qui
multa talia prius meditati fuerint. Non enim tã rerũ
natura, q̃ patientium diſpoſitio magna vel parua vi-
deri facit incũbentia nobis mala. Et ne horum exem-

plum amborũ longius accerſam, de his quę vobis ac- A
ciderũt, diſſeram. Ecce enim pauperes quidẽ omnes
euaſerũt, & popul⁹ periculo liberatus eſt, & pura po-
titur ſecuritate. Qui autẽ rempub. tractabãt, & equos
domi alebãt, & brauia in certaminibus proponebãt,
& alia adminiſtrabant: ipſi carcerẽ nunc habitant, &
de extremis timẽt, & ab omnibus patratorũ ſoli dant
pœnas, & in cõtinuo metu viuunt, & omnibus nunc
miſeriores ſunt, non propter periculorũ magnitudi-
nẽ, ſed quia præteritũ tempus in deliciis egerãt. Mul-
ti nãq; cũ eos hortaremur & ſuaderemus vt genero-
ſe grauia ferrent, dicebant: nil vnquã tale meditati ſu
mus, nec talia philoſophari nouim⁹, ꝓpterea magnæ
indigemus conſolationis. Alij rurſum putant ꝙ bona
valetudo ſit voluptatis cauſa. Nõ eſt autẽ: multi nãq;
bene valentes, & ipſi millies mori optauerunt, illatas
ſibi nõ ferentes iniurias. Alij rurſum gloria potiri, & B
imperio inſignitũ eſſe, & magiſtratus adminiſtrare, &
à multis adulationibus demulceri, cõtinuę lętitię cau
ſam eſſe dicunt: ſed nec iſtud eſt. Et quid dico alios
magiſtratus? Etſi enim ad ipſum mẽte regnũ aſcẽda-
mus, in illo quoq; viuentem multis circunuentũ mo-
leſtiis inueniemus: & tãto plures triſtitię neceſſitates
habẽtẽ, quãto maiore quoq; rerum faſtu circũdatus
eſt. Et quid opus eſt bella pugnáſq; cõmemorare, &
barbarorũ inſultus? Ipſos ſępe timent, qui ſecũ domi
cõuerſantur. Eteñ regũ multi hoſtiles elapſi manus,
corporis ſui cuſtodũ inſidias nõ effugerũt. Tot vero
regibus triſtitię neceſſitates ſunt, quot mari vndę. Cũ
igitur nec regnum vitam ſine triſtitia reddere poſſit,
quid aliud hoc preſtare poterit? Humanorũ quidem
nihil, ſed ſolũ Pauli verbũ, breue quidẽ id, ſed altum
nobis hũc aperiet theſaurũ. Nõ enim multis opus eſt
ſermonibus, nec lõgo circuitu: ſed ſi ſolũ dictũ cogi-
temus, viã ad hoc ferentẽ inueniemus. nec enim ſim
pliciter dixit: Gaudete ſemper, ſed addidit continuæ
voluptatis cauſam, cũ dixerit: Gaudete in dño ſem-
per. In domino gaudẽs, ex accidẽte nullo voluptate
hac excidere poteſt. Alia nẽpe cuncta, in quibus gau
demus, mutabilia ſunt, & trãſitu facilia, & facile vertũ
tur, nec hoc ſolũ habent moleſtũ, ſed etiam ꝙ manẽ-
tia non tantã nobis afferunt voluptatẽ, vt ex aliis na-
ſcentem triſtitiã repellãt & obumbrent. Dei vero ti-
mor hęc habet vtraq;, ſtabilis eſt immotúſq;, & tantã
emittit lætitiã, vt nullus nos aliorũ ſenſus malorum
capiat. Deũ enim, ſicut oportet, timens, & in ipſo cõ-
fidẽs, voluptatis radicẽ lucratus eſt, & omnem habet
lętitię fontẽ. Et ſicut in mare decidẽs immẽſum ſcin-
tilla breuis facile deletur: ſic quãtacunq; deũ timẽti D
illidãtur, velut in vaſtũ lætitiæ pelagus incidẽtia ex-
tinguũtur atq; perduntur. Et reuera hoc eſt maxime
mirabile, ꝙ cũ adſint quę cõtriſtare ſolent, permanet
ipſe gaudẽs. Si nihil eñ adeſſet triſtificũ, nõ eſſet ipſi
magnũ ſemper poſſe gaudere. Multis autem incum-
bẽtibus, quæ in triſtitiã impellãt, omnibus eſſe ſupe-
riorẽ, & in mediis triſtibus lętari, hoc eſt admirabile.
Et ſicut tres pueros nõ arſiſſe miraret nemo, ſi ꝓpul
à Babylonica ſtetiſſent fornace: quod enim oẽs con-
ſternauit, hoc eſt, ꝙ in igne tantũ temporis verſati, his
qui nõ verſati fuerãt, egreſſi ſunt minus læſi: ſic & in
ſanctis dicere licet, ꝙ ſi nulla ipſis inſtitiſſet tentatio,
ipſos continue gaudere non admiraremur. Conſter-
natione vero dignum, & ſupra naturã humanam hoc
eſt, quòd infinitis vndiq; vndis circundati, tranquil-
litate pura fruẽtibus melius affecti ſunt. Quòd igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullam exteriorẽ vitam gaudiũ continuũ habentem A inuenire licet,ex dictis patet. Quòd autem fidelis nõ poteſt nõ continua frui voluptate: rurſum & hoc ipſum demonſtrare conabor, non vt diſcatis tantũ,ſed etiã vt hanc triſtitia carentẽ vitã ſectemini. Sit enim aliquis nihil in ſe damnandũ habens, ſed bona fretus cõſcientia,& ad futura anhelans, & expectans illam beatã ſpem:quid hunc quęſo in triſtitiã poterit inducere? Nã omnibus rebus intolerabilior mors eſſe videtur,ſed huius expectatio non tantũ ipſum nõ contriſtat,verum& potius delectat.nouit enim q̃ mortis præſentia, laborũ eſt liberatio, & curſus ad coronas, & brauia pro pietate & virtute pugnãtibus repoſita. Sed filiorũ acerba mors. Verũ & hoc generoſe fert,
Iob.1.d & dicet Iob verba:Dominus dedit, dominus abſtulit,ſicut dño viſum eſt,ita &factũ eſt:ſit nomẽ domini benedictũ in ſecula.Si vero filiorũ mors & iactura B cõtriſtare nõ poteſt,multo minus pecuniarũ iactura, & accuſationes & calũniæ tam magnũ & generoſum animũ tangere poſſent,neq; corporis dolor: quoniã & apoſtoli flagellabãtur quidẽ,ſed non dolebãt.Magna quidẽ ſunt & hæc,ſed multo maius eſt,q̃ nõ tantum nõ dolebant, verũ & ipſa flagella maioris mate-
Act.5.g riam faciebãt voluptatis, & reuertebãtur à facie conſilij gaudentes, q̃ digni fuerant habiti pro nomine Chriſti contumeliã pati.Cõtumelia & conuicio quis talẽ affecit,ſed à Chriſto gaudere inſtitutus eſt in cõ-
Matt.5.a. tumeliis. Gaudete enim, inquit, & exultate de omni malo verbo quod dixerint cõtra vos homines,mentiẽtes propter me:quoniã merces veſtra multa eſt in cœlis.Sed in morbũ incidit?Verũ audiuit aliũ admo-
Eccli. 22. d. nentẽ & dicentẽ:In morbo & paupertate in ipſo cõfidas.Quoniã ſicut in igne probatur aurũ, ſic homi-
1.Pet.1.b nes acceptabiles in fornace humiliationis. Cũ igitur neq; mors,neq; pecuniarum iactura,neque corporis ægritudo,neq; ignominia,neq; conuiciũ,neq; quippiã aliud huiuſmodi ipſum cõtriſtare poſſit,verum& magis delectet:quã vnquã triſtitiæ materiã habebit? Quid igitur,inquit,ſancti nõ dolebant? nõ audis Pau-
Rom.9.a lum dicẽtem: Triſtitia mihi magna eſt,& indeſinens dolor cordi meo?Hoc ipſum nẽpe admirabile eſt,q̃ triſtitia lucrũ,& voluptatẽ ex lucro ferebat.Sicut eñ flagella nõ dolores,ſed lætitiã: ſic rurſum & triſtitia magnas illas præbebat coronas. Et hoc eſt admirabile,q̃ mundi non triſtitia tantũ,verũ & lætitia damnum habet extremũ.In ſpiritualibus vero cõtrarium totũ,non lætitia tantũ,verũ & triſtitia multum habet bonorũ theſaurũ.Verbi gratia:Gaudet quis in mũdo D ſæpe inimicũ laborantẽ videns,& per hanc lætitiam multã ſibi attrahit pœnã:dolet rurſum quis alius fratrẽ lapſum videns,& per hanc triſtitiã multã ſibimet apud deũ beneuolentiã cõparat. Cernis quomodo ſecundũ deũ triſtitia mundi lætitia melior eſt & vtilior?Sic & Paulus triſtabatur propter peccãtes, propter non credẽtes deo,& ex hac triſtitia multam ſibi repoſitã habebat mercedẽ. Vt autẽ manifeſti° quod dico faciã, & diſcatis q̃ licet præter opinionẽ ſit dictum,tamẽ verũ eſt,& luctus ſæpe nouit dolẽtes animas reparare,& conſcientiã grauatã releuare: multæ ſępius mulieres deſideratiſſimis amiſſis filiis,ſi prohibeantur quidẽ lugere & cõqueri,diſrũpuntur & pereunt:ſi vero mœrentiũ omnia fecerint, releuantur & conſolationẽ accipiũt.Et quid mirandũ, ſi in mulieribus hoc,quippe cũ & prophetã hoc patientẽ videre quis poſſit?Propterea cõtinuè dicebat: Sinite me, amarè lugeã,ne prohibete conſolantes ſuper cõtritione filiæ generis mei.Itaq; ſępe triſtitia affert conſolationẽ.Si autẽ in hoc mundo, multo magis in rebus ſpiritualibus.Propterea dicit:Secundũ vero deũ *2.Cor.7.a* triſtitia pœnitentiã in ſalutẽ ſtabilẽ operatur.Et hoc quidẽ obſcurũ eſſe videtur.Quod autẽ dicit, eſt huiuſmodi:Si de pecuniis triſtatus fueris,nihil ꝓfeciſti: ſi in ęgritudine,nihil lucratus es,verũ & magis ipſam exacerbaſti.Et ego quidẽ multos audiui poſt talẽ experientiam ſe accuſantes,& ad ſeipſos dicentes:Quę vtilitas q̃ dolui?nec pecunias recuperaui,&meipſum læſi.Si vero peccato triſteris,hoc deleſti, & maximã lucratus es voluptatẽ.Si de fratribus lapſis contriſteris,teipſum hortatus es & conſolatus,& illos rurſum reparaſti:q̃ ſi nihil & ipſis profueris, maximã habes mercedem.Et tu diſcas,q̃ de lapſis triſtari, etſi nihil
Ezec.9.b proſumus,maximã nobis retributionem affert, audi Ezechielẽ dicentẽ,imò vero deũ per ipſum loquentem.Poſtquã enim miſit quoſdam ad ſubuertendum vrbem, & ferro & igni conſumendũ ædificia omnia cum habitatoribus ipſis,imperat cuidã ſic dicẽs: Da ſignũ in facie virorũ gementium & dolentiũ.Et cum aliis imperaſſet,& dixiſſet:De ſanctis meis tãgite:intulit dicens:Supra quos autem eſt ſignũ,ne ipſos tangite.Qua,dic mihi, cauſa? Quoniã etſi nihil proſunt, tamẽ gemunt quæ gerũtur,& deplorant.Et alios vero rurſus accuſat,dicẽs:Ventri & deliciis vacantes,& multa potiẽtes libertate,videntes Iudæos in captiuitatem deduci,nõ doluerunt,non communem fecere triſtitiã:& ipſos accuſans ait: Nihil paſſi ſunt in con-
Amos.5. tritione Ioſeph.Ioſeph appellans populũ omnem.Et rurſum:Non exiit quę habitat Enam plangere domũ *b.*
Mich.1.a C ſuæ cõiunctam. Quanuis enim iuſte puniantur, vult deus nos cõdolere, non autem gaudere & inſultare.
Ezec.18.b Si enim ait:ego puniens non lætus hoc facio, nec in ipſorum vltione delector: non enim voluntate volo mortem peccatoris:oportet & te dominũ imitari,& propterea lugere,quoniã peccator iuſtæ vltionis materiam præbuit & occaſionem.Itaq; ſi quis etiam ſecundum deũ triſtetur, magnã inde ſumit vtilitatem. Cum igitur flagellati flagellantibus ſint beatiores, & apud nos tribulati exteris poſitis in remiſſione,& dolentes gaudẽtibus:quę nobis amplius erit tribulationis occaſio?Propterea beatũ haberi conuenit neminem,niſi ſecundũ deum viuentẽ ſolũ. Hos quoq; ſolos ſcriptura beatos vocat:inquit enim:Beat° vir,qui *Pſal.1.a* non abiit in conſilio impiorũ.Beatus, quẽ tu erudieris domine,& de lege tua docueris eũ. Beati immaculati in via.Beati qui cõfidunt in eo.Beatus cui dominus deus adiutor eius. Beatus quẽ non condẽnauit anima eius.Beatus vir,qui timet dominũ. Et rurſum ſic Chriſtus:Beati qui lugẽt,beati humiles,beati *Matt.5.d* mites,beati pacifici, beati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiã.Vides quomodo nullibi diuitũ quẽquam,non generoſum,non gloria potitũ beatificant diuinæ leges,ſed virtutem tãtum aſſequutum?Quod quæritur enim, omnium quæ facimus vel patimur, materiam dei timorem eſſe conuenit.Et ſi hanc prætermittas radicem, non remiſſio tantum, nec honores,neque gloria atque miniſteria, verum & infeſtationes & calumniæ,& contumeliæ,& ignominiæ,& tormenta, & omnia generaliter voluptatis fructus tibi germinabunt. Et ſicut arborum radices,ipſæ quidem ſunt amaræ,iucundiſſimos autem nobis fructus ferũt: ſic profecto & ſecundũ deum triſtitia multam nobis

nobis afferet voluptatẽ.Norunt quicunq; ſæpe cum A dolore orauerũt,& lachrymas effuderũt,quantã ſint lucrati lætitiam: quomodo cõſcientiã expurgarunt, quomodo exurrexerũt cũ bona ſpe:quod enim ſemper dico,nõ rerũ natura,ſed mẽs noſtra nos cõtriſtare vel lætificare cõſueuit.Si igitur hãc talẽ reddam°. qualẽ eſſe decet, omnis lætitiæ pignus habebimus. Et ſicut corpus,nõ tantũ aëris natura aut exteriores incurſus, quantũ propria diſpoſitio & lædit & adiuat:ſic & in anima &multo magis.Hic etenim naturæ eſt neceſſitas,illic vero totũ in volũtate ſitum eſt. Propterea Paulus innumera paſſus mala, naufragia, bella,ꝓſecutiones,inſidias,latronũ incurſus,& quæcũque nec oratione numerare licet, & quotidianas mortes moriẽs,nõ tãtũ nõ dolebat, nec indignabatur,verũ & gloriabatur,& gaudebat,dicebãtq;:Nũc
Coloſſ.1.d *Rom.11.a* gaudeo in paſſionib° meis,& ſuppleo defect° tribu- B lationũ Chriſti in carne mea.Et iterũ:Nõ tantũ autẽ, verum &gloriamur in tribulationibus.Gloriatio vero voluptatis eſt intẽtio.Si lætitiã itaq; cupis,nõ pecunias,nõ corporis ſanitatẽ,nõ gloriã, nõ potentiã, nõ delicias,nõ lautas mẽſas, nõ ſericarũ veſtiũ amictus quæras:noli precioſos agros domóſve ſplendidas & illuſtres,aut aliud huiuſmodi quicquã ſectari: ſed philoſophiã,quæ eſt ſecundũ deum tracta,& apprehẽde virtutẽ,& nil eorũ quæ ſunt, aut expectantur,te poterit cõtriſtare. Quid dico contriſtare? additio nẽpe tibi fiẽt voluptatis,quæ alios contriſtant: etenim flagella,& mortes,&mulctę,& accuſationes, & male pati,& omnia talia, quãdo propter deũ nobis inferãtur,& hãc habeãt radicẽ, multam nobis in animã inducũt voluptatẽ. Nos enim miſeros facere poterit nemo, niſi noſipſos faciamus: ſicut ſcilicet C neq; beatos,niſi nos efficiamus,poſt dei gratiam. Vt diſcatis,q̃ hic ſolus eſt beat°,qui timet dominũ: non ex præteritis,verũ ex cõtingẽtibus nobis,hoc vobis demõſtrabo. Periclitata nobis eſt ciuitas tota deleri, & diuitũ quidẽ & illuſtrium & inſigniũ virorũ in medio apparere auſus eſt nemo, ſed fugerũt omnes, & receſſerũt:deum vero timentes, commorantes in monaſteriis,hi multa cũ fiducia accurrentes, omnia ſoluerunt:& tantũ abfuit vt accidẽtia mala,& expectatæ cõminationes ipſos terrerẽt, & in anxietatem iniicerent, vt lõge à calamitate ſedentes,& nihil habentes cõmune, ſpõte ſeipſos in medium mitterent incendiũ,& omnes eriperẽt:& quod omnibus terribile & horrendũ eſſe videtur, mortẽ ipſi cum omni prõptitudine expectauerunt, & cum maiori ad eam D voluptate cucurrerũt,q̃ ad principatus alij & honores. Norant enim, q̃ magnus hic magiſtratus & honor:& per ipſa demonſtrarunt opera, q̃ ſolus eſt hic beatus,qui diſciplinã apprehendit cœleſtem,& mutationem nullam ſuſcipit,nec vllam ſuſtinet aduerſitatem,ſed cõtinua trãquillitate fruitur,& omnia deridet quæ videtur eſſe triſtia.Nũc eñ qui ſunt in primis magiſtratib°,triſtitia multa tenẽtur, carcerẽ habitãtes,catenis obſeſſi,quotidie mori expectãtes.Hi vero puriſſima fruũtur voluptate, etiã ſi quid graue pati accidat:& quæ aliis terribilia eſſe videntur, hæc ipſis ſunt deſiderabilia:norũt eñ ad quid currunt, & quis finis poſtquã hinc diſceſſerint,ſuſcipiet.Et cum tãto viuẽtes ſtudio, & mortẽ deridẽtes, pro aliis tamen dolẽt, & ex hoc viciſſim magnã capiũt vtilitatem.Studeamus igitur animę noſtrę curã habere, & expectatorũ nihil nos poterit cõtriſtare, & pro car-

ceratis deũ oremus,vt eos ab imminẽti liberet calamitate. Poterat nẽpe totũ ſimul ſoluere malũ, & ne tenues quidẽ dimittere reliquias. Sed ne rurſus ad priorẽ reuertamur torporẽ,ſenſim & paulatim horũ torrentẽ malorũ remittere curauit, in eadẽ nos retinẽs pietate.Et q̃ hoc ſit verũ,& quòd multi ad priorem rediiſſent torporẽ,ſi breui cũcta ſoluta fuiſſent, inde manifeſtũ eſt, ſi quãdo calamitatis reliquiæ remanent,& adhuc regis eſt incerta ſentẽtia,& omnes ciuitatis negotia adminiſtrãtes ſunt in vinculis:multi ciuitatẽ nobiſcũ habitantium lauãdi cupiditate ad fluuiũ currũt, innumeris illis ſe cõuiciis mordentes, luxuriantes,laſciuiẽtes,ſaltantes,fœminas pertrahẽtes.Qua igitur illi venia digni?qua excuſatione? imò vero qua non ſunt pœna & vltione digni? Ciuitatis caput in carcere, mẽbra noſtra in exilio, incerta de his ſentẽtia:& tu,quæſo,ſaltas,& ludis, & rides? Inquit aliquis:Nõ enim illuuiẽ ferimus.O impudẽtem ſententiã.O mechanicam & perditam.Quot menſes rogo fuerunt?Quot anni?Nondũ viginti dies balneis excluſus egiſti, & tanquã totũ in illuuie tranſegeris annũ,ſic mœres & indigneris? Sic quæſo fuiſti cum militum incurſum expectabas, cũ per ſingulos mori dies ſperabas,quãdo in deſerta fugiebas,& ad montium currebas vertices? Si quis tibi tũc totũ annũ in illuuie manere propoſuiſſet, vt ab inſtãti liberareris anxietate,nõne prõpte ſuſcepiſſes atq; tuliſſes? Cum igitur illi,qui abſq; omni dãmno hęc ſoluit,deo gratias agere cõueniat, laſciuis rurſum & cõtumeliã facis,& quoniã metus trãſiuit, ad maiorẽ iterũ torporem rediiſti?Sic te tetigerũt mala, vt appetas & balnea?Si enim balnea remittebantur,nõ erat ſatis morientiũ calamitas,etiã eis qui in his non eſſent moleſtiis, perſuadere, vt omniũ obliuiſcerẽtur deliciarũ? De anima periculũ eſt, & tu balneorũ recordaris,& deliciis visvacare?Contẽnis quia nũc effugiſti?Vide ne maioris pœnę tibi neceſſitatẽ circũponas,&ablatas rurſum minas cum maiori attrahas diſcrimine,& idem patiaris,quod de dæmonibus inquit Chriſtus. Poſtquam enim egreſſus fuerit ſpiritus immundus, inquit,& poſtea inuenit domũ vacatẽ,& ſcopis mũdatam, ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe iterũ aſſũmens,reuertitur in animã,&fiunt poſteriora eius peiora prioribus.Timeamus igitur & nos,ne prioribus abſoluti, per ſequentem torporem prioribus peiora ſubeamus.Noui vos ab hac alienos ſtultitia. Verum & incõpoſite ambulãtes cohibete,punite, caſtigate, vt ſemper gaudeatis, ſicut Paulus imperauit: vt & D propriorũ hic meritorũ, & aliorũ curæ multã & hic & in futura vita capiam° mercedẽ,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cũ quo patri, ſimul & ſancto ſpiritu gloria, poteſtas,honor, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Ad homines agros colentes, & de vitando iuramento.
Homilia XIX.

GRatulati eſtis ſanctis martyribus his diebus tranſactis, & ſpirituali lætitia repleti exultaſtis,honeſtis exultationibus vidiſtis aperta latera, & ilia conciſa, cruorem vndique defluentem, infinitas tormentorum ſpecies. Humanam vidiſtis naturam ſupernaturalia præſtantem, & coronas ſanguine decoratas, pulchram ſaltaſtis choream,in omnẽ partem ciuitatis hoc honeſto duce vos circũagente,ſed nos & inuitos infirmitas domi manere cogebat.Tamẽ etſi ſolẽnitati nõ ĩterfuimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus,de voluptate participam°: & ſi de cõcione fructum nõ cepimus,vobiſcum tamẽ lætitiã cõmunem habuim°. Talis eſt enim charitatis vis, nõ fruẽtes pariter cũ fruẽtibus gaudere facit, cõmunia proximorum bona putare perſuadens. Propterea & domi ſedens,gaudebã vobiſcũ,& morbo nondũ ſolutus ſurrexi,& cucurri ad vos,vt deſiderabiles facies veſtras intuerer,& præſentis feſtiuitatis particeps fierẽ. Feſtiuitatẽ enim maximã eſſe puto præſentẽ diẽ, propter fratrũ præſentiã noſtrorũ,qui vrbẽ nobis adornauerũt,& Eccleſiã honeſtarũt. Populus lingua quidem nobis diuerſus,fide vero conſonus: populus in labore viuẽs, vitã habens modeſtã, & venerabilem. Apud hos enim viros nõ iniquitatis ſpectacula, non equorũ certamina,neq; meritoriæ mulieres, nec reliquus vrbis tumult°,ſed omne luxuriæ genus eliminatũ eſt: multa vero vbiq; modeſtia floret:cauſa,laborioſa ipſis eſt vita,& virtutis ſcholã atq; modeſtię habẽt:terræ culturã artẽ tractãtes,quã ante reliquas omnes in vitam deus noſtrã intulit. Etenim ante peccatum Adam quãdo multa fruebatur libertate,agriculturam quandam obire iuſſus eſt, non laborioſam quidẽ,nec ærumnas habentẽ, ſed multã ſibi præbẽtem philoſophiã. Poſuit enim ipſum,ait, vt operaretur & cuſtodiret paradiſum. Horũ quenq; cerneres nũc quidẽ boues iugantẽ aratorios, & aratrum trahentẽ,&profundũ ſcindentẽ ſulcum:nũc autẽ ſacrũ aſcendentẽ ſuggeſtũ, & ſubditorũ animas arantem. Nunc quidem agri ſpinas excidentẽ falce, nunc vero ſermone ex animis peccata extergentẽ: Nõ enim erubeſcunt cultura,ſicut vrbẽ nobiſcũ habitãtes, ſed erubeſcunt ſegnicie,quoniã didicerũt omnem illam docuiſſe malitiam,&ab initio ſe diligentibus nequitiæ fuiſſe magiſtram. Vnde maxime nobis optimam philoſophari vidẽtur philoſophiã,nõ ex habitu, ſed ſententia virtutẽ ſuam exhibentes. Itaque externorũ philoſophi,ſcenicis & mimorũ ludis vacantibus nihilo melius ſe habent, pallio & barba & ſtola nihil amplius exhibere valẽtes. Hi vero contrà, baculo & barba & reliquo apparatu longũ valere iuſſis, animã ſuam veræ philoſophiæ præceptis exornauere, nec præceptis tantũ,verũ & operib°ipſis. Et ſi horũ quẽpiam interroges in agricultura viuentiũ, & ligone & aratro cõfectorũ de dogmatis,de quib° infinita quęrentes externi philoſophi,&ſermones multos impẽdentes,nihil ſanũ dicere potuerũt, ſedulo cũcta tibi cũ multa reſpõdebit ſapientia. Nec hoc tantũ eſt admirabile: verũ & quoniã per opera dogmatum fidẽ firmant. Etenim quòd animã habemus immortalẽ, & omniũ quæ hic gerũtur,rationes reddere debem°, & tremendo aſſiſtere tribunali, & in mente ſibi perſuaſerũt, & vitam omnẽ ad hãc ſpem inſtituerũt, & omni humana opinione ſuperiores redditi,atq; à diuina eruditi ſcriptura, q̃ vanitas vanitatũ, & omnia vanitas,ad nil eorũ quæ vidẽtur eſſe clara, anhelant. Hi & de deo hæc philoſophari norũt,quæ deus mãdauit. Age aſſumens philoſophorũ aliquẽ externorũ nunc in medium adducas. imo vero nunc quidẽ neminem datur inuenire. ſi vero horum aſſumas vnũ, euoluẽnſq; priſcorum philoſophorũ libros percurras:& quid hi quidẽ nunc reſpondent, quid autẽ illi tunc philoſophati ſunt,in cõparatione ponẽs diſcutias,videbis quanta ſit horum quidem ſapiẽtia, quãta vero illorum dementia. Cum enim ipſorum quidam nullam in rebus eſſe prouidentiam dicant, nec

Eccles. 1. & 12.c

A à deo creatũ eſſe mundũ,neq; virtutem ſibiipſi ſufficientem eſſe,ſed opus eſſe pecuniis, & generoſitate, & exteriori claritate, & multa alia his magis ridicula:hi autẽ & de prouidẽtia,& de iudiciis ſequẽtibus, & de dei creatione,qui ex his quæ non erant, omnia produxit,& de aliis omnibus philoſophentur, nihil omnino de peregrina ſciẽtes diſciplina, quis nõ illico dei potẽtiã diſcat,quę illiteratos & idiotas multũ in ſapiẽtia gloriantibus tãto ſapientiores demõſtrauit,quãto paruis puerulis prudẽtes viros præſtantes cernere datur? Quod enim ipſis damnũ ex ſermonis imperitia eſſe poſſit, cũ mẽtes multa ſint ipſis plenæ ſapiẽtia? Quæ vero peregrinis ex ſermonũ diſciplina vtilitas,cũ mẽs ſenſibus ſit caſſa? Vt ſi quis enſem gereret,capulum quidẽ argenteum habentem, ferrum vero quolibet plumbo imbellius. & his enim lingua quidẽ verbis & nominibus eſt ornata,mẽs vero multa repleta eſt infirmitate, & ipſis ad omnia eſt inutilis:ſed nõ ſic horũ philoſophorũ, ſed penitus cõtrarium. Multæ mens ipſis philoſophiæ ſpiritualis eſt plena,& dogmata vita ſectatur. Apud hos non ſunt mulieres luxuriantes,nec veſtimentorũ ornatus,nec colores & fuci,ſed omnis huiuſmodi morum corruptio pulſa eſt. Vnde facilius quoq; ſubditũ ſibi populum in modeſtiã deducunt,& Pauli legem velamina & eſcas habere,& nil amplius quærere iubentẽ,multa cum diligentia cuſtodiunt. Apud hos non eſt vnguẽtorum vſus mentẽ allectãs, ſed terra herbas proferens omni vnguentario ſapiẽtius ipſis variã florum parat ſuauitatẽ. Propterea & ipſis corpora cum animis pura ſanitate potiũtur:quoniam omnes delicias expulerũt,&nequiſſima ebrietatis fluenta fugauerũt: C & tantũ comedũt,quantũ ad viuendũ ſufficit. Ne ipſos igitur ex habitu contẽnamus,ſed ipſorũ mentem admiremur. Quæ nanq; exterioris amictus vtilitas, cum anima mendico ſit omni miſerius induta? Virũ nõ à veſtimẽtis,imò nec ab ipſo corpore,ſed ab anima laudare decet & admirari. Huius animã exue, & ipſius pulchritudinem videbis,atq; diuitias per verba,per dogmata, & per omnem morũ cõſtitutionẽ. Erubeſcant igitur gẽtiles, abſcõdantur propter ſuos philoſophos,& ſuã ſapientiã omni ſtultitia miſeriorem. Apud ipſos enim philoſophi per tẽpus quo viuebant, vix paucos & facile numerabiles, dogmata ſua docere potuerũt,&vel exiguo dẽprehẽdente periculo & hos perdiderũt. Chriſtivero diſcipuli piſcatores & publicani & tẽtoriorũ ſutores paucis annis totũ mundũ ad veritatẽ conuerterunt: & innumeris D tamen naſcentibus periculis nõ tantũ non eſt extincta prædicatio, verũ & floret ac in maius augetur, & philoſophari docuerũt homines rudes,& agricolas, & inter armẽta verſantes. Hi præter cætera etiã omnium bonorũ cauſam charitatem radicatam habentes,ad nos feſtinauerũt,tantã currẽtes viã,vt venirẽt & propria circũplecterẽtur mẽbra. Eia igitur & nos pro donis iſtis charitate dico & affectu:viatica dantes,ſic ipſos remittamus,& rurſum de iuramẽtis ſermonẽ moueamus, vt radicitus ex omniũ mente improba hęc cõſuetudo reuellatur. Prius autẽ volo pauca de dictis à nobis ſuperius hodie commemorare. Poſtquã enim à Perſide abſoluti Iudęi,& ab illa liberati tyrãnide,in propriã rediere patriã: Viderũt falcem,inquit,lõgitudine cubitorũ viginti, & latitudine cubitorũ decem,& Prophetam ſe docentẽ audierunt:Hæc eſt maledictio egrediẽs ſupra faciẽ terræ, & ingre-

Zach. 5.a

& ingrediẽs domũ peierãtis,& diſſoluet in medium, & ligna & lapides deſtruet omnes. Et his tunc lectis, quærebamus quare nõ iuratũ ſolum,ſed etiam ipſius domũ diſſoluit:& hãc cauſam eſſe dicebamus, quoniam grauiſſimorũ pœnas peccatorũ vult deus continuas permanere, vt omnes poſt hæc corrigantur. Quoniã igitur periurũ neceſſe eſt mortuũ ſepeliri,& terrę ſinib° tradi, ne cũ ipſi° corpore & iniquitas cõſepeliatur,domũ ruinã fecit,vt prætereũtes cũcti ipſam cernẽtes,& ſuffoſſionis cauſam diſcẽtes,peccati imitationẽ fugiãt. Hoc & in Sodomis factũ eſt. Poſt-

Gen. 19.c

quam enim exarſerũt in ſui cõcupiſcentiã mutuam, etiã terrę natura ab igne ſuperne delato ſuccẽſa fuit. Volebat eũ huius peccativltionẽ manere perpetuã. Et nota dei clementiã. Nõ ipſos peccatores vſque in præſentem diem ardere fecit,ſed illos ſemel incẽſos occultauit: terræ vero faciẽ ſuccẽſam in mediũ omnibus propoſuit poſt hæc cernere volẽtibus,& nunc B omni lingua clari° omnes poſteras generatioues terræ cõmonet aſpectus,tantũ nõ clamãs & dicens,Ne patretis Sodomorũ ſcelera,ne pœnas patiamini Sodomorũ. Nec enim ſic in mẽtes ſermo peruenire ſolet,vt aſpectus terribilis,& per omne gerens tempus calamitatis veſtigia. Et atteſtãtur ad illa loca profecti,qui ſæpius ſcripturã de his loquentẽ audiẽtes,nõ multũ timẽt:poſtquã vero venerũt, & regionẽ aſcẽderũt,& ipſius omnẽ ſuperficiẽ viderũt deletam, & incendium ſunt conſpicati, & terrã quidẽ nuſquam apparentẽ,cinerem vero cuncta atque fauillam,perculſi & multã ex aſpectu illo capientes modeſtiæ diſciplinã,ſic abierũt:etenim ipſe vltionis modus peccati modũ imitatur. Sicut enim illi cõgreſſum infœcundum adinuenerũt ad filiorũ procreationem non C conferentẽ:ſic profecto & deus intulit pœnam,quæ terræ ventrẽ penitus ſterilem reddidit, & omnibus caſſum fructibus. Idcirco & iurantiũ domos delere minatus eſt, vt alios illorũ pœnis modeſtiores faceret. Ego autẽ hodie demõſtro nõ vnã & duas, & tres domos iuramẽtis deſtructas,ſed ciuitatem totam & populum religioſum, & gentem multa ſemper prouidentia vti ſolitam, & tribum multis elapſam periculis. Etenim Hieruſalẽ ciuitas dei,ſanctorũ arcã habens,& omnẽ illũ cultũ,vbi Prophetæ fuerũt,& ſpiritus gratia,& arca,&tabulæ teſtamenti,&phiala aurea,vbi angeli ſępe incedebãt,hæc ciuitas innumeris naſcẽtibus bellis,& multis ipſam incurſantibus Barbaris,tanquã muro ex adamãte circũdata,ſic omnes illos ſemper deriſit,& regione tota deleta, nihil graue paſſa eſt. Nec hoc ſolũ eſt admirabile,verum & q̃ D grauem ſæpe plagam hoſtibus inferens,ſic eos emittebat,tantam à deo nacta erat prouidentiam, vt ipſe

Oſee. 9.b

deus diceret: Velut vuam in deſerto inueni Iſraël, & velut ſignũ in ficu tẽporaneum vidi patres ipſorum. Et iterũm de ipſa ciuitate: Velut rami oliuæ in ſummo excelſi,& dicẽt,Ne noceas ipſis. Veruntamẽ dei ciuitas chara tot elapſa periculis, & in multis peccatis veniã aſſecuta,& quæ ſola ex omnibus aliis captiuitatẽ effugere potuit,& ſemel,& bis, & ſæpius ſolo iuramẽto proſtrata eſt. Et quomodo id fuerit, dicã. Fuit quidã Sedechias apud ipſos rex. hic Sedechias iuramentũ dedit Barbarorũ regi Nabuchodonoſor, quòd in ipſius auxilio permaneret: poſtea defecit,& ad Aegypti regẽ transfugit,iuramenta paruipendẽs, & tanta paſſus eſt,quanta ſtatim audietis. Prius vero neceſſarium eſt Prophetæ parabolã dicere, per quã

A omnia ſignificauit. Factum eſt verbũ,inquit,domini ad me dicẽs: Fili hominis propone ænigma,& narra *Ezc.17.a*
parabolam,& dices: Hęc dicit dominus deus: Aquila grãdis,magnarũ alarũ, longa extẽſione, plena vnguibus. Aquilam hic Babyloniorũ regem vocauit: magnam autẽ ipſam,& magnarũ alarũ dixit, & longam extẽſione,& plenam vnguibus nominauit,propter exercitus multitudinẽ &magnitudinem potentiæ,& incurſionis velocitatẽ. Sicut enim aquilis ſunt alæ & vngues arma:ſic milites regibus & equi. Hæc igitur aquila habet narrationẽ,inquit,aſcendendi in Libanũ. Quid eſt narrationẽ? conſiliũ,ſententiã. Libanum vero Iudææ vocauit,quia prope montem illũ ſita eſt. Poſtea iuramẽta volẽs & fœdera dicere,Tulit,inquit,de ſemine terrę,& poſuit illud in terra pro ſemine,vt firmaret radicẽ ſuper aquas multas. In ſuperficie poſuit illud:cúmq; germinaſſet,creuit in vineã latiorẽ humili ſtatura, reſpiciẽtib° ramis eius ad eã,& radices eius ſub illa erãt. Ciuitatẽ vero Hieruſalem vineam hic appellauit. Dicendo vero q̃ rami eius reſpiciebant ad eã, & radices eius ſub illa erant, fœdera ſignificauit, & pacem cum ipſo cõpoſitam, & q̃ ſeipſum in illũ reiecit. Mox iniquitatem oſtẽdere volẽs,ait: Et facta eſt aquila altera,de rege loquẽs Aegyptio, grãdibus & magnis alis multíſq; plumis, & ecce vinea iſta quaſi mittens radices ſuas ad eam, palmites ſuos extẽdit ad illã,vt irrigaret eã,propterea dixi,Hæc dicit dominus deus: Si dixerit, hoc eſt iuramentũ ſeruauerit, & fœdera, poterit manere & ſaluari,& nõ cadere. Mox demõſtrans q̃ hoc nõ erit, ſed omnino propter iuramẽtũ peribit:de pœna ipſa diſſerit,& cauſam ponit. Radices eius euellet,& fructus eius diſtringet,&ſiccabit oẽs palmites germinis eius & areſcet. Et demõſtrare volens q̃ non humana vi deſtruetur, ſed quoniã deũ ſibi fecit inimicũ per illa iuramenta,ſubiũxit: Et non in brachio grãdi,neque in populo multo,vt euelleret eam radicitus. Et parabola quidẽ hæc. Rurſum vero declarat eam, ſic inquiens: Ecce veniet rex Babylonis in Hieruſalem. *Ezec. 7.d*
Poſtea cũ in medio quædã alia dixiſſet,iuramẽta dicit,& fœdera,feriẽtq; cũ eo fœdus. Mox & rebellionem dicẽs: Qui recedẽs ab eo,miſit nũcios in Aegyptum,vt daret ſibi equos,& populum multũ. Et poſt hæc infert,demonſtrans q̃ propter iuramentum hæc omnis perditio facta eſt,quoniã in loco regis,qui cõſtituit eũ regem,cuius fecit irritũ iuramentũ,& ſoluit pactũ quod habebat cũ eo,in medio Babylonis morietur,& nõ in exercitu grãdi, nec in populo multo: ſpreuerat enim iuramentũ prævaricãdo pactũ meũ, quoniam iuramentum meũ quod ſpreuit, & fœdus quod prævaricatus eſt,ponã in caput eius, & expandam ſuper eum rete meum. Vides quomodo nõ ſemel,nec bis,verũ & ſæpius dixit,q̃ ille propter iuramentũ hæc omnia paſſus eſt? Implacabilis enim eſt deus,cõtẽptis iuramẽtis. Nec tantũ vero ex vltione ciuitati illata propter iuramentũ,hoc intelligere datur:verũ & ex tardatione & dilatione, quantũ deus ſtudiũ habet,ne iuramẽta cõculcentur. Factũ eſt au- *4. Reg. 25.*
tẽ in anno nono regni ei°,in mẽſe decimo,in decima *4.*
mẽſis venit Nabuchodonoſor rex Babylonis ipſe,& omnis exercit° eius ſuper Hieruſalẽ,& circũdederũt eã,& extruxerũt in circuitu ei° munitiones. Et clauſa eſt ciuitas,atq; vallata vſq; ad vndecimũ annũ regis Sedechiæ. Nona die mẽſis & prẽualuit fames in ciuitate,nec erat panis populo terræ,& ĩterrupta eſt

ciuitas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitas. Poterat nẽpe ſtatim à prima die ipſos tradere, & facere hoſtib⁹ ſubditos. Sed propterea interim triũ annorũ tẽpus conteri ꝓmiſit, & ipſos obſidione premi grauiſſima, vt & militũ extrinſec⁹ timore & fame ciuitatẽ intrinſec⁹ premẽte caſtigati, vel inuitum regẽ Barbaris ſubdi cogerẽt, & aliquod peccato remediũ fieri. Et ꝙ hoc ſit verũ, nõ eſt mea coniectura, audi quid per Prophetã ad ipſum dicat: Si profectus exieris ad prĩcipes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc nõ ſuccẽdetur igni, & ſaluus eris tu & domus tua. Si autẽ nõ exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorũ, & ſuccẽdẽt eã igni, & nõ effugies de manib⁹ eorum. Et dixit rex Sedechias ad Hieremiã: Solicitus ſum propter Iudæos qui trãſierũt ad Chaldæos, ne forte tradar in manus eorũ, & illudãt mihi. Reſpõdit autẽ Hieremias, & dixit ei, Nõ te tradẽt: audi, quæſo, vocem dñi quã ego loquar ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quòd ſi nolueris egredi, iſte eſt ſermo quẽ oſtẽdit mihi domin⁹. Ecce omnes mulieres quę remãſerunt in domo regis Iuda, educẽtur ad principes regis Babylonis, & ipſi dicẽt: Seduxerũt, & præualuerũt aduerſum te viri pacifici tui, demerſerũt te in cœno, & in lubrico pedes tuos, & receſſerũt à te: & oẽs vxores tuæ & filij tui educẽtur ad Chaldæos, & nõ effugies man⁹ eorũ, ſed in manu regis Babylonis capieris, & ciuitatẽ hãc cõburẽt igni. Sed poſtquam non perſuaſit hæc dicẽs, ſed mãſit in peccato & iniquitate, poſt tres annos ciuitatẽ tradidit deus, & clementiã ſuã demõſtrans & illius ingratitudinẽ. Et ingreſſi cũ magna facilitate, regis domũ incenderunt, & domos Hieruſalẽ, & omnẽ magnã domum incendit archimagir⁹, & murũ Hieruſalẽ ſubuertit, & vbique ignis graſſabatur barbaricus, iuramento ignem ducente, & flammã paſſim circũagente, & populum in ciuitate relictũ, & adiunctos regi trãſportauit archimagirus: & colũnas æreas, quæ erãt in domo domini, & grad⁹ & mare æneũ, quod erat in domo domini, cõfregerũt Chaldæi: ollas quoq; æreas, & fuſcinulas, & phialas, & mortariola, & omnia vaſa ærea in quibus miniſtrabãt, tulerũt: & retiacula, & phialas aureas & argẽteas tulerunt: & colũnas duas & baſes, & mare quod fecit Salomon in domo domini, tulit Nabuzardan archimagirus, & tulerũt quoq; Saraiam primum ſacerdotẽ, & Sophoniã ſacerdotem ſecundum, & tres ianitores, & de ciuitate eunuchũvnũ, qui erat præfectus ſuper bellatores viros, & quinq; viros de his qui ſteterãt coram rege, & Sopher principem exercitus, & ſcribã, & ſexaginta viros, & tulit eos, & adduxit ad regẽ Babylonis, percuſſitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos ĩ Reblatha, ĩ terra Emath, &c. Itaq; recordare mihi falcis volãtis, & iurãtis domũ reſoluẽtis, & parietes deſtruẽtis, & ligna & lapides. Recordare mihi quomodo iuramentũ hoc vrbẽ ingreſſum, & domos, & tẽplum, & mœnia, ædificiáque ſplẽdida deſtruxit, & ruinã fecit ciuitatis, & neq; ſancta ſanctorũ, neq; ſacra vaſa, nec aliud quicquã pœnam & vltionẽ illam auertit, quia trãſgreſſum fuerat iuramentũ. Et ciuitas quidẽ tam miſerabiliter ſoluebatur. Rex autẽ his miſerabiliora & triſtiora patiebatur: & ſicut ædificia falx iſta volãs deſtruxit, ſic & hũc fugientẽ abſumpſit. Egreſſus eſt nocte de ciuitate per viã horti regis, & per portã quę erat inter duos muros: & Chaldæi circũdederunt ciuitatẽ, & perſecutus eſt exercitus Chaldæorũ, & cõprehenderunt

Hier.38.c

4.Re.15.b

A regẽ, & duxerunt ipſum ad regem Babylonis. Et locut⁹ eſt rex Babylonis cũ Sedechia iudiciũ, & occidit filios ipſi⁹ in oculis ei⁹, & oculos Sedechię eruit, & vinxit eũ cõpedibus, vt in Babylonem duceretur. Quid eſt, locutus eſt cũ ipſo iudiciũ? ipſum rationes repetiuit, rationẽ poſuit cũ ipſo, & primũ ipſius filios iugulauit, vt propriæ calamitatis ſpectator fieret. Et poſt tragœdiã illã miſerabilẽ, tunc illum excæcauit. Qua cauſa rurſum hoc agitur? vt magiſter Barbaris abeat, & illic habitãtib⁹ Iudęis, vt cernẽtes per excęcatũ diſcant, quantũ mali ſit iuramentũ. nec illi vero tantũ, verum & ſecus viam omnes habitantes, vinctũ & cæcatũ intuentes, per calamitatis magnitudinem peccati põdus diſcãt. Propterea Prophetarum alter quidã ſic inquit, Nõ videbit Babylonẽ: alter vero ꝙ in Babylonẽ abducetur. Et cõtraria quidẽ prophetia eſſe videtur, ſed nõ eſt. Sed hęc ambovera: etenim Babylonẽ non vidit, & in Babylonem abductus eſt. Quomodo igitur Babylonem nõ vidit? quoniam in Iudæa excæcationem paſſus eſt. Vbi nãque iuramẽtum ſpretum eſt, ibi & vindicatum, & vltionem ipſe ſuſtinuit. Quomodo abduct⁹ eſt in Babylonẽ? captiuus factus. Quoniã eñ duę erãt pœnæ, excęcatio & captiuitas, diſtribuerũt ipſas Prophetæ: & hic quidẽ, Nõ videbit, inquit, Babylonẽ: ipſius excæcationem dicẽs. Ille vero ait, in Babylonẽ abducetur: ipſius ſignificãs captiuitatẽ. Fratres igitur hæc ſciẽtes, & nũc dicta, & ante hæc commemorata colligẽtes, ab hac quoq; ſtulta ceſſem⁹ cõſuetudine. Sic ſupplico & oro vos oẽs. Si eñ antiquitus, cũ Iudæi ad perfectã diſciplinã nõ exigebãtur, ſed multus erat cõdeſcenſus, tãta propter iuramẽtũ expugnatio & captiuitas fuit: C quid cõgruũ eſt nũc paſſuros eſſe iurãtes, poſt legẽ hoc facere prohibentẽ, & tantũ mandatorũ augmẽtum? Nõ enim hoc eſt quod quęritur, vt ad ſynaxim veniamus, & audiamus quæ dicũtur. Hic enim & iudiciũ maius eſt, & pœna inexitabilis, quãdo cõtinue audiẽtes nõ impleamus quę dicũtur. Quã enim habebimus defenſionẽ? quã vero veniã, cũ à prima nos ætate vſq; in extremã canicie huc cõueniẽtes, & tãta fruẽtes diſciplina, ſimiles illis remaneamus, & nullum ſtudeamus defectũ corrigere? Ne mihi iã aliquis cõſuetudinẽ prætẽdat: propter hoc enim indignor & iraſcor, quoniã conſuetudinẽ vincere nõ poſſum⁹. Et niſi cõſuetudinẽ vincamus, quomodo cõcupiſcẽtiam vincemus, cui⁹ radix habet à natura principiũ? Cõcupiſcere enim naturale, male vero cõcupiſcere iam eſt volũtatis. Iurare nempe nec cepit à volũtate principiũ, ſed ex negligẽtia ſola. Etvt diſcas, quòd nõ ex rei difficultate, ſed propter neglectũ noſtrum in tantũ hoc peccatũ proceſſit, cogitemus ꝙ multo his difficiliora expediant homines, & hoc nullam inde retributionẽ expectãtes. Cogitemus quæ diabolus imperauit, quàm laborioſa, q̃ grauia. Nec difficultas fuit eius mãdatis impedimentũ. Quid enim, quęſo, difficilius ſit, quàm cũ quiſpiã iuuenis volentibus ſe emollire, & mẽbra ſua torquere ſeipſum tradens, ſedulo contendat rotæ more totum flectere corpus, & in pauimento verſari, & per oculos & per manuũ circunductionẽ, & aliã reuolutionem in fœmineum genus trãſire conetur, nec eorũ quę fiũt, difficultatẽ, nec ex his ignominiã ratiocinetur? In orcheſtra vero rurſum ſe pertrahentes, & velut alis, membris vtentes corporeis videns quis non admiretur? Gladios autem alternatim in aërem iaculantes, & omnes rurſum

Hier.39.b

ſum per manubriũ capientes, quẽ non confundant, nullũ pro virtute laborẽ ſuſcipere volentiũ? Vel quid de illis quiſpiã diceret viris, qui trabem in fronte geſtantes, velut arborẽ in terra radicatã, ſic immotam conſeruant? Nec hoc ſolum eſt admirabile, verum & id ꝙ pueruli paruos in ſummo ligno inter ſe luctari faciunt, & neque manus, nec alia corporis pars, ſed frõs ſola omni vinculo firmius illã trabẽ gerit incõcuſſam. Alter rurſum ſupra funem anguſtiſſimũ cum tanta ambulat ſecuritate, cũ quãta ſupinos percurrẽtes cãpos. Verũtamen hæc quæ & cogitatu intolerabilia eſſe videtur, facta ſunt arte poſſibilia. Quid horũ in iuramentis, quæſo, prætẽdere poſſumus? quã difficultatẽ? quem ſudorẽ? quam artem? quod periculũ? exiguo tãtũ ſtudio nobis eſt opus, & breui nobis totum expeditũ fuerit. Nec mihi dicas, maiorẽ partem expediui, ſed niſi totũ emẽdaſti, nondũ te quicquam feciſſe puta. Hoc enim exiguũ neglectũ & omne reliquũ deſtruit. Sæpius nãque domos ædificãtes homines, & tectũ imponẽtes, vnius tegulæ excuſſę curã non gerentes, totam domum perdiderunt. Et in veſtimẽtis hoc ipſum euenire quis cernere poſſit: etenim parua in illis facta ſciſſura, nec reſarcita, magnam fecit diſruptionẽ. Hoc & in torrẽtibus multoties euenit: etenim & illi ſi vel minimũ ceperint ingreſſum, totũ introducunt fluentum. Itaq; & tu, licet te vndique muniueris, ſi tamen aliqua pars imminuta dimiſſa eſt, etiã hanc diabolo obſtrue, vt ſis ab omni parte firmatus. Vidiſti faleẽ? Vidiſti caput Ioannis? Audiſti hiſtoriã de Saũle? Audiſti captiuitatis Iudaicæ modum? Cũ his autẽ omnibus audiſti Chriſti ſententiã dicentẽ, ꝙ non peierare tantum, verũ & iurare quomodocunq;, diabolicũ eſt, & tota maligni machinatio. Audiſti ꝙ vbiq; iuramenta ſequuntur periuria? Hæc, inquam, omnia cõgregans, inſcribe cordi tuo. Nõ cernis vt mulieres & parui pueri pro magna cuſtodia collo Euãgelia ſuſpendunt, & vbique circũferunt quocunq; abierint? Tu euãgelij mãdata & leges mẽte deſcribas, nõ auro nec argento hic eſt opus & pecuniis, nec librũ emere: voluntate ſola vobis eſt opus, & affectu animę expergefactæ, & ſecuri⁹ habebis Euangeliũ, nõ extrinſecus, ſed in animæ penibus ipſum reponens. Exurgẽs igitur è lecto, & domũ tuam egrediẽs, hanc legẽ repete, videlicet, Ego autẽ dico vobis, nõ omnino iurare, & erit idonea tibi diſciplina verbũ illud: nec eñ multo labore op⁹ eſt, ſed modica tantũ attẽtione. Et ꝙ hoc ſit verũ, inde manifeſtiſſimũ. Filiũ tuũ vocans terre, & minare te ipſi plagas inflicturũ, niſi legẽ hãc expediat, & videbis quòd cito à cõſuetudine deſiſtet. Quomodo igitur nõ abſurdum, ſi pueruli parui noſtri timore pauentes, mãdatum exuperẽt: nos vero neq; ſic deũ timeamus, vt nos filij metuũt? Quod autẽ ſuperius dixi, hoc & nũc dico. Legẽ nobiſipſis ponamus, nõ prius publica, nõ prius priuata tractare negotia, donec hanc legẽ impleam⁹, & omnino neceſſitate cõpulſi, facile ſuperabimus, & ornabimus noſipſos, ornabimus autẽ & omnem ciuitatẽ. Cogita nãque quale eſt, vbiq; terrarum hæc audire, ꝙ Antiochiæ præualuit mos Chriſtianis cõgruus: & ibi neminẽ audires, licet maxima neceſſitas inſtet, iuramẽtũ emittere. Prorſus hęc audient vicinæ ciuitates. Quinimo nõ tantũ vicinę ciuitates, verũ & ad ipſos terræ fines verbũ perueniet: etenim veriſimile eſt vobis admixtos mercatores, & hinc aliò proficiſcẽtes, aliis quoq; hæc omnia nunciare. Cum igitur alias ciuitates laudãtes multi, portus dicũt, & forũ & venaliũ copiã, hinc proficiſcẽtibus dicendũ tradite, quod eſt Antiochiæ, id in aliis vrbibus nuſquã cernere licet: mallent enim vrbẽ illã habitantes prius linguã abſcindi, quàm ex ore iuramentum emittere. Hoc quidẽ vobis erit ornamentũ & munimen, nec id tantũ, verum & mercedẽ afferet magnam: etenim omnes vos alij beatos putabunt, & imitabũtur. Si quis enim vnũ vel duos lucrat⁹, à deo mercedis tantũ capiet: omnẽ mundũ eruditẽtes, quãtas capietis retributiones? Oportet igitur ſtudere & vigilare & ſobrios eſſe, ſcientes quòd nõ propriorũ tantum profectuum, verum & alienorũ maximã meritorum retributionẽ capiemus, & multã apud deũ beneuolentiam aſſequemur. Quam nos omnes adeptos detur frui regno cœlorum in Chriſto Ieſu domino noſtro, per quem, & cum quo patri gloria, ſimul ſancto ſpiritui, in ſecula ſeculorum, Amen.

A

B

C

D

In Epiſcopi reditum, & in regis cum ciuitate reconciliationem, & ad præuaricatos in ſtatuarum ſubuerſionem.

Homilia XX.

AVerbo à quo ſemper in periculorum tempore apud charitatem veſtrã exordiri cõſueueram, ab eodẽ, inquam, & hodie apud vos ſermonem incipiam, & dicam vobiſcũ: Benedictus deus, hanc nos vobiſcum ſacrã ſolennitatem cum gaudio & lætitia multa hodie celebrare dignatus, & qui caput corpori reddidit, & paſtorem ouibus, prĩceptorem diſcipulis, militibus ducem, ſacerdotibus pontificẽ. Benedictus deus qui ex ſuperabundanti facit quæ petimus, aut cogitamus. Nobis enim ſufficere videbatur inſtantibus malis interim abſolui, & pro hoc omnẽ faciebamus ſupplicationẽ. Clementiſſimus autem deus & datis petitiones noſtras ſemper multo exceſſu ſuperãs, etiam patrẽ nobis omni ſpe celerius reddidit. Quis enim expectaſſet, ꝙ tam paucis diebus & profecturus & regẽ allocuturus, & ſoluturus aduerſa, & rurſum ad nos tam breui reuerſurus eſſet, vt ſacrũ Paſcha poſſet prævenire, & nobiſcum celebrare? Sed en inexpectatum hoc factũ eſt. Et patrem recepimus, & maiorẽ capimus voluptatẽ, ipſum nunc præter ſpem ſuſcipiẽdo. Pro his, inquã, omnibus clementiſſimo deo gratias agamus, & ipſius potentiã admiremur, & benignitatem & ſapientiã, & curã quã pro ciuitate geſſit. Diabolus nempe omnẽ ipſam per facinora patrata obruere tentauit: Deus vero ciuitatẽmq; & ſacerdotẽ & regem per hanc ornauit calamitatẽ, & omnes reddidit clariores. Ciuitas nempe probabilis inuẽta eſt, quoniam periculo tali circũuenta, prætermiſſis omnibus viris potẽtibus, omnibus diuitiis abundãtibus, omnibus magnã apud regem potentiã habentibus, ad Eccleſiam & dei ſacerdotẽ confugit, & cũ multa fide cœleſti ſe ſpei cõmiſit. Multis nanq; poſt cõmunis patris peregrinationẽ in carcere habitãtes terrẽtibus, & dicẽtibus ꝙ nõ lenitur rex propter ſolennitatẽ, ſed magis irritatur, & de totius ciuitatis ſubuerſione cogitat, & alia multa his plura diuulgãtib⁹, vincti nihilo tunc ex hac fama timidiores redditi ſunt. Sed nobis dicentibus, ꝙ hæc falſa, & diaboli fraudis opera ſũt ſẽſus noſtros turbare volẽtis, nihil egem⁹, aiebãt nobis, verborũ cõſolatione. Scim⁹ eñ ad quẽ ab initio confugimus, & quali ſpei adhæſimus, ſacræ ſalutẽ noſtrã anchorę affixim⁹, nec homini credidimus hãc, ſed omnipotẽti deo. Propterea bonũ quoque finem

Universidad de Deusto
Biblioteca

que finẽ futurũ omnino confidimus:nõ eſt enim, nõ A
eſt hanc ſpem vnquã cõfundi poſſe credendũ. Hoc
quot coronas,quot laudes ciuitati noſtrę cõparabit?
quãtam dei lucrabitur beneuolentiã, etiã in reliquis
negotiis? Non eſt enim non eſt cuiuſlibet animæ in
tentationũ incurſu vigilare,& ad deum reſpicere, &
omnia deridentẽ humana,ad illud auxilium anhela-
re.Igitur ciuitas quidem ita probabilis inuẽta eſt,ſa-
cerdos rurſum non minus q̃ ciuitas: animã enim ſuã
pro omnibus expoſuit,& multis impediẽtibus,hye-
me,æſtate,feſtiuitate,nec minus ſorore ad extremos
deducta ſpiritus,omnibus ſuperior emicuit impedi-
mẽtis,nec intra ſeipſum dixit,Quid hoc eſt? ſola no-
bis derelicta ſoror,& mecũ Chriſti iugũ trahẽs,& tẽ-
pore tanto mecum cõmorata, nunc in extremis eſt:
nos vero ipſam deſerẽtes abibimus,nec expirantem
videbimus,& vltimas voces emittentẽ? Et ipſa qui- B
dem quotidie orabat,vt ſibi oculos clauderemus, &
os cõiungeremus,& reliqua ad ſepulturã curaremus
cõſueta:nũc vero tanquã deſerta quædam,& tutore
carẽs, nihil horũ aſſequetur à germano, à quo aſſe-
qui maxime peroptabat,ſed animã emittens, nõ vi-
debit omniũ ſibi deſideratiſſimũ? Et hoc quomodo
non erit ſæpius repetita morte grauius? Quinimo ſi
longe abfuiſſet, nónne oportebat currere, & omnia
facere & pati,vt hãc ipſi gratiã præberemus?nũc ve-
ro propè cum ſim,deſerámne,& dimittens abibo?&
quomodo ſequẽtes perferet dies? Sed horũ nõ tãtũ
nihil dixit,ſed neq; cogitauit.Sed cõſanguinitati dei
timorem præferẽs, bene ſe noſſe monſtrauit,q̃ ſicut
gubernatorẽ tẽpeſtates,& ducem pericula, ſic & ſa-
cerdotem tentatio apparere facit.Omnes,inquit,ad
nos reſpiciũt & Iudæi & Græci. Ne igitur ipſorũ de C
nobis expectationes fruſtremur, nec tantũ paruipẽ-
damus naufragiũ,ſed noſtra deo mãdãtes omnia, &
ipſam animã tradamus.Et cõſidera põtificis magna-
nimitatẽ & dei benignitatẽ,omnibus his quæ deſpe-
xit,potitus eſt,vt & prõptitudinis præmium caperet,
& potiẽdo prẽter expectationẽ maiorem aſſequere-
tur voluptatẽ.Elegit ſolennitatem in aliena terra, &
procul à ſuis propter ciuitatis ſalutẽ celebrare:Deus
ante Paſcha ipſum nobis reddidit, vt cõmunem no-
biſcum ſolennitatẽ ageret, vt & propoſiti mercedẽ
haberet,& maiori lætitia frueretur.Non timuit anni
tẽpus, & per totũ peregrinationis tempus ſerenitas
fuit. Non curauit ætatẽ, & tanquã iuuenis & vigens,
tanta totã hanc viã facilitate percurrit.Sororis mor-
tem nõ cogitauit,nec carnis affectione victus eſt, & D
regreſſus viuentẽ ipſam deprehẽdit, & omnia quæ
deſpexit,aſſecutus eſt.Et põtifex quidẽ ita probabi-
lis & apud deũ & apud homines apparuit. Regẽ ve-
ro negotiũ hoc omni diademate ſplẽdidius ornauit.
Primum quidẽ manifeſtũ factũ eſt, quòd quæ nulli
alteri cõcederet,hęc ſacerdotibus cõdonauit.Dein-
de q̃ & cũ multa celeritate gratiã dedit, & iraſci de-
ſiit.Sed vt manifeſtius & regis magnanimitatẽ,& ſa-
cerdotis ſapientiã,& ante hęc vtraq; dei diſcatis be-
nignitatẽ,date mihi vt pauca cõcionis illic habitę vo
bis exponã. Dicã autem quę à quodã eorũ qui intus
adſtiterũt,didici. Pater nẽpe nihil neq; paruũ, neq;
magnũ nobis dixit,ſed Pauli ſemper magnanimita-
tẽ imitãs,propria celat merita,& vndiq; interrogan-
tibus quid regi dixerit, & quomodo perſuaſerit, &
quomodo ipſius omnẽ excluſerit irã, hæc verba re-
ferebat:Nihil nos ad rẽ cõtulimus,ſed ipſe rex leniẽ-
te deo cor ipſius & ante verba noſtra omnẽ remiſit
irã,ſoluitq; furorẽ:& de geſtis differẽs,tãquã alio cõ-
tumelia affecto,ita cũcta quæ acciderunt, cõmemo-
rabat.Sed quæ celauit hic ex humilitate,hęc deus in
mediũ protulit.Quę vero ſunt hęc?paulo ſuperi° ſer-
monem repetẽs vobis referã. Poſtquã enim ex vrbe
egreſſus eſt,omnes in tãta relinquens triſtitia, multo
grauiora patiebatur,q̃ qui in ipſis erãt moleſtiis.Pri-
mũ nẽpe nact° in via media,ad geſtorũ examinatio-
nem à rege miſſos,& ab illis doctus, quorſum eſſent
miſſi,& mala ciuitatẽ inuaſura,tumult°,turbationes,
fugã,timorẽ,anxietatẽ,pericula cogitãs, lachryma-
rum fontes emittebat, cum viſcera ipſi diſſecarẽtur:
patribus enim mos eſt multo magis dolere, cũ filiis
ſuis male habẽtibus nec adeſſe poſſint:quod & pien-
tiſſim° hic paſſus eſt,nõ mala tantũ nos inuaſura de-
plorans, verum & q̃ nobis hæc patientibus procul
abeſſet.Verũ & hoc pro noſtra ſalute factum eſt. Vt
hæc enim ab illis didicit,calidiores lachrymarũ fon-
tes emittebat,& cũ maiori ſupplicatione ad deũ cõ-
fugit,& noctes inſomnes ducebat ſupplicans,vt hæc
patiẽti ſuccurreret ciuitati, & vt regis mentẽ redde-
ret mitiorem. Vt vero magnã ciuitatẽ illã aſcẽdit,&
regias ingreſſus eſt aulas,procul à rege cõſtitit mut°,
lachrymãs,deorſum inclinatus,latitãs,tanquam ipſe
eſſet qui omnia illa patraſſet. Hoc autẽ faciebat ha-
bitu,aſpectu, luctibus prius mouere volẽs ipſum ad
miſericordiã,& tũ defenſionẽ q̃ nobis incipere.So-
la nãq; peccãtibus relinquitur venia,tacere, & nihil
pro geſtis loqui.Volebat enim paſſionũ hanc quidẽ
eiicere,hãc vero introducere:eiicere quippe irã, tri-
ſtitiã autẽ introducere, vt ita viã præpararet defen-
ſionis verbis.Quod quidẽ & factũ eſt.Et ſicut Moſes
in mõtẽ aſcendẽs, populo lapſo mutus ipſe cõſtitit,
donec ipſum de° euocauit,dicẽs:Dimitte me,& de- *Exo.32.d*
lebo populũ hũc:ita & hic fecit. Ipſum itaq; rex cõ-
ſpicatus lugentẽ,& deorſum inclinatũ, acceſſit ipſe,
& quod patiebatur propter ſacerdotis lachrymas,
hoc verbis oſtẽdit.Nõ emi indignãtis, nec iraſcentis
verba fecit,ſed dolentis:nõ ſuccẽſentis, ſed mœren-
tis,& dolore magis detẽti: & q̃ hoc ſit verũ, ipſa au-
diẽtes verba ſcietis.Nõ enim dixit: Quid tandẽ hoc
eſt?q̃ hominib° ſceleſtis & ſceleratiſſimis,& quos nec
oportuit viuere,venis legationẽ obiens, tyrãnis, in-
nouatoribus, omni ſupplicio dignis?Sed hęc omnia
dimittẽs verba,defenſionẽ cõpoſuit reuerẽtia plenã
& grauitate,& à ſe collata cõmemorabat beneficia,
quibus per omne regni tẽpus ciuitatẽ noſtrã proſe-
cutus eſt,& ad ſingula hæc repetebat:hęc me pro il-
lis pati oportuit?quarũ à me iniuriarũ pœnas exege-
runt?quid paruũ, quidve magnũ accuſandũ haben-
tes,nõ me ſolũ,verũ & defunctos contumeliis affe-
cerunt? Non valebat animus ſaturari in viuis? ſed
niſi ſepultos quoque contumelioſe tractarent, nil
magnum ſe facere putarunt. Iniqui fuerimus nos, vt
ipſi putãt.Igitur mortuis parcere,qui nullã intulerũt
iniuriam,oportebat:non enim & illis hæc attribuere
valebant. Nónne ſemper hãc omnibus præpoſui ci-
uitatẽ, & patria deſiderabiliorẽ eſſe putabam:& vo-
tum mihi continuum erat vrbẽ illam cernere, & hoc
apud omnes faciebam iuramentum? Hic aliquãtum
ingemens pontifex,& feruentiores emittens lachry-
mas,nõ amplius tacuit.videbat enim regis defenſio-
nem culpã maiorem noſtram faciẽtem: ſed grauiter
& amarè de profundo gemens, Cõfitemur,inquit, ô
rex

rex,nec negare poſſumus amorẽ iſtum quẽ erga pa- A
triã noſtrã demõſtraſti, & propterea maxime lugemus, quoniã ſic amatę dæmones inuiderunt, & erga benefactorẽ ingrati ſum° viſi, & exacerbauim° ſummopere nos amantem. ſiue obruas,ſiue incẽdas,ſiue occidas,ſiue quodcũq; aliud facias,nondũ dignã de nobis pœnã exegiſti,noſipſos præueniẽtes innumeris mortibus difficilius affecimus. Quid enim amari° eſſe poſſit,q̃ cum benefactorẽ & ſic diligentẽ iniuſte exacerbãtes appaream°?& omnis hoc mũdus diſcat, &extremã ingratitudinẽ noſtrã condẽnet?Si Barbari ciuitatẽ noſtram incurſantes,mœnia diruiſſent, & incendiſſent domos, & abductis captiuis abiiſſent, minus erat malũ.Quare tandem ita?Quoniã te viuẽte,& tantã in nos beneuolentiã exhibente, ſpes erat illa cũcta grauia ſolutum iri, & nos iterum ad priorẽ formam redituros, & clariorẽ recepturos libertatẽ: B
nunc autem ablata beneuolentia tua, & amoris vinculo violato,quod omni muro nobis erat tutius, ad quem iam confugiemus? Quò poterimus aliò reſpicere,tam dulcem dominum &facilem patrẽ exacerbantes?Itaq; videtur quidẽ intolerabilia feciſſe, ſed paſſi magis ſunt omniũ grauiſſima, ad nullũ hominẽ audentes reſpicere, nec ipſum ſpectare ſolem liberis valẽtes oculis,pudore vndiq; palpebras cõtrahente, & occultari cogente: libertate ipſis ablata,omnibus captiuis nunc miſerius affecti ſunt, & extremã ſuſtinent ignominiã: & malorũ magnitudinẽ cogitãtes, & in quantũ cõtumeliæ reſilierũt, nec reſpirare poſſunt, cũ omnes terram habitãtes in ſui vehementem calumniam attraxerint.Sed ſi velis,ô rex,eſt vulneri medicina,& tãtis malis remediũ.Sæpius & in priuatis hoc factũ eſt, magnę & intolerabiles offenſiones, C
magnæ charitatis materia factæ ſunt: ſic & in natura *Gen.3.a*
noſtra euenit.Cũ enim hominẽ deus fecit,& in paradiſum induxit,& multo dignũ fecit honore, tantam diabolus proſperitatẽ nõ ferens,inuidit: & illũ à data expulit dignitate. Sed deus nõ tantũ ipſum nõ reliquit,verũ & pro paradiſo cœlũ nobis aperuit, hoc ipſo propriãq; demonſtrans benignitatẽ,& diabolũ magis puniẽs.Hoc & tu facias. Nunc omnia mouerunt dęmones,vt omniũ tibi gratiſſimã ciuitatẽ à beneuolẽtia tua ſepares.Hoc vero tu nunc ſciẽs, pœnã quãuis quidẽ exigas,priori autẽ amicitia ne nos extrudas.Sed ſi & præter opinionẽ aliquid nũc dicere fas eſt, etiã nũc inter dilectarũ primas ipſam ſcribe, ſi modo dæmonas hæc operatos vis vlciſci. Si nẽpe deſtruas & ſubruas & deleas,quæ prius illi voluerũt, hęc efficies:ſi vero irã dimittas,& te rurſus ipſã amare,ſicut prius amabas,cõfitearis: letalẽ ipſis plagam intuleris,& vltimã ab ipſis vltionẽ exegeris, demõſtrans q̃ nõ tantũ nihil amplius ipſis expeditũ eſt per inſidias,verũ & cũcta ipſis cõtraria,q̃ volebãt, acciderunt. Iuſtus autẽ fueris hæc faciendo, & ciuitatẽ miſerando,cui propter amicitiã tuã dæmones inuiderunt. Niſi enim ipſam tã vehementer amaſſes, nec ipſam illi tãta inſectati fuiſſent inuidia. Itaq; etſi mirandum eſt quod dicitur,eſt tamen verũ, q̃ propter te & amicitiã tuam hęc paſſa eſt.Quot incẽdiis,quãta ſubuerſione ſunt hęc verba acerbiora,quę reſpondens dicebas?Nũc te cõtumelia affectũ dicis,& pertuliſſe quæ nullus vnquã ſuperiorũ regũ.Sed ſi velis, ô humaniſſime & ſapiẽtiſſime,& multa pietate plene, diademate iſto clariorẽ & maiorẽ tibi coronã hæc afferet cõtumelia. Hoc nempe diadema eſt & virtu- D
tis inſigne,& dei liberalitatis indiciũ.Sed corona ex hac humanitate cõtexta tuũ ſolius erit & ſapientiæ tuæ meritũ.Nec te tantũ omnes admirabuntur propter iſtos lapides precioſos,quantũ propter victoriã de idignatione ſuperata reportatã laudabũt. Deſtruxerunt ſtatuas tuas? ſed illis clariores reſtituere tibi licet.Si iniurię authoribus enim crimina remittas,& nullam ipſis inferas pœnã,nõ æreas iſtas in foro erigent,nec aureas,nec lapillis coagmẽtatas: ſed omni materia precioſiorẽ ſtolã indueris,humanitatẽ ſcilicet & miſericordiã:talem in mẽte quiſq; ſua te ædificabunt, & tot habebis ſtatuas, quot orbẽ habitant homines,& habitabũt.Non enim nos tantũ, verũ & poſt nos futuri,& poſt illos omnes hæc audiẽt,&tãquam ipſi bene fuerint habiti, ſic te admirabũtur & amabunt.Et q̃ hęc nõ aſſentans dico,ſed ſic erit omnino,antiquũ tibi referã ſermonẽ quendã: vt diſcas quòd non tantum exercitus, & arma, & pecuniæ, & ſubditorum multitudo,& alia huiuſmodi ſplẽdidos facere reges conſueuere, quantũ animi diſciplina & manſuetudo. Fertur beatus Conſtantinus effigie ſua quãdoq; lapidata, multis ipſum inſtigãtibus ad ſuppliciũ de authoribus cõtumeliæ ſumendũ, & dicẽtibus q̃ omnẽ ipſius faciẽ ſaxis conuulnerarint, manu faciẽ palpans,& leniter ridens dixiſſe, ego vero nuſquam vulnus in fronte factũ video,ſed ſanũ quidem caput,ſana vero & facies tota.Illi vero reueriti & cõfuſi ab hoc iniquo deſtitere conſilio. Et hoc verbum hactenus canũt oẽs: nec tantũ tẽporis labefecit,aut huius ſapientiæ memoriã extinxit.Quot non ſit hoc trophæis ſplendidius? Multas vrbes ille condidit, & multos Barbaros ſuperauit: ſed meminimus illorum nihil.Hoc autẽ verbum vſq; in præſentẽ diem canitur,& poſteri noſtri,& poſteri illorũ omnes idipſum audient.Nec hoc ſolũ eſt admirandũ, q̃ audient,verumetiam quòd laudibus & fauſtis verbis proſequẽtur,dicentéſq; laudabũt,& audiẽtes grate ſuſcipiẽt. Nec vllus eſt qui hæc audiẽs,ſilere poſſit, quin pariter exclamet,& talia dicentẽ laudet,& innumera ipſi vel defuncto bona precetur.Quod ſi propter illud verbum apud homines tanta potitus eſt gloria,quot apud benignũ deum coronas aſſequetur? Quid autẽ opus eſt Conſtantinũ & aliena exẽpla cõmemorare, cum te de propriis,& meritis tuis opus ſit exhortari? Recordare priorũ, quando ſolẽnitate hac ſuperueniente per totũ orbem terrarũ epiſtolã miſiſti iubentem carcere detentos dimitti, & ipſis ignoſci crimina:& illis humanitatẽ tuã demonſtrare non ſufficiẽtibus,per literas dicebas:Vtiham mihi liceret & defunctos reuocare & reſuſcitare, & ad priorem vitam reducere.Horum nunc reminiſcereverborum.Ecce tempus defunctorum reuocandorum & reſuſcitandorum,& ad vitam reducendorum priſtinam. Et hi nanque iam mortui ſunt, & priuſquã iudicium proferatur, & ad ipſas tartari fores iam nũc ciuitas collocata eſt. Ipſam igitur inde reſuſcita ſine pecuniis, ſine impẽdio,ſine tempore & omni labore. Tibi nãque ſatis eſt,tantũ loqui,&reuocare ciuitatẽ in tenebris iacentem. Nunc ipſam iube ab humanitate tua poſthac appellari.Nec enim tantã habebit gratiã illi qui ab initio ſe cõdidit,quantã ſententiæ tuæ: nec immerito.Ille emi principio ipſi dato receſſit:tuvero auctam & magnam factam,& poſt multã hanc tranquillitatem deſtructã reſuſcitabis.Non erat tam mirandũ,ſi hoſtibus ipſam capientibus,& Barbaris populantibus

Universidad de Deusto Biblioteca

pulãtibus à periculo liberaſſes, q̃ eſt admirabile nũc peperciſſe. Illud enim ſæpe multi fecere reges, hoc autẽ tu ſolus operaberis & primus præter omnẽ expectationẽ. Et illud quidẽ minime mirãdũ, nec pręter opinionẽ, ſed eſt quotidianũ opus, ſubditis prodeſſe. Quòd autẽ tot & talia paſſus irã deponas, hoc omnem naturã excedit humanã. Cogita ꝙ nunc nõ de ciuitate tantũ illa tibi conſultandũ eſt, verũ & de gloria tua, magis vero de Chriſtianitate tota. Nunc & Iudæi & Græci, & omnis terrarũ orbis & Barbari (etenim & illi hęc audierũt) ad te reſpiciũt, expectãtes vt videãt, qualem de geſtis ſententiã feras: nempe ſi humanã protuleris & mitem, omnes decretũ laudabunt, & deũ glorificabunt, & inter ſe dicent: Papè quãta Chriſtianitatis potentia? Hominẽ ſuper terrã habentẽ æqualẽ neminẽ, omnia delendi & corrumpendi dominũ cohibuit & refrænauit, & docuit philoſophiã, quã nec homo priuat' exhiberet. Verè magnus Chriſtianorũ deus, qui ex hominibus angelos facit, & omni neceſſitate naturali ſuperiores conſtituit. Ne nanq; ſuperfluũ timorẽ illũ timeas, nec toleres quoſdã dicẽtes, ꝙ reliquæ ciuitates peiores erũt, & hac nõ punita imperiũ tuũ magis contemnent. Si enim ad inſurgendũ fuiſſes impotẽs, & hæc operati te vi ſuperaſſent, & par eſſet potentia, cõgrue ſuſpicari hæc oportebat. Si vero pauefacti, præque timore pręmortui ſunt, & ad tuos per me cucurrere pedes, nec aliud quotidie expectãt q̃ barathrum, & ſupplicationes faciunt cõmunes in cœlum reſpicientes, & deum venire ſupplicãt, & ſimul nobiſcũ legationem attingere: & ſicut in extremis conſtituti, de propriis quiſq; ſuis cõſiderauit, quomodo nõ ſuperfluus hic timor? Si iugulari fuiſſent iuſſi, tanta paſſi nõ fuiſſent, quanta patiũtur nunc, tot diebus in timore & tremore viuẽtes: & ſuperueniẽte veſpere, aurorã videre nõ expectãtes: & die orto ad veſperã peruenire nõ ſperant: multi & in feras inciderũt, dum ſectãtur deſerta, in inuia trãſlati, nec viri tantũ, verũ & pueruli parui, & mulieres liberæ & decoræ per multas noctes & dies in ſpelũcis & cõuallibus, & deſerti foraminibus latẽtes: & nouus captiuitatis mod' ciuitatẽ detinet, ædificiis & muris ſtantibus, incenſis ciuitatibus grauiora patiũtur: nullo incũbente Barbaro, nec hoſte apparẽte, captis miſerius diſpoſiti ſunt, & ſolũ foliũ ſi moueatur, omnes ipſos per ſingulos terret dies. Et hæc omnes ſciũt. Et ſi ſubuerſam ipſam vidiſſent, nõ ſic eſſent caſtigati, vt nũc qui has ipſius audiere miſerias. Ne igitur hoc cogites, ꝙ peiores ſint futurę ciuitates reliquæ. Nõ enim ſi ciuitatẽ euertiſſes, ſic eos caſtigaſſes, vt nunc per incertã futurorũ expectationem, omni ſupplicio vehemẽtius ipſos puniens. Ne igitur ipſis vlterius calamitates producas, ſed iam reſpirare cõcedas. Subditos nẽpe caſtigare, & geſtorũ exigere pœnas, facile penitus & prõptum: his vero qui cõtumelias intulerũt, parcere, & his qui venia patrauerũt indigna, veniã dare, vnius & vix alterius eſt, & maxime cũ rex ſit contumeliã paſſus, & ciuitatem quidẽ metu ſubdere facile: omnes autẽ amatores cõſtituere, & perſuadere vt in regnũ tuum ſe beneuole habeãt, & nõ tantum cõmunes, verũ & priuatas pro tuo preces imperio faciãt, difficile: licet ĩfinitas quis expendat pecunias, & innumeros exercitus moueat, & quicquid operetur, nõ facile tot hominũ affectionem ad ſeipſum attrahere poterit, quod nũc tibi facile erit & leue. Nã & beneficiis affecti, & qui audie-

A rint pariter cum beneficio affectis erga te beneuole diſponẽtur. Quot pecuniis emiſſes, quot emiſſes laborib', breui tẽporis momẽto totũ orbẽ acquirere, & omnib' futuris ꝑſuadere, quãta filiis ſuis optãt, tãta & capiti tuo optarẽt? Si autẽ ab hominib' hęc, cogita quantã à deo capies mercedẽ, non tantũ eorum quæ nũc fiũt, verũ & quæ poſt hæc ab aliis expediẽtur. Si vnquã eñ cõtingat fieri tale quid, quale nunc factũ eſt (quod deus auertat) & iniuriã paſtorũ aliqui in cõtumeliã operatos inſurgere velint, benignitas & ſapiẽtia tua pro omni ipſis erit diſciplina & admonitione: & erubeſcẽt & cõfundẽtur tale diſciplinę exẽplum habẽtes, inferiores apparere. Itaq; omniũ poſterorũ eris præceptor, & palmã ipſis præripies, licet ad ipſum philoſophiæ verticem perueniãt. Non eñ par eſt, quẽpiam tantã incipere benignitatẽ primũ, & ad alios reſpiciẽtẽ ab illis elaborata imitari. B Quocirca quicunq; poſt te humanitatẽ & manſuetudinẽ quãtãcunq; exhibuerint, tu cum illis mercedem accipies. Qui enim radicẽ præbuit, hic vtiq; & fructuũ author eſt. Propterea nunc quidẽ nemo tecũ humanitatis mercedẽ partiri poteſt: tuũ enim ſolius meritum eſt. Tu vero cũ omnib' poſteris, ſi qui tales vnquam appareãt, ex æquo meritũ diuidere poteris, & tantam reportare partẽ, quantã in diſcipulis præceptores. Et ſi nemo talis fuerit, rurſum tibi cõmendationes & laudes per ſingulas proueniunt generationes. Cõſidera nãq; quale ſit poſteros omnes audire, ꝙ tã magna ciuitate facta pœnæ & vltioni obnoxia, pauefactis omnibus, & horrefactis ducibus & pręfectis & iudicib', & ne vocem quidem pro miſeris illis rũpere audentibus, vnus accedẽs ſenex dei ſacerdo- C tium gerẽs, ex ipſo aſpectu ſolo, & nudo occurſu ad reuerentiã imperatorẽ mouit: & quod nemini ſuorũ cõceſſit, vni hoc ſeni cõceſſit, dei leges reueritus. Etenim hoc quoq; ipſo nõ te parũ ô rex ciuitas honorauit, ꝙ me ad te legatum miſit: ſententiam enim de te optimã & pulcherrimã protulerunt, ꝙ omni principatui tibi ſubiecto dei ſacerdotes præhonoras, etſi viles eſſe cõtingat. Non ab illis vero tantũ nunc venio, verum & ante illos à cõmuni angelorum domino miſſus ſum, vt hęc dicã mitiſſimę ac benigniſſimę animæ tuæ: ꝙ ſi hominibus ipſorũ peccata dimittatis, & pater cœleſtis lapſus veſtros vobis dimittet. Matt.6.b Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationẽ reddemus. Cogita ꝙ etiam ſi quid tibi peccatum eſt, omnes abluere præuaricationes per iudiciũ & ſententiam iſtam poteris abſq; laboribus, abſque D ſudoribus. Alij nẽpe legati aurũ & argentum, & alia huiuſmodi dona ferũt: ego vero cũ ſacris ad regnum tuum legibus veni, & pro donis omnibus has prætẽdo, & te dominũ tuum imitari ſupplico, qui quotidie à nobis contumeliã patiẽs nõ ceſſat bona ſua omnibus miniſtrare. Et ne cõfundas ſpem noſtrã, nec promiſſiones redarguas. Etenim & hoc cum aliis te ſcire volo, ꝙ ſi reconciliari velis, & priſtinã ciuitati beneuolentiam cõmunicare, & hanc remittere iuſtam indignationẽ, cum multa reuertar fiducia: ſi vero mẽte tua ciuitatem aſperneris, non tantum ipſam nõ aſcẽdam, nec ipſius ſolum videbo, verum & in reliquum negabo, & in aliã me ciuitatem conſcribam. Ne mihi nanque accidat in illam vnquã adſcribi patriam, erga quam humaniſſimus tu, & hominum cunctorum mitiſſimus pacari recõciliariq; non eligas. Hæc & his plura locutus, ſic regem confudit, vt idem fieret,

fieret, quod & in Ioſeph contigit olim fieri. Sicut eñ ille tunc fratres cõſpicatus lugere quidẽ volebat, ſed dolorẽ tegebat, ne ſimulationem interrumperet: ſic certe & rex lachrymabat quidẽ mente, non demonſtrabat autẽ propter omnes præſentes. Nec tamẽ vſque in finem æſtũ cælare potuit, verum & inuitus redarguebatur. Poſt hanc enim concionẽ, ſecundis nõ opus habuit verbis, ſed vnũ ſolum locutus eſt verbũ, qđ ipſum diademate multo magis ornauit. Quid autem hoc eſt? Et quid admirabile & magnum eſt, ſi his qui nos cõtumeliis affecerunt, iram remittamus, hominibus exiſtẽtibus, cum & ipſi homines ſimus, cum mundi dominus in terrã deſcendens, & propter nos ſeruus fact', & à beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus ſuis patrem orauerit, dicẽs: Luc.23.e Ignoſce illis, nõ enim ſciunt quid faciunt? Quid igitur admirabile, ſi nos cõſeruis ignoſcamus? Et ꝙ hæc verba non ſunt ſimulatio, demonſtrarunt quidẽ & reliqua opera, nec his minus illud quod nũc ſum relaturus. Ipſum enim hunc ſacerdotẽ ſecum cõmuniter hanc ſolẽnitatem celebrare volentem, inuitum properare & feſtinare coëgit, & ſe ciuibus exhibere. Noui, inquit, ꝙ nũc ipſorum ſunt animi cõturbati, & multæ ſuperſunt calamitatis reliquiæ. Abi, cõſolare. Si gubernatorẽ viderint, nec præteritæ reminiſcentur tẽpeſtatis, verũ & ipſam triſtiũ memoriam omnẽ delebunt. Vt autẽ inſtitit pontifex petens vt filiũ ſuum mitteret: volẽs ille manifeſte demonſtrare, ꝙ omnem penitus iram mẽte deterſerat: Orate, inquit, hęc auferri obſtacula, hęc bella extingui, & ego veniã omnino. Quid anima mitius illa eſſe poſſit? Cõfundantur gentiles de reliquo, quinimo ne cõfundantur, ſed erudiãtur, & proprium omittentes errorẽ ad Chriſtianitatis virtutẽ redeãt, noſtram à rege & pontifice docti philoſophiã. Non enim hactenus tũc ſubſtitit piiſſimus rex, ſed & poſtquam ex vrbe ſacerdos exiuit, & pertrãſiit mare, miſit ad eum quoſdã, ſciſcitans & ſatagens, ne forte tẽpus tereretur, & ciuitati voluptatẽ dimidiaret, extra vrbem ſolennitatẽ peragens. Quis pater mitis tãtam de perſecutis ſe cõtumelia curã egit? Dicam & aliam iuſti laudẽ: his enim expeditis nõ feſtinauit, vt alius gloriæ cupidus, ipſe literas illã triſtitiã ſoluentes deferre. Sed quoniã maturius ibat, alium quendã velociter equitare doctũ mandauit pręuenire, & bona ciuitati nuncia afferre, ne ex reditus ſui tardatione triſtitia prolongaretur. Quod enim ipſe quærebat, ſolũ erat, non vt ipſe veniret bona hæc deferens, & voluptatis multæ plena, ſed vt ocyus nobis patria reſpiraret. Quod quidẽ feciſtis, forum coronantes, & lucernas accendẽtes, & lectos ante officinas cõponentes, & tanquã nuper ciuitate nata, feſtũ agentes. Hoc aliter per omne facite tempus, non floribus, ſed virtute vos coronãtes, lumẽ per opera in anima veſtra accẽdentes, ſpirituali gaudẽtes lętitia, & deo cõtinue pro his omnibus gratias agere nõ deſinamus: nõ tantum quoniã grauia ſoluit, verũ quoniam & ipſa fieri permiſit. Et multũ ipſi nos debere cõfiteamur. Per vtraque enim nobis ciuitatem ornauit. Ioel.1.a Hæc autẽ omnia ſecundũ propheticũ eloquiũ, filiis veſtris annunciate, & filij veſtri filiis ſuis, & illi rurſum generationi poſteræ, vt omnes qui vſq; ad conſummationẽ ſint, dei humanitatẽ ciuitati exhibitã diſcentes, vos quidem beatificent tantam nactos beneuolẽtiam: admirentur autẽ & dominũ noſtrũ, qui ſic lapſam ciuitatẽ releuauit. Lucrentur vero & ipſi, & per talium geſto-

A rum exempla ad pietatẽ impellantur. non enim nos tantũ, ſi in ipſorũ memoria continue maneamus: verùm & poſt nos futuros, eorũ quæ nobis euenerunt narratio, maxime iuuare poteſt. Quæ omnia ratiocinantes, non tantũ in grauiũ ſolutione, verũ & in horũ permiſſione ſemper clementiſſimo deo gratias agamus, tum ex diuinis ſcripturis, tũ ex nobis accidentibus, his præſertim memoratis edocti, ꝙ omnia ſemper ad vtilitatẽ noſtrã diſpenſat cum benignitate ſibi ſemper adhærente: qua nos ſemper fruẽtes, cœlorum quoq; regnum aſſequi contingat, in Chriſto Ieſu domino noſtro, per quem & cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria, poteſtas & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Catecheſis ad illuminandos, & de mulieribus ſe ſertis & auro ornantibus, & de ſectantibus vaticinia, vel ligaturas vel incantationes: quæ cuncta Chriſtianitati ſunt aliena.

B

Homilia XXI.

PRius dictorum apud charitatem veſtrã fructus à vobis repetiturus adueni. non enim propterea dicimus, vt tantum audiatis, verũ & vt dictorum memoriã ſeruetis, & per opera nobis memoriam demonſtretis, magis vero non nobis, ſed deo mẽtis arcana ſcienti. Propterea & catecheſis, id eſt inſtructio dicitur, vt & abſentibus nobis ſermo noſter mẽtes veſtras inſtituat. Et ne miremini, ſi decem diebus tantũ tranſactis ſeminũ fructus repetituri venimus. Etenim die ſola licet pariter & ſemina ſpargere, & meſſem facere: non enim propria tãtum virtute, verum & diuino momento roborati, ſic ad certamina vocamur. Quicunq; igitur dicta ſuſceperunt, & per opera impleuerunt, maneant ſe extẽdentes in C anteriora. Quicunq; vero bonam hanc operationem non attigerunt, iam attingant, vt ex torpore natam damnationem futura promptitudine repellãt. Licet enim, licet inquam, eum qui multũ torpuit, poſt hæc promptitudine vtendo, præteriti temporis omnem reparare iacturam. Idcirco dicitur, Hodie ſi vocem Pſal.94.b eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione. Hoc autem dicit, admonens & cõſulens nunquam deſperare, ſed donec hic ſimus, bonas habere expectationes, & anteriora apprehendere, & ad brauium ſupernę dei vocationis ſequi. Hoc igitur faciamus, & magnę huius donationis nomina exquiramus. Sicut enim dum ignoratur dignitatis magnitudo, ſegniores facit eos qui honorantur: ita ſi noſcatur, gratos reddit, & magis ſtudioſos efficit. Alioquin & turpe eſſet & ridiculum tanto potientes apud deũ D honore, nec ſcire quid ipſius tandem nomina ſignificare velint. Et quid de hoc munere dico? Si enim cõmune generis noſtri nomen cogitaueris, maximam ad virtutem capies diſciplinam & exhortationem. Hoc enim nomen homo, nos non ſecundum externos definimus, ſed vt diuina iuſſit ſcriptura. Nam homo non eſt quicunq; ſimpliciter manus habet & pedes humanos, nec quicunq; tãtùm rationalis eſt: ſed quicunq; pietatem & virtutem cum fiducia exercet. Audi nanq; quid de Iob dicit. Cũ enim dixiſſet, ꝙ in terra Huſitide homo erat, nõ ex his eũ deſcribit terminis, quibus alieni, nec hoc dicit, quod duos pedes habebat, & vngues latos: ſed indicia pietatis illius præbens dicebat, Simplex & rectus, ac timens deum & recedens à malo. Demonſtrans ꝙ hoc eſt homo, ſicut ſcilicet & alius inquit, Iob.1.a Deum time, & ipſius mandata cuſtodi, quoniam hoc eſt omnis homo. Eccli.12.d. Si autẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc nomen homo,tantã ad virtutẽ præbet exhortationem,multo magis fidelis. Fidelis enim propterea vocaris,quoniã & credis deo,& ab eo creditam ipſe iuſtitiã habes,ſanctitatem,mũditiam animæ, in filiũ adoptionem,regnũ cœlorũ,& hæc tibi commendauit. Tu viciſſim ipſi alia vouiſti, eleemoſynã, orationes,modeſtiã & omnem aliam virtutem. Et quid di-
Mat.10.c co eleemoſynã? Si vel frigidũ ipſi dederis poculum, nec hoc amittes:verũ & hoc in illum reſeruat ſedulo diem,& cũ multa reddet ſuperabundãtia. Hoc quippe admirabile eſt, q̃ non tantũ depoſita ſeruat, verũ & multiplicat retributionibus. Hoc & te ſecundum potentiã tuã facere iuſſit in his quæ tibi credita ſunt, ſanctitatem,quam accepiſti,intendere:& ex lauacro iuſtitiam reddere clariorẽ, & gratiã illuſtriorẽ facere:ſicut vtiq; & Paulus fecit,ſequẽtibus laboribus,& ſtudio,& promptitudine augens omnia quæ accepit bona.Et nota dei prouidẽtiam, nec tibi totũ hic dedit,neq; toto priuauit:ſed hæc quidẽ dedit,hęc autẽ promiſit.Et quare non hic totũ dedit? vt tu fidem in ipſum demõſtres,nondũ datis ex ipſius promiſſione ſola credens.Quare vero rurſum non omnia illic ſeruauit,ſed dedit & ſpiritus gratiã,& iuſtitiã, & ſanctificationem?vt tibi labores leues faciat,&ex iam datis etiam de futuris te bonæ ſpei cõſtituat. Propterea q̃; recenter illuminatus vocari debes: quoniã noua lux ſemper tibi,ſi velis,& nunquã extinguitur. Hanc nẽpe lucẽ & volentibus nobis & nolentibus nox ſubſequitur.Illum vero radiũ tenebrę nõ norunt:lux enim
Ioan.1.a in tenebris lucet,& tenebræ eã non cõprehenderũt. Non ſic enim mũdus eſt clarus oriente radio,vt anima illuſtratur & ſplendidior fit à ſpiritu gratiã ſuſcipiens.Et cõſidera diligentius rerum naturam.Nocte enim terras tenente,& tenebris caligantibus ſępe funiculum quis cernens,ſerpentẽ eſſe putauit,& amicũ accedẽtem tanquã inimicum fugit:ſtrepitum quempiam ſentiens,trepidus factus eſt: facta autẽ die nihil tale fieret,ſed omnia qualia ſunt apparent:quod & in anima noſtra contingit. Poſtquã enim gratia veniẽs mente tenebras expulit,rerũ veritatẽ diſcimus,& nobis fiunt deſpicabiles res prius tremendæ: nec enim amplius mortẽ timemus, diligenter ex hac ſacra introductione diſcentes, quòd mors non eſt mors,ſed ſomn⁹,& dormitio tẽporaria:nõ pauperiẽ, nõ morbum,non aliud quid huiuſmodi reformidamus,ſciẽtes q̃ ad meliorẽ tendimus vitã,immortalẽ & incorruptã, & ab omni tali liberã inæqualitate. Ne igitur amplius ad mortalia maneamus hiãtes,nec circa mẽſæ delicias,nec circa veſtimentorũ ornatũ:habes em̃ maximũ indumentũ,habes menſam ſpiritualẽ,habes gloriam ſupernẽ,& omnia tibi Chriſtus factus eſt, & menſa,& veſtimentum, & domus,& caput,& radix.
Galat.3.d Quotquot in Chriſto enim baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.Ecce quomodo veſtimentũ tibi eſt. Vis diſcere quomodo & mẽſa tibi ſit?Qui me comedit,in-
Ioan.6.f quit,viuet ille propter me. Quòd autẽ domus eſt ti-
Ioan.15.a bi:Qui comedit carnẽ meam,in me manet, & ego in eo.Et q̃ radix,rurſum inquit:Ego vitis,vos palmites. Et q̃ frater,& amicus, & ſponſus: Non amplius vos dicã ſeruos:&,Vos amici mei eſtis.&Paulus:Deſpõ-
2.Co.11.a di vos vni viro virginẽ caſtam exhibere Chriſto, &
Rom.8.f rurſum:Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Nec fratres tantũ ipſius,verũ & pueruli ſiamus.Ecce enim,inquit,ego & pueruli,quos tradidit mihi deus. Non hoc autẽ ſolũ,verum & mẽbra ipſius & corpus eius. Tanquã enim non ſufficerent dicta demõſtrare beneuolentiã & charitatẽ quam erga nos exhibet,& *1.Cor.12. & Ephi. 1.d.* aliud his maius,& propius poſuit,ſe caput noſtrũ appellans.Hæc omnia certò ſciẽs dilecte, ſis gratus erga benefactorẽ tuũ optima conuerſatione, & ſacrificij magnitudinẽ cogitans, orna corporis tui mẽbra: cogita quid manu capias, nec vnquã vllũ verberare audeas,nec tanto decoratum munere,plagę crimine cõfundas.Cogita quid manu capias,& ipſam ab omni auaritia & rapina liberam conſerua.Reputa q̃ non tantũ manu capias,verũ & ori admoueas,& linguam cuſtodi à contumelioſis mũdam & turpibus verbis, blaſphemia,periurio,& aliis omnib⁹ huiuſmodi. Etenim pernicioſum eſt, tam tremendis miniſtrantem myſteriis linguã,& ſanguine tali purpuratam,&factũ aureum gladiũ ad conuicia & contumelias & ſcurrilitates transferre.Reuerere eã honore quo dominus
B ipſam honorauit, nec ad peccati vſum ipſam deducas:ſed rurſum animaduertens,q̃ poſt manum & linguam cor ſuſcipit horrendũ illud myſteriũ:ne vnquã in proximum ſumas dolũ, ſed mentem tuam ab omni malitia mundam conſerua: ſic & oculos, & aures munire poteris. Quomodo enim non eſt abſurdum poſt myſticam illam vocem è cœlis delatam,à Cherubin dico, meretriciis cantibus, & fractis melodiis aures inquinare? Quomodo vero non extrema pœna dignum eſt,oculis quibus arcana vides & horrenda myſteria,his meretrices ſpectare, & mente adulterium exercere? Ad nuptias vocatus es dilecte, ne intres ſordidis indutus veſtimentis, ſed nuptiis congruam cape veſtem.Si enim ad nuptias ſenſibiles homines inuitati,etſi omnium pauperrimi ſint, mutuo
C ſumentes ſæpe,vel ementes veſtimentum mundum, ſic ad ſe vocantes conueniunt: & tu ad nuptias ſpirituales,& prandia vocatus regalia, conſideres quàm dignum ſit te nuptiale veſtimentum comparare.Verum enimuero nec opus eſt comparare, ſed ipſe quĩ vocat tibi dat gratis,ne vel paupertatem prætendere valeas.Serues itaq; quod accepiſti veſtimentum. Si nanq; perdideris,amplius emere nõ poteris,aut mutuare. Nuſquam enim venditur tale veſtimentum. Audiſti quomodo gemuerunt dudũ ſacris introducti,& pectus percuſſerunt,eos ſtimulante cõſcientia? Cõſidera igitur & tu dilecte, ne vnquã hoc patiaris. Quomodo autẽ non patieris,non expulſa praua malorum cõſuetudine? Propterea & prius dixi, & nunc dico,& dicere non deſiſtã,ſi quis morũ vitia nõ correxit,nec ſibi facilem parauit virtutẽ, ne baptizetur.
D Priora nempe crimina lauacrũ abluere poteſt:timor autem non paruus, & periculum non mediocre, ne rurſum ad eadem redeamus, & vulnus nobis fiat de medicina. Quanto nanque maior gratia,tanto amplior poſtea peccantibus pœna. Ne igitur ad priſtinum redeamus vomitum: hinc iam nos ipſos eruditamus. Quod enim oporteat prius pœnituiſſe, & à prioribus deſtitiſſe malis, & ſic ad gratiam accedere, audi quid Ioannes dicat, quid vero ſummus Apoſtolorum baptizari debentibus. Ille nempe dicit: *Luc.3.b* Facite fructum dignum pœnitentiæ: & ne incipiatis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. *Act.2.f* Hic autem interrogantibus rurſus aiebat: Pœnitentiam agite,& baptizetur quiſque veſtrum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Pœnitentiam agens autem nõ amplius eadem attingat negocia,quorũ pœnituit.Propterea q̃; iubemur dicere:Abrenuncio tibi ſatana,

ſatana,ne amplius ad ipſum reuertamur. Sicut igit̃ in pictoribus accidit,ſic & nunc fiat.Etenim illi tabulas proponentes,& albas circũducentes lineas,& regias depingentes imagines: priuſquã colorum veritatem ſuperinducãt,cũ omni libertate hæc quidem delent, hęc vero repingũt,&errata corrigẽtes,& male ſe habentia tranſponentes:poſtquã vero iam colorem induxerint,nõ amplius libertatẽ habent rurſum delendi & depingẽdi: quoniã imaginis pulchritudini noceret,& ſine culpa fieri nõ poſſet: Hoc tu quoq; fac, puta animã eſſe tibi imaginẽ. Priuſquã igitur ſuperueniat vera ſpiritus tinctura,male inſitas tibi conſuetudines dele,ſiue iurare, ſiue mẽtiri, ſiue cõtumelias inferre,ſiue turpia loqui,ſiue ridicula facere ſolit⁹ es, ſiue quid aliud huiuſmodi non licitũ faciendi cõſuetudinẽ habes,erue cõſuetudinẽ,ne poſt baptiſma rurſum ad ipſam regrediaris.Peccata delet lauacrũ. Tu
B cõſuetudinẽ corrige,ne iã inductis coloribus,& illuſtrata imagine regia,amplius deleas,& vulnera & cicatrices inferas à deo tibi dato decori. Corripe igit̃ irã,extingue furorẽ,ſiue quis afficiat iniuria ſiue contumelia,lachrymis illũ pſequere.Ne indigneris tu,cõdole,ne exacerberis:ne dicas,In anima patior iniuriã. Nemo eſt in anima iniuriã patiẽs, niſi nos ipſos in anima iniuria afficiamus. Et quomodo id ita ſit iã dicã.Ablata eſt res tua,nõ paſſus es in anima, ſed in pecuniis:ſi tu vero mali memoriã ſerues, ĩ anima tu teipſum læſiſti.Pecuniæ em̃ ablatę nihil animã leſerũt, verũ & adiuuerũt.Tu vero nõ iram dimittẽs, pœnas illic huius ſeruatæ malorũ memoriæ dabis. Cõuiciis te quiſpiã & contumeliis affecit,te nil in anima læſit, ſed nec in corpore.Tu teipſum in anima læſiſti,eorũ
C quę dixiſti,illic pœnas ſubitur⁹.Et hoc omniũ maxime vos certũ ſcire volo, q̃ Chriſtianũ & fidelem in anima poteſt lædere nemo, nec ipſe diabolus. Nec hoc tantum eſt admirabile, q̃ nos deus omnibus incurſib⁹ inexpugnabiles fecit: verũ & q̃ ad omnẽ virtutis operationẽ nos aptos parauit: & impedimentũ nullum eſt,ſi velimus, licet pauperes ſimus, ſiue corpore imbecilles,ſiue abiecti,ſiue ignobiles,ſiue ſerui. Nec em̃ paupertas,nec imbecillitas,nec corporis diminutio,non ſeruitus,non aliud talium quippiam,ad virtutem impedimentũ eſſe queat.Et quid dico pauperem,& ſeruũ,& ignobilem?Etiã ſi captiuus ſis,nec hoc tibi ad virtutẽ impedimentũ eſſet.Et quo id modo fit,dicã. Quidam domeſticorum te cõtriſtauit, & irritauit,ipſi irã remitte.Nunquid tibi ad hoc vincula & paupertas,& ignobilitas impedimentũ afferũt? Et quid dico impedimentũ? Potius adiuuant nanq; D & cooperantur ad ſuperbiã cõprimendã.Vidiſti aliũ fœliciter agentẽ,ne inuideas,nam nec hic paupertas impedimentũ eſt.Rurſum cũ orare cõuenit,ſobria & vigili mẽte hoc effice, & nec hic vllũ erit obſtaculũ. Benignitatẽ,manſuetudinẽ omnẽ exhibe,modeſtiã, honeſtatẽ: nec enim iſta exteriorũ indigent auxiliorum.Et hoc eſt virtutis maximum,q̃ non diuitiis, nõ potentia,nõ gloria,non alia quapiã talium rerũ opus habet,ſed anima tantũ ſanctificata, & nil amplius inquirit.Reſpice vero & in gratia hoc ipſum fieri: ſiue quis enim claudicet, & euulſis ſit oculis, & corpore diminutus,ſiue in extremã delapſus imbecillitatẽ,ab horũ nullo gratia venire prohibetur. Animam enim exquirit ſolã ſe cum prõptitudine ſuſcipientẽ,& hęc omnia prætercurrit. Externorũ quidem militum, & corporis menſurã, & bonã carnis habitudinẽ exqui-

A runt ipſos in exercitũ deligere debẽtes. Nõ hęc autẽ ſola militaturũ oportet habere,verũ & libertatem. Si quis enim ſit ſeruus,reiicitur. Cœlorũ autẽ rex nihil tale requirit, ſed & ſeruos in exercitũ ſuũ ſuſcipit, ſenes & inualidos:neq; eum taliũ pudet:quo quid humanius aut benignius cogitari poteſt?Sic enim quæ vere noſtra ſint,æſtimari debẽt.Seruitus enim vel libertas noſtra nõ ſunt, quẽadmodum neq; proceritas ſtaturæ aut breuitas, neq; integritas ætatis aut ſeniũ, &quęcunq; talia:manſuetum autẽ & mitẽ eſſe,& his ſimilia,volũtatis noſtrę ſunt.Et hęc ſola à nobis deus exigit,quorũ nos domini ſumus,& valde cõgrue: nõ enim propter propriã vtilitatẽ,ſed propter beneficẽtiam nos ad ſui gratiã vocat, reges vero propter miniſterium ſuũ:& hi quidẽ ad bellũ trahunt ſenſibile, hic autẽ ad pugnã ſpiritualẽ. Nec in bellis tantũ ex-
B ternis, verũ & in certaminibus eandẽ quis rationem videre poſſet.In illud enim theatrũ trahi debẽtes,nõ prius deſcendũt in certamina, donec ipſos aſſumens prẽco ſub omnium oculis circũducat clamans,& dicens:Nũ quis hunc accuſat?Et quidẽ illic nõ animæ, ſed corporis pugnæ ſunt. Quare igitur generoſitatis rationes requiris?Hic vero nihil tale, ſed totũ cõtrarium:cum nõ in manuũ collationibus ſint nobis certamina,ſed in animi diſciplina & mẽtis virtute. contrariũ agonotheta noſter facit, non ipſum aſſumens circũducit,& dicit:Num quis hunc accuſat? ſed clamat:Licet omnes homines,licet dęmones cũ diabolo cõſtituti ipſum accuſent de turpiſſimis & occultis criminibus,nõ reiicio,nec abominor, ſed ab accuſatoribus ipſum liberãs,& ab iniquitate abſoluens, ſic ad certamina duco. nec immerito. Illic em̃ agono-
C theta nil certantibus confert ad victoriã,ſed medius conſtitutus eſt: hic autẽ agonotheta pietatis propugnatoribus cõmilito fit,& auxiliator, cũ ipſis contra diabolũ pugnã attingens.Nec hoc tantũ eſt admirabile,q̃ nobis peccata dimittit,verũ & q̃ ipſa nõ reuelat,nec manifeſta facit,nec accedẽtes cogit in medio patrata edicere,ſed ſibi ſoli rationẽ reddere iubet,& ſibi cõfiteri. Etenim ex ſecularibus iudicibus, ſi quis alicui captorũ latronũ vel furum diceret, vt peccata cõfiteretur,& à pœna dimitteretur, omni certè prõptitudine hoc ſuſcepiſſent,ſalutis cupiditate pudorẽ contẽnentes.Hic vero nõ hoc eſt, verum & peccata dimittit, nec cogit præſentibus quibuſdã ipſa enunciari:ſed vnũ ſolũ exigit,vt ipſe remiſſione fruẽs, do
D ni magnitudinẽ diſcat. Quomodo igitur non abſurdum,vt in quibus nos ipſe beneficio afficit,ſolo teſtimonio noſtro contẽtus ſit:nos autẽ in quibus ipſum colimus,alios teſtes quæramus,& ad oſtentationem quicquã faciamus?Ipſius igitur benignitatẽ admirati,noſtra ipſi exhibeamus, & ante omnia alia linguæ impetũ refrẽnemus,& ne ſemper loquamur.Ex multiloquio nanq; non effugies peccatũ. Si nẽpe dicen- *Prou.10.a* dum vtile quid habes, aperi labia: ſi nihil ſit neceſſarium,tace:melius eſt enim.Artifex manualis es,ſedẽs pſalle.ſed nõ vis ore pſallere,hoc facias mente. Magnus comes pſalmus.Nihil hinc graue ſuſtinebis,ſed tanquam in monaſterio in officina ſedere poteris:nõ enim locorum cõmoditas, ſed morũ probitas quietem nobis præbebit. Paulus enim in officina artem *Act.18.a* ſuam tractans,nihil ad propriam virtutem læſus eſt. Ne dicas igitur,Quomodo potero,cũ artifex& pauper ſim,philoſophari?Propterea nempe magis poteris philoſophari.Nam paupertas diuitiis,& negociũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ocio ad pietatē nobis est opportunius: quippe cū & A diuitiæ non aduertentibus impedimentū fiant. Cum enim iram dimittere oporteat, cum inuidiam extinguere, cū remittere furorē, cum orationē offerre, cū benignitatē & mansuetudinē, cum modestiā & charitatē exhibere, vbi paupertas impedimentū esse valeat? Nō enim argentū erogantes hęc oportet obire, sed rectā exhibētes voluntatē. Eleemosyna maxime pecuniis eget, verū & ipsa per paupertatē magis effulget: etenim quæ duos obolos erogauit, omnium hominū erat pauperrima, & omnes superauit. Ne magnū igitur quid diuitias esse putemus, nec luto meli⁹ aurū esse cogitemus. Materiæ nanq; precium non ex natura est, sed ex opinione nostra. Si quis enim diligēter inquireret, multo magis auro ferrū necessariū: illud nanq; nullū vitæ cōfert vsum, hoc autē pleraq; necessaria nobis expedit, innumeris artibus seruiens. Et quid dico auri & ferri cōparationē? preciosis eṁ lapidibus hi vulgares magis necessarij: ex illis enim nihil vtile fieri posset, ex his vero domus, & muri, & vrbes cōstructæ sunt. Tu vero mihi demōstra, quę de margaritis vtilitas istis, quinimo quod non inde fiat damnū? Etenim vt tu feras vnionē, innumeri pauperes fame premūtur. Quā igitur veniā assequeris? Vis ornare faciem? non margaritis orna, sed modestia & honestate, sicq; vir gratiorē cernet aspectū. Ille nēpe ornatus & in zelotypiæ suspicionē iniicere sæpe solet, & inimicitias, & cōtentiones, & pugnas. Nil autē aspectu suspecto turpius. Eleemosynę vero & modestiæ ornatus omnē quidē improbā suspicionē expellit, omni autē vinculo firmius coniugē conciliat: nō enim tam decorū facit formæ natura fieri aspectū, q̄ ipsam spectātis affectus: affectū vero nihil sic, vt mo- C destia & honestas inducere solet. Itaq; licet pulchra sit aliqua, vir autem erga ipsam male affectus sit, omnium ipsi turpissima videbitur. Si vero non esse pulchrā aliquā contingat, iucunde tamen in ipsam se vir habeat, omniū ipsi pulcherrima esse videbitur. Non enim in eorum quæ cernuntur natura, sed in cernentium affectu iudicia fiunt. Aspectum igitur ornes modestia, honestate, eleemosyna, humanitate, charitate, erga virū dilectione, māsuetudine, benignitate, malorum tolerātia: Hi sunt virtutis colores, per hos allicies angelos, non homines, per hosipsos habebis deū laudatorē: cum vero deus acceptauerit, & virū omnino tibi placabit. Si enim viri sapientia faciē illuminat, multo magis virtus mulieris illuminat aspectum: si vero putas esse magnū hūc ornatum, dic mihi, quæ vtilitas tibi in die illa de margaritis istis veniet? Et D quid opus diem illam cōmemorare, cum liceat & ex præsentibus hæc omnia demōstrare? Quū igitur visi in regem cōtumeliam exercuisse, ad tribunal trahebantur, & periclitabātur de extremis: tunc vxores & matres monilia aurea, & margaritas deponentes, & ornamentū omne, & vestimēta aurea, vilem & abiectam vestē capientes, & cinerem inspergentes sibi, & ante fori ianuas se volutātes, sic iudices exorabāt. Si autem in his iudiciis aurea quidem monilia, & vniones, & varia vestis, insidię & proditio essent: mansuetudo autē & benignitas, & cinis, & lachrymæ & vilia vestimenta magis iudicē conciliant: multo magis in iudicio illo ineuitabili & tremendo hoc fiet. Quam enim rationem dicendam habebis? Quam, dic mihi, excusationem quādo te dominus accusabit de margaritis istis, & pauperes fame perditos in mediū aget? propterea Paulus dicebat: Non in circumligaturis, & 1. Tim. 2. auro, vel margaritis, vel vestimēto precioso. Hinc nēpe struētur insidię. Si vero iugiter & ipsis fruemur, tamē omnino per mortem ab ipsis separamur. Ex virtute vero securitas omnis, & mutatio & ruina nulla. Verū & hic nos ea reddit tutiores, & illuc comitatur. Vis margaritas possidere, nec vnquā has diuitias deponere? Ornatum omnē auferens in Christi manus per pauperes repone. Ille tibi cūctas custodiet diuitias, postquā corpus tuū multa cū claritate resuscitauerit, tunc tibi meliores circūponet diuitias, & ornatum maiorē, quippe cum sit hic præsens vilis & ridiculus. Cogita nanque quibus vis placere, & propter quos hūc induis ornatū, vt funarius, & ærarius, & institor admirentur cōspicati. Deinde non confunderis & erubescis te illis ostētās, & quos nec appellatione tua dignos cēses, propter hos omnia faciēs? Quo- B modo igitur hanc omnem vanitatem deridebis? Vocis illius recorderis, quā dum sacris initiareris, emisisti: Abrenuncio tibi satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo. Circa margaritarū enim cultū insania, est pompa satanica. Aurū enim cepisti, nō vt corpus vincias, sed vt pauperes soluas, & enutrias. Dic igit̄ continue, Abrenūcio tibi satana. Nihil hac tutius voce, si ipsam per opera exhibeamus, hanc & vos initiandi discere censeo. Hęc enim vox confœderatio cū domino est. Et sicut nos seruos emētes, ipsos qui vēduntur, prius interrogam⁹ an nobis seruire velint: ita facit & Christus, quando debet te in seruitutē capere, prius interrogat an velis illum crudelem tyrānum dimittere & immitem, & ad fœdera suscipit: non enim coactū est ipsius imperium. Et vide benignitatem. Nos nempe priusquā precium erogemus, interrogamus eos qui C venduntur, & cū didicerimus quod volūt, tunc precium erogamus: Christus autē non ita, verum & preciū erogauit pro omnibus nobis precioſum ſanguinem ſuum: Precio enim, inquit, empti eſtis magno: & 1. Cor. 6. tamē neq; sic cogit sibi seruire nolētes. Sed nisi gratiā habeas, & à teipso & sponte eius velis dominatui adscribi, nō cogo, inquit, neq; compello. Et nos quidem improbissimos seruos ne emimus quidē. Quòd si quando emimus, per errorē tale preciū erogamus. Christus autē ingratos emēs seruos, & iniquos, optimi serui precium erogauit: imò vero multo maius, vt neq; ratio, neque mens ipsius magnitudinem capiat: non enim cœlum & terram & mare dans, sed omnibus his precioſiorem ſanguinem ſuum effundens, ita nos redemit: & post hæc omnia non testes à nobis, non chirographa exigit, sed sola contentus est voce: & si dicas ex corde, Abrenuncio tibi satana, & pompæ tuæ, totum recepit. Hoc igitur dicamus Abrenūcio tibi satana: tanquam in illa die huius vocis rationem reddituri, & ipsam custodiamus, vt saluum tunc reddamus depositum. Pōpa vero satanica sunt, theatra, circenses, & omne peccatum, & dierum obseruatio, & præsagia, & omina. Et quid tandem sunt omina? Sæpe domum quis suam egressus hominem vidit vnoculum, vel claudicantem, & ominatus est. Hæc est pompa satanica: non enim hominis occursus malum facit esse diem, sed in peccatis viuere. Cum igitur exieris, vnum solum custodi, ne occurrat tibi peccatum, hoc enim est quod supplantat, præter hoc vero nec ipse diabolus nos quippiam lædere poterit. Quid dicis? hominem cernis, & ominaris, nec cernis foueam diabolicam: quomodo te illi, qui te nulla affecit

affecit iniuria reddit inimicū? quomodo te fratri con- A stituit aduersariū ex nulla iusta occasione? Et de⁹ quidem vel inimicos amare nos iussit: tu autē nil lædentē auersaris, nil accusandū habēs. Nec cogitas, quantus risus, quantū dedecus, imò vero quātum periculum? Dicā ne & aliud ridiculosius? Cōfundor nempe & erubesco, sed cogor propter salutem vestrā dicere. Si virgini, inquit, occurreris, sterilis dies erit: si vero meretrici, dextera & bona, & multa mercatione plena. Occultamini, & frōtē percutitis, & ad terrā inclinatis: sed non nunc dū dicuntur verba, sed cum fiunt opera, erubescēdum erat. Vide nempe quomodo & hic diabolus dolum abscōdit, vt modestam quidem auersemur, impudicā vero gratam habeamus & ame- Matt. 5. d mus. Quoniam enim audiuit Christum dicentem, ꝙ aspiciens mulierem ad concupiscendū, iam mœchatus est eā, & vidit multos lasciuia vinci, volēs rursum per aliam viam ipsos in peccatū impellere, per hanc B obseruationē meritoriis mulieribus libenter oculos intēdere persuasit. Quid vero diceret aliquis de his, qui carminibus & ligaturis vtūtur, & de circūligantibus aurea Alexādri Macedonis numismata capiti, vel pedibus? dic mihi, hę ne sunt expectationes nostrę, vt post crucē & mortē dominicā in gētibus regis imagine spē salutis habeamus? Ignoras quāta crux persecit? Mortē dissoluit, peccatū extinxit, orcum inanem reddidit, diaboli soluit potentiā, & ad corporis sanitatē præstandā non est fide digna? totū orbē exuscitauit, & tu in ipsa nō cōfidis? Et quid pati dignus non esses? Nō ligaturas vero tātum, sed etiā excantamenta tibi cōducis, vetulas ebrias & titubātes domū ducens. Nec confunderis, nec erubescis, post tantam ad hæc trepidans disciplinā: & quod grauius est errore, C quādo hæc admonemus, & dissuademus, putantes se excusari, dicunt, ꝙ Christiana est mulier hæc excantans, & nihil aliud loquitur, q̄ dei nomen. Propterea nanq; magis ipsam odi & auersare, ꝙ dei nomine ad contumeliā vtitur: ꝙ se dicens esse Christianā, gentilium opera facit: etenim & dæmones dei nomen fatebantur, sed tamē erant dæmones, & ita Christo di- Luc. 4. f cebant: Nouimus te quoniā es sanctus dei: & tamen ipsos increpauit, & eiecit. Propterea quippe vobis supplico, vt ab hac sitis fallacia puri, & tanquā baculum dei verbū habeatis. Et sicut sine calceamētis, vel vestimentis vestrū nemo in forū descēdere eligeret: ita sine verbo hoc nunquam in forum prodeas, sed cū es ianuæ vestibula trāsgressurus, hoc prius loquere verbū, Abrenuncio tibi satana, & coniungor tibi Christe. Ne vnquā absq; hac voce exeas: hęc erit tibi D baculus, hęc armatura, hęc turris inexpugnabilis. Cū hoc verbo & crucē in fronte imprime: sic enim non tantum homo occurrēs, verum nec ipse diabolus te quicquā lædere poterit, cū his te cernēs armis vbiq; apparentē. Et hæc teipsum iam hinc doce, vt cum signum ceperis, sis miles paratus, & cōtra diabolū trophæum erigens, iustitiæ coronā capias, quā nos assequi cōtingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ioannis inter patres nostros sancti Archiepiscopi Constantinopolitani ieiunatoris de pœnitentia, & continentia, & virginitate. Homilia XXII.

Tomus quintus.

SI beatus Paulus Apostolus gentium doctor 2. Tim. 4. d. & ecclesiæ constitutus, posteriorū oblitus, & in anteriora se extendens, corpus corruptibile indutus, & incorporeis colluctans potestatibus: qui cursum cōsummauit, & fidē seruauit: qui in ieiuniis perseuerauit, & in periculis probabilis factus est: qui in fame, & in siti optim⁹ apparuit: qui ab Hierusalem in circuitu vsq; ad Illyricū Christo seruiuit, 2. Cor. 11. f Christū in seipso habens loquētē, terrestris angelus, Rom. 15. f & cœlestis homo, vocatus apostolus, & sancti spiritus receptaculū factus: qui vsq; ad tertiū cœlū ascēdit, & ineffabilia illa audiuit verba: qui in corpore corruptibili paradisum habitauit, zelo incōparabilis, charitate magnus, ecclesiarum dei solicitus curator, orator pietatis, imbecillių deductor, credentiū pronub⁹, Iudæorū redargutio, nostri omniū sagena, post mortificationē doctor, & post mortem præco, qui nobis demōstrauit quomodo in cœlos ascēdere oporteat. Si hic, inquam, tot possidens priuilegia, dicens: Nihil 1. Cor. 4. d mihi ipsi conscius sum, timebat, & dicebat: Ne fortè dū aliis prædicauero, ipse reprobus fiā: quid faciem⁹ nos, nullū ad virtutem incremētum adepti? Igitur vigilare oportet, & orare in omni tēpore, & à deo petere, non aurum, non argentum, nec omnino diuitias terrenas, sed solmu cœlorum regnum, & in domino gaudere. Alij lætentur in diuitiis, alij in sanitate, alij in doctrina & gloria: virgo autē in domino, vt & ab ipso laudē habeat, dicens deo: Apud te laus mea. Nihil turpius, aut informius anima vitiis obnoxia. Vnde animæ pulchritudinē prouidere cōuenit, & dicere: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo Psal. 21. f virtutē: vt & spōsus interiorē tuā speciē conspicatus dicat: Tota pulchra es, & macula non est in te. Sed vi- Cant. 4. b de etiamsi virtutē præstiteris, ne extollatis in specie tua, ne forte propter superbiā tuā auertatur deus, & elatio tua redarguatur. Quid enim condignū his sustinere potes, quæ propter te Christus sustinuit? Humiliauit seipsum vt homo, te precioso sanguine suo redemit: qui dat escam omni carni, ieiunauit propter te: qui mellis dulcedinē creauit, qui cœlū stellarum cœtu coronauit, spinis ꝓpter te coronatus est, & vsq; ad mortē obediēs fact⁹ est: igitur in his nō lætari, sed plāgere cōuenit, & credere dicēti: Quę dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris cōpūgimini: vt quæ in die fecimus, in nocte meditati gemamus. Ita compunctus Achab vestē scidit, & indutus est sacco, & 4. Reg. 21. plorauit: & quid dominus? Non inducā, inquit, malū ꝙ. eius in diebus ipsius. Propterea & saluator ait: Beati Matt. 5. a qui lugent, non mortuū, non iacturā, sed peccatū: vt Psal. 6. b dicā, sicut Dauid inquit, Lauabo per singulas noctes lectū meū, lachrymis meis stratū meū rigabo: & rursum: Exitus aquarū deduxerūt oculi mei, quia nō custodierunt legē tuā. Ablue lachrymis peccatorū sordes, frontē verbera, pulsa pectus, in sensum veni eorum quæ peccasti. Si per oculos captus es, sicut olim 2. Reg. 11. Dauid malè apertis fenestris: si contra animam tuam 4. oculi tui fuerunt, cōclude in gemitu oculū, quē malè in lasciuia reserasti. peccatorū enim consuetudo lapsum in peius trahit. Si purū habes vestimentum, caues ne pessundes omnino, nequo modo sordidetur. Si primā, secundam, & tertiā contempseris maculā, iam velut sordidū habens vestimentū, non graue videtur licet totū fiat lutum. Quid igitur? orationibus opus est, ne quādo offendamus ad lapidē pedem nostrum, vt angelus domini in circuitu nostro immittēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos liberet,& ita dicere possis: Angelus eripiens me ab omnibus malis:vt te quoq; vocet angelus,qui vocauit Abrahã. Amant enim angeli eos,qui dominum suum diligunt. Sumite psalmũ,& date tympanũ,psalterium iucundum cum cithara. Vnũ capit,& tria exigit,ex tribus enim cõstituti sumus,vt dicit Paulus, vt integrũ sit corpus, & anima, & spiritus: vt sit tympanum,pellem habet mortuã: igitur mortifica corpus, vt in tympano & choro laudes deũ. Christus pro te dedit corpus ad deludendũ. Vide ne dicas, quid vtilitatis in sanguine meo? Quid enim secũdum meritũ Christi talia pro nobis passi perficere possumus? Sis igitur plãta fructuosa,vt deũ laudes, pro viribus tuis fructifica. Si nõ potes perfectũ ferre fructũ in centũ, saltem dimidiũ in sexaginta: Si vero & hoc tibi graue,vel tertiũ perfecti,in triginta: tantum quod potes fructifica,ne velut infructuosus in ignẽ immittaris. Si vero habes autũ & argentũ,bonas operationes: & si neq; ligna,fœnum & stipulã, vide ne tibiipsi columnam statuas, quod odit dominus. Vide ne stet ratiocinatio tua tanquã statua in iudicij die accusatrix tui facta:ne tunc incipias sine testibus argui, & sine demonstratione cõfitearis,quæ ex ignorantia fecisti,& locutus es,agnoscẽs. Luge ante tẽpus,ne illic audias: Nunc pœnitentiã agis, cum nõ est pœnitẽtiæ tẽpus? Donec tempus habemus, operemur bonum. Aliud quodcunq; forte possumus inuenire: tempus autẽ si amittamus,aliud inuenire non possumus: Propterea Paulus quoq; commonens,dicit: Donec tempus habemus,operemur bonũ. Lugeamus pro his quę peccauimus,destillemus lachrymam in genas, & pectus tũdamus,vt illic dentiũ stridorẽ effugiamus. Lugeamus,vt beatificemur,sicut & Dauid. Nõ enim tãtum lugebat,verũ & laborabat, & lectũ rigabat. Vnã noctem in iniquitate duxit, & per singulas lugebat noctes,penitus talia cõfitens: Dedisti mihi oculos,vt video deam lucẽ tuam,ego autẽ his malè prospexi. Erraui aliquando malè intuitus, malè fenestras aperui, propterea lachrymis ipsas abluo. Sic igitur oportet lugere,& oculũ malè conspicatum lauare. Et tu vulnus nosti,agnouisti medicinã, animæ tuæ ianuas munire festina. Non oculũ tantum,verum & aures,& os. Istæ enim sunt fenestræ,per quas pro sententia vel bona prodeunt,vel mala. Vide ne mors subeat tibi per fenestras tuas, sed sint tibi semper in oculis honestatis mãdata,in auribus dei præceptorũ testamẽta:in ore, laudũ cantica,& antiqui nouiq; testamẽti meditatio. Has fenestras deo quidẽ aperire, sed peccato occludere debemus. Dic tu quoq; secundũ illam sanctam animam: Dixi,ascendã palmã ad tenendũ sublimitates eius:rectitudinẽ amãtem,& mundũ habentẽ cor, & ad cœlestia bona currentẽ,nec circa terrena tantũ distractã. Vide ne stimulos habeat palma tua,contra peccatum redargutiones. Sermones enim sapiẽtum, tanquam boum stimuli:at qui his punguntur, corde compungãtur,& omni peccato abstineant: sed diligẽter ipsi altitudines retine,vt sine ruina permaneas cõtinuè ventorũ incursus ferens insurgẽtes per tempus tentationũ. Versare semper in diuinis scripturis. Sicut enim vinũ dum bibitur, tristitiam sedat, & cor cõmutat in lætitiam: sic & spirituale vinum dum bibitur,in lætitiam conuertit animam tuam. Vbiq; dei recordare dicens: Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniã à dextris est mihi ne cõmouear. Scribe sermones hos manibus tuis, & erunt inconcussi præ oculis tuis. Si sic deũ honoras,sit à dextris tuis: si vero ipsum contempseris, diabolus sit tibi dexter. Sic Iudę contemnenti diuina dicit scriptura: Et diabolus stet à dextris eius. Per singulas horas glorifica dominum Christum dicens: Exaltabo te deus meus rex:non tantum sermone, verum & opere. Sic enim Dauid quoq; deum in seculũ,& in seculũ seculi exaltat:non diem,non mensem,non annum, non lustrum,sed in omni vitæ tempore. Sciebat enim quòd quãdocunq; laudat,tunc incipit. Dicis autem: igitur quale cor esse oportet quod semper deum exaltet? Quale Paulus habebat, dicens: Nihil mihi conscius sum. Sic erat & Dauid,dicens: Ab occultis meis mũda me. Quale & saluator iussit habere, dicens: Beati mundo corde,quoniã ipsi deum videbunt. Sic igitur non peccans,per singulos dies deũ exaltat, non tantum sermone,verum & opere ipsam rem exhibet, nõ contemnẽdo,siue ægritudo cõprehendat,siue iactura,siue mors,dicens cum Paulo: Quis nos separabit à charitate Christi? & reliqua. Nõ enim temere in stercore dominus habitat,sed in cœnaculo scopis mundato. Vt animam tuã velut dei habitaculũ præpares, memento horrendi multũ & tremendi illius diei, in quo omnes Christi throno assistentes, rerum hic gestarum rationes reddemus, ante omniũ oculos peccata nostra ponentur,& rursum reuelabũtur,& ignorantibus ostendẽtur actiones, vbi ignis fluuius, & insopitus vermis, vbi omnia nuda & præcipitata. Vbi cordium nostrorũ libri aperiẽtur, & in medio manifestè legentur etiam occulta, nocturna & diurna, ex ignorantia & obliuione facta,quę mẽbris effecimus, quæq; nunc latent reuelabũtur. Cogita igitur,q̃ omnino nos hinc ad infallibilẽ migrare iudicem oportet:vbi non tantũ actiones, verũ & verba & cogitata iudicantur:vbi terribiles etiã eorũ quæ videntur esse parua,pœnas dabimus. Hæc semper recordare,& inextinctæ nunquã obliuiscaris flãmæ. Præuide veniẽtem iudicare viuos & mortuos. Cogites angelorũ milia,& myriadas tũc iudici assistẽtes: nunc auditus vocem tubarum, & tremendã illam condemnantis vocem præueniat. Præuideat oculus hos quidẽ in exteriores mitti tenebras, hos vero ianuis excludi post multũ virginitatis laborem. Considera hos quidem velut zizania colligari,& in clibanos proiici:alios manibus & pedib' vinctos in exteriores mitti tenebras: & alios insopito vermi,& luctui, & dentium stridori traditos:hunc quidem de intempestiuo risu iudicari: hunc vero q̃ proximum affecit iniuria,vel q̃ fratrem scandalizauit: hunc quidem de incertis damnari criminibus:hũc vero de ocioso verbo pœnas exigi:hũc vero de mala sententia iudicium subire: hunc vero propter conuicium regno excludi:quendã autẽ propter seruatam iram intolerabilia patientẽ:illum vero in ignominiam resurgẽtem æternam:hos autẽ Christi cognitione priuari,& audire:Amẽ dico vobis,nescio vos:quoniam fecerunt quæ Christus prohibuit. His igitur sic se habentibus, quales nos oportet esse, vel quales emittere lachrymas, & dicere: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & lugebo dies ac noctes? Sed vt expectatam effugiamus pœnam, venite, præoccupemus faciem domini in confessione, & vitæ diligentia propitiationes domini dei inuocemus. In inferno nanque,ait, quis confitebitur tibi? Omnia nobis duplicia deus dedit, duos oculos, duas aures, duas manus,

nus,duos pedes. Si igitur horum alterum lędatur,per alterum necessitatem cõsolamur. Animam vero dedit vnam nobis:si hanc perdiderimus, quãnam viuemus? Huius igitur prouidẽtiam faciamus, nihil ipsius saluti præferentes:quoniã hæc etiã est,quę cum corpore iudicatur,& simul defenditur,& comparet ante Christi tribunal. Si tũc dixeris,pecunię me allexerũt: dicet tibi iudex: Non audisti,quę vtilitas,si quis totũ mundũ lucretur,animę autem suæ detrimentum patiatur? Si dixeris,diabol' me decepit: dicet tibi & ipse,q̃ nihil profuit Heuę,quia dixit: Serpens me decepit. Hæc igitur mẽte tenentes,venite, excitemus nos ipsos priusquã obumbremur, priusquam veniat dies domini magnus, & appareat de quo propheta dicit: Ecce venit,& quis sustinebit? vel quis tolerabit diem aduẽtus ei'? Tremẽda dies illa tumultus, & tenebrarũ. Sed dices: Quomodo igitur licet prædicta mala effugere? dicam. Non tãtum corpus tuum custodias purũ,sed cũ mala passus benefeceris,si accuseris,continens sis & patiens. cũ ieiunaueris,ne glorieris: non enim ciborũ abstinẽtia ieiunium operatur, sed abstinentia peccatorũ. Scrutare eũ scripturas. Vide quomodo primũ virgam nuceam videt propheta,postea lebetem superardentẽ,demonstrans q̃ non sustinentem virgæ castigationẽ ignis susċipit. Sic & per Mosen demonstrabat ignis columnam,rebus clamans q̃ legem audiens,vidit lucem: inobediens autẽ susċipit ignẽ. Legite saluatoris scripturas, & discite, quomodo nos hinc illuc migrantes adiuuare potest nemo. Non frater fratrem redimet ex interminabilibus tormentis:nõ amicus amicũ,non parẽtes filios, non filij parẽtes. Et quid dico homines miserabiles,cum neq; si Noe veniat,& Iob, & Daniel, tum iudicantem exorare possint? Sed dices: Vnde horum demõstratio? Vide non indutum veste nuptiali exsponsali domo expulsum,& neminem pro illo intercedentem. Vide talentum habentem creditum,& nõ negociatum, & quomodo pro ipso supplicat nemo. Respice mihi quinq; virgines exclusas,& æquales pro ipsis nõ deprecatas: quas & stultas Christus nuncupauit, quoniam post calcatas voluptates, post extinctã concupiscentiæ fornacem, post ieiunium, & lectum humi stratum,& vigiliã,tunc stultæ sunt inuentæ, & merito quidem: propterea q̃ seruato magno virginitatis munere, mandatum humilitatis paruum non custodierunt. Vide mihi in iudicij die iudicẽ oues à dextris constituentẽ,& infructuosos hœdos à sinistris,& à dextris quidem positis dicentem: Venite benedicti patris mei,accipite paratum vobis regnũ. A sinistris vero positos in tenebras exteriores repellentem, & ciectis posse succurrere neminem. Verus enim sermo dicens: Ecce homo, & opus eius. Audisti quomodo diues ille nunquam Lazari misertus, in vltionis loco tostus aquę stillam sumere optauit? Cognouisti quomodo nec ipse Abraham suppliciis tormenta lenire potuit? Quin igitur posthac nobis ipsis succurrentes, priusquam adũbremur, deo gloriam damus? Melius hic per ieiunium linguã arescere, quàm ipsam humidam seruare,& illic rorẽ concupiscere, & nõ accipere,& immortaliter torreri. Paruis hic laboribus magna repellamus tormenta. Cogita q̃ trium dierũ febrem hic non toleramus. Si iudicũ pœnas cernentes obruimur, & hoc vix quinquaginta annis obnoxiis damnationi: quale est igitur Christi tribunal,nõ tantum in quinquaginta annos, sed in infinita protẽdẽs secula pœnã? Ingrediamur itaque per angustam portam,vt latam viã effugiamus,scientes q̃ velut somniũ sunt omnia sensibilia,& generationi suppositа sunt & corruptioni. Licet enim corporis fortitudinẽ habeamus,ipsam deiicit ægritudo, lætitiã excipit tribulatio,pulchritudini succedit senect'. Si mẽsa lauta fruamur,superueniẽs vesper voluptatẽ dissoluit. Et q̃ generaliter præsentia sint aranea imbecilliora, & somniis fallaciora,propterea & saluator beatificat tribulatos,ne iucundorũ voluptas fruentes in se retineret. Igitur sicut audiit Abrahã: Exi de terra tua,& exiuit: exeamus & nos ex affectione consueta,vt mortificationis meditatione in supernã transmigremus ciuitatem. Castigemus corpus & in seruitutem redigamus, ne anima serua fiat diaboli,cõtinua diuinæ scripturæ meditatione fruentes: & in nobis voluptates tanquã syluestres feras sopiamus,vbiq; domini Iesu mortificationẽ in corpore circũferentes, recordemur dicẽtis: Sobrij estote,& vigilate. Nemo dormiẽs coronabitur,neq; recũbens & stertens brauiũ capit: sed puluere & plagis squalens ipse apud agonothetã prius inuenitur,vulnera gerens,& sanguinẽ ostendens defluentem. Vnde postquã experientia didicimus,q̃ sit graue & difficile diaboli ministeriũ (fugit enim vigilantẽ,& dormientẽ spoliat) ne des somnũ oculis tuis, ne palpebris dormitationẽ, vt saluetis velut dorcas ex cassibus,& velut auis ex laqueo. Fugiamus,inquã, vitæ huius laqueos & curas,& velut mũdo abrenunciantes,nil carnale circũferamus: multę enim diaboli insidiæ. Aduersarius noster diabolus, inquit, tãquã leo rugiens circumit quærens,non quẽ mordeat,vel frangat,sed quẽ deuoret. Fuge diaboli astutias,& dic domino: In te eripiar à tẽtatione,& in deo meo trãsgrediar murum. Ne fugias itaq; laborem,vt assequaris coronã. Mercator non deficit, sed sustinet vndas, vt pecunias inueniat. Decertãs athleta generose fert vulnera,respiciens ad coronã. Agricola non inuenit manipulos,nisi prius per ꝓprios sudores semina mittat. Similiter in cœlũ respicientes nihil putant tribulationes,bonorum spe roborati. Aduertamus igitur continuè,& obseruemus,quãdo sponsus surget à nuptiis,vt ipsius audita voce prõptè cõsurgamus in occursum. Et vos,inquit enim, similes hominib' expectantibus dominũ suũ: qualem iam dominus beatum censet,dicens: Beatus seruus ille, quẽ cũ venerit dominus eius,inuenerit vigilantẽ. Sicut autem vigilantem beatificat, ita miserum vocat negligentẽ, sic inquiens: Si vero cœperit dicere malus ille seruus: moratur dominus meus venire, & ineeperit verberare cõseruos suos,comedereq; & bibere cum ebriis, veniet dominus eius in die qua nõ expectet, & in hora quam nesciat,& per mediũ diuidet eum, & partẽ ipsius cũ hypocritis ponet. Si autẽ dicens,moratur dominus meus,per medium diuiditur: veniẽte ipso,qui nec omnino dominũ suum expectat, quid patietur? Paratos igitur nos esse,& expeditos ad hinc nauigãdum oportet,& dicere: Paratum cor meum deus: in bello enim sumus in mundo,in circuitu impij ambulant,peccatores intendũt arcum. Hic quidem aures sagittat,vt iucunde detractionem audiamus: hic autem oculum in lasciuiã excitat,ille vero linguam, vt fratribus conuicia inferat: hic autẽ ventrem in ingluiem irritat,ille vero manũ in auaritiam & rapinam: alius pedes in malitiam mouere hortatur. Quibus de causis Paulus pectus muniẽs armis spiritus,scribit assumenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumenda esse arma fidei,& galeã salutis, quibus possint omnia maligni tela ignita extingui. Crede igitur
Mich.6. voci propheticę dicenti: Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum,& quid dominus requirat abs te: vtiq; facere iudicium & iustitiã, & amare misericordiam,& solicitum ambulare cum domino deo tuo. Igitur posteriorum obliti, in tempore certemus, vt laborũ fructº comedẽtes, in domino delectemur, nec incassum tempus omne temere absumamus, sed tanquã dominum bonum habentes, legitimã exhibeamus seruitutem: docet enim, cõmonet, protestatur, minatur, exhortatur, admonet,& mercedẽ obedientibus, regnũ largitur. Accingentes igitur lũbos in veritate, domino seruiamus. Cogitemus quanta propter nos passus est saluator: incarnari, lactari, comedere & bibere, & dormire, tentari, laborare, baptizari, flagellari, & postremo crucifigi,& ita mori. Verè cogitare oportet tantam passum pro peccatoribus in se contradictionem,& sic ad sanguinem vsq; resistere peccato repugnantes. Quot autem fecit miracula, morborum curationes, mortuorũ resuscitationes, leprosorũ emundationes, dæmonum expulsiones, claudorũ erectiones,& reliqua quorum non est numerus: & postremo in cœlum ascensionẽ nobis largitus, vt & nos per virtutem & bonã vitam ipsum sequamur, cœlestem possidentes conuersationem. Vbi enim adscripti sumus, illic debemus cõuersari: hospites enim & peregrinos nos scriptura vocauit, vt præsentia contemnamus.
Cani similis est voluptas: si pellas, fugit: si nutrias,
Iacob.4. permanet. Propterea dicit Apostolus: Resistite diabolo,& fugiet à vobis. Noli expectare finem, vbi pœnitentiæ remedium nihil valet. Verum & si quis ibi dentibus fremat,& si linguam habeat ardentem, digito guttam instillabit nemo: sed audit illa, quę & dies audiuit. Sciẽtes igitur somnium præsentia, & velut in diuersorio habitãtes, vnde nos exire est necesse: curam agamus vitæ,& ad vitam æternam viaticorum, quæ nobis ipsis paremus: induamus vestimenta nobiscum venientia, quæ & apostolus nobis cõsulit: dicens: Viscera misericordiæ, suauitatem, & reliqua. Non aurum illic volumus, sed rorem: non foliis illic opus, sed fructibus: non verbis, sed rebus. Non enim omnis dicẽs mihi, domine domine, intrabit in regnũ cœlorum, sed qui facit volũtatem patris mei. Ne nos igitur ipsos decipiamus. Detur enim q̃ voluptati per totam vitã nostrã vacauerimus: sed quid ad infinita secula? Hic enim & bona & mala finem habent, illic autem immortales pœnæ. Hic si ardeat corpus, egreditur anima: illic vero incorrupto resurgente corpore, semper anima comburitur: & peccatores enim incorrupti resurgunt, non vt honorẽtur, sed vt immortaliter in tormentis permaneant. Si itaque balnei vehemẽtiorem vaporem non ferimus, quomodo feremus igneum flumen? Opus est enim omnes ignẽ probare, si legitimum est aurum: oportet sigillum inquiri, ne forte ablatus fuerit thesaurus. Oportet probari, si talis est latens,& non est qui effugiat iudicis impetum. Sed omnino dices mihi, quomodo potest anima illic semper comburi? quomodo hic corpus manens in febre accẽditur. Et si enim hic languẽte corpore exit anima, illic tamẽ non egreditur, sed necessitas est animã comburi. Est ne igitur aliquis, qui propter somnium velit semper puniri? Hoc enim præsens vita ad futuram. Qualis enim futurorum cõparatio? Si nanq; prætereuntia talia, qualia igitur illa stabiliter manentia? Dum igitur tempus habemus, venite dilecti, animæ vulnera lachrymis curemus,& ne contra nos ipsos manus dirigentes, talem pœnam subeamus. Vnus enim, inquit, ædificans, & vnus destruens, *Eccli.34.* quid aliud contulerunt, quàm labores? Si enim templum ex lapidibus constructum Hieremias lugebat euersum, dicens: Sinite me, lugeam amarè, ne conamini me consolari: quanto magis animam deplorare conuenit illo sanctiorem, in qua nõ phiala aurea habens manna, sed quæ patrem habet,& filium,& spiritum sanctum, sanctam trinitatem inhabitantem? Si moriẽtibus compatimur, quis tam sine misericordia est, qui animam suam morientem nõ deploret? Corpus enim voluptatibus fouens, animam suam occidit: animæ vero curam gerens, corpus sanum non facit. Vnde non pro mortuis, sed pro nobismetipsis lachrymas deducamus. Recordemur fratres, q̃ tempus breue est,& iudicium prę foribus est, quod licet longinquius esset, nec ita tamẽ cõfidere oporteret. Nox *Rom.13.* præcessit, inquit, expergiscamur iam à somniis: etemi iucunda præsentia, sed somniis nihilominus fallacia. Nemo debet dormire solem cernens. Faciamus igitur fructus pœnitentiæ dignos, sicut scriptum est. Et sicut est in aqua baptizari facile, sic est facile animam pœnitere. Non habuit opus tempore latro. Martyres in momento coronati sunt. Si vero venia indigna, & ad mortem peccauimus, salutares medicinas habentes ne desperemus. Non enim cecidisse graue est, sed post lapsum non resurrexisse, satanicum & perniciosum est. Vnde & bonus Deus, & dominus noster clamabat: Nunquid resina non est in Galaad? vel medicus non est illic? Postea si corpus patiatur, medicos vocamus,& herbas inquirimus, omnia mouemus, vt læsum membrum curemus: animam vero vitiis laborantem negligimus, & nullam magis propriæ partis rationẽ habemus. Timeamus eum, qui potest & animam & corpus in gehennã perdere, & ante tormentorum tempus venire, proiiciamus nos ipsos in mare misericordiã dei, dicentes: Lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Stetit enim bonus pastor Deus, vt eriperet nos ex ore leonis priusquam ipse nos absorberet, *Ezech.34.* clamat & nunc dicens: Fili peccasti, ne adiicias vlterius. Nunquid cadens non resurgit? vel auertens non conuertitur? Conuertimini filij auersi,& sanabo contritiones vestras. Non mentitur Iesus, dicens: Non *Ioan.10.* veni vt iudicem mundum, sed vt salutem mundum. Tantùm pœnitentiam agamus: non enim vult mortem peccatoris, quantum vt conuertatur & viuat. Nõ sic insanus amator dilectam suam amat, vt deus pœnitentem animã: vel reuocans dicit: Et post hæc omnia dixi, conuertere ad me. Talis domini clementia: neminem ad se currentium auersatur, sed manũ porrigit, dicens: Hodie si vocem meam audieritis, nolite obdurare corda vestra. Si enim medicus cõtumelia affectus ab eo qui curatur, adiumenta non negligit, non ægrotãtem vlciscitur: quanto magis animarum medicus nostrarum? Solùm ne de nobisipsis desperemus. Athleta nanque sæpe lapsus, postea victor effectus est: & miles vulneratus, & curatus circa finẽ nõ vulneratis probatior apparuit. Mercatorum multi ad inopiam redacti, rursum effecti sunt diuites: & naufragium passi, rursum post naufragium negociati reuixerunt. Nunquid enim nobis deus ignem parauit? Non, sed diabolo & angelis eius. Tantùm ne nobis ipsis ignem accendamus. Audientes itaque

Ite

Ite ad lumen ignis vestri,& flammę qua exusti fuistis, nullus est morbus, quem medici remediũ sanare non possit. Sed dicis: perfectã non possum agere pœnitẽtiam. Si nõ potes sol fieri, fias vel stella dũtaxat. Tantum ascẽde super terrã, incipe lucidis æmulari fyderibº. Melius est te vel pauca habere merita, quàm omnino nullum habere. Poculum frigidũ tibi Christus computat, infirmum visitare, & in carcerẽ simul descendere. Si enim verborum & cogitationũ pœnas damus, quanto magis iustificationũ mercedem non amittimus, licet viliſſima sint quę fiunt: igitur modicum tẽporis laboremus, ne bonis excidamº æternis. Si enim mille mortes sustinere daretur, vt Christum in gloria sua venientem, & non amplius per ænigmata videremus, sed ipsis regem oculis cõtueremur, quis non censeret eligẽdum? Si nanque pulchritudinem hic apparẽtem, cinerẽ, puluerem,& vermem, ex corruptione,& phlegmate,& rheumate substantiam habentẽ videre quis cõcupiscit, quãto magis Christi speciem immaculatã si videamus? Si Petrus & socij quandam tenuem ipsius gloriæ vmbrã conspicati dicebãt: Bonum est nos hic esse, quid nos dicemus ipsum in tremenda gloria intueri expectantes? Si sic regi assistẽtes beatificamus vehiculum cernentes aureum,& purpuram,& coronã, quales nos esse decet totum mũdum iudicare debenti assistẽtes? Nónne si quis terrenum te ad regnũ vocaret, & præcipitia, & scopulos,& molestię via multũ habente, omnia subires causa regnandi? Ne dicas: In quibus peccaui, ad dominũ conuerti nõ possum. Et Dauid rex cecidit, sed ita surrexit, vt malorũ suorũ curator fieret. Supplantauit nos diabolus, sed nosmet resuscitemus. Suscepit nos Christus occurrens, sicut filium pater. Co-
Eccles.1. & 12. gitemus, quòd post regnũ & delicias,& omnia peracta Salomon dicebat: Vanitas vanitatũ,& omnia vanitas. Igitur si nos laudare deberent in theatro sedẽtes, quãdoque & serui, vel prædones, vel grassatores, & homines viliſſimi, non omnimodo studeremus vt laudem arriperemus: vbi vero angeli & archãgeli, & reliquæ potestates, & illorum omniũ theatrum nos prędicare debet, quid nos pro illo faciemus? Nũquid meretrices & publicani nos in regnũ prędcedẽt? Conueniẽtia sunt in diuinis auxilia scripturis. Euaserunt per hanc medicinam minas Niniuitæ per ieiunium, meretrix dominũ lachrymis conciliauit. Paulus peccatum confitẽs, pœnitentiũ fit doctor: latro credens, paradisi ciuis factus est. Hęc medicaminà capientes, vulnera nostra curemus dicentes: Sana me domine, &sanabor. Et sana animam meam, quia peccaui tibi. *Psal.50.* Suscipiẽs eñ medicus dicet: Ego sum qui deleo peccata tua, nec ampliº recordabor. Vides quot tibi medicinas medicus parauit? Ipse elige quã vis. Auxiliorum tibi varietatem iuxta vulnerum differentiã demonstrauit. Si non potes eleemosynas facere, compungere: si nõ potes ieiunare sicut Niniuitæ, saltem vt meretrix peccata lachrymis ablue: si ieiunare non potes, peccata tua redimere, eia ad misericordiã dei confuge cum Dauide dicens: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuã. Non est enim viperæ morsus, vt super ipsum medicinã imponam, nec macula ex luto facta, vt ipsam aqua abluã, sed ex diaboli morsu vulnus egens clemẽtię tuæ misericordia tua. Tantum accede petens,& oleũ instillabit be-
Ezec.33. nignus, qui dixit: Si cõuertatur impius à via sua mala, non recordabor iniquitatum eius, quas commisit.

Tantũ vulnus reuela,& dic: Miserere mei deus, miserere corporis & animæ meæ, miserere mei & hic,& in futuro seculo: miserere mei & propter naturę infirmitatẽ,& propter tuam bonitatem. Tantum desidera curari: salutẽ enim tuam medicus quærit, qui errantem ouem cõuertit, qui ad malos & bonos vocãdos in biuia misit. Ecce & nunc tibi vendit regnum cœlorum. Si non habes obolum vnde emas, eme gemitu. Fragmẽto panis cœlorum regnũ tibi retribuit: Ecce clamat Propheta dicens: Quis vult emere vitam? Quis est homo, qui vult vitã, diligit dies videre *Psal.33.* bonos? Non habentes, inquit, argentũ, absq; argento tollite. Quid enim quærit à nobis deus? Non habes, inquit, pecunias? non cõpunctionem, non potentiã, non luctum, non aliud quid eorum quæ quæruntur? Prohibe linguam tuam à malo,& labia tua ne loquãtur dolum: & in salutẽ tibi sufficiet. Vide si ieiunasti, ne altũ sapias: si eleemosynã exhibuisti, ne inaniter glorieris, sed potius præterito ieiunio computa quid ex inedia cõsecutus es, nũquid talis egressus sis, qualis ingressus. Vide quã inde abstuliſti mendã, vel in quo teipso melior factus es, vel quem es assecutus profectũ, vel quẽ correxisti defectũ, si ab ira destitisti vel cõuicio, si fratri nõ detraxisti, si iurare desiisti, vel aliud quid boni es operatus. Si vero cibis tantum abstinuisti, nec vllũ aliud egisti bonũ, quid nõ comedendo profeciſti? Forte eñ dicet tibi: Vere non potuisti ieiunare, quare inimicis tuis nõ recõciliatus es? quare liuorem & inuidiam habens perseueraſti? quid autem & te cõtristanti succensuisti? Nec hoc solum, verum & in malorũ memoria permansisti, quo nullũ peius est malum. Qui nanq; corporale peccatũ fecit, fecit malũ,& citò destitit: malorum autem recordans, noctéque & die, & omni hora peccatũ operatur. Si horum memineris, nũquam recordaberis cõtumeliæ. Quapropter, quia te ille affecit cõtumelia, tu præceptorẽ deum ne contumelia afficias. In orbis enim theatro hæc omnia reuelabuntur. Vnde priusquam in perditionis lutũ cadamus, tãtum fugiamus suppliciũ, & cogitemus q̃ iudiciis nos illis horrẽdis eripiet nemo, non ipse Noë, non Moses, non Dauid, nõ Abrahã qui filios & hospites tantũ dilexit, supplicio subtrahet. Cogitemus q̃ multis obnoxij sumus peccatis,& terribilibus & incertis. Si enim iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Et quid de occultis dico? Si manifestorũ pœnas à nobis exiges, quã habebimº veniã? Si in orationibº torporem discutias, vel in ieiuniis negligẽtiam: & q̃ ante ipsum constituti non tantum ipsi impẽdimus honorem, quantũ magistratibus milites, nec quantum amicis amici. Cum quanta nempe attentione amicũ alloquimur? Deum autem pro peccatis deprecantes torpemus,& genibus nostris humi flexis exterius cogitatione versamur. Si ab his tantũ inceperit, & rationem exigere voluerit, vbi igitur submergi poterimus? Quid vero si in medium deducat accusationes, quas alter in alterũ agimus, si & superfluos aspectus nostros examinet, si malas inquirat cõcupiscentias, si & de conuiciis nostris rationem exigat, nũquid os aperire poterimus? Si vero vanã quoq; gloriã, quam sustinemus orantes & ieiunãtes, & eleemosynam faciẽtes, poterimº ne in cœlũ respicere? Si autẽ & dolos, quos alter in alterũ suimus,& præsentẽ quidẽ tãquam amicũ alloquimur, absenti vero detrahimus: quãtas igitur sustinebimus pœnas? Si vero iuramẽta

quoque

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; & mẽdacia, & liuores, & iniuſtas ĩdignationes: A
ſi periuria cõputet, & triſtitias reſpiciat, quibus male
patiẽtes, inſultantes afficimus: ſi torporis quoque in
cõcionibus pœnas repetat, quãdo ipſe deus per ſcri-
pturas loquitur, nos autẽ ipſum dimittẽtes cum no-
ſtris cõſeruis loquimur, quas iam ſubiremus pœnas?
Vnde ſemper ante oculos gehẽnã habeam⁹. Cũ eñ
ſi etiã gehẽna nõ intẽderetur, peccata vitare debe-
remus: quãto magis hac imminẽte propriorũ remi-
niſci peccatorũ debem⁹? Recordare æterni iudicis,
Ecce enim vltionẽ tibi prædico vt periculũ fugias.
Si dixerit tibi, ieiuna, prętẽdis imbecillitatẽ: ſi tibi di
xerit, cõpatere, negligentiã tibi ipſi ſupponis. Si tibi
dixerit, noli iraſci: quid cõtra hoc dicere potes, vbi
neq; ignorãtia, neq; negotiũ virtutẽ exercere prohi-
bet? Quomodo igitur cũ venia ſis indign⁹ peccati, in
cœlũ man⁹ extẽdere poteris? quomodo linguã mo- B
uere? quomodo veniã petere? Iniuria affect⁹ es, re tua
priuat⁹ es, malè audiſti: magnopere læſus es, expecta
principis ſentẽtiã. Si eñ cuiuſpiã ſeruũ cõtumeliatũ
tibi nõ ipſũ verberas, ſed ipſius domino offers: quãto
magis erga illũ, qui dixit: Mea eſt vltio, & ego retri-
buã? Ieiunaſti à cibis? vide qđ inde peccatũ abſtuli-
ſti, vel in quo teipſo factus es melior, vel quẽ acqui-
ſiſti profectũ, quẽve defectum correxiſti. Sciẽs itaq;
quante domini tribunal ſiſtẽdus es, vbi nihil linguæ
valet facultas, nõ auxiliãtur aduocati, tanquã anima
tua ſit per ignẽ trãſitura, pręmittẽ rorẽ, funde lachry
marum fontes. Habes puteũ, ex cordis profundo tri-
ſtitiam hauri, geminas cõmoue pupillas, & lachry-
marũ profunde fluẽta, ſecundũ peccatorũ propor-
tionem ſit tibi lachryma. Si magnus eſt lapſus tuus,
maior ſit lachrymarũ tuarũ torrẽs. Si vero puritatẽ C
quoq; retines, alteri mutua lachrymam, & pro fratre
lapſo plora, vtinã vero ſaltẽ pro peccatis lachryma-
remus propriis. Vnde peccatũ proceſſit, oriatur fons
medicinę. Et priuſquã ianua occludatur, pœnitentiã
agamus. Vbi peccatum, illic fiat & ſolutio. Ne hic ſit
peccatum, & in cœlo pœnitentia. Poteſtatem enim
habet ſuper terram peccata dimittẽdi, qui nos rede-
mit ſaluator. Vnde qui ſtare videtur, videat ne cadat.
Qui vero iam lapſus eſt, ſurgat. Qui cecidit, nõ con-
fringatur. Si quis autẽ & confractus eſt, adeſt domi-
nus qui contritos ſanat. Accidit aliquãtum moueri,
Pſal.72. vt ait ſanctus Dauid, penè effuſi ſunt greſſus mei. Si
dicebã, inquit, motus eſt pes meus, miſericordia tua
domine adiuuabat me. Accidit ſubuerti, & nõ cade-
re. Impulſus enim euerſus ſum, vt caderẽ, & dominus
ſuſcepit me. Eſt & lapſo remediũ, in ruina nõ perma- D
Pſa.146. nere. Nunquid qui cecidit, nõ reſurgit? Eſt & cõtritio
ſalutis ſpes. Dominus enim, inquit, ſanat contritos.
Sed vide ne molleſcas audita dei bonitate. Deus eñ,
inquit, iuſtus & fortis, & longanimis, & per ſingulos
dies iram non inducens, vtpote ſcilicet clemẽs, quia
Ibidem. pœnitentiã ſuſcipit. Si vero nõ conuerſi fueritis, gla-
dium ſuum vibrabit. Interim non cædit, vibrat tan-
tum, vt ſplendorem conſpicatus, & territus, ad pœnã
non peruenias. Non cædit gladius, ſed terret, vt ip-
ſius timor ad pœnitentiã te ſuſcitet. Arcũ ſuum tetẽ-
dit & parauit illũ: tetendit, nõ immiſit ſagittam, vt te
forma terreat. Congruus iudex, ne contemnas arcũ:
intentus enim eſt, ne molleſcas: quoniam interim ſa-
gittam non cernis, ne negligas propter ipſius longa-
nimitatem. Audi ſalutarẽ illam vocem: Sis beneuo-
lus aduerſario tuo. Quotidie cũ aduerſario iter agis,
cuius comitatũ effugere nõ potes. Paulus te inſtruit,
dicens: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiri- *Gala.5.*
tus aduerſus carnẽ. Hæc enim ſibi inuicẽ aduerſan-
tur. Reſiſtat ſpiritus carni, ſpe fultus expectata, com-
parans cõcupiſcentiam mundi, & regnum cœlorum.
Caro enim ad puluerem declinat, anima vero diui-
nam imaginem imitari ſtudeat. Ita beneuolus ſis ad-
uerſario tuo, donec es in via cũ ipſo in hac vita. Cũ
enim via conſummata fuerit, nõ amplius tibi pœni-
tentiæ tẽpus. Vide ne te tradat aduerſarius iudici, &
iudex vltricibus poteſtatibus, & coniiciaris in carce-
rem, in tenebras exteriores, donec reddas vltimum
quadrantem, nõ tantũ de actionibus, verũ & de co-
gitationibus iudicãdus. Hæc igitur omnia ſcientes,
nobiſmet auxiliemur. Tunc enim cognoſcemus q̃
ſit amara voluptas, cũ re ipſa experiemur quãtæ no-
bis ſit amaritudinis miniſtra. Scientes igitur cũ qui-
bus nobis ſit certamen, inuocemus miſericordem
deũ, ne dæmonibus tradamur, dicẽtes cũ beato Da-
uid: Ne tradas me domine perſequentibus me. Ipſi *pſal.118.*
nanque nos ad peccandũ incitant, & iidem ſunt ac-
uſatores. Nõ enim os ſolus cõtra nos diabolus ape-
riet, verũ & alij dæmones dicẽtes: Num nos miniſtri
vobis fuimus vt iraſceremini, vel vana duceremini
gloria, vel in fratrẽ inueheremini? Timeamus fratres
diẽ illũ in quo noſtræ cogitationes iudices fient ad-
uerſus nos acerbiores. Ne igitur aduerſarios teſtes
expectemus, ſed potius aduocemus dominũ deum.
Etſi enim eſt infirma, qua induti ſumus caro: verũta-
men magnus eſt qui ſuccurrere poteſt Chriſt⁹ & ſal-
uare in regno ſuo. Igitur amare cõuenit dominũ, &
tanquam benefactorẽ, & tanquã ſibi legitime ſeruiẽ-
tes diligentẽ. Etenim nos quoq; propterea quẽque
diligimus, propter hæc tria, vel propter pulchritudi-
nẽ, vel propter beneficiũ, vel ſi quis nos amet. Quid
igitur domino Chriſto pulchri⁹? ſicut Dauid inquit: *pſal.44.*
Speciоſus forma præ filiis hominũ. Quis vero tãtus
benefactor vt paret diligẽtibus ſe, quæ oculus nõ vi-
dit, & auris non audiuit, quæq; in cor hominis non
aſcenderunt? Quis vero ſic vnquã nos amauit, vt qui
tanquã pater pius clamat: Nunquid obliuiſcitur mu- *Eſa.49.*
lier filios ſuos? Si autem & obliuiſcatur mulier, tamẽ
ego te nõ obliuiſcar, dicit dominus. Hunc amãs Da-
uid, cõſpicere cupiebat, dicẽs: Quãdo veniam & ap- *pſal.41.*
parebo ante faciẽ dei? Non enim dilationem tolera-
bat, ſed hinc migrare ardebat, concupitum cernere
Chriſtum feſtinans. O animæ deum amantis propo-
ſitũ, & ad ſuperiora pẽnis ſubuectæ. Hũc & tu anima
concupiſce, cũcta quæ videtur prætercurrẽs, & ſem-
per reminiſcẽs æternæ vitæ & immortalis regni, &
ſociatæ cũ angelis choreæ, incorruptibilis gloriæ,
& ductæ cũ domino cõuerſationis ab omni dolore
liberæ. Cogita q̃ nihil habet vita niſi lachrymas &
opprobria, & conuicia, & triſtitias, & negligentias,
& labores, & morbos, & ſenectutem, & peccata, &
mortẽ. Hæc cogitans Dauid, calũnias, viduitates, or-
bitates, ærumnas, pœnas, lapſus, his cupiens abſolui
dicebat: Quando veniã, & apparebo ante faciẽ dei,
vt iam abeam, vbi pax, lætitia, charitas, longanimi-
tas, claritas ſanctorũ, & omnia cætera ſine ſolicitudi-
ne bona, quæ ſermo nullus exprimere poteſt? Vnde
tu quoq; tantis expectans frui deliciis, ne cõtemnas
vitam tuam. Si enim vilis eſſet aut pauper, qui abs te
contemnitur, aptè dormitares: ſi vero ſplendidus
& glorioſus, & totius regni dominus qui expectatur
Chriſtus:

Chriſtus: luceat lãpas quotidie, paratus ſis in ſponſi
occurſum, vt & tu audias: Intra in gaudiũ dñi tui. Vi-
gilare oportet, & orare in omni tẽpore dilecti. Si eñ
Iob.2. dicente deo ad diabolũ: Nõ opprimes Iob, malign⁹
incubuit putans ſe eũ deiecturum: quanto magis nos
obnoxios habens, quærit ſui facere iuris, ſic vt vult?
Opus eſt vigilantia dilecti. Nam & miles dormit nõ
in lecto, ſed humi. Piſcator nõ dormiẽs piſcatur, ſed
ſtans aliquando peragit noctẽ. Agricola omnem ex-
hibet vigilantiam, ne domini vinea lædatur. Et pa-
Gen.31. ſtor ſub diuo ſtans noctem cõſummat, gregẽ cuſto-
diens, ſicut Iacob dicebat: Fui ardens æſtu per diem,
& gelu per noctem, & ſomnus receſſerat ab oculis
meis. Et quæ ipſius vigiliæ ratio? ne vlla ouis ferę ca-
ptiua fieret. Si vero tãta de irrationali pecude cura,
quales eſſe decet de rationali anima ſolicitudinẽ ge-
rentes, anima, inquã, omniũ precioſiſſima, nec æqui- B
ualentẽ totũ pariter orbẽ habẽte, quę ſimul nobiſcũ
reſurgit, paritérq; defenditur, & diuino tribunali ſi-
mul aſſiſtit? Propter hãc operarius ille Iacob lapidẽ
ad caput ſibi poſuit dormiens, vt intellectualem per
ſomnos lapidem videret. Vnde & ſcalam vidit vſq;
ad cœlos peruenientem, & angelos aſcendentes &
deſcẽdẽtes, referẽtes à nobis quidẽ orationes, à do-
mino vero gratias deducentes. Non vnguento vn-
gitur athleta: eorum enim qui iam victi ſunt, eſt tale
ſtudium. Nihil anima immundius, quãdo corpus ta-
lem haber odoris ſuauitatem. Sed ſicut diſtillationẽ
patientes, & manus & veſtimenta defluente replent
humore: ſic animæ fluxus immundus per corporis
odoramẽtum cognoſcitur. Propterea duram eligere
vitam cõuenit, nec voluptatibus defluere. Quam ve-
ro lectus eburneus vtilitatẽ habet, vel argento cõpa- C
ctus? Superflua potius hæc cura, & ſupernam prouo-
cans iram. Et alia quidẽ peccata noſtra quampiam
habent voluptatẽ: in lecto autem argenteo dormire,
quam habet delectationẽ? Vnde & Propheta lectum
Amos.6 hunc abominans, dicebat: Vę qui dormiunt in lectis
eburneis, & laſciuiunt in ſtratis ſuiſ. Vis videre lectũ
regium virtutibus plenum? Reſpice lectum Dauidis,
in quo tanquã margaritę ſuper ſubſellium per ſingu-
Pſal.6. las noctes erant congelatæ prophetæ lachrymę, quę
in admonitionem quoq; noſtrã ſcripta ſunt, & veſti-
gia ſequentes futurũ fugiamus iudicium. Vnde pœ-
nitentiam agamus ante iudicium illud: illic enim nõ
eris amplius pœnitendi dominus. Nos eſſe vult do-
minus paratos, propterea̅que poſuit incertum exitũ
noſtrum, vt continue pugnemus. Si enim in præſen-
tibus iudiciis audita tantũ præconis voce, qui intro- D
ducuntur titubant, & timore cõgelantur: quãto ma-
gis ante diuinũ tribunal ſiſtendi tremere debemus?
Sub ſilentio vehemẽter planxiſtis: ſemper enim ſti-
mulatur cõſciẽtia, maxime vero cum de iudicio diſ-
ſerimus. Ergo per ſermones bonæ ſunt redargutio-
nes. Vtinã enim diues ille redargueretur, & non illic
lingua torreretur. Virginitatẽ cõcupiſti? ſerua man-
data, & ipſam tibi domin⁹ miniſtrabit. Si enim dicas
orans: Cuſtodi me domine, vt pupillã oculi: dicet ti-
Prouer.7. bi & ipſe: Cuſtodi mãdata mea, & viues: meos autẽ
ſermones, vt pupillas oculorũ. Cum enim ſic fueris
affecta, ſolicitudinẽ tuam ſibi vẽdicãs tibi dicit: Qui
Zach.23. tangit vos, tanquã qui tangit pupillam oculi mei. Cũ
igitur ad aratrum manũ miſeris, ne ad poſteriora cõ-
uertaris, ne fias columna ſalis: ſemper lingua tua de
iudicio loquatur, nihil ocioſum ſonans, aut ex ira, ni-
A hil ex triſtitia, aut ex vlla alia perturbatione, ſed po-
tius de illis ſuppliciis loquatur, vt tremẽda timẽs iu-
dicia, ſeipſa melior fiat: ſemper lex eius in ore tuo ſit,
vt & verba tua ſecundũ dei voluntatẽ procedãt. Lẽ-
giſlatorem ſemper in ore geras, ille tibi comes & ſo-
cius. Siue enim quempiã videris proſpere agentem,
vel deliciis vacantẽ, vel etiã regnantem, noſce quòd
tanquã flos fœni velociter areſcet. Ille ferculis gau-
deat, tu vero in domino Chriſto gaude. Et ſi mortẽ
aliqui vicerũt, tu cõcupiſcentiam vincere nõ potes?
Oportet te mẽbra mortificare, nõ tantũ cõcupiſcen-
tiam, verũ & irã, & furorẽ continere. Lingua tua mẽ-
ſuras habeat. Vide ne ante tempus te conſcientia tua
condemnet. Venit mors & omnia reuelantur. In nul-
lo nunc confuſionẽ pati volumus. Illic vero corã tot
milibus vbi abſcõdemur? Ioãnes purus erat, propter-
ea ſupra Chriſti pectus recubuit. Anima Chriſto vo-
lens deſpõſari, puritatẽ cuſtodiat, vt ex fructu arbor
cognoſcatur. Manifeſtam enim, inquit, fidem annũ-
ciauit iuſtus: Huius cõfeſſionis recordare, & vltimũ
quoque cõcipe mente diem. Vide igitur, ne per lin-
guam pereas: lingua enim eſt, inquit, quæ polluit to- *Iaco.3.*
tum corpus. Corpore vero maculato mentem quo-
que corrũpi neceſſe eſt, ſicut dictum eſt: Corrũpunt *1.Cor.15.*
bonos mores, colloquia mala: & Paulus inquit: Ho- *1.Tim.3.*
mines corrupti mẽte. Quære Paulũ tanquã Thecla,
vt audias quę per ipſum tibi dicũtur. Alis opus eſt ti-
bi: ſi nõ habes, nec habere feſtinas, fruſtra profiteris.
Clamet oculus tuus pietatẽ interius habitantẽ: deor-
ſum ſit aſpectus tuus, vt ſit mens ſurſum. Vigilantia
opus eſt multa: aduerſarius enim noſter vigilat. Ei-
cit olim ex paradiſo, nunc in cœlũ regredi non per- C
mittit. Vide ne ſpirituale vinũ aqua inutile reddas.
Habe pro pane diuinarũ meditationẽ ſcripturarum,
& pro vino ſaluatoris mãdata. audi dicentem: Volo
vos nõ eſſe ſolicitos, & nihil curare, niſi de regno. Cũ *Matt.6.*
terreno corpore cœlum aſcẽdere cõcupiſti? extenua
carnes, vt ad aſcenſum agilis fias. Equus ſi multũ co-
medat, nõ currit. Athleta nõ quodvult, comedit. Ni-
ſi comediſſet Iſraël, & impinguatus fuiſſet, nõ recal- *Deut.32.*
citraſſet. Surſum igitur oculũ tuũ ſemper habeas, vbi
& tibi cõcupit⁹ eſt ſpõſus: deſiderio animi mot⁹ vin-
ce. Oratio & ieiuniũ tibi auxiliãtur, & diuinæ cohor-
tantur ſcripturæ. Ne ſis negligẽs in coronę certami-
nibus. Hinc habes æternæ vitæ & quietis arrabonẽ.
Nõ enim pateris virũ ebriũ, nõ parturis, nõ paris, nõ
luges q̃ filius mortuus eſt, vel morbo laborat: non es
ſolicita, ne vir peregrinatus redire tardet. Abſoluta
es à pariẽdo, ab alẽdo, & educãdo. Sponſum tuũ ſe- D
quere Chriſtũ te in regnũ cœlorũ ducentẽ. Sequere
ſecũdũ illud eloquiũ, dicẽs: Si ad me ingredimini re-
cte, & ego ingrediar vobiſcũ recte. Si vero tortuoſi
ingredimini, & ego vobiſcũ ingrediar tortuoſe. Sẽ-
per dominũ venientẽ expecta. Si enim qui dicit, tar-
dat dominus meus venire, ipſo veniẽte in duo diui-
ditur: qui nec omnino ipſius illuſtrẽ expectat prę-
ſen tiã, quid patietur? Si vis itaq; Chriſto aſſimilari, eius *Matt.7.b*
veſtigia ſequere: anguſta eñ eſt ianua, & iuſti ingre-
dientur in eã. Audis Danielẽ prophetã dicentẽ: Ego *Dan.10.a*
Daniel erã lugẽs tres hebdomadas, panẽ nõ come-
di, & vinũ nõ intrauit in os meũ. Ioannes in deſerto
habitauit, non habebat vineam, ne ſeipſum faceret *Matt.3.a*
terrenum. Lucerna erat, propterea cõtra ventorum *Ioan.5.f*
impetus ſeipſum muniebat. Horũ tu quoq; dogma-
tum recordare. Cœleſtem elegiſti conuerſationem,
certa

Universidad de Deusto
Biblioteca

certa bonum fidei certamẽ,cernens in certamine victoriam,in victoria coronã, agonothetã dominũ Ie-
Heb.10.f sum. Tantũ firmus sit cursus tuus. Terribile est in dei viuẽtis manus incidere. Vidisti vnquã imagines,quo modo hæ quidẽ sunt ꝓsonis proceræ,& satis magnæ & ornatæ:hæ vero deformes,& ridiculæ?Sic ille cũctavelut in tabella reuelabit.Fuge igitur dedec' illud
Psal.15.a maxime horrẽdũ,& lauda,& dic:Custodi me domine,quoniã in te speraui, quoniã bonorũ meorũ non indiges. Non enim nostrorũ indiget,sed nostrã salutem exquirit. Vnde nosipsos illi offeramus sacrificiũ viuẽs,rationabile obsequiũ, non per ignẽ,sed ꝓ lon-
Mat.10.c ganimitatẽ. Qui enim perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit,inquit. Propterea trãquillam & quietã vitam eligẽtes,bene currite vt cõprehẽdatis,sicut scri-
1.Cor.9.d ptum est. Nõ enim paruũ est periculũ,puritatẽ promissam non custodire. Propterea q; linguã tuã corrige,oculũ comprimens, extẽdens manus tuas in preces,pedem mouẽs,sicut dominus creauit, in amictu modesta,in occursibus verecũda, seruãs in gressibus stabilitatẽ,in cibis quod sufficit,in continentia quod laboriosum,quod humile est,misericordiã,fratrũ dilectionem,rerum communicationẽ, fidei sanitatem, nec vnquam omnino tremendũ illud obliuiscere iudiciũ. Hęc autẽ omnia parua quidẽ dictu,magna ve-
Mat.25.a ro expeditu. Nam simile est,inquit, regnum cœlorũ decẽ virginibus,non soli,non lunę,non stellis,nõ ipsis monilibus,nõ auro,non argento,non formę tabescenti,non ipsi cœlo. Quid aliud igitur habet regnũ, quàm omnibus ditiorẽ securitatẽ? de qua pronubus
1.Co.7.f. Christi Paul' dicebat: Volo vos sine solicitudine esse. Vnde oportet orare,vt si quis ægrotet ,sanetur, vt
Psa.118.a permaneat possessio. Igitur ora deũ,dicẽs:Septies in die laudẽ dixi tibi . Nam si bonus viri boni occursus meliorẽ reddit occurrentẽ , quãto magis nocteq; ac die deo colloqui?Quis enim deũ adesse cogitãs peccat? Memento illius dicti , Sine intermissione orate. Oris quidẽ oratio bona,multo melius si per supplicãtes in spiritu tibi sacrificium fit apud deũ. Præmeditare de moriendo,membra supra terram mortificãs. Dies enim domini sicut fur venit. Si repetẽtibus animam dicere cœperis: Sinite me pœnitere,ieiunabo, miserebor:dicet tibi dominus:Nõ audisti,pœnitẽtiã agite,appropinquabit enim regnũ cœlorũ? Et Paul'
Gala.6.c dicebat:Dũ tẽpus habemus, operemur bonũ. Nõ enim tẽpore multo opus est saluare se volẽti. Latro enim in momẽto saluatus est,fidẽ adeptus,& incorruptũ regni thesaurũ lucratus est. Sancti martyres vna hora iustificati sunt:illi sanguinẽ dederũt,tu pro sanguine deduc lachrymas. Nõ mẽtitur,qui vult omnes homines saluos fieri. Propterea nõ tantum ex diuinis scripturis instruit,verũ& alienis nos erudit calamitatibus. Nã idcirco medici publicè chirurgiã exercẽt, & vrunt:& magistratus sublimes super alto sedentes tribunali reos cædunt , vt in alienis malis nos in cõpunctionẽ veniamus , vnde firmati in scientiã ducamur,à sciẽtia vero per cõsequẽtes virtutes ad charitatẽ veniẽtes,ꝓ ipsam ad hęreditatẽ festinemus,fucũ autẽ cõsuetudinis peccati exuamus in oratione perseuerantes. Nullus enim vigilans vnquã læsus est. Pastores etiã non præsentibus lupis præsidẽt, canes sequũtur,licet ferę nõ adsint. Vnde expedit semper sobriè agere:nã etiam si laborũ nulla sit retributio, nihil tibi nocebit exercitatio. Audi igitur bonos consiliarios,nõ secundũ carnẽ parẽtes,sed eos qui secũdũ spiritũ sunt magis soliciti,infirmioribus cõpatientes,
2.Cor.11. & dicẽtes: Quis infirmatur,&ego nõ infirmor? Vnde verbi medicinã imponere cõuenit. Anima nãq; quæ semel peccatũ gustauit , & sine tristitia est, multã affert morbo accessionẽ. Sicut enim scintilla si materiam apprehẽdere præoccupauerit, omnia postmodũ depascit:sic & peccati natura,postquã animæ rationes apprehẽderit, & q extinguat nemo:difficilior fit iã,& vix superabilis fit frequẽtiũ accessionc,ad maiorẽ se contẽptũ extollẽs . Ita sæpius ab initio flammã qdã nõ extinguẽtes, in magnũ deuenere naufragiũ: nõ habẽs enim peccator se vlterius ꝓcedere ,phibẽtem,equo similis est,qui frænum abruperit,&sessorẽ præcipitauerit. Etenim infirmi donec medicãtes admittunt,multam habent spẽ sanitatis: postquam vero in mentis alienationẽ deciderint , immedicabiles sunt nullo curante,non propter morbi naturam, sed propter curantis absentiam . Oportet igitur peccati corruptionẽ , velut equum effrænẽ in posteriora repelli. Nam post vitæ finẽ nec meritorũ sunt occasiones:sicut nec athletis post transacta certamina,coronas adipiscendi. Vnde coronę gloriã optãtes,obnoxij calũniatoribus esse fugiamus: si cuius enim opus, inquit,arserit,detrimẽtũ patiet. Exprobrari de priori dictũ est,vt melius cõburi videatur. Si igitur nolumus exprobrari,ne nos quẽpiam exprobremus . Nã inquit:Noli exprobrare homipẽ auertẽtẽ se à pecca to. Si enim adulter,inquit,cũ captus fuerit,dolores& pœnas suffert,ipsi' autẽ opprobriũ nõ delebitur:quã to magis in iudicio illo,quod neq; donis,nec vllis aliis rebus soluitur?Igitur aperi os tuũ verbo dei,&ne ociose loquaris. Si enim de ocioso verbo pœnas dabimus,quãto magis de negocio nõ iuxta mãdatũ ꝓacto ? Ne igitur vanarũ rerũ iucũditas nos aliquãdo decipiat. Sicut enim vmbrã apprehẽdere non datur, ita nec humana negocia:hæc enim sine fine resoluũtur:hæc autẽ ante finẽ,& torrẽte velocius prætereunt . Futura vero nõ norũt mutationẽ,senectã nesciunt,nullã habẽt conuersionẽ,sed semper vigẽt,& in speciosa varietate permanẽt. Nec pecunias admireris apud possessores nõ permanẽtes , sed hæc omnia respuere cõuenit:sufficit enim dũtaxat,quòd quę nõ videntur,æterna sunt. Scriptũ est:Deus iudex iustus,
Psal.7. & fortis,& longanimis. Vigilãtia tibi opus est,vt do-
1.Pet.4 mum tuã à latrone custodias. Aduersarius enim diabolus te supplantare quærit,ne ascẽdere possis vnde ille cecidit. Multæ sunt ipsius artes. Ab ipso fuge , vt
Psa.90.d dicas:Deus liberauit me de laqueo venãtiũ,& à verbo aspero. Nõ tantũ opus est tibi lucerna,verũ & lumine sempiterno propter occurrentiũ insidias. Non potes ambulare,nisi lucernam habeas dei legẽ . Manus habẽs nõ potes palpare,nisi lux adsit: oculos habens cernere nõ potes,nisi lumẽ appareat. Viã quotidie pergis,opus habes lucerna ne in præcipitiũ cadas. Vbique sis laqueis superior,clamans:transmigra in montem sicut passer. Et quis dabit mihi pennas,sicut columbæ,& volabo,& requiescã? Pupilla appellatur oculus , vt sicut ille duabus palpebris velut in quodã conclaui clausus est, ita & virgo ꝓmaneat. Sicut & linguam sub duobus septis,dentibus dico , & labiis deus concluſit , vt tanquã verecunda virgo nil indiscretũ loquatur,sed potius cogitans quæ sunt iudicij,dicat:Qualis est igneus fluuius?Quales illæ sunt tandem igneæ tenebræ,& exteriores? Qualis tãdem stridor dentium?Hęc mente concipiens stude sponso placere

so placere Christo. Absens interim est,ipsi conscientiã custodi,donec in gloria sua veniat, psallens: Anima mea in manibus meis semper, & legẽ tuam non sum oblita. Quãto superior euadis,in laqueos nõ incidis, vt possis dicere ex corde: Anima mea sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. Vndiq; iudicem time, & si cum angelis conuersationem non cupis , saltem cũ diabolo non conuersare. Cauta sis:mors enim tãquam fur venit. Lucernam tuam accende , ardens sit lampas tua,ne dormiẽte te oleũ deficere inueniatur. Ne cogites ærumnã,sed libertatem:non flagella, sed
Act.7.g honores:non cadentes, sed bene placẽtes computa. Sanctus Stephanus non lapides considerabat,sed superna brauia. Martyres animas suas dederũt,nos saltem flagellationem offeramus. Dulcis somnus nocte videtur:sed bene noris quòd nihil psalmodia dulci'. Sed graue tibi humi cubare?cogita q; martyres super carbones iactabantur. At amarius os facit ieiunium? Christus qui mellis dulcedinẽ creauit, fel propter te gustauit. Sed luges propter teipsam ? nunquam sicut Paulus propter aliorum salutẽ lachrymas fudisti . In his teipsam hortare,ad modicum tẽporis labor,& in seculum seculi requies:mitiga spe laborem , tribulationẽ enim lætitia suscipit. Cogita quòd quæ ad tẽpus videtur voluptas æternũ parat suppliciũ, & propter tribulationem fuge delectationẽ,ne mẽbris tuis in sagittas contra te diabolus vtatur,oculo, auribus, ore,manu,ne tibi gulæ sagittã immittat . Noui enim quomodo populus illius tẽporis qui cũ ieiunio mare transgressus est,ebrietate percussus, per continentem terram naufragium fecit. Respice illorum viciũ, & ruinã refuge . Si enim naturalibus ramis dominus Christus non pepercit,neque tibi parcet negligenti. Si vero tota anima & integra fide pugnaueris , cum omnibus sanctis lætaberis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & sancto spiritui gloria honor & potestas summa, nũc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani, quòd Christianum oporteat vitam quoque rectam habere. Homilia XXIII.

EXternæ quidem dignitates dilectissimi,meritò ex signis itidem extrinsecus circumpositis manifestæ sunt,nostras autem ab anima notas esse decet . Fidelem enim non ex solo munere videri oportet,verum ex vitæ nouitate. Fidelẽ,mundi luminare & salem esse cõgruum est. Cum vero ne tibi quidem ipsi luceas,neq; propriã exprimas & exsicces putredinem, vnde te iã agnoscemus sacris iniD tiatum esse laticibus? At hoc tibi pœnæ fit viaticum. Honoris enim magnitudo pro honoris dignitate viuere volentibus supplicij fit maior accessio. Fidelem enim non tantum ex his quę sumpsit à deo,verum & ex his quæ ipse præstet,par est effulgere,& ex omnibus esse partibus manifestum,ex incessu , ex aspectu, ex habitu,ex voce. Hæc autem dixi,non vt ad ostentationem , sed ad videntium vtilitatem nosipsos disponamus. Nunc autem vnde te queam agnoscere? A contrariis vndique te reperio conspicuum. Nam seu à loco te discere voluero,in circis & theatris , & iniquitatibus commorantem intueor,in malignantium conciliis , in foro,in hominum conuenticulis perditorum. Seu ab aspectus forma, video cachinnantem iugiter & dissolutum velut recluſam meretricem , & dimissam:siue à vestibus , in scena versantibus nihilo A melius cerno compositum:siue à sequentibus parasitos& assentatores circũducis:siue à verbis,nihil sanũ aut necessariũ aut nostrę conferẽs vitę loquentẽ audio:siue à mẽsa,hinc maior apparebit accusatio. Vnde quęso itaq; potero te fidelẽ agnoscere,dictis omnibus cõtraria ꝓtestantibus? Quid vero fidelẽ dico? Nec enim es homo, si manifestẽ possum videre . Cũ nanq; tanquã asinus recalcitres,lasciuias autẽ vt taurus,tãquam equus vero post mulieres hinnias, ventri tãquã vrsus indulgeas, & vt mulus carnẽ impingues, & malũ memoria teneas velut camelus,porrò rapias quidẽ vt lupus,at vt serpens iracaris , ferias vt scorpius,sis subdolus vt vulpes: nequitię vero tanquã aspis & vipera venenũ serues:& sicut ille malignus dęmon fratres impugnes : quomodo te cũ hominibus cõnumerare valeã,talis in te naturæ signa cũ non in-
B tueat? Catechumeni nanque differentiam quærẽs & fidelis, ne vel hominis & feræ differentiam inuenire possim,periclitor. Quid enim te nũcupẽ? Feram? sed vno horũ vicio feræ tenẽtur : tu vero pariter omnia circumferens, ad maiorẽ quàm illæ feritatẽ progrederis. Vel dæmonem? at dęmon neq; vẽtris seruit tyrannidi;neq; pecunias amat. Cũ itaq; feris & dæmonibus maiores habeas defectus, quomodo te vocabimus hominẽ? Si vero te non licet hominẽ appellare: quomodo te, quæso,fidelẽ salutabimus? Et quod est peius , nec tã malè dispositi animæ nostræ deformitatẽ cogitamus , nec ipsius animaduertimus turpitudinem:sed in tonstrina quidẽ sedens, & tondẽs cęsariem, accepto speculo criniũ cõpositionẽ diligenter examinas,& astãtes cõsulis,&ipsum tonsorẽ,an bene quæ circa frontẽ sunt cõposuerit : Et cũ sis plerunq;
C senex, iuuenilibus insanire vanitatibus nõ erubescis: Animæ vero nostræ non tantũ deformitatẽ nõ aspicimus,verũ neq; bestialẽ indutã speciẽ, & Scyllã aut chimærã quandã,iuxta Poëtarum fabulas effectã vel paululũ animaduertimus. Quãquã & hic est speciale speculũ illo longe melius & vtilius : nec enim deformitatẽ tantũ ostẽdit, verũ & in formã incõparabilẽ, si velimus,trãsmutat. Hoc autem est bonorũ imitatio virorum,& felicis eorũ vitæ narratio, lectioq; scripturarum,leges à deo traditæ. Et si semel tantum velis in illorum sanctorum imagines inspicere,&deformitatẽ mentis tuæ videbis:& cum videris, nil aliud tibi iam opuserit,vt ab huiusmodi deformitate libereris. Ad hoc enim nobis vtile speculum est, & facilẽ efficit correctionem. In brutorũ igitur forma remaneat nemo. Nam si ceruus patris domũ non intrat,cum &
D fera tu fias,qualiter ad illa poteris accedere vestibula? Sed quid dico fera? Feris omnibus est huiusmodi peior. Illæ siquidẽ,licet sint agrestes, humanã artem nactæ,mansuetæ frequẽter efficiũtur:tu vero cum in pręternaturalẽ mansuetudinem naturalẽ illarum feritatem mutaueris,quam habebis excusationẽ, si naturalem tuam mansuetudinẽ in præternaturalem illarum feritatem redegeris? quod natura quidẽ ferum est,exhibẽs mite:temetipsum vero natura mitẽ,contra naturam,bestialẽ constituens, & leonem quidem mulcẽs reddens;q; mãsuetum,animũ vero tuum leone exhibens sęuiorem. Et illic quidẽ duo sunt obstacula,tum quòd ratione careat bestia , tũ quòd ad irã sit omnium facillima. Veruntamen ex sapiẽtiæ à deo tibi collatæ superabũdantia naturã quoque superas. Qui bestias itaq; superas & naturã,qualiter in temet ipso cũ natura liberi quoq; bonum arbitrij corrumpis?

Universidad de Deusto
Biblioteca

pis? Quòd si iussisse, vt & aliũ hominẽ redderes mã-
suetum, nec ita quidẽ vires tuas excedentia deman-
dare visus fuissem: attamẽ potuisses excusari, q̃ non
sis alienæ dominus sententiæ, nec in re totũ sit positũ:
nunc vero tua est fera, & eius omnino dominus es.
Quã itaq; nãciscaris excusationẽ, nisi naturam cohi-
beas? Quam autem honestã defensionẽ prætendere
poteris, leonẽ vtiq; faciens hominẽ, temetipsum ve-
ro negligẽs, ex homine leonẽ euadentẽ: & illi quidẽ
largiens & supernaturalia, tibi vero neque naturalia
cõseruãs? sed agrestes quidẽ feras ad nostrã conten-
dens redigere generositatẽ, at temetipsum ex regni
sede deturbans, & in illarũ impellẽs furorem. Exisi-
ma nanq;, si libet, iram quoq; bestiam esse. Et quan-
tũ alij circa leones, tantũ studij tu circa temetipsum
impende: talémq; cogitationẽ mansuetam & mitem
esse coge. Hęc difficiles habet tam dẽtes, q̃ vngues, B
& nisi mãsuetã reddideris, omnia destruet: nec enim
ita leo vel vipera potest dissipare, sicut ira ferreis vn-
guibus hoc continuè faciẽs. Nec enim solum lædit
corpus, verũ & ipsam animi sanitatẽ corrumpit, de-
uorans, dissipãs, & omnẽ eius dilacerãs virtutẽ, & ad
omnia reddens inutilẽ. Cum enim vermes in intesti-
nis nutriẽs, nec respirare possit, cum eius omnia cõ-
sumantur interiora: quomodo nos talem habentes
serpentẽ, qui cuncta rodit viscera, iram dico, aliquid
generosum parere poterimus? qualiter hac liberabi-
mur peste? Si poculũ bibamus quod vermes atque
serpẽtes exitio tradere possit. Dicat aliquis, quódnã
est illud poculũ, quod huiusmodi virtutem habeat?
Preciosus Christi sanguis, si cũ fiducia sumatur. Hic
enim omnẽ extinguere poterit ægritudinẽ, & cum
hoc diuinarũ scripturarũ diligẽs meditatio, & elee-
mosyna scripturis addita. Per hæc eũ omnia pote-
rũt extingui vitia animã nostrã vastãtia, & tunc dun-
taxat viuemus, vtpote qui nũc nihilo melius q̃ mor-
tui nos habeamus. Nõ enim illis viuẽtibus etiam nos
viuere datur, sed nos periisse necessariũ est. Nisi nan-
que præueniamus hic ea necantes, illic omnino nos
enecabũt. Quinimo & ante mortẽ illã hic etiã à no-
bis pœnas exigent. Nã huiusmodi vitiorũ vnũquod-
que sæuũ & tyrannicũ, nósq; per singulos absumens
dies nunquã deficit, dentes leonũ dentes eorũ, quin
& multo peiores. Nam leo quidẽ & satiatur, & à cor-
pore corã se prostrato absistit: hæc autẽ vitia neque
saturãtur, neq; donec captũ hominem ad diabolum
perduxerint, absistũt. Tanta enim eorũ potentia, vt
seruitutem quã Christo Paulus exhibebat, propter
eum gehennã contemnẽs & regnum, eandẽ à capti-
uis ipsa suis exigãt. Nam siue in corporalẽ amorem,
siue in pecuniarũ aut gloriæ cupiditatẽ quispiã in-
cidat, iam & gehennã deridet, & regnum contẽnit,
vt eorum impleat voluntatẽ. Ne simus igitur incre-
duli Paulo dicenti, q̃ ita Christum dilexit: cum enim
inueniantur aliqui tantũ vitiis seruientes, quomodo
iam incredibile illud esse videatur? Nã & ideo Chri-
sti desideriũ imbecillius est: quoniã omnis nostra vis
in hunc amorẽ absumitur. Et rapimus, & superemi-
nere volumus, & vanæ seruimus gloriæ, qua quid vi-
lius esse valeat? Licet eũ infinite sis cõspicuus, igno-
bilibus nihilo melior eris, verumetiam propter hoc
ipsum ignobilior. Cum enim te glorificare volentes,
& splendidũ demonstrare, per hoc ipsum te rideant,
quoniam ab eis gloriam aucupaueris, quomodo nõ
in contrarium talis studij conatus tibi cõuertantur?

A Res enim vituperabilis est. Sicut enim si quis adulte-
rari, vel fornicari cõcupiscentẽ laudet, & assentetur:
ex hoc ipso magis eius accusator efficitur, q̃ laudator talia cõcupiscẽtis: Sic & glorię cupidũ cũ laudamus, magis sumus improbatores q̃ clarificari volentium laudatores. Quid itaq; rem attrahis, ex qua tibi contrariũ accidere cõsueuit? Si vis enim glorificari, gloriã cõtẽnas, & omniũ eris clarissimus. Quid pate-
ris quod patiebatur Nabuchodonosor? Nam & ille *Daniel.3.*
statuã erexit ex ligno & insensibili materia, sibi glo-
rię credẽs augmentũ afferre, & viuẽs ex nõ viuente splendidior apparere volebat. Vides demẽtię excessum? Existimans enim semetipsum honorari, maiori se contumeliæ faciebat obnoxiũ. Apparens enim re magis inanimata, quàm seipso, & anima in se viuente confidere, & ideo lignũ in tantã erigens eminentiã, quomodo risu dignus nõ fuerit, nõ ex moribus, sed ex lignis ornamentũ ascisces? Vt si quis quòd domi gradus, & elegãtes scalas habeat, magis quàm homo sit, gloria dignũ esse censeat. Hunc & ex nostris multi sequũtur. Sicut enim ille ex imagine, sic ex vestib⁹ alij: alij autẽ ex domibus, & mulis, & curribus, & columnis in domibus erectis, admirationi cupiunt haberi. Quoniã enim amisere quòd homines sint, circumeunt sibi aliũde gloriã multo plenam risu mendicantes. Sed nõ hinc generosi, magnique dei serui, sed ex quibus maxime decet, ex his effulgebant. Cũ enim captiui forent & serui, noui & peregrini, cunctisq; priuati domesticis, eo, qui omnibus his circũdatus erat, tũc multò venerabiliores apparuere. Et ipsi quidẽ Nabuchodonosor non tanta statua, non satrapæ, non duces, non exercitus infiniti, non ingẽs
C auri copia, nõ reliqua vanitas sufficit ad cõcupiscẽtiam, vtq; magnus videretur. His autẽ omnibus illis carentibus sola sufficit sapiẽtia, & coronã & purpuram habẽte, talibúsque circũfulto, nihil horũ habentes reddidit illustriores, tãto quãto sol est margarita splendidior. Nam in medio terrarũ orbe ducebãtur cum noui forẽt, & captiui, & serui: & his visis, statim rex ex oculis ignem emittebat: & duces, & primates, & locorum principes, & totum diaboli theatrũ circunsteterat: & fistularũ vndecunq; vox & tubarũ, & omnis musices, quæ in cœlũ ferebatur, illorũ aures circũsonabat, & fornax in altitudinẽ ĩfinitã eleuabatur, & ipsas flãma nubes attingebat, & omnia timoris & consternationis erant plena. Sed hos eorũ perterruit nihil: sed tanquã ludentes pueros deridebãt, for
titudinẽ præstãtes & mãsuetudinẽ, & illis clariorem
D tubis vocẽ emittentes dicebant: Notũ sit tibi rex (nã ne cõtumelioso quidem verbo tyrannũ afficere volebant, sed solam ostendere religionẽ: propterea neque lõgos protraxere sermones, sed omnia breuiter expediunt) esse deum in cœlo, qui potest nos eripere. Quid nobis multitudinem ostẽtas? quid fornacẽ? quid acutos enses, terribilẽsque ministros? His omnibus superior est domin⁹ noster, atq; potẽtior. Mox cogitãtes, q̃ posset accidere, vt deus vellet eos atque comburi permitteret, ne hoc facto falsa dicere videantur, & hoc addunt dicentes: Quod si hoc non fiat, notum tibi sit, quòd diis tuis non seruiemus. Nã si dixissent, quòd propter peccata non liberat, si non liberauerit, eis nõ fuisset creditũ: propterea hic quidem hoc tacent, sed in fornace cõmemorãt, sursum & deorsum peccata proponentes. Coram rege verò nihil huiusmodi, sed quòd licet cõburi debeãt, pietatem

tem nõ prodũt. Non enim quæ faciebãt, propter re-
tributiones & mercedẽ agebãt: sed ex charitate sola,
licet in captiuitate forẽt & seruitute, & nullo fruerẽ-
tur bono. Nã & patria fuerant, & libertate cũctisque
bonis expulsi. Nec mihi regalib⁹ in aulis honores re-
feras. Cũ sancti nanq; forẽt & iusti, lõge libẽtius do-
mi mẽdicare voluissent, q̃ in regia bonis perfrui: nã
Psa.83.c ait ille, Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis q̃
habitare in taberna culis peccatorum, &, Melior est
diesvna in atriis domini super milia. Ergo sine com-
paratione potius humiliter domi viuere voluissent,
quàm Babylone regnare: & hoc patet ex ipsis quę in
fornace proferũt, grauiter ferẽtes illius loci conuer-
sationem. Nam licet ipsi multis fruerẽtur honorib⁹,
aliorũ tamen videntes ærumnas multũ angebantur:
quod est maxime sanctorũ peculiare, ne gloriã, vel
honorem, nec aliud quicquã proximi præponãt sa-
luti. Igitur considera, qualiter in fornace constituti,
pro toto populo supplicationẽ faciebãt. Nos autem
nec in remissione constituti, fratrum reminiscimur,
quin verò, cũ & somnia interpretabãtur, nõ sua quę-
rebãt, sed multorũ cõmoda. Quòd enim mortẽ con-
temnerẽt, ex multis post hæc ostenderũt: vbiq; verò
se proferũt deum placare volẽtes. Postquã vero ne-
que semetipsos sufficere putabant, ad patres confu-
giũt: se verò nihil amplius, nisi contritũ spiritũ affer-
re dixerũt. Hos quidẽ & nos imitemur. Nam & aurea
nunc imago erecta est, mammonæ tyrannis. Sed ne
tympanis mentẽ adhibeamus, neq; tibiis, neq; citha-
ris, nec reliquę diuitiarũ vanitati: verum & si sit opus
in paupertatis fornacẽ decidere, ne refugiamus, ne
mãmonã adoremus. Et erit ros in medio refrigerãs.
Ne igitur horrescamus paupertatis fornacẽ: nam &
C tũc quidẽ in fornacem qui deciderũt, clariores red-
diti sunt: qui autẽ adorarũt, flammis absumpti. Sed
tunc quidẽ omnia simul facta sunt, nunc autem hæc
quidem hic erunt, illa vero postmodũ alibi. At quæ-
dam tum hic, tum in futura die. Qui nanq; paupertã-
tem quidem eligũt, ne mammonã adorẽt, tam hic, q̃
illic erũt clariores. Qui vero diuitias hic habẽt iniu-
stas, tunc extremas luẽt pœnas. Ex hac fornace La-
Luc.16.f zarus quoq; nõ illis min⁹ splendẽs pueris exiuit. Di-
ues autẽ in eorũ qui statuam adorauerũt ordine po-
situs, in gehenna torquebatur. Nam & dicta illorum
erant expressio. Sicut igitur qui quidẽ deciderũt, ni-
hil passi sunt, extra verò sedentes, multa cũ vehemẽ-
tia correpti: itidẽ & tunc erit. Sancti quidẽ per ignis
torrentẽ ambulantes, iniucundũ perferẽt nihil, verũ
& lucidiores apparebunt: qui vero statuam adorauẽ-
D rint, ignem sibi videbunt omni fera sæuiorẽ ingruẽ-
tem, & intra se pertrahentem. Itaq; si quis gehennam
non credit, hanc cõspicatus fornacẽ, ex præsentibus
futura credere discat, neq; paupertatis metuat for-
nacem, sed peccati. Hæc enim flãma quidem & do-
lor: illa vero nos atq; remissio. Et illi quidem fornaci
diabolus adest, huic autẽ angeli flãmas excutientes.
Hęc audiãt diuites paupertatis succendentes forna-
cem. Nam illis quidẽ nihil nocebũt, quibus flamma
ros efficietur: se verò flammæ magis corripi faciles
exhibebũt, quam propriis accẽderint manibus. Tũc
igitur angelus quidẽ cum illis pueris simul descẽdit:
nunc autem nos cum his qui sunt in paupertatis for-
nace simul descẽdamus, & per eleemosynam rorem
operemur, & flammã excutiamus, vt & ipsarũ simus
coronarum participes, & gehennæ flãmam Christi

A vox extinguat, dicẽs: Esurientem me vidistis, & pa- *Mat. 25.e*
uistis. Hæc enim vox ita dicens, pro rore nobis assi-
stet per mediã sibilans flammã. Descendamus itaq;
cum eleemosyna in egestatis caminum. Videamus se
sapienter exercẽtes, ambulantes per eã, & prunas cõ-
culcãtes: nouũ & mirabile videamus miraculũ, ho-
minem in fornace psallentẽ, agentẽ in igne gratias,
extrema cõpeditum inopia, magnámq; Christo be-
nedictionẽ ferentem. Illis etenim pueris pares red-
duntur, qui paupertatẽ cum gratiarũ fetunt actione.
Nã & igne terribilior paupertas, & magis vrere cõ-
sueuit, sed illos nõ incẽdit pueros: sed postquam do-
mino gratias egerũt, & eis statim vincula soluta sunt.
Ita nunc quoq;, si cum in pauperiem ecciderís, gra-
tias egeris, & vincula soluentur, & extinguetur flãma:
si verò nõ extincta fuerit, pro flamma fons, quod est
B mirabilius, efficitur: sicut & tunc euenit. Nam in me-
dia fornace puro rore delectati sunt: ignẽ enim non
extinxit, sed iniectos cõburi prohibuit. Hoc & in sa-
pienter viuentibus contingere cernitur, qui vtiq; in
paupertate liberius q̃ diuites degunt. Nolimus igi-
tur extra fornacem sedere immisericordes pauperi-
bus nos exhibentes, ne patiamur quod illi tunc passi
sunt. Nam si descendens quidem ad eos, cum pueris
consistas, nihil ignis inferre tibi poterit: si verò sur-
sum sedẽs in paupertatis flãma cõstitutos contẽnas,
te flãma cõburet. In ignem igitur descẽde, ne sedeas
extra ignem, ne te flamma corripiat. Nam si te cum
pauperibus quidẽ viderit, à te discedet: si verò sepa-
ratum ab eis, tibi statim insiliet, & te corripiet. Ab ip-
sis itaq; ne recedas iniectis. Sed cũ diabolus aurum
nõ adorãtes in caminũ paupertatis immittere mina-
tus fuerit, ne de mittentiũ, sed ex missorum esse velis
C numero, vt ex his qui saluãtur, nõ ex his qui cõburũ-
tur, efficiaris. Maximus enim est ros, diuitiarũ deside-
rio nõ teneri, cũ pauperibus cõuersari. Hi sunt omni-
bus abũdantiores, qui diuitiarũ pessundedẽre cupi-
ditatem: quoniam & illi regem contemnentes, facti
sunt rege clariores. Igitur & si tu quoque mundana
contẽpseris, toto eris dignior mũdo, iuxta sanctos il-
los, quibus dignus non erat mundus. Vt itaque cœ- *Hebr.11.g*
lis dignus efficiaris, præsentia derideas: sic enim &
hic eris præclarior, & futuris fruere bonis, gratia &
benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria &
imperium in secula seculorum, Amen.

*Quòd si cum virtute viuamus, etiam inimicis admirabi-
les erimus: & de optima conuersatione, ex Matthæi
expositione. Homilia XXIIII.*

D Ine offensione simus charissimi, iuxta Apo- *1.Co.10.g*
stoli cõmonitionem, & Iudęis & Gẽtibus, & *2.Co.6.a*
ecclesię dei, vitam exhibentes sole clariorẽ.
Et si quis detrahere velit, ex detractione ne doleamus, sed quòd iuste nobis detrahatur. Nam si viuim⁹ in nequitia, licet sit qui detrahat nemo, omnium mi-
serrimi sumus: si verò virtutẽ exerceamus, licet totus
terrarum orbis maledicat, tunc sumus omniũ beatis-
simi, & omnes saluari volentes attrahemus. Non eũ improborũ detractionẽ, sed vitæ virtutẽ intuebun-
tur: Etenim omni tuba clarior est per opera demon-
stratio. Et ipsa luce mundior est, & illustrior vitæ pu-
ritas, licet innumeri sint calũniantes. Itaq; si prędicta
cũcta habeamus, & mites simus, & humiles, & miseri-
cordes, & mũdi simul atq; pacifici, cõtumeliãq; pa-
tientes nõ referamus, sed potius lætemur: per hęc nõ
minus quàm per signa nos cernentes attrahemus, &

omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes erga nos se suauiter exhibebũt, siue fera, siue A dęmõ aliquis, siue quodcũq; sit. Si vero fuerint & aliqui calũniãtes, ne turberis idcirco: neq; quod te palàm afficiũt cõtumelia, respicias: sed eorũ discute cõscientiã, & eos inuenies te plausibus prosequẽtes, & admiratione, & innumerabili virtutũ catalogo. Aspi- Dan. 3.g ce nanque quomodo Nabuchodonosor in fornace pueros laudat, licet inimic⁹ esset ac hostis: sed postquã vidit generose stãtes, prædicat & coronat, propter nil aliud quidẽ, nisi quia sese contẽpserũt, & dei legẽ audierũt. Diabolus enim cũ se viderit nihil expedientẽ, mox absistit, veritus ne nobis maiorũ causa coronarũ efficiatur. Et illo remoto, licet scelerat⁹ sit aliquis & perditus, sublatis illis tenebris virtutem agnoscet. Quòd si & homines decipiãtur, à deo laudem habebis, & maiorẽ admirationẽ. Ne doleas itaque nec cõcidas: quoniã & apostoli his quidẽ erant B
2. Cor. 2.d odor mortis, his autẽ odor vitę. Si nullã ipse captiuã præbeas ansam, ab omnib⁹ eris liber accusationibus, quinimò beatior quoq; redderis. Fulgeas igiturvita, nec calumniantiũ vllã geras curã. Nõ enim est virtutem curantis non multos habere inimicos: sed nihil hoc ad virtutis studiosum: per hæc enim erit longe clarior. Hæc itaq; cogitãtes, vnum curemus duntaxat, vt diligenter vitã nostram disponamus. Sic enim & in tenebris positos ad illã inducemus vitam. Talis enim est huius lucis potentia, vt nõ tantũ hic luceat, verũ & illuc sequentes deducat: cũ enim omnia nos præsentia cõtẽnentes viderint, & ad futura nos prępարãtes: magis operib⁹ nostris, quàm omni prologo persuadebũtur. Quis enim tã insipiẽs, qui paulo antè deliciis affluentẽ & diuitiis, omnia nũc intuẽs exeũtem, & ad famẽ, & inopiã, & vitæ totius asperitatẽ, C & ad pericula, & sanguinẽ, & ad præbendũ iugulũ, ac omnia quæ videntur esse grauia paratũ, inde non capiat manifestã futurorũ probationẽ? Si vero præsentibus nosipsos implicemus, & ingeram⁹ terrenis: quomodo sibi persuaderi permittent, quòd ad aliam festinemus coloniam? Quæ nobis iam erit excusatio, cum quantũ apud Græcos humana valuit sententia: non tantũ apud nos dei timor efficiat? Illorũ etenim quidam & pecunias abiecerunt, & mortẽ nihilipenderunt, vt se hominibus ostentarẽt, & ideo vanæ fuerunt eorũ expectationes. Quæ igitur nos eruet ratio, cum tantis nobis propositis, tantáq; sapientia nobis aperta, nec eadẽ cũ illis efficere possum⁹, sed & nos, & alios præterea perdamus? Nec enim ita Græcus nocet, & iniqua faciẽs, quantũ Christianus, cũ eadẽ faciat, Et valde rationabiliter: illorũ nanque sententia perdita: nostra vero per dei gratiam & apud impios honesta & clara Et ideo cum nobis exprobrare præcipue volũt, & calũniã augere, hoc dicunt, Christianus: quod nõ dicerent, nisi magnam de dogmate opinionẽ haberent. Non audisti quot & quãta Christus mandauit? Quãdo vel vnũ poteris eorum expedire mandatorum, cum omnibus omissis circumeas vsuras conquirens, contrahens fœnora, negotia cõponens, seruorũ cõparans greges, argentea prępарãs vasa, agros & domos emens, & innumera supellectilia? Et vtinam hoc solũ esset. Sed cum his importunis studiis addas & iniquitatẽ, terram abscindens, auferens domos, paupertatem augẽs, augens famẽ, quãdo poteris hæc intrare vestibula? Sed interdum pauperibus misericordiam impendis? Et ipse scio. Verũ & illic rursum multum est detrimentum. Nam vel cum superbia, vel inani gloria facis istud, vt nec in bonis vllum lucrum reperias. Qua re quidnã esse valeat miserabilius, cũ & in portu naufrageris? Ne hoc itaq; fiat, facto quopiã bono à me ne gratiam quæras, vt deum habeas debitorẽ: ait enim, Date mutuũ his à quibus vos nil recepturos speratis. Habes debitorem, quid illo dimisso me repetis hominẽ pauperẽ & miserum? Num enim debitor indignatur, si repetitur? Num enim pauper est? Num enim erogare recusat? Non ineffabiles eius vides thesauros? Nõ inuestigabilem cernis liberalitatẽ? Ipsum igitur detine, & repete: & hic enim dum repetitur, gaudet. Si autem aliũ pro his quæ ipse debet, repeti videat, tanquam affectus cõtumelia sit, ita se geret: nec iã tibi redder, sed iustè magis tibi quoq; improperabit. Qualẽ, inquiẽs, meã ingratitudinẽ notasti? Quam in me pauD pertatẽ deprehendisti, quoniam me prætermisso ad alios recurris? Alteri fœneraſti, & ab altero repetis. Et si enim homo suscepit, attamẽ dominus erogare præcepit. Et ipse quoque principalis est debitor, & spõsor vult esse, innumeras tibi præbens occasiones, vt ab eo semper exigas. Itaq; ne tãtã facilitatẽ omittens & copiã, à me nihil habẽte sumere quæras. Cur enim te mihi ostẽtas, cũ pauperis misereris? Nũquid ego tibi dixi, da? Nunquid enim à me audisti, vt & à me repetas? Ipse dixit: Qui miseretur pauperis, fœnerat deo. Deo fœneraſti, ipsi adscribe. Sed nũc totum nõ retribuit, & hoc tua facit causa. Talis enim est debitor, nõ vt multi qui solũ fœneratũ reddere studẽt: sed vt datũ in tuto collocet, omnia negociatur & facit, & propterea hæc quidẽ hic erogat, hęc autẽ illic reseruat. Hæc itaq; sciẽtes, multã exhibeamus misericordiã, multámq; præstemus humanitatem, & perC dicta & per facta. Et si quẽ male patientẽ viderimus, & in foro verberari: siue possit argentum conferri, ne langueamus: siue verbis exolui, ne torpeamus. Est enim & sermonis merces, quin & gemituum. Et hoc beat⁹ dicebat Iob: Flebã quondã super eo qui afflictus erat, & cõpatiebatur anima mea pauperi. Si lachrymarũ autẽ & gemituũ merces erit, cum & verba quoq; & studiũ aderit, & multa alia, considera quãta fiet retributio. Nã & nos deo fuimus inimici, & vnigenitus nos recõciliauit, se mediũ immittens, & verbera pro nobis & mortem passus. Studeamus igitur & nos incidentes variis eripere malis: non autem, sicut nũc facimus, inuoluere, cum aliquos cõfligentes viderimus, & inter se cõtendentes, adstantes, & aliorum ignominiis gaudentes, & diabolicũ constituẽtes theatrum. Quo quidnam crudelius fieri possit? Male sibi dicentes vides, se discerpentes, scindentes vestimenta, faciẽ alterum alteri cædentes, & adstare quiete sustines? Nunquid est vrsus qui pugnat? nunquid fera vel serpẽs? Homo est, in omnibus tecũ cõmunicãs: frater est, mẽbrũ est. Ne spectes, sed disiũge: ne insultes, sed corrige: ne reliquos ad dedec⁹ cõuoces, sed poti⁹ collectos dispelle, & dissolue. Impudentiũ enim est, & parasitorũ huiusmodi calamitatibus gaudere, & piaculorũ, & irrationabiliũ asinorũ. Hominẽ vides turpiter agentẽ, nec te turpiter agere censes, nec medius subis, & diabolicum agmen non dissipas, & humana dissoluis mala? Inquiet aliquis, vt & ipse vulnera lucrer, hoc mihi iubes? Primũ quidẽ hæc non patieris: sed si fortassis hoc passus fueris, martyriũ tibi fiet id opus: propter deũ cm patieris. Si verò vulnera sustinere dubitas, cogita q⁹ dominus

nus tuus propter te crucẽ subire nõ dubitauit. Illi nãque sunt ebrij quidẽ & obtenebrati, furore eos ducẽte & opprimente. Alicuius autem sanantis indigẽt, & sibi subuenientis, tam qui iniuriam infert, q̃ qui patitur: hic quidẽ, vt male patiens liberetur: ille vero, vt malefacere desinat. Procedas igitur, & manũ porrigas, qui vigilas, & sobrius es, ebrio. Est em & iræ quędã ebrietas, & vini truculentior ebrietate. Nónne vides quanto nautæ studio, cũ viderint aliquos in naufragium delatos, extẽtis accedunt velis opem laturi, vt artis consortes tempestatibus eruant? Quòd si artium socij tantam exhibẽt curam, quanto magis naturæ consortes hæc facere iustũ est? Nam & hic naufragium vrget illo difficilius. Nam vel infestatus blasphemauit, & oĩa perdidit: vel ira percitus peierauit, & rursum in gehẽnam delabitur: vel vulnus infert & committit homicidium, & idem vicissim naufragiũ patitur. Accedas igitur, & malũ reprimas, & submergentes eruas, in ipsum pelagus descẽdens tẽpestatis, & diabolicum dissoluens spectaculũ, & seorsum singulos capiens admone, flammam comprimãt, & sopiant fluctus. Si vero maius incendiũ, & atrocior efficitur fornax, ne timeas: multos em̃ habes adiutores, & manum porrigẽtes, si modò principiũ prębeas, & super omnia pacis deum. Et si primus flammã cõcusseris, alij quoq; multi subsequẽtur, & ab illis gestorũ ipse capies mercedẽ. Audi quid ludæos Christus admonuerit humi repentes: Si iumentũ, inquit, videris Exo. 22.d inimici tui corruẽs, ne prætereas, sed eleua. atqui pugnãtes disiungere, & homines cõciliare multo leuius est, quàm iumentũ iacẽs releuare. Si vero lapsum inimici iumẽtum eleuare bonum est, multo magis amicorum animas excitare iacẽtes oportet, vbi est & ruC ina longe pernicios̃ior. Hæ siquidem nõ in cœnũ cadunt, sed in gehennæ focum, iræ non ferẽtes sarcinã. Tu vero fratrem cernens sub onere positũ, & insidẽtem diabolum, & rogum succẽdentẽ, crudeliter & sine misericordia prætercurris, quod nec in bruto facere tutũ est. Et Samaritanus quidẽ vulneratũ vidẽs Luc. 19.f ignotum, & sibi nihil attinentem, adstitit, & super iumentum imposuit, & deduxit in diuersoriũ, & medicum mercede conduxit, & argentũ tum quidem dedit, tum vero promisit: tu vero nõ latronibus oppressum videns, sed dæmonũ caterua, & furoris obsessione, nõ in deserto, sed in fori medio, nõ pecunias erogaturus, neque conducturus medicos, nec longũ iter facturus, sed prolaturus verba: negligis tamen & reiicis, & crudeliter & absq; misericordia prætercurris. Et quomodo deũ inuocãs vnquã speras habere propiD tium? Loquar autẽ & ad vos publice turpiter agentes, ad infestantem, & iniuriam inferẽtem. Plagas intẽtas, quæso, & calcitras, & mordes, aper fer⁹ & asin⁹ agrestis es factus, nec confunderis aut erubescis dũ efferaris, & propriam perdis generositatem. Nã etsi pauper es, es tamẽ liber: etsi manualis artifex, at Christianus, quinimo propter hoc ipsũ quòd pauper sis, te quiescere oportet. Diuitũ em̃ est pugnare, nõ pauperum: diuitum multas habentium bellorũ necessitates. Tu vero diuitiarum voluptatem non habẽs, diuitiarum mala tibi accumulare nõ desinis, inimicitias scilicet, & contentiones, & pugnas, & fratrẽ suffocas, & angis, & palàm omnibus videntibus proturbas. Et non cẽses te magis deturpare, cum brutorũ impetus imiteris, imò verò & illis fias peior? Omnia nãq; sunt illis communia: etenim inter sese congregantur, & si-

A mul ambulãt: nobis vero commune nihil, sed omnia confusa, pugnæ, contentiones, & inimicitię atq; contumelię. Neq; cœlum ad quod omnes cõmuniter sumus vocati, reueremur: neq; tertã quã omnibus cõmunem deus reliquit, nõ ipsam deniq; naturam, sed omnia distrahens furor, & pecuniarũ amor baccha-
tur. Non vides illum, qui decem talẽtorum milia debebat, & post illorum remissionem conseruũ pro cẽ- Matt. 18.b
tũ denariis suffocabat, quãta subierit mala, & qualiter immortali traditus sit supplicio? Nõ vereris exẽplum? non times ne eadẽ & ipse patiaris? Nam & nos domino debemus multa magnaq; debitaiverũtamẽ sustinet, & longanimiter agit, nec nos vrget sicut ipsi conseruos nostros, nec angit, aut suffocat. Atq; si vel minimam eorum partẽ à nobis exigere vellet, iãdudum perissemus. Hæc itaq; considerãtes charissimi, humiliemur, & debẽtib⁹ nobis gratias habeam⁹. NoB bis em̃, si sapiẽter agamus, maximæ remissionis efficiũtur occasio: & si pauca dederimus, multa recipiemus. Quid itaque per vim repetis, cũ sit opus illi etiã dare volenti cuncta remittere, vt à deo totũ recipias? Nunc autem omnia facis, cogis, & contendis, vt tuorum tibi dimittatur nihil: & proximũ quidẽ infestare videris, sed in teipsum ensem acuis, gehẽnæ supplicia accumulãs. Si vero parumper hac in re sapiẽs fueris, mites tibi pœnas parabis. Etem̃ idcirco nos vult de⁹ à tali exordiri liberalitate, vt maiorẽ nobis plura retribuẽdi capiat occasionẽ. Quotquot itaq; debitores habes tam pecuniarum, quàm peccatorũ, liberis omnib⁹ dimissis, deũ exige talis esse magnanimitatis retributorem. Nam donec illi quidẽ tibi debitores fuerinr, deum nõ habebis debitorem: si illos vero dimiseris, deum poteris retinere, & talis sapiẽtię multa cũ libertate retributionem exigere. Si em̃ homo prętereundo videns te reum detinẽtem, & illum quidẽ iubens dimittere, se vero pro eo spondens tibi rationẽ redditurum, post dimissionẽ se nollet ingratũ exhibere, vtpote qui totũ in se trãstulerit: quomodo de⁹ multo & infinito plura nõ reddet, si propter eius pręceptum nobis obnoxios, neq; parum, neque multum accusatos, absolutos abire dimiserimus? Ne tęporalem consideremus voluptatẽ, quæ nobis ex repetendis oritur debitis, sed damnum quod hinc in futurũ patiemur, in immortalibus nosipsos lædẽtes. Omnibus itaq; facti sublimiores, his qui nobis obnoxij sũt, & pecunias, & peccata condonemus, vt nobis mites pœnas reddamus: quodq; per aliam virtutem potuimus consequi, hoc proximi contumeliam non reminiscendo consequentes, æternis fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De vita recta. Homilia XXV.

NEmo sociatur Christo deliciis vacãs, & dormiens ac recubãs, charissimi: nemo lubricã hanc & solutam degentium vitã, sed qui in tribulatione permanet, & tentatione, hic est illi proximus, qui angustam perambulat viam. Nam & ipse talem perambulauit: & propterea dicebat, Filius ho- Luc. 9.g
minis non habet vbi caput suum reclinet. Itaq; noli dolere qui tribularis, cogitãs cui sociaris, & quomodo per tentationes expurgeris, quantũq; lucrifacias. Nihil enim aliud est triste, nisi deum offẽdere. Quod cum absit, non tribulationes, nõ insidiæ, nõ quiequã aliud sapiẽtem animam poterit cõtristare: sed quem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodum si breuẽ scintillam in lacũ deieceris profundum,statim extinxeris:itidẽ & omnis tristitiæ superabũdantia in bonam missa conscientiã extinguitur,& facile deletur.Propterea quidẽ & Paulus semper gaudebat:quoniam interius secundũ deum confidebat,neque tot malorũ capiebat sensum,sed dolebat quidem vt homo,nõ tamẽ cadebat.Sic & Abraham patriarcha erat in delectatione,multa passus tristia.Vide quæso:exciderat patria, difficilia longáque *Gen.12.* pertulerat itinera,in alienã profectus terrã, nec passum pedis habebat.Hinc rursum fames eũ excepit,& migrare coẽgit: & rursum famẽ vxoris rapina subsequitur,& mortis timor,sterilitas & bellũ, pericula & insidię,& demum certaminum consummatio,vnigeniti & legitimi filij iugulatio tristis & irreparabilis illa.Non enim quoniam prõpte paruit,existimare debes eum sine dolore talia sustinuisse.Licet eñ millies iustus fuisset,sicut & erat,erat tamẽ homo,& naturæ iura gerebat.Veruntamen horum nihil eũ prostrauit, sed tanquam generosus,& corona nobilis athleta,in his singulis prędicatus. Sic & beatus Paul⁹ tẽtationũ imbres per singulos dies videns irruentes, tanquã in medio gaudẽs paradiso,lætabatur & exultabat.Sicut itaque qui tali gaudet gaudio,tristitiæ non est obnoxius:ita qui hoc nõ arripuit,omnibus est expugnabilis,& idem patitur, quale si quis arma gerẽs putrida, qualibet vulneretur percussione. Sed nõ ita vndique bene munitus: omne nanq; telum ingruens repellit. Nã & omnibus armis fortior est delectatio,& huiusmodi tristem facere potest nihil,sed omnia generose sustinet.Quid eñ igne peius? Quid continuis tristius tormẽtis?Siue quis infinitas amittat possessiones,siue filios,siue quodcunq; hoc est omnibus ad doloris ra- *Tob.2.b* tionem imperiosius.Pellem eñ pro pelle, inquit, & omnia quæ homo habet,dabit ꝓ anima sua. Et nihil potest esse dolorib⁹ grauius.Veruntamẽ auditu quoque vix tolerabilia,toleratu facilia fiunt,& desiderabilia per veram in deo voluptatem.Et martyrem adhuc paulũ spirãtem ex ligno vel sartaginibus tollas, tantam in eo repositam inuenies lætitiam, quãta neq; dici potest.Et quid patior,inquis, quòd nũc martyrij tempus non adest?Quid ais? Nõ adest martyrij tempus?nunquã profecto hoc abest,sed ante nostros semper est oculos,si vigilemus.Non eñ in ligno suspendi, solum hoc martyrẽ facit. Nã si sic esset,extra tales coronatos Iob poneretur.Nec enim ante tribunal fuit constitutus,nec iudicis vocẽ audiuit,non vidit carnificem,neque suspensus in ligno,vel sublimis positus circa latera laniatus est,attamẽ multis martyribus grauiora passus est. Et illorum succedentiũ sibi nunciorum voces omni plaga sæuius percutiebãt,& eum vndiq; pungebãt,& innumeris tortoribus acerbius vermium illorum ora eum vndiq; corrodebãt. Cui non itaq; dignus hic sit martyri comparari? Innumeris equidẽ.Etenim per omnia pugnabat,& per omnia coronabaꝝ,per pecunias,per filios, ꝓ corpus, per vxorem,per amicos,per inimicos,per seruos (nã hi in ipsius faciem inspuebant),ꝓ famẽ,per cibos, per dolores,per fœtorem:per hæc, inquam, non vni,vel duobus,vel tribus,sed infinitis erat martyribus cõparabilis.Nã præter quę dicta sunt,tempus quoq; multam eius coronis affert accessionẽ,quòd scilicet ante legem,ante gratiam hæc passus sit,& ad mẽses quidẽ multos,& omnia cum excessu,& omnia simul ei mala ingruerint, & hoc cum eorũ quodq; per se foret intolerabile.Nam multi quidem plagas sustinuerũt,pecuniarum vero iacturam nõ tulerunt: quin & pro eis flagris cædi maluerunt,& innumera mala pati, quàm earũ aliquid amittere, & maior eis est visa plaga pecuniarũ iacturæ.Itaque rursum & hic est alius martyrij modus,harum perditionẽ generose ferẽti.Et qualiter,inquiet aliquis,generose perferem⁹ ? Si dideris quòd plura lucraberis,q̃ amiseris, per vnum gratiarũ actionis verbum. Nam si iacturã audientes non tumultuemur,sed dicamus: Benedictus deus, multo plures diuitias inueniemus. Nõ eñ tantũ lucrabitur in pauperes diuitias distribuens,& circumiẽs vt egenos inueniat,& sua dispergẽs pauperibus, quãtũ ipse per hoc verbum lucrifacies. Quoniam & ipsum Iob non tantum indigentibus domũ aperientem admiror, quãtum pecuniarũ rapinam cum gratiarũ actione ferẽtem obstupesco & prædico. Gratias igit̃ agamus,quoniam ex eorũ numero qui salui fiunt, censemur: & quoniam cũ ex operibus saluari nõ potuerimus,ex dei munere saluati sum⁹.Gratias vero reddẽtes,ne verbis hoc tantũ faciamus, verũ & operibus, & actionibus.Hæc est enim vera gratiarũ relatio, cũ hæc agamus vnde de⁹ glorificari debeat:cũ ea fugiamus,à quibus iam fuimus liberati.Nam si rege cõtumeliis affecto, cũ pœnas luere deberemus, honorati fuissemus,& mox iterũ affecissemus contumelia: tãquã ingratitudinis extremæ rei,maximã merito pœnam,& priore multo grauiorẽ dare deberemus.Nec enim tã ingratos contumelia prior,quàm altera post honorem & multam officiositatẽ ostẽdit. Igitur illa fugiamus,à quibus iã fuimus absoluti.Nec ore tãtum gratias reddamus,ne de nobis quoq; dicatur:Populus hic labiis me honorat,cor autem eorũ lõge abest *Matt.15. Mar.7.* à me.Quomodo nanque nõ sit absurdum, cum cœli enarrent gloriam dei,vt tu propter quem cœli deum glorificãtes facti sunt,talia facias, vnde ꝓpter te blasphemetur,qui te fecit deus? Propterea nõ ille tantũ qui blasphemat, verũetiam tu iã es pœnæ obnoxius. Non enim cœli vocem emittẽtes deũ glorificãt, sed alios per aspectũ ad hoc inducentes, & tamẽ ipsi dicuntur cœli gloriam enarrare. Sic & vitam præferẽtes admirabilem,licet taceant, deũ glorificant, cum alij propter eos ipsum glorificent:nõ enim tã ex cœlo redditur admirabilis, quàm ex vita pura. Cũ itaq; gentiles alloquimur,nõ in mediũ cœlos adducimus, sed quòd homines feris peius dispositos angelorũ æmulatores fieri persuasit.Et hanc dicẽtes mutationẽ, eorum obstruimus ora. Nã & cœlo lõge melior homo,& potest eius ornatu splendidiorẽ animam possidere. Hoc nãque cum ad tantum tempus videatur, non multum persuasit. Paulus vero cum modico tẽpore prædicauerit,totum attraxit terrarũ orbem:etenim animã habebat nõ minus cœlo trahere cũctos idoneam. Nam nostra quidẽ nec terra quidẽ est digna,illius autem & cœlo cõparanda.Hæc nãque stetit proprium custodiẽs terminum & regulã.Illius autem animæ sublimitas omnes cœlos superascẽdit,& cum ipso Christo cõuersatur: & ipsi⁹ species erat talis,vt & Christus eã prædicaret.Stellas autẽ, cum factæ fuissent,admirati sunt angeli : hunc autẽ ipse demirat⁹ est:Vas,inquiẽs,electionis est mihi iste.Et cœlum quidem nubes frequenter obducũt,animam vero Pauli nulla obruit tentatio,sed in tẽpestatibus firma meridie clarior apparebat : & similiter sicut ante nubiũ clarescebat cõcursũ. Qui nanq; lucebat in eo, *Act.9.*

Sol

Sol non tales emittebat radios, vt tentationũ cõcursu obũbrarentur,quin tunc & amplius splẽdescebat: *2.Cor.12.* propterea quoq; dicebat:Sufficit tibi gratia mea:virtus enim in infirmitate perficitur.Ipsum igitur imitemur,& si voluerim⁹,nihil erit etiã præ nobis hoc cœlum,nihil sol,nihil omnis mũdus.Hæc enim propter nos,nõ nos propter hæc. Ostẽdam⁹ nos esse dignos propter quos hęc sunt creata.His eñ si visi fuerimus indigni,quomodo digni regno videbimur?Et si sunt omnes digni solem videre,qui in dei viuant blasphemiam,indigni creaturis vti deũ glorificãtibus,ipsum blasphemãtes: quoniam filius cõtumelia patrem afficiens,seruorum ministerio fungi non est dignus. Et propterea multam quidem hæ nanciscentur gloriã, nos vero pœnas & vltionẽ dabimus. Quantæ fuerit itaque miseriæ,creaturam quidẽ propter te factã, in libertatem gloriæ filiorũ dei formari: nos autem factos dei filios, propter multum torporẽ in perditionem & gehẽnam mitti, propter quos creatura illam magnam nanciscetur trãquillitatem ? Ne igitur hoc accidat,mundam quidem habẽtes animam,talem eã cõseruemus:quin & amplius eius nitorẽ intẽdamus: habẽtes vero sordidã,ne desperemus: ait eñ,Si fue- *Esa.1.* rint peccata vestra sicut vermiculus,quasi niuẽ dealbabo:etsi quasi coccinum,velut lanã albefaciam.Cũ vero de⁹ promittat,ne dubites,sed illa fac, ꝓ quæ tales attrahere poteris promissiones.Innumera tibi cõmissa sunt mala,& scelera ꝓpetrata:& quid hoc?Nõdum enim in infernũ descendisti, vbi nemo confitebitur:nõdum solutum est theatrum tuum, sed adhuc *Luce 16.* es,vbi diues torquet̃,vt audias, quod chaos est inter nos & vos.Nondum enim venit spõsus, vt aliquis oleum cõmunicare timeat:adhuc emere potes, & re- *Matt. 25.* ponere.Nec adhuc est qui dicat,Ne fortè nõ sufficiat & nobis,& vobis:sed sunt q̃ vẽdant,multi nudi, esurientes,ægroti,carcere detẽti:hos pasce, illos indue, visita iacentes,& super fontes oleũ manabit.Nondũ rationis ponẽdę dies aduenit.Vtere conueniẽter tẽpore,& debitorum fac remissiones.Et centũ debenti cados olei dicas,accipe scriptũ tuũ, & fac quinquaginta.Et in pecuniis,& in verbis,& in aliis fac simili- *Luce.16.* ter,illum imitans villicũ.Et hęc & tibi & tuis persuade.Adhuc enim es in potestate dicendi talia, nondũ in necessitate conclusus pro his alium rogãdi, sed & aliis & tibi consulẽdi facultatem habes. cum autẽ illò migraueris, horum neutrũ vtiliter facere poteris. Et merito:qui tantam eñ accepit temporis occasionem,& neque se,neque alterũ adiuuit, quomodo iã in manibus iudicis constitutus hãc poterit assequi gratiam?Hæc itaque cuncta colligentes, salutem nostrã instãter oremus,neq; præsentis vitę perdamus occasionẽ.Licet eñ,licet, inquã, & in extremis vitæ momentis deo se gratũ reddere, licet & per testamẽtum probabilem fieri,non ita quidem sicut viuẽtem,licet tamen.Qualiter,& quomodo?Si cum necessariis tuis eum scribas hæredẽ, & ipsi quoque totius hæreditatis partem distribuas.Non eum viuens pauisti,saltem migrans,cum nõ es dominus vltra, da tuorum partẽ. Benignus est,nõ subtiliter tecum rationẽ ponet.Maioris quidẽ est desiderij,& amplioris præmij,si viuẽs eum pascas.Sed si hoc ei non exhibuisti, saltẽ ad secundum curre refugium.Cohæredem eũ tuorum institue filiorum. Si autẽ & hoc negligis, cogita quòd pater ipsius te fecit eius cohæredem,& inhumanitatẽ dissolue.Quam enim habebis excusationem,si neque filiorum tuorũ cõsortem facias,qui te cœlorum participem fecit,& propter te iugulatus est,& hæc, cum omnia quæ fecit,non debitũ reddẽs fecerit, sed gratis exhibuerit ? Tu vero post tot beneficia & debitor cõstitutus es:& tamẽ his se sic habẽtibus, tãquã gratiam accipiens,non tanquam debitũ repetens, ita te coronat,& hæc cũ eius bona sis accepturus.Des igitur ei pecunias tibi iã inutiles, & quarum non es dominus: & tibi regnum cõferet tibi semper vtile futurum, & cũ eo simul oĩa quæ hic sunt necessaria, largietur.Nam si filiorum cohæres fuerit,ipsis orbitatẽ releuat,soluit insidias,infestationes repellit, calũniatorum obstruit ora.Etsi ipsi testamẽta tueri nequiuerint,ipse tuebitur,nec sinet discindi. Si autem & hoc permittet, omnia tamẽ per se cum maiori liberalitate expediet conscripta:quoniã semel est,dum scriberetur, honoratus: ipsum igitur hæredẽ relinque. Ad ipsum enim es transiturus,ipse tibi discutiet omnium hic gestorum iudicium.Sed sunt quidam tã miseri & ærumnosi, qui ne filiis quidẽ carentes hoc facere sustinẽt:sed parasitis,& assentatoribus, & illi vel illi sua distribuere malunt, q̃ Christo, qui tot sibi beneficia contulerit:quibus quid esse possit stolidius ? Hos eñ si quis vel asinis vel lapidibus comparauerit, nõdum tamen aliquid eorũ dementia vel insensibilitate dignum protulerit . Nec vllã quis inuenire possit similitudinem,quæ furorem eorũmq; possit insipientiam exprimere.Qualem enim veniam huiusmodi consequentur,quòd eum viuentes non pauerint,cũ ad deũ migraturi,nec ex pecuniis quarũ nõ sũt amplius domini , vel minimã ei partem largiri velint:sed tã hostiliter & inimice sese gerant,vt nec ei iã inutilia sibi reddita communicent ? Nónne vides quot homines nec hunc finem assecuti sunt, sed rapti migrauerunt? Te vero deus & considerãdi de congruis,& de rebus loquendi,& de omnibus quæ domi sunt, disponẽdi dominum constituit.Quam igitur excusationem habebis,cũ & hanc ab eo gratiam accipiẽs,beneficium prodideris,& quodãmodo per diametrum fidei tuæ progenitoribus stes oppositꝰ?Illi nanq; viuẽtes quoque vendebant omnia,& portabãt ante pedes Apostolorum:tu vero nec moriens vllã indigẽtibus præbes portionem.Melius igitur est,& multam præbens securitatem,quòd viuus paupertatem corrigas.Sed si id efficere nolis,saltẽ moriẽs aliquid fac generosum: non multæ quidem est in Christum,charitatis tamen est.Nam etsi cum agnis præsidentiã non habebis,parum tamẽ non est vel post illos constitui, nec cũ hædis collocari,nec à sinistris . Si vero nec hoc feceris, quę ratio te liberabit , cũ neq; dei timor , neq; ꝙ res posthac inutiles tibi futuræ sint,nec vt tutelã filiis relinquas,nec vt illic aliquam tibi præpares veniã, humanum te reddere possit ? Propterea vos hortor , vt præsertim viuentes indigentibus maiorum vestrorũ partẽ præbeatis:si qui vero tam pusillanimes sint, vt hoc non tolerent , huiusmodi vel ex necessitate fiant humani. Nam dum viuebas quidẽ,tanquam immortalis ita præsentia asserebas:nunc vero postquã didicisti quòd mortalis es factus , nũc saltem sententiam solue,& tanquã mortalis de tuis consulta, vel potius tanquã immortali vitę perenniter fruendæ destinatus. Nam licet graue sit, & horrore plenum quod dicendum est,dicere tamen oportet: Annumera seruis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuis dominum. Seruos manumittis, libera & Christũ à fame, necessitate, vinculis & nuditate. Audiens horruisti. Igitur horribilius, quãdo nec hoc ipsum facis. Et hic te quidem verbum languere coëgit: at cum eò migraueris, & his audieris multo grauiora, & irreparabilia videris torměta, quid dices? Ad quẽ cõfugies? Quem vocabis auxiliarem & adiutorem? Abrahã? at non audiet. Virgines illas? sed nec ipsæ tibi oleũ tradent. Patrem, aut auum? sed nec horum quisquã erit dominus, licet sanctissimus sit, illam soluendi sententiam. His igitur omnibus animaduersis, soli domino qui tuum potest delere chirographum, & illã extinguere flammam, supplica & exora, & iã pascens redde propitiũ, & continue vestiens: vt & hinc bona cũ spe recedas, & eò translatus ęternis fruare bonis, quibus vtinam detur nobis omnibus potiri, per gratiã & benignitatem domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

Quòd ex minimis incipienda nobis sit virtus, & quòd non sit iurandum.

Homilia XXVI.

Sicut ignis quanto plura corripit ligna, tanto fit vehementior: sic & studium quanto plures pias rationes excitat, tanto magis aduersus cætera armatur: quale quod dico: Fuerunt in nobis quasi vepres, periuria, mendacium, simulatio, dolus, maleficium, conuicium, dicacitas, ridiculositates, turpiloquia, scurrilitates: rursum ex alia parte, auaritia, rapina, iniuria, calumnia, insidiæ: rursum mala cõcupiscentia, immunditia, intemperantia, fornicatio, adulterium: rursus inuidia, zelotypia, ira, furor, mali memoria, vltio, blasphemiæ, & mille talia. Si priora correxerimus, nõ illa tantum erunt correcta, verum & sequentia, propter præcedẽtia. Fortior enim iã efficitur ratio ad illorum subuersionem. Puta multũ iurans si satanicam hãc consuetudinem reciderit: ei nõ hoc solum peractum est, verũ & alia pietas est subintroducta. Non iurantium nanque nemo, vt arbitror, volet facile quicquam aliud mali facere, sed virtutem iã exhibitam reuerebitur. Sicut enim pulchrum gestans vestimentum, luto seipsum inuoluere confunditur, similiter & hic. Ex hoc autẽ veniet ad id, ne irascatur neq; percutiat, neq; cõtumeliam faciat. Si semel enim parua pręstiterit, totum expeditũ est. Accidit autẽ & frequenter tale quid, vt qui semel aliquid emẽdauerit, rursum ex torpore in eadẽ decidat præcipitanter, & rem deinceps inexplicabilẽ constituat. Puta nos iurandi legem nobis constituimus, cauimus tres vel quatuor dies, post illos in necessitatẽ incidẽtes, collectum omne lucrum dissipauimus: in torporẽ iam & desperationem incidimus, sed nõ oportet abiicere, sed rursum studio contineri: ait enim, Qui ædificauerit, cum postea viderit destructum ædificiũ, segnior erit ad rursus ædificandum: sed nec ita torpere decet, sed adhuc studiũ arripere. Nobis itaq; quotidianas ponam' leges. Interim à facilioribus exordiamur, ab ore nostro iurandi frequentiã amputemus, linguæ frænũ ponamus, deum iuret nemo. Non est hic impendium, non est hic labor, non est hic tẽporis exercitatio: sufficit velle, & totum factũ est: cõsuetudinis enim opus est. Precor & supplico studium hoc impẽdamus. Dic, inquã, mihi, si pecunias erogare iussissem, nónne prompte quisq; pro viribus cõtulisses? Si in extremo me periculo vidisses, nõne de ea ne rẽsecantes, si modo fieri posset, dedissetis? In magno nũc quoq; periculo sum, & tali, q; etsi cũ hoc & carcerem habitarẽ, vel infinitas acciperẽ plagas, vel in metalla relegarer, hoc plus nõ doluissem. Manum igitur porrigite. Cogitate nanq; quãtum sit periculum, nec hoc minimum posse præstari: minimũ autẽ dico, quantum ad laborem spectat. Quid dicã, cum tunc accusabor? Quare non allocutus es? Quare non mandasti? Quare non statuisti legẽ? Cur inobedientes non cohibuisti? Nõ mihi satis est dicere, quòd admonui: verũ & acriori, inquiet, opus erat increpatione. Nam & Heli admonebat (sed absit vt vos illius cõparem filiis) & ille, inquã, admonebat, & dicebat, Nolite filij mei sic facere: nõ enim est bona fama quã ego de vobis audio. Sed procedẽs ait scriptura. Eo quòd non corripuerit filios suos, eo quòd non acriter, neq; cum increpatione hoc fecerit. Quomodo eñ absurdum non est, in Iudæorum quidem synagogis tã validas esse leges, et si magister præcipiat, oĩa fieri: nos autẽ hic ita contemni, & abiici? Non est mihi gloriæ meę solicitudo (gloria nanq; mea est probitas vestra) sed salutis vestrę. Quotidie clamam', instruim', aurib' vestris insonãtes, & q audiat, nemo, nihilq; vehemẽtius pręferim'. Timeo ne hui' magnæ, sed inutilis humanitatis in futura die rationẽ reddere cogamur: & ideo magna & clara voce prædico omnib' & protestor, talẽ operantes præuaricationẽ, quę sunt à malo loquẽtes (iuramẽtum est huiusmodi) ne limina quidem Ecclesiastica tangant. Tempus autẽ præfinitum vobis præsens sit mensis, in quo corrigamini. Ne nãque mihi dicas, quòd negociorũ te necessitas vrgeat, quoniã nõ credo, interĩ sodales præcide. Scio quòd multi nos ridebunt, sed melius hic nunc rideri, quàm tunc lugere. Ridebunt autẽ, quotquot insaniũt. Quis enim quæso mente non carens, mãdatum seruati ridebit? Quod si ridebunt, huiusmodi nõ nos, sed Christum ridebunt. Horruistis dictum audientes. Sciebã & ego: itaq; si ego quidem hãc legẽ tulissem, mei foret derisio. si vero legislator alius est, ad eũ peruenit subsannatio. Et Christus quondã fuit insputus, & in capite colloq; percussus, & colaphis cæsus. Hæc nũc quoq; sustinet: & non immerito gehẽna propter hoc præparata est, propterea vermis q nõ moritur. Ecce iterũ dico & protestor: Qui vult rideat: qui vult subsannet: ad hoc positi sumus, vt derideamur & subsannemur, & omnia patiamur: purgamẽta mundi sumus, iuxta beatum Paulũ. Si quis hoc mãdatum præstare negat, velut tuba quadã per sermonẽ prohibeo Ecclesiæ limina talẽ ascendere, licet princeps, licet ipse sit diademate redimit': vel à pręsulatu me deiice, vel manentẽ periculis cõcludere nolite. Hanc ascendere cathedram nõ tolero, nisi magna præstaturus: nam si quid tale fieri non potest, melius in imo stare. Nam principe q subditis nil prosit, miserius nihil. Cõuertite iã vosmetipsos, & attendite, quæso, & nosipsos simul erigamus, & aliquid omnino meli' accedet. Ieiunate, orate deum, & nos vobiscũ, vt pestiferam hanc cuellatis consuetudinem. Nil arduũ est vos orbis terrarum fieri præceptores: nõ est parũ vbique diuulgari, quòd in tali ciuitate nullus est qui iurãdi cõsuetudine teneatur. Quod si fiat, nõ tantum vestrorum accipietis meritorum mercedẽ. Quod eñ ego sum vobis, hoc vos orbi terrarũ efficiemini. Omnino & alij vos imitabuntur: omnino vos lucerna eritis super cãdelabrum posita. At inquies, Hoc est ne totũ? Hoc nõ

est totum, sed aliorum principium. Qui nõ iurauerit, & ad reliquam omnino pietatẽ peruenit & volens, & inuitus, & erubescens, & timens. At inquies, nõ tolerant multi, sed resiliunt. Sed melius est vnũ esse qui domini voluntatẽ faciat, quàm impios mille. Ex hoc enim omnia subuersa sunt, omnia cõfusa, quòd velut in theatris multitudinẽ quærimus, non probatã multitudinẽ. Quid eñ, rogo, turba prodesse poterit? Vis discere, quòd multitudo sancti sunt, nõ multi? Educite ab bellum decies cẽtena milia, & vnum sanctũ: videam' qui plura pręstabit. Iesus Naue filius in pugnã descẽdit, & solus omnia gessit: alij vero nihil profuerũt. Sed potes si vis videre, quòd multa turba, charissime, cum dei voluntatem nõ faciat, nihilo ab his qui non sunt, differat. Opto igitur & volo, & libẽter etiã mactari sustinerẽ, vt multitudine decorarem Ecclesiã, sed multitudine probabili. Si vero nequit hoc fieri, paucos ipsos, pbabiles esse volo. Nõ videtis quòd melius est, vnum habere preciosum lapidẽ, quã multos obolos? Nónne videtis, quòd melius oculũ vnum habere sanũ, quàm hoc hebetato multa pinguedine premi? Nónne videtis, quòd melius est ouẽ vnam sanam habere, quàm decẽ milia scabie repleta? Nõ cernitis, quòd filiorum bonitas cũ paucitate, quàm filiorum multitudo cũ malitia melior est? Non cernitis, quòd in regno quidem pauci, in gehenna vero multi? Quid mihi cum multitudine? Quæ vtilitas? nulla, sed potius aliis detrimentum. Idem eñ est, quale si quis, cum liceat incolumes decem habere, vel ægrotantiũ decem milia, introducat decẽ valentes. Multi nihil boni faciẽtes, quid aliud nobis præbebũt, quàm pœnam, & in præsenti ignobilitatẽ? Nemo nãque, quòd multi simus dicet, sed quòd inutiles, arguet. Hoc sanè nobis semper dicũt, cũ dixerimus quòd multi simus, at mali inquiẽt. Ecce rursum prohibeo claraq; voce proclamo, nemo risum esse putet. Arcebo siquidẽ & prohibebo non obtẽperantes: & donec in hac sedebo cathedra, nullam ipsius iustificationem omittã. Si quis detraxerit, iã insõs ero: sed donec obnoxi' sum, despicere non possum, non propter meam pœnã, sed propter salutem vestram: vehemẽter enim vestrã cupio salutem, & pro ea multũ affligor & doleo. Sed obedite, vt & in præsenti & in futuro magnã accipiatis mercedẽ. Eia vero iã videamus qua ex causa subrepsit iuramentum, & quamobrẽ esse concessum videatur. Dicamus ab initio, repetentes ipsius originẽ, & quando sit ortũ, & qualiter, & a quibus. Vobis pro obediẽtia narrationẽ retribuamus. Nam correctum quidẽ audire dignũ est, & philosophari necessariũ. Nondũ vero mutatum, nec sermonem audire quidẽ dignum est. Qui fuerunt Abrahæ tẽpore, multa fecerunt fœdera, victimasq; mactauerũt, & obtulerũt sacrificia, necdum erat iuramentũ. Vnde igitur irrepsit iuramentum? Cum mala creuissent, cũ sursum & deorsum confusio facta fuisset, cum ad idolorũ seruitutem declinassent, tunc, inquam, tunc, cũ infideles iam apparerent, testem inuocabant deum, tãquam dignũ dantes dictorum vadem. Hoc enim est iuramentum, morum infidelium vadimonium, vt non nisi cũ spõsore credatur, & spõsore quidẽ magno. Propter multam enim incredulitatem non hominem volunt spõsorem, sed deum. Secundum & idẽ exigentis iuramẽtum crimen, si de commerciis hæsitans, deum in spõsionem trahat, & dicat se nõ abscessurum, nisi capiat illum. O ingentem insensibilitatem, ô contumeliam:

qui vermis es, & terra, cinis & fumus, dominum tuũ citas in vadimonium, & illum trahere cogis? Dic mihi, si seruis vestris inter se contẽdentibus, & sibi fidẽ non habentibus, diceret conseruus se prius nõ crediturum, quàm communem dominũ sponsorem acciperet: nõne multa tulisset verbera, didicissetq; quòd ad alia domino sit vrendum, nõ ad huiusmodi? Quid dico conseruum? Si nãque venerabiliorẽ virum elegisset, nónne contumeliã id existimasset? Sed ego nolo, dices: & bene. Nec illum itaq; cogas, quoniã hoc & in hominibus obseruatur. Si dixerit, illum do spõsorem, tu ne toleres. Quid igitur, inquis, datum amittam? Nõ hoc dico, sed ne deum afficere contumelia toleres: propterea quòd magis cogẽs quàm iurãs ineuitabilem subit pœnã. Similiter & exigẽte nullo iurans. Et quod peius est, pro singulo quisq; iurãs obolo, pro minima accessione, pro iniuria, & hæc quidẽ cum absint periuria. Quod si periurium quoq; subsequatur, omnia sursum agit & deorsum, tam qui cepit, quàm qui dedit. Sed alia sunt, inquis, quæ ignorantur. Et hæc prouidens nihil negligenter agas: si vero negligenter agis, à temetipso pœnas & mulctam exige. Melius est ita dãnari, quàm aliter. Dic mihi quæso, trahens hominem in iuramentum, quid expectas? vtrũ vt peieret? Sed hoc est extremæ dementiæ, & in caput tuum pœna cõuertetur. Melius est te pecunias amittere, quàm illũ perire. Quid hoc cũ iactura tua, deiq; contumelia facis? Feræ talis est anima, & impij viri. At nõ peieraturũ expectas? Igitur & absq; iuramento crede. Sed multi sunt, inquis, qui sine iuramẽto defraudare voluerunt: non autẽ cum iuramento. Teipsũ decipis homo. Homo furari solitus, & iniuria proximum afficere, neq; iuramẽtum frequenter pessundare dubitauerit. Quòd si fuerit in iurando reuerẽs, & in ferẽda iniuria multo magis erit. Sed inuitus id patitur, igitur venia dign'. Sed quid de talibus loquor iuramentis, forensia prætermittens? Illic eñ tale nihil dicere potes. Nam pro decẽ obolis iuramẽta fiunt, atq; periuria. Quoniam enim superne fulmẽ non venit, quoniam omnia nõ subuertuntur, stetisti contẽnẽs deũ, vt olera emas, & calceamẽta, pro modico argẽto vocans eum in testimonium. Ne tãdem, ne propterea quòd nõ punimur, nos ne peccare quidem cogitemus: illud est misericordiæ dei, nõ virtutis nostræ. Iura per filiũ tuũ, iura per teipsum: dic, ita nõ carnifex meis instet lateribus. sed times: lateribus itaq; tuis deus est ignobilior, capite tuo vilior? dic, ita non debiliter. Et Christus quidem nobis tantũ parcit, vt & per propriũ caput iurare prohibeat: nos autẽ tantum paruipendimus dei gloriam, vt eũ passim trahamus. Nescitis quid sit deus, & quali debeat ore vocari? Quòd si de quopiã probo q dẽ viro loquamur, dicimus: os tuũ ablue, & ita commemora: nunc vero nomen super omne nomen venerandũ, in omni terra admirabile, quod audiẽtes dæmones horrent, temerarie circũferimus? ô consuetudinẽ: & ex hac factum est paruifaciendum. Nẽpe si cui per sanctã domum iurandi necessitatem imponas, tãquam horrẽdum conflaris iuramentũ, ita remanes affectus: & vnde tam horrendum esse videtur, nisi quòd illo quidẽ passim vtimur, hoc autem minime? Nónne eñ dum deus nominatur, oporteret horrere? Et apud Iudæos quidem tam venerandum erat ipsius nomẽ, vt in laminis scriberet, & nemini literas ferre liceret, nisi sacerdotum principi: nunc autem velut quiddam vul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gare,ſic ipſius nomẽ circũferimus.Si ſimpliciter deũ A
nominare nõ eſt fas omnibus,in teſtimonium etiam
cum vocare,quãtæ,queſo,ſit audaciæ?quãtæ inſanię?
Nam ſi cuncta forent abiicienda,nónne oportebat
prõpte dimittere?Ecce dico,& proteſtor: hæc forẽ-
ſia corrigite iuramenta ſuperflua,& ad me cũcta per-
ducite.Ecce prẽſentibus vobis ad ædium ſacrarũ cu-
ſtodiam deputatis impero, moneo & iubeo, nemini
ocioſe iurare licere:imò vero nec aliter,ſed vt ad me
perducatis,quidcunq; ſit : quoniã & hęc ad nos vſq;
peruenire oportet,tanquã ad paruulos pueros (abſit
pudor)à quibus adhuc opus habetis diſcere.Ne ſacrã
attingere menſam audeas,cum non ſis initiatus : ſed
quod etiam peius eſt, tu initiatus ſacrã audes mẽſam
contingere,quã nec omnibus fas eſt ſacerdotibus tã-
gere,& ita iurare?Tu vero nec pueri quidẽ caput tã-
geres.Abiens autem menſam tangis,& non pauẽſcis?
Timuiſti tu?tales ad me ꝓducas,ego iudicabo,& am-
bos lętos remittam.Quod vultis,facite:legem pono,
ne prorſus iuretis.Qualis eſt ſalutis ſpes,nobis oĩa ſic
exhauriẽtibus? propter hócne chirographa, propter
hócne commercia, vt tuam ipſius animam mactes?
Quid tantum lucraris,quantũ perdis?Peierauit, & il-
lũ & temetipſum perdidiſti:ſed non peierauit, & ita
quoque perdidiſti, mandatum cogens præuaricari.
Hũc ex anima morbũ pellamus,interim ex foro ſub-
moueam⁹,ex venalibus tabernis,& reliquis officinis,
& maior erit vobis queſtus. Ne cogitetis vos per di-
uinarũ legum præuaricationes vitæ neceſſaria cõpa-
rare. At inquies,non credit. Nam & hoc interdum à
nonnullis audiui,niſi mille iurauero ſacramenta,non
credit.Tu es horum cauſa,qui facile iuras : quoniã ſi
id non faceres,ſed omnibus conſtaret, quòd non iu-
res,mihi crede dicẽti,quòd his qui mille deuorãt iu-
ramẽta,maiorem ipſe fidem ſolo nutu inuenires. Ec-
ce eñ,quæſo,cui magis credatis:an mihi nihil iuran-
ti,an iurãtibus?at inquies, Tu princeps & Epiſcopus
es. Quid igit̃ ſi probauero quòd nõ propter hoc ſo-
lum?In veritate,quæſo,mihi reſpondete:Si continue
iurarẽ,& ſemper:nũquid mihi prodeſſet præſulatus?
Nequaquam.Vides quòd non propterea?Quid vero
prorſus lucreris,dic mihi?Paulus eſuriebat:& tu velis
potius eſurire,quàm ex dei mãdatis aliquod prẽterire.
Quid tam incredulus es?Tu igitur eliges cũcta fa-
cere & pati ne iures,& ipſe te nõ remunerabit?Et qui
periuros & peieratores quidẽ quotidie paſcit, te fa-
mi tradet,quoniã eũ audiſti?Omnes ſciant,quoniam
in hanc Eccleſiam conueniẽtium qui iuret eſt nemo.
Et ex hoc fiamus manifeſti,nõ tantũ à fide : Et hoc à
gentilibus,& omnibus nos diſcernẽs habeamus.Ca-
piamus ex cœlis ſignũ. Vt vbiq; tãquam regius grex
appareamus,ab ore & lingua interim dinoſcamur:ſi-
cut Barbari,ſicut Græce loqui ſciẽtes,ita differamus
à Barbaris.Dic enim mihi,aues quę dicuntur pſitaci,
vnde noſcuntur?Nónne humano more loquẽdo ? Et
nos itaq; loquẽdo ſicut Apoſtoli,noti fiamus loquẽ-
do ſicut angeli . Si quis dixerit, Iura: audiat, quòd
Chriſtus prohibuit,& nõ iuro. Hoc omnem inducere
virtutem idoneum eſt.Quædam eſt pietatis ianua,
via ad religionis ſtudium perducens, & quædam eſt
palæſtra . Hæc cuſtodiamus, vt futura bona conſe-
quamur , gratia & benignitate domini noſtri Ieſu
Chriſti,cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria,
imperium & honor nunc & ſemper,& in ſecula ſecu-
lorum,Amen.

De iuramentorum abſtinentia.
Homilia XXVII.

SIcut in prælio ex teſſera & amici & hoſtes
diſcernuntur : ita quidẽ & in nobis fiat cha-
riſſimi(nã & nunc in bello ſumus) vt & pro-
prios agnoſcamus fratres . Quantum enim boni eſt,
hoc eſſe nobis indicium & hic & in aliena religione?
Qualis eſt hæc armatura cõtra diaboli caput? Os eñ
iurare neſcium,nec conuiciari nouerit.Tanquam ex
aliqua domo,ſic ex lingua hunc ignem eiice , ignem
extrinſecus trahe, ne des illi reſpirationis aliquantu-
lum,vlcus reddas imbecillius:redde rogo vt & aliam
vobis erogem diſciplinam.Hac enim nondum expe-
dita ad aliud venire non audeo. Hoc cum diligentia
vobis expediatur , & meriti ſenſum capietis , tunc &
alias vobis afferam leges:imò vero nõ ego,ſed Chri-
ſtus.Hoc bonũ in anima veſtra plantate,& paulatim B
eritis paradiſus dei,illo longe melior paradiſo:nec e-
nim apud vos ſerpens,nec arbor letalis,nec aliud hu-
iuſmodi quicquam. Hanc in profundo cõſuetudinẽ
fugite.Si hoc factum fuerit,non vos præſentes tantũ
vtilitatẽ capietis,verũ & omnes qui ſunt in orbe ter-
rarum.Nec illi ſoli,verũ & poſt eos futuri. Bona nã-
que cõſuetudo introducta,& ab omnibus cuſtodita,
in multa prorogabitur tempora.Nec vllũ tempus eã
explodere poterit. Si quidam in ſabbato ligna colli- *Nu.15.d*
gens,lapidibus obrutus fuit:q̃ tali collectione multo
peiora committit,& peccatorũ colligit ſarcinã (hæc
enim eſt peccatorũ copia)quid ſuſtinebit ? imò vero
quid non ſuſtinebit ? Multum à deo capietis auxiliũ,
ſi hoc vobis fuerit enauatũ.Si dixero,Ne contumeliã
inferas,ſtatim iram in mediũ mihi producis: ſi dixe-
ro,Ne inuideas,aliã proferes excuſationẽ. Hic nihil C
huiuſmodi dicẽdũ habes.Propterea à facilibus ince-
pi,quoniã & in omnibus artibus ita quis & ad maio-
ra venerit,multo prius diſcẽs faciliora. Scietis quàm
facile ſit hoc, cũ ipſum dei gratia perfeceritis, & aliã
acceperitis legẽ.Date mihi cõtra Gentiles & Iudęos
fiduciam,& ſuper omnia corã deo:Ita rogo per cha-
ritatem,ꝑ parturitionẽ, qua vos parturiui filioli mei. *Gal.4.d*
Quod autẽ ſequitur,non inferam, quos iterũ partu-
rio : nec illud dicã,donec formetur Chriſt⁹ in vobis:
ſed alia vobis dicã,Fratres mei chariſſimi, & deſide-
rati,gaudiũ & corona mea:credite enim mihi, quòd
non falſa dicam.Si quis innumeras gemmis cõtextas
coronas regales capiti meo nunc impoſuiſſet, nõ ita
lętatus fuiſſẽ,ſicut profectu veſtro gratulor:quinimo
nec regẽ ita gaudere reor,vt ego ſupervobis gaudeo.
Si quis omnes gentes ſecum bellũ gerentes ſuperans D
rediſſet,& cum regali corona plures accepiſſet coro-
nas,& alia diademata victoriæ ſigna , nõ ipſũ ita pu-
to gauiſurũ trophęis fuiſſe,ſicut ego profectu veſtro:
tanquam ẽm innumeras in capite gerens coronas,ſic
exulto:&meritò.Si nãq; dei gratia hęc vobis eſt cor-
recta cõſuetudo, innumera profligaſtis prælia,& illo
lõge difficiliora cõtra dęmonas improbos , aduerſus
ſuperbos luctati,& pręliati,per linguam, non gladiũ,
ſed per volũtatem.Videte,quãta perfeceritis, ſi mo-
do expediatis. Primũ malam exciditis cõſuetudinẽ:
ſecundo prauam ſubuertitis cogitationẽ,ex qua ſunt
omnia mala,ne cogitetis eſſe rem indifferentẽ,& ni-
hil nocere: tertio furorẽ auaritiamq̃; compreſſeritis.
Hæc enim omnia parit iuramentũ.Verum ex hoc ad
alia merita multã capietis occaſionẽ . Sicut eñ pue-
rorum elemẽta diſcentes, nõ illa tantũmodo diſcũt,
ſed in

ſed in illis legere paulatim docentur:itidẽ & vos.Nõ A
vos ampli⁹ improba fallet cogitatio,neq; dices quòd
hoc indifferens ſit, neq; iam amplius ex cõſuetudine
loquemini,ſed aduerſus oĩa generoſe conſiſtetis.Po-
ſuimus legem,imò vero nõ nos poſuimus,abſit:ait e- *Mat.23.a*
nim,Nolite vocare magiſtrum ſuper terram. Legem
tulit Chriſtus,ne quis iuret. Quid actũ eſt, quæſo,de
hac lege?Non enim de hoc loqui deſinã, ne forte cũ *1.Co.13.d*
rurſus venero,ſicut ait Apoſtolus,non parcam.Nun-
quid fuiſtis circa negociũ ſoliciti?Nunquid curaſtis?
Nunquid vllum nobis eſt exhibitum ſtudiũ? An rur-
ſus eoſdẽ attingemus ſermones?At potius,ſiue factũ
eſt,ſiue ſecus,iiſdem vtamur ſermonib⁹: vt ſi nil actũ
eſt,curam geratis:ſi vero ſoliciti fuiſtis,rurſum id ſta-
bilius operemini,& alios hortemini.Vnde nobis igi-
tur, vnde loquendi ſumendum principium ? Vultis à
teſtamẽto veteri?Hoc enim pudoris eſt noſtri, quòd B
quæ ſunt in veteri teſtamento,quæ tranſcendere par
erat,nec iſta cuſtodiamus:nos enim de his audire nõ
oportebat(hæ nanque ſunt Iudaicæ vtilitatis denun-
ciationes)ſed illa perfecta fuerãt audiẽda. Abiice pe-
cunias,ſta generoſe,& animam expone pro prędica-
tione,deride cuncta quę ſunt ſuper terram,nil tibi ſit
cum prẽſenti vita commune.Si quis iniuriam intule-
rit,benefac:ſi quis oppreſſerit,benedic:ſi blaſphema
uerit,honora,oĩbus eſto ſuperior.Hæc & huiuſmodi
decebat audire.Nũc autem de iuramẽto diſſerimus.
Et idem eſt,ac ſi quis philoſophari debentem ab illis
abſtrahẽs præceptoribus,ſyllabas adhuc,& alphabe-
tum legere cogat. Cogita quæſo quanta ſit ignomi-
nia,quempiam hominem prolixam habẽtem barbã,
& baculum geſtantẽ,& exomida indutum,cum pue-
ris ad præceptores ingredi,& eadem cũ illis diſcere: C
nónne multus erit riſus?ſed maior hic noſter.Non e-
nim quantum eſt philoſophiæ,& literarum interual-
lum,tantũ eſt Iudaicæ conuerſationis, & noſtræ diſ-
crimen:ſed quantum eſt angelorum & hominũ.Dic,
quæſo,ſi quis angelum ex cœlo deductũ hic ſtare iu-
beret,ac noſtros audire ſermones,tanquã ex hoc in-
ſtituendum:nónne pudor & riſus eſſet?Si vero de his
doceri ridiculum eſt,at his nec attendere quidẽ:quã-
tum erit condemnationis,quantus pudor,quòd etiã
Chriſtiani de fugiendo docẽtur iuramento? Attamẽ
toleremus,ne magis quoq; rideamur.Eia itaque vo-
bis ex veteri loquamur hodie teſtamento:quid vero
Eccl.23.b dicit?Iuramento ne aſſuefacias os tuum,nec nomini
ſancto familiaris fias.Quare? Sicut eñ ſeruus tortus,
inquit,continue à liuore non mundabitur, ita neque
iurans.Vides ſapientis huius prudentiam?Non dixit, D
Iuramento ne tuam aſſuefacias mentem , ſed os tuũ:
totum enim eſt oris,nã facile corrigi poteſt. Cõſue-
tudo enim eſt,quæ iam ſine volũtate patratur.Verbi
gratia , Multi thermas ingreſſi , cum primum fores
tranſcenderint,ſignantur. Hoc nouit manus vel nul-
lo iubente,& ex conſuetudine facere.Rurſum accẽſa
lucerna,mente frequẽter aliquid aliud operãte, ma-
nus ſignum facit.Ita quidem & os non cũ anima lo-
quitur,ſed ex conſuetudine: & in lingua totũ eſt po-
ſitum . Nec ſancto nomini familiaris fias . Magnum
quid inſinuauit,Nominationi, inquit, ſancti ne con-
ſueſcas.Sicut enim ſeruus qui continue torquetur, à
vibice & liuore nõ purgabitur,ita neque iurãs . Non
hic periurium dicit,ſed iuramentũ excidit,& ipſi ſta-
tuit vltionem:igitur iurare peccatum.Nam vere talis
eſt anima,tantis eſt confoſſa vulneribus,tantis liuori-

bus,ſed nõ vides?Hoc autem eſt malũ. Atqui potes,
ſi velis videre.Deus tibi dedit oculos: talib⁹ videbat *Pſal.37.a*
Propheta qui dicebat:Putruerũt & corruptę ſunt ci-
catrices meæ,à facie inſipientiæ meæ.Deũ contem-
pſimus, ſanctũ odimus nomẽ, conculcauimus Chri-
ſtum,pudorem ſoluimus: Diuini nominis cũ reuerẽ-
tia meminit nemo.Quòd ſi alicuius etiam ad nomen
exurgis, deum vero tam continue , tanquã nihil vo-
cas?In orationibus voca , voca eũ ad inimici benefi-
cium,voca ad animæ tuæ ſalutem:tunc aderit,tũc eũ
lætificabis,nunc autem irritas.Voca ſicut eũ Stepha- *Actu.7.g*
nus inuocauit:quid dicẽs?Domine ne ſtatuas eis hoc
peccatum . Voca, ſicut vocauit eũ Helcanæ vxor cũ *1.Re.1.a.b*
lachrymis.Non prohibeo,ſed vehemẽter exhortor.
Illum voca,ſicut & Moſes vocauit,& clamabat ꝑ eis *Exo.32.g*
orans,qui eum expulerant.Et tu quidem,ſi cuius ſine
honoris titulo memineris venerabilis viri,cõtumelia B
facta eſt:Deum autẽ circunfers opportune importu-
ne in ſermonibus tuis. Non prohibeo deum in mẽte
ſemper habere,imò magis precor & volo: tamen nõ
aliter quàm illi placet,ſed laudãtem,ſed honorantẽ.
Magna nanque nobis hoc contulit bona,ſi cum & a-
pud quos opus eſt,tantum eũ vocemus.Quare,quæ-
ſo,ſub Apoſtolis quidẽ virtutes edebantur,ſub nobis
vero nequaquã,cum idem ſit deus,idem nomẽ ? Sed
non eſt par vſus . Illi nanq; in illis ſolis quæ comme-
moraui, illum duntaxat vocabant:nos autem non in
his,ſed in aliis.Si vero nõ credit,& ideo iuras,dic q̃-
dem,crede:veruntamẽ ſi vis per teipſum iura. Quod
non legẽ Chriſto contrariam ferens dico : abſit : ait
enim, Sit in vobis,eſt eſt:&,nõ nõ: ſed vobis conde- *Mat.5.f*
ſcendens,vt magis in hoc vos inducam,& à tyrãnica
reducã conſuetudine.Quot in aliis probabiles ex his C
rebus perierũt?Vultis diſcere,quare priſcis iuramen-
tũ cõcedebatur?nã nec illic peierare fas erat:quoniã
per ſimulacra iurabant.Nõ confundimini in his legi-
bus permanere,in quibus indulgebatur illis infirmis?
Quoniam nunc quoque ſi gentilẽ accepero, non illi
ſtatim hoc iniungo, ſed interim ſcire Chriſtũ admo-
neo. Fidelis vero q̃ credidit & audiuit,ſi debet eãdẽ
exigere cum gentili indulgentiã,quid vtilitatis?quid
emolumenti? Sed cõſuetudo res difficilis,& vix abſ-
trahi poteſt. Itaq; quoniã eſt tanta cõſuetudinis vio-
lentia,eam in alterã transfer cõſuetudinem. Et quo-
modo,inquies,poteſt fieri?qđ ſępi⁹ dixi,id nũc quo-
que dico.Sint multi cẽſores,ſint inquiſitores,& pro-
batores multi: dic mihi, Si tegimen inuerſum poſuiſ-
ſes, nónne puerũ corrigere iubes , nec ab illo mone-
ri confunderis , cum illud quidẽ non multũ ſit dede-
cus?Hic autem in anima detrimentũ patiens, ab alio
corrigi erubeſcis.Et circa veſtimentum quidẽ ornã-
tem ſuſtines ſeruum,& ſubligantem, animam autem
non ſuſtines ornantem ? Sit & ſeruus horũ magiſter,
ſit & filiolus,ſit & vxor, & amicus, affinis & vicinus.
Sicut eñ fera,quæ ex omni parte agitatur,fugere nõ
poteſt:ſic & tot habentẽ cuſtodes,tot increpãtes, cũ
vndique pulſetur,non licet nõ cauere.Et primo qui-
dẽ die hoc ægre feret,& in ſecũdo & tertio:deĩceps
vero facillimum erit , & poſt quartum neq; negociũ
hoc exiſtimabit.Experientiam facite,ſi non creditis,
curã geratis quæſo.Non eſt vulgare peccatũ,vel me-
ritum: ſed vtrinque magnũ eſt & bonum & malum.
Opus eſt autẽ periurij detrimẽtũ ex ſcriptura quoq;
veteri manifeſtemus.Falx,inquit,volans erat lõgitu- *Zach.5.a*
dine cubitorum viginti, latitudine cubitorum decẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Volans velociſſimum vltionis incurſum ſignificat iu-
ramenta ſequẽtem. Multorum vero cubitorũ latitu-
do & longitudo vehemẽtiam indicat & magnitudi-
nem malorũ. At ex cœlo volare, ex ſuperno tribuna-
li ſententiã ferri. Falcata vero forma ineuitabilẽ ſup-
plicij ſortem. Sicut enim quocũq; falx incurrerit, nõ
ſolum ſecum arripit, verũ & caput amputat: itidẽ &
pœna iurãtibus ingruẽs eſt difficillima, nec prius ab-
ſiſteret, q̃ quod ſuũ eſt, obiret: quòd ſi iurantes eua-
dimus, ne cõfidamus: ad noſtrũ enim malum hoc fit.
Acto.5.a Nam quid cenſetis? quot poſt Ananiam & Sapphirã
eadem quæ illi ſunt auſi? quomodo igitur eadem nõ
ſunt paſſi? Nõ quoniã ipſis ignotum ſit, ſed quoniam
maiori differunt malo. Multa nanq; perpetrãtes, nec
dãtes pœnas, terreri magis & timere debẽt: augebũ-
tur enim eis ſupplicia propter impunitatem & dei lõ-
ganimitatẽ. Ne hoc itaque videamus, quòd nõ puni-
mur, ſed ne peccauerimˀ: ſi vero peccãtes nõ pœnas
damˀ, potius pauere debemˀ. Dic mihi, ſi quẽ habeas
ſeruum, & illi tantum mineris, & verbera nõ infligas:
quando magis timet, quando fugit, quando pedibus
elabitur, nónne quãdo duntaxat minaris? Vnde & al-
ter alterũ admonemus, nõ continue minari, ne timor
magis animã cõturbet, & plus quàm plagæ diſſipet:
illic enim ad tempus eſt vltio, hic autem cõtinua. Ne
igitur, quòd nũc falcis mala patiatur nemo, reſpicias:
ſed illud cogita, ſi talia facit, quoniã multa nũc fiũt,
qualia in diluuio: ſed diluuiũ factum nõ eſt: gehenna
enim & vltio promiſſa eſt. Multi perpetrãt qualia So-
domorum ciues, ſed ignis pluuia nõ deſcẽdit: igneus
em̃ paratus eſt fluuius. Multi Pharaonis ſcelera cõmi-
ſerunt, ſed Pharaonis pœnas non dederũt: nec in ma-
ri rubro ſunt ſubmerſi, quoniã pelagus eos expectat
abyſſi, vbi nõ cũ inſenſibilitate ſupplicium, nec licet
ſuffocari: ſed amplius eſt neceſſe torqueri, aſſari, ſtrã-
gulari, cõſumi. Multi Iſraëlitica ſunt aggreſſi, ſed eos
ſerpentes nõ momorderũt, manet autem eos vermis
qui nõ moritẽ. Multi Giezi peccata perpetrarũt, neq;
tamen lepra reſperſi ſunt: eos em̃ manet pro lepra in
binas partes ſecari, & poni cũ hypocritis. Multi quo-
q; iurauerũt & peierauerũt: ſi vero fugerũt quoq;, ne
confidamus: imminet em̃ dẽtium ſtridor. Et hic qui-
dem multa patientur incõmoda, licet nõ confeſtim,
ſed poſt alia peccata, vt & grauior ſit vltio. Quoniã &
nos frequenter à minimis occaſionẽ capiẽtes, & pro
magnis totum luimus. Itaq; cum aliquid tibi cõtigiſ-
ſe videris, illius peccati tui reminiſcere: hoc & Iacob
filiis accidit. Recordamini fratrum Ioſeph, fratrẽ ſuũ
vendiderũt, iugulare tẽtarunt: vel potius ipſa prom-
ptitudine iugulauere. deceperũt, contriſtarũt ſenem,
nihil pluribus poſt annis paſſi ſunt, tandẽ vero in ex-
tremum periculum inciderunt, & huius reminiſcũtur
criminis. Hoc itaq; valde ſapienter efficitur. Nam au-
di quid dicãt, Et merito: in peccato em̃ ſumus de fra
tre noſtro. Itidem & tu, cum aliquid acciderit, dicas:
Etiam in peccato ſumus, quoniã Chriſtum nõ audi-
uimus, quoniã iurauimus, iuramentorũ frequentia &
periuria ſuper caput meũ venerunt. Confitere: nã illi
quoq; confeſſi ſunt, & ſalui facti. Quid enim & ſi nõ
ſtatim ingruit vltio? Nã & Achab propter Nabuthe
nõ ſtatim poſt peccatũ paſſus eſt ea quę pertulit: qua-
re autẽ hoc fit? Dat tibi tẽporis præfinitionẽ, vt ab-
lui poſſis: cum vero perſeueraueris, tunc demũ pœnã
infligit. Vidiſtis quid patiãtur mẽtientes? Intellexiſtis
quid patiantur peierantes? Intelligite & recedite. Nõ

A licet iurantem non peierate & volentẽ, & inuitũ, nõ
licet peierantem ſaluum fieri. Vnũ poteſt periurium
omnia cõſumere, & vniuerſam nobis vltionẽ infer-
re. Propterea animaduertamˀ, & nobis caueamus vt
hic vltionem euadentes, dei miſericordia digni cen-
ſeamur, gratia & miſerationibˀ vnigeniti eius, cũ quo
patri ſimul & ſpiritui ſancto gloria poteſtas & honor
nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

De fugiendis iuramentis, & quòd deo gratias agere debemus, licet in paupertate degamus, Homilia XXVIII. ſuper Matthæum ex cap. V.

SI regnum aſſequi volumus, dilectiſſimi, plus
aliquid antiquis exhibeamˀ mãdatis, quippe
cum nõ aliter cœleſtia conſequi liceat. Nam
ſi ad eandem antiquorum menſuram peruenerimus,
extra cœli veſtibula remanebimus. Niſi enim abun-
B dauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarũ aut phari- Matt.5.f
ſæorum: non intrabitis in regnum cœlorum. Et tamẽ
licet tot minæ propoſitæ ſint, ſunt quidã qui nõ ſo-
lum illam non tranſcendunt iuſtitiam, verũ & ab ea
deficiunt. Non enim ſolum iuramenta non fugiunt,
verum & peierant: non tãtum laſciuum nõ declinant
aſpectum, verum & ipſam improbam actionem inci-
dunt, & alia reliqua prohibita ſine doloris aggrediũ-
tur ſenſu, vnum ſolum vltionis diem expectantes, &
quando ſupremam patratorũ pœnam dabunt: quod
eorum ſolum eſt, qui in nequitia vitã tranſegerunt: il-
los em̃ oportet deſperare, nec aliud quid quàm ſup-
plicium iam expectare. Qui em̃ hic adhuc ſunt, & pu-
gnare poterũt, & vincere, ac facile coronari. Ne titu-
bes igitur ô homo, neque bonã ſoluas promptitudi-
nem: nec em̃ grauia ſunt quæ præcipiũtur. Quis quę-
C ſo labor iuramentũ fugere? Nunquid enim eſt pecu-
niarum impenſa? Nunquid ſudor & ærumna? ſatis eſt
tantummodo velle, & totũ actũ eſt. Si vero mihi cõ-
ſuetudinẽ obiicis: propter hoc ipſum maxime facile
meritum eſſe dico. Si te nanq; in aliã tranſtuleris cõ-
ſuetudinem, totũ præſtitiſti. Cogita ſaltẽ quòd apud
gẽtiles multi balbutiẽtes, multa meditatione linguã
ſibi claudicãtẽ correxere. Alij autẽ humeros inepte
ſe motantes & reducentes, iugiter apponentes enſem
reſtituerunt. Poſtquam enim per ſcripturas nobis nõ
poteſt pſuaderi, ab externis monere vos cogor. Hoc
& deus apud Iudęos faciebat, dicẽs: Ite in inſulas Ce Hier.2.
thĩ & in Cedar mittite, & cognoſcite ſi mutauit gẽs
deos ſuos, & ipſi nõ ſunt dij. Et ad bruta vero frequẽ-
ter mittit, ita dicens: Vade ad formicã piger: & vade Prou.6.a
D ad apem. Hoc itaq; vobis & ego nũc dicã. Cogitate
gentiliũ philoſophos, & tunc ſcietis, quãto ſimus di-
gni ſupplicio, deſpiciẽtes diuinas leges, cũ illi quidẽ
pro humana honeſtate infinite laborauerĩt, vos vero
neq; pro cœleſti regno ſtudiũ par exhibeatis. Si ve-
ro poſt hæc dicas quòd eſt difficile conſuetudinẽ nõ
fallere vehementer quoq; ſtudentes: hoc fateor qui-
dem & ego. Veruntamẽ & illud cũ hoc pariter dico,
quòd ſicut eſt facile decipi, ſic & facile corrigi. Si nã-
q; domi multos vbiq; cuſtodes cõſtituas, puta ſeruũ,
vxorem, amicos, ab omnibus facile cõpulſus atq; co-
actus à mala recedes cõſuetudine. Et ſi decẽ tãtũ die-
bus id obſeruaueris, nõ iã amplius reliquo tẽpore in-
digebis, ſed cũ fiducia totũ erit tibi repoſitũ, pulcher
rimę cõſuetudinis firmitate viciſsĩ radicatũ. Cũ igitẽ
hoc corrigere cœperis, ſiue ſemel, ſiue ſecundo, ſiue
tertio, ſiue vigeſimo legem trãſcẽderis, ne deſperes,
ſed iterum

ſed iterum ſurge, & ſtudium tuũ reſume, & omnino
victor eris. Non enim vulgare malum eſt periurium.
Quòd ſi iurare mali eſt, peierare quãtum feret vltio-
nis? Laudaſtis dicta, ſed plauſibus mihi non eſt opus,
neq; laudantium vocibus & tumultu. Vnum dunta-
xat volo, vt cũ quiete & intelligentia audientes, quæ
dicũtur faciatis. Hoc mihi pro plauſu, hoc mihi pro
laudatione. Si vero dicta quidem cõmẽdes, quæ ve-
ro laudas nõ exequaris, maior quidem pœna, maior
autẽ accuſatio, & nobis dedecus & deriſio. Nec em̃
theatro paria ſunt præſentia, neq; tragœdos ſpectan-
tes nũc ſedetis, vt duntaxat applaudatis. Hic eſt ſpiri-
tualis ſchola: propterea & quod elaboratur, vnũ eſt,
vt dicta ſeruetis, & per opera obedientiã exhibeatis.
Tunc enim totũ receperimus: ſicut nunc vtiq; & iã
prohibuimus. Nam & ſeorſum occurrentes hęc mo-
nere nõ deſtiti, & vobis publice cõmemorare, & ni-
hil amplius tamẽ factum video, & vos adhuc priori-
bus detineri elementis: quod multum afferre docẽti
torporem idoneum eſt. Vide nanq; Paulum quoque
propterea ſuccẽſentem, quòd multũ temporis prio-
ribus diſciplinis auditores immorabãtur. Etenim cũ
deberetis, inquit, magiſtri eſſe propter tẽpus, rurſum
indigetis vt vos doceamini, quæ ſint elementa exor-
dij ſermonum dei. Propterea nos quoq; lugemus &
conquerimur. Et ſi permanentes videro, iã vobis in-
terdicam hæc aſcẽdere ſacra veſtibula, & immorta-
lium participes fieri myſteriorũ, ſicut fornicantibus
& adulteris, & homicidij reis. Nã melius eſt cum du-
obus vel tribˀ dei leges cuſtodiẽtibus ſolitas offerre
preces, quàm multitudinem aggregari præuarican-
Heb.5.e tium, & alios corrumpentiũ. Ne quis mihi diues, ne
quis potens hic intumeſcat, & ſupercilia contrahat.
Hęc omnia mihi fabula, vmbra & ſomniũ. Nullˀ em̃
præſentiũ diuitum illic mihi patrocinabitur, cum ar-
guar & accuſabor tanquam dei leges non congrua
cum acrimonia aſſeruerim. Hoc em̃, hoc & admira-
bilem illum ſenẽ vitam exhibentem inculpatã per-
1.Reg.2.c & 4.c didit. Sed tamẽ quoniam dei leges conculcantes ne-
glexit, cũ filiis fuit punitus, & atroces pœnas dedit.
Si vero vbi tanta erat naturæ vis, non cum debita ſe-
ueritate filiis vſus, tam grauem luit vltionẽ: quã nos
habebimus veniam, & ab illa liberi tyrannide, & per
aſſentationem omnia corrũpentes? Cum itaq; pau-
pertate vel morbo preſſus fueris, ô homo, ſi nõ aliun-
de, ex mendicantibus ſaltẽ per angiportos euntibus
deo gratias agere diſce. Hi nanque totum tempus in
mendicando conterẽtes, non blaſphemant, nõ indi-
gnantur, non ægreferunt, ſed totã mẽdicationis nar-
rationem in gratiarum agunt actione, magnũ facien-
tes deum & miſericordem. Ille quidem fame periens
benignum vocat, tu vero viuens in abundantia, niſi
cũcta ſimul accipias, crudelem nuncupas: quãto me-
lior eſt ille? Quomodo nos condemnabis? Commu-
nes nobis pręceptores, & calamitatum conſolationẽ
per terrarum orbem miſit deus pauperes. Es aliquid
præter voluntatẽ paſſus? ſed tale nihil, quale ille. Eru-
tus eſt oculus tibi? ſed illi duo: lõgo morbo laboraſti?
ſed ille incurabili: amiſiſti filios? ſed ille & ꝓprij cor-
poris ſanitatem: magna mulctatus es mulcta? ſed nõ-
dũ ad hoc es redactus, vt alterius indigeas. Deo gra-
tias age. Illos vides in paupertatis camino, & ab om-
nibus quidẽ petentes, à paucis autẽ accipientes. Cũ
orans defeſſus fueris, & nõ acceperis, cogita quoties
audiſti pauperem te vocantẽ, & nõ exaudiſti, nec ta-

A men ille grauiter tulit, nec affecit te cõtumelia: & tu
quidem hoc ex crudelitate facis, deus autẽ ex beni-
gnitate quoque facit vt non audiat. Si igitur ipſe cõ-
ſeruum propter crudelitatem nõ audiens, accũſari te
dignum non cenſes: dominum per miſericordiã ſer-
uum nõ audientẽ accuſas? Vides quanta ſit inæquali-
tas, quãta iniuſtitia? Hęc ſemper cogitemˀ, inferiores
in maioribus ærumnis cõſtitutos, & ita deo gratias a-
gere poterimus. Multis talibˀ exẽplis vita referta eſt.
Non paruam autem vigilans habet diſciplinã, & ad-
uertere volẽs etiã ex oratoriis ędibus. Propterea em̃
& ante eccleſias, & martyrũ monumẽta pro foribus
pauperes ſedẽt, vt nos ex huiuſmodi ſpectaculo mul-
tum capiamus vtilitatis. Conſidera nãque quòd no-
bis terrenas ingrediẽtibˀ regias, nihil huiuſmodi cer-
nere licet: ſed viri & honeſti & ſplẽdidi, & diuites &
B prudentes paſſim diſcurrunt. Ad veras autem regias,
eccleſiã dico, & oratorias ædes, & martyrũ templa,
dæmonibus preſſi, trũcati, pauperes, ſenes, cæci, mẽ-
bra præferentes obtorta. Quid hoc tandẽ? Vt tu do-
cearis ex horum ſpectaculo, primũ, vt ſi quem faſtũ
extrinſecus trahẽs ingreſſus, in illos reſpiciẽs, tumo-
re depoſito, & contrito corde, ſic ingrediaris, & quæ
dicũtur audias. Non enim poteſt cum ſuperbia orãs
audiri: vt cum ſenem videris, non in iuuenta altũ ſa-
pias, cum & hi nunc ſenes iam, fuerint iuuenes: vt cũ
in exercitu & potentia regia multũ glorieris, cogites
quòd ex his aliqui fuerũt in regalibus aulis ſplẽdidi:
cum in corporis ſanitate confidas, his vacans ſenſum
tuum corripias. Huc enim iugiter ingrediens, qui ſa-
nus quidem eſt, nõ altum ſapiet in corporis ſanitate:
qui vero laborat, non vulgarẽ hauriet conſolationẽ.
C Nec ob hoc ſolum hic aſſident, verũ & vt te miſeri-
cordem faciant, & ad miſericordiam flexus dei beni-
gnitatem admireris. Nam ſi deus illos nõ erubeſcit,
ſed in veſtibulis ſuis cõſtituit: multo magis tu ne ter-
renis ædibus altũ ſapias, nec erubeſcas cũ à paupere
vocaris. Et ſi acceſſerit & genua teneat, ne repellas.
Canes enim quidam ſunt admirabiles regiarũ cœle-
ſtiũ: neq; contẽnens eos canes vocaui, abſit, ſed ma-
gnopere laudans: regiã enim cuſtodiũt aulã, eos igi-
tur paſce. Honor enim ad regẽ tranſit. Illic omnia fa-
ſtus, in terrenis dico aulis: hic omnia ſunt humilitas:
quoniam nihil humanũ ex ipſis præſertim veſtibulis
diſcis. Quòd diuitiis deus nõ delectatur, ex ipſis pro
foribus ſedentibus doceris. Horum em̃ ſedes & col-
lectio tantum non eſt admonitio ad omniũ hominũ
D naturam vocem emittens præclaram & dicẽs, quòd
nihil humana ſunt, ſed fumus & vmbra. Si bonum eſ-
ſent diuitiæ, ante propria deus veſtibula pauperes nõ
collocaſſet: ſi vero diuites quoq; ſuſcipit, ne mireris:
non em̃ propterea ſuſcipit, vt diuites maneant, ſed vt
à tumore liberẽtur. Audi quid eis Chriſtus dicat: Nõ Matt.6.d
poteſtis deo ſeruire & mãmonæ: & rurſum. Difficile Mar.10.c
diues ingreditur regnũ cœlorum: & iterum, Facilius Luca.8.c
eſt camelum per foramẽ acus intrare, quàm diuitẽ in
regnũ cœlorũ. Propterea diuites admittit, vt hęc au-
diant verba, vt æternas concupiſcãt diuitias, vt cœle-
ſtibus inhient. Et quid miraris, quòd ad veſtibula ſua
pauperes ſedere non dedignatur? ad ſuã enim ſpiri-
tualem memſam eos vocare, & illud cõmunicare cõ-
uiuiũ non dedignatur. Sed claudus & mutilus, ſenex
& pannoſus, ſordidus & muccoſus, cũ iuuene pariter
ſpecioſo, & ipſo purpurã induto, & in capite diade-
ma geſtãte futurus mẽſæ particeps venit & ſpiritua-
le petit

Universidad de Deusto
Biblioteca

le petit conuiuium,& iisdem ambo fruuntur,nec vlla est differentia.Et Christus quidem eos ad mẽsam cũ rege simul vocare non dedignatur. Pariter enim ambo vocãtur.Tu vero forte videri dedignaris pauperi dans vel loquens?O superbiam & fastũ. Vide ne di- *Luc.16.* uiti prisco similia patiamur.Ille vel cernere Lazarum dedignabatur,nec ei domum vel tectum cõmunicabat, sed extra iacebat apud ianuã prostratus, sed nec alloquio ab eo dignus fuit existimatus:sed vide quomodo in necessitate & indigentia constitutus, nullũ ab eo consecutus est auxiliũ. Nã si quos Christus nõ erubescit, nec nos erubescamus. Christum erubescimus,ipsius amicos habẽtes pudori.Tua repleat mensa claudis & debilibus:per hos venit Christus,nõ per opulentos.Forte rides audiẽs.Itaq; ne putes dictũ esse meũ, ipsum audi Christum asserentem: ne rideas, sed horrescas.Cum facis prandium vel cœnam, noli vocare amicos tuos,neque fratres tuos,neq; cognatos,neque vicinos diuites, ne forte & ipsi te vicissim vocent,& tibi fiat retributio:sed cum facis conuiuiũ, voca pauperes,debiles & claudos,cæcos,& eris beatus:quoniam non habent quod tibi retribuant,retribuetur autem tibi in resurrectione iustorũ. Et gloria maior hinc nascitur,si tantum huius es cupidus:ex illis enim liuor & inuidia, accusationes & cõtumeliæ, multúsq; timor,ne quid præter decorum fiat:& tanquam domino seruus assistis,& si maiores sint, ab eis accusationem & redargutionem timens: in his autẽ huiusmodi nihil,sed quęcunq; eis appositeris,cũ voluptate cuncta susçipiunt,& multus plausus, splendidior gloria,maius miraculũ.Non sic illis applaudũt, sicut his omnes audientes:si vero nõ credis, tenta tu qui diues es,q. duces & principes vocas:voca pauperes,& ex his imple cõuiuiũ, nisi ab omnib⁹ tibi plaudatur,nisi ab omnibus ameris,nisi omnes vt patrẽ habeant. Illorum quidẽ conuiuiorũ emolumentũ nullum,pro his verò cœlum est repositũ, & quæ sunt in cœlis bona: quæ nos oẽs assequi detur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria potestas & honor, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Contra irascentes. Homilia XXIX.
Ex Act. Apostol.

NON sic homines beneficiis adducũtur,sicut timore castigãtur. Admirabiles autẽ & magni,& deo grati, nullius horum indigẽt.Talis erat Paulus: non enim regni, non gehennæ rationem habebat. Hoc enim Christum diligere, hoc nõ esse mercenarium, neque quæstum pietatem existimare, aut dei verbum adulterare: sed virtute veraciter esse præditum,& propter dei dilectionem omnia facere.Quantis itaque dignum lachrymis, cum tantam debentes mensuram,neq; saltem tanquam institores cœleste regnũ curemus? Tanta nobis Christus pollicetur, & ne sic quidem dignus censetur audiri. Quid hac peius inimicitia fieri possit?Atqui pecuniarũ amore furẽtes,licet inimicos,siue seruos,siue atrocissimos hostes,siue malos omnes inuenerint, si tantum sperẽt quòd per eos pecunias acquirere possint, omnia faciunt,assentantur & blandiuntur,seque seruos exhibent,& se tantum omnibus honestiores esse putabũt,vt ab eis aliquid capiant. Pecuniarum enim spes horum nihil cogitare permittit.Regnum autem non potuit,quantum pecunia: quinimò nec minimã partem.Nõ enim quilibet est qui pollicetur,sed ipso maius habetur regno ab huiusmodi sumere.Nũc itaque fit idem, quale si rex suos quidem hæredes, filij vero cohæredes post alia quoq; innumera beneficia nos constituere volens contemnatur. Latronum vero princeps, qui eos parentésque nostros innumeris affecit incõmodis,& infinitis plenus est malis,& nostram confudit gloriam & salutem,vno tantum obolo prætento à nobis adoretur.Regnum deus pollicetur & cõtemnitur: gehennam ministrat diabolus, & honoratur.Hic de⁹,ille diabolus:sed præceptorũ videamus differentiam.Si nihil enim horum foret,nec hic quidẽ deus,ille vero diabolus: nec hic quidẽ regnum,ille vero gehennã præberet:ipsa mandatorum natura facile persuadere posset,vt huic adhęreamus. Quid em̃ deus mandat?ea quæ faciũt glorioſos: diabolus quæ confundunt:hic quæ innumeris inuoluũt ærumnis & ignominiis: ille multam quietem habentia.Nã vide,quæso,hic inquit:Discite à me,quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris:at ille.Fer⁹ esto & immitis, & bile tumẽs, & iracundus, & fera magis q̃ homo: Videamus vtrũ vtilius,quid vero magis expediat.Ne hoc,inquit, dicas:sed cogita quòd diabolus est.Optimè quidẽ,si illud ostẽderetur.Sustinere labores oportet,& victoriæ præmia vicissim erunt maiora.Nõ enim qui facilia præcipit, hic nostri curã gerit,sed qui vtilia: quoniam & patres grauia filius iniungunt, sed propterea sunt patres:& rursum seruis domini:at plagiarij & pditores contraria: veruntamen quòd & voluptatem habeant,est inde manifestum.Inter quos em̃ esse putas bile percitum?Inter quos vero tolerantem & mitem?nónne huius anima quidem solitudini cuidã est similis multam habenti quietem:illius autem foro & tumultui,mediisque ciuitatibus,vbi multus euntiũ & redeuntiũ clamor camelorũ, mulorum & asinorum, & accidentiũ aures agasonibus multo replẽtibus sonitu ne conculcentur: rursum argẽtariis & ærariis vtrinque cudentibus, & his quidẽ molestiam patientibus,his autẽ inferentibus?At mitis huius mens cuidam montis vertici similis est, auram quidem habẽti tenuem,purum vero radium,pura fontium fluẽta, multáque florum amœnitates, vernantiumque pratorum,& ortorum plantis & floribus frondentiũ, & aquis viridãtium irriguis.Si quis autem & sonus immurmuret,dulcem & multam insparget audientibus voluptatem:vel aues enim canoræ summis arborum insident frondibus,& cicadæ ac luscíniæ,& hirundines concentum quendã concorditer efficiunt musicum. Vel Zephyrus arborum foliis sensim aspirans, pinos & piceas susurrantes,& cygnos frequẽter imitans,& rosæ ac violæ & flores se leniter inclinãtes,& viridantes quasi mare cœruleum blande fluctuãs exhibẽt:quinimò multas aliquis inuenire posset imagines.Nam cum in rosas quidem respexerit,iridẽ se videre putabit:cum vero violas, pontum fluctuantem: at cum lilia, cœlum. Nec aspectu vero tantum & visu huiusmodi tũc delectabitur,verum & ipso corpore pratum intuentis,illum magísq; remittit, & respirare facit, vt se magis in cœlo q̃ in terra esse censeat. Est & alia quædam vox, cũ à vertice mõtis aqua per riuos sponte defluẽs,& subiectis lapillis quieto sono sensim immurmurat, & ita mẽbra resoluit per voluptates,vt statim laxatiuũ oculis somnũ ingerat. Audistis cum delectatione narrationẽ? Forte iam & solitudinis

litudinis amatores estis facti,sed hac solitudine iucũdior est multo longanimis viri anima. Non enim vt pratum describeremus,nec vt ad ostentationem verba produceremus, hanc attigimus similitudinẽ: sed vt per descriptionem videntes quãta sit longanimorum voluptas,&quòd multo magis cũ longanimi viro conuersans quis delectaretur, & iuuaretur, q̃ in talibus cõuersans locis,hos sectemini.Cum enim neque spiritus vehemẽs ex hac exeat anima, sed mites quidã sermones & benigni, vere illam Zephyri lenitatẽ & quietẽ imitatur:& admonitio nihil quidẽ habens austerum,canoras autẽ imitans aues:quomodo non hoc melius? Nõ enim corpori illiditur sermonis aura,sed animos refouet calentes & exęstuãtes.Neq; febricitantẽ medicus hominẽ tã cito liberauit à febre per qualencunq; sedulitatem, quàm longanimis homo iratum & ira ardentem petens propriorũ spiratione sermonum refrigerauit. Et quid dico medicum?neque ferrum ignitum,& aquæ immersum tam cito calorem amitteret, quàm in longanimem mentem incidens iracundus.Sicut autem si forum ingrediantur aues canoræ,nugæ esse viderentur,ita quidẽ & monita nostra in iracundas animas incidentia.Iucundior igitur mansuetudo bile & audacia: sed illud quidem deus,hoc autem diabolus mandauit.Videte quòd non temere dixi,quòd etsi nõ esset diabolus & deus,ipsa p se præcepta poterãt nos monere.Hic quidem & sibi iucũdus,& aliis vtilis: ille vero & iniucũdus sibi,& aliis damnosus: nihil enim iracũdo homine insuauius,nihil grauius,nihil infestius, turpius nihil:sicut è contrà,nil nescio irasci iucũdius.Feræ potius quàm iracundo homini cohabitandũ est. Nam illa cum semel mãsuefacta fuerit, suam seruat legem: hunc autem quotiescunq; mitigaueris, rursum efferatur,nisi quis in talem habitum ipsum induceret.Sicut em̃ dies clara & serena,& hyems multæ plena tristitiæ,itidẽ & irascentis animus,& mansueti.Sed nõdum aliis noxia videamus ingruentia,sed ipsis:atqui & hoc non exiguum damnum,alteri malum aliquod inferre.Veruntamen hoc interim cõsideremus:Quis tortor ita laniare latera poterat?Quæ ignita tela corpus ita perforarent?Quis furor ex naturalibus ita sensibus excedere facit, sicut furor & iræ consternatio? Noui multos ex ira morbos incurrisse,& febriũ difficillimæ præsertim hæ sunt.Si vero ita corpora lædũtur,animas cogita: ne cogites enim quod non vides, sed cogita,si maliciam susçipiens ita lædítur,quantũ patiens patietur detrimentum. Multi oculos amiserunt, in grauissimum multi morbum inciderunt: generosè quidem ferẽs omnia facile sustinebit.Veruntamẽ talia tanquam grauia imperat, & horum nobis mercedem statuit gehẽnam,& diabolus est,& nostrę salutis inimicus: & magis huic q̃ Christo paremus, qui saluator est & benefactor & protector,& talia dicit,quę iucundiora sunt & honestiora,vtilioráque,ac magis expediunt,& nobis & necessariis nostris plurimum prosunt.Nil iracundia peius, chariſſimi, nil ira intempestiuius. Nõ opus est multa dilatione, acutus est morbus.Frequẽter ex ira verbũ aliquis emisit, ad cuius remedium totius indiget vitæ:& aliquid cõmisit quod omnem ipsius vitã subuertit. Hoc enim est difficile,quod in breui tempore, & per solã actionẽ, & per vnum duntaxat verbum æternis nos frequẽter excluſit,& multos euacuauit labores. Itaq; vos hortor,vt omnia faciatis,vt hanc ferã cohibeatis.Et hæc quidẽ de mãsuetudine & iracũdia sint dicta. Si quis vero sermoni & alia adiiciat, vt auaritiam, & pecuniarum contemptum: inanis gloriæ cupiditatem, & veram gloriam,lasciuiam & modestiam,inuidiam & benignitatem, & alterã alteri vicissim opponat, tũc differentiã intelliget.Videtis, qualiter ex præceptis duntaxat hic quidem deus, ille vero diabolus esse monstratur?Pareamus itaq; deo,nec in barathra nos præcipitemus:sed dũ tempus est, equũ cohibeamus, ne sessorem subuertamus:irę amputemus alas,ne amplius malum in altitudinem extollatur. Acutũ enim est ira vitium, acutum & efficax animas nostras furari:propterea passim oportet ei aditũ obstruere:absurdum enim est,feras quidem mansuefacere posse,animam vero nostram insolescẽtem despicere. Ignis est vehemens ira,omnia deuorãs:nam & corpus perdit, & animam corrumpit,& reddit insuauem, & in visu quenque turpissimũ. Quòd si furoris tempore posset irascens sibimetipsi notus fieri,nõ alia foret opus admonitione. Nihil enim irascẽtis deformius aspectu. Ebrietas quędam est ira,imò vero difficilior ebrietate,& dæmone miserabilior:sed si modeste agere meditemur,optimã philosophię viam inueniemus.Propterea Paulus cum ira clamorẽ quoq; sustulit.Pareamus itaq; totius philosophę præceptori,& cũ in seruos irascimur,nostra cogitemus peccata,& eorũ cõfundamur mansuetudine. Nam cum tu quidem afficias contumelia, ille vero contumeliã tacite toleret: & tu quidem indigneris,ille vero philosophetur:hoc pro omni capias admonitione.Etsi nanq; seruus est, homo tamen,& animam habens immortalem,& iisdem à communi domino donis est honoratus.Si autem in maioribus & spiritualibus nobis cõpar humanam quandam & vilem excellentiam à nobis illa tãque fert:qua digni venia nos essemus,qua tandẽ excusatione,propter dei timorem philosophari valentes,magis vero nolentes,sicut ille ꝓpter nostri timorem?Hæc igitur omnia pensantes,& nostra cogitantes peccata,& communẽ humanitatis naturam, vbique leniter loqui meditemur,vt humiles facti corde, requiem animabus nostris inueniamus præsentémq; & futurã:quã vt omnes assequamur,fiat gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria,imperiũ & honor nunc & semper,& in secula seculorum,Amen:

De ira, Homila XXX.

ETSI belli tempus nõ est,dilectissimi, fiducię tamẽ tẽpus semper est.ait enim,Loquebar in conspectu regum, & non confundebar. *Psal.118.* Si inter medios incidamus gentiles, sic eos obmutescere faciamus absque ira,absq; sæuitia. Nam si cum ira hoc faciamus,non iam fiducia,sed animi vitiũ esse videtur: sed si mansuete,hæc est vere fiducia: non enim simul esse possunt meritũ & delictum. Fiducia,meritum:ira,delictũ. Oportet itaque nos,si fiduciã habere cupimus,ab ira mundos esse,ne quis illa cogitet verba.Etsi iusta dicas cum ira,cũcta perdidisti,siue fiducialiter agas,siue cõmoneas,siue quodlibet geras. Zelus enim venia carens, non zelus, sed ira potius est:& correctio humanitatem non habens, inuidia quædam esse videtur. Vide beatum Stephanum non cum furore loquentem:nõ enim contumelioſe locutus est,sed eos sermonis prophetici cõmonuit. Quoniã enim non erat ira cũ male patiebatur,

tunc pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.7. tunc pro eis orabat dicẽs: Ne ſtatuas eis hoc peccatũ. Eis itaq; non iraſcens, ſed pro eis dolens, & mœrens hæc loquebatur. Quoniam & aſpectũ propterea dixit, quòd viderunt faciem eius tãquam faciem angeli: vt credamus. Mundi ſimus igitur corde. Nõ habitat ſpiritus ſanctus vbi furor: maledict⁹ iracũdus. Nihil ſani poteſt emanare vnde procedit ira: ſicut enim in maris tẽpeſtate multus tumultus, clamor magnus, nec ibi quis philoſophãdi tẽpus habet: ita nec in ira. Si quid philoſophicum anima vel doceri, vel dicere debeat: opus eſt ſit prius in portu. Nõ vides, quemadmodum cũ volumus de quibuſdã neceſſariis loqui, loca tumultu libera obſeruam⁹, vbi quies, vbi trãquillitas, ne de propoſito exturbemur? Sed ſi exterior diſturbat tumultus, multo magis interior turbatio. Siue quis orat, incaſſũ ira vexatus & cogitationibus orat: ſiue loquat, rurſum erit obnoxius riſui: ſiue comedat, & ita quoq; ſine non comedat, itidẽ lædit̃: ſiue bibat ſiue non bibat, ſiue ſedeat ſiue ſtet, ſiue vadat ſiue cubet. Nam & in ſomniis tales concipiunt imagines. Quid enim horum non fuerit abſurdũ? Triſtes oculi, os obtortũ, labra mobilia & tumentia, lingua polluta, nemini parcens, mens in exceſſu poſita, indecẽs habitus, tædij multum. Vide dæmonibus preſſorum vultus, ebriorum & furentium. Quid inter ſe differunt? nónne furoris totum eſt? Quid enim ſi hoc ad tempus efficitur? Nam furens ad tẽpus premitur, hoc autem quid peius, quòd & ſe non confunduntur excuſare? Neſciebam, inquit, quid dicerẽ. Et quare neſciebas hoc, cum ſis homo rationalis? Rationem habens, irrationalium opera facis, tanquam effrænis equus furore correptus & impetu? Et excuſatio quidẽ eſt accuſatione digna. Vtinam enim ſciſſes quæ dicebas. Iræ ſunt, inquit, verba, non mea. Quomodo ſunt illius? Certe vires ira non habet⁹, niſi ſumat abs te: quale ſi quis dicat: Man⁹ ſunt, nõ mea, vulnera. Quid maxime putas ira opus habere? nónne bellum & pugnam? Verum & illic ſi quid cum ira fiat, omnia perdita fuerint & perierint. Præcipue nanque pugnantes iraſci non oportet, maxime contumeliam inferentes non oportet iraſci. Et quomodo pugnãdum eſt? Ratione, manſuetudine. Pugna ſiquidem eſt ex contrario conſiſtere. An non vides & hęc bella, lege, compoſitione & temporibus definita? Ira nanq; nil aliud eſt, quàm irrationalis impetus: irrationali vero rationale fieri poteſt nihil. Quoniam & hic talia loquebatur, & non iraſcebatur, & Helias dicebat: Quouſque
3.Reg.18. claudicabitis vtriſque poplitibus veſtris? & non iraſcebatur. Et Phinees iugulabat, & nõ iraſcebatur. Nã ira videre non permittit, ſed velut in pugna nocturna colligans omnia, & oculos, & aures ſic operatur. Ab hoc igitur dæmone liberemur, eũ corripiamus incipiẽtem, ſigillum pectori quaſi quoddam frenũ imponamus. Canis eſt impudens ira, ſed legẽ audire diſcat. Si fuerit canis in grege tam ferus vt non obediat iubenti paſtori, nec eius vocem agnoſcat, omnia perdita ſunt & corrupta: cum ouibus paſcitur, ſed ſi oues guſtauerit, inutilis eſt & iugulat̃. Sed ſi te diſcit audire, ale canem, vtilis erit contra lupos, & contra piratas, contra latronum principem, non aduerſus oues, non aduerſus domeſticos: ſi non audiat, omnia corrumpit: ſi contẽnere didicerit, oĩa perdit. In te manſuetudo non abſumatur, ſed ei cuſtodiatur ira, & pinguis reddat̃, & in tuto paſci curabit, ſi ſceleſtas cogitationes & improbas abſumat, ſi diabolũ vndiq; pellat: ita manſuetudo conſeruatur, cum improba nuſquã affuerint opera. Ita venerabiles efficimur, cũ imprudenter agere nõ diſcimus. Nihil enim ita facit impudentem, quàm mala cõſcientia. Quare meretrices ſunt impudentes? quare virgines virecundæ? Nónne illæ ex peccato? nõ hæ ex modeſtia? Nihil enim tam impudentem facit, quàm peccatũ: imò in cõtrarium, inquit, cõfundit. Cõfundit eum quidem, qui ſeipſum condemnauerit: at eum qui frõtem perfricuerit, efficit procaciorem. Qui nanq; de ſeipſo deſperauit, efficitur audax: dicitur em̃: Impius cũ in profundũ malorum venerit, contemnit. Impudens autem etiã temerarius fuerit, temerarius autẽ & audax. Vides quomodo manſuetudo cõſumitur, cum malæ cogitationes eam corroſerint? Propterea talis eſt canis multũ latrãs. Eſt funda nobis & lapis, noſtis quod dicit̃: eſt & haſta nobis, & mãdra, & ſtabulũ. Cogitationes innoxias cuſtodiamus. Si canis ouibus quidẽ aduletur, aduerſus autẽ externos ſęuiat & vigilet: hæc eſt canis virtus, & licet eſuriat, ex ouibus nõ guſtare: & licet in ſaturitate ſit, lupis nõ parcere. Talis eſt & ira, ſiue quis mordeat, ab humanitate non recedere: ſiue quieſcat, aduerſus malas inſurgere cogitationes. Et proprium quidem & proximum nõ derelinquere, ſed agnoſcere, alienum autem & adulando lædere. Adulatur frequẽter diabolus, vt canis. Aduertas quòd alienus eſt: ita nos quoq; virtuti, licet triſtitiam afferat, blandiamur: & à malitia, licet oblectet, auertamur: nec canib⁹ peiores efficiamur, qui licet flagellentur & angantur, non recedunt: ſi vero alienus eos etiã paſcat, ita quoque tamẽ infeſtant. Eſt vtilis ira quandoq; , ſed cum aduerſus alienos latrat. Quid eſt, Qui iraſcitur fratri Matt.5.
ſuo ſine cauſa? Eſt hoc, ne teipſum vlciſcaris, neq; vindices. Si inimicum videas pereuntem, manũ porrige. Non etiã hoc ira eſt, cũ propria fueris abſolutus paſſione. Cepit Saũlem Dauid, nec iratus eſt, nec haſta 1.Reg.24.
transfixit hoſtem captum, ſed diabolũ vltus eſt. Moſes cum alienum quidem iniuriam inferentẽ videret, occidit: cum vero proprium, non itidem, ſed fratres quidem cõciliabat, illos verò nequaquam. Mãſuetiſſimus Moſes, vt ſcriptura teſtatur, vide quã ſolers erat: nos autẽ non ita. Sed vbi quidem exhibere manſuetudinẽ opus eſt, omnibus feris ſęuiores ſumus, minimè, prout opus eſt, in nobis poſita diſponẽtes. Propterea quidem in nullũ meritũ vita nobis eſt impenſa. Et in ſupellectilibus quidẽ, ſi qua alius aliter vtatur, omnia perdita ſunt: ſi ſumpto gladio, vbi eo ſit opus vti & incidere, manu vtat̃, nihil proficiat: rurſum vbi manu ſit vtẽdum, gladium adhibens, omnia perdiderit: Sic & medicus, vbi quidem ſit incidendum non incidens, incidens autem vbi non incidendum, omnia corrũpit. Propterea rogo, re pro tẽpore vtamur. Iræ ſiquidem tempus nullũ, cum nobis auxiliamur. Si vero ſit opus alios corrigere, tunc ea præſertim opõrtet vti, vt alios eruamus. Nõ cernitis dæmonibus preſſos, cũ à vexatione requieuerint, quàm ſint triſtes, quàm mœſti, quanta ſint eorum facies verecundia plenæ, quomodo nec è contra reſpicere audeant? Inconuenientiam vide. Illi quidem de his quæ patiuntur, erubeſcunt: nos autẽ de his quæ gerimus, non confundimur. Illi quidem iniuriã patientes, verecundiam ſuſtinent, nos autem iniuriam inferentes, non erubeſcimus: licet illorum caſus nõ pudore ſint digni, ſed miſericordia & fauore ac venia, & multa admiratione, & innumeris laudibus, cũ taliter impugnantem

gnantem ſuſtinentes dæmonẽ æquo animo ferãt: at noſtra vere riſu, verecundia, accuſatione, caſtigatione, pœna, ſupremis malis, & gehẽna, nec vlla ſunt venia digna. Vides quòd dæmone peius eſt peccatũ? Et illi quidem ex his quæ patiũtur, duplex lucrũ lucrãtur: vnum quidem, quòd corriguntur, & modeſti⁹ agunt: ſecundum vero, quòd propriorum hic dantes peccatorum pœnas, ad dominũ mũdi trãſeunt. Pro hoc em̃ frequẽter locuti ſum⁹, quòd hic pœnas luẽtes, cum æquo animo ferant, peccata multa deponere credendum eſt. At ex peccatis duplicia ſunt mala, vnum quidem quòd offẽdimus: ſecundũ vero, quòd peiores euadim⁹. Aduertite, quęſo, quod loquor. Nõ hoc ſolũ ex peccato detrimentũ ferimus, quòd peccamus: ſed & aliud, quòd habitum anima ſuſcipit, ſicut in corpore. Per exemplum, quod dicitur, reddetur manifeſtius. Sicut, inquam, febre correptus, non tantum hanc paſſus eſt moleſtiã, quòd infirmatus eſt, verum & quòd poſt morbũ iam erit imbecillior, licet ad bonã valetudinem ex longa redeat ægritudine. Sic quidem & in peccato, licet valeamus, etiam multa indigemus fortitudine. Da mihi quempiã cõtumelioſum, licet contumeliæ pœnas nõ dederit, & aliunde tamen lugẽdum eſt, quòd eius anima reddita ſit impudentior. Peccatorum enim quoque, & crimine patrato & tranſacto, quoddam in anima noſtra venenum reponitur. Non audis quoſdam dicẽtes cũ bene valeant: nõdum aquã audeo bibere? Atqui cõualuit quidẽ, ſed morbus & hoc intulit detrimentũ. Et illi quidem male patientes gratias agunt, nos autẽ rebus vtentes proſperis, blaſphemamus deũ, & indignamur. Plures enim in diuitiis & ſanitate deprehenderis hoc faciẽtes, quàm in paupertate, maláq; valetudine. Ingruit enim dæmon, quaſi vere tortor acerrimus multa dicens, tanquam pædagogus quidã intendens lorum, non ſinens vſquam diffundi. Si qui vero nec prorſus vigilant, nec illi dãt pœnas, parum hoc curandum, tanquam ſtulti, tanquã furentes, tanquam pueri pœnas nõ exigunt: nemo nanq; tam ſæuus qui eorum quæ gerũtur, imprudenter pœnas vnquã exigat. Multo peius itaque preſſis dæmonio ſumus, qui peccamus, diſpoſiti. Sed nõ ſpumamus, nec oculos cõtorquemus, nec manus. Vtinã hoc in corpore pateremur, & non in anima. Vis tibi demõſtrem animam ſpumantem & immundam? Cogita iraſcentes & ebrios ex ira. Qua ſpuma non emittunt immũdiora verba? Vere velut fœtidam ſaliuam emanãt. Et ſicut illi præſentium norunt neminẽ, ita nec hi, obtenebrata eis mente, & oculis conuerſis, non amicum, non inimicũ, nõ venerabilem, nõ contemnendũ, ſed oẽs ſimiliter aſpiciunt. Nónne vides eos trementes, ſicut & illos? At non humi ſternuntur. Sed eorũ anima iacet humi, & palpitãs cadit. Si nanq; recta ſtetiſſet, nõ paſſa fuiſſet ea quæ paſſa eſt. An nõ eſſe tibi videnṫ animę proſtratę & propria ſpoliatę ſolertia, quę faciũt & dicũt ebrij ira? Eſt & alia furoris ſpecies difficilior. Qualis autem hæc? Cũ nec irã dimittere ſuſtinent, ſed propriũ malũ apud ſe nutriunt, mali memoriam, quaſi quendam tortorẽ. Ipſos enim primos occidit mali recordatio, vt omittam futura. Quantũ eſſe putas tormẽtũ homini pręcordia percuſſo, quotidie qualiter inimicum vlciſcatur cõſideranti? Priorem ſemetipſum punit & caſtigat, intra ſeipſum tumens, aduerſus ſe pugnans & exardeſcens. Nã neceſſe ſemper eſt apud te ignem accenſum eſſe. Et febrẽ in tantum extendens nõ ſinis deſiſtere. Et illi putatis mali quippiã inferre, teipſum ipſe conſumis, flagrantem ſemper & vigentẽ ferens flammam, nec animã permittens requieſcere, ſed ſemper ſæuius & in turbatione mentem habens & procella. Quid hoc grauius furore, ſemper eſſe triſtem, & inflatũ, & ſemper ardere? Tales enim ſunt mali memoriam ſeruantium animæ. Cum eum quem volunt vlciſci, viderint, ſtatim conſternati ſunt: ſi vocem audierint, concidunt, tremunt. Si lecto recumbent, innumeras ſibi fingunt pœnas, ſuſpendentes, ſuúmque torquentes inimicũ: ad hęc vero, ſi bene ſe gerentem viderint. O vltionẽ. Ergo peccatum ei dimitte, & à torméto temetipſum abſolue. Quid manes ſemper ſupplicium ſuſtinens, vt illum ſemel punias & vlciſcaris? Quid ſtruis, teipſum ægritudine conſumens? Quid iram animo tuo exſolui volentem cohibes? Nec ad veſperam vſq; maneat, inquit Paulus: tanquam enim tabes quedam & tinea mentis noſtræ radicem corrodit. Quam tuis viſceribus feram includis? Satius eſt anguem vel viperam in corde tuo latẽre, quàm iram & rancorem. Illa nanq; nos repente relinquunt, hæc autem ſemper remanet dentes infigens, infundens venenũ, graues adducens cogitationes. Ne me derideat, inquit, ne me contemnat. Homo miſer & ærumnoſe, nõ vis à conſeruo derideri, ſed à domino tuo pateris odio haberi? non vis à conſeruo contemni, ſed dominum cõtemnis, & ab eo contemni nõ toleras? Deum autem ægreferre nõ cẽſes, quòd eum derides, quòd cum contẽnis, ei nolens obtemperare? Quòd autem te nũc deridebit, inde manifeſtum erit. Itaq; ſi procedas quidem, multũ eſt riſus, contemptus multum, puſilli ſiquidẽ opus eſt animi. Si vero dimittas, admiratio multa, magni quippe fuerit hoc animi. Neſcit, inquit. Sciat de⁹, vt mai⁹ habeat meritum: ait enim, Facite non valentibus vobis retribuere. Et ita beneficium conferimus in neq; ſentientes ſe beneficium accipere, ne nobis laudẽ vel quidlibet retribuentes, nobis mercedem diminuãt: cum em̃ ab hominibus nihil acceperimus, tũc à deo maiora recipiemus. Quid vero riſu dignius? Quid anima ſemper iraſcente frigidius, & euadere volente? Muliebris hæc & puerilis electio. Sicut enim pueri & aduerſus inanimata ſolẽt iraſci, & niſi mater pulſet pauimẽtum, iram non ſedant: ita ſcilicet & hi eos qui iniuriam intulerunt, volunt vlciſci. Igitur ipſi riſu ſunt digni. Ab ira nanq; teneri, puerilis eſt ſententiæ: at vincere, fortitudinis eſt. Non itaq; deridebimur cum philoſophabimur, ſed illi. Non eſt contẽptibilium hominũ ab ira nõ vinci. Contemptibiliũ autẽ eſt ita timere riſum extrinſecus, vt propterea capiantur, & proprio ſuccumbant vicio, & deum offendant, ſeq; vlciſcãtur. Hęc verè riſu ſunt digna, hęc fugiamus. Dicat, quòd infinitis nos afficiens malis nihil ipſe paſſus eſt. Et dicat, quòd etſi iterũ nobis conuiciaretur, nõ aliter virtutem noſtrã prędicauerit. Nõ alia quæſiſſet verba, ſi laudare nos voluiſſet, q̃ hæc quę dicit vituperare ſe putãs. Vtinam omnes hęc de me dicerẽt, quòd frigid⁹ homo ſim & ignauus. Omnes in eũ contumelias iactant, ipſe vero patitur: omnes inſultant, at ipſe nõ vlciſcitur. Vtinam adderent: Neque ſi velit, poteſt, vt mihi laus ſit à deo, & non ex hominibus. Dicat, quòd propter frigiditatẽ nõ vlciſcitur. Nihil hoc nobis nocet, eũ de⁹ nouerit, ſed noſtrum in maiori cuſtodia theſaurũ conſtituit. Si velimus ad eos reſpicere, omnibus excidemus. Non quid

Luca.6.

dicant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicant,sed quid nos decet,consideremus. Ne me de-
rideant,inquit,& insultent aliqui. O demẽtiam. Nul-
lus mihi,inquit,iniuriam faciens me derisit, hoc est,
euasi. Et ex hoc quidẽ derideri debes. Vnde hæc ver-
ba,quæ pudoris sunt & mortis,irrepserunt,vitæ con-
uersationisq; nostræ subuersio? Cõtraria deo loque-
ris. Quod deo parem facit non vlciscì,hoc risum exi-
stimas? Nõ propterea digni sumus,qui rideamur & à
nobismetipsis,& à Gẽtilibus, cũ ita deo contradica-
mus? Volo quidã apud antiquos gestum commemo-
rare,non de ira,sed de pecuniis. Erat quidã locus
thesaurum habens absconditum. cũ hoc nescìret do-
minus,locum alienauit. Qui emerat,cum perfoderet
vt agrum plantaret & excoleret,repositũ inuenit the-
saurum: cúmque venisset ad venditorem, vt thesau-
rum reciperet cogebat: locum enim se dicebat emisse,
non thesaurum. Vicissim ille respuebat donum,di-
cens: locum vendidi,nec vllum in eum ius habeo. in
quæstionem venerunt,vnus quidem dare volens, al-
ter vero contẽdens ne reciperet. Et quẽdam conue-
nientes virum disceptabant,& postea dicebãt ei: Cui
debet attribui thesaurus? Ille vero sententiã non pro-
tulit, dixit enim se quęstionem soluturũ,& se posses-
sorem futurum. Cúmq; sponte cõcessissent, innume-
ra postmodũ mala sustinuit: & quòd meritò illi ab eo
discessissẽt,ipsa re didicit. Hoc & de ira fieri oportet,
& nos contendere ne vlciscamur,& iniuriã operatos
vt pœnas luant cõtẽdere. sed hęc fortè risus quidam
esse vidẽtur. Cum enim amplius insania dominetur,
modesti deridẽtur,& inter multos furentes nõ furẽs
furere putatur. Propterea hortor respìscere,& nostri
iuris fieri,vt ab hac pernicìosa peste mundati,cœlo-
rum regno digni possimus à deo patre censeri,gratia
& benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo
patri simul & spiritui sancto gloria,potestas & honor,
maiestas & magnificentia,in secula,Amen.

De ira,longanimitate & mansuetudine.
Homilia XXXI.

MAgnum verè quiddam est, charissimi, gene-
rosus & ingẽs animus. Et propterea prõ-
ptitudine nobis est opus,ardore multo,ani-
mo ad mortem exposito: alioqui non licet nisi cruci
çonfixum,regnum assequi,ne nosmetipsos fallamus.
Nam si pugnantes saluos esse nõ licet,deliciis & quę-
stui vacãtem,& abutentem, & torpentem in hac pu-
gna magis oportet periclitari. An nõ esse putatis pu-
gnam omnium pugnarum difficillimam? Nõ est no-
bis,inquit, colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ.
Nam & prandentibus,& ambulantibus, & nos lauã-
tibus adest hostis, nec vllum nouit induciarũ tẽpus,
præterquam somni solum: quinimò tunc quoq; fre-
quenter impugnat,& immundas ingerens cogitatio-
nes,& ex somniis impudẽtiores efficiens. Nõ vigila-
mus,non expergiscimur, non respicimus in potesta-
tum nobis oppositarum multitudinẽ, nõ cogitamus
quòd hoc ipsum est maximę infelicitatis nostræ. Tot
enim bellis obsessi,tanquã in pace delectamur. Cre-
dite mihi,peiora sunt quæ nũc patimur,his quę Pau-
lus perpessus est. Eũ illi lapidibus cædebant: sed nũc
accidit, vt verbis lapidibus difficilioribus feriamur.
Quid igitur? oportet quod ille fecit, etiã nos facere.
Percutientes non odit,sed eorũ qui traxerant se,rur-
sum ciuitatẽ intrauit, tales operatos iniurias benefi-
ciis affecturus. si tu quoq; pertuleris contumeliarum
A authorem asperum, indignè de te meritũ, & tu lapi-
datus fueris: ne dicas enim, iniuriam nullam intuli.
Quid enim iniuriæ commisit Paulus vt lapidaretur?
Regnum annunciabat, abducebat ab errore, ad deũ *Act. 14. 21.*
ducebat. Hæc coronis digna sunt,hęc prędicatione,
hæc innumeris bonis,non lapidibus. Veruntamẽ cõ-
traria passus,contraria faciebat. Hæc enim splendida
victoria. Et traxerũt eum,inquit,& te frequenter tra-
hunt: tu vero ne irascaris,sed prædica verbum cum
mãsuetudine. Affecit te contumelia,tace & benedic,
si potes. Et prædicaueris quoq; verbum,humanitatẽ
docueris,docueris mansuetudinem. Nouì multos nõ
ita vulneribus dolẽtes,sicut verborũ percussione: il-
lam quidem plagam corpus excipit,istã anima. Sed
ne doleamus,imò verò dolorẽ passi perferamus. Nõ
videtis pugnantes,qui cũ in capite vulnerantur,den-
B tes comprimentes,ita quiete dolores sustinent? Non
opus est stridere dentes,non opus mordere. Recor-
dare domini tui,& statim memoriæ medicamentum
imposueris. Recordare Pauli. Cogita quòd tu q̃ per-
cuteris, vicisti, ille verò qui percussit victus est: & tu
per hoc omnino sanatus es. Momẽtum est: & totũ il-
lico perfecisti. Ne simul abducaris,neq; mouearis, &
totum extinxeris. Magna cõsolatio, propter Christũ
aliquid perpeti. Non prędicas fidei verbũ,sed philo-
sophiæ verbum prædicas. At, inquies, quanto maiorẽ
viderit humanitatem,tãto magis vrgebit. Igitur pro-
pterea doles,quoniam mercedem tibi maiorẽ accu-
mulat? sed inutilis efficiẽ, inquies. Hoc est propriæ cõ
sideratio pusillanimitatis. Et aliter eñ fit inutilis,etiã
si vlciscaris. Si de⁹ scisset quòd inutiles fiãt iniusti,eò
quòd ab eis vltio nõ sumatur: nõ hoc fecisset, sed di-
C xisset: Teipsũ vlciscere. Sed nouit quòd aliter magis
proficitur. Noli contrariam deo legẽ sancire, illi pa-
re. Nõ es tu melior eo qui fecit nos. Ipse dixit: Cõtu-
meliam patiẽs æquè feras: tu dicis, contumeliã refe-
ro,ne fiam inutilis: tu maiorẽ igitur illius curã geris.
Hęc vitij sunt, & procacitatis & superbię verba,quæ
deo contra sanciũt. Nam licet etiam læderetur,nónne
parere oporteret? Cũ quid deus iubet,ne nos con-
trariam feramus legem. Respondeo,inquit,succũbens *Prou.15.*
auertit iras,nõ aduersans. Si tibi prodest,& illi ꝓdest:
si vero te debẽtem illũ corrigere lædit, multo magis *Luca.6.*
illum. Medice cura teipsũ. Maledixit,tu benedic: cõ-
uiciatus est,tu lauda: insidiat⁹ est,tu bene merere: cõ-
traria ei retribue,si modo prorsus salutis ei⁹ prouidẽ-
tiam geris,neq; iniuriã tuã vis vlcìsci. At frequenter,
inquis,longanimitatẽ nactus peior factus est: hoc nõ
D propter te,sed propter ipsũ. Vis discere,qualia passus *Rom.12.*
est deus? Ipsi⁹ altaria suffoderũt, ꝓphetas occiderũt,
& oĩa ferebat. Num supernè fulmen emittere pote-
rat? sed postquam prophetas misit,& eos occiderũt,
tũc misit filium: cum maiorem aggressi sunt impieta-
tem,maioribus eos prosecutus est beneficiis. Et tu cũ
videris exasperatũ,magis cede: maioris eñ hic furor
indiget remedij. Quanto grauiores infert contume-
lias,tanto maioris indiget mãsuetudinis. Et sicut fe-
bris cum vehemẽter spirauerit,tunc eget cedente: sic
& irascens. Bestiam,cum maxime efferatur,tũc fugi-
mus omnes: sic & irascentem. Hóc ne honorem esse
censes, quoniam & bestiam honoramus, & furentes
cum declinamus? Nequaquam. Nota magis hæc est
contumelia: imò vero neque nota, neque contume-
lia,sed misericordia & humanitas. Nõ cernis nautas,
cum vehemẽs ventus spirauerit,vela demittentes,ne
submergatur

submergatur nauigium? Equos,cum in campũ delati
sessorem abripuerint,à sessore nõ retrahi,ne vires in-
cassum exhauriat? Ignis est ira, flãma est velox, indi-
gens materiæ. Igni fomitẽ ne præbeas, & statim ma-
lum extinxeris. Non habet ex se fortitudinẽ ira, nisi
sit alter qui nutriat eã. Nulla tibi est excusatio. Ille fu-
rore tenetur,& nescit quid agat: tu conspiciens eum,
cum in eadem incideris, nec ex illo fueris correctus,
quam veniam sperabis? Si quem in cõuiuio constitu-
tus ab initio videris ebrium,& turpiter agẽtem,nónne
multo magis post illũ inebriatus venia fueris in-
dignus? Itidem & hic,quam excusationem esse puta-
mus,dicẽdo scilicet,ego nõ cœpi? hoc cõtra nos est,
quòd nec illũ cõspicati,sumus correcti. Vt si quis di-
ceret: Ego prius nõ interfeci. propterea nanq; puni-
ri dignus es,quoniam nec exemplum intuitus temet-
ipsum coërcuisti. Si videris vomentem ebriũ, distra-
hi,dissipari,oculos habere distentos, immũditia mẽ-
sam implere,omnes eum fugere, & postmodũ in ea-
dem incidas: num eris magis odiosus? Talis est & ira-
scens,imò vero vomẽtis venas intẽdit, oculos inflã-
mat,distrahit intestina, verba multo illis immũdiora
cibis eructat,indigesta loquitur omnia,elaboratũ ni-
hil. non enim ira permittit,sed sicut illic humorũ im-
moderatio stomachum vexans, vt plurimum omnia
eiicit: itidem & hic immodicus feruor animã vexans
ea tegere quæ tacere bonũ est, nõ permittit. Sed ef-
fabilia dicit,& ineffabilia,non audiẽtes, sed seipsum
dedecorans. Sicut igitur à vomẽtibus fugimus,sic &
ab irascẽtibus, puluerem eorum iniiciamus vomito.
Quid agentes? tacẽtes,canes vocemus,vt ipsa deuo-
rent vomita. Nouì quòd audientes nauseã patimini:
sed cum hæc fieri videtis,hoc volo vos tunc pati, nõ
C autem super facto delectari. Cane sordidior est cõtu-
meliis gaudẽs, qui reuertitur ad vomitum suũ. Nam
si postquã semel euomuit,destitisset, nõ esset par illi:
si verò rursum eadem vomit, manifestũ est quòd ea-
dem comedit. Quid itaque tali magis abominabile?
Quid autem illo sordidius ore, quòd tales cibos mã-
ducauit? Atq; hoc est opus naturę,illud verò minime:
imò verò & hoc prẽter naturam,& illud. Quomodo?
Non enim secundum naturã est, temere contumeliã
inferre,sed præter naturam. Nihil igitur vt homo lo-
quitur,sed hęc quidem vt fera,hæc autẽ vt furẽs. Si-
cut enim corporum morbus est præter naturã: simi-
liter & hoc. Et quoniã præter naturã est, si in eo mo-
ratur diu,paulatim morit: in eo verò quod iuxta na-
turam est,diu commorans non perit. Mallem cũ ho-
D mine cœnum edente mensam cõmunicare, quàm
cum talia loquente. Non cernitis porcos stercus mã-
dentes? sic & isti. Quid enim fœtidius verbis quę cõ-
tumelioſi loquũtur? Studium eis est nihil sanum elo-
qui,mũdum nihil,sed si quid turpe,si quid deforme,
hoc tã facere quàm dicere: & quod grauius est, alios
se confundere putant,cũ seipsos dedecore magis af-
ficiant. Quòd eñ sibi dedecus inferant,inde manife-
stum est. Ne nanq; mihi falsa dicentes proponas: sed
sit quępiam publica meretrix,vel scenicus alter,& cũ
aliquo pugnã faciat, huic ille postmodũ hæc profe-
rat,& ille rursum similiter: quis magis ex verbis cõtu-
meliã passus est? Ille quidẽ audiuit quæ habebat, hic
autem quæ nõ habebat. Igitur illi quidẽ nil amplius
actum ad confusionis sermonem, huic autem multa
verecundiæ accessio. Sed sint negocia quędã rursum
occulta,& solus iniuriã inferens nouerit. Postea pri-
A dem tacens contumeliam ostẽtet. Nam & ita maio-
rem hic passus fuerit contumeliam. Quomodo? malì-
tiæ factus est præco, non habentis conscièriam, infi-
delis subiens infamiã, & statim omnes videbit accu-
santes. Si enim cædis cõscius esset, omnia oportebat
exhausisse. & hũc quidẽ tanquã nec humanitatis par-
ticipem auersantur, odio habent, feram esse testãtur
sæuam & immitem: huic autem magis parcũt, quàm
illi. Non enim tãtum odimus habẽtes vulnera, quàm
ea reuelare conantes & ostendere. Itidẽ & hic affecit
contumelia non illum solum, verũ & seipsum,& au-
dientes,& communem hominum naturam: perculit
auditorẽ,necvllo prosecut⁹ est bono: propterea Pau-
lus ait, Si quis sermo bonus ad ædificationem, vt det *Ephe.4.*
gratiam audiẽtibus. Laudatricem linguã habeamus,
vt amabiles simus ac desiderabiles. Sed iã ad id mali-
tiæ omnia deuenerunt, vt quæ celare oportebat, in
B his multi glorientur. Quæ nanque multi minantur,
talia sunt. Non possum ferre linguã meæ,inquit,vxo-
ris. Verba anus ebriæ se deformantis, eorum qui per
forum trahuntur. Nihil his turpius verbis, ignauius
nihil,nihil muliebrius,in lingua potẽtiam habere, in
conuiciis iactandis altum sapere: sicut qui conducũ-
tur in põpis,sicut mimi,parasiti & assentatores,porci
potius quàm homines sunt,quicunque super his glo-
riantur,cum opus esset sub terra se obruere: cũ opus,
inquam, si quis alius attestatus ista fuisset, fugere te-
stimonium,tanquam inimicum,neque viro dignum.
Contumeliarum præco factus es,sed audientem ma-
le nihil offendere poteris. Propterea vos hortor, vt
cogitantes quanta sit malitia, quòd in his gloriantur
multi, reuigilemus, corrigamus ita furentes: hęc ex
C ciuitate conciliabula tollamus, nobis linguam orne-
mus,& ab omni liberemur detractione: vt à peccatis
purificati, supernam possimus allicere beneuolen-
tiam, & diuina digni misericordia censeri, gratia &
miseratione ipsius vnigeniti, cum quo patri, simul
& spiritui sancto gloria, potestas & honor, maiestas
&c.

De eleemosyna & misericordia.
Homilia XXXII.

PVs est vbiq; fide,charissimi. Crucem eñ
vitæ fontem esse dicunt,quod mẽs haud fa-
cile susceperit: attestantur etiã nunc deridẽ-
tes Gẽtiles. At cogitationum infirmitatem superans
fides id facile suscipit & retinet. Vnde verò deus ita
mundum dilexit? Ex nulla quidem alia re,sed ex cha-
ritate sola. Reuereamur eius itaque charitatem,mise-
rationis excessum erubescamus. Ipse nãque nec vni-
genito pepercit propter nos, nos autem & pecuniis
parcimus contra nosipsos. Ipse & legitimũ pro nobis
filium tradidit: nos verò nec argentum propter eum
contemnimus,sed neq; propter nos. Et qualiter hæc
venia fuerint digna? Verum si hominẽ pro nobis pe-
ricula & mortes passum viderimus,omnibus quidem
præponimus,& amicorum primis cõnumeramus, &
ei nostra tradimus omnia, & ipsius magis q̃ nostra
dicimus esse,nec ita dignam ei retributionẽ nos ero-
gare censemus: erga Christum verò nec hãc gratitu-
dinis mensuram obseruamus. Sed ille quidẽ pro no-
bis animam posuit,& preciosum sanguinem propter
nos effudit,qui non eramus amici: nos autẽ neq; pe-
cunias propter eũ effundimus,sed eũ despicimus nu-
dum & peregrinum,pro nobis mortuũ. Et quis nos à
futura pœna liberabit? Nisi nanq; deus,neq; nos, sed
nosipsos

Universidad de Deusto
Biblioteca

nosipsos damnaremus. Non ego contra nosipsos sententiam tulimus, non ergo gehẽnæ nosmetipsos igni damnauimus, eum qui pro nobis animã posuit, despicientes esurientem? Et quid dico pecunias? Nónne si innumeras haberem animas, oẽs oportuerat pro eo ponere? Atqui nec ita quicquã beneficio dignum fecissemus. Ipse nanq; prior benefaciẽs manifestã exhibet bonitatem. At qui beneficiũ accepit, quicquid retulerit, debitum reddit, non meritũ confert: & maximè cũ ille qui cœpit, inimicis benefecerit: & qui retribuit, in benefactorem data cõferat, & ipse rursum eis fruatur. At nos nec ista trahũt: sed omnib⁹ ingratiores sumus, seruis quidẽ & mulis & equis torques aureos circumponentes, dominũ vero nudũ circumeuntẽ, & fores ex foribus mutantẽ, & semper in exitibus morantem, & manus porrigentem despiciẽtes, frequenter autem & toruo respiciẽtes oculo, licet & hoc ipsum propter nos patiatur. Libẽter enim esurit, vt tu pascaris: & nud⁹ circumit, vt incorruptionis indumenti tibi præbeat occasionẽ: sed nec ita vestrorũ aliquid erogatis. Sed vestimentorum hæc quidẽ iacent tineis esca: hæc autẽ arcæ sarcina, superfluáque possidentibus cura. Qui vero ista cæteráq; dedit omnia, nudus errat. Sed in arcam ipsa non reponitis, sed ipsi vos circumamiciẽtes ornamini. Et quid vobis ex his ampli⁹? vt forẽsiũ turba vos spectet? Et quid hoc? Non enim his amictũ admirabũtur, sed eum qui indigentibus largitur. Itaq; si vis in admiratione haberi, alios potius indues, infinitos assequeris applausus. Tunc & ipse deus te cũ hominibus laudabit: nũc autem laudabit quidẽ nemo, at omnes inuidebũt, corpus quidem cernẽtes ornatum, animam vero negle-
C ctam habentẽ. Hic & meritoriis mulieribus est ornatus, at & preciosiores apud eas frequẽter, & pulchriores sũt vestes. Animę vero ornat⁹ penes eos est solos, qui cũ virtute viuũt. Hæc continue dico, neq; dicere desinam, nõ tam pauperum, quàm animarum curam gerens vestrarũ. Illis enim, etsi nõ à vobis, aliũde tamen erit aliqua cõsolatio. Etsi nulla præbeatur cõsolatio, & fame consumãtur, nõ magna fuerit eis iactura. *Luc.16.* Quid Lazaro nocuit paupertas, & fame tabescere? A gehẽna vero vos eruet nemo, nisi à pauperibus auxiliũ sequamini. Sed eadem diuiti dicemus, qui cõtinuo quidem torretur, nunquam autem consolationẽ nãcisciscitur. Sed ne accidat vt quis hæc vnquã audiat verba, sed in Abrahæ sinũ migremus. Sicut enim spina vndecunq; capiatur, tenentem pũgit: sic & secularia vndecũq; detineas, amplectentẽ se vel fouentẽ contristant. Spiritualia vero nõ eiusmodi, sed margaD ritæ cuidã similia sunt, vnde si aduertas, oculos delectant. Exempli gratia, Fecit aliquis eleemosynam, nõ tantum futurorum spe pascitur, verũ & præsentibus bonis exultat, semper confidẽs, & omnia cum multa faciens fiducia, malam superauit concupiscentiã. Et ante regnum iam hic fructũ accepit, dum laudatur, dũ admirabilis habeẽ ante cęteros omnes à propria conscientia. Et bonorum operũ quodlibet est eiusmodi: sicut vicissim mala & hic ante gehennam conscientiam torquẽt. Et si futura post peccatũ mente cõceperis, pauidus & tremens, licet nullo puniẽte apparebis: siue præsentia, multos habebis inimicos, & cũ suspicione viues, neq; poteris iniurię iã authores respicere, imò verò nec immunes iniuriæ. Non eñ tãtum ex eis capimus voluptatis, quantum tristitię, cõscientia semper increpãte, externis hominibus cõdemnãtibus, iratscẽte deo, gehẽna nos absorbere parãte, cogitationibus nunquã requiescẽtibus. Graue siquidẽ, graue, inquam, & onerosum est peccatũ, & omni plũbo põderosius. Qui igitur illud senserit, neq; nimium sursum aspicere poterit, licet multũ sit insensat⁹. Profectò sic & Achab, licet esset admodũ impi⁹, postquã *3. Reg. 21.* hoc sensit, deorsum inclinatus ambulabat cõtritus & angustiatus: & propterea saccũ induerat, & lachymarũ effũdebat fõtes. Hoc si nos faciamus, & sicut ille, lugeamus: peccata, sicut Zachæus, exuemus. Sicut eñ *Luca.19.b* in corporibus, & in fistulis, nisi prius quis humorẽ influẽtem fistat, & vulnus tergat, quotquot imposuerit medicamẽta, mali fonte nõ obstructo, incassum omnia facit: itidem & nos, nisi manum auaritię cohibeamus, & hanc improbam distillationem corripiamus, licet demus eleemosynam, nequicquam omnia faciB mus. Curatum enim per se auaritia percurrens dissoluit, & exanimat, & peius q̃ prius afficit. Desinamus igitur rapere, & ita misericordiã impendamus. Sed si nos in præcipitia ferimur, quomodo poterim⁹ respirare? Etenim si quis casurũ supernè traheret, quod facit eleemosyna: alter autẽ infernè retraheret, nil erit amplius ex huiusmodi certamine, quàm hominẽ distrahi. Ne hoc itaq; patiamur, néve premẽte nos deorsum auaritia, nobis eleemosyna relictis abeat, releuemus nosipsos, & euolemus, vt per malorum fugã, & bonorum operationẽ cõsummati, bona cõsequamur æterna, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & spiritui sancto gloria, potestas & honor, maiestas & magnificentia, in secula. Amen.

Quòd ars est eleemosyna, & omnium artium quæstuosissima. Homilia XXXIII.

EIA charissimi prius dicta resumamus & hodie ostẽdamus qualiter est ars omniũ artiũ quæstuosissima eleemosyna. Si eñ artis est proprium ad aliquam vtilitatẽ peruenire, eleemosyna verò nihil est vtilius: clarũ est profectò, quòd & & ars, & omnium est artium optima. Nõ enim nobis conficit calceamenta, neq; vestimenta contexit, nec has luteas domos ædificat: verum & ęternã ministrat vitã, ex mortis manibus eripit, & in vtraque vita claros exhibet, & mãsiones ædificat in cœlis, & æterna parat illa tabernacula. Hæc lãpades nostras nõ sinit extingui, nec sordidis indutos vestib⁹ in nuptiis videri, sed lauat, & niue mũdiores reddit. Si nãq; fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. *Esaiæ.1.* Non sinit nos eõ decidere, vbi diues ille: nec audire verba treméda, sed in Abrahæ sinus deducit. Et artiũ quidem secularium vnaquæq; vnum habet, quod accepit, meritũ. Verbi gratia, Agricultura pascit, textoria vestit, imò verò nec hoc vlla potest à semetipsa vobis conferre. Et si libet, agriculturã examinemus primã. Nã nisi cusoriam habuerit, à qua ligonẽ & vomerem, falcẽ, securim & alia plura mutuetur: & carpentariam, vt aratrum pangat, & iugũ paret & plaustrum, vt spicas excutiat: & coriariã, vt & lorũ faciat: & ædificatoriam, vt & arantibus tauris stabulũ ædificet, & serentibus agricolis domum: & succisoriã, vt ligna secentur: & pistoriam: post hæc omnia nusquã apparebit. Similiter & textoria, cũ aliqd faciat, multas secũ artes conuocat, vt proposita secũ expediãt: quòd si nõ accesserint, & manũ porrexerit, hęc quoque similiter vt illa remanebit inops. Et artiũ quęque alterius

alterius indiget artis. Cũ autẽ oporteat misereri, nihil aliud nobis op⁹ est, sed sola volũtas est necessaria. Quòd si dicas, q̃ pecuniis op⁹ est, & habitationib⁹, &
Luc. 21. a vestimẽtis, & calceamẽtis: illa lege Christi verba, quę de vidua dixit: & ab ãgustia desiste, licet valde sis pauper, & mẽdicãtibus pauperior, si duo minuta cõtuleris, totũ explesti. Et si des panẽ eũ habẽs solũ, ad perfectionẽ artis venisti. Hãc itaq; suscipiamus artẽ & scientiã, & obeamus. Melius enim est hãc scire q̃ esse regem, & diademate coronari. Nõ enim est hæc sola eius præcellẽtia, q̃ aliarũ nõ indiget, verũ & diuersarũ rerũ est expeditoria, & multarũ quidẽ & omnigenarũ. Domos eñ ædificat in cœlis semper mansuras, & qui se cõsecuti fuerint, donec quẽadmodũ immortalẽ fugiant mortẽ: & tibi thesauros donat, qui nunquã absumũtur, sed omne damnũ effugiũt, tam à latronibus, q̃ à vermibus & tẽpore. Si quis circa frumentorũ conseruationẽ hoc solũ te docuisset: quid non reddidisses, vt inabsumptũ multos annos posses cõseruare frumentũ? Ecce autẽ hæc nõ in frumento tantũ, verũ & in omnib⁹ docet, & quomodo parta, & anima & corpus indiminuta cõseruentur, ostẽdit. Et quid opus est oĩa particulatim dicere artis huius merita? Hęc nanq; te docet, quomodo possis deo similis fieri, quod est omniũ summa bonorũ. Vides quomodo nõ vnũ huius est opus, sed multa? nõ alterius indigens artis domos ædificat, texit vestes, inabsumptos parat thesauros, facit vt mors supereẽ, diabolũ cohibet, deo reddit similes. Quid igit hac arte fuerit vtilius? Nã aliæ quidẽ cũ dictis, & cũ præsenti soluuntur vita, & morbo laborãtibus artificibus nusquã apparent, & earũ opera durare non possunt, & laboris indigent, & tẽporis multi, & aliorũ mille: hęc autẽ cum
C mundus præterierit, maxime tunc apparet, cũ fuerimus mortui, maxime tũc coruscat, & opera monstrat à se gesta, nec laboris indiget: nec alterius huiusmodi cuiuspiã operationis: verũ & ægrotãte te fructum affert, & annis cõfecto, & ad futurã tecũ vitã emigrat, nec vnquã te deserit. Hæc & sophistis & oratoribus te potentiorẽ efficit. Nã illi quidẽ in suis præcellẽtes artibus multos habẽt æmulos: hac autẽ pollẽtes infinitos habẽt pro se orantes. Et illi quidẽ hominũ assistunt tribunalibus, iniuriã patiẽtibus exhibentes patrociniũ, at & frequenter iniuriã faciẽtibus: hæc autẽ Christi adstat tribunali, nõ tantũ patrocinãs, verũ & ipsi persuadẽs iudici, vt reo patrociniũ pręstet, & pro eo sentẽtiã ferat: & licet millies peccauerit, coronat,
Luc. 11. f & victorẽ promulgat: ait enim, Date eleemosynã, & omnia erũt mũda. Et quid de futuris loquor? In præD senti vita si homines interrogemus, quid malint, sophistas se esse magnos & oratores, an eleemosynarios & humanos? audies eos secundũ eligẽtes: & meritò. Sublata nanq; dicẽdi facultate, vita nihil lędetur. Nã & ante hanc multũ stetit tẽporis. Sed si misericordiã auferes, omnia trãsibũt & perierint. Et sicut mare nõ potest nauigari, portub⁹ & stationib⁹ obrutis: ita nec hæc vita cõstare, si misericordiã & veniã tollas ac humanitatẽ. Quãobrẽ non tantũ eã rationi deus mandauit, verũ & multas ipsius partes insperfit naturę tyrannidi. Sic & filiorũ patres miserẽtur, ita matres, ita parentũ geniti. Nec verò tantũ in hominibus, verũ in omnibus brutis: ita fratrum fratres, & cõsanguinei, & necessarij, sic hominis homo. Habemus enim aliquid ad misericordiã inclinatũ & à natura. Et propterea pro patiẽtibus iniuriã indignamur, & iugulatos cer-

A nẽtes flectimur, & lugẽtes aliquos vidẽtes lachrymas impẽdimus. Quoniã eñ id vult deus pręstari, naturã ad hoc multũ cõferre mãdauit, ostẽdens q̃ hoc est sibi valde gratũ. Hęc itaq; cogitãtes, & nosipsos, & filios, & necessarios, in eleemosynę disciplinã ducam⁹. Et hoc super oĩa discat homo, qm̃ & hoc est homo. Magnũ eñ homo, & preciosum vir misericors. Itaq; nisi hoc habeat, esse desiit homo. Hoc sapiẽtes præstat. Et quid admiraris si hoc est deus, & hoc homo? Ait eñ: Estote misericordes, sicut pater vester. Discamus itaq; misericordes esse oĩm causa, maxime qm̃ & nos multę indigem⁹ misericordię, & neq; viuere putem⁹ per id tẽporis, quo nõ misereamur. Eleemosynã autẽ dico ab auaritia purãtã si suis contẽtus, & aliis nõ impertiẽs, nõ est misericors: aliena rapiẽs quomodo misericors? Nõ est misericors, pfectò, licet infinita largiatur. Nã si ꝓpriis frui simpliciter, est inhumanitatis, multo magis alios expilare. Si qui nullã patrafunt iniuriã, q̃ nõ cõmunicauerint, puniuntur: multo magis qui rapiunt aliena. Ne hoc itaq; dicas, q̃ alius iniuriã passus est, & ali⁹ misericordiã accipit: hoc eñ graue est. Oportebat eñ iniuriã patientẽ ipsum esse, cui misericordia pręstaretur. Nunc autẽ alios vulnerans, quos non vulneraſti curas, cũ illos opus sanare prius fuisset, vel potius neq; vulnerare. Humanus eñ est, nõ qui vulnerat & curat, sed ab aliis percussos fouẽs. Tuis igit malis, nõ alienis medere. Vel poti⁹ neq; vulneres, neq; prosternas (hoc enim proterui est) sed ꝓstratos susci ta: nec enim eadẽ misericordiæ mẽsura potest auaritiæ malũ curari. Nã si obolũ vsurpaueris, nõ obolo vicissim opus est ad eleemosynã, vt ex auaritia vulnus tollas, sed talẽto. Propterea fur cõuictus
C quadruplũ erogat. Furãte vero peior rapiẽs. Sed si illũ pendere quadruplũ oportet eorũ quæ furatus est: rapientem opus est decuplũ, & multiplũ exoluere. Et optabile sic quoq; iniuriã delere posse. Nã neq; tunc eleemosynæ fructum accipiet. Propterea Zachæus: *Luc. 19. b* Reddã, inquit, si quid aliquẽ defraudaui, quadruplũ: & dimidiũ bonorũ meorũ dabo pauperib⁹. Quòd si in lege quadruplũ oportet dare, multo magis in gratia: Si furantẽ, multo magis rapientem. Nã præter iacturã hic est & multũ cõtumeliæ. Itaq; si des & cẽtuplũ, nõ dũ totũ erogaueris. Vides q̃ nõ frustra dicebã, q̃ si vel obolũ rapueris, & talẽtũ reddas, vix ita quoq; resarcis: sed si hoc faciẽs vix satisfeceris, ordinẽ conuertẽs, & rapta quidẽ integra substãtia, pauca quędã exoluẽs, nec iisdẽ qui sunt iniuria affecti, sed aliis eorũ loco: quã habebis excusationẽ? quã veniã? quã sa-
D lutis spẽ? Vis nosse quantũ ita miserẽs admittas peccatũ? audi scripturã dicẽtẽ: Sicut qui occidit filiũ co- *Eccli. 4. d* rã patre, ita qui offert sacrificiũ ex pecuniis pauperũ. Hãc itaq; cõminationẽ mẽte scribẽtes abeamus, hãc in parietibus, hãc in manibus, hãc in cõscientia, hanc vbiq;, vt vel hic timor in nostris vigẽs cordibus, manus nostras à quotidianis cohibeat cædibus. Cæde nanq; peior est rapina, paulatim pauperẽ deuorãs: vt ab hac itaq; mundemur ægritudine, hæc & in alterutrũ & nos meditemur. Sic enim ad misericordiam erimus proniores. Hæc itaq; cogitãtes charissimi, respiciamus tandẽ quandoq; & reuigilemus. Iam enim ipse cõfundor amplius differens de eleemosyna, eò q̃ frequenter de hac materia verba fecerim, & nihil dignum effecerim admonitione. Nam factum quidẽ est aliquid melius, sed non tantum, quantum ipse volebam. Vos nanq; seminantes quidem videmus, sed

Universidad de Deusto Biblioteca

nō larga manu:propterea timeo,ne & parce metatis. Quòd enim parce seminamus, indagemus, si placet, vtri sint in ciuitate plures,pauperes,an diuites:& qui neq; diuites,neq; pauperes,sed mediū habētes locū? Verbi gratia,Decima pars est diuitū, & decima pauperū nihil penitus habentiū, reliqui vero mediocres sunt. diuidamus igit̄ in egenos ciuitatis multitudinē, & quātū opprobrij sit,videbitis. Vehemēter enim diuites pauci,post eos vero multi : pauperes autem his multo pauciores. Verūtamē cū tot sint qui pauperes alere possint,multi dormiūt esuriētes,non ꝗ habētes eis facile satisfacere nequeant: sed ꝓpter multā eorū duritiā & inhumanitatē. Nā si diuites, & qui sunt sequētis sortis,panes & vestes indigētibus impertirēt, quinquaginta vel & centū viris vix vnus forte cōtingeret. Et tamē in tāta subuenire valētiū copia cōstituti quotidie cōquerūtur. Et vt eorū discas inhumanitatē,vnius vltimorū diuitū, & non valde locupletū habēs prouētū ecclesia,quot per singulos dies viduis sufficiat, quot virginibus, cogita. Nā ad triū milium ascēdit numerū earū catalog⁹,&pręter has,quot carcerē habitantibus,quot in xenodochio laborātibus, sanis,& peregrinis,corpora habētib⁹ mutilata, altari assidētibus,& vict⁹,& vestitus causa simpliciter quotidie accedētibus,& nihil ei de substantiis diminutū est.Itaq; si decem dūtaxat viri sic erogare voluissent, null⁹ esset pauper. At inquiūt, Quid debēt filij nostri excipere?Sors remanebat,&ꝓuēt⁹ rursum maior fiebat,cū thesaurizarentur eis in cœlo possessiones.Sed nō vultis ita,saltē ex dimidio,siue ex tertia parte,siue ex quarta,siue decima.Per dei nāq; gratiā decē ciuitatū pauperes nostra posset alere ciuitas. Et si vultis, horū aliquā faciam⁹ rationē: imò verò neq; ratiocinatione opus est.Per se nāq; patet rei facilitas.Respicite igit̄ in ciuilia ministeria, quantū sola domus impendere quandoq; nō dubitauit,sed nec ad minimū impēdiū sensit:quod si diuitū quisq; voluisset in pauperes erogare,breui tēporis momēto cœlū rapuisset. Quæ foret itaq; venia?quæ excusationis vmbra?cum nec à quib⁹ omnino separari debem⁹ hinc migrātes, hęc indigētibus cū tanta cōmunicemus largitate, cū quāta scenicis alij,& hęc cū tātū ex his lucrari debeamus?Oportebat em̄ & si semper hic essemus,neq; sic pulchrę huic impēsę parcere:cū autē paulo pòst hinc abducamur,&omnib⁹ abripiamur nudi:quā habebimus defensionē,nec ex prouētib⁹ ministrātes esuriētibus & laborātibus? Nec enim cogo te patrimoniū diminuere,nō ꝗ nolim,sed quoniā te valde torpentē video.Nō hoc itaq; iubeo, sed ex fructibus expēde, nihílq; thesaurizes. Satis est tibi,tanquā ex fonte ꝓueniētibus affluētes habere pecunias. Participes fac pauperes,& bonus sis dispēsator eorū quę à deo tibi data sunt.Sed tributa,inquit aliquis,erogo:igitur ꝓpterea negligis,qm̄ hic exigit nemo? Et illi quidē,licet terra nō ferat,accipienti cū necessitate, & extorquēti cōtradicere nō audes:tā verò miti,& tūc tantū cū terra fructū tulerit petēti,ne verbo quidē respondes. Et quis te suppliciis intolerabilibus illis eripiet? Nō erit quisquā.Si enim quoniam illic nō dantē omnino sequet̄ difficilis vltio,propterea circa erogationē studiosus es:cōsidera ꝗ hic & difficilior,nō ligari, nec in carcerē coniici,sed in ignē præcipitari sempiternū.Hæc igitur ante omnia soluamus tributa, omnibus ex causis. Multa nanque facilitas est, & maior merces,& quęst⁹ amplior:& ingratos se prębentibus

A peius suppliciū.Nā pœna nos excipit finē nō habēs. Si verò milites mihi dicas ꝓ te Barbaris repugnātes; sunt & hic castra pauperū,& bellū,in quo pro te pauperes pugnāt. Cū em̄ stipendiū acceperint,orātes tibi deū faciunt propitiū:propitiū autē facientes, pro Barbaris dęmonū insidias repellūt:neq; sinunt vehementer infestū esse malignū,neq; semper irruere,sed ipsi⁹ soluūt potētiā.Hos itaq; cōspiciēs milites quotidie pro te cū diabolo precib⁹ & orationib⁹ pugnātes,à temetipso pulchrū istud tributū exige, illorū alimēta.Nā cū sit hic rex mitis,non dedit eos tibi qui exigerēt, sed vult volentem erogare:& siue paulatim eroges,accipit:siue per multū tēporis indigēs, reponas,non habentē non vrget. Ne verò longanimitatē eius contēnamus, sed thesaurizemus nobis nō iram, sed salutē:nō mortē,sed vitā:non pœnā & vltionem, sed honores & coronas.Non est hic dare mercedem
B transmissionis eorū quæ penduntur.Nō est hic opus res in argentū redigentes laborare.Si cōferas,in cœlum ea dominus ipse trāsportat,ipse tibi quæstuosiorem reddit negociationē.Nō est hic necesse depositorum transportatorē inquirere.Tantū eroga, & statim ascendūt,nō vt alij milites alātur,sed vt tibi multo cum lucro maneant.Hic quidē quęcunq; dederis, recipere non licet:illic verò cū multo rursum honore recipies, & maiora lucraberis, & spiritualiora lucra.Hæc quæ hic erogas,illic sunt repetitio, mutuū, & fœnus,& debitū. Nā chirographa tibi deus fecit. Ait enim, Qui miseretur inopis, fœnerat deo. [Prou.19.] Arrabonē tibi dedit & vades,& hęc cū deus sit.Quē arrabonē?Præsentis vitę sensibilia, spiritualia futurorum primordia.Quid itaq; differs & torpes, cū iam tanta
C receperis,& tot expectes? Quæ nanq; accepisti,sunt ista:Corpus tibi formauit,animā ipse intulit,honorauit te ratione solū ex animalibus terrenis:omniū tibi visibiliū vsum contulit,sui præstitit scientiam, pro te tradidit filiū,baptisma tot plenū bonis donauit,sacrā tibi dedit mensam, regnū promisit, & arcana bona. Cum igitur tot acceperis,tot itidē accepturus (iterū enim idem referam) circa pereuntes pecunias pusillanimiter agis.Et quam habebis veniā?Sed filios omnino spectas,& propter hos retrocedis: quin & illos tales doce quæstus lucrari. Nā si tibi foret argentum mutuatū,& vsuras pariēs,& insuper debitor esset gratus,multo magis eligeres filio pro auro relīquere, vt ei multi prouentus adessent, neq; cogeretur circumire,& alios quærere mutuū accepturos.Et nunc hoc filiis da chirographū,& deū relinque debitorem. Tu
D autem agros quidem nō vendis & das filiis, sed permittis,vt reditus maneat,& pecuniarū superabūdantia maior eis hinc fiat.Hoc autē chirographū omnibus agris & reditibus locupletius, & tot afferens fructus relinquere vereris.Quantę vero foret hoc fatuitatis & demētiæ?& hæc cum noueris:ꝗ si hoc eis relinquas,& ipsum ipse rursum accipiens fruēris.Talia nanq; sunt spiritualia,multam habent largitatem.Ne mendicemus, nec inhumane nos & crudeliter geramus,sed hanc pulchram exerceamus negociationē, vt & nos ea recepta migremus, & nostris eā filiis relinquamus, & futura consequamur bona,in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

Quod oportet multum circa Dei desiderium studium habere: & de eleemosyna,Homilia XXXIIII.

TVarum es ô homo pecuniarū dispēsator,nō minus q̃ qui ecclesiæ bona dispensat. Sicut igitur ille potestatē non habet, ea quæ propter pauperes à vobis erogātur,temere,&vt casu venit dispergēdi,qm̄ in pauperū data sunt alimentū:ita neq; tu tua.Et si nanq; paternā excepisti hæreditatē, & ita possides quæcunq; tibi sunt,ita quoq; tamē dei sunt omnia. Postea vero tu quod erogasti quidē,tali vis dispēsari diligētia:deū vero sua nō censes maiori nos repetiturū vehemētia, sed ea simpliciter passurū pereūtia?Nō ita est,nequaquā. Hęc em̄ ꝓpterea tibi cōcessit,vt dares illis escā in tēpore opportuno, egenis, esuriētibus,sicut tu cōseruo dispensanda dedisti, itidē & deus te vult hæc incōgrua erogare. Propterea quoq; cū auferre posset, ea dimisit, vt exhibendæ virtutis occasionē habeas,vt alterū alterius indigētē cōstituens,mutuā charitatē redderet feruentiorē: tu
B vero cū acceperis,nō tantū non impēdis,verū &verberas.Verū si non dare crimen est, verberare quā reportabit veniā?Hoc autē mihi dicere videtur, cōtumeliosos & auaros innuēs,& multā aduersus tales significās inuectionē. Cū enim quos nutrire iussi sunt, præterquā ꝗ non nutriunt eos, etiā verberent,digni forēt accusari:mihi vero videt̄ & hic deliciis vacātes insinuare. Nā & deliciis magna reposita est vltio : ait enim,Comedit & bibit cū ebriis: gastrimargiā significans.non enim ad hoc accepisti,vt in delicias absumeres,sed vt in eleemosynā erogares. Nūquid enim tua possides?Res pauperū tibi sunt creditæ,siue ex laboribus iustis, siue ex hæreditate paterna possideas. Nūquid enim nō potuit tibi deus hæc auferre? Verū hoc nō facit, in potestate tua ponēs liberā in pauperes liberalitatem. Tu vero,quęso,cōsidera quomodo
C per oēs parabolas nō suis cōgrue pecuniis vtētes puniit. Nec em̄ virgines aliena rapuerāt, sed propria nō
[Matt.2.a & b.] dederūt. Neq; qui talentū in terrā defodit, iniustum vsum sibi vēdicauit,sed quia non geminauit:nec esurientem despiciētes ꝗ aliena rapuerint,puniūtur,sed qm̄ sua nō disperserūt,sicut & hic seruus. Audiamus itaq; quotquot vētri indulgem⁹,quotquot in opiparas cœnas expēdimus diuitias, nihil nobis pertinentes,sed indigētibus debitas:nō enim qm̄ ex benignitate multa de tuis erogare iussus es,hęc ideo putes esse tua. Tibi mutuauit,vt laudabilis fieri posses:ne tua igitur esse putes,ei sua præbēs:nec enim si cui tu mutuasses,vt abiēs aliquas posset quæstuum occasiones īuenire,illius pecunias esse diceres.Igitur & tibi deus tradidit,vt cœlū lucrari posses:ergo benignitatis excessum ne facias ingratitudinis materiā.Cogita quā-
D tis dignū votis posse post baptisma viā inuenire peccata lauantē.nisi dixisset,Da eleemosynā:quot dixissent,Vtinā posset fieri,vt pecuniæ darētur, & futuris malis absolueremur? Sed qm̄ hoc possibile factū est, rursum redditi sunt supini. Sed erogo,inquis.Et quid
[Marc.12.d.] hoc?Nondū enim tantū exoluisti,quātum quæ duos obolos erogauit : imò vero neq; dimidiū, nec minimā illius partē,sed plura in impēsas inutiles expēdis, in cōuiuia,& ebrietatē,&extremā prodigalitatē:nūc quidē vocās,nunc vero vocantē sequens: nūc quidē expendēs,nunc autē alios cogens expēdere,vt & duplex tibi fiat vltio,ex hísq; quæ ipse facis,& ex his ad quæ cęteros īducis.Et hoc em̄ seruo vide vitio datū:
[Matt.24.d.] ait enim,Comedit & bibit cū ebriis.Non enim solos punit ebrios,verū & cū illis conuersantes, & meritò, quoniam pręter propriā perditionē & proximorum

A neglexere salutem.Deū vero nihil sic exacerbat,q̃ ad proximū attinentia despicere.Et propterea demonstrare volēs indignationē,eū medium diuidi iussit:& ideo charitatē suorū dixit esse discipulorū indicium: quoniā necesse prorsus est diligentē dilecti curā habere.Hanc itaq; viā teneamus:hæc enim est quę ma- [Ioan.13.d] xime reducit ad deū,quæ Christi facit imitatores,& quoad fieri potest,deo similes reddit. Intuere quoq; virtutes has esse magis necessarias, quæ secus hāc viā cōmorantur,& si libet,earū examinationē faciamus, ex dei sententia feramus iudicium.Sint igitur duę optimæ viuēdi vię:& earū quidem vna bonum faciat obeuntē,altera vero &proximū.Videamus vtra probabilior,& ad virtutis culmen nos magis ꝑducit.Igitur ille quidē qui sua duntaxat quærit, à Paulo mille accusationes accipiet:(Cū vero Paulū dixero, Christum significauero)hic autē laudes & coronas. Hoc
B vnde manifestū?audi quid huic quidē dicat, & quid illi.Nemo quod suū est,quærat,sed qđ proximi quis- [1.Co.10.d] que.Vides qualiter illud quidē eiecit,hoc autē intro- [Rom.15.a] duxit? Et iterū:Vnusquisq; vestrū ꝓximo placeat in bonū ad ædificationē.Tū subditur & ineffabilis laus cum admonitione:Etenim Christus sibiipsi non placuit.Vt autem &ex superabundanti hoc fieret,videamus quod quidē bonorū operum circa nos sistat, & qđ à nobis ad alios quoque pertrāseat. Ieiunare quidem,& humi cubare,& exercere virginitatē,& temperāter agere,solis hæc obeūtibus vtilitatē afferunt: quę vero ꝓximis à nobis exhibentur,vt eleemosyna, doctrina& charitas:hæc & nobisipsis,& proximis ad quos à nobis trāseunt,prosunt.Et hic itaq; Paulū audi dicentē: Et si dedero omnē substantiam meam in [1.Co.13.a]
C cibos pauperū : & si tradidero corpus meū vt ardeā, charitatē autē non habeā, nihil mihi prodest. Per se splēdide prędicatā,si lubet,&ex tertio cōprobemus. Et hic quidē ieiunet,& modestiā præferat,& martyrium præstet, & ardeat : alter vero martyriū propter proximi differat ędificationē,nec solum differat,verum & absq; martyrio migret:vter erit postquā hinc transierit probabilior?Non nobis hic multis opus est verbis,& ambagibus lōgis. Adest enim beatus Paul⁹ sententiā ferens,& dicens:Resolui,& esse cum Chri- [Philip.1.d] sto melius:remanere autē in carne, magis necessariū propter vos.& ad Christū transitui,proximi prętulit ædificationē.Hoc enim pręcipuum est esse cū Christo,ipsius voluntatē obire.Nihil vero tam est voluntas eius,quàm quod proximo sit vtile. Vis & quartā horū rationem referā?Petre si diligis me, inquit, pa- [Ioan.21.d]
D sce oues meas.& ter eū percontatus,hoc amicitiæ signum esse testatus est.Nec solis hoc dictū est sacerdotib⁹,sed vnicuiq; nostrū cui vel pusillus est creditus grex.Ne nanq; quoniā pusillus est,cōtemnas:pater enim meus,inquit,sibi cōplacuit in eis.Habet ouē vnusquisq; nostrum,hanc ad congrua ducat pascua. Et cū vir è strato surrexerit,nihil aliud quærat, quàm quomodo aliquid faciat aut dicat, vnde totā faciat domū religiosiorem.Mulier vero sit quidem domus custos,sed ante curā hanc magis necessariam habeat solicitudinē,quomodo cœlestia tota domus operet̄. Nam si in secularibus ante domesticorū prouisionē publica obire munia studemus, ne propter exhibitā in his ingratitudinem vinciamur, & in forum trahamur,& innumeras patiamur ignominias : multo magis in spiritualibus hoc agendum est, quæ regis omniū dei sunt,prius persoluenda,ne veniamus vbi stri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dor dentiũ. Has quæramus virtutes, quæ præter salutẽ nostrã proximis quoq; plurimũ prodesse possint: tale quid est eleemosyna, tale oratio, quin potius & hæc ab altera fit potens & eleuatur: ait enim, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã coră deo. Nec vero solũ oratio, verum & ieiuniũ hinc neruos habet. Et si absq; eleemosyna ieiunes, nec bonum opus ieiunium censetur, sed crapulante & ebrio peior est huiusmodi, & tãto peior, quãto deliciis crudelitas grauior. Et quid dico ieiuniũ? Et si nanq; continẽs degas, siue virginitatẽ serues, charitatẽ non habens, extra spõsi thalamũ remanes. Et quid par virginitati, quę nec in nouo testamẽto propter excellẽtiã sub legis venit necessitatẽ? Et tamẽ expellitur, si eleemosynã non habeat. Si vero virgines excluduntur, eo ꝙ hanc cõgrua non habuerint cum largitate, quis absq; ea veniã assequi poterit? Nemo, sed hanc non habentẽ omnino perire necessariũ est. Si enim in secularibus sibi viuit nemo, verũ & artifex, & miles, & agricola, & mercator, ad cõmunem & proximorum vtilitatẽ omnes operãtur: multo magis in spiritualibus oportet hoc facere: hoc enim est maxime viuere. Qui nanq; sibi viuit soli, & omnes negligit, superfluus est, & nec homo, nec generis nostri. At inquies, Quid igitur, meãne despiciã, inquirens aliena? Non est necessariũ aliena quærẽtẽ sua negligere. Qui enim aliena curat, tristificat neminẽ, sed omniũ miseretur, pro viribus prodest: neminẽ diripiet, opprimet neminẽ, non furabitur, non falsum dicet testimoniũ, ab omni abstinebit malitia, omnẽ apprehẽdet virtutẽ, pro inimicis orabit, & insidiãtibus benefaciet, nec vlli conuiciũ iugeret, neq; maledicet, licet innumera ei mala dicãtur. Quin & præsentes labores maximorũ nobis prẽmiorum sunt ministri, & pericula coronas pariũt. Nã si Iacob propter Rachelis desideriũ, tãquam dies paucos septẽ annorũ spaciũ putabat: multo magis beatus Paulus nihil omnia ducebat, in deũ desiderio semel accensus, & propter Christũ quẽ diligebat, omnia sustinens. Studeamus igitur, quæso, nos quoq; Christũ amare: nihil enim aliud, inquit, Christus quærit à te, q̃ vt diligas eũ ex toto corde, & facias mandata eius. Nã qui diligit deũ, patet ꝙ & eius mãdata festinat obire. Cũ enim quis erga quempiam generose dispositus est, omnia facere studet, vt dilectũ in sui desideriũ allicere possit. Et nos itaq; si legitime dominũ dilexerimus, ipsius quoq; mandata poterimus implere, nec eorũ quicquam admittere, quę dilectũ irritare possint: hoc est regnũ cœlorũ, hoc bonorum fruitio, hoc infinita cõtinere bona dignũ censeri, si quis legitime, & quẽadmodũ oportet, deũ diligat: si per purã in eum charitatem, & in conseruos multã exhibeamus dilectionẽ. ait enim, His duobus præceptis lex & prophetæ dependent: in hoc, Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & proximũ tuũ sicut teipsum. Hæc est virtutũ summa, hoc fundamentum: cum dei nanque charitate simul intrat & in proximũ dilectio. Nam qui deũ diligit, fratrẽ non despiciet, nec præponet pecunias, sed multã præferet largitatẽ, eius memor, qui dixit: Quod feciſtis vni ex his minimis, mihi feciſtis. Et cogitans ꝙ per obsequium in conseruum, ipse est qui beneficia sibi vẽdicat: omnia multa cum promptitudine operabitur, & multã in largiendo eleemosynas liberalitatẽ exhibebit, nõ ad apparentis respiciens vilitatem, sed ad eius, qui se in eum collatam sibi vẽdicaturũ promisit, magnitudinẽ. Ne simpliciter, quæso, animarũ nostrarũ pertranseamus emolumentũ, nostrorum medicinam vulnerũ. Hoc enim medicantẽ, hoc maxime tantum nobis præstabit remediũ, & tantũ animarũ nostrarũ vulnera delebit, vt neq; vestigium, neque cicatrix relinquatur: quod in corporalibus fieri non potest vulneribus. Sed licet infinita quis medicorum imponat remedia, cicatricẽ in corpore remanere necessarium est: & meritò: corpus enim est quod curatur. Hic vero quoniã est anima, cum propriã præ se tulerit gratitudinẽ, validã suscipit in melius mutationem: & sic omnia tolluntur vlcera, sicut vento puluis excitatus vehementi. Et his omnibus exẽplis plenæ sunt nobis scripturæ. Ita beatus Paulus ex persecutore factus est apostolus, & qui prius ecclesiã vastabat, ipse fact⁹ est ipsius postea doctor. Vidisti summã mutationẽ? sic & latro infinitas operatus cædes, breui tẽporis momẽto paucis illis verbis sic omnia diluit peccata, vt audiret à domino: Hodie mecum eis in paradiso. Sic & publicanus qui pectus percutiebat, & propria cõfitebatur crimina, descẽdit iustificatus super pharisæum: sed horum quisq; quidẽ animi gratitudinẽ præstans, & priores cõfessus errores, ita veniã assecutus est. Videamus autẽ & huius vim mãdati, & quantã potẽtiæ superabundantiã habeat liberalis eleemosynã, vt lucrum ex ea nobis conflatũ agnoscentes, eã prompte transigamus. Nã fortè tanta est ipsius facultas, vt non tantum peccata detergat, verũ & ipsam effuget mortem. At inquies, Quis eleemosynã exhibẽs, morte superior fact⁹ est? omnes enim videmus sub mortis imperio positos. Ne tumultueris amice, sed ipsis ex rebus disce, quomodo eleemosynæ virtus & huius superauit imperium. Tabitha quædam mulier fuit, quę Dorcas dicitur interpretata, hæc opus faciebat per singulos dies, vt eleemosynæ copiã colligeret: & vestiebat, inquit, viduas, & aliud omne ministerium eis impendebat. Factum est autẽ vt ipsa infirmaretur, & moreretur. Sed vide quomodo beneficiũ assecutę, & ab ea tectæ corpora, beneficium in tẽpore reddunt, circunstantes apostolum. ostendebant, inquit, vestes quas sibi fecerat dum viueret Dorcas. Et altricẽ inquirebant, & fortè spargebant lachrymas, & in misericordiam apostolũ trahebant. Quid beatus itaq; Petrus? Positis, inquit, genibus orauit, & conuersus ad corpus dixit: Tabitha surge. Illa vero aperuit oculos suos, & vidẽs Petrũ resedit. Dans autẽ ei manum, suscitauit eã. Et cum vocasset sanctos & viduas, præstitit illam viuentẽ. Vidisti virtutẽ apostoli? vidisti quãta sit erga viduas beneficij retributio & in præsentia? quid enim, quæso, tantũ hæc vidua præbuit, quãtum ei ipsæ retribuerunt? Vestimenta præbuit ipsis, & cibos: illæ vero eam ad vitã reduxerunt, & mortẽ verterunt in fugam: vel potius non ipsę, sed propter prę-
stitam eis opẽ misericors dominus. Vidisti medicaminis virtutem? hoc omnes nobis comparemus: nec enim preciosum est, licet tãtam habeat potentiã, sed valde vili venale, nec multa opus habet impẽsa. Nam eleemosynæ magnitudo non in pecuniarum multitudine iudicatur, sed in dantium promptitudine. Et propterea qui calicem aquæ frigidæ dederit, factus est acceptabilis: & quę duo minuta erogauit: vt discamus ꝙ vbiq; mentem dominus inquirit. Licet & habentem pauca, magnã exhibere largitatem, cum efficax fuerit promptitudo, & multa possidentem pauca habentibus inferiorem videri propter mẽtis pusillanimitatẽ. Effundamus igitur bona, quæso, super homines in necessitate positos, larga mẽte ex his quę dominus nobis largit⁹ est, & ab ipso data vicissim ei reddamus, vt ita rursum cũ accessione nostra fiant. Eius eñ est tãta liberalitas, vt & ex his quę dedit accipiẽs, se ꝓpria non censeat accipere: sed multa cũ largitate nobis ea reddere polliceatur. Tãtum nos quæ nobis attinent, exhibere velimus, & ea tanquã dei cõmendãtes manui, ita pauperibus ea ministremus, scientes ꝙ quæ manus illa susceperit, non ipsa tantum prębet, sed datis multo plura nobis illa rursum facta largitur, propriã per omnia præferẽs liberalitatẽ. Et quid dico ꝙ ea multiplicans illa manus prębet? Non enim ea solum, verum & cum his regnum donat cœlorum, & prædicat, & coronat, & infinita largitur bona, si quid ex reb⁹ ab eo datis paruũ erogare velimus. Nũquid eñ graue quippiã & onerosum à nobis ĩquirit? Necessitatẽ excedentia vult nos facere necessaria, & quę nequicquã & ĩutiliter reposita sũt, hęc vult bene distribui, vt hĩc occasione sumpta nos coronet: festinat enim & ꝓperat, & omnia facit, vt nos his quę pollicit⁹ est, dignos cõstituat. Ne nos itaq; tot bonis priuemus. Nam si circa terrã laborantes horrea exhaurientes, terræ semina mandant, & congregata dispergunt, & hoc faciũt cũ voluptate, se ampliorũ spe consolantes: & hæc cũ sciant quod frequẽter & aëris inæqualitas, & sterilitas terræ, & alij multi incursus, vel locustarũ exercitus, vel rubiginis impet⁹ ab expectatione decidere facit, bonis tamẽ se pascẽtes expectationibus, in horreis congregata terræ cõmittũt: multo magis nos inaniter reposita in cibos pauperũ dispergere congruũ est, vbi nũquam accidit aberrare, nec infortuniũ, quod in terra fit, vereri: ait enim, Dispersit, dedit pauperib⁹, iustitia eius manet in seculũ seculi. Breui tẽpore distributionẽ fecit, & perẽni quo ꝓmanet eius iustitia. Quid hoc vnquã possit esse beatius? Propterea cohortor, per eleemosynã attraham⁹ iustitiã, vt & de nobis hoc dicat: Dispersit dedit pauperibus. Postquã enim dixit, Dispersit, ne putares ꝙ dispersa periissent, propterea statim intulit, Iustitia eius manet in seculũ seculi. Ex illis, ĩquit, dispersis inconsumpta manet iustitia, cũ omnibus pariter seculis extensa. Et cum eleemosyna reliquarũ quoq; virtutũ multã geramus curã, & carnis vitia corrigamus, & ex nostra relegemus anima cõcupiscentiã omnem vitiosam, omnem malã cogitationem, iram, indignationẽ, inuidiã: & animæ speciẽ per omnia ornemus, vt pulchritudinẽ eius clarã reddentes, cœlorum alliciamus dominum. Vbi nanq; viderit animæ pulchritudinẽ, statim adest. Ipse enim dicit: Super quẽ respiciam, nisi super mitem & quietũ, & trementẽ sermones meos? Vidisti quomodo nos oẽs docuit colores, quibus animę pulchritudinẽ lætam facere possimus? Super mitẽ & quietũ, inquit, & humilẽ: deinde omnium cõparatiuum intulit, Et trementem sermones meos, obedientiã per opera implentẽ. Quod & alibi dicit: Beatus homo qui semper est pauidus. Nã si nos cum seruũ nostrũ mandata nostra strenuiter implere viderimus, & cũ maiori timore, maiorẽ erga eum beneuolẽtiã exhibemus: multo magis bonus dominus propterea dicebat: super illum respiciam trementem sermones meos. Igitur tremiscamus, exhortor, & cũ multo timore ipsius impleamus mãdata: ipsius enim sermones sunt. Et cum didicerimus quæ placeant ei, & quæ suscipiat, illa tractemus, & tales esse studeam⁹ vt quietẽ, mansuetudinẽ, & humilitatẽ multam exhibeamus, & omnia ipsius cũ reuerentia obeamus præcepta, vt nostræ mentis affectum suscipiens, & nostra delectatus obediẽtia, supra nos quoq; dignetur aspicere. Et si nobis hoc contigerit, in omni erimus securitate. Respiciã enim dicit, pro faciã prouidentia dignum, manũ porrigã, suscipiam, in omnibus gratias meas cũ largitate præbebo. Hæc igitur omnia exerceamus, vt super nos dominus respiciat, & hic præsentem vitã sine tristitia expedire possimus, & futura consequi bona, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & spiritui sancto gloria, potestas & honor, nunc & semper, &c.

De eleemosyna & misericordia, Homilia XXXV.

AMabile sanctorum omne genus, charissimi, propterea q; Paulus dicebat: Induite vos ergo sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ. Vides verbi virtutem, & quomodo nos semper vult esse misericordes? Non enim dixit, Miseremini simpliciter, sed induite vos, vt sicut vestimentũ semper nobiscũ est, sic & eleemosyna. Nec simpliciter dixit, misericordiam, sed viscera misericordiæ, vt naturalẽ imitemur amorẽ. At nos contraria facimus, & si quis vnũ quidẽ petens obolum accedat, cõtumeliis & cõuiciis insectamur, ac impostorem vocamus. Non horres homo & erubescis, impostorẽ propter panẽ vocãs? Si vero talis & impostura facit, propterea cui misericordia tribuatur dignus est, ꝙ ita fame premitur, vt talem subeat personã. Quin hoc & nostræ crudelitatis est redargutio. Nam quoniam facile dare nõ sustinemus, innumeras cogũtur artes excogitare, vt inhumanitatem nostrã fallere possint, & emollire ęquitiam. Alioquin vero si aurũ quidem & argentum peteret, suspicionis posset habere rationem, sed cũ necessarij causa nutrimẽti petat, quid intempestiue philosopharis, & superfluam cum diligentia rationẽ supputas, ignauiam exprobrans & torporẽ? Nã si forent ista dicenda, nõ aliis, sed nobisipsis dicere congruũ esset. Cum igitur ad deũ accedis peccatorum petens veniã, horum reminiscere verborũ, & intelliges ꝙ ipse hæc à deo iustius audies, q̃ pauper à te. Nec tamẽ vnquam hæc deus tibi verba dixit, Abscede scilicet, es enim impostor, & in meam quidẽ iugiter intrans ecclesiã, & leges meas audiens: at in foro aurũ, & amicitiam, & concupiscentiã, & omnia generaliter meis prępones mandatis. Et nunc quidem humilis es, sed post orationẽ audax & crudelis, & inhumanus. Abeas igitur hinc, nec amplius accedas. hæc eñ & his plura digni sumus audire. Sed tamẽ nũquã huiusmodi quicquam exprobrauit, sed longanimiter agit, & à scipso omnia præstat, & plura q̃ petimus indulget. Hęc itaque cogitantes, indigẽtibus inopiam soluamus, licet impostură faciant, ne rem tam ad viuum resecemus. Talis enim & nos salutis indigemus, cum venia, cum clementia, cum multa misericordia. Nõ est enim, nõ est nostrũ, licet pro viribus diligenter inquirentium vnquam saluari, sed omnino puniri necessariũ est, & perire. Ne sim⁹ itaq; reliquorũ amari iudices, ne nos quoq; pœnas acres repetamus: nã peccata omni venia maiora habemus. Itaq; magis illorũ misereamur, qui nulla venia digna peccauerunt, vt & talem nobis misericordiam præparemus. Nam quãtuncunq; largiamur, nunquã talem conferre poterimus humanitatẽ, quali nos apud dei clemẽtiã egemus. Itaq; quo-

Universidad de Deusto Biblioteca

modo non absurdum est, nos in tantis cõstitutos ne-
cessitatibus erga cõseruos nostros seuerã ponere ra-
tionẽ,& aduersus nosipsos oĩa facere? Nõ enim tam
illum tuo mõstrabis indignũ beneficio , quàm te dei
clemẽtia.Qui nanq; seuerus est in conseruũ exactor,
multo magis deũ hoc faciẽtẽ habebit. Ne cõtra nos
itaq; loquamur,sed siue per ignauiã,siue per torporẽ
accesserint,nos præbeamus.Nã & nos multa per ne-
gligentiã peccamus , nec statim à nobis deus pœnas
exigit,sed nobis pœnitentiæ tẽpus tribuit,per singu-
los nutriẽs dies,erudiẽs,docẽs,omnia subministrans
cætera, vt & nos hanc ipsius imitemur misericordiã.
Hanc itaq; crudelitatẽ soluamus , eiiciamus feritatẽ,
tanquã nosipsos magis q̃ alios promerẽtes.His enim
argentum quidẽ erogamus,& panẽ , & vestimẽtum,
nobis autem ipsis magnam præparamus gloriam, &
quã sermone non possumus exprimere : immortalia
nanq; recipientes corpora, cũ Christo glorificamur
& conregnamus.Hoc autẽ quãtum sit,hinc sciemus:
imò vero nequaquã manifeste nũc scire poterimus.
Vt autẽ ex nostris bonis eleuati , aliquã saltem paruã
eius cogitationẽ capiamus, quamoptime potero di-
ctum explicare conabor.Nam dic mihi, si quis te se-
nio confectũ,& viuentẽ in paupertate,subito iuuenẽ
se facturũ promisisset,& in ipsum ętatis florem redu-
cturũ,& super omnes pręualidũ,& speciosum reddi-
turũ esse,& in regnũ in mille duraturũ annos , regnũ
inquam pacẽ firmissimã possidẽs: quid pro hac pro-
missione non eligeres tam facere, q̃ pati? Ecce igitur
Christus non hæc , sed his multo maiora promittit.
Non enim quantũ est senectutis & iuuentę medium,
tantũ est corruptionis & incorruptionis interuallũ:
neq; quantũ est regni & paupertatis,tantũ est gloriæ
præsentis & futuræ : sed quantũ somniorũ & verita-
tis,quinimò nec adhuc quicquam dixi.Nec enim est
sermo qui possit differentiæ magnitudinẽ exprime-
re,quæ est inter futura & præsentia: tẽporis vero ra-
tione neq; penitus cogitari differentia potest . Quo-
modo enim præsentibus aliquis vitã cõparet fine ca-
rentẽ ? Pacis autẽ illius tantũ est mediũ ad præsentẽ,
quantum pacis & belli discrimen : & incorruptionis
quãto gleba lutea melior mũda margarita.Imò vero
quantũcunq; quispiã dixerit,nihil par exprimere po
terit.Nam & si solari cõpono lumini futurorum pul-
chritudinẽ corporũ, siue splendidissimo fulguri,nõ-
dum quicquã illa claritate dignũ dico . Propter hæc
itaq; quæ pecuniæ,vel corpora non sunt impenden-
dæ?Imò vero quot animas exponere dignũ non fue-
rit?Nunc vero si quis te quidẽ in regiã deduxit , & vt
omnibus pręsentibus regẽ alloquereris effecit, & illi
te reddidit commensalẽ,& conuiuam , omniũ te di-
cis esse beatissimũ.In cœlũ autẽ ascensurus,& omniũ
regi assistere, & perennẽ cum angelis habere splẽdo-
rem, & illa frui ineffabili gloria : dubitas an erogare
pecunias oporteat , quum opus esset,etiã si vita fuis-
set exuenda,gestire & exultare,& per voluptatem ef-
ferri?Tu vero quò magistratum quidẽ acquiras , qui
furtorũ tibi præbeat occasiones (non enim ego tale
quid lucrũ dixerim)etiã quę possides,erogas,& alie-
na mutuatus,etiã si sit opus , vxorẽ & liberos obno-
xios cõstituere nõ torpes:at regno cœlorũ proposi-
to,principatu nullũ habente successorem , cum deus
præcipiat non terrę partem,& angulum,sed totũ ac-
cipere cœlum,torpes & hæsitas,& solis inhias pecu-
niis,& nõ cogitas, cũ cœli partes nobis obiectæ tam

A pulchræ sint & amœnæ,qualia sint superiora, & cœ-
lum cœli?Sed quoniam corporis interim oculis hæc
cernere non licet,ascendas mente,& super hoc cœlũ
constitutus, illud huic superpositũ respice cœlum in
altitudinem immensam , in lucẽ admiratione plenã,
in angelorũ cateruas , in archangelorũ gentes infini-
tas,in alias incorporeas virtutes. Et rursum inde de-
scendens,imaginẽ nostram resume, & quę sunt apud
regẽ terrenũ,describe,viros scilicet auro micãtes , &
alborum iuga mulorũ aureis insignitorũ ornamẽtis,
& vehicula gẽmis ornata,& niueum stratum, & bra-
cteas vehicula circunsonantes, & dracones in sericis
vestibus effictos, & clypeos aureis vmbonibus coru-
scantes,& ex his lora per multas gẽmas à superiori-
bus curuaturis extenta, & equos auro cõptos, & au-
rea fræna:sed cũ iam regẽ viderimus, nihil iam horũ
aspicimus.Ille nanq; nos solus in se conuertit purpu-
B reáq; vestimẽta,& diadema,& solium, & baltheus,&
calceamenta,magnus oculorũ fulgor. Cũ hæc igitur
omnia diligẽter collegeris, rursum ad superiora mẽ-
tem transmitte, & illã diem tremẽdam qua Christus
veniet.Non enim tunc mulorũ iuga videbis,non au-
reos currus,neque dracones & scuta, sed quæ multo
plena sunt horrore,& tantũ inferũt stuporẽ,vt & vir-
tutes ipsæ cœlestes cõsternandę sint:ait enim,Virtu-
tes cœlorũ mouebuntur.Tunc enim totũ quidẽ cœ- *Luc. 21.*
lum aperitur,& orbium illorũ fores reserantur . De-
scendit autem vnigenitus dei filius,non viginti, neq;
centũ viris dei ministrantibus , sed miliũ milibus an-
gelorum,archangelorũ,Cherubin,Seraphin, & alia-
rum virtutũ:& omnia erunt timore & tremore plena,
hiante terra,hominibus qui quandocunq; fuerũt, ex
C quo factus fuit Adam ad diẽ illam vsq;,de terra ascẽ-
dentibus,& omnibus in aëra rapiendis,ipso cũ tanta
apparente gloria,ꝙ & sol & luna& omne lumen abs-
condetur , ab illo splendore perlustratũ . Quis illam
sermo beatitudinẽ exprimet,claritatẽ & gloriã?Heu
mihi anima , etenim lachrymare nũc mihi succurrit,
& altũ suspirare , cogitanti quibus bonis excidimus,
qua sumus expulsi beatitudine:saltẽ quod meum est
interim dico,cum nihil magnũ operemur & admira-
bile.Ne quis igitur mihi gehẽnam hic dicat.Gehen-
na nanq; peius est omni,hac excidere gloria,& innu-
meris pei⁹ est pœnis,illa sorte priuari: & tamẽ adhuc
præsentibus inhiamus, neq; diaboli versutiã cogita-
mus,qui per parua magnis spoliat,& lutũ præbet , vt
aurum rapiat,imò magis vt auferat cœlũ.Et vmbram
prætẽdit,vt veritate nos extrudat, & in somniis phã-
D tasias ostẽdit(hoc enim sunt præsentes diuitiæ)vt cũ
illuxerit,omnibus pauperiores exhibeat.Hæc itaque
cogitantes,tandẽ dolũ quandoq; fugiamus,& ad fu-
tura transeamus.Non enim licebit dicere, Ignoraui-
mus præsentis vitæ corruptibilitatem , rebus quo-
tidie clamantibus tuba clarius pręsentium vilitatem,
risum, pudorem , pericula , præcipitia . Quam igitur
habebimus excusationem,periculosa quidem & op-
probrij plena multo sectantes studio : tuta vero, nós-
que reddentia gloriosos fugientes, & nos pecuniarũ
tyrannidi totos tradentes ? etenim omni tyrannide
peior est horum seruitus , & id norunt,quotquot ab
ea liberari meruerunt. Vt itaq; vos quoq; pulchram
hanc discatis libertatem,diruptis vinculis ex laqueo
prosilite , & non reponatur aurum vobis in domo.
Sed quid innumeris est preciosius pecuniis ? Elee-
mosyna,& humanitas pro auro. Nã hæc vobis apud
deum

deum fiduciam præbet:illud vero multũ contra nos
effundit dedecus,& vehemẽter spirare facit aduersus
nos diabolum.Quid igitur inimicũ armas , & reddis
fortiorem?Arma dexterã tuam aduersus eũ,& totam
domus pulchritudinẽ in animã introducas,& omnes
in mente diuitias repone.Aurũ vice loculi & domus
cœlũ custodiat,& omnia nostra nos erogemus. Nos
nanq; parietibus multo meliores,& pauimẽto vene-
rabiliores.Quid igitur nosipsos deserẽtes, in illa stu-
dium omne cõsumimus, quæ migrantes habere non
possumus,& frequẽter nec hic manẽtes retinere , cũ
ita locupletari liceat,vt non tantũ hic,verũ & illic di-
tissimi videamur?Qui nanque loca,domus,& aurũ in
anima circũfert,vbicunq; visus fuerit, cũ his videtur
diuitiis. At inquies, Quomodo potest hoc fieri? Po-
test & cũ maiori facilitate . Nã si in cœlũ ea transtu-
leris per pauperũ manus,in anima tua reposueris om
nia:& licet iam mors ingruat , illis te nemo priuabit,
Act. 9. sed transibis & illic locuples.Talẽ habebat & Tabi-
tha thesaurũ, propterea nõ domus eam prædicabat,
neq; parietes,neq; lapides,neq; columnæ,sed induta
viduarũ corpora,& manantes lachrymæ, & fugitiua
mors,vitáq; reflorescens.Talia nobis quoq; cõpare-
mus horrea,tales domus ædificemus . Et ita deũ ha-
bebimus cooperatorẽ, & ipsi eius cooperatores eri-
mus.Ipse nanq; pauperes cũ non essent,produxit: tu
vero productos & factos, fame & reliquis ærũnis ta-
bescere nõ finis,subueniẽs,corrigẽs vndiq; dei tem-
plũ labens:cui quid vnquã æquale fuerit & ad vtili-
tatis,& ad dignitatis rationẽ?Si vero nõdũ apertè di
dicisti,quali te decorauit ornamẽto,paupertatẽ sub-
leuare iubẽs,illud intra te cõputa.Si tibi talẽ dedisset
potestatẽ,vt labẽs cœlũ sustinere posses,nõne id op⁹
honorẽ te multo maiorẽ existimasses?En igitur, ma-
iori te dignũ fecit honore.Quod enĩ cœlis est digni⁹,
hoc tibi refouendũ cõmisit: apud deũ enim visibiliũ
nihil homini par. Nam & cœlũ & terrã & mare pro-
pter eũ fecit,& in eo magis q̃ in cœlo delectatur in-
habitans:& tamen nos hæc scientes, nullã dei tẽplo-
rum curã gerimus,aut prouidentiã, sed eos neglectũ
iri sinẽtes,nobis magnas & splendidas domos para-
mus.Et ideo cũctis priuati sumus bonis,& valde pau
peribus pauperiores,quoniã has ornamus ędes,quas
hinc migrãtes asportare non possumus,& illas omit-
timus,quas nobiscũ possum⁹ simul ducere. Dissoluta
nanq; pauperũ corpora,omnino resurgẽs,& his ꝓdu
ctis qui hęc imperauit de⁹,eos qui curã ipsorũ gesse-
rint,laudabit,& admirabiles reddet, ꝙ eos iam casu-
ros,nunc quidẽ prę fame,nunc vero præ nuditate &
gelu,omnibus modis refocillarũt. Veruntamẽ & tot
nobis laudibus ꝓpositis , adhuc cessamus,& ad hanc
pulchrã torpemus curã.Et Christus quidẽ nõ habet
vbi caput suũ reclinet,sed circumit peregrin⁹, & nu-
dus,& esuriẽs:tu vero suburbana,thermas & portic⁹,
innumerósq; paras thalamos incassum & frustra . At
Christo nec exiguum cõmunicas tectũ,coruis autem
& miluis fastigia exornas.Quid hac pei⁹ stupiditate?
quid insania graui⁹?Insania siquidẽ hęc sũt extrema.
Quin potius quicquid aliquis dixerit,dignũ ꝓtulerit
nihil.Veruntamẽ si volumus,ægritudinẽ licet grauẽ
repellere possum⁹.Nec solũ fieri potest,sed & facile:
nec facile simpliciter,verũ & multo facili⁹ ab hac pe
ste liberari , q̃ à corporalibus morbis, quanto maior
est & medicus.Eũ igitur alliciamus,& vt adiuuet ro-
gemus,& à nobisipsis debita conferamus,volũtatem

A dico & prõptitudinẽ.Nihil enim aliud exiget , sed si
hæc accipiat solũ,à seipso cũcta depromet. Impẽda-
mus itaq; nostra , vt & hic purã assequamur sanitatẽ,
& ad futura perueniam⁹ bona, gratia & misericordia
domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri simul & san-
cto spiritui gloria,imperiũ,honor, & adoratio, nunc
& semper,& in secula seculorum,Amen.

Quod magnum est bonum in nos peccantibus peccata dimittere, & de eleemosyna, Homilia XXXVI.

SIcut diuitum liberi monilia circa collũ au-
rea gestant,nec vnquã ea deponunt,sed tan-
quam nobilitatis insigne circunferunt:sic &
eleemosynã charissimi nosipsos semper oportet in-
duamus, ostendentes ꝙ misericordis patris sumus fi-
lij,qui facit hunc solem oriri super bonos & malos,
Sed nõ credũt infideles?Igitur per hæc credẽt,si nos *Matth. 5.*
B hæc operemur,si videãt ꝙ omniũ misereamur,& illũ
inscriptũ habeamus præceptorẽ,scient ꝙ illũ imitã-
tes hoc facim⁹.Eleemosyna,inquit,& fides vere. Be-
ne ait, vere:nõ ex rapina,nõ ex furto . Hoc enĩ nõ est
fides,nõ veritas.Nã furantẽ mentiri necessariũ est,&
peierare oportet:tu vero nõ ita,sed cum eleemosyna
fidẽ habeas.Circũdemur hoc ornamẽto,torquẽ col-
lo faciamus aureũ,eleemosynã dico , donec hic mo-
ramur:cũ enim hæc ætas trãsierit,nõ ampli⁹ hac vte-
mur.Quomodo?nõ ibi sunt pauperes, non pecuniæ,
nõ mẽdicitas.Donec sumus pueri , ne nos hoc exua-
mus monili.Sicut enĩ circa pueros geritur , vt cũ viri
facti fuerint, hæc auferãtur,& ad aliũ traducãtur or-
natũ:si c & circa nos.Nõ amplius per pecunias elee-
mosyna remanebit , sed altera quædã multo maior.
Itaq; ne nos hac priuemus,curemus animã apparere
C speciosam. Magnũ est & pulchrũ & preciosum elee-
msyna:donũ est magnũ , imò vero magnũ bonum. si
pecunias cõtemnere discamus,alia quoq; discemus.
Hinc enim intuere quot bona pariãtur.Dãs eleemo-
synã sicut oportet dare, discit aspernari diuitias: qui
pecunias didicit aspernari, malorũ radicem excidit:
itaq; non minus accipit q̃ præstat beneficium , nõ eo
solũ ꝙ debitũ & retributio sit eleemosynæ reposita,
verũ & ꝙ anima sapiens & alta fiat,& diues . Qui dat
eleemosynã,discit nõ admirari pecunias , neq; aurũ.
Hoc autẽ instructa mẽte,maximũ in cœlũ ascenden-
di principiũ accepit,& innumeras contẽtionis & li-
tis & inuidiæ ac tristitiæ sustulit occasiones . Nostis
enim,nostis & vos , ꝙ omnia ꝓpter pecunias,& infi-
nita propter pecunias bella:qui autem has cõtemne-
re didicit,semetipsum in trãquillitate constituit,non
D amplius iacturã formidat , hoc enĩ docuit eleemosy-
na,non amplius res proximi concupiscit.Quomodo
nanq;,qui sua disperdit & largitur?Nõ vltra locuple-
ti inuidet,quomodo nanq; cũ velit pauper fieri ? suæ
purgat oculũ animæ.Et hęc quidẽ in hoc seculo,quę
vero sunt in illo, nec dicere licet quãta consequetur
bona . Nõ extrinsecus cũ fatuis manebit virginibus, *Matt. 25.*
sed cum prudentibus ingredietur cum sponso, ardẽ-
tes habens lampadas,& in virginitate tabefactis, qui
nec illos quidẽ gustauit labores,erit melior.Tãta vis
est eleemosynæ, cum multa fiducia suos introducit
alũnos:est enim cœli nota ianitoribus,sponsalis tha-
lami fores obseruantibus,quin & venerabilis,& quos
sui cultores agnouerit , cum multa introducet liber-
tate,& contradicet nemo,sed omnes cedent.Nam si
deum in terram deduxit,& hominem fieri persuasit,
multo magis in cœlum hominem poterit reducere:

Universidad de Deusto
Biblioteca

magna enim est ipsius potẽtia. Si igitur ex misericordia & clemẽtia deus homo factus est, & vt seruus fieret, persuasum: multo magis seruos in ipsius inducet domũ. Hãc amemus, hãc diligamus, non vno die vel altero, sed ĩ omni tẽpore, vt nos agnoscat. Si ipsa nos agnouerit, & dominus agnoscet: si nõ agnouerit ipsa, ignorabit & dominus, & dicet: Nescio vos: ait enim, Magna res homo, & preciosa vir misericors. Hęc maior est gratia, q̃ mortuos resuscitare. Multo nanque maius est, q̃ in nomine Iesu mortuos suscitare, esuriẽtem pascere Christũ. Hã hic quidẽ tu de Christo bene mereris: illic autẽ ipse de te. At merces est in bene gerendo, nõ in bene patiendo. Hic enim in signis inquã, ipse deo debes, in eleemosyna vero deum habes debitorẽ. Est autẽ eleemosyna, cũ prõpte præstatur cũ largitate: cũ non dare, sed accipere te putaueris: cũ tanquã beneficiũ accipiẽs, & quæstũ faciens, non autẽ iacturã, quoniam hoc neq; gratia: oportet enim alteri misericordiã impẽdentẽ gaudere, nõ indignari. Nam quomodo nõ absurdũ, si soluens alterius tristitiã ipse tristeris? Nõ enim amplius eã esse finis eleemosynã. Nã si mœres q̃ aliũ à mœrore liberaueris, extremæ prẽfers crudelitatis & inhumanitatis significationem. Satius enim est nõ liberare, q̃ hoc modo liberare. Quid vero tandẽ homo tristaris? Nũquid ne tibi minuatur aurũ? Si talẽ habes voluntatẽ, nec omnino des: si nõ confidis q̃ in cœlis tibi multiplicatur, ne præbeas. Sed hic retributionẽ quæris? quare sinas eleemosynã eleemosynã esse, & non quæstum. Multi quidẽ & hic receperunt, sed nõ hoc recepere modo, sed nõ ideo plus habituri nihil hic recipiẽtibus. Sed quidã horum tanquã infirmiores, quoniã illic repositis nõ satis trahebãtur. Et sicut gulosi, insolẽtes, expertes honestatis, & vẽtris serui, ad regale vocati cõuiuium, nec congruã horã expectantes, paruulorum infantũ more suã corrũpunt lætitiã præuenientes, & viliorib⁹ seipsos cibis saturãtes: ita scilicet & hi mercedẽ hic exquirẽtes, & accipiẽtes, futurã diminuũt. Et fœnerans quidẽ post multos annos fortẽ recipere cõcupiscis, cum periculo neq; fortem recipiendi, vt mora maius accipias fœnus: hic vero statim repetis, & hæc cũ nõ hic semper, sed illic cõtinue sis mansurus: nõ hic iudicari, sed illic pœnas subire debeas. Et si quis tibi quidẽ domos vbi manere non debeas parasset, magnũ existimares detrimentũ id factũ: nunc autẽ hic vis locupletari, vnde frequẽter & ante vespe-
1. Pet. 2. ram es migraturus. Nescis q̃ in aliena regione moramur tãquam hospites & peregrini? Nescis q̃ peregrinorũ est expelli, cũ nec expectauerint neq; sperauerint? quod & nos patimur: propterea quicquid cõparauerimus, hic dimittimus. Nõ enim permittit dominus migrãtes ea simul auferre, siue domos ędificauerimus, siue coëmerimus agros, siue seruos, siue supellectilia, siue quid aliud huiusmodi. Nec tantũ nõ permittit abeũtes quicquã asportare, sed neq; tibi mercedem cõputat. Tibi nanq; prędixit, q̃ nõ ędificabis, nec impendes aliena, sed tua. Quid igitur tua dimittens, alienis operaris, & erogas, vt & laborẽ, & mercedẽ amittas, & extremã subeas vltionem? Ne quæso sic agas, sed postquã natura sumus peregrini, simus & volũtate, ne peregrini fiamus illic ignobiles & abiecti. Nã si ciues hic fieri voluerimus, neq; hic erimus, neq; illic: si vero peregrini, sicut sumus, permaneam⁹: & ita degamus, sicut peregrinos degere par est, ciuiũ & hic & illic capiemus fiduciam. Iustus enim, & nihil habens, & hic, & vbiq; tanquã in suis cõuersabitur, & in cœlũ reuersus, sua videbit æterna tabernacula. Et neq; hic aliquid patietur infestũ: nec enim eũ quispiã exulem facere poterit, terrã omnẽ patriã habentem: & suã recipiẽs patriã, veras videbit diuitias. Vt igitur vtraq; lucremur, & præsentia, & futura, congrue substãtiis vtamur: sic enim erimus cœlorũ ciues, & multam assequemur fiduciã. Quoniã vbi quęso vtilis erit qui eleemosynã non facit? Ieiunas quotidie? verũ & tunc virgines illæ, sed nihil eis ꝓfuit. At oras, & quid hoc? Absq; eleemosyna sterilis oratio, omnia immũda absque hac, omnia inutilia, maior virtutis pars est amputata. Qui nõ diligit fratrẽ suũ, inquit, deum non 1. Ioan. 4. nouit: tu vero quomodo diligis, neque parua hæc & vilia volens ei cõmunicare? Dic mihi, tẽperãter agis? Qua de causa? nónne quia pœnã timuisti? Nequaquã ex virtute, sed à natura negociũ obis. Quoniã si moderate viuis pœnã veritus, & tantã sustines violentiã, tanquã tyrannidẽ: multo magis eleemosynas facere fuerat opus. Non enim par est corporũ vincere concupiscentiã, & pecuniarum, sed maior illic est labor. Cur tandẽ? quoniã voluptas quidẽ naturalis, & corpori nostro insita & ingenita, pecuniarum autẽ cura nequaquam: hoc est id, quo deo possumus adęquari, miserari & misericordiã exhibere. Cũ hoc itaq; non habeamus, toto sumus priuati: non dixit, Si ieiunetis, similes eritis patri vestro: neq; dixit, Si suppliciter oraueritis, similes eritis patri vestro: neq;, Si virginitatẽ illæsam seruaueritis, similes eritis patri vestro. Nihil enim horũ est circa deũ, nec horũ quicquã deus operatur. Sed quid? Estote misericordes, sicut & pater vester qui in cœlis est. Hoc dei est opus. Hoc si nõ habeas, quid habes? Misericordiã volo, inquit, & non Osee. 6. sacrificiũ. Fecit cœlũ deus, fecit terram, mare: magna hæc, & ipsius digna sapientia. Sed horũ nullo tantum humanã attraxit naturã, quantũ misericordia & clementia: ait enim, Hoc quidẽ opus est sapientiæ & potentiæ, & bonitatis, multo magis autem quòd seruus factus est. Nónne magis in hoc eũ admiramur? Non in hoc magis acceptamur? Nihil ita deũ attrahit, sicut misericordia. Et multa de hoc passim omnes ꝓphetę loquũtur. Misericordiã autẽ dico, nõ cũ auaritia: nõ enim est misericordia: non enim spinæ radix vnquã oleũ parit, sed oliuæ. Sicut nec auaritiæ radix misericordiã: nec iniustitiæ, nec rapinæ: neq; calumnię trades eleemosynã, nec eã facias ab omnibus accusari. Nam si propterea rapis vt misereris, nihil hac peius eleemosyna. Cum enim ex rapina nascatur, hoc eleemosyna non est: sęuitia quædã est, & crudelitas, hoc est in deũ cõtumelia. Si suorũ deteriora Cain offerẽs sic offendit, aliena offerens quomodo non offendit? Oblatio non aliud est q̃ sacrificiũ, non immunditia. Et sordidis quidẽ manibus orare non audes: sordem autem & immunditiam offerens ex rapina nil mali censes? Ipsas manus sordibus & immunditia non finis impleri: sed prius purificatas, ita postmodum eas offers. Et talis sordes nullum habet peccatum, illa vero accusatione digna atque calumnia. Ne solum igitur hoc consideremus, quomodo puras offeramus manus orantes, verum & vt quę offeruntur pura sint: quoniam hoc risus est: quemadmodum si quis tabulam ablutam immundis muneribus oneret: nónne subsannatio hoc est, & risus? Sint manus puræ. Non eas tantũ aqua abluamus, verum & iustitia prius hæc est manuum expiatio. Si vero simus iniustitia pleni, si millies

millies etiã eas laues, nullũ est emolumentũ: ait eĩ, Esa. 1. Lauamini, mũdi estote. Quid igiť, nunquid dixit: Ite ad fontes, ite ad balnea, vel flumina? Nihil horũ. Sed quid? Auferte iniquitates vestras ab oculis meis: hoc est mũdari, hoc est ab inquinamẽto liberari, hæc est verè mũditia. Nã illa quidẽ parũ profuerit, hæc autẽ apud deũ fiduciã nobis largitur. Et illã adulteri quoque & fures, & homicidę possunt habere, & molles, & dissoluti viri, & fornicarij, & scortatores, & hi præsertim. Hi nanq; sunt qui corporis mũditiã omnium maxime curãt, iugiter olẽtes vnguẽta, sepulchrũ abstergentes (sepulchrũ eĩ cis corpus est) animã intus habentes mortuã. Igitur huius quidẽ puritatis & illi possunt esse participes, interioris vero nequaquã. Nihil magnũ est, si corp⁹ abluas: Iudaica est ista purgatio, inutilis & nõ expediẽs, cũ interior desit. Sit aliquis habẽs putredinẽ, & vlcera corpus depascentia, circũlauit corpus, quis exitus? quod lucrum? Si vero corporis tabẽ nihil lenire poterit, cũ superficies exterior obruatur & destruatur, cũ in anima fuerit tabes, quid nobis ꝓderit corporis puritas? Nihil. Puris est nobis opus orationibꝰ. Orationes autẽ puræ esse nõ possunt, cum fœda sit anima quæ parit eas. Nihil enim animã ita fœdã reddit, sicut auaritia atq; rapina. Sed sunt quidã innumera per diem operati mala, qui circa vesperã se lauãtes, ecclesiã ingrediũtur, cũ multa manus extollẽtes fiducia, tanquam omnia per aquarũ piscinã deposuerint. Si sic esset, magis foret emolumentũ quotidie lauari: si sic esset, nec ipse balnea frequẽtare morarer, si mũdos redderẽt, & à peccatis absoluerent. Risus ista sunt, & nugæ, ludicra, & puerorũ ioca. Nõ auersatur deꝰ corporis sordes, sed Matt. 5. animæ pollutionẽ: eũ enim audi dicentẽ, Beati mundo: nunquid corpore? Nequaquã: sed, corde mundi, quoniã ipsi deum videbũt. Propheta vero quid ait? Psal. 50. Cor mundũ crea in me deus: Et iterũ, Ablue à mali- Hiere. 4. tia cor tuũ. Magnũ est bonũ in cõsuetudine bonorũ esse. Vide quomodo parua sint hæc, & inutilia. Et postquã anima cõsuetudine præoccupata fuerit, nõ abscedit: neq; priusquã ea peregerit, ad orationẽ accedere sustinet. Puta in cõsuetudine nos cõstituim⁹ lauãdi & orãdi, nec illotũ hoc facere datur. Ideo libenter nõ oramus, si nõ lotis hoc manibus faciamus tanquã deum offensuri, & sub nequã constituti conscientia. Si parum hoc tantam vim habet, & omnino quotidie perficitur: si nos in eleemosynæ consuetudine cõstituissemus, & hoc decreuissem⁹ semper implere, ne manibus vacuis vnquã orationis domũ ingrederemur, res iã perfecta fuisset. Cõsuetudinis eĩ vis & in bonis, & in malis magna: ipsa nos trahente, laboris iã nõ indigebimus. Multi sunt in se signandi cõsuetudine cõfirmati, nec iã cõmonente opus habent: quin & mẽte frequẽter aliò vagãte, tanquam à quodã animato præceptore manꝰ spõte trahitur ad signũ faciendũ. In cõsuetudine quidã se cõstituerũt ne iurẽt, & hoc neq; volẽtes, nec inuiti patiẽtur. Igitur & in hac eleemosynæ nosipsos cõsuetudine cõstituamus. Quot opus erat nobis laborib⁹, vt hoc inueniretur remediũ? Dic enim mihi, nisi foret eleemosynæ subsidiũ, cũ multis criminibus admissis nos vltionis reos statuissemus, nónne multũ dolerem⁹: nõne diceremus, vtinã per pecunias à peccatis ablui liceret, & omnia daremus? Vtinã pecuniis dei liceret iram expellere, neq; rebus vllis parceremus. Nam si hoc in ægritudine facimus, & in morte dicimus, Si mors redimi posset, ille oĩa sua dedisset: multo magis hoc. Et vide quãta sit dei misericordia, tẽporalẽ redimere mortẽ tibi nõ cõcessit, sed cõcessit æternam mortẽ. Ne breuem, inquit, emas vitã hanc, sed vitam illã æternã: illam tibi vendo, non hanc, non illudo tibi. Hanc & si ceperis, ceperis nihil. Ego noui quòd illa magna est, sed nõ ita caupones, & seculares quæstus sectãtes faciũt. Illis enim si liceat illudere quibꝰ velint, pro magno paruũ exhibẽt: ipse vero non ita, nos autẽ ita. Dic mihi, Si ad aliquẽ profectus mercatorẽ duobus propositis lapillis, hoc quidẽ falso, hoc autẽ pretioso, & diuitiarũ multũ trahente, illius parui pretium deponens, magnum accepisses: nunquid illum incusasses? Nequaquã, sed potius fuisses admiratus. Itidem & nũc propositę sunt duæ vitæ, tẽporalis, & æterna: ipsas autẽ venũdat deus. Sed hãc nobis, non illã vendit. Quid insipientiũ more puerorũ tristamur, quod precioſam acceperimus? Potest igitur, inquies, pecuniis vita redimi? Potest, si nostra, & non aliena erogemus: si nõ faciamus imposturam. At inquies: Mea post rapinã sunt. Nõ tua, imò sunt illius: aliena sunt, licet eorũ millies sis dominus. Nec enim si depositũ acceperis, tẽpore quo depositor peregrinatur, hæc tua sunt, licet apud te iaceãt. Si igitur quę à volẽtibus, & gratias habẽtibus in depositũ accepimus, nostra nõ sunt, nec illo tempore quo tenemus: multo magis hæc, quæ inuitis & nolẽtibus rapimus, proximi sunt: ille eorũ est domin⁹, licet millies ea retineas. Illa vero nostra est virt⁹. Pecuniæ vero ne nostræ quidẽ, nostræ sunt, nedũ alienæ. Sed nũc quidẽ nostrũ est, cras vero nõ iã nostrũ. Virtutis autem bona sunt nostra: nõ enim hæc sicut illa iacturam facit, sed omnibus tota præsens adest. Hãc itaq; possideamus, & cõtẽnamus pecunias, vt vera consequi bona possimus: quæ nos vtinã omnes mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, &c.

De eleemosyna & misericordia, Homilia XXXVII. ad Corinthios prima.

QVm hominem diligat dominus, charissimi, multam præceptis suis immiscuit lenitatẽ, vt non solum ex præcepto, verum & ex propria mente multa faciam⁹. Poterat enim, nisi hoc voluisset, præcepta magis intendere, & dicere. Qui non semper ieiunat, puniatur: qui virginitatem non seruat, in eum animaduertatur: qui præsentia non exuit omnia, supremam exoluat pœnam. Sed hoc non fecit, tibi, si velis, largitatem exhibendi præbens occasionem. Et propterea cũ de virginitate loqueretur, dicebat: Qui potest capere capiat. Et ad diuitem hęc Matt. 19. quidem præcepit, hæc autem suæ potestati dimisit. Non enim dixit, Vende quę habes: sed si vis perfectꝰ esse, vende. Nos autem non tantum non largitatem præferimus, neque præcepta transcendimus, verum & à iustorum mensura multum deficimus. Et Paulus quidem esuriebat, ne impedimentum daret euangelio: nos vero neque reposita nobis tãgere audemus, innumeras videntes animas subuerti: dicimus enim, Rodat tinea, & nõ comedat pauper: absumat vermis, & nudus non induatur: omnia tempore consumantur, & Christus nõ pascatur, licet esuriat. At inquies: Quis hoc dixit? Hoc est autem ideo valde malum, quòd non verbis, sed operibus ista dicuntur. Minus enim esset mali si diceretur in verbis, quàm cum agitur in factis. Nõne quotidie ista proclamat inhumana & crudelis & tyrãnica vanitas captiuis suis? Proponuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponũtur & calũniatoribus,& latronib°, & insidiatoribus ad escam nostrã,nõ autẽ esuriẽtibus,neq; indigẽtibus alimentũ.Nõne vos eũ facitis latrones? nõne vos inuidorũ igni fomitẽ præbetis?nónne vos facitis fugitiuos & insidiatores,velut escã vestras proponẽtes diuitias?Quis furor autẽ est iste?Furor enim est,& manifesta demẽtia,vestibus quidẽ arcas parare,ad dei vero factũ imaginẽ & similitudinẽ,nudum &trementẽ præ gelu,vixq; stantem rectũ negligere. At inquies:Simulat tremorẽ &infirmitatẽ.Nõ times ne fulmẽ ab hoc verbo cœlitus accẽsum in te feraſ? Disrũpor enim ab indignatione,parcite.Tu quidem vẽtre tumens & pinguis,& ad profundã potum producens vesperam,& mollibus calescẽs stragulis,non te dignũ dare pœnas censes, cũ tam inique dei muneribus vtaris:(nec enim vt inebriemur est vinũ:nec vt crapulemur,esca fuit facta:nec vt ventrẽ disrũpamus,cibi)pauperẽ vero miserũ,nihilo meli° mortuo habentẽ, exquisitas exigis rationes? Nec Christi times tribunal illud horrẽdũ & terribile?Nam & si simulat,ex necessitate simulat,& egestate, propter sæuitiam & inhumanitatẽ tuã,quæ talib° personis supplicãtibus ad misericordiã nõ flectitur.Quis enim tã miser & ærũnosus,vt nulla premente necessitate,pro solo pane velit ita deturpari & plãgere, talémq; pœnam sustinere? Igitur illius simulatio fertur inhumanitatis tuæ præco. Quoniã enim supplicãs & precãs,& miserabilia fundẽsverba,gemẽs &lachrymãs, totũ circumiẽs diẽ,neq; necessariũ iueniebat alimẽtum, fortè hanc artem excogitauit, nõ sibi tantum, quantũ tibi dedecoris & accusationis inferentẽ. Nã ille quidẽ misericordiã inuenire dignus est, quòd in tantã deuenit necessitatẽ : nos autẽ innumeris digni suppliciis,q; pauperes talia pati cogimus. Si nanque de facili flecteremur, nũquã ille talia subire maluisset.Et quid dico nuditatẽ &tremorẽ?Hoc eũ horribilius dicã, q; & liberos immaturã agẽtes ætatẽ quidam excæcare sunt coacti,vt nostrã penetrarent insensatã duritiẽ. Postquã enim vidẽtes,nudiq; circũeuntes,nec ab ætate,nec ab ærumna crudeles flectere potuerũt,his tot malis aliã grauiorẽ adiecere tragœdiam,vt famem soluerẽt,leuius esse putãtes, hoc cõmuni lumine priuari,& splẽdore omnibus cõcesso carere,q̃ cũ fame cõtinuã habere pugnã,& miserrimã mortẽ sustinere. Quoniã enim paupertatis misereri nõ didicistis, sed gaudetis calamitatibus, vestram implẽt improbam libidinẽ,& sibi & vobis gehennæ flammã acriorem accẽdentes. Et vt sciatis,q; propterea talia fiunt, signũ vobis dicam manifestũ, cui nemo cõtradicere poterit.Sunt alij pauperes leues,& mẽte sublimes,& nescij famẽ pati, sed potius omnia q̃ hãc sustinentes: hi vobis frequẽter & habitibus & verbis miserabilibus occurrẽtes, postquam nihil profecerũt,omissis supplicationib° illis,præstigiatores iã nobis adduxerũt: hi quidẽ calceamentorũ pelles elaboratorũ mandentes,hi vero capiti acutos circũfigentes clauos. Alij glacie concretis aquis nudo vẽtre adhęrẽtes,alijvero his alia sustinẽtes absurdiora,vt improbũ statuãt spectaculũ. Tu vero dũ hæc fiunt,assistis ridẽs & admirãs,&alienis insultans malis,dum cõmunis natura dedecoratur Ecquid his maius faciat sæuus dæmon? Postmodum vt promptius hæc faciat,copiosius præbes argentũ. Et orãti quidẽ,& deũ vocãti,& accedẽti cũ humanitate, neque respõdere dignaris,neq; respicere. Quin & gra-

A uia illa loqueris verba,cum iugiter infestauerit:Hũc oportẽt ne viuere?an omnino respirare, vel solẽ hũc cernere?In illos autẽ & hilaris,& liberalis, tanquam sis præmij propositor, & editor scurrilis & satanicæ turpitudinis illius. Et propterea rationabilius hæc ponẽtibus certamina,& nihil erogãtib°,donec alios cruciari videãt,hæc verba dicerentur: Viuere decet hos?respiraré ne penitus,vel solẽ hũc cernere?in cõmunẽ peccãtes naturã,in deũ immittẽtes contumeliam.Cũ enim deus dicat:Da eleemosynã, & do tibi cœlestẽ regnũ,nõ audisti. Diabolo autẽ caput cõfixum clauis ostẽdente,repente factus es liberalis. Et plus potuit flectere maligni dęmonis adinuẽtio tantum habẽs nocumentum, quàm dei promissio,bona ferẽs innumera.Cũ opus fuerit, si fuisset etiã erogãdum aurũ,ne talia fierẽt,aut fierividerẽtur,omnia facere,aut pati,vt hęc multa tolleretur insania:vos autem vt fiãt,&fieri spectẽtur,omnia facitis &negotiamini.Adhuc igitur interrogas quæso,quamobrẽ gehẽna?Sed ne amplius hoc interroges, sed quomodo sola vna sit gehẽna. Quot enim hi pœnis digni sunt, qui sæuũ hoc &immite cõuocantes spectaculũ,& ridẽtes in quibus opus erat lugere tã illos q̃ nosipsos, imò verò vos,talia subire deformia cõpellunt?At inquies:Nõ cogo.Dic mihi,quomodo non cogis, humilioribus quidẽ & plorãtibus, & deum protestãtibus nec intẽdere sustinẽs, his autẽ & largè præbens argentũ,& multos circũsistens admirantes?Abstinemúsne,inquies,miserẽtes eorum?Tun' hoc imperas? Nõ hoc est,homo, misereri, tantã pro paucis obolis pœnã exigere,iubere vt propter necessariũ se percutiat alimentum, & in multa capitis cutem secare tam

C amare & miserabiliter.Bonaverba,inquies:nõ enim nos sumus capita cõfigẽtes illa. Vtinam tu, nec esset malũ tam graue.Qui nanque iugulat aliquẽ, iubente seipsum iugulare multo peiora facit : quod quidẽ & in his accidit.Acutiores eũ sustinẽt dolores, cũ ipsi quoq; ministri malorũ fieri iubẽtur præceptorũ huiusmodi.Et hæc Antiochiæ, vbi primũ appellati sũt Christiani,vbi fuerũt omnib° hominib° mitiores,vbi multus apud antiquos eleemosynæ fructus vigebat. Nec eũ tantũ præsentibus,verũ & lõginquis mittebant per magnũ interuallũ,& hęc cũ fames expectaretur.Quid igitur,inquies,oportet facere?Hanc quidẽ feritatẽ supprimere,omnibus autẽ egenis persuadere,q; hęc quidẽ agẽtes,nihil accipiẽt: mãsuete vero petẽtes,multã inueniẽt liberalitatẽ.Etsi hęc didicerint,licet sint omniũ miserrimi, nõ amplius eligẽt

D cruciari.Ego vadimoniũ præsto: quin & gratias vobis habebunt, q; ipsos à risu liberastis, & illo dolore. Nũc autẽ pro aurigis quidẽ & liberos vestros traderetis,& pro saltatoribus ipsas proderetis animas:pro Christo autẽ esuriẽte neq; minimã substãtię partem erogatis,sed si parũ argẽti dederitis,tãquã totũ exoleritis,ita vos geritis:nesciẽtes q; nõ dare,sed cũ copia dare, præsertim hoc est eleemosyna. Propterea q; propheta non dãtes simpliciter prædicat, & beatificat,sed copiosè præbẽtes. Nec eũ simpliciter dixit, dedit : sed quomodo ? Dispersit, dedit pauperibus, Quid eũ vtilitatis,cũ tãtũ abũdãs dederis,quantũ si quis ex mari cyathũ hauserit, & neq; generosum viduæ mulieris animũ imitatus sis?Quomodo vero dices: Miserere mei de° secũdũ magnam misericordiã tuã : & secundũ multitudinem miserationũ tuarum dele iniquitatem meam? cum secundum eius misericordiam

sericordiã ipse nõ miserearis, fortè vero neq; secundum paruã. Etenim multũ cõfundor, cũ multos video diuites equis cũ frænis aureis insidentes,& post se trahẽtes seruos auro micãtes,& lectos habẽtes argenteos,& aliã maiorẽ iactantiã : & cũ pauperi dandum fuerit,pauperrimis pauperiores redditos. Sed solẽt dicere,habet cõmunia bona ecclesiæ. Et quid hoc ad te?Nec eũ si ego dedero,saluaberis ipse: neque si ecclesia prębuerit,tu peccata tua deleueris.Nã si ꝓpterea nõ erogas, q; egenis ecclesia dare debeat: quoniã orant sacerdotes,tu nunquã orabis ? Et quoniam alij iciunant,tu iugiter ebrius eris?Nescis quòd non tam propter pauperes eleemosynã deus, quàm propter ipsos impẽdentes instituit? Sed sacerdotem habes susspectũ. grauissimũ quidẽ & hoc peccatum, tamẽ nõ subtiliter exquiro. Omnia per teipsum perage,& ita duplicẽ lucraberis mercedẽ.Nam quę nos de eleemosyna dicim°, nõ vt nobis offeras dicimus, sedvt ipse per teipsum ministres.Mihi nanq; deferẽs fortassis & inani gloria capieris:frequenter autem & scandalizatus recedes, eo quòd mala suspiceris. Si vero per vosmetipsos omnia faciatis, & à scandalis absoluemini, & ab inepta suspicione, maiórque vobis erit merces. Non itaque vos huc cogens cõferre pecunias,hæc dico:neq; pro sacerdotibus quib° detrahitis,zelũ præferẽs. Nam si fuerat indignandũ & dolendũ,pro vobis oportebat dolere, qui maledicitis.Nam male quidẽ audiẽtibus incassum &sine causa maior erit merces:dicẽtibus autẽ, iudiciũ & vltio grauior. Non itaq; propter eos hæc dico, sed vestri curam gerens,& solicitudinẽ. Quid enim mirum, si quidam in generatione nostra suspecti sunt, cũ inter sanctos illos angelorum imitatores, nihil proprium

Actor. 6. C possidẽtes,apostolos dico, murmuratio foret in ministerio viduarũ, quòd despicerẽtur pauperes, cum nemo quippiã suorũ propriũ esse diceret, sed essent illis omnia cõmunia? Ne has itaq; prætẽdamus purgationes,nec excusationẽ esse credamus, q; ecclesia multa possideat. Cum enim ipsius substãtiæ magnitudinem videris,& pauperũ in ea descriptorum greges cogita,ægrotorũ cateruas,innumerorũ occasiones ministeriorũ scrutare,inuestiga curiosè.Qui prohibeat nemo. Quin & rationẽ vobis reddere sumus parati:verũ dilationẽ volo.Cum nanq; rationes dederimus,& nõ minorẽ esse prouentu demõstraverimus impẽsam,quin & interdum maiorem:libenter à vobis illud interrogarẽ,cũ illo migrabimus,&Christum audiemus dicentẽ:Esurientẽ me vidistis,&non

Matt.25. pauistis:nudum,& nõ induistis:quid dicemus ? quid D vero respondebimus?Illum & illum in medium agemus,qui talia negligunt, an sacerdotũ quosdã suspectos? Et quid hoc ad te? Nam ego tibi obiicio quæ ipse peccasti:horũ autẽ purgatio,propria diluere crimina,non alios ostẽdere paria peccasse. Nam & ecclesia propter pusillanimitatẽ vestrã ea cogitur habere,quæ nunc habet.Quippe si secundum apostolicas leges omnia fierẽt,ipsius prouentũ esse mentem vestram oportebat : quod penu esset tutissimum, & inconsumptus thesaurus.Nunc autẽ quãdo vos thesaurizatis super terram, & in vestris omnia penibus recluditis:hæc autem impendere cogitur viduarum collegiis,virginũ choris,hospitũ visitationib°, peregrinantiũ ærumnis,cõpeditorũ calamitatibus, male valentium necessitatibus & mutilatorum,aliisq; talibus causis,quid agendum est?Nunquid opus est hos

A homines auersari,tótq; suffodere portus? Et quis occurrentibus sufficeret naufragiis,gemitibus, luctibus & eiulatibus vndiq;cõcurtentibus?Ne temerè igitur & casu loquamur: nũc enim quod præueniens dixi, & rationes quidẽ vobis reddere parati sumus.Si vero contrariũ quoque foret,&perditos haberetis doctores,omniáq; diripiẽtes, & auaros : nec ita defensio vestra foret illorũ nequitia. Clemẽtissimus enim & sapiẽtissimus vnigenitus dei filius, omnia videns, & sciens q; multos tẽporis longitudine, & tam magno terrarũ orbe sacerdotes accidit esse corruptos, ne subditorũ torpor per illorũ negligẽtiã augeatur, omnem tollens torporis excusationẽ : Super cathedram,inquit,Mosi sederũt scribæ & pharisæi: omnia Mat.23.c quæcunq; vobis dicunt vt faciatis,facite: secundum autem opera eorum nolite facere. ostendẽs quòd licet pręceptorem habeas malum,nihil hoc tibi obesse poterit,cum dictis intendas.Non enim ex his quę

B sacerdos egit, sed quæ audita neglexisti, ex his tibi deus sentẽtiam feret. Itaque si præcepta quidem facias,cum multa tunc adstabis fiducia:si vero quę dicuntur neglexeris,etiam si mille perditos ostenderis sacerdotes,nihil hoc tibi proderit. Quoniã & Iudas apostolus erat, veruntamen nihil hoc pro sacrilegis & auaris vnquam in defensionem proponetur. Nemo poterit accusatus dicere, quòd & apostolus fuerat,& sacrileg°,ac proditor: sed hoc ipsum nos maxime puniet,& cõdemnabit, quòd nec aliorum malis correcti sumus. Nam & propter hoc illa scripta sunt,vt eorum æmulationem fugiamus.Quapropter illum & illum sinentes, nobis ipsis caueamus : nam quisque nostrum pro se deo dabit rationẽ. Igitur vt

C rationem hanc cũ bona reddamus purgatione, nostram instituamus vitam, & largam egenis dexterã extendamus:scientes quòd hæc sola nobis est excusatio,si nosipsos ostendamus mandata peregisse,nulla vero præteriisse.Et si hanc præferre poterimus,intolerabiles illos gehennæ dolores effugiemus,& futura consequemur bona:quæ nos vtinam omnes assequamur, gratia & clementia dñi nostri Iesu Christi,per quem & cum quo patri gloria, honor & imperium,cum sancto & viuificante spiritu,nũc& semper,& in secula seculorum,Amen.

De humilitate & quiete. Homilia XXXVIII.

NE altum sapiamus ô homines,nec inflemur, cũ terra simus & cinis,fumus &vmbra.Dic nanque mihi, cur altum sapis ? Eleemosynã dedisti,& exhausisti pecunias. Et quid hoc, cogita, nisi te deus diuitem facere voluisset : cogita pauperes,quinimò cogita & quòd corpora tradiderunt,& postquam tradiderunt se modeste gerentes, miseros millies cẽsuerũt.Tu propterteipsum erogasti, Christus propter te:tu debitũ reddidisti,tibi Christus nõ debebat.Futurorũ incertitudinẽ respice,nec altũ sa- Rom.11 pias,sed time:ne superbia virtutẽ diminuas.Vis verè magnũ aliquid operari?nunquã te suspiceris tanquã magnorũ meritorũ.Sed es virgo? Verum & illæ virgines fuerũt : sed propter sæuitiã & inhumanitatem nihil eis virginitas profuit. Humilitati nihil æquale, hæc est bonorũ mater &radix,altrix&occasio, simul & vinculũ:hac semota,abominabiles & scelesti sum° & immũdi.Sit enim,quęso,mortuos aliquis suscitãs, & sanans claudos,& leprosos emũdans cum insolẽtia,nihil hoc sceleratius, magis impiũ nihil, nihil ꝓphanius. Nihil esse te putes. Verbũ habes & docẽdi

gratiam,

Universidad de Deusto Biblioteca

gratiã,ne propterea putes te pl' aliis aliquid habere. Propterea maxime debes humiliari, ꝙ pluribus do- *Luca. 7. g* nis prȩditus es. Cui nãq; plus dimiſſum eſt, plus diliget. Igit̃ oportet & humiliari, quòd alios prȩtergreſſus in te deus inclinauit. Frequenter enim & hoc tibi perditionis cauſa fuerit, niſi vigilaueris. Quid altũ ſapis, qm̃ per verba doces? ſed hoc facile, verbis medicari. Doce me per vitã tuam, hæc eſt optima doctrina. Dicis ꝙ opus eſt modeſtiam ſequi, & longũ ſuper hoc trahis ſermonẽ, & inoffenſe fluens, dicendi copiã oſtentas. Sed te melior ille qui per opera hoc me docet. Nõ eñ diſciplinæ tam à verbis, q̃ à factis animæ ſolẽt intromitti. Quoniã ſi non habueris opera, nõ tãtũ loquẽs nõ profuiſti, ſed & potius læſiſti. Melius eſt tacere. Quare? quoniã opus mihi reddis impoſſibile. Cogita nanq; ꝙ ſi tu tãta differens nõ efficis, multo magis ego venia dignus. Propterea ꝓpheta dicit: Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iuſtitias meas? Maius eñ hoc damnũ, cũ aliquis be- *Psal. 49.* ne verbis docẽs, per opera doctrinã impugnat. Hoc fuit multorũ in eccleſiis malorum cauſa. Propterea parcite quȩſo, ſi vobis in hac indignatione ſermo ꝓlixior habetur. Multa multi faciũt, vt in medio cõſtituti, lõgã extẽdãt orationẽ: & ſi plauſus quidẽ à multitudine cõſequãtur, hoc eis regno ſimile factũ eſt: ſi vero cũ ſilẽtio ſermonẽ finierint, ſilẽtij triſtitia fit illis gehẽna moleſtior. Hoc eccleſias ſubuertit, quoniã neq; vos ſermonẽ audire quæritis cõpunctiuum, ſed qui delectare ſono valeat, & verborũ cõpoſitione, tãquã citharœdos & cithariſtas audiẽtes. Et nos ſegniter & ærũnoſe faciẽtes, veſtras ſequimur cõcupiſcẽtias, cũ ſit op' eas excidere. Et idẽ fit, ac ſi quis pater frigido & plus debito molli filio, licet ægrotãti placentã offerat, & aquã frigidã, & quȩcũq; dũtaxat delectare ſolẽt, vtiliũ vero nullã gerat curã: poſtmodũ à medicis incuſatus, ſe purget dicẽs: Quid faciã? non ſuſtineo flentẽ puerũ cernere. Miſer & infelix, & proditor: nec enim huiuſmodi patrẽ dixerim. Et quãto melius eſt breui cõtriſtatũ ſemper incolumẽ reddere, q̃ momentaneã hanc lætitiam continuȩ mæſtitiæ materiam facere? Hæc & nos patimur, verborum fucos conquirentes, & cõpoſitiones, & elegantẽ iuncturam, vt delectemus, nõ proſimus. Conſideramus quomodo videamur admirabiles, nõ quomodo mores cõponamus. Credite mihi, vera dico: dum mihi applauditur dicenti, per ipſum quidẽ tempus humanum aliquid patior (cur enim nõ verũ fatear?) & geſtio, & exulto. Poſtquã domum ingreſſus, plauſores nihil adiutos eſſe cogitauero: & ſi quid ꝓfeciſſe debebãt, per plauſum & laudes amiſiſſe, doleo, gemo & lugeo: & tanquã omnia temerè dixerim, ſic afficior, & mihimetipſi dico, Quæ mihi ſurdorũ vtilitas, cum auditores ex ſermonibus noſtris lucrari nihil velint? Et frequenter legẽ ponere cogitaui, quæ plauſus ꝓhiberet, & cũ ſilẽtio, cõgruáq; tranquillitate nos audire perſuaderet. Sed tolerate quæſo, & obedite mihi: & ſi videtur, hãc ſanciamus legẽ, iam audientium nemini licere cuiquã inter dicendũ applaudere: ſed ſi velit admirari, cũ ſilentio miretur, prohibet nemo. Omne vero ſtudiũ & prõptitudo ad dicta præſtetur ſuſcipienda. Quamobrẽ applauſiſtis? De hoc legem profero. Vos autẽ nec audire toleratis. Hoc erit multorum cauſa bonorũ, & philoſophiæ doctrina. Exteriores quoq; philoſophos audimus dicentes, & nullus vnquam plauſus eos ſequitur. Et apoſtolis ſermo-

A nem habẽtibus ad populũ, nuſquã hoc addiderunt, quòd illis dicẽtibus in medio dicentẽ plauſibus auditores interrũperent. Magnũ hoc nobis lucrum, ſed hoc ſanciamus. Omnia cũ quiete audiamus omnes, & dicamus. Nã ſi poſt plauſus quidẽ abirem', habẽtes quæ audiuimus, maxime quidẽ nec ita laus vtilis foret: ſed nõ admodũ curaſſem, ne quis me fortè ruſticitatis argueret. Sed quãdo nil ampli' efficitur, niſi detrimentũ, ſoluamus vinculũ, tollamus exultationes, animæ laſciuias excidamus. Chriſtus in monte prȩdicauit, ſed nemo quicquam dixit, donec ſermonem impleuit. Non priuo volẽtes plauſibus excipi, ſed magis mirabiles reddo. Multo melius tacite audientẽ per memoriã in omni tẽpore plaudere & domi, & in foro, q̃ omnibus perditis domũ inanẽ redire, plauſuum nõ habentẽ materiã. Quomodo nãque B non deridendus auditor, & aſſentator magis & ſimulator putabitur? quod bene quidẽ dixit doctor pronuncians: quid vero dixerit, demõſtrare nõ ſum idoneus. Hoc aſſentationis eſt. Nam citharœdos quidẽ audiens & tragœdos, hoc iure pateretur, vtpote qui dictionẽ ſimiliter proferre neſciãt. Vbi vero nõ cãtus eſt oſtẽtatio, neque vocis, ſed ſententiarũ & philoſophiæ facultas, cuique dicere & enũciare facillimũ eſt. Quomodo nõ igitur accuſatione dignũ eſt, ſi quis laudans, cauſam nequeat dicere, qua dicentẽ laudauit? Nihil eccleſiæ tam congruũ, quàm ſilentiũ & tranquillitas. Theatris cõuenit tumult', & balneis, & pompis, & foris: vbi vero de talibus dogmatis doctrina, trãquillitas, & quies, & philoſophia, & multa pax eſſe debet. Hæc precor & ſupplico. Circũeo nãque loca quærens, quibus veſtris prodeſſe valeã animis, C nec hic paruus mihi modus eſſe videtur, qui nõ tantum vobis proderit, verũ neque nos præcipitari permittet, neq; laudum & gloriæ capi cupidine, neque delectãtia dicere, ſed quæ proſunt, neque circa cõpoſitiones, & verborũ fucos, ſed circa ſententiarũ virtutem omne tẽporis occupare momentum. Officinã intra pictoriam, & ibi magnũ inuenies ſilentiũ: ſit igitur & hic: nam & hic regias pingim' imagines, nullam vero priuatã per virtutis colores. Quid mihi rurſum in hoc applauditis? Non hoc eſt facile. Sed quid, niſi multa conſuetudine comparari poſſit? Stylus autẽ nobis eſt lingua, artifex vero ſpiritus ſanctus. Dic mihi, nunquid vllus eſt in myſteriis tumultus? nũquid vlla turbatio? Cũ baptizamur, cũ alia cuncta facimus, nónne quiete & ſilentio cuncta ſunt ornata? Hoc in cœlo diſſeminatum eſt ornamentũ. Propter D hoc & à gentibus accuſamur, tanquã ad oſtentationem & ambitionẽ omnia faciẽtes. Ne igitur in meritis altum ſapiamus, ô homines, ſed cogitantes domini progenitores, omnẽ euacuemus tumorem. Sic enim & phariſæus publicano factus eſt poſterior. Si vero vis magnũ oſtendere meritũ, noli altum ſapere, & tunc hoc magis oſtenderis. Ne te putes aliquid effeciſſe, & totum feceris. Nam cũ ſimus peccatores, hoc nos eſſe quod ſumus cogitãtes, efficimur iuſti, ſicut & publicanus: quanto magis ſi cum iuſti ſimus, peccatores eſſe nos putemus? Nã ſi iuſtos ex peccatoribus facit humilia de ſe ſentire, licet hoc non humilitas, ſed ſanũ ſit iudiciũ. Si igitur in peccatoribus ſanum tantũ poteſt iudiciũ, quãtum humilitas in iuſtis poterit, collige. Ne velis itaq; labores corrumpere, neque ſudores ſuccidas, nec in vacuum curras, poſt innumera certamina totũ euacuans laborem: te nanque

nanq; melius merita tua dominus nouit. Vel ſi calicem aquȩ frigidȩ dederis, nec hoc deſpicit: ſiue obolum erogaueris, ſiue gemueris dũtaxat, omnia cũ ingenti ſuſcipit beneuolẽtia, & reminiſcitur, & magnas eis reponit mercedes. Quam autem ob rem tua cõtinue cõmemoras, & nobis in medium profers? Neſcis quòd ſi temetipſum laudaueris, nõ iam te de' laudabit? ſicut è contra, ſi te miſerum vocaueris, nõ deſinet apud omnes te prȩdicare. Nec eñ vult labores tuos diminui. Quid dico diminui? Omnia nempe facit & ſatagit, vt ex minimis te coronet, & circuit occaſiones quȩrẽs, quib' à gehẽna poſſis liberari. Propterea ſi vel vndecimam opereris horam diei, integrã erogat mercedem: ſi vel vnam ſalutis occaſionẽ habeas, *Eze. 36.* ait: Propter me facio, ne nomen meum polluatur. Si vel gemueris tãtum, vel fleueris, hȩc omnia ſtatim arripit ipſe in tuæ ſalutis occaſionẽ. Nolimus igitur extolli, ſed & nos dicamus inutiles, vt vtiles efficiamur. Nam ſi te quidem dixeris probabilẽ, licet probabilis exiſtas, inutilis fact' es: ſi vero te nominaueris inutilem, factus es vtilis, licet ſis improbandus: propterea meritorũ obliuiſci neceſſarium eſt. At inquies: Quomodo poſſum' hȩc neſcire, quȩ ſcimus? Quid ais? cõtinue dominum offendens lȩtaris & rides, & neſcis quidẽ quòd peccaſti, cum obliuioni cuncta tradideris: meritorũ vero memoriam extrudere non potes, licet res ſit fortior metus. Nos autem contrariũ facimus: nam quotidie quidem offendẽtes, nec animaduertimus: ſi vero pauperi modicũ argẽti dederimus, ſurſum & deorſum circũuoluimus: quod eſt extremȩ dementiȩ, & maxima colligentis iactura. Tutus enim meritorum penus, obliuio meritorũ. Et ſicut cum veſtes & aurum in foro quidem exponim', multos prouocamus inſidiatores: ſi vero domi reponam' & celemus, in tuto repoſuerim' omnia: ita profecto & merita ſi iugiter mente geſtemus, dominũ irritamus, armamus inimicũ, ad furtum vocamus: ſi vero ſciat ipſa nemo, ſed quẽ ſcire ſolum oportet, in tuto iacebũt. Itaq; noli iugiter circũferre, ne quis auferat ea: neq; quod phariſȩus paſſus eſt, & ipſe patiaris, qui lingua circũferebat ipſa, vnde diabolus ea rapuit, licet eorũ cum gratiarũ actione memoriam ageret, & deo totũ attribueret: ſed nec hoc ei ſuffecit. Non enim aliis exprobrare gratiarũ eſt actio, coram multis gloriari, in prȩuaricatos inſurgere. Nam ſi deo gratias agis, id ſolũ tibi ſatis ſit, nec in homines inueharis, neq; condemnes proximum. Vis gratiarum actionis rationẽ *Danie. 3.* diſcere? tres audi pueros dicẽtes: Peccauim', iniquitatẽ fecimus. Iuſtus es domine in omnib' quæ feciſti nobis, quoniã in vero iudicio omnia induxiſti. Itaq; ꝓpria cõfiteri peccata, hoc eſt deo gratias agere cõfitentem. Qui ſe quidẽ infinitorũ oſtendit eſſe reum, nec à ſe dignã exigi pœnam: hic eſt qui maxime gratias agit. Caueam' igitur aliquid de nobis dicere: hoc enim & omnibus odioſos, & deo reddit abominabiles. Propterea quanto maiora prȩſtitimus, tanto minora de nobis dicamus: ſic enim gloriã aſſequemur maximã & apud homines, & apud deum, quinimmo neque gloriam tãtum apud deum, verum & mercedem, & magnam retributionem. Ne mercedẽ itaque reputes, vt capias mercedẽ: gratia cõfitere ſaluari, vt ipſe tibi ſe debitorem cõfiteatur, non modo meritorum, verũ & talis gratitudinis. Nam cũ bene quidem geſſerimus, benefactorũ duntaxat habemus debitorem: cum vero nihil nos meruiſſe putauerimus, ipſius

A quoque diſpoſitionis huiuſmodi magis quàm illorũ, vt æquiualens ſit hæc meritorũ. Si nõ igitur hoc adſit, nec illa magna videbũtur. Nam & nos ſeruos habẽtes, maxime tũc eos acceptos habemus, cũ poſtq̃ omnia beneuole miniſtrauerint, nihil magnũ feciſſe ſe cẽſent. Itaq; ſi tu quoq; magna vis reddere merita tua, ea ne magna eſſe putes, & magna tũc erunt. Sic & Centurio dicebat: Nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ *Matth. 8.* meum: & propterea dignus factus eſt, & admirationi ſuper oẽs Iudæos habitus. Sic & Paulus dicens: Non *1. Cor. 15.* ſum dignus vocari apoſtolus: & propter hoc omniũ primus factus eſt. Itidem & Ioãnes: Non ſum dignus ſoluere corrigiã calceamẽti eius: & ideo amic' quoque fuit ſponſi. Et manũ quam eſſe calceamẽto dixit indignam, hanc ſuper caput ſuũ Chriſtus attraxit. Sic & Petr' dicebat: Exi à me, quia peccator homo ſum *Luca. 5.* B domine: & idcirco factus eſt eccleſiȩ fundamentum. Nihil eñ deo tam gratũ, quàm cum extremis peccatorib' ſemetipſum cõnumerare. Hoc eſt totius ſapiẽtiȩ principium. Sic enim humiliatus & cõtritus, non inani gloria vẽtilabitur, non iraſcetur, non inuidebit proximo, nõ vllum aliud vitium admittet. Nec enim contritam manum, licet millies cõtendamus, in altitudinem tollere poterimus. Si igitur & animã itidem cõteramus: innumeri tumefaciẽtes morbi eam extollant, neq; tantillũ eleuari poterit. Nam ſi quis de reb' lugẽs ſecularibus omnes animi depellit ægritudines: multo magis q̃ pro peccatis hoc facit, ſapientiã aſſequetur. At inquies: Quis ita poterit cor ſuũ cõterere? audi Dauid maxime per hoc illuſtratũ, & ipſi' animi cõtritionẽ intelliges. Poſt innumera ſiquidẽ merita, debens & patria, & domo, & ipſa excidere vita, ſecus C ipſum calamitatis tẽpus vilẽ & abiectũ militẽ tẽpore ſuo cernẽs inſultantẽ, & conuiciantẽ: nõ tantũ conuicium tulit, ſed & ex militibus quendã illum interficere volentẽ prohibuit dicẽs: Sinite eum, quoniã dominus mãdauit illi. *2. Reg. 16.* Et rurſum ſacerdotibus arcã cum eo circũferre petẽtibus, non aſſenſus eſt: ſed quid ait? In tẽplo collocabo, & ſi liberauerit me prȩſẽtib' malis de', videbo decorẽ ei': ſi vero mihi dixerit. Nolui te: ecce ego, faciat mihi quod placitũ eſt in cõſpectu eius. *1. Reg. 24.* Quòd autem erga Saulem & ſemel, & bis, & ſȩpe factum eſt, qualẽ philoſophiȩ non oſtẽdit exceſſum? Etenim & antiquam legem tranſcẽdit, & apoſtolicis factum eſt prȩceptis propinquũ. Propter hoc omnia diligebat à domino miſſa, nõ de his quæ fiebãt, iudicans: ſed vnũ ſolum elaborãs, vt in omnibus obediret, & leges ab eo poſitas ſequeretur: & poſt tot ſua D cernens merita tyrannũ, parricidã, fratricidã, contumelioſum, furentẽ, pro ſe ſuum habentẽ regnum, nec ita ſcandalizabatur: ſed ſi deo hȩc videtur, inquit, me quidem pelli, & fugere, illũ autẽ eſſe in honore, amo & ſuſpicio, & gratias habeo de innumeris ipſis malis. Non vt multi impudẽtes & temerarij, nec minimam meritorũ eius partẽ aſſecuti, ſi quos in proſperitatib' *1. Reg. 16.* poſitos viderint, ſe vero minimã ſuſtinuiſſe triſtitiã, innumeris ſuas perdũt animas blaſphemiis. Sed non talis Dauid, ſed omnẽ exhibebat mãſuetudinẽ. Proptereaq; dicebat deus: Inueni Dauid Ieſſe, virũ ſecũdum cor meũ. Talẽ & nos animã habeamus, & quicquid fuerimus paſſi, facile feremus: & ante regnũ hic humilitatis prouẽtũ colligem'. Ait eñ: Diſcite à me, *Matth. 11.* quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Vt igitur & hic, & illic quiete fruamur, magno cum ſtudio omniũ matrem virtutũ, humilitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

militatem dico,in animabus noſtris plãtemus:ſic eñ & hoc vitæ pelagus abſque fluctibus tranſire poterimus,& in tranquillum cœleſtem illum nauigare portum,gratia &c.

De humilitate, & quod præſentia quaſi non ſint oportet contemnere. Homilia XXXIX.

CLemens dominus noſter, chariſſimi, cum nos preſentia deſpiciẽtes viderit,& hęc cum largitate prębet,& futura nobis ſeruat fruenda:& hoc & in pecuniis,& in gloria ſeculi præſentis & in omnibus caducis rebus fieri cernere licet. Præſentes itaque contemnamus diuitias,vt veras inuenire diuitias valeamus. Inanem hanc deſpiciamus gloriam,vt illa vera fruamur & ſtabili. Præſentem derideamus tranquillitatem,vt ineffabilia illa conſequamur bona. Nihili præſentia ducamus, vt ad futurorũ poſſimus excitari deſideriũ. Nec eñ præſentibus affixus,illorũ vnquã poteſt arcanorũ bonorũ admittere deſiderium: tãquam lippitudine quadã corporeis oculis impoſita, ſic præſentiũ concupiſcentia rationem obtenebrante,nihilq; permittente congruũ videre. Neq; rurſus in contrariũ circa illa deſiderium habens immota ſtabiliaq; bona,quampiã horũ corruptibilium,& priuſquã appareat tabeſcẽtium concupiſcentiam capere poteſt. Pio nanque erga deum deſiderio vulneratus, futurorũ nactus cupiditatem, præſentium ſtatum aliis cernit oculis:& nouit quòd eſt figura tota vita præſens,& fallacia,& à ſomnis nihil diſtat:& propterea beatus quoque Paulus dicebat ſcribens: Præterit enim figura mundi huius: oſtẽdens quòd humanorum quodlibet in figura tantum eſt,& velut vmbra,& ſomniũ præterlabitur,nihil habens verum,nihil ſtabile. Quo modo non igitur puerilis ſit mentis circa vmbras attonitos eſſe,& in ſomniis altum ſapere,& in his tabeſcere, quæ paulo poſt tranſeunt? ait enim: Præterit figura mũdi huius. Cum igitur audieris quòd tranſit,quid amplius iam quæris? Cum audieris quòd figura tantũ ſunt omnia humana,vetitate carentia: quare ſponte deceptionẽ ſuſtines,nec eorum mutabilitatem cogitans & inſtabilitatem,hæc quidem prætercurris: ad illa vero deſiderium non tranſfers inęternum manentia,immota, ſtabilia,mutationẽ non admittẽtia? Nam vt doctoris gentium prudentiam diſcas,ipſum vide rurſum alibi volentem omnium in præſenti vita felicium vilitatẽ oſtendere,qua ſit vſus dictione: cum dixit, Nam quæ videtur,temporaria ſunt. Nam ſiue diuitiarum dixeris copiã,ſiue gloriam,ſiue claritatẽ,ſiue principatũ, ſiue poteſtatẽ,ſiue regnum ipſum, & diademate redimitum,& ſublimem thronum: omnia hæc quæ videntur,tẽporaria ſunt,breui tempore permanẽtiam præſtantia,nec multũ nobis fructum exhibẽtia. Quę nos itaque vis inquirere,ſi omnia ſunt ad tempus? Illa,inquit,quę non videntur, nõ hæc quæ cernuntur, ſed illa quę corporis non cõſpiciuntur oculis. Et quis hoc conſiliũ pręberet,vt viſibilibus prætermiſſis, inquirantur inuiſibilia? Ipſa nos,inquit,rerũ natura doceat,quòd hęc quidem licet videantur, breui tamen prętерfluũt: illa vero quanquã nunc cernere nõ poſſumus,ętерna tamen ſunt,perennẽ habẽt ſtatum,finẽ ignorant,terminũ non admittũt,neſciũt mutationẽ, cũ ſtabilia ſint & immota. Fortè iam & moleſtus eſſe videor,quotidie fruſtra cohortans. Sed quid faciam? Multa maliciæ vaſtatio, magna pecuniarũ tyrannis, magna virtutis penuria. Propterea vel admonitionis continuatione morbum vincere vellem & ad incolumitatẽ huc cõgregatos reuocare. Nam & ꝓpterea ſcripturarum expoſitiones facere ſtudemus,& iuſtorum in medium virtutem producimus, & eadem inculcare nõ deſinimus, vt per omnia vos ad ſanctorũ poſſimus imitationẽ inducere. Tandẽ igitur vel tarde proprię ſalutis prouidentiã agamus,& tẽpore nobis ad vitę prefinitionem conceſſo,conueniẽter vtamur,& dum adhuc tempus eſt,ad pœnitentiã & peccatorum correctionẽ feſtinemus, & pecuniarum ſuperabundãtia ad noſtram vtamur animarum vtilitatem,& ſuperflua pauperibus impẽdamus. Quam eñ ob cauſam,quęſo,permittis aurum & argentũ à rubigine conſumi,cum opus ſit in pauperũ vẽtres exhauriri,vt in tuto reponens cellario, in tẽpore opportuno,cũ maxime preſentis vitę ſubſidio egebis,auxiliũ inde nanciſcaris:& hic abs te nutriti per illum diẽ fiducię tibi portas aperiãt,teq; ſuſcipiant in ętерna tabernacula? Sed neq; veſtes à tineis abſumi ſinam⁹,& in arcis ſine fructu marceſcere,cũ tot ſint indigẽtes, & nudi circumeuntes: ſed tineis nudum ambulãtem Chriſtũ preferamus,& propter nos ſalutemq; noſtrã nudum circumire ſuſtinentẽ induamus, vt ipſum induere meriti, iudicij audiamus die: Nudus eram, & operuiſtis me. Nũquid eñ grauia ſunt præcepta, nũquid prægrãdia? Pereuntia,inquit,marceſcẽtia,queq; incaſſum & ſine vſu cõſumuntur,hęc vtiliter diſpenſare ſtudeas,vt & ex leſione damnũ effugias,& de eis maximũ tibi lucrum accumules. Multę ſiquidẽ eſt,& excedentis humanitatis,poſt tãtam ſpiritualiũ delectationẽ,arcis & parietibus includere ſuperflua: neq; ſuſtinere cognatorum egeſtatẽ conſolari, ſed eligere potius à tineis &ęrugine conſumi,& latronũ manib⁹ obnoxia eſſe,& pro eis pœnas luere,quàm hæc congrue diſpẽſantes,pro his retributionẽ reportare. Verum & cũ nos humiliauerimus,à dignitate noſtra ne nos decidere putem⁹. Tũc eñ magis exaltamur merito,maximę tũc admirationi licet eſſe. Quòd enim altus humilis ſit,humilis autẽ altus,ſufficit quidem & hoc aſſerẽs Chriſti ſentẽtia: verũtamen & ipſam rem indagem⁹. Quid eſt humiliari? nónne vituperari? non accuſari? calumniã pati? Exaltari vero,honorari, laudari,glorificari? Videamus igitur hoc quomodo fiat. Angelus erat ſatanas,ſemetipſum exaltauit. Quid ergo? nónne plus omnibus humiliatus eſt? nónne locũ habet terrã? nónne ab omnib⁹ accuſatur & arguitur? Homo cũ eſſet Paulus,ſemetipſum humiliauit. Quid ergo? nónne admirabilis habẽt? nónne cõmendatur? non laudatur? non eſt Chriſti amicus? nónne maiora quàm Chriſtus fecit? nónne diabolo frequenter imperauit tãquam ſeruo? nónne tanquam lictorem circũducebat? nónne deridebat eum? nónne illudebat? nónne contritũ eius caput ſub pedibus ſuis habebat? nónne hoc & aliis multũ fidens precabatur? Quid dico? Extulerat ſe Abſalon,ſe Dauid humiliauerat,vter exaltatus eſt? Quis glorioſus factus? Quid eñ his verbis humili⁹, quę de Semei beat⁹ hic Propheta protulit,dicẽs: Sinite eum maledicere,dominus enim prę-cepit illi? At & in ipſis, ſi libet, factis examinemus. Humiliauit ſe publicanus, licet nec humilitatis factum id erat,ſed iuſte quodammodo ſe diiudicauit. Exaltauit ſemetipſum Phariſæus. Quid ergo? Examinemus & facta. Sint duo diuites vtrique & honore multo pręditi,& in ſapientia potentiáq;,& aliis ſecularibus excellẽtiis altum ſapientes: poſtmodum ille quidem

1.Cor.7.

2.Cor.4.

quidẽ & ab omnibus honores quærat,& nõ accipiẽs iraſcatur,& pl⁹ q̃ oportet exigat,& ſemetipſum exaltet: hic autem huiuſmodi contẽnat, in neminẽ propter hoc indignetur,& datum repellat honorẽ. Nõne hic priori lõgè ſublimior? Gloriã enim aliter aſſequi non licet,niſi gloriã fugiẽdo. Nam donec quidẽ eam ſectemur,nos fugit: cum autẽ eam fugimus,nos ipſa ſequitur. Si vis eſſe glorioſus,noli gloriã concupiſcere. Si vis eſſe ſublimis,ne te ſublimem facias. Et alioqui quidẽ honores non quærentẽ omnes honorant,ambientẽ vero aſpernãtur. Solet eñ humanum genus eſſe quodammodo cõtentioſum,& peruicax. Gloriã itaq; cõtemnamus: ſic enim humiles eſſe poterimus, vel potius alti. Noli temetipſum extollere, & ab aliis extolleris. Qui ſemetipſum extollit, ab altero non extollitur. Qui per ſemetipſum humiliatur, ab aliis nõ humiliatur. Magnũ eſt elationis malũ: ſtultum eſſe meli⁹ eſt,q̃ inſolentẽ. Illic enim ſtultitia tãtum eſt mentiſq; tarditas: hic autẽ ſtultitia peior eſt, & fatuitas cũ furore. Stultus ſibimetipſi malũ eſt,elatus & alij peſtis,ex amẽtia hoc vitiũ naſcitur. Nõ poteſt eſſe ſuperbus,qui fatuus nõ ſit. Stultitia vero plenus eſt ſuperbus. Audi quẽdã ſapientẽ, qui dicit, Vidi hominẽ apparentẽ eſſe prudẽtem apud ſeipſum, ſpem autẽ habet magis inſipiẽs eo. Vides ꝙ nõ teme re dicebã eſſe malum fatuitate peius? Spem enim, inquit, habet magis inſipiẽs eo. Propterea Paulus quoque dicebat: Nolite prudẽtes eſſe apud voſmetipſos. In corporibus qualia, quæſo,valere dicimus, multũne habẽtia tumorem, & multo ſpiritu intus & aqua plena: an cõpreſſa,& humiliatã habẽtia ſuperficiem? planum eſt ꝙ hæc. Igitur & anima æſtuãs & tumens peiorẽ habet veterno morbũ, correpta vero ab omni morbo libera eſt. Quot igitur bona nobis parit humilitas? Quid vis, tolerantiã, lenitatẽ iræ neſciã, humanitatẽ, vigilantiã, ſolertiã? hęc omnia ex humilitate veniunt bona: cõtraria vero, ex ſuperbia. Opus eſt ſuperbum & cõtumelioſum eſſe, percuſſorẽ & iracũdum, & amarum, & triſtẽ, magis feram quàm hominem. Fortis es,& altũ ſapis, nónne propterea magis humiliari debes? quare ſapis altũ in re viliſſima? Nam & leo te eſt audacior, & aper fortior, nec es ad eos culex. At & latrones,& fures,& gladiatores, & ſerui tui, & fortaſſis ingratiores te fortiores ſunt: hoc igitur laude dignũ? Et in hoc altum ſapiens, non hianti terra te cõdis? Sed pulcher es & ſpecioſus. Cornicũ oſtẽtatio: nõ es pauone pulchrior, neq; propter florem, neq; propter alas. In auibus eſt pennis victoria. Te multũ coma præſtat & flore. Verũ & cygnus valde pulcher eſt,& aliæ aues multæ: quib⁹ ſi fueris cõparatus, temetipſum aſpicies nihil. Frequẽter autem & viles pueri,& innuptæ virgines, & meritoriæ mulieres,& molles viri, gloriã hanc habuerũt. Hoc itaque dignũ vt extollaris? At es locuples. Vnde? quid poſſidens? Aurũ, argentũ, lapides precioſos: hæc eſt & latronũ ac homicidarũ, & metalla ſcrutantiũ gloria. Reorũ labor hæc tibi gloria. Sed ornaris & comeris? Verũ & equos comptos videre licet, & apud Perſas camelos quoq; videres ornatos, hominũ vero ſcenicos omnes. Nõ cõfunderis in his alta ſapiẽs, in quibus bruta tecũ ſociãtur, & ſerui, & homicidæ, & molles,& latrones,& fures? Sed ſplendidas erigis ædes? & quid hoc? Multę cornices ſplẽdidi⁹ habitãt, & honeſtiora tenẽt diuerſoria. An nõ vides hos circa pecunias furẽtes,qui ĩ agris ſolitariiſq; locis ædes ędificauerunt cornicũ habitacula? Sed propter vocẽ altum ſapis? Cygno, luſciniáve nunquã tu ſuauius canere poteris. Aut ĩ artis varietate? & quid ape in hoc ſapiẽtius? Quis phrygio, quis pictor, quis geometres, huius opera poterit imitari? Sed in veſtis ſubtilitate? verũ hic aranęæ tibi præſtant. At in pedũ velocitate? rurſum primas ferũt bruta, lepus & caprea,& quęcũque iumẽta pedum velocitate nõ ſunt inferiora. Cæterũ peregrinaris? ſed non plus volatilibus: hęc enim facilius obeũt peregrinationem, neque viaticis opus habent, non iumentis, ſed eis ad omnia ſufficit ala. Hoc & nauis, hoc & iumentũ, hoc & vehiculum, hoc & vẽtus,& quicquid huiuſmodi quis dixerit. Sed acute cernis? tamen nõ ſicut dorcas, nec vt aquila. At auditũ habes acutum? ſed aſinus acutiorem. At olfactum? Verum canis te prędcedere nõ ſinit. At quęſtuoſus es? ſed formicę cedis. Sed aurũ geſtas? non ita tamen, vt Indicæ formicæ. Sanitas autem intuitu, multo ſe melius nobis habẽt bruta,& bonæ habitudinis, & onera ferendi. Illa pauperiem nõ timent: ait enim, Reſpice volatilia cœli, quia non ſeminãt, neque metunt, neque congregãt in horrea. Igitur, inquies, nobis meliora de⁹ bruta creauit. Vides quantũ inſit incircumſpectũ, quantum indiſcuſſum? Vides quãtum nobis rerum examinatio cõferat? Omnibus hominibus altiora ſapiens, etiã brutis vilior inuentus eſt. Sed nobis ipſis parcamus, nec tales imitemur. Neq; quoniam natura noſtra ſenſit altius, hominem ſub brutorum gradũ ſubducẽtes deſeramus: ſed eũ illinc ſuſcitemus non propter ipſum (nam ipſe quidẽ dignus eſt talia pati) ſed vt dei clementia demonſtretur,& erga nos honor. Sunt eñ quędã, in quibus nil habent bruta nobiſcum cõmune. Quæ vero ſunt hæc? pietas, & ſecundum virtutem vita. Hic ponere nõ poteris meretrices & molles, aut homicidas: ab eis nãque diuiſi ſumus. Quid autẽ hoc eſt? Deũ nouimus, ipſius agnoſcim⁹ prouidẽtiã, de immortalitate philoſophamur. Prętereant hinc bruta, de hoc non contendant. Modeſte viuimus, nihil hic habent bruta cõmune: ab eis in reliquis ſuperati, ꝓpter hoc eis dominamur. Horũ enim maior principat⁹, quoniam eis inferiores ſuper ipſa regnamus: vt diſcas quòd tu nõ horum es cauſa, ſed qui te fecit deus, & rationẽ donauit. Retia venabulaq; eis opponimus & capim⁹. Modeſtia nãq; nobis eſt, humanitas, mãſuetudo, pecuniarũq; cõtemptus. Sed quoniã & qui elatorum aliquis es, horũ nihil habes: merito vel hominibus maiora ſapis, vel brutis humilius. Talis eñ eſt dementia,& audacia, vel vltra debitum extollitur, vel vltra modũ humiliatur, nuſquam cuſtodiens mediocritatẽ. Angelis in hoc ſimiles ſumus: Regnũ nobis promiſſum eſt, cum Chriſto chorea. Homo flagellat⁹,& nõ ſuccũbit: homo mortẽ cõtemnit, non tremit, nõ formidat, non plus cõcupiſcit. Itaq; quotquot tales non ſunt, ſunt peiores brutis. Cum eñ in corporeis ſupereris, animi vero præſtãtiis careas, quomodo brutis nõ es inferior? Producenim aliquem in malicia vigentiũ, & irrationalium, viuentium in deliciis & auaricia: equus eſt ipſo bellacior, fortior aper, lepus velocior, ſpecioſior pauo, cygnus dulciſonãtior, maior elephas, aquila viſus acutioris, ditiores eũctę volucres. Vnde dignus igitur es brutis imperare? Ex ratione. Sed nõ ineſt: cum enim ea, non vt debet, vtatur, etiã illis peior eſt. Nam cum rationem habens ſit illis irrationabilior: melius erat, ſi nec ab initio rationalis factus fuiſſet. Non enim par

Prou. 26.

Matt. 6.

Rom. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

par est principatũ acceptũ prodere, & ad tẽpus non accipere. Nã & qui regnat & satellitibus peior est, ei melius esset si neq; purpurã induisset: ita profectò & hic. Scientes itaq; ꝙ & brutis sumus peiores, si virtute careamus, hãc exerceam°, vt efficiamur homines, quin potius angeli, promissaque bona cõsequamur: quæ nobis omnibus detur assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritu gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De pœnitẽtia, & quod non oporteat de seipso lapsum desperare, vel torpescere. Homilia XL.

Ex actibus apostolorum.

MAgna pœnitentię remedia fratres, igitur de seipso desperet nemo. Is vere dignus est desperatione, qui de seipso desperat: ille nõ iam salutẽ, neque spem habet. Non in malorum venisse profundũ, est graue, dilectissimi: sed postquam veneris, ibi iacere. Nõ in profunda cecidisse malorũ, est impij: sed postquã ceciderit, contẽnere: propterea debet semper esse solicit°. Dic mihi: Proptereáne cõtemnis, quòd vulnera tot habeas incurabilia? Sed nullum est animę vulnus incurabile. In corpore quidem multa sunt talia, in anima vero nullũ: & pro illis quidem laborare non desinim°, pro his vero torpemus. Nónne vides latronem, quàm breui tempore curatus est? Nõ intueris martyres, quàm breui torum peregerunt? At non est nũc martyrij tẽpus, certaminũ tamen est tempus: quod frequẽter dixi. Ait enim: Volẽtes pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Qui pie viuunt, semper persecutionẽ patiuntur: etsi non ab hominibus, tamen à dæmonibus: quæ quidem grauior est persecutio. Et ex prima præsertim remissione hoc patiuntur, qui non vigilãt. An paruam credis persecutionẽ in remissione versari? Hoc est omnium grauissimũ, hoc & persecutione peius: tanquã enim fluentũ influens remissio animã emollit. Et quod æstas est & hyems, hoc est persecutio & remissio. Vt autẽ vobis ostendam, ꝙ hęc est peior persecutio, audi: Somnum enim infundit animæ, multã hallucinationẽ & torporẽ, vndique vitia suscitat, armat iram, furorem armat, armat voluptatẽ, inuidiam, inanem gloriam, æmulationẽ. Sed in persecutione nil horũ vexare solet. Sed timor ingressus, tanquã flagello quodam latrantẽ canem acriter percutiens, has omnes pestes ne clamare quidẽ permittit. Quis in persecutione in vanum gloriari poterit? quis voluptatẽ amplecti? nemo, sed tremor magnus, & timor multam faciens tranquillitatẽ, quietũ portũ cõparans, animam faciens reuerentem. Audiui quãdoque patres nostros dicentes (apud nos enim non fiat. Iubemur enim non petere tentationem) quod in antiqua persecutione viros vere Christianos videre icebat. Nemo pecuniarum curam gerebat, vxoris nemo, nemo filiorum, domus nemo, nemo patriæ. Vnum omnibus erat studium vitam suam saluare. Hi quidem in monumẽtis & sepulchris, hi vero in desertis latitabant, mulieres teneræ ac delicatæ continua fame detinebantur. Itaque considera, si qua tũc preciosi sumptus, si qua deliciarũ erat delectatio. Subiit ne concupiscentia vnquam mulierem in sepulchro latentem, & expectantem ancillulam vt veniat prandium afferens: & ne fortè deprehensa sit, trepidantẽ, & in timore tanquam in fornace iacentem? Nũquid cogitat delicias vnquam fuisse, vel mundum penitus esse? Vides quòd nunc est persecutio, vitiis tanquam feris vndique nos vrgentibus. Nũnc est persecutio grauis, nec esse persecutio putatur. Nam & hoc malum habet, quòd cum sit bellũ, esse pax existimatur: vt nec aduersus eam armemur, nec insurgamus. Nemo formidat, nemo pauet & tremit. Si vero nõ creditis, gẽtiles interrogate persecutores, quãdo Christianorũ mores integriores, quãdo cũcti probabiliores. Ad exiguũ quidẽ redacta tũc erat multitudo, sed ad magnas virtutis diuitias. Quæ nã, precor, vtilitas, multũ esse fœnum potius quàm paucos lapides preciosos? Non in numeri multitudine, sed in virtutis probitate multitudo cõsistit. Heliasvnus erat, sed totus mũdus nõ erat dignus qui rependeretur ipsi. Et mũdus quidẽ innumera milia sunt, sed nõ sunt milia, cũ nec ad vnius mensurã peruenĭãt. Melior est vnus dei faciẽs voluntatẽ, quàm decem peccatorũ milia: nam decẽ milia nondũ ad vnum peruenerũt. Ne filiorum cupias inutiliũ multitudinem: hi deo potius & blasphemiam ingerũt, quàm si nõ essent Christiani. Quid mihi multitudine sit opus? Maior est igni fames, hoc & in corpore quispiã videat, quòd melior est mediocris cũ sanitate cibus, quàm cũ afflictione vitul°. Hoc amplior est ille cibus: ille cibus, hic morbus: hoc & in bello quispiã possit intueri. Melius est esse decẽ peritos & generosos milites, quàm decẽ inexpertorum milia: hi præter id quod nihil efficiunt, etiam operãtes impediunt. Hoc in naui quis videat. Melius est duos esse peritos nautas, quàm innumerã multitudinẽ inexpertorũ: hi nanque nauem submergerent. Hæc dico, non ꝙ in vestri multitudinẽ inimicus sim, sed ꝙ omnes probatos esse velim, nec multitudine cõfidere. Multo sunt plures gehennam ingredientes, sed maius est dei regnum, licet habeat paucos. Sicut arena maris erat multitudo populi, sed vn° saluauit eos. Vnus erat Moses, & omnibus plura potuit. Vnus erat Iesus, sed vnus sexcentis milibus plus potuit. Ne satagamus hoc, vt multi duntaxat fiãt: sed ante hoc, vt probabiles: cũ hoc cõparatũ fuerit, tunc & illud. Nemo domum spaciosam prius vult facere, sed prius firmã, & probatã, & tunc spaciosam. Nemo fundamẽta iacit, vt derideatur: prius hoc quęramus, & tunc illud cũ hoc fuerit, & illud erit facile. Cũ autem illud nõ sit, licet hoc sit, vtilitas nulla. Cũ enim sint, qui possint in ecclesia fulgere, velociter erit & multitudo: cũ huiusmodi vero desint, multitudo nũquã erit probabilis. Quot esse putatis in ciuitate nostra, ꝙ salui fiãt? infestũ quidẽ est, quod dicturus sum, dicã tamen: nõ possunt in tot milib° centũ inueniri, qui saluẽtur: quin & de his dubito. Quanta eñ in iuuenibus, quæso, malitia? quãtus in senibus torpor? filij curã gerit nemo, nemo zelũ habet, vt senem respiciens imitetur: exẽplaria deleta sunt, propterea neq; iuuenes euadunt laudabiles. Ne mihi dicas id quòd multa turba sumus, hoc signum est hominũ: & corã hominibus quidem hoc congrue dici posset, at corã deo, qui nostri nõ indiget, nequaquã: quòd autem & ibi frigidum est dictum, audi: Multos habens seruos, si corruptos habeat, quot mala patietur? Apud eum quidẽ qui nihil habet, hoc esse graue videtur, ꝙ ei nõ ministratur: qui vero malos habet, & seipsum insuper perdit, & maior est iactura. Multo grauius enim est cũ aliis quoq; pugnare, & bellũ suscipere, quàm sibimetipsi ministrare. Hæc dico, ne quis ecclesiã propter multitudinẽ admiretur, sed vt ipsam probatam reddere

reddere studeamus: vt proprij quisque membri curã gerat, non amicorũ, non cognatorum (quod semper dico) neque vicinorum tantũ, verum & externos attrahite. Verbi gratia, Celebratur oratio, omnes iacẽt segnes, iuuenes & senes, piacula magis q̃ iuuenes, ridentes, cachinnãtes, colloquẽtes (nam & hoc factũ audiui) & aliis detrahẽtes, super genua positi. Tu iuuenis ades vel senex, increpa cũ videris, accusa vehemẽtius. Si non tolerat, diaconum voca, minare, quæ tua sunt exhibe: & si quid aduersũ te fuerit ausus facere, oẽs prorsus habebis cõspirantes. Quis eñ tam irrationalis, qui te videns de talibus arguentẽ, & illos redargui, nõ adhæreat parti tuæ? Abi capiens orationis mercedem in ęde dominica. Seruorum hos cẽsemus beneuolentiores, qui nullam supellectilem confuse iacentem despiciant. Dic enim mihi, si domi vas argenteum videris foris proiectũ: licet ipse nõ sis deputatus, tamen hoc non suscipies, & in domũ feres? Si vestimentum temere proiectum, licet hanc curam nõ debeas, & præpositi sis inimicus, propter domini tamen beneuolentiam non hoc bene collocabis? Ita nunc quoq; hæc vasa sunt, si videres inordinate iacẽtia, compone, ad me veni, non recuso: dic mihi, redde manifestũ: omnia cernere nõ possum, parcite. Videte quanta malitia terrarum orbem occupat. Nũquid temere dicebã, quòd multitudo sumus fœni, inordinatum mare? Non dico quòd illi talia faciunt, sed dico quòd tantus est somnus in intrantes effusus, vt nec ista corrigãt. Video rursum & alios loquẽtes rectos dum oratio celebratur: eorum vero leuiores nõ solũ dum oratio perficitur, verum & dũ sacerdos benedicit. O rem horrendam, quando salus erit? quãdo deũ placare poterimus? Ad ludũ procedunt militares homines, & oẽs cõposite videbis incedentes, & neglectum nihil. Sed sicut in vario ornatu, & pictura cõpositorum, ex singulorum ordinatione, magna quędam repente redditur harmonia, & consonantia: itidẽ & hic vnum scutum, vnũ caput habemus omnes. Si vel minimum quid neglectum fuerit, totum est neglectũ aque corruptum, & multorũ ordini solius nocet dissolutio. Et id profecto tremendũ est, quòd huc non venis ludum aut choreã obiturus, & tamen stas incõposite. Nescis, quòd cũ angelis cõstitisti? cũ illis cantas, cum illis deũ laudas, & stas ridens? Quòd fulmen non torquetur non tantum in istos, verum & in nos, nónne mirãdum? Sunt eñ ista fulmine digna. Adest rex, exercitũ recenset, tu sub illius oculis stas ridẽs, & risum despicis: quousq; accusam°? quousq; redarguimus? nónne tanquam noxios? nónne tãquam corruptores? nõne tanquã pernicioſos, & perditos tales, & innumeris plenos malis ex ecclesia decebat expelli? Quando isti ridere desinẽt, q̃ in horroris hora ridẽt? quando à nugis abstinebunt, qui in orationis tẽpore loquuntur, non adstantes reuerentur, nõ deũ timẽt? An non sufficit nobis mentis negligentia, neq; quod orãtes aliò circumagimur, verum & subrepere risum oportet, & ingẽtem cachinnum? Nunquid theatrum sunt præsentia? sed puto theatra faciũt hoc, infrænes nobis iuuenes constituunt & incompositos. Quæ hic ædificãtur, illic subuertuntur: nec hoc solum, sed etiã alia necessarium est ipsos immunditia repleri. Et idẽ accidit perinde ac si quis expurgare locum velit, in quem fons superpositus cœnũ superne demittat. Nã quãtumcunq; purgaueris, rursum aliud influit: idem & hic accidit. Cum ingressos, à theatris immunditiã

reportãtes expiauerimus, eò rursum abeuntes maiorem susciṕiunt sordem, tanquam consulto propterea viuentes, vt stercora nobis ingerant, & identidẽ veniant multum in moribus stercus ferẽtes, in morib°, in verbis, in risu, in negligentia. Mox rursum nos sarcinas denuo, tanquam consulto propterea purgãtes, vt cũ eos mũdos dimiserimus, rursum eos sordes cõgregasse videamus. Propterea vobis protestor sanis, quòd iudiciũ vobis erit, & condemnatio: & vos deo iam trado, si quis tumultuantem videns, vel loquentem in illo præsertim tempore, nõ significet, nec corrigat. Hoc est oratione melius, orationem omittens illum increpa, vt & illi profis, & tu lucreris, & ita possimus omnes saluari. Igitur in malitia constitutũ negligat nemo: nemo virtute præditus dormitet, neq; confidat huiusmodi. Frequenter enim eũ meretrix præcedet, nec ille desperet: potest eñ & primos anteire. Audi quid deus ad Hierusalẽ dicat: Dixi postquã fornicata est in omnibus his, ad me reuertere. & non est reuersa. Quum igitur in vehementẽ dei charitatem reuerterimus, nõ meminit priorum: non est sicut homo deus: nec enim exprobrat prẽterita, neq; dicit, quare tantum temporis distulisti? si pœnitentiã agamus: sed cum accesserimus, diligit, & cũ ipsius timore carnes nostras cõfixerimus. Huiusmodi negocia non tantum in nouo gesta sunt testamento, verũ & in veteri. Quid enim Manasse deterius? Deũ tamẽ habere propitiũ potuit. Quid Salomone beati°? Sed quia dormitauit, cecidit. Quin poti° & in vno vtraq; gesta possum ostẽdere, in huius patre: etem & bonus & malus idẽ fuit. Quid Iuda felicius? sed proditor factus est. Quid Paulo miserius? sed factus est euangelij prẽco. Quid Matthæo deterius? at cõstitutus est apostolus. Quid inuidiosius Simone? Et ipse tamẽ factus est omniũ miserrim°. Quot tales alias vis videre mutationes, & quondã gestas, & quotidie nũc occurrẽtes? Propterea quidẽ dico, neq; scenic° desperet, nec ecclesiam excolens cõfidat. Nã ad hunc quidem ait: Qui stat, videat ne cadat: ad illum vero, Nũquid qui cadit, nõ resurget? Et remissas manus, & dissoluta genua roborate. rursum ait ad hos, Vigilate. ad illos autẽ, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Nam hi quidẽ quod habent, custodire debent: illi vero quod non sunt, fieri: hi sanitatẽ conseruare, illi ab ægritudine liberari. Laborant eñ, & quoniã laborantium multi conualescunt, & valentium torpefacti frequenter ægrescũt: ad illos quidẽ iterũ ait, Ecce sanus factus es, amplius noli peccare, ne quid pei° tibi fiat. ad hos vero, Vis sanus fieri? Surgẽs tolle grabatũ tuũ, & ambula. Grauis eñ, grauis inquam, paralysis est peccatũ: quinimo non tantum paralysis est, verũ & aliud quippiã grauius. Nõ enim est huiusmodi tãtùm in bonorum omissione, verũ & in malorũ operatione. Veruntamẽ etiam si sis ita dispositus, & parũper exurgere velis, omnia mala soluũtur: licet annos octo & triginta habeas. si modo sanus fieri studueris, prohibet nemo. Adest & nũc Christ°, & dicit. Tolle grabatum tuum: tantum velis exurgere, ne desperes: non habes hominem, at habes deum. Non habes qui te mittat in natatoriã: at habes qui te proiiciat: at habes qui te iubeat grabatũ tuum tollere. Non potes dicere, Dũ ego vado, alius ante me descendit: nam si volueris in fontẽ descendere, nemo prohibet. nõ absumitur, nõ minuitur gratia. Fõs quidem est

1.Tim.3.
Hier.3.
2.Par.33.
3.Reg.11.
Luce.16.
Rom.11.
Matth.9.
Act.8.
1.Cor.10.
Hier.8.
Matt.24.
Ephe.5.
Ioan.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem est perẽniter emanans:ex illius abũdantia cuncti sanamur,tã anima quàm corpore. Accedam⁹ igitur & nũc: nã & Raab meretrix erat, sed saluata fuit: *Iosue.6.* & latro fuerat homicida,sed paradisi ciuis factus est. *Lucæ 23.* Et Iudas quidẽ cum esset cũ præceptore,periit:at la- *Matt.27.* tro discipulus in cruce fact⁹ est.Hęc sunt dei mirabilia: ita Magi probabiles habiti sunt, ita publicanus euangelista factus est,ita blasphemus apostolus: hæc intuere,nec vnquã desperes,sed cõfide semper,& temetipsum excita. Attinge tantũ viã eò ferentẽ,& celeriter ꝓgredere,ne fores claudas,ne aditũ obstruas. Breue tẽpus præsens,modicus labor: quod si multus etiam esset,nec ita cõgruũ esset recusare.Nam etiam si circa pulcherrimũ hunc laborem non desudes,qui circa pœnitentiũ virtutẽ est,& in mũdo, omnino vel aliter laborabis:sed si labor & hic, & illic, quare non hunc eligimus multum habentem fructũ,& magnam retributionẽ,licet nec idem sit labor hic & illic?Nam in secularibus quidẽ & cõtinua pericula,& aliæ post alias iacturę,& spes incerta,& seruilitas multa, & pecuniarum,& corporũ,& animæ consumptio,& tunc fructuũ retributio spe non parũ inferior,si etiam germinabit: nec eñ semper fructũ affert secularĩ sudor negociorum,veruntamen & quando non ceciderit, sed vel multũ protulerit prouentũ, breui tẽpore permanet. Cũ enim senueris, nec amplius sensum delectationis capacẽ habeas,tũc tibi labor affert retributiones: & labor quidem in vigenti corpore, fructus autẽ & deliciæ in senio cõfecto,& remissio, cum iam tempus & sensum macerauit,& nisi macerauerit,finis expectatio gaudere non permittat:illic autẽ non ita, sed labor quidẽ in corruptione,& moriẽte corpore: at corona in senectutis nescio immortaliq; nec finẽ habẽte:& labor quidẽ & prior & breuis,at retributio posterior & infinita, vt deinceps cum securitate requiescat,iniucundũ expectãs nihil.Non enim est cur amplius mutatio timeatur,aut ruina quemadmodum hic.Qualia igitur hæc bona, neque tuta, & breuia & terrena,& priusquam appareant, euanescentia, quæ multis acquirũtur laboribus? Qualia vero sunt illorũ æqualia,immobiliũ,nunquam senescentium, nullum habentium laborem,& in certaminũ tempore coronas tibi ferẽtium? Pecunias enim contemnens & hic iam mercedem accipit,dum à cura liberatur,inuidia, calũnia & insidiis. Tẽperans,& honeste viuẽs, & antequam hinc trãseat coronatur,&gaudet,vtpote qui turpitudine, risu, periculis, accusatione, & omnibus aliis absoluitur molestiis. Aliæ vero similiter omnes virtutis partes hic iam nobis retributionem afferunt. Vt igitur & præsentia,& futura consequamur bona, fugiamus malitiam, & virtutẽ sectemur. Sic enim & hic delectabimur, & futura bona capiemus: ad quæ nos omnes peruenire contingat,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cum quo patri simul & sancto spiritui gloria,imperiũ & honor,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

De pœnitentia,& quod magnum est bonum propria agnoscere peccata. Homilia XLI.

ABrahamus quæso fratres, peccatorum nostrorum senectutem,dum tempus habemus. Lauacro quidem non possumus, possumus autem hic pœnitentia: si quid in nobis vetustum est, abiiciamus:si qua ruga,si qua macula, si quis næuus, abluamus:nos reddamus pulchros,vt cõcupiscat rex speciẽ nostrã. Licet & ad extremã delapsum fœditatem illam recuperare speciem, quã innuit Dauid dicens:Audi filia & vide,& inclina aurẽ tuã, & obliui- *Psal.44* scere populum tuũ,& domũ patris tui, & cõcupiscet rex decorem tuum:siquidẽ & obliuio pulchritudinẽ facit,animæ scilicet pulchritudinẽ.Quæ tamen obliuio?peccatorũ.Ecclesiã enim ex gẽtibus alloquitur, admonens eã,ne paternorũ meminerit, id est, simulachris sacrificantium:ex talibus enim est cõgregata: neq; dixit,Ne tractes ea,sed quod fortius,nec in mẽtẽ suscipias.Quod & alibi dicit:Nec memor ero nominũ eorũ per labia mea. & iterũ: Vt non loquatur os meũ opera hominum. Nõdum hoc magna virtus est,magna quidẽ,sed non talis:illic enim quid ait?nõ dixit,Ne loquaris opera hominũ, neq; dixeris gesta patrum:sed,nec eorũ sis memor, neque mente cõcipias.Vides quãto nos interuallo à malitia distare prę cipit?nam qui non meminerit,nõ ratiocinabitur:qui vero non ratiocinabitur,neq; loquitur:qui nõ loquitur autẽ, nec aget. Vides quot nobis vias obstruxit, quãtis nos interuallis,& amplius elõgauit? Audiamus igitur & nos,& nostrorũ obliuiscamur malorum, nõ nobis admissorũ inquã:ait enim:Recordare tu prior, *Psal.44* & ego nõ recordabor.Quale quod dico:Rapinę non ampli⁹ recordemur,quin & priora restituamus: hoc est malitiã obliuisci, & rapacitatis cogitatũ expellere,nec eum vnquã admittere,verum & iã patrata delere.Vnde vero nobis nequitiæ cõtingat obliuio?Ex bonorũ memoria, ex dei recordatione,si dei semper meminerimus,& illorum meminisse nõ possumus:ait *Psal.62* enim,Si memor fui tui super stratũ meum,in matutinis meditabor in te.Itaq; semper quidẽ,maxime vero tunc dei meminisse oportet,cũ in quiete fuerit ratio, cum per illam recordationẽ semetipsum poterit condemnare, cũ in memoria contineri. Nam in die quidẽ si recordemur,aliæ curæ subrepẽtes & tumultuantes rursum eã expellũt: in nocte vero semper recordari possumus, cũ in trãquillitate & requie fuerit anima,cum in portu,cũ in serenitate. Quæ dicitis in *Psal.4.* cordibus vestris,in cubilib⁹ vestris cõpungimini, inquit. Opus quidẽ fuerat & per diẽ hanc habere memoriam:quoniã vero soliciti semper estis,& in secularibus distrahimini, saltẽ tunc dei memores sitis super stratum,in matutinis meditamini in eo.Si in matutinis hæc meditemur,cũ multa fiducia procedem⁹ ad opera: si deũ prius propitiũ fecerimus occursu & supplicatione,nihil habebimus inimicũ:quod habes deridebis,propitiũ habens deũ.Bellũ est in foro,pugnam quotidianã exhibent negocia,tẽpestas & procella.Armis itaq; nobis op⁹ est,magna vero armatura oratio:opus est vẽtis à puppi,opus oĩa discere, vt diei spaciũ absque naufragiis & vulneribus trãsigamus.Multi nanq; per singulos dies scopuli,& frequẽter illidit scapha,atq; submergitur: ꝓpterea nobis op⁹ est oratione,matutina pręsertĩ & nocturna.Olympia multi vestrũ frequẽter spectauerunt,neq; spectarũt tantũ,verũ & fautores & admiratores certantium fuerũt:& hic quidẽ huius,illius autem ille. Scitis itaque,quomodo ꝓ certaminũ dies&noctes nihil aliud prędco nocte tota fatagit,nihil aliud curat,nisi ne prodiẽs pugil turpe quicquã agat.Illi nanq; tubicini assidentes spondent nec aliquẽ alloqui, ne spiritus qui cõsumitur,risum mereatur.Si igitur corã hominibus pugnaturus tantã gerit prouidentiam: multo magis nos decet semper esse solicitos,& curare, quib⁹ tota vita certamẽ est.Omnis igitur nox sit pernox, & cogitemus

gitemus quomodo diem trãsgressi, risum nõ mereamur,& vtinam risum solũ.Nunc autem in dextra patris sedet agonotheta, diligenter auscultans ne quid absonũ loquamur,ne quid ineptum: nõ enim operũ tantummodo,sed etiã verborũ est iudex. Pernoctemus dilectissimi,habemus & nos fautores,si velimus, angeli cuiq; nostrũ assident:nos autẽ tota nocte stertimus,& vtinam hoc solũ esset damnabile. Multi vero lasciuias quoq; sectãtur,hi quidem ad ipsos fornices euntes,hi vero domos reddẽtes lupanaria, meretrices illuc ducendo:nec mirandũ:non enim bonam agunt pugnandi curã. Alij inebriantur, & inepta loquuntur,tumultuãtur alij,alij male pernoctãt,& dormientibus peius operãtur,dolos texentes:alij numerãtes vsuras,curis alij coquũtur,& oĩa potius faciũt, quàm quæ certanti cõueniũt.Propterea vos hortor, omnia dimittẽtes,vnũ intueamur, quomodo brauiũ accipiamus,coronã reportemus: agam⁹ omnia, quibus promissa bona consequi possimus. Vis autẽ perfectã discere pœnitẽtiam?audi post negationẽ Petri, pœnitudinẽ.Narrans enim quæ gesta sunt ab eo no- *Matt.26.* bis Euãgelista dicit:Egressus fleuit amarè.Propterea dimissum est ei tale peccatũ, quoniã quemadmodũ oportebat,pœnitẽtiam egit, licet nondũ hostia fuisset oblata, nondũ victima sacrificata, nondum esset suspensum peccatũ,sed adhuc dominaretur, & tyrãnidem exerceret.Et vt discas,quòd non tantũ negligentiæ fuit negatio,quantũ absentiæ dei, docẽtis eũ humanas nosse mensuras: nec his quæ à præceptore dicebãtur, contradicere, nec aliis altiora sapere,sed *Psal.126.* scire quòd absque deo nihil fieri potest:& ꝙ nisi dominus ædificauerit domũ,in vanũ laborant qui ædificant eam. Propter hoc etiã ad ipsum Christus solũ *Lucæ.22.* dixit:Exquisiuit satanas cribrare te sicut triticũ,& nõ permisi,vt nõ deficiat fides tua. Quoniã enim parerat, eum altũ sapere sibi conscium ꝙ plus aliis Christũ diligeret,ꝓpterea fleuit amarè:& cætera,quæ fletũ sequuntur,similia fecit. Quid eñ fecit?Innumeris semetipsum post hæc periculis obiecit,per multa suã ostẽdens fortitudinem,& animi constantiã.Pœnitẽtiam egit & Iudas,sed male.strangulatus eñ est.Pœnitentiã egit & Esaũ,quod sæpe dixi,vel potius hunc neque pœnituit. Nã lachrymæ nõ erant pœnitẽtiæ, sed calũniæ magis & furoris:quod & ostẽdũt sequẽtia.Pœnitentiã exhibuit beatus Dauid ita dicens,La- *Psal.6.* uabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meũ rigabo.Et olim patratũ peccatum, post tot annos,post tot generationes,quasi nuper accidisset,lugebat.Pœnitentẽ irasci non oportet,neq; sæuire, sed conteri tanquã condemnatũ,tanquam nõ habentẽ fiduciam,tanquam iudicatum reum,tanquam ex sola saluari misericordia debentem,tanquã ingratum erga benefactorem,redargutum tanquã iniucũdum & reprobum, tanquã innumeris dignũ supplicĩis.Si hæc cogitet,nõ irascetur,nõ indignabitur:sed lugebit,flebit,gemet, & conqueretur noctem & diẽ. Pœnitentem nunquã oportet obliuioni peccatũ tradere,sed deũ quidẽ rogare,ne eius meminerit,ipsum vero nunquã ipsius obliuisci.Si nos eius nõ recordemur,deus ipsius nõ obliuiscetur.si nos eius meminerimus,deus obliuiscet:à nobisipsis vltionẽ sumamus, nosipsos accusemus,ita placabimus iudicẽ. Peccatũ enim dũ aperitur,minus efficitur:si vero tegat̃,peius. Nam si sibi peccator impudentiã& ignorãtiam asciscat,quomodo penitus cauere poterit,ne rursũ in ea-

dem incidat,qui prius se peccasse nesciuit?Ne negemus igit,quęso,ne imprudẽter agamus,neq; vel inuiti pœnas luam⁹.Audiuit Cain à deo:vbi est Abel fra- *Gen.4.* ter tu⁹?Et dixit,Nescio:nũquid custos sũ fratris mei? Vides,quomodo graui⁹ peccatũ fecit?Sed nõ ita pater ipsius.Sed quid?Cũ audisset, Adã vbi es? inquit: Audiui vocẽ tuã,& timui,quia nudus sum,& abscõdi me.Magnum est bonum agnoscere peccata, & eorũ sẽper meminisse. Nihil ita corrigit peccatũ, sicut ꝑennis memoria: nihil tam segnem facit hominem ad malum.Scio quòd resilit conscięntia, nec à malorum memoria vellet flagellari:sed animam cõprime, & ei chamũ impone.Tãquam infrænis equus indignatur, nec quòd peccauerit sibi vult persuadere:hoc autem totũ est satanicũ. Sed nos ei quòd peccauit, persuadeamus, vt & pœniteat, & post pœnitudinẽ à pœnis absoluatur.Quomodo dignũ,quæso,censes, veniam assequi peccatorũ,quæ nunquã confessus es?Ille penitus est misericordia dign⁹ & clemẽtia,qui peccasse confitetur:tu vero nondũ tibi persuadẽs, quomodo misericordiã petis, vel de his tãtam exhibens impudentiã? Nobisipsis persuadeam⁹ quòd peccauimus, neque tantũ lingua proferamus, verum & ex corde: non tantum nos vocemus peccatores,verũ & peccata computemus singula,per species recẽsentes. Non tibi dico,ostenta teipsum, nec apud alios accusa:sed obedi prophetæ dicẽti:Reuela domino viam tuã,ea *Prou.16.* corã deo confitere, corã iudice cõfitere peccata tua deprecans:& si non lingua,saltẽ memoria,& ita pete tibi misericordiã exhiberi.Si peccata iugiter habeas in memoria,nunquã in proximum iræ memoriã seruabis:nõdico,si tibi persuaseris te peccatorẽ esse.Nõ ita potest hoc animã humiliare,sicut ipsa ꝑ se peccata,& per species ruminata.Nõ eris mali memor hæc semper in memoria gerẽs,nõ irascẽris, nõ conuicianberis,non altum sapies,nõ rursum in eadẽ cades,eris ad bona fortior. Vides quot ex peccatorũ memoria nascãtur bona? Scribamus igitur in mẽtibus nostris. Scio ꝙ anima tam amarã non æque fert memoriam, sed cogamus eam,& constringamus.Melius est nunc eã ipsa morderi memoria, quam per illud tẽpus supplicio.Si nũc eorũ sis memor,& ea cõtinue deo proferas,& ꝑ ipsis depreceris,ea cito delebis: si nũc vero fueris oblitus, tũc & inuitus corã omni mũdo eorum cõmonefies,ipsis in mediũ se ferentibus,& corã omnibus ostentãtibus & amicis & inimicis,& angelis. Non eñ ad solum quidẽ Dauid dicebat: Quæ tu *2.Reg.12.* fecisti occultò,ego faciã omnibus manifesta: verùm & ad nos omnes.Timuisti homines,inquit,& veritus es plùs quàm deum, & deum videntem non curasti, sed homines reueritus es:dicit enim:Oculi hominũ, hi timor eorum. Propterea corã hisipsis pœnas lues. Redarguã enim te,sub omniũ oculis tua ponẽs peccata. Quòd enim nisi nũc ea iugi memoria deleuerimus,hoc est verũ,& illo die nostra cũctorum peccata propalãtur: vide quomodo palã arguitur crudelitas & inhumanitas:ait enim,Esurui,& non dedistis *Matt.25.* mihi manducare.Quando dicuntur istã? nunquid in angulo?nunquid in abscõdito?Nequaquã. Sed quãdo?Cũ venerit filius hominis in gloria sua, & omnes gentes cõgregauerit,cũ seperauerit hos & illos,tunc omnibus dicet audiẽtibus,à dextris,& sinistris cõstitutis:Esuriui,& nõ dedistis mihi mãducare.Vide rursum & quinq; virgines coram omnibus sibi dici audientes,Nescio vos. Quinq; enim & quinq; non numerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

merũ ſignificant quinq; ſolum, verũ & improbas & crudeles, & inhumanas virgines, & nõ tales. Ita quoq; qui ſolũ defodit talentũ, audiebat corã omnibus, & his qui quinq; & his qui duo protulerũt: Serue nequam & piger. nec ſolis vero verbis, verũ & operibus tunc eos redarguit, ſicut & Euangeliſta ſignificat: Vi-
Apoc. 1. debunt, in quẽ transfixerunt. Simul erit omnium reſurrectio, tam peccatorum, quàm iuſtorum, & ſimul omnibus aderit iudicans. Itaq; cogita, qui tunc erunt in iuſtitia, qui in dolore, qui in ignẽ trahẽtur, aliis co-
Matt. 25. ronam accipiẽtibus. Venite, ait, benedicti patris mei, hæreditate poſſidete paratũ vobis regnum à conſtitutione mundi. & rurſum: Diſcedite à me in ignẽ paratũ diabolo, & angelis eius. Ne verba ſimpliciter audiamus, ſed ea ſubſcribamus & oculis, & nunc cũ adeſſe cenſeamus: & hæc dicere, & nos in illũ ignẽ abiicere. Qualem habebimus animũ? quam conſolationem? Quid vero, cũ in duas partes diuidemur? Quid, cum de rapina accuſabimur? Quã habebim° excuſationem, quã dicamus? quam honeſtã rationẽ? Nullã: ſed erit neceſſe, victos, deorſum vergẽtes, ad fornacũ ora pertrahi, ad ignis flumen, ad tenebras, ad immor-
Luc. 16. talia tormenta, & neminẽ orare: ait enim, Non licet hinc illuc tranſire: chaos enim magnum eſt inter nos & vos, & neque volentibus tranſire licet, & manum porrigere. Sed eſt neceſſe ſemper incendi, ſuccurrẽte nobis nemine, ſiue ſit pater, ſiue ſit mater, ſiue quicũque, licet multã habeat apud deũ fiduciã. Frater eñ,
Pſal. 48. inquit, non redimit, redimet homo? Quoniam igitur in altero ſalutis ſpẽ habere non licet, ſed in ſemetipſo poſt dei miſericordiam: omnia, quæſo, faciamus, vt vita nobis munda, & optima conuerſatio: nec à principio vllam admittamus maculam: ſin autem minus, poſt maculam ſaltẽ ne dormiam°: ſed ſemper maculam abluentes, mũdi permaneamus per pœnitẽtiam, per lachrymas, per orationes, per eleemoſynas. Quid ergo ſi nõ poſſum eleemoſynã erogare? dicet aliquis. Sed aquæ frigidæ calicẽ habes, quantũcunq; ſis pauper: ſed habes duo minuta, quãuis in paupertate verſeris: ſed habes pedes, vt infirmos viſites: vt carcerẽ petas: ſed tectũ habes, vt hoſpitẽ ſuſcipias. Nulla nãque, nulla venia eſt eleemoſynam nõ exhibenti. Hæc vobis cõtinue dicimus vt ex aſſiduitate modicũ quid efficiamus: hæc dicemus, non tã accipientium, quam veſtri curam gerẽtes: illis eñ terrena prębetis, viciſſim vero recipitis cœleſtia: quæ nos oẽs aſſequi contingat in Chriſto Ieſu domino noſtro, cũ quo patri ſimul & ſancto ſpiritu gloria, poteſtas & honor, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Quomodo animæ curam oporteat habere, & quòd plurimum nocturna prodeſt oratio: & de pœnitentia.

Homilia XLII.

MAgnum eſt magnum fratres, ignorare ſcripturas: ex quibus enim oportet adiuuari, ex his lædimur. Sic enim & medicamẽta curatiuam habentia virtutem propter vtentium imperitiam corrũpunt frequẽter, & perdunt: & ſi quis arma defenſoria tractare neſciat, ab eis perditur. Eſt autem cauſa, quòd potius aliena quærimus, q̃ nobis vtilia. Et in re quidẽ familiari conferẽs quærimus, neq; domũ veteraſcentẽ cernere pateremur, neq; ruentẽ, neque procellis labantẽ: animæ vero ratio nulla, ſed licet eius fundamẽta videamus marceſcẽtia, ſiue fabricã & tectũ, nulla nobis habetur ratio. Rurſum iumenta ſi habeamus, eorũ quærimus vtilitatẽ, & equiſones, & veterinarios accerſimus, & eorũ per nos curam gerimus & deputatos admonemus, ne temere, nec, vt accidit, agant, neque ſarcinas imponant, neq; noctibus reducãt intempeſtiue, nec alimenta cõmutent. Et multæ rationes de iumentorum vtilitate nobis adſunt: animę vero nulla ratio. Quid autẽ de brutis loquor nobis vtilibus? ſunt multi qui paſſeres habent nihil afferentes vtilitatis, ſed tantùm ſimpliciter delectantes: & multæ de illis quoq; leges, & neglectũ eſt nihil, inordinatũ nihil, & omnium maiorẽ quàm noſtri ipſorũ gerimus curam, ita ſumus omnibus viliores. Et ſi quis cõuiciando quidẽ nobis dixerit, Canis, dolemus: nobis autem ipſis ipſi contumeliã inferentes non verbo, ſed opere: nec tantam impendentes animæ curam, quantam canibus, nihil graue nos pati putamus. Videtis quãtis ſint omnia tenebris plena? Quòd canum curam habent, ne plus quàm expedit, impleantur, vt veloces ſint, & venatici, dum fame premuntur & eſurie: ſe vero non curant, ne crapulẽtur: & bruta quidem temperanter agere docent, ipſi vero ad brutorum feritatem deducuntur? Aenigma eſt hoc factũ, inquies, & vbi bruta temperanter agũt? An quæſo nõ tibi videtur opus eſſe temperantiæ, cũ canis fami moderetur, qui poſtquã venatus aliquid ceperit, à preſenti ſe cõtinet eſca, & appoſitã cernens menſam, licet vrgente fame, dominum expectat? Reueremini voſmetipſos, veſtros docete vẽtres ita philoſophari: non eſt vobis excuſatio. cũ irrationali naturæ, nõ loquenti, neque rationem audienti, tantam inſerere philoſophiã poſſis, multo magis tibimetipſi non poteris? quòd enim hoc humanæ ſit curæ, non naturæ, pater: alioquin oẽs hos habere canes oportebat. Sitis igitur canibus non inferiores. Vos me cogitis illinc exẽpla ſumere, nam ex cœleſtibus quidẽ oportebat. Sed quoniã ſi dixero, vos dicitis quòd illi magni fuerunt: propterea dico cœleſtiũ nihil. Quòd ſi Paulum cõmemorauero, dicitis quòd ille fuit apoſtolus: propterea Paulum taceo. Sin hominẽ dixero, dicitis quod ille potuit: propterea nec hominẽ refero, ſed beſtiam, & beſtiam hoc à natura nõ habentẽ, ne reſpõdeatis quòd naturaliter & nõ volũtarie hoc effecit. Et quod admiratione dignũ, voluntate non propria, ſed cura tua. Nõ quòd fatigatus ſit, nõ quòd curſu diſtract°, nõ quòd propriis cepit laboribus, cõputat: ſed his omnibus poſthabitis, domini præceptũ cuſtodit, & ventre ſuperior efficitur. Nec id vlli dubiũ: expectat enim laudari: expectat maiorẽ aſſequi menſam. Dic itaq; tibimetipſi: Canis futurę voluptatis ſpe præſentẽ contemnit, tu vero non vis futurorũ bonorum ſpe præſentia contemnere? Sed ille quidẽ nouit, quòd ſi intempeſtiue, & præterquam domino videtur, illum cibum guſtauerit, & ipſo priuabitur, & ſtatutum non accipiet, verbera pro cibo ſumpturus. Tu vero nec hoc intelligere potes: & quod ex cõſuetudine didicit ille, hoc ex ratione tu nõ perficis. Canes imitemur, hoc & accipitres & aquilæ facere dicũtur: quod in quadrupedib° & dorcadibus illi, hoc in auibus hi, & hi vero rurſum ex humana diſciplina. Hæc nos poſſunt cõdemnare, hæc nos capere. Dicã & aliud: Equos ſyluęſtres & immãſuetos, calcitrãtes & mordentes cũ ceperint periti, ſic breui tẽpore docent, vt nullo iam oſtendente greſſus compoſiti deliciis ſeſſor delectetur: animę vero negligẽter ambulãtis curam ſuſcipit nemo, ſed ſaltat quidẽ & calcitrat, & humi trahitur tãquã puerulus, & infinita ſubit de-

decora: & nullus repagula imponit, nullus tricas & fręna, nullus peritũ inducit ſeſſorem, Chriſtũ dico: propter hoc omnia cõfuſa ſunt. Cum eñ & vẽtrem canes continere doceas, & irã domes in leone, & in equis procaciã, in auibus autem linguæ gratiam ponas: quomodo nõ abſurdũ, in brutis naturaliter quidẽ rationalia præſtare officia, rationalibus vero brutorũ inducere vitia? Nulla nobis, nulla profecto venia. Omnes nos accuſant qui ſe correxerũt, fideles & infideles: nã & infideles hoc præſtiterunt, & feræ & canes, nedum homines: & ipſi noſipſos accuſabimus, cum volumus quidẽ, aſſequẽtes: cũ vero torpemus, repentes. Nam & in magna conſtituti malitia multi frequenter volentes mutati ſunt. Quòd autem dixi, quòd circumimus aliena, quęrentes vtilia, nõ noſtra. Si domum ædificaueris ſplendidam, domus vtilitatẽ vidiſti, non tuam: ſi veſtimẽtum acceperis, corporis, non tuã: ſi bonum equum, ſimiliter. Nemo quomodo bona ſit anima conſiderat, licet cũ hæc bona ſit, illorum nihil ſit opus: cum vero nõ ſit, nulla ſit illorũ vtilitas. Sicut eñ in ſpõſa, licet thalami ſint velis aureis operti, licet mulierũ adſint pulcherrimarum & ſpecioſarum chori, licet roſæ, licet coronæ, licet ſpõſus ſit formoſus, licet ancillæ, licet amicæ, licet oẽs ſint decori: illa vero ſi ſit deformis, vtilitas eſt nulla: ſicut ecõtrà, ſi ſit pulchra, nullũ ex his accidit nocumẽtũ, ſcilicet cõtrariũ. Ex illis q̃dẽ ſi ſit turpis, videbit & turpior: ex his vero ſi ſit formoſa, nõ formoſior fiet: Ita quidẽ & anima, cum ſit decora, nõ tãtum nõ indiget horũ, ſed hęc potius eius obũbrant pulchritudinem. Philoſophũ enim nõ tam in diuitiis, quàm in paupertate fulgere videbimus. Illic eñ ex pecuniis multi cenſent eum pecuniis non eſſe ſuperiorẽ. Cum autẽ in paupertate degat, & per oĩa coruſcet, & turpe nihil agere cogitetur, nullus iam alius cũ eo diuidet in philoſophiæ laude coronã. Hanc igitur ornemus, ſi volumus eſſe diuites. Quid vtilitatis, cũ mulæ quidẽ albæ fuerint, ingẽtes, & habitudine bona prędita: tu vero inſidẽs macilẽtus ſis & ſcabioſus atque deformis? Quòd vero lucrũ, cum ſtragulę tenues ſint & molles, & multa varietate ſpectabiles & arte: anima vero ſit tota pãnoſa, nudaq; & turpis? Quid autẽ emolumẽti, cum equus quidẽ cõpoſite gradiatur, & choream agenti ſimilior quàm ambulãti, & præter greſſum ſpõſali decoratus mũdo: inſidens autẽ plus claudis ſuccutiaſ, & ebriis & furẽtibus magis ſit manibus & pedibus diuaricat°? Dic mihi, ſi quis tibi bonũ dediſſet equũ, & corp° peruertiſſet, quid vtilitatis? Nũc vero peruerſam habes animam, & nihil eſt tibi curæ. Curam noſtri tandem ipſorũ geramus, quęſo, ne nos ſcilicet ipſos omnium ignobiliſſimos conſtituamus. Quòd ſi verbo quis mordeat, angimur & dolemus: nos autẽ ipſos facto cõtumelia afficiẽtes, nõ curam°. Tandem excitemur quandoq;, vt & animæ multam gerentes curam, & virtutẽ arripientes, æterna cõſequi bona poſſimus. Nanq; non propter hoc eſt facta & nox, vt ſẽper dormiamus, & ceſſemus. Et hoc teſtãtur manuales operarij, agaſones, mercatores, dei eccleſia mediis cõſurgẽs noctib°, ſurge & tu. Vide ſtellarũ choream, altum ſilẽtium, multã quietem, dominiq; tui diſpenſationẽ admirare. Anima tunc eſt purior, leuior & ſubtilior, magis ſublimis & agilis. Ipſæ tenebrę, multúmq; ſilentiũ ad compũctionem inducere poſſunt. Si vero cœlum reſpexeris, ſyderibus tãquam innumeris quibuſdam oculis diſtinctũ: ſi cogi-

taueris quòd interdiu clamãtes, ridentes, laſciuiẽtes, ſalientes, inferentes iniuriam, opprimẽtes, minantes, intentãtes innumera mala, nũc hi nihil à mortuis differũt, omnem humanam damnabis inſolẽtiam. Subrepſit ſomnus, & naturam redarguit, mortis eſt imago. Si proſpexeris in vicũ, nec vnam quidem audies vocem. Si domum reſpexeris: omnes tanquã in ſepulchro videbis iacentes. Hæc omnia poſſunt animã excitare, & in cõſummationis cogitationẽ inducere. Hic mihi ſermo & ad viros, & ad mulieres. Flecte genua, geme, dominũ tuũ ora tibi fieri propitium. Plus nocturnis placatur orationibus, cũ quietis tẽpus tu luctuum tẽpus facis. Regis memẽto, qualia verba dicebat: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas *Pſal. 6.* noctes lectũ meũ, lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Quantũcunq; ſis delicatus, non es illo delicatior: quantũcunque ſis diues, nõ es ditior Dauide, q̃ rurſum dicebat: Media nocte ſurgebam ad cõfitendum *Pſal. 118.* tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Tũc inanis gloria interrumpit. Qualiter enim omnibus dormientibus, non cernentibus? Tunc torpor & oſcitatio non premit. Nam quomodo, cũ anima tot rebus excitẽ? Poſt tales pernoctationes ſomni ſuaues, & mirę reuelationes. Hoc fac tu quoq; vir, nedũ mulier. Eccleſia ſit domus ex viris & mulierib° cõſtituta: nõ eñ quòd tu ſolus ſis vir, neq; quòd hęc ſola ſit mulier, obſtaculum eſſe putes. ait eñ: Vbi ſunt duo in nomine meo *Matt. 18.* congregati, ibi ſum in medio eorum. Vbi Chriſtus eſt medi°, ibi magna multitudo. Vbi Chriſtus, ibi neceſſariũ eſt & angelos eſſe, neceſſariũ & archãgelos, & alias virtutes. Nõ igitur eſtis ſoli, omniũ habẽtes dominũ: & rurſus audi Prophetã dicẽtem: Melior vnus *Eccl. 16.* faciens voluntatẽ domini, quàm decẽ milia iniquorũ. Nihil imbecillius multis peccatoribus, nil vno ſecundũ dei legem viuente fortius. Si tibi ſunt & filij, per omnes in nocte fiat eccleſia. Si vero molles ſint, vigiliã non ferent, vſque ad vnam orationẽ vel alteram excita & colloca. Tantum excitare, tantũ in cõſuetudine temetipſum inſtitue. Nil illo melius penu tales orationes ſuſcipiẽte, audi Prophetam dicentẽ: Si memor fui tui ſuper ſtratũ meũ, in matutinis medi- *Pſal. 62.* tabar in te. At, inquies, laboraui per diẽ multũ, & non poſſum. Prætextus & occaſio ſunt iſta. Nam quantũcunq; laboraueris, nõ laborabis quantũ ærarius malleum tam grauem ex tãta demittens altitudine, ſcintillas & fumũ toto ſuſcipiens corpore, & tamẽ maiorem noctis partẽ in hoc abſumit. Scitis & mulieres, ſi quãdo vobis in agrum ire fuit neceſſe, vel ad pernoctationem procedere, quomodo per totam noctem vigilant? Igitur & tibi ſit ærariа ſpiritualis, nõ vt ollas facias aut lebetes: ſed vt tuã perficias animam, quòd & ærario & aurifice multo melius eſt. Factã peccatis vetuſtam, age in fornacẽ cõfeſſionis, ex multa altitudine malleum infer, hoc eſt, verborum damnationẽ, ſpiritus ignem accẽde, multo maiorem habes artem. Non aurea vaſa cõponis, ſed animã omni auro preciоſiorẽ, ſicut vas conflat ærarius. Nõ corporale vas aliquod conflas, ſed animã ab omni liberas ſeculari vanitate. Apponatur tibi lucerna, nõ iſta quæ ardet; ait eñ, Lucerna pedibus meis verbũ tuũ. Accẽde per orationem animã. Si ſe bene videris habentẽ, educ eam in quacunq; velis forma. Crede mihi, nõ ita rubiginẽ ignis excoquere ſolet, ſicut oratio nocturna noſtrorũ rubiginẽ peccatorũ. Reuereamur, ſi nil aliud, nocturnos cuſtodes. Illi propter humanã legem

Universidad de Deusto
Biblioteca

in gelu circumeunt vehemẽter clamantes, & per vicos ambulãtes, madidi frequẽtes, glaciati propter te tuámque salutẽ, & tuarum pecuniarũ custodiam. Ille vero pro pecuniis tuis tantam gerit curã, tu neque pro anima tua? Et te quidẽ ipse sub dio circumire nõ cogo, sicut ille: neq; vociferari & disrũpi: sed in ipsa permanẽs cella, in ipso cubiculo flecte genua, dominum ora. Quare Christus ipse in mõte pernoctabat? nónne vt nobis forma fieret? Tunc plantæ respirãt, in nocte dico, tunc & anima maxime rorem & plus illis susçipit. Quæ per diẽ sol exussit, hęc nocte refrigerãtur. Omni rore magis noctis lachrymæ contra cõcupiscentias, & aduersus omnẽ ardorem & æstum demittuntur, nec aliquid tale pati permittũt: Sin autem illo rore non fruãtur, per diẽ comburẽtur. Sed absit. Verum refrigeratos, & dei gratiã nactos omnes liberari cõtingat à peccatorũ sarcina. Incredulũ etenim est hominũ genus, & multæ indigens curę, maioriśq; quàm plantæ. Nam illic quidẽ natura corporum est & terræ, agricolarũ manibus cedens: hic vero voluntas multas admittens mutationes, & nũc quidẽ hoc, nunc autem illud eligẽs: velociter enim ad vitiũ inclinatur. Quapropter vndiq; cauere necessarium est,
Psal.120. ne quãdo dormitemus: ait enim, Ecce nõ dormitabit neq; dormiet qui custodit Israël: &, Ne des in cõmotionem pedẽ tuum: nõ dixit ne cõmouearis: sed, ne des. Igitur in nobis est dare, non in vllo altero. Nã si stare velim⁹ stabiles & immoti, nõ cõmouebimur. Quid igitur? in deo nihil est? Omnia quidẽ in deo, sed non ita, vt liberum in nobis arbitriũ violetur. Si igitur in deo sunt, inquit, cur nos accusat? Propterea dixi, ne liberũ in nobis arbitriũ violetur. In nobis igitur & in deo sunt. Oportet eũ nos prius eligere bona, & ille sua tunc inducit. Nostras nõ prœuenit volũtates, ne nostrã temeret libertatem. Cum vero nos elegerimus, tunc magnũ nobis affert subsidiũ. Igitur quo-
Rom.9. modo Paulus dicit: Nõ volẽtis (si & in nobis est) neque currentis, sed miserentis dei? Primum quidẽ non tanquam propriã introduxit sententiam, sed ex proposito sibi collegit, & ex præmisso. Postq̃ eũ dixit,
Exod.33. scriptũ est: Miserebor, cuius misereor: & miserabor quẽ miseror: ait, Igit̃ nõ volẽtis, neq; currẽtis, sed miserẽtis dei. Dices ergo mihi, quid adhuc accusat? Secundũ vero dici potest illud, q̃ cui⁹ est amplius, totũ esse dicit: nostrum enim est eligere & velle, dei vero expedire, & ad exitũ deducere. Quoniam illius itaq; plus est, totum illius esse testatur, secundũ humanam locutus consuetudinem. Nã & nos ita facimus, quale quod dico: Domũ ædificatã bene videmus, & dicimus: totum est artificis, licet non totũ ipsius sit, verum & operariorũ, & domini, q̃ materiã suppeditauit, aliorumq; multorũ: attamen quoniam plus cõtulit, illius totũ esse dicimus: ita profecto & hic. Et rursum in multitudine, vbi multi sunt, oẽs esse dicimus: vbi pauci, neminẽ. Ita & Paulus ait: Nõ volẽtis neq; currentis, sed miserẽtis dei. Duo vero magna hic facit: vnũ quidẽ, ne extollamur: siue curras, siue festines, inquit, ne tuũ esse putes meritũ. Nisi nãq; supernum assequaris fauorem, omnia nequicquã: tamẽ q̃ optatũ assequeris, clarũ est, donec curras, donec velis. Non hoc itaque dixit, quòd in vanũ currimus, sed quòd in vanum currimus si totum nostrũ esse putamus, nisi deo plus affignemus. Nec enim totum deus suum esse voluit, ne sine causa nos coronare videat: neque rursus nostrũ, ne in arrogãtiam dilaberemur.

A Nam si minorem habẽtes partẽ, altum sapimus, quid si totius authores essemus? Multa nanq; deus fecit vt nostrã succideret superbiã. Et adhuc man⁹ alta quot nos morbis inuoluit, vt nostram trũcaret insolentiã? quot feris circũdedit? Etenim cũ quidã dicunt, quid hoc? ad quid hoc? Hęc, inquit, prẽter id quod deo videtur, in tanto te metu cõstituit, & nec ita humiliter sentis: sed si quando vel paruam assequaris prosperitatẽ, ad ipsum sensũ cœlũ peruenis. Propterea celerimæ mutationes & lapsus, & nec ita corrigimur, ꝓpterea cõtinuæ mortes, & præmaturæ. Nos autẽ de nobis tanquã immortalibus sentimus, quasi nunquã morituri, ita rapimus. Sic vsurpamus aliena, quasi rationẽ nunquã daturi: sic ędificamus, tanquã hic semper manẽtes. Nec ipsum nos dei verbũ quotidie nobis inculcatũ, nec ipsa negotia corrigũt. Non potest dies proferri, nõ hora, in qua cõtinuos non liceat ca-
B sus videre. Sed in vanũ omnia, & duritiem nostram nihil penetrat, nec in alienis calamitatibus meliores fieri possumus: quinimo nec volumus, sed cũ ipsi soli lugeamus, tunc corripimur: & si manũ deus remittat, rursum nos manũ extollimus. Vnusquisque sapit humana, terrena cõtemnit nemo, cœlũ respicit nullus: sed tanquã sues ad ventrem inclinãtes deorsum vergunt, cœno se conuoluentes: itidem & hominũ multi difficillimo se cœno polluentes, nõ sentiũt. Melius enim est luto fœdo quàm peccatis cõtaminari. Illinc nanq; fœdatus, breui se tempore lauerit, & similis est illis qui nec ab initio in illud ceciderint cœnũ. At in peccati barathrũ delapsus, pollutionem admisit, quę non aqua purgatur, sed multi tẽporis indiget, acrisq; pœnitẽtiæ, lachrymarũ, & maioris ardentiorisq; lu-
C ctus, q̃ quẽ chariſſimis exhibetis. Illa nanque sordes extrinsec⁹ nobis accidit, quapropter & eã cito deponimus: illa vero pariter interius, ideoq; vix eã abluẽtes mũdamur. ait enim: Et corde excũt cogitationes malę, fornicationes, adulteria, furta, falsa testimonia: quamobrẽ & Propheta dicebat: Cor mũdum crea in *Psal.* me deus. alter vero: Ablue à malitia cor tuũ Hierusa- *Hiere.* lem. Vides quòd est & nostrum, & dei? & iterũ: Beati *Matth.* mundo corde, quoniã ipsi deum videbũt. Efficiamur mũdi pro virib⁹ nostris, peccata nostra detergamus. Quomodo vero detergẽda sunt, Propheta docet in- *Ezech.* quiens: Lauamini, mũdi estote, auferte malũ cogita-
D tionum vestrarũ ab oculis meis. Quid est corã oculis meis? Quoniã aliqui videntur esse boni, sed hominib⁹: sed deo sunt manifesti sepulchra esse dealbata: propterea dicit: Sic auferte, sicut ego video. Discite benefacere, exquirite iudiciũ, humilẽ & pauperẽ iustificate. Et venite, & disputemus, dicit dominus: Et si fuerint peccata vestra sicut purpura, sicut niuẽ dealbabo: & si fuerint tanquã coccinũ, quasi lanã albefaciã. Vides q̃ priores nosipsos oportet mũdare, & tũ deus emũdat? Cũ eũ prius dixisset: Lauamini, mũdi estote: tũc subdidit: Ego dealbabo. In extremã itaq; lapsorũ nequitiam nemo de se desperet. Etsi nanq; inhabitũ venisti, & quasi in ipsi⁹ naturã vitij, ne timeas. Propterea nãq; colores nõ euanidos, sed subiectis fere consubstantiatos, in contrariũ dixit statim venturos. Nõ enim simpliciter lauare dixit: sed tanquã lanam & quasi niuẽ dealbare, vt bonã spem suggeret: ergo magna vis pœnitentię: siquidẽ vt niuẽ nos reddit, vt lanam albefacit, licet prœueniens peccatũ nostras infecerit animas. Studeam⁹ itaq; mũdi fieri: gra-
ue nihil imperauit. Iudicate pupillo, & defendite vi-
duam.

duam. Vides vbiq; quomodo multa deo misericordia fit, & iniuriam patientiũ tutelę mentio? Hæc officia sectemur, & dei gratia poterimus & futura cõsequi bona: quibus nos oẽs dignos censeri contingat in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A & ex iuuenibus vestris in sanctificationẽ? Hoc igitur saltẽ lucraris, quòd maiori supplicio nõ eris obnoxi⁹. Nam qui nõ honoratur in prœsenti vita, sed contemnitur, nec vllã est assecutus æstimationẽ: sed cõtumeliam patitur, & respuitur: & si non aliud, hoc saltẽ lucratur, quòd non & huius est reus, quòd nõ à cõseruis honoratur, & multa propter alia gaudet, cõtrahitur, humiliatur: neq; si velit, vnquã altum sapiet, si sibi magis attendat. Qui nanq; multum acquisiuit honorem, prœterquã quòd & magnorum est reus debitorũ, & in arrogantiã extollitur, & inanem gloriã, & fit hominum seruus, postmodũ hoc crescente dominatu, multa quæ nollet, facere cogitur. Tanquã itaq; scientes ꝙ hoc est melius q̃ illud, honores ne quæramus, & oblatos recusemus, abiiciamus à nobis, hãc extinguamus cõcupiscentiã. Hæc & ad principes &
B subditos nobis dicta sunt. Anima nãq; cupiẽs honorem & glorificari, non videbit regnũ cœlorum. Non meus est hic sermo, neq; mea recito verba, sed spirit⁹ sancti. Non videbit, licet virtutẽ operetur: ait enim: Receperunt mercedẽ suam. Itaque qui mercedem *Matth.6.* accipit, quomodo cœlorum regnũ videbit? Nõ prohibeo gloriã optare, sed verã volo gloriam, quæ est à deo: cuius laus est, inquit, nõ ex hominibus, sed ex *Rom.12.* deo. In abscõdito simus pij, nõ multo circũdati fastu, & ostẽtatione & simulatione. Ouis pellẽ abiiciamus, sed potius oues efficiamur. Nihil hominũ gloria vilius. Dic enim mihi, si paruorũ videas puerorũ multitudinem, lactentiũ dico, nunquid ab eis gloriã cõcupiſces? sic erga cũctos homines disponaris ꝓpter gloriã. Idcirco cenodoxia dicitur. Nõne vides personas, quas in scena versantes induuntur, q̃ sint pul-
C chræ quidem, quàm vero splendidę, quàm ad extremam pulchritudinis perfectionẽ effictæ? Potes mihi talem aspectũ in veritate monstrare? Nequaquam. Nunquid vnquam earũ amore captus es? Non. Quare? Quia vacuæ sunt, & imitantur pulchritudinẽ: pulchritudo tamen non sunt. Similiter & gloria inanis est, & gloriam quidem imitatur: nõ est tamen gloria. Illa sola manet, quę naturalis est, quę intrisecus. Hęc autẽ quæ exterius superinducitur, occultat quidẽ sępe deformitatem, occultat autẽ apud homines, & vsque ad vesperã: dimisso autẽ theatro, sublatisq; personis, vnusquisq; quod est, hoc apparet. Itaq; ne tanquam in scena & simulatione veritatẽ obeamus. Dic enim mihi, quid habet boni, à multis circũspici? Inanis est gloria, nec quicquã aliud. Nã domũ reuerte-
D re, & solus esto, & totũ illico defluxerit: in forũ processisti, prœsentes in te cõuertisti, & quid amplius? Nihil: extinctum est, & euanuit tanquã fumus diffusus. sic igitur ea quæ nõ subsistunt. Quãtæ sunt hæc, quęso, stoliditatis? quantæ dementiæ? Ad vnũ itaque solum spectem⁹, quomodo deus nos laudet. Si hoc cõsideremus, nunquã ab hominib⁹ propria quæremus: & si contigerint, cõtemnemus, deridebimus, respuemus: tanquã aurum quidem optãtes, lutum vero recipiẽtes, sic afficiamur. Nõ laudet ille: nihil emẽ profuerit: & si vituperauerit, nihil nocebit. In deo autem hæc vtraq; habent aliquid lucri vel iacturæ: at apud homines omnia vana. Et in hoc æquamur deo, quòd ab hominibus ille nõ gloriæ indigeat: ait enim: Gloriam ab hominibus non capio. Parúmne igitur hoc? *Ioan.8.* Cum nolis gloriã contemnere, dic, deo par fio si cõtempsero. & statim cõtemnes. Non enim potest glorię seruus homo, non omniũ seruus esse, & ipsis seruiliora

Ioel.2. Prophetam ait, Accepi ex filiis vestris in prophetas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lior mancipiis. Non eñ talia noſtris præcipimus ſeruis, qualia captiuis ſuis illa: turpia & dedecore plena negotia loqui facit & pati: & maxime cum obſequẽtes viderit, imperia magis intẽdit. Fugiam⁹ itaq;, fugiamus, inquã, hanc ſeruitutẽ. Inquiet aliquis: Qualiter itaque poterimus? Si philoſophemur de terrenis, ſi videamus quòd preſentia ſomniũ & vmbra ſunt, & nihil aliud, ipſam facile vicerim⁹, & nec in paruis, nec in magnis capiemur: quòd ſi contemnamus in minimis, & in maximis facile cademus. Procul igitur eius fontes reſtringamus: hi autem ſtultitia ſunt, & humilem animã habẽt. Itaq; ſi ſublimẽ ſenſum capiamus, poterimus & à multis collatũ honorẽ contemnere, & in cœlũ dirigere cogitationẽ. Nã ſicut eſt modeſtiæ principiũ ieiuniũ, id eſt fundamentum & conſtitutio: ſic & peccati ſuperbia, & ab ea omne peccatũ inchoatur, & ab ea cõgregatur: quòd eñ quæcũq; bona facimus, vitium ea permanere nõ ſinit, quin corruãt, ſed tanquã radix eſt quædã nos commoueri nõ permittẽs, illinc manifeſtũ eſt. Vide quãta phariſęus fecerat, ſed hęc omnibus nocuit radice manẽte. Ex ſuperbia naſcitur pauperũ deſpectus, pecuniarũ cõcupiſcentia, amor principatus, multæ deſideriũ gloriæ. Ad contumeliã vltor eſt huiuſmodi. Elatus eñ nec à maioribus, nedũ ab inferioribus cõtumeliam pati ſuſtinet: q; vero cõtumelia nõ tolerat affici, neque male pati ſuſtinebit. Vides quomodo peccati principiũ elatio, quomodo vero ſuperbię principiũ, neſcire dominũ? Et merito. Qui nanq; dominum nouit, ſicut oportet intelligere: q; nouit quòd dei filius ſe tantũ humiliauit, nõ extollit. Qui autẽ hæc ignorat, extollit. Elatio vero præparat ad inſolentiã. Dic etenim mihi, vnde iſti impugnantes eccleſiam deum ignorare dicũtur? Nónne ex inſolẽtia? Ecce dominũ ignorare, in quod eos pręcipitiũ proiecit. Nã ſi deus contritũ diligit ſpiritũ, econtra ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam: nullum itaque malum par elationi, hominem reddit dęmonẽ, contumeliatorẽ, blaſphemũ, periurũ, cædes facit & homicidia cuperẽ. Elatus ſemper in dolorib⁹ viuit, ſẽper indignatur, ſemper mœret. Nihil eſt quod eius poſſit explere libidinẽ, ſi vel regẽ viderit ſupplicantẽ & adorantem, non eſt ſatiatus, ſed magis accẽſus. Sicut enim auari quanto plura ceperint, tanto pluribus egent: itidẽ & ſuperbi, quãto maiori funguntur honore, tanto plus cõcupiſcunt. Creſcit enim in eis morbus: morb⁹ eñ eſt: morbus autẽ finem neſcit, ſed cum habentem occiderit, tũc demũ ſiſtit. Nónne vides ebrioſos, quòd ſemper ſitiunt? morbus enim eſt, non naturæ cupiditas, ſed ægritudo peruerſa. Nónne vides quos vocãt bulimos, quòd ſemper eſuriũt? morbus eñ eſt, vt medicorũ pueri teſtantur. Iam naturæ terminos trãſcẽderũt curioſi, & ſuperflua ſatagentes, quantũcunque paſſi fuerint, non ſiſtunt: morbus eñ eſt, & finẽ ignorat. Fornicationibus gaudẽtes, rurſum nec ipſi ſiſtũt. Homini, inquit, fornicario oĩs panis ſuauis: nõ deſinet, donec abſorbeatur. morb⁹ eñ eſt: & morbi quidem ſunt, nõ tamẽ incurabiles, ſed admittentes medicinã, & multo magis quàm corporales. Si nanque velimus, poſſumus eos extinguere. Igitur quomodo ſuperbiã extinguere poſſumus? Si deũ agnoſcamus. Nam ſi ex ignorantia dei naſcitur, cũ ipſum agnouerimus, expellitur omnis inſolentia. Cogita gehennã, cogita multo meliores te: cogita q̃ deo pœnas debeas: ſi talia cogitaueris, ocyus mentem contraxeris, ocyus eã cõpreſſeris. Sed nõ potes iſta facere, es imbecillior, cogita præſentia, ipſam humanã naturam, quàm nihil ſit homo. Cũ videris in foro mortuũ eferri, orphanos ſequentes filios, vxorẽ viduam plangentẽ, plorantes ſeruos, amicos mœrẽtes, præſentiũ rerũ vilitatẽ cogita, & quòd ab vmbra ſomniiſque nihil differũt. Sed nõ vis hoc: at cogita prędiuites in bellis temere pereũtes: magnatum & illuſtriũ domos conſidera nũc ſolo proſtratas: conſidera quantũ potuerunt, & nũc nec eorũ quidem memoria remanet. Per ſingulos enim dies, ſi velis, horũ exẽpla reperies, magiſtratuũ ſucceſſiones, proſcriptiones diuitũ. Multi tyranni conſederũt humi, nõ exiſtimatus autẽ geſtauit diadema. Hæc nónne quotidie fiũt? Nõne noſtra rotæ cuidã ſimilia ſunt? Lege ſi velis & quæ ſunt apud nos, & exteriora. Nã & illa ſunt his exẽplis referta. Si noſtra contẽnis, & hoc ex inſolẽtia: ſi philoſophica miraris, & his accede. Illi quoq; te docebũt antiquas recenſentes ęrumnas, & poẽtę, & oratores, atq; ſophiſtæ, ſermonúmq; ſcriptores vniuerſi. Exẽpla ſi velis vbiq; reperies. Si vero nihil horum velis, ipſam penſa naturã noſtram, ex quibus cõſtat, & quò deſinit. Cogita cũ dormis, quo ſis dignus: nónne vel minima beſtia te poſſet interimere? Multis eñ à tecto frequenter illata breuis beſtiola vel oculũ eruit, vel alicuius alterius periculi cauſam attulit. Hæc igit̃ poterũt nos à tali ꝓpoſito abſtrahere, ſicq; vitã agemus laudabilem in Chriſto Ieſu domino noſtro, cũ quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria, imperium & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amẽ.

De liuore & inuidia. Homilia XLIIII.

Sicut furentes ſæpenumero gladios in ſe cõuertũt, itidem & inuidi, ſolam inuiſi perniciem intuẽtes, propriã negligunt ſalutem: hi feris quoque peiores. Nam illę quidem eſcę indigẽtes, vel à nobis irritatæ, aduerſus nos armãtur: hi vero beneficiis quoque frequenter allecti, bene meritos maleficiis proſecuti ſunt. Hi quidẽ peiores feris, dæmonibus autem pares, fortè vero peiores & iſtis. Hi nanque contra nos bellum exercent impacatum, conſortibus autẽ generis non inſidiantur. Vnde Iudæis quoq; Chriſtus os occluſit, cũ eũ in Beelzebub eiicere dęmonia calumniarẽtur. Hi vero neq; naturæ communionẽ reueriti ſunt, neq; ſibi pepercerũt. Nam antequã inuiſos, animas ſuas pœnis afficiũt, tumultus omnis & ignobilitatis eas fruſtra & incaſſum implent. Cur eñ doles ó homo, proximi bonis? Dolere nos oportebat his quę patimur malis, nõ in quibus alios probabiles haberi videmus. Propterea omni venia caret iſtud peccatũ. Nam fornicator quidẽ concupiſcentiã prętendere poteſt, fur paupertatem, homicida furorem, frigidas quidẽ & irrationabiles, habent tamẽ quas prętendãt excuſationes. Tu vero quam dices cauſam, rogo? Nullã penitus, niſi tantũ intenſam nequitiam. Si eñ inimicos diligere iubemur, cũ & diligẽtes oderimus, quam pœnã luemus? Nam ſi diligẽs diligẽtes, nihilo gentibus melius affectus eſt: nihil iniuriæ operatos infeſtãs, quã habebit veniam? quam excuſationẽ? audi quid Paulus dicat: Si tradidero corpus meũ vt ardeam, charitatem autẽ nõ habuero, nihil mihi ꝓdeſt. Quod autẽ vbi liuor & inuidia, charitatis opera ſublata ſint, cuiq; patet. Hoc vitiũ & fornicatione peius eſt, & adulterio. Hoc eñ in operato tãtum ſiſtit: inuidiæ vero vis torã ſubuertit eccleſiam,

tit Eccleſiam, & toti nocet terrarũ orbi. Hæc homicidij mater eſt: ita fratrẽ Caĩ occidit, ita Iacob Eſaũ, ita Ioſeph fratres, ita cũctos homines diabolus. Sed tu nũc nõ occidis, ſed multa cęde facis grauiora, fratrẽ optãs confũdi, laqueos vndiq; tendens, ſumptos pro virtute diſſoluẽs labores, dolẽs quòd mũdi placent domino. Non illũ itaq;, ſed ab eo cultum impugnas. Illum afficis contumelia, tuũ illius præponẽs honori, & quod eſt omniũ grauiſſimum, indifferens peccatum eſſe videtur, cum omnium ſit atrociſſimũ. Siue miſereris, ſiue vigiles, omniũ es ſceleratiſſimus, cum inuideas fratri, & hoc illinc eſt manifeſtũ. Quidam olim apud Corinthios fornicat⁹ eſt, ſed accuſatus fuit, & breui correctus. Abeli Cain inuidit, ſed ſanatus nõ eſt: quin & deo ſtatim ipſius vlceri curã afferente, magis intumeſcebat, & fluctuabat, & ad cędem properabat. Ita hoc vitiũ illo peius eſt, nec medicinæ, quancunq; adhibuerimus, facile cedit. Fũditus igitur eam vndiq; euellam⁹, illud pẽſantes, quod quemadmodum offendimus deũ alienis tabeſcẽtes bonis, ita placemus gratulantes, & noſmetipſos participes facimus bonorũ benemerenti repoſitorũ. Et propterea Paulus dicit: Gaudete cũ gaudentibus, & flete cũ flentibus. Vtrinque magnũ lucremur emolumentũ. Cogitantes itaq; quòd licet nõ laboremus, ſi laborãti cõdelectemur, illi⁹ coronarũ efficimur participes: omnẽ eiiciamus inuidiã, & in animabus noſtris charitatẽ plantemus: ſed quod dixi, graue quid inuidia, graue, & ſimulatione plenũ. Hoc mundũ innumeris repleuit malis. Ex hoc morbo litibus plena ſũt tribunalia, ex hoc liuores & pecuniarũ amor, ambitio & inanis gloria. Hinc vrbes obſidẽtur, & mare piratas habet, hinc per orbẽ cædes, hinc gen⁹ noſtrũ diſſipatũ eſt. Quodcunq; malũ videris, ex hac radice producitur: iam eñ & in Eccleſias debacchata eſt, & prius innumera patrauit mala. Hoc auaritiã parit, vitium omnia confundens, & iuſtitiã corrumpẽs. Dona enim excæcant oculos ſapientum, & tanquã frænum ori auertunt argumenta. Hoc pro liberis ſeruos facit, de hoc ꝑ ſingulos loquimur dies, & nil amplius efficitur: beſtiis exhibemur peiores, orphanos diripim⁹, ſpoliamus viduas, odio pauperes habem⁹. Vę ſuper vę naſcit. Hei mihi quia periit pius de terra, & iã noſtrũ eſt lugere, & ꝑ ſingulos hoc dicere dies. Orationibus nil efficimus, cõſiliis & admonitionibus nihil. Relinquitur iã lachrymas fundere. Hoc & Chriſtus fecit cũ multa eos qui Hieroſolymis erant, monuiſſet, poſtquã illi nihil lucrifecerũt, ipſorum defleuit calamitatẽ. Hoc & Prophetæ fecerũt, hoc & nos facimus nunc. Luctus iam tempus eſt, & lachrymarũ & gemitus. Et nũc opportunũ eſt dicere: Vocate lugentes, & ad peritos mittite, & loquãtur. Ita fortaſſe poterimus abiicere morbũ domos erigentiũ ſplẽdidas, agros ex rapina cõparantiũ. Lugere nũc opportunũ. Sed vos quoque mihi coniungimini, iniuriam paſſi, ſpoliati. Adhęrete mihi, lugete, & deducite lachrymas meas. ſed lugentes, nõ noſipſos, ſed illos lugeam⁹. Nõ iniuria vos affecerũt, ſed ſeipſos perdiderũt. Nã vos quidẽ habetis regnũ cœlorũ pro iniuria: illi vero gehennã ꝑ lucro; ꝓpterea melius eſt iniuriã pati, & non inferre. Defleamus eos fletu non vulgari, ſed de ſacris ſcripturis, quẽ Prophetæ defleuerunt. Defleamus cũ Eſaia, ita dicẽtes: Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum ad agrum propinquatis, vt aliquid proximo auferatis. Nunquid habitabitis ſoli ſuper terrã? Domus ſpecioſæ & magnæ, & nõ erunt qui inhabitent in eis. Defleamus cũ Naũm, & cum eo dicamus: Vę qui ædificat in altitudinem domum ſuã. Imò vero defleamus eos, Chriſtum ſequẽtes dicentẽ: Væ qui diuites eſtis, quoniam recepiſtis mercedem veſtram & conſolationem. Defleamus, & ne ceſſemus: quin & niſi turpe ſit plangamus, dicam⁹ quod Propheta: Nolite flere mortuũ, ſed deflete raptorẽ, alienorũ vſurpatorem, auarum inſatiabilem. Quare mortuos deflemus, in quibus iã nihil expediri poteſt? Lugeamus hos, in quibus eſt & mutatio. Sed nobis lugentibus illi forte rident, & hoc luctibus dignũ quòd rident vbi lugendũ erat. Nã ſi quid ex deplorationibus noſtris paſſi fuiſſent, deploratores requieſcere decebat, tãquã ſe correcturos: ſed poſtquã inſẽſibiliter ſe gerũt, pmaneamus nos flẽtes; nõ ſimpliciter locupletes, ſed auaros, vſurpatores, raptores. Nam & congrue diuitiis vti licet, cũ in egenos erogemus: auaris autẽ crimẽ & accuſatio ſunt, & opprobrium. Lugeamus itaque non hos tantũ, verũ & inuidos: grauis eñ & hic valde morbus eſt. Nec aberrauerit quis hanc diaboli filiã appellans, & poſt hæc inanis gloriæ fructũ, quin autem & radicem. Hæc enim vtraq; mala in alterutrum ſeſe producere ſolẽt. Sic certe tunc quoq; Saũl inuidebat: quãdo dicebãt, Percuſſit Saũl mille, & Dauid decẽ milia: quo quid poſſit eſſe irrationabilius? Quid enim, queſo, inuides? Quòd ille laudauit? Atqui gaudere decebat: alioqui neq; noſti veránе ſit laus. Aut propterea doles, quòd cũ nõ eſſet admirabilis, laudatus eſt? At potius oportebat miſereri. Quãobrem ſi bonus quidẽ ſit, laudato non opus eſt inuidere, ſed potius eum laudare cũ benedicentibus. ſi vero talis nõ ſit, vtilitas nulla, ſed & damnũ. Quid igitur in teipſum enſem agis, quòd hominib⁹ mirabilis eſſe videtur, qui hodie quidẽ ſunt, cras autẽ non erunt? Sed quòd gloria fruitur? Quali, dic mihi? De quãne Propheta dicit, q̃ flos eſt fœni? Propterea igit̃ inuides, quoniã onera baiulat, & fœni tales circunfert ſarcinas? Si vero tibi talis dignus inuidia videtur honor, & lignicidæ per ſingulos dies onera ferẽtes, & vrbem ingrediẽtes. Nihilo eñ melius hoc eſt onus, ſed grauius: illud eñ corpus tãtum premit, hoc autem & animã plerũque lædit, & voluptate maiorẽ intulit anxietatem. Nã etſi & diẽs cõprobatur, maiorẽ habet lætitia timorẽ: quin potius hanc quidẽ breuẽ, illum vero continuum: & ſi præpolleat apud principes, & illic inuidia rurſus & periculũ. Quod enim tu pateris apud eum, hoc alij plures. Sed continue laudatur & exultat? Hoc amarũ facit ſeruitus: non eñ libere pro ſententia facere quicquã audebit, ne ſe glorificantes offendat. Grauia nãque ſunt ei vincula claritas. Itaq; quanto ſit pluribus notior, tãto plures habet dominos: & ſeruitutis ei iuga grauãtur, ipſius vndiq; dominis apparentibus. Et domini quidẽ aſpectu cũ liberatus fuerit ſeruus, reſpirat, & eſt in omni libertate: hic autẽ vndiq; dominos quærit. Omniũ eñ eſt ſeruus in foro apparentiũ: ſiue quid vrgeat neceſſariũ, in forum prodire nõ audet, niſi & ſequẽtibus ſeruis, & equitatu, & omni reliqua vanitate conueniente, ne domini condẽmnẽt. Et ſi quẽ legitimum videat amicũ, eum indifferẽter alloqui nõ audet. dominos eñ veretur, ne ſe detrahant à gloria. Itaq; quanto illuſtrior eſt, tanto magis mancipatus eſt. Et ſi quid moleſti patiat̃, grauior eſt cõtumelia, q̃to plures habet teſtes. Et prẽter dignitatem res

Gen. 4.

Rom. 12.

Luc. 19.

Iſa. 5.

1. Reg. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem res esse videtur:nec tantum vero cõtumelia, sed & calamitas,multos enim habet insultãtes: sicut etiã quo fruatur bono,plures habet inuidẽtes & ægrefe-
fẽtes,&cupientes auferre.Hoc igitur,quæso,bonum hoc gloria?Nequaquã,sed ignobilitas,seruitus & vĩcula,& quicquid graue quis dixerit.Si vero sic quoque tibi diligitur ex hominibus gloria, & ille multorum excipiẽs plausum te conturbat vehementer: cũ plausibus fruentẽ videris, ad futurũ mente seculũ & illam gloriã transi.Et sicut ingruentẽ fugiens ferã, & domum ingrediens, fores claudis: sic & nunc ad futuram confuge vitam, & illam ineffabilem gloriam: ita enim & hanc conculcabis, & illam faciliter apprehendes,& vera fruẽris libertate, æternisque bonis,quæ nos omnes assequi contingat,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria,imperiũ & honor, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

De inuidia & liuore. Homilia XLV.

VM beneuolum deum habuerimus,dilectissimi,licet in solitudine simus, in ciuitatibus degentibus tutius cõuersabimur.Maximum nanq; munimẽ, & inexpugnabilis murus est diuinus fauor.Et vt discas, quomodo qui moratur in solitudinibus,in mediis versante ciuitatibus, & humanum habente multũ auxiliũ tutior est,& potentior,videamus quomodo Dauid quidẽ ex locis loca permutans,& degẽs tanquã profugus,à superna manu muniebatur:Saül autẽ in mediis positus vrbibus, & tot agens exercitus,& tot habens satellites & custodes, per singulos dies hostiũ incursum timebat & tremiscebat. Et ille quidem cum vn° esset,& secũ haberet neminem,humani nõ indigebat subsidij : diademate vero redimitus,& ornatus purpura,ipsius egebat auxilio.Et rex pastoris indigebat : & priuati, coronam gestans.Sed si vultis, altius sermonis seriem repetamus,vt omnẽ ipsius historiã in mediũ agẽtes, discamus quòd diuina ope munito fortius nihil, & nihil imbecillius ea destituto, licet innumeris exercitibus circumualletur. Hic itaq; Dauid cum esset valde iuuenis,& propter ætatẽ immaturam in paterna domo degeret:postquã tẽpus exigebat, vt huius fieret virtus manifesta,à patre cohortatus vt fratres suos viseret,ad eos mittebatur.ad horum itaque visitationem profectus, vt bellum vidit conflatũ alienigenæ Goliath, & totũ cum Saule populum expauefactum, & ipsum regem in periculo de summa rerũ cõstitutum, interim spectator esse volebat,& ibat visurus nouum atque mirabile,quòd vnus homo cõtra tot milia insurgeret. Sed fratres cogitatus non ferentes fortitudinem,in inuidiã commoti sunt, & ad eum inquiũt:

1.*Reg.*17. Propter nil aliud venisti,quàm vt bellũ videres: nec enim visitationis nostræ gratia venisti.Sed huius vide prudentiã & mansuetudinẽ multã.Procax nihil & asperum eis respõdet,sed corũ sedans ardorẽ, & demulcens inuidiam,ait:Nónne verbũ est? Non enim, inquit,arma me vidistis tractãtem.Nunquid eñ cõspexistis pugnantẽ?Simpliciter videre volui,& intelligere vnde sit huic tãti furoris excessus.Quis eñ,inquit,est hic alienigena, exprobrãs castra dei viuẽtis? Mox & multam eius audiens magniloquentiã, & ineffabilem cũ Saule profectorũ timiditatẽ, ait : Quid erit homini hui° caput amputãti?& p hęc verba magnam animi virtutẽ ostẽdebat, omnes trahẽs in admirationem.Hæc vbi Saül intellexit,accersit iuuenẽ

A præter pasturam nihil doctũ:præterea & ipsius conspicatus staturam,paruipẽdit. Postmodũ cum ab eo didicisset qualiter vrsos confecisset cũ greges inuasissent,(hæc eñ narrare coactus fuit admirabilis hic, non inanem gloriã quærere volens,sed in necessitate constitutus,& vt illi fiduciã afferret,ne ad apparẽtis respiceret vilitatẽ, sed ad fidem interius latẽtem, & supernum auxiliũ,propter quod viris fortior erat iuuenis,& inermis armatis,&militib° pastor)mox cũ ipsius sententiæ finẽ rex vidisset, propria arma volebat eum induere:ipse vero cũ hæc induisset,neq; poterat sustinere.Hoc autẽ agebatur,vt nuda dei virtus appareret,quæ per eũ operabatur,ne armis gesta tribuerent.postquã enim his indutus claudicabat,arma deposuit,& peram sumens pastoralem,& lapides,sic in illã carneã turrim prodibat.Sed vide rursum & alienigenã ad staturæ vilitatẽ respiciẽtem, hinc iustũ
B floccipendere, & tanquã in vilem puerulũ verbis insurgere. Postquam enim vidit eum cũ pastorali pera contra se prorũpentem,& solos habentẽ lapides,tãtum nõ ad eum dicebat:Putasti te rursum ouibus instare,& quosdã canes expellere, & propterea tãquã aliquem acturus canẽ,cum istis instrumentis mecum pugnam aggressus es?Iã te docebit experiẽtia,quàm non cum quolibet est tibi certamẽ . & multã præferẽs audaciã festinabat & vrgebat,& totam mouebat armaturã,armaq; prætendebat.sed ille quidẽ armorum virtute fretus,pugnam adoriebatur: hic autẽ fide,supernoq; munitus auxilio:&cũ prius verbis alienigenæ petulantiã deiecisset,& ad eum dixisset : Tu
C venis ad me cũ armis & hasta,& propria virtute sperans vincere : ego autẽ in nomine domini dei. Cum hæc,inquam,dixisset,ex pastorali pera lapidẽ tollẽs, quasi vere canem quendã gregi ingruentem expulsurus,sic funda iaculatus, in fronte statim alienigenã percutiẽs prostrauit:& festinãs,& ipsius stringẽs ensem,ipse caput amputatũ ita regi reportauit,& bello finem imposuit . Et per illũ rexq; salutem inuenit, & oĩs ipsius respirauit exercitus.Et cernere dabatur res mirabiles atque stupẽdas,armatũ ab inermi prostratũ:& in bellicis peritũ , ab eo qui nihil præter pastoralem nouerat artem, deiectũ. Quamobrem, & qua de causa?quoniam hic quidem supernũ habebat auxilium sibi conferẽs:ille vero hoc destitutus,sub huius manibus ponitur.Sed vide iam hic inuidiæ morbum,quantam operatus est conuenientiam.Postquã
D enim vidit rex multa laude fruentẽ hũc iustũ,& mulieres in choro clamãtes: Vicit Saül mille, & Dauid decẽ milia:nõ æque ferẽs de ipso dicta, licet secũdũ iusti rationẽ ipsi potius quàm Dauid gratũ faciebãt, ab inuidia victus, iã benefactorem contrariis prosequebatur : & quẽ oportebat saluatorẽ & benefactorem inscribi,hũc interficere moliebaẽ.O furoris excessus,ô stupiditatis intentio,eũ qui sibi vitam donauit,& totũ exercitũ ab alienigenæ furia liberauit,tãquam hostẽ iam intuebatur : & neq; recẽs beneficiũ morbum vincebat,sed tanquã ab ebrietate quadam, inuidia contenebratã habẽs mentis rationem,benefactorem tanquã hostem respiciebat. Talis enim est huius vitij malitia, vt prius se pariẽtẽ offendat. Et sicut vermis de ligno nascens,ipsũ prius absumit:sic& inuidia illã prius quę se peperit,animã corrumpit,& inuisum contrariis ac vellet afficit.Nã ne mihi cõsideres inuisorũ procemia,sed finẽ respice,& intellige quòd hęc inuidentiũ malitia inuisos ad maiorẽ perducit

ducit claritatem.Nam hi quidẽ & deum in auxilium attrahũt,& cœlesti fruuntur fauore : hoc vero carẽs, omnib° redditur expugnabilis: & antequã ab externis hostibus, ab ipso obsessus vitio tantũ non consumitur:& tanquã occultis depastus dentibus,ita clanculum,vt ita dicam,absumptus remanet. Quod sciẽtes,huius quæso vitij pestẽ fugiamus, & totis viribus ex nostris relegemus animis . Omnium enim vitiorũ hoc est pernicio sissimum,& ipsam salutem nostrã super omnia vastat.Improbi nanque diaboli est inuentum.Et propterea sapiẽs quidã dicebat : Inuidia vero diaboli introiuit mors in orbem terrarũ. Postquã enim vidit hęc improba bestia factũ immortalẽ protoplastum , per propriã nequitiam eum in mandati pręuaricationẽ induxit,& per eã fecit vt mortis pœnam attraheret.Itaq; inuidia deceptionem fecit, inobedientiam deceptio,mortẽ inobediẽtia: propterea ergo dicit:Inuidia diaboli mors intrauit in mũdũ. Vidisti quãta sit vitij pernicies? immortalitate decoratum morti subiecit.Sed nostrę quidẽ salutis inimicus propriam mouens inuidiã,immortalẽ protoplastum morte fecit dãnari. Curator autẽ & misericors dominus per propriam mortẽ rursum nobis immortalitatem donauit:& his quæ perdidimus,inuenimus maiora.De paradiso proiecit,&in cœlũ nos reduxit. Vt morti dãnaremur effecit,& immortalitatẽ nobis largitus est:paradisi priuauit deliciis, & nobis regnũ parauit cœlorũ.Vides industriã domini tui , & quomodo à diaboli inuidia contra nostra facta salutẽ, in ipsius rursum caput cõuertit?Non eñ tãtum nos maioribus dignos effecit,sed & eundẽ illũ nobis subditum dedit,cum dixit:Dedi vobis potestatẽ ambulãdi super serpentes & scorpios,& omnẽ virtutem ini- C mici.Hæc igitur omnia cogitantes, & inuidiã ex nostris exterminem° animis,& à deo beneuolentiã allicere studeamus . Hoc enim scutũ est nostrũ inexpugnabile,hæ maximæ nobis diuitiæ.Quot patiebatur

1.*Reg.*16. Dauid iniurias?quot autẽ inferebat Saül? Quis ergo fortior factus est atq; beatior? Quis vero miserior & miserabilior?nónne qui fecit iniuriã?Cõsidera vero: promiserat Saül,si Dauid alienigenã ,psterneret,ipsũ generũ accepturũ,& multa cum gratia filiã ipsi daturum:prostrauit alienigenam,ille fœdera transgressus est,nec modo non dabat,verũ & auferre conabatur. Quis ergo factus est clarior? nõne ille quidẽ à dolore suffocabatur,& malo dæmone:hic autẽ super solẽ triumphis & dei beneuolẽtia coruscabat? Rursum in mulierum choro non ille quidẽ angebatur inuidia, D hic autẽ tacite cuncta ferens omnes capiebat,& sibi colligabat.postquã & eum ipse in man° cepit, & pepercit,vter rursum beatus,vter miser,vter autẽ imbecillior,vter potentior?nónne hic qui neq; iuste grassatus est?& valde merito. Ille nanq; milites armatos, hic autem iustitiã innumeris exercitibus fortiorẽ auxiliarẽ habebat,& adiutricẽ: propterea iniustas passus insidias,nec iuste voluit occidere.Ex superiorib° nãq; sciebat,quòd nõ male facere,sed male pati,reddit potẽtiores:hoc & in corporibus efficitur, hoc in arboribus. Quid autẽ Iacob?Nónne à Laban iniuriã sustinuit,&male passus est?quis itaq; fuit fortior?Qui cepit eũ in manibus, nec ausus contingere,sed timẽs & tremẽs:an nõ hic sine armis & militibus,innumeris regibus ipsi factus terribilior ? Vt autem & alterã hac maiorem vobis probationẽ afferam dictorũ , in ipso rursum Dauid per contrarium sermonẽ habea-
A mus.Hic enim iniuriã passus corroborat° ,postea vicissim iniuriã operatus,infirmior factus est.Cũ igitur Vriã affecit iniuria,mutatus rursum est ordo,& infirmitas quidem ad eum qui patrauit iniuriã:virtus autem ad iniuriam passum trãsiuit.Mortuus enim ciuitatem populabatur,& ipse quidẽ licet rex esset & viuus,poterat nihil:ille vero miles tantum & iugulatu omnia illius subuertit.Vultis & aliũde quod dico,faciã manifestius?Indagemus & iuste se vlciscẽtes. Nã iniuriam quidem inferentes,quòd omnium vilissimi sunt,animã suam impugnantes, omnibus quodãmodo manifestũ est . Sed inquies, quis iuste vindicauit, & innumera succẽdit mala,& seipsum multis infixit ærumnis atq; doloribus?Dauidis exercitus:hic etem bellũ graue conflauit,& infinita passus est mala,quorum nec vnũ quidem fuisset,si sapienter agere sciuisset.Hoc itaq; peccatum fugiamus,& neq; verbis ne- B que factis iniuriã proximis inferamus. Nec enim dixit,Si maledixeris,& iudiciũ constitueris:sed simpliciter:Si maledixeris,& p teipsum,& ita supremũ dabis suppliciũ,licet dictum sit verũ:tu vero ne persuasus dixeris,& sic honoraberis.Nõ eñ ex his quę gessit ille:sed ex his quę dixisti tu,de° feret sententiã:ait enim: Ex verbis tuis cõdemnaberis. Nõ audis quòd & Pharisæus vera locut° est, & omnibus dixit manifesta,non latentia reuelauit,extremã tamẽ dedit pœnã?Si vero de manifestis arguere nõ licet,multo magis de dubiis.habet enim iudicẽ qui peccauit.Ne rapias itaq; dignitatẽ vniuersi,illi iudicij sedes seruata est.Sed vis iudicare?est tibi tribunal multũ habens emolumentũ,& nullam referens accusationem.Cõstitue super cõscientia iudicantem rationẽ,& in me- C diũ omnia tibi patrata propone,animæ tuæ peccata scrutare,& pœnas exige diligẽter,& dic:Quamobrẽ hoc & hoc ausa es?Et si hęc quidẽ fugiat,aliena vero discutiat,dic ad eam:Nõ de his te iudico, nõ pro his venisti te purgatura.Quid eñ si ille malus? Quare tu hoc & hoc admisisti?Respõde,noli accusare,tua cõsideres,non aliena,& eã in hanc agas anxietatẽ continue.Postea si nihil quod dicat habeat, sed refugiat: dilania flagellans eam quasi quandam ancillã insolẽtem,& fornicantẽ: & quotidie iudicium huiusmodi constitue,& ignis flumẽ designa, veneniferũ vermẽ, tormẽta reliqua.nec eã amplius sinas diabolo copulari,nec impudẽter loquẽtẽ toleres,Ille venit ad me, ipse mihi tendit insidias,ipse me tẽtat.sed dic ei:Nisi tu velis, illa omnia superflua . Quòd si rursum dicat: Corpori connexa sum,carnẽ induta,mundũ habito, in terra cõmoror: dic ad ipsam : Hæc oĩa sunt excusationes & prętextus.Nã & ille carnẽ erat indutus,& ille mundũ habitãs,& in terra conuersans probabilis fuit:quĩ & tu ipsa,cũ bene te gesseris,carne circũdata id facis.Quòd si doleat hęc audiens,ne tollas manũ : non eñ morieẽ si percusseris,sed eã ex morte erues.At si rursũ dixerit,q ille exacerbauit,ei respõde,sed tibilicebat nõ exacerbari.Certe frequẽter irã cõpressisti.Si dixerit , q illius species me subleuauit: dicas ei,sed poteras continere, ppone victos, ppone primã mulierẽ q dixit:Serpẽs decepit me, nec à cri- *Gen.*3. mine liberatã.Cũ aũt hęc examinaueris,adsit nemo, nemo tumultuetur:sed sicut iudices sub velis iudicãt sedẽtes : sic & tu p velis quietis tẽpus & locũ inquire.Et cũ cœnat° surrexeris,& sis recubiturus,ista tũc discerne . Hoc tibi tẽpus idoneum : locus autem lectus & cubiculũ.Hoc & Propheta iussit,dicẽs : Quæ

dicitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.4. dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris cõpũgimini. Et paruorũ magnas exige pœnas, ne magnis vnquã approximes. Si ꝑ singulos hoc feceris dies, cũ fiducia ſtabis ante tremendum illud tribunal. Paulus *1.Cor.11.* ita purus eſt factꝰ, & ꝓpterea dicebat: Si eм̃ noſipſos *Iob.1.* iudicaremus, non iudicaremur. Ita filios Iob expiabat. Nã qui ꝓ incertis ſacrificia offerebat, multo magis certorũ pœnas exigebat: ſed nos nõ ita facimus, ſed omne contrariũ. Nam ſimul atq; reclinati ſumus, omnia verſamus ſecularia, & hi quidẽ immũdas inferunt cogitationes, hi vero fœnora & cõmercia, & corruptibiles curas. Et filiam quidẽ habẽtes virginitati ſeruientẽ, diligenter cuſtodimus: quæ vero nobis eſt filia charior, animã fornicari permittimus, & pollui, innumeras inducentes in eã improbas cogitationes. Nã ſiue auaritiæ cupido, ſiue deliciarũ, ſiue ſplẽdidorum corporũ, ſiue furoris, ſiue quis alius ingredi velit, apertis foribus trahimꝰ atq; vocamꝰ, & cũ fiducia miſceri cũ ea ſinimꝰ: quo quid eſſe poſſit magis barbaricũ, quàm animam omniũ nobis chariſſimam tot adulteris ludibrio habitã deſpicere, & tantũ congredientem, quoad illi fuerint ſatiati? quod nunquã erit. Quapropter, cũ ſomnus occupauerit, tunc tantũ abſcedũt: imò vero neq; tunc. Nam & ſomnia & viſa eadẽ inferũt illi ſimulachra. Vnde facta die, talia cõcipiens anima, & in illarũ phantaſiarũ opus plerunq; cecidit. Tu vero nunquã oculorum quidẽ pupillam modicum aliquẽ ſinis puluerem ingredi: animã vero tot malorũ ſarcinã attrahẽtem deſpicaris. Igitur quãdo ſordẽ hãc exhaurire poterimus, quã per ſingulos reponimꝰ dies? Quãdo ſpinas excidere? quãdo ſemina ſpargere? Neſcis quòd iã meſſis ingruit tẽpus, nos vero nondũ procidimꝰ arua? Si venerit igit agricola, noſq; accuſauerit, quid dicemus? q̃d reſpõdebimus? Quòd ſemina dedit nemo? ſed profecto quotidie hęc erogãtur: ſed nemo ſpinas excidit, & ꝑ ſingulos quidẽ dies falcẽ acuimus. At ſeculares diſtrahũt neceſſitates. Et quare temetipſum mũdo nõ crucifixiſti? Nã *Matt.22.* ſi qui ſolum reddidit datũ, improbus, quoniã nõ duplicauit: qui & hoc corruperit, quid audiet? Si ligatus ille ejectꝰ eſt, vbi ſtridor eſt dentiũ: q̃d nos patiemur, cũ innumera nos ad virtutẽ trahãt, refugiẽtes & torpentes? Quid eм̃ te cohortari nõ poteſt? Nónne vides ſeculi vilitatem, incertitudinẽ vitæ, circa preſentia laborem & ſudorẽ? Nũquid enim virtutem quidẽ cum labore, malitiã vero ſine laboribus obire poſſumus? Itaq; ſi hic quidẽ & illic labor: quare nõ hãc capis multũ habentem lucrum? Quinimo ſunt quędam in virtute, quę neq; laborẽ habent. Quis eм̃ labor, nõ detrahere, neq; mẽtiri, nõ iurare, irã proximo dimittere? E contrario quidẽ hęc facere laborioſum eſt, & multũ afferẽs curę. Igit quę nobis erit excuſatio, quę venia, hęc nõ præſtãtibus? Ex his eм̃ manifeſtũ eſt, ꝙ & magis laborioſa eſt virtute, quę torpore nos fugit & pigritia. Quæ cũcta cogitãtes, malitiã fugiamꝰ, capiamꝰ virtutẽ, vt & preſentia bona cõſequamur & futura, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri ſimul & ſãcto ſpiritui gloria imperiũ & honor, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorũ, Amen.

Quòd oportet ſemper peccatorum memoriam habere: & de iudicio. Homilia XLVI.

SI corporis morbũ patiamur chariſſimi, oĩa facimus & tractamus, vt à moleſtia liberemur: anima vero noſtra male habente tardamus & differimus, propterea nec à peccatis liberamur. Quoniã neceſſaria nobis ſuperflua ſunt, ſuperflua vero neceſſaria: & malorum fontem omittentes, riuulos expurgare volumus. Quòd enim malorum in corpore cauſa ſit animæ nequitia, & ille octo & triginta diſſolutus annis, & per tectũ demiſſus, & prius vero Cain ſignificauit, & ex multis aliis partibus hoc aliquis animaduertit. Auferamus itaque malorũ fontem, & omnia morborũ ſiſtent fluenta. Non enim ſolutum eſſe duntaxat eſt morbus, verum & peccare: & hoc magis quàm illud, quanto melior eſt anima corpore. Accedamus igitur ad deum, & nunc oremus, vt animam noſtram cõſtringat reſolutam: & omnia relinquentes ſecularia, ſpiritualium tantummodo curã geramus: ſi vero & hæc vẽdicas, poſt illam curã agas ipſorũ. Ne, quòd peccans nõ doles, paruipẽdas: ſed propter hoc ſaltẽ maxime gemas, quoniã peccatorum dolorẽ non ſentis. Nõ enim hoc prouenit, quòd peccatũ non mordeat, ſed quòd anima peccãs ſit inſenſata. Itaq; cogita eos, qui propria ſentiũt peccata, qualiter his qui ſecantur & vruntur, amarius vlulant. Quot agunt, quot patiũtur, quantũ lugent & lamentantur, vt à mala liberentur conſciẽtia? quod non feciſſent, niſi vehemẽter anima doleret. Melius igit eſt, nec omnino peccare: ſecundũ autem eſt, ſentire peccatũ, & corrigere. Sed ſi nõ hoc habeamus, quomodo ſupplicabimus deo, & peccatorũ veniã petemus, cum nullam peccatorũ rationẽ facimus? Cum enim tu ipſe q̃ peccaſti, nec hoc ipſum quidẽ quòd peccaſti ſcire velis, pro quibꝰ peccatis deũ orabis? pro his ne quæ neſcis? Et quomodo ſcies beneficij magnitudinẽ? Dic itaq; tua per ſpecies peccata: vt quorũ capias veniã, intelligas, vt erga benefactorẽ ita gratus efficiaris. Tu vero hominẽ quidẽ exacerbans, & amicos & vicinos & ianitores rogas, & pecunias impendis, & multos abſumis dies accedẽs & ſupplicãs: & ſiue ſemel, ſiue bis, ſiue millies te repulerit irritatus, nõ recedis, ſed magis cõtendẽs maiorẽ affers ſupplicationẽ. Deo autẽ omnium exacerbato, oſcitamus & recedimus, & deliciis & ebrietati vacamus & omnia pro conſuetudine facimus: & eum quando propitiũ facere poterimꝰ? quomodo vero nõ ex hoc ipſo magis eum irritamus? Nam peccantes nõ dolere, magis eũ indignari facit & iraſci, q̃ peccare. Quapropter ipſam iam dignum eſt terrã ſubire, nec hunc ſolẽ intueri, neq; penitus ſpirare, quòd tam facilem habẽtes dominũ, & eũ exaſperamus, & exaſperantes pœnitẽtiam nõ agimus: licet ipſe neque cũ iraſcitur, exoſus hoc & auerſatus facit, ſed vt vel ita nos ad ſe trahat. Nã ſi cõtumeliã patiẽs te cõtinuis proſequaꝰ beneficiis, magis eũ cõtẽpſeris. Ne hoc itaq; fiat, ad modicũ auertiꝰ, vt ſecũ te ſemꝑ habeat. Ipſius itaq; miſericordia confidamus, & ſolicitã exhibeamus pœnitẽtiam, priuſquã ingruat hora quæ nos ex hoc lucrari non permittat. Nã nunc quidem in nobis totum eſt poſitum, tunc vero iudicans ſolus eſt ſentẽtię dominus. Præoccupemꝰ itaq; faciẽ eius cõfeſſione, ploremus & lugeamꝰ. Si nanq; dominũ orare poſſumꝰ ante rationis diẽ peccata nobis remittere, nec ingreſſũ iã erit opus. Sicut viciſſim, niſi hoc fiat, palã præſente terrarum orbe, noſtrorũ vnuſquiſq; introducetur, & nulla iã nobis ſupererit veniæ ſpes. Nullus eм̃ eorum qui hic peccata nõ diſſoluerit, illuc migrãs, eorũ pœnas effugere poterit: ſed ſicut ex terrenis carcerib⁹ cũ catenis ad tribunal adducunt: ſic oẽs animæ cũ hinc migrauerit variis peccatorũ catenis circundatæ,

datæ, ad tremendũ aguntur tribunal: nec enim præſens vita carcere melior eſt, ſed ſicut illud ingreſſi domiciliũ omnes videmus catenis obductos: ſic & nũc ſi nos ab exteriori phantaſia ſeparãtes cuiuſq; vitam intrauerimus, animã cuiuſque vinculis ferro ſæuioribus vinctam intuebimur, & maxime ſi diuitũ animas ingrediaris. Nã quanto pluribus induti fuerint, tanto magis ſunt cõpediti. Sicut igitur captiuũ, cũ & dorſo videris, & manibus, & quandoque pedibus ferro depreſſum, propterea maxime miſerũ vocas: ſic & diuitem, cum infinitis rebus circundatũ videris, non propterea locupletẽ, ſed propter hæc ipſa quidẽ miſerũ eſſe puta. Nam & præter hæc vincula cuſtodem etiã habet infeſtiſſimum, pecuniarũ amorẽ, qui prohibet hunc egredi carcerẽ: ſed innumeras ei parat pedicas, & cuſtodes, & fores, & obices: & in interiorẽ coniiciẽs cuſtodiã, etiã his vinculis gaudere perſuadet, ita vt nec vllã inueniat ſpẽ ab ingruẽtibus malis liberari. Et ſi cogitatione illius animã releuaueris, nõ vinctam tantum, verum & ſqualentem & ſordidã, & pediculis plenã videbis. Nam nihilo ſunt illius meliores deliciarũ voluptates, quĩ & abominabiles magis, & magis ipſum corpus lædunt & animam, & vtrinq; mille morborũ inferunt flagella. Propter hęc igitur omnia animarũ noſtrarũ redemptorẽ deprecemur, vt & vincula dirumpat, & hunc infeſtũ cuſtodem noſtrum arceat, & ab illarum abſoluens ferrearũ põdere catenarum, pennis leuiorem ſenſum nobis efficiat. Semper quidem timere peccantes oportet, maxime vero cum graue patimur nihil. Cũ enim particulares pœnas deus exigit, leuẽ nobis facit ex his retributionẽ: cum autẽ in ſingulis peccatorũ lõganimiter agit, ad magnam in talibus permanentes vltionem ſeruat. Nam ſi bene viuẽtibus neceſſariũ eſt tribulari, multo magis peccãtibus. Vide ſaltẽ, quantã nactus Pharao longanimitatẽ, extremas de omnibus dedit pœnas. Quantũ Nabuchodonoſor præuaricatus, demũ omnia perſoluit. Et diues poſtquã hic graue nihil eſt paſſus, propter hoc ipſum maxime factus eſt miſer, quoniã preſenti vita delectatꝰ, illuc migrauit omniũ pœnas daturus, vbi nullã poterat mali conſolationẽ inuenire. Attamen ſunt quidã ita frigidi & inſenſati, vt præſentia tantũ ſemper inquirant, & illa ridicula dicant verba: Omnibus interi fruar præſentibus, & tũc de incertis cõſiderabo. Indulgebo vẽtri, voluptatibꝰ inſeruiam. Hodiernũ mihi concede, & ſume tu craſtinum. O demẽtiæ exceſſus: & quid ab hircis & ſuibus iſta dicentes differunt? Nã ſi proximi coniugi adhinnientes, nec homines cẽſeri Propheta permittit: quis nõ arguet hos hircos & ſues, & aſinis ſtolidiores nominãs, qui viſibilibus manifeſtiora, dubia eſſe putẽt? Nã ſi non ob aliud credis, crede dæmonibus, qui flagellantur, ad perniciẽ noſtrã omnia dicere & facere meditatis. Non eм̃ ad hoc contradices, quòd omnia faciunt vt noſtrũ augeant torporem, & gehennæ timorẽ diſſoluant, neq; tribunalia futura credantur: & tamen iſta ſuadentes, frequẽter vlulãtes & clamãtes illa prædicant tormẽta. Hæc igitur vnde dicũt, & eorum quæ volũt, cõtraria loquũtur? Nulla alia de cauſa, niſi quòd maiorem ſuſtinent neceſſitatem. Nõ eм̃ vellent ſpõte cõfiteri, neq; quòd ab hominibus mortuis torquẽtur, nec omnino quòd aliquid graue patiãtur. Ad quid igit hæc mihi dicta ſunt? Quoniã dæmones gehennã confitentur, qui vellent nõ credi gehennã. tu vero tali fruens honore, & ineffabiliũ parti ceps factus myſteriorũ, nec illos imitaris, verum & his quoq; factꝰ es ingratior. Et quis, inquies, ex infernis venit, & iſta renũciauit? Nũ de cœlis q̃dẽ aliquis venit, & dixit quòd deus eſt, qui cũcta creauit? Quòd autem animã habeamus, vnde manifeſtum? Nã ſi viſibilibus quidẽ credere debes, & de deo, & de angelis, & de mẽte, & de anima dubitabis? Itaque te deſtituẽt oĩa veritatis dogmata. Atq; ſi vis credere manifeſtis, inuiſibilibus magis q̃ viſibilibus oportet credere: licet dictũ ſit admirabile, attamẽ eſt verũ, & apud mẽtẽ habẽtes valde certũ. Nã oculi quidẽ multum falluntur, nõ in inuiſibilibus tãtum, nam nec illa norunt: verũ & in his quæ ſibi cernere vidẽtur, & interuallo, & aëre, & mẽte aliò conuerſa, & ira, & ſolicitudine, & innumeris ipſorũ aciẽ impedictibus. Animę vero ratio, ſi diuinarum aſciſcat ſcripturarũ lucẽ, diligẽtius erit & infallibile rerum examẽ. Ne nos temere decipiamus, neq; præter vitæ torpotẽ per talia naſcentẽ dogmata, inſuper & ꝓ ipſis dogmatibus infeſtiorem nobis ignẽ aggregemus. Nam ſi iudicium nõ eſt, neq; geſtorũ pœnas dabimus, neque laborum præmia recipiemꝰ: cogita qualis ſit blaſphemia talis, cũ iuſtũ dicatis deũ, & miſericordẽ, tot labores atq; ſudores negligere: & quomodo rationẽ hæc habeãt? Nam ſi non aliũde, ſaltẽ ex domeſticis tuis hæc collige, & tũc abſurditatem videbis. Nã etſi ſis ipſe millies ſæuus & inhumanus, & ipſis immitior feris, ſeruũ beneuolũ moriens inhonorũ relinquere non ſuſtineres, verùm & libertatẽ & pecuniarũ conferres donationem. Et poſtquã ipſe iã abiens boni nihil ipſi conferre potes, futuris rerum tuarũ hæredibus cum cõmendas, ſupplicãs, rogãs, & omnia faciens, ne remaneat inhonoratus, retributione carens. Dein tu quidẽ malus cum ſis, in ſeruum te tã bonum & humanũ exhibes: deus autẽ infinita bonitas, benignitas ineffabilis, tãta ſuauitas, ſeruos ſuos Petrum & Paulũ, Iacobũ & Ioannẽ, & alios huiuſmodi quotidię propter eum famẽ paſſos, obiectos beſtiis, vinctos, flagellatos, ſubmerſos in mare, mortuos, tãta paſſos, quãta neq; numerari poſſunt, incoronatos deſpiciet? Et certaminũ quidẽ editor in Olympiis victorẽ prædicat atque coronat. Et ſeruum dominus, & rex militẽ: & quiſq; generaliter cultorẽ ſuũ, quibꝰ poteſt remunerat bonis, Deus autẽ ſolus poſt tot ſudores & labores neq; parnum neq; magnum eis bonum reddit? Sed iuſti & pij illi, & omnem obeuntes virtutẽ in iiſdem iacebũt cũ adulteris & parricidis, & homicidis, & ſacrilegis? Et vbi hæc rationẽ haberent? Nam ſi nihil eſt poſt hunc obitum, ſed vſque ad præſentem vitã ſunt noſtra: in iiſdem illi cum iſtis, imò vero nec in his ipſis. Nã etſi poſt præſentia, iuxta ſermonẽ tuum, in iiſdẽ ſint: ſed hic hi quidem in remiſſione, illi autem in pœna toto fuerunt tẽpore. Et quis hoc tyrãnus, quis crudelis & immitis homo de ſuis vnquã ſeruis & ſubditis ita cõſuluit? Vides abſurditatis exceſſum, & quorſum tẽdit iſta ratio? Igitur etſi non aliũde vis, ex his ſaltẽ rationibus erudiꝰ, ab hac improba ſuſpicione liberaberis: & fuge malitiã, pro virtute vero labores ſuſcipe, & tunc manifeſte ſcies, quòd nõ ad præſentẽ vſque vitam tantũ noſtra ſubſiſtũt. Et ſi quis interroget, quis veniens illa nunciauit? Dic ei, hominũ quidẽ nullus; alioqui plerunq; nec ei creditum fuiſſet, tãquam gloriãti, & factũ oſtẽtanti: ſed angelorum dominus omnia diligẽter illa nũciauit. Quid itaq; nobis opus eſt homine, cũ pœnas à nobis exactꝰ quotidie clamet:

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd & gehennam parauit, & regnũ constituit, horũq; nobis manifestas præbeat probationes? Nã nisi iudicaturus fuisset,nõ hic pœnas exegisset.Etenim hoc ipsum quomodo rationẽ haberet, ex improbis hos quidẽ punire,hos autẽ impunitos sinere?Nã si personarũ acceptor deus non est,quod certe non est:quid tandem ab hoc quidẽ pœnas exigit, hũc autem permisit impunitũ abire?Nã rursum hoc est & superiori magis dubitandũ. Sed si vultis rursum cum gratitudine quę dicũtur audire, & hãc soluemus dubitationẽ.Quę igitur est solutio?nec ab omnibus hic pœnas exigit,ne resurrectionẽ desperes,& iudicium desinas expectare:quasi omnes hic reddãt rationẽ. Nec omnes rursum abire permittit impunitos,ne rursum omnia prouidentia carere putes:verũ & punit,& nõ punit.Et inquantũ punit, ostendit quòd hic punitos & illic rationem exposcet:inquantum autem nõ punit, facit vt credas quòd est aliquod post præsentẽ peregrinationẽ tremẽdũ tribunal. Si vero priora penitus omisisset, nec vllos hic castigasset, neq; benefecisset: nũc autẽ ipsum propter te vides & cœlum extẽdisse, & accẽdisse.Solum & terram fundasse, pontũ diffudisse,aẽrẽ explicuisse,cõstituisse cursum,& anni temporibus immotas statuisse leges,& alia oĩa suũ ipsius nutu diligenter obeuntia cursum. Natura nanq; nostra,brutorum,reptantium, ambulantiũ, volantium, natantium in paludibus,in fontibus,in fluuiis,in mõtibus,in pratis,in domibus,in aëre, & in cãpestribus degentiũ:& plantæ & semina, & arbores tam syluestres,q̃ domesticæ, fuctuosæque, & simpliciter omnes ab indefessa illa manu motæ nostrã disposuit vitam,non tantum ad necessitatẽ,verum & ad largitatem,exse ministerium nobis exhibẽtes.Tãtum igitur intuens ordinem,quippe cuius neq; minimã dixi particulã,audes dicere, quòd tot & tanta propter te operatus,in opportunitatibus te deseret, & cũ asinis & suibus iacere mortuũ dimittet? & tanto te pietatis munere decoratũ,quo fecit & angelis parẽ,post infinitos despiciet labores,atq; sudores?Et hæc quomodo rationẽ haberẽt?Hæc eñ licet nos fileamus, saxa loquẽtur,tã manifesta sunt & clara, & ipsa luce lucidiora.Hæc itaq; cũcta cogitãtes,& nostrę persuadẽtes animæ,quòd post hanc peregrinationẽ & tremẽdo sistemur tribunali, & omniũ gestorũ rationẽ dabimus,& pœnas luemus,& vltionẽ subibimus,si perseuerem° peccãtes:& coronis arcanisq; fruemur bonis,si parũ nobis cauere velimus: & his cõtradicẽtes obmutescere faciamus, & ipsi virtutis viã eligamus: vt cũ congrua fiducia ad illud transeũtes iudiciũ,bona nobis promissa cõsequamur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri gloria, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Quòd supplicio peius est dei regno priuari, & de iudicio. Homilia XLVII.

MVlti hominum, charissimi, gehennam tantùm formidant,ego autẽ illius glorię amissionem gehenna multo amariorẽ esse dico: si vero sermone probari nõ potest, nihil mirandum. Nec enim illorum nouimus bonorũ beatitudinem, vt & miseriam ex eorum priuatione manifeste sciamus.Quoniã Paulus qui ista manifeste nouerat,sciebat quòd à Christi gloria decidere,omnium est grauissimũ.Et nos quoque tũc sciemus, cum in eandem venerimus experientiam.Nunquam autẽ hoc patiamur, ô vnigenite dei fili, nec vllam vnquã capiamus experientiã huius irreparabilis pœnæ. Quantũ enim malum sit ab illis excidere bonis, manifeste quidem dici non potest.Quoad tamẽ potero conabor & cõtendam id vobis per exemplũ vel sensim facere manifestum. Supponamus enim puerũ esse mirabilem, & cum virtute terrarũ orbis imperium habere, & ita semper esse facilẽ,vt omnes in spiritualis affect° charitate sibi deuincire possit: quid igitur huius patrem non libenter passurũ putatis,ne ab ipsius excidat cõuersatione?Quod vero siue paruum,siue magnũ malum nõ passurũ,vt ipsum cernere possit & frui? Hoc igitur & in illa gloria cogitemus. Non enim patri filius,licet millies virtute sit præditus,ita desiderabilis est & amabilis,sicut illorum sors bonorũ, & dissolui & esse cũ Christo.Intolerabilis est gehẽna,& illa pœna:tamen licet quis innumeras ponat gehennas, tale nil dicet,quale illa fœlici excidere gloria, à Christo odio haberi:audire, Nescio vos:accusari, quòd eum videntes furientem nõ pauimus.Etenim infinita satius est fulmina sustinere, quàm illã mitẽ faciem nos auersantem videre, & tranquillũ oculũ in nos respicere non sufferentẽ.Nam si me,cum essem inimicus, & eum odissem & auersarer,ipse sic suscepit, vt neq; sibi parceret, sed ad mortem seipsum traderet: cum post hæc omnia ne pane quidem ipsum esurientem dignatus fuero,quibus iã oculis ipsum aspiciã?Considera vero ipsius & hic clementiã. Nec enim beneficia recensetnec in mediũ hæc omnia promit:puta, me qui tantum profui,contempsisti: qui te cum non esses,vt esses produxi,animam inspiraui, & omnibus quæ sunt,superposui:propter te terrã,& cœlũ & mare,& aërem,& oĩa quę sunt, feci: ac te neglectum, & diabolo viliorẽ visum,nec ita separatum respexi:qui infinita post hæc excogitaui, esse seruus elegi:tu colaphis cæsum,sputis illitũ,iugulatũ,morte turpissima mortuũ,& pro te sursum intercedẽtem, patrem tibi conciliantẽ,tibi regnũ offerentẽ,pollicentẽ talia,volentem esse caput tuum,& sponsum & indumentũ & domum atq; radicem,& cibũ & potum, & pastorem ac regem, fratrẽ & filium, hæredem ac cohæredem te diligentem, & de tenebris in lucis participiũ educentem,spreuisti. Hæc enim & his plura dicere cum posset,nil horum dicit.Sed quid?solũ ipsum peccatũ. Et hic vero dilectionẽ, & desideriũ erga te suũ ostẽdit:non enim ait,Ite in ignem paratũ vobis:sed,diabolo.Et prius dicit,quas iniurias cõmiserũt. Nec ita sustinet omnia dicere,sed pauca.Et prius illos vocat bene meritos, vt & hinc probetur iuste redarguere. Itaque quanta pœna non sunt hæc verba grauiora? Nam si quis hominũ esuriẽtem cerneret benefactorem,non despiceret:si autẽ & despiceret,improperatus mallet terra obrui, quàm corã duobus vel tribus amicis hæc audire:quid nos patiemur,corã toro terrarum orbe hæc audientes?Quæ nunquã tunc dixisset,nisi pro suis excusationẽ,pferre studuisset. Quòd enim nõ improperãs,sed excusans ista proferebat:& vt ostẽderet,quòd nõ frustra,nec incassum ad eos dicebat,Ite à me, patet ex ineffabilib° beneficiis. Si eñ exprobrare voluisset,omnia in medium illa protulisset:nũc vero quę passus est tantũmodo dicit. Timeamus itaq; charissimi hæc audire verba.Non est ludus vita, quinimo præsens quidẽ vita ludus, futura vero non ludicra.Forte vero neq; tantũ ludus est vita, verum & peius quid:nõ eñ in risum desinit, verũ & sua diligenter disponere nolentibus multũ affert nocumentum.

mentũ.Quid enim à pueris,quæso,differimus ludentibus,& domos ædificantibus,nos splendidas erigẽtes domos?Quid autẽ à prandẽtibus illis nos delicate vescẽtes?nihil,nisi quòd & cũ pœna nos hæc facimus. Si vero nondũ rerum vilitatẽ conspicimus,mirandum non est:nondum enim viri facti sumus, sciemus quòd hæc sunt puerilia:quoniã & illa viri euadẽtes dimittimus.Cũ autẽ pueri sumus, seria esse putamus,& testas & lutum coagmẽtantes,nõ minus magna erigẽtibus septa soliciti sumus,verũtamen statim pereunt,& collabuntur:& neq; si starẽt, vsquam nobis vtilia forent,sicut nec istæ splẽdidę domus.Cœli nanque ciuẽ admittere non possunt, neque cœlestẽ habẽs patriã in his morari sustineret.Sed quẽadmodum nos hęc pedibus destruimus,itidẽ & ille iudicio subuertit. Et sicut nos pueros in subuersione lugẽtes ridemus:sic & cœlites nos hæc ingemiscẽtes,nõ tantũ rident,verũ & deflent:quoniã & misericordia sunt ipsorum viscera,& hinc multum est damnũ. Efficiamur itaq; viri. Quousq; solo reptamus, in lapidibus & lignis altum sapiẽtes?Quousq; ludimus? & vtinam tantummodo luderemus. Nũc autem & nostrã prodimus salutẽ. Et sicut pueruli cum in his studiũ agũt literis neglectis,multa sustinent verbera:sic & nos in his omne studium impendentes,dũ spirituales exigemur disciplinas tũc per opera,nec quas præstem° habebimus, extremam dabimus vltionẽ, nec vllus erit qui nos eruat,siue pater,siue frater,siue quicũq;. Sed hæc omnia quidem transibũt,ex his autẽ oriens tortura manet immortalis,atq; cõtinua.Quod& in pueris accidit pueriles quidem,ludos propter ipsorũ torporem,patre funditus destruente,ipsos autem in cõtinuo luctu constituente.Et vt discas,quòd hæc talia sunt, quòd omniũ maxime perquiri videtur,diuitias in mediũ agamus,& eis animi quancunque velis virtutem opponamus, & tũc ipsarum præcipue vilitatẽ videbis.Ponamus itaq; duos homines esse,& nondũ de auaritia loquor,sed interĩ de iusto diuite. Et horũ duorum hic quidẽ cõgreget pecunias,mare nauiget, terrã colat,& multos alios inueniat quæstus modos: licet nesciã,an hęc faciẽs iuste lucrari possit. Sed cõcedatur,& fingatur iusta lucra cõquirere,& emere agros & seruos & quæcunq; talia, & nulla his adsit iniuria:alter autem tãta possidens,agros vendat, vẽdat domos,& aurea vasa & argentea,& indigẽtibus præbeat,pauperib° suppeditet,curet languẽtes,in necessitate positos soluat,educat vinctos, in metallis relegatos liberet,deducat illaqueatos, captiuos de calamitate educat:cuius itaq; partis esse velletis?Et nondũ futura,sed interĩ præsentia diximus.Cuius,inquã, esse velletis,aurũ congregãtis,an soluentis ærumnas: agros ementis, an se portum reddẽtis hominũ naturæ:multo circũdati auro, vel innumeris benedictionibus coronati?Nónne hic quidem angelo cuidã est similis,cœlitus ad reliquorum hominum liberationẽ delapso:ille vero nec homini,sed puerulo cuipiã incassum & temere cũcta congregãti? Si vero iuste locupletari tam ridiculum est,& extremæ demẽtiæ,cũ nec iuste fiat:quomodo nõ est omniũ miserrimus huiusmodi?Si vero risus est tantus, cũ & gehẽna iungatur & regni iactura:quãtis sit lachrymis dignus & viuens & mortuus?Verum & alteram, si vis, partẽ virtutis tractemus. Igiĩ rursum aliũ producamus hominem in potẽtia constitutũ,omnibus imperantẽ, magna suffultũ potestate,præconem præclarum habentem, & zonam & lictores & multũ famulatus cœtũ: nónne magnum hoc esse videtur,& beatũ existimãdũ? Eia igitur & alterũ huic rursum opponamus patientem,& mitem,& humilẽ,& longanimem: & cõtumeliis afficiatur,percutiatur, & æque ferat,& talia faciẽtibus benedicat.Vter igiĩ quęso mirabilis,inflatus & ardens,an correctus & humilis? Nónne rursum hic quidẽ cœlestibus similis est virtutibus,multã habentibus impassibilitatẽ: ille autẽ folli cum trahitur, vel homini veternum patienti,& multum ardorẽ?Et hic quidẽ spiritali medico,ille autẽ puero ridiculose tumẽtes habenti maxillas? Quid enim altũ sapis homo,quoniã sublimis in curru veheris?quòd te mulorum trahit iugũ?&quid hoc?Hoc enim & in lignis,& in lapidibus fieri quis viderit. Sed quòd pulchris indutus es vestib°? Sed intuere virtute ,p vestib° indutũ, & te quidẽ fœno marcescenti similẽ reprehẽdes: illũ autem arbori mirabilem fructũ ferenti, & multã spectantibus delectationẽ præbenti.Tu quidem vermium & tinearũ escam circũfers, quæ si te inuadãt, breui te hoc nudum ornatu reddẽt.Etenim & vestes & aurum & argentum,hæc quidẽ sunt vermiũ pensa: hæc autem & terra & puluis,& iterũ terra,& amplius nihil.Virtutem autem indutus, talẽ habet vestẽ, quã non tantũ tineæ,verũ & mors ipsa lædere nequit: & merito. Nõ enim hæ animi virtutes ex terra originẽ trahũt,sed spiritus sunt fructus.Propterea neq; tinearum dẽtibus obnoxiæ sunt. In cœlo nanq; hæ vestes texũtur,vbi neque tinea,neq; vermis, neq; aliud huiusmodi quicquã.Quid igitur, quæso, melius: diuitẽ an pauperẽ esse:in potentia,an in ignobilitate:in deliciis,an in fame? Planũ est, quòd in honore, diuitiis atq; deliciis. Igitur si res exigũt, licet aliter nomina, terrã deserens atq; terrena,in cœlũ trãsgredere. Ipse nanque dicit dominus:Descẽdet de cœlo in iussu, in voce angelorum,vt resuscitatos quidem colligãt angeli,collectos autem rapiant in nubes.Et hæc omnia fiunt in momẽto,in ictu oculi.Non eñ superius manẽs eos vocat,sed ipse venit in tuba. Quid sibi tubæ volũt & sonus?ad excitationẽ,ad delectationẽ,ad significationem eorũ quæ fient admirationis, ad deficientiũ dolorẽ.Heu mihi ab illa die tremẽda: oporteret nos gaudere cũ hæc audimus, sed magis dolemus,&mœsti sumus.An ego sol° hęc patior?vos autẽ hæc audiendo gaudetis?si quidẽ mihi, dũ hæc dicũtur,horror quidã subrepit,& amarè gemo,& ex profundissimo corde suspiro.Horũ eñ nihil ad me. Sed illa post hæc,ad virgines dicta, ad eum qui talentum quod acceperat,infodit,ad nequã seruũ. Propterea defleo,ex quãta debemus excidere gloria, quãta spe bonorum,& hoc iugiter,& in sempiternũ, ne paruũ curemus. Si labor quidẽ esset magnus, & lex grauis, oportebat & ita quidẽ omnia facere: verũtamen excusationem aliquã habere viderentur multi torpentes,frigidam quidẽ,viderentur tamen habere,mãdatorũ magnitudinẽ:& quia magnus esset labor, & infinitũ tempus,& importabilis sarcina.Nunc vero nihil huiusmodi potest prætendi,quod nos non minus gehenna corrodere debet per illud tẽpus:cũ propter breue momentum,& exiguũ sudorem, cœlũ & arcana bona nos amisisse viderimus.Tẽpus eñ est breue, & modicus labor,& tamẽ resoluti sum° & recedim°. In terra decertas,& in cœlo corona:ab hominib° puniris,& honoraris à deo.Duob° curris dieb°,& in infinitis præmia seculis: in corruptibili corpore lucta,

& honores

Universidad de Deusto
Biblioteca

&honores in incorrupto. Præter hęc autē & illud cogita, quòd nisi propter Christū eligimus tristia pati, necessariū est omnino & aliter ipsa sustinere. Nec enim, nisi propter Christū moriaris, es immortalis: neque nisi propter Christum pecunias eroges, illas tecū portās migrabis. Hęc abs te repetit, quę vel nō repetente dabis: quoniā es mortalis. Hęc te vult voluntarie gerere, quę per necessitatē oportet te facere. Tātum autē solū adesse petit, vt propter ipsum fiat: quoniam alioq; accidat hæc præterire ex naturali necessitate. Vidisti, quàm sit facile certamē? Quæ prorsus, inquit, necessariū est pati, propter me pati malis. Hoc duntaxat propositū sit, & sufficientē habeo obedientiam. Quod alteri fœnori daturus es argentum, hoc mihi mutua: & maiore stipendio, maiori securitate: quod alteri⁹ militiæ corp⁹ addicere debes, mihi mereat. Retributionibus eñ tuos trāscendo labores ex magna superabundantia. Tu vero in cæteris quidem plura præbentē præponis, & in mutuis, & in emptione, & in militia: Christū autē solū plus, & infinito plus omnibus præbentem non suscipis? Et quod tantū est bellum? quæ tāta inimicitia? Vnde iam veniam & excusationem habebis, cū nec ex quibus homines hominibus præfers, ex his deū hominibus præferre patiaris? Quid terræ credis thesaurū? Da manibus meis, inquit. Non tibi videtur esse quàm terra fide dignior terræ dominus? Illa cōditum reddit, plerunque vero nec hoc: ipse vero custodię quoq; mercedes tibi reddit. nos eñ vehemēter amat. Propterea siue fœnerare velis, est parat⁹: siue seminare, ipse suscipit: siue velis ædificare, ad seipsum te trahit, in meis, inquiēs, ædifica. Cur nō curris ad deum, & ad homines paupe-
res pro paruis prēmiis magna tibi prębētes negocia? C
Veruntamen neq; toleramus hæc audientes, sed pugnæ sunt, & lites, & calumnię, eò properamus. An nō igitur iuste nos auersat, & punit, cū ad omnia se nobis præstet, nos autē resistamus? Quomodo non iuste? Siue igitur ornari velis, inquit, ornatum meū accipe: siue armari, arma mea: siue indui, vestimenta mea: siue vesci, mensam meā: siue ambulare, viā meā: siue hæreditatē petere, hæreditatē meā: siue patriam ingredi, ciuitatē cuius ego sum artifex & creator: siue domum ædificare, in tabernaculis meis: eorum enim quæ ipse præbeo, mercedem nō exigo: verū & huius ipsius mercedē tibi debeo, si meis omnib⁹ vti volueris. Quid huic æquale sit largitati? Ego pater, ego frater, ego spōsus, ego dom⁹, ego altor, ego vestimentū, ego radix, ego fundamentū. Quicquid vis, ego, nul-
Matt. 20. lius indigeas. Ego quoq; seruiam. Nā veni ministra- D
re, non ministrari. Ego & amicus, ac membrū, caput & frater, & soror, & mater, omnia ego. Tantū mihi te familiarē exhibeas. Ego ,,ppter te pauper, peregrinus propter te: in cruce propter te, ,,ppter te in monumēto. Sursum pro te penes patrē intercedo, deorsū pro te legatus à patre descēdi. Omnia mihi tu, & frater, & cohęres, & amicus, & mēbrū. Quid vis ampli⁹? Quid amantem auersaris? Quid in mūdo fatigaris? Quid in perforatum hauris dolium? hoc enim in præsentē vitam laborare. Quid ignē fodis? Quid aērē percutis? cur in vanum curris? nónne quælibet ars finē habet? Sed non habes, quòd vanitas vanitatum, omnia vanitas? Eamus ad sepulchrum, ostende mihi patrē, ostēde vxorē. Vbi aureis indutus vestimētis, in curru sedens habēs exercitus, zonā, & prēcones? qui hos quidem occidebat, hos autem in carcerē cōiiciebat: qui A
quos vellet interficiebat, & vicissim quos vellet absoluebat? nihil video præter ossa, vermes, & araneas. Illa omnia sunt terra, oīa fabulæ, oīa somniū & vmbra, vel narratio tenuis, & pictura: imò vero neq; pictura. Picturam eñ vel in imagine cernimus, hic autem nec imaginem. & vtinam hactenus grauia. Nunc autem honores quidem, & delicię, & claritas ad vmbram vsq; & verba. Ex eis autē procedētia, nec vsq; ab vmbram & verba: sed manēt, & illuc nobiscū migrabunt, & omnibus erunt manifesta, rapinæ, expilationes, fornicationes, adulteria, & innumera huiusmodi grauia nō in imagine, nec in fauilla, sed sursum scripta tam verba quàm opera. Quibus ergo Christū oculis cernemus? Nam si patrē quidam, sibi peccati conscius, respicere non audebat: quomodo tunc in ipsum patre multo benignioręm respiciem⁹? quomodo
feremus? Assistemus eñ tribunali Christi, & omniū B
erit acris examinatio. Si quis vero futurū non credit iudicium, quæ sunt hic videat, in vinculis positos, in metallis, in stercoribus, dęmonibus obsessos, errātes, incurabilibus laborantes morbis, cū continua certātes paupertate, in fame viuētes, irreparabilibus consternatos luctibus, in captiuitate positos. Nō enim hi nunc passi essent, nisi & omnes alios qui talia peccarunt, vltio maneret atque supplicium. Si vero reliqui nihil hic passi sunt, hoc ipsum ergo te signū oportet facere, quod omnino sit aliquid post nostrum hinc obitum. Non enim cū sit omnium idē deus, hos quidem punisset, hos autem dimisisset impunitos, cū eadem admiserint, vel grauiora, nisi quàm eis vltionem illic esset illaturus. Ex his itaq; rationibus & exēplis nosipsos humiliemus. Et de iudicio nō credētes, iam
credant, & fiant meliores: vt cū hic digne regno vi- C
xerimus, & futuras effugiam⁹ pœnas, & æterna bona cōsequamur gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, imperium atque magnificentia cum patre principij nescio, sanctissimo atque viuifico spiritu in vniuersa secula seculorum, Amen.

De tremenda iudicij die, & de dei dilectione.
Homilia XLVIII.

VNusquisq; vestrum chariſſimi, suam ingres- A
sus conscientiā, & peccata reputans, diligenter à semetipso pœnas exigat, ne quādoque cum orbe terrarū condemnemur. Tremēdum enim illud subsellium, horrendum tribunal, tremore plena iudicia, ignis funditur fluuius, frater non redimit, redimet homo? Recordare siquidem, quæ dicuntur in
Euangelio, circumcurrentium angelorum, sponsalis B
thalami clausi, extinctarum lampadarūm, potestatū in fornaces detrahentiū. Et illud pensa, quòd si cuius ex nobis factum occultum in mediū hodie corā sola produceretur Ecclesia: quomodo non perire, & sibi terram hiscere precaretur, potius quàm tot malitiæ testes habere? Quid tunc ergo patiemur, cū in mediū coram mundo cuncta promētur, in theatro tam claro & illustri, & nobis notis & incognitis omnia spectātibus? Sed heu mihi, cur vos terrere cogor ex hominū opinione, cū sit opus ex dei timore, & ipsi⁹ dānationis hoc agere? Quales eñ, quæso, tunc erimus, cum ligati cū stridore dētium in exteriores tenebras proiiciemur? Imò vero quid agemus (quod & omniū est terribilissimum) cum deū offenderimus? Si quis enim sensum habet, & mentem, iam & gehennā sustinuit, postquam ex dei cōspectu recessit: sed postquā
hoc

hoc nō dolet, propterea ignis intentatus est. Oportebat enim nō quādo punimur, dolere: sed quādo peccamus. Audias itaq; Paulum gemētem, & pro peccatis deflentem, quorum nō erat pœnas daturus. Non eñ, inquit, sum dignus vocari apostolus, quoniā persecutus sum ecclesiam dei. Audias & Dauid à pœna quidē absolutū: sed quoniā se deum offendisse time-
3. Reg. 24 bat, pœnam aduersum se vocantem, & dicētem: Fiat manus domini in me, & in domum patris mei. Deū enim offendisse q̄ puniri grauius est. Nunc vero tam misere nos habemus, q̄ nisi gehennę timor esset, non eligeremus boni quid facere. Propterea si nō ex quoquā alio, ex hoc certe gehenna digni essemus, gehēnā plus quàm deū timentes. Sed non ita beatus Paulus, sed in contrariū: sed quoniā nos aliter, propterea gehennæ damnamur. Quippe si Christum diligeremus, sicut oportet diligere, cognosceremus q̄ gehēna grauius est, dilectum offendere: quoniā autem nō B
diligimus, huius pœnæ nescimus magnitudinem. Et hoc est quod maxime conqueror, & defleo. Ecquid enim deus nō fecit, vt à nobis diligeretur? Quid vero non adinuenit? quid autē omisit? Ipsum iniuriæ nihil operatū cōtumeliis affecimus, quin & infinitis & ineffabilibus bonis nos prosecutum. Vocātem auersati sumus, & vndiq; nos attrahentem, nec ita nos puniuit, sed accurrit ipse, & fugientes cohibuit, & excussi sumus, & ad diabolum resiliuimus: & nec ita recessit, sed innumeros misit rursum consolantes, prophetas, angelos, & patriarchas: nos autē nō modo legationē nō suscepimus, verū & veniētes affecimus contumelia. Ille vero neq; post hæc nos aspernatus est, sed sicut amatores ardētissimi, qui cōtēnūtur, circumibat, omnibus occurrēs, cœlo, terra, Hieremię, Micheę: nō C
vt grauaret, sed vt se spernentes excusaret, & cū prophetis ad ipsos accedebat se auersantes, pœnas pendere parat⁹, & ad reddēdā rationē descēdere dignatus. Et ad omnia surdos factos ad colloquiū secū trahēs. Ait enim: Populе meus, quid tibi feci? vt quid te
Mich. 6. cōtristaui? respōde mihi. Post hæc omnia, prophetas occidimus, lapidauimus, infinitis aliis insecuti sumus molestiis. Quid ergo pro his? Non amplius ,,pphetas, non angelos, non patriarchas: sed ipsum misit filium. Et ipse veniēs, occisus est: neq; sic amorem extinxit, sed magis accēdit, & permanet obsecrās: & postquā ipsius interfect⁹ est filius, & supplicās, & omnia agēs,
1. Cor. 5. vt ad se cōuertat. Et clamat Paulus, dicēs: Pro Christo itaque legatione fungimur, tanquam deo per nos exhortante, vt conciliemini deo: sed horū nos nihil cōciliauit. Ille vero nec ita nos deseruit, sed perseue- D
rat & gehennā minitās, & regnū pollicens, vt vel ita nos attrahat: nos autē immotos adhuc nos exhibemus. Quid hac feritate segnius esse possit? Si eñ homo hæc fecisset, nōne facti sæpius ei serui essemus? Deū autē auersamur creatorē. O ignauiā, ô ingratitudinē: qui semper quidē in peccatis & nequitiis viuimus, si quod nonnunquā exiguum gerimus bonum, secundum ingratos seruos, multū quęstum exigimus, & de retributione subtiliter cōputamus, si quā modo mercedē res habet. Et maior quidē merces, sed nō mercedis spe facias. Hęc eñ dicere, & diligenter rationē supputare, mercenarij magis verba sunt, q̄ grati serui. Opus est enim propter Christum omnia facere, non propter mercedem, sed propter ipsum. Nam & propterea gehennā minatus est, & regnum pollicitus, vt à nobis diligatur. Diligamus igitur eum, sicut opor-

tet diligere. Hæc enim magna merces, hoc regnū & A
voluptas, hæ deliciæ, gloria & honor, hęc lux, & magna beatitudo, quā sermo declarare non potest, non mēs cōprehēdere. Sed nescio qualiter in hos descēdi sermones, hominibus neq; principatū, neque præsentem contemnentibus gloriam, propter Christum iubens regnū cōtemnere: licet illi generosi magniq; viri ad hanc charitatis mensurā peruenerint. Audias itaq; quomodo Petrus ipsi⁹ flagrat desiderio, & animæ, & vitæ, ac omnibus ipsum præponēs: quādo vero negauit eum, non propter pœnam flebat, sed quoniam quē desiderabat, negauit, quod ipsi cūctis erat pœnis amarius. Et hæc omnia ante Christi gratiā exhibebat, & iugiter instabat, dicēs. Quo vadis? Et ante hoc, Ad quē ibimus? Et iterum: Sequar te, quocunq; iueris. Ipse enim eis erat omnia, neq; cœlū, neq; cœleste regnū ante desideratum ducebāt. Ait enim, Tu
mihi cūcta illa. Et quid miraris si Petr⁹ erat talis? Nā B
audi quid & Propheta dixerit: Quid enim mihi est in Psal. 72.
cœlo, & à te quid volui super terrā? Quod autem dicit, est huiusmodi: Nō cœlestia, nō terrena, non aliud cupio, nisi te solum. Hoc est amor, hoc charitas. Si sic amemus, non præsentia tantū, verum & futura nihil ad amorē illum censebimus. Et hinc regnū lucrabimur, ipsius charitate fruētes. Et qualiter, inquies, hoc erit? Cogitem⁹ quoties eū affecimus cōtumelia post infinita bona, ipse vero perstitit rogās: quoties ipsum negleximus, ipse vero nō despicit: sed occurrit & allicit, & ad seipsum trahit. Nā si hęc & huiusmodi cogitemus, hoc poterimus accēdere desideriū. Si enim homo vilis esset, qui sic diligeret: rex autē qui ita diligeretur, non esset reuerentia habita dilectionis magnitudo? Multū profecto. Cum vero cōtrarium sit, & C
ineffabilis quidem pulchritudo sit & gloria nos diligētis ac diuitię, nostra vero vilitas maxima, quomodo non sumus infinita digni pœna, tam viles & abiecti à tam magno & mirabili cū omni excessu dilecti, & in ipsius dilectionē procaciter agētes? Ille nostrorum non indiget, nec ita desistit nos diligere: nos autem eo plurimū egemus, & ne ita quidē ipsius vendicamus charitatē: sed ipsi pecunias præferimus, & hominum amicitias, corporisq; remissionē, potentiam, & gloriā illi quæ nobis præfert nihil. Vnum enim habebat filiū vnigentium atque legitimū, nec huic propter nos pepercit. Nos autem ei multa præponimus. Nō igitur merito foret gehēna & pœna, etiam si dupla foret ac tripla, milliēsq; tanta? Quid enim dicere possemus, cū satanæ præcepta Christi legibus prę- D
ferāmus, & nostrā negligimus salutē, vt nequitiæ præponamus opera ei qui pro nobis oīa passus est? Quali venia sunt hęc digna? quali excusatione? nulla. Stemus itaque tandem per præcipitia delati, & reuigilemus hęc omnia recogitantes, & ipsi per opera gloriā reddemus: non enim per verba satis est. Quoniā ipse rursum ad nos secūda venit præsentia. Nam nos trahens, & ita postquā accepit, abit, & hoc honoris maximi. Nam si ad inimicos venit, multo magis ad amicos redditos. Nō angelis hoc mādat, neq; seruis, sed ipse nos ad suas venit regias vocaturus. Rapiemur & nos in nubibus eum honorantes. Quis igitur tunc inuenietur fidelis seruus & prudēs? Qui digni tātis censendi sunt bonis? quàm miserabiles excidentes? Nā si toto tēpore fleuissemus, aliquidne dignum tanto fecissemus honore? Nā si mille dixeris gehennas, nihil illius par dices doloris, quē sustinet anima, dum to-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus terrarum orbis conuoluitur, canẽtibus tubis, angelis præcurrẽtibus primis, tum secũdis, mox tertiis, demum innumeris ordinibus in terrã se fundẽtibus, insuper autẽ & Cherubin (multa vero sunt hæc & infinita) & Seraphin, in illa ineffabili gloria ipso veniẽte, occurrẽtibus his qui venerint, & in medium electos agãt: Paulo cũ sociis omnibus, & quicunq; probabiles apud eũ fuerunt, coronas, pręconia, & honores à rege suscipiẽtibus coram toto cœlesti exercitu. Nam si neq; gehẽna censeatur hos quidem honorari, illos vero contemni, quãtum est? Intolerabilis gehenna, confiteor, & multũ intolerabilis: tamẽ intolerabilior hæc regni amissio, hoc cogitate. Si quis rex, vel regis filius profectus, & bellis innumerabilib⁹ expeditis admirationi habitus, & vniuersum habẽs exercitum, aliquam ascenderet ciuitatẽ curru, cum trophæis, cũ innumeris ordinibus, cũ aureis clypeis circa se ministris occurrẽtibus, & coronata tota ciuitas esset, & omnes orbis principes cũ eo: ipsum autẽ omnis alienigenarum gẽtium captiuarum ætas retro sequeretur, mox duces, satrapas, & ciues pręsentib⁹ cũctis magistratibus, cũ omni ille splendore occurrentes susciperet, & oscularetur, manũ porrigeret, & omnem exhiberet fiduciam: & omnibus adstãtibus tanquam ad amicos loqueretur, & diceret omnẽ illam viam se propter eos fecisse, & in regias deduceret, & cum eis cõmunicaret: licet alij non punirẽtur, quantæ pœnæ est horũ priuatio comparanda? Si vero coram hominibus tam amarũ est ab hac excidere gloria, multo magis corã deo, cũ supernæ virtutes omnes aderunt cum rege, cum vincti dęmones, & deorsum inclinati, & ipse diabol⁹ agetur captiuus, & omnis contraria multitudo, cum virtutes cœlorum, cum ipse veniet in nubibus. Credite mihi, ex dolore, qui detinet animã meam, ab hac narratione neq; sermonem expedire possum. Cogitemus quanta priuamur gloria, cum liceat non priuari. Hoc enim graue est, ꝙ cum domini simus ne hoc patiamur, patimur, cũ hos quidem suscipiat, & ad patrẽ in cœlos perducat: hos autẽ relinquat, & captos angeli quidam inuitos trahant, & lachrymis perfusos, & deorsum tuẽtes in gehennę flammam, prius coram toto terrarum orbe ad dedecus productos: quãtum dolorem esse putas? Festinemus itaq; dum tempus est, & multam salutis nostræ curã geramus. Quot talia dicemus, qualia diues? puta si quis nũc permitteret, vtiliũ cõsultaremus aliquid, sed indulget nemo. Et quod dicemus, non tantum ex illius verbis, verũ & ex pluribus aliis est manifestũ. Et vt discas, quot in febre fuerũt, & dixerunt: Si nosmetipsos reparauerimus, non amplius iisdẽ incurremur. Multa tũc dicemus huiusmodi, sed audiemus quæ diues, ꝙ chaos intercedit, ꝙ hic accepimus bona. Gemamus itaque precor amare, quin vero nõ tantum gemamus, verũ & virtutem obeamus, lugeamus nunc ad salutẽ, ne tunc frustra lugeamus. Ploremus, & nõ plorabimus tũc super malo. Hic est virtutis ploratus, ille cogitationis inutilis. Nos ipsos nunc tribulemus, ne tunc tribulemur. Non est idẽ hic & illic conteri. Hic ad breue tẽpus est contritio, quin vero neq; contritionis sensum capis, sciens ꝙ ad bonum tribularis: illic autem molestior tribulatio: quoniam non est in se, neq; in aliquo transitu, sed in infinitum, & semper. Fiat autem, vt omnes liberati, remissionẽ assequamur: sed oremus, & studeamus, vt remissionẽ cõsequamur, studeamus oro. Nam si studeamus, orãtes expedimus. Si prolixe oremus, dat deus optata: si vero nec eum petamus, nec aliquid operemur huiusmodi, neque laboremus, quomodo potest vnquam quicquã à dormientibus expediri? Nullo modo credibile est currentes, & extẽdentes, & ipsius morti cõformantes (sicut ait Paulus) assequi non posse. siquo modo perueniam, inquit. Si vero Paulus ait, Siquo modo peruenią, quid nos dicemus? nedũ dormiẽtes. Dormiens enim ne temporalia quidẽ, nec spiritualia negocia posset vnquã obire. Dormiẽtes, nec ab amicis accipere possunt, nedũ à deo. Dormientes neque parentes honorãt, nedum deum: paulum laboremus, vt semper requiescamus. Tribulari prorsus oportet: & nisi tribulemur hic, illic nos sæuior manet tribulatio. Quare non eligimus hic tribulari, vt illic requiescamus, & bona consequamur ineffabilia? In Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

De iudicio & auaritia, quæ non ex magnitudine, sed ex voluntate iudicatur. Et de his qui gehennalem pœnam non credunt. *Homilia XLIX.*

SIcut corpus nostrum nõ semel cibatum totius vitæ substantiam habet, sed quotidiano habet opus nutrimento: ita profecto & in pietate per singulos dies ex operibus indigemus adiumenti. Multa nanque nobis opus est misericordia: propter peccata nanq; nostra clemens deus illa fecit omnia: nihil eorum quidem indigẽs, sed omnia propter nos faciens. Propterea nanq; nobis omnia dixit & enarrauit: nec solũ narrauit, sed & per opera confirmat. Dignus quidẽ erat fide, vel ex solis verbis: attamen ne quis excessus, aut cõminationis solius esse putet verba, & per opera certitudinẽ addit, & communiter & priuato pœnas inferens. Et vt per ipsa discas opera, nunc quidẽ Pharaonem vltus est, & nunc aquarum induxit diluuium, & illam generalem cladem, nunc autem ignis. Et nunc quidem multos puniri videmus malorũ, & pœnas pendentes, quæ sunt gehẽnæ probationes. Nam ne dormiamus, néve torpeamus, neu verborum obliuiscamur, per opera nos commonet & excitat, hic ostendens iudicia, tribunalia, pœnas. Et apud homines quidem tanta iusti cura: apud deum autem qui hæc quoque sanciuit, horum nulla ratio? Et quomodo fidem hæc haberent? Nam & domi, & in foro possumus, & vbiq; iudicia videre. Domi nanque dominus seruos per singulos iudicat dies, & peccatorum ab eis pœnas exigit: & hæc quidem punit, hæc autem ignoscit. In agris rursum agricola, & terram quotidie iudicat. In nauigiis nónne iudicat gubernator? In castris milites imperator. Et multa quis inueniret iudicia: in artibus magister iudicat discipulum. Et priuatim igitur & communiter omnes alterutrum iudicant. Et nusquam iustum negligi quispiam cerneret, sed omnes vbique luentes. Tum hic quidem ita per ciuitates & domos, & apud vnumquenque iusti quæstio dispersa fuerit: illic autem vbi iustitię plena est dextera dei, & iustitia ipsius vt montes dei, illic putas nulla iusti ratio? Et quomodo deus iudex & iustus, & fortis, & patiens sustinet, & pœnas hic non exigit? Habes causam. Longanimis, inquit, est. Longanimiter autem agit, ad pœnitẽtiam te trahens: si vero permaneas, secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram. Igitur si iustus est, quod dignũ est reddit, nec inultos despicit male patiẽtes. Si fortis, & post mortem reddit

dit (hoc enim est fortitudinis) & in resurrectione. Et patiens, inquit: si patiẽs est ne tumultuemur, neq; dicamus: quare non hic inuehitur? Nã si factũ hoc fuisset, genus humanũ iam esset præreptum, si per singula à nobis peccata pœnas exigeret. Non est enim nõ est dies à peccato pura, sed vel magnum, vel paruum quid offendimus. Itaq; nec ad vigesimum annum vllus ex nobis perueniret, nisi multa foret ipsi⁹ lõganimitas & bonitas: multũ nobis pœnitentiæ præfiniẽs spacium, vt peccata iam exuamus. Igitur vnusquisq; cũ conscientia recta ingrediens, facta sua, & omnem suam in medium agens vitam: si non infinitis dignus est suppliciis & pœnis, cõsideret. Et cum indignetur, cur ille multa committens mala pœnas non exoluat, sua cogitet, & ab indignatione desistet. Illa nanq; vidẽtur magna: quoniam in magnis fiant & manifestis: si vero sua exquireret, fortè plura reperiret. Rapere enim & vsurpare simile est, siue in argento siue fiat in auro. Ex eadem enim mente nascuntur vtraq;. Et qui paruum subripuit, nec magnũ subripere recusabit. Si vero non adest, non propter illũ hoc factum est, sed propter rei euentum. Qui pauperiorem afficit iniuria pauper, neq; si posset, diuitem omitteret: sed infirmitatis, non illius voluntatis iam est opus. Ille dominatur, inquies, & subditorũ bona diripit: tu verò, quęso, non rapis? Ne nanq; mihi dicas, ꝙ ille auri talenta, tu vero decem obolos. Quoniam & in eleemosyna hi quidẽ aurum coniiciebant, illa vero duo minuta, & nihil illis minus contulit. Quare? Voluntas enim iudicatur, & nõ datum. Postmodũ in eleemosyna quidem ita deum cẽses iudicare, & nihil minus propter paupertatẽ referri, si duo minuta conferas, quàm qui mille auri talenta erogãt: in vsurpatione vero nõ ita. Et quomodo rationem habet? Sicut illa duobus erogatis minutis ex volũtate nihil illis minus intulit: itidem & tu duobus raptis minutis, nihilo melius affectus es. Sed si mirabile quid dicere licet, pl⁹ illis vsurpas. Sicut enim siue quis regis vxorẽ polluat, siue pauperis, siue serui, similiter est adulter: cum peccatũ nõ ex personarũ differentia iudicetur, sed ex ausi voluntatis improbitate: ita scilicet & hic. Etem̃ ego magis adulterum dixerim in quemlibet adulterium patrantem, q̃ in ipsam reginam. Hic enim & diuitiæ sunt, & species, & multa quæ alliciant: illic vero nihil. Itaque magis hic adulter fuerit. Rursus ebriũ magis dixerim malo vino abutentem: sic & auarum neq; minima respuentem. Nam qui multa rapit, parua fortasse contemneret: qui vero parua subripit, magna nunquam contẽneret: igitur magis hic fur est. Qui enim argentum non spernit, aurum quomodo aspernabitur? Itaque cum magistratus criminamur, nostra ipsorũ cogitemus, & nos inueniemus illis amplius furantes & rapientes. nõ ex facto, sed voluntate hæc iudicamus, sicut & iudicare iustũ est. Dic enim mihi, si quis produceretur, qui pauperis bona vsurpasset: alter autem, qui diuitis: nónne similẽ ambo pœnã exoluunt? Quid autẽ homicida? nónne similiter est homicida, siue cęcum & pauperem, siue pulchrum & diuitem occidat? Cum itaq; dicimus, ꝙ ille illius agrum rapuit, nostra cogitemus, & ita nec alios cõdemnabimus, & dei patientiam admirabimus. Nec indignabimur, ꝙ nõ veniat iudiciũ super eos, & nos ad malorum operationem tardiores erimus. Quam igitur excusationẽ habebunt digni putati, & tantam nacti donationem, & terrenorum facti cupidi, & ad terrã recidentes? Mul-

tos enim audio dicentes hæc ridiculosa verba, Hodierna mihi da, tu vero sume crastinum. Nam si talia sunt illic, inquit, qualia dicitis, vnum pro vno factum est: si vero nihil omnino sit, duo pro nullo. Quid his iniquius verbis? quid vero vanius? Nos de cœlo disserimus, & illis ineffabilibus bonis, & tu ludos curules nobis agis in medium: nec erubescis, nec absconderis talia loquens, quę vacillantium sunt? non pudet terræ tantum affigi, non desines desipere, mentéque excedere, & iuueniliter nugari? Et græcos quidẽ hęc dicere nil est mirandum: fideles autem homines talia garrire, qualem habet veniam? Nõ enim in dubio ponis spes illas immortales? omnino putas hæc esse dubia, & hęc quomodo venia sunt digna? At inquies: Quis venit, & quæ sunt illic annunciauit? Hominum quidẽ nemo, sed deus omnium fide dignissimus hæc manifestauit. Sed illa vero vides. Nec enim deum vides: igitur deũ non esse putabis, quoniã eum non vides? Imò esse penitus credo, inquis. Si quis igitur infidelium te interrogauerit, quis venit de cœlo, & hęc renunciauit? quid dices? Vnde nosti ꝙ deus est? Ex his quæ videntur, inquies: ex ordine qui est in tota creatura, ex eo ꝙ omnibus hoc est manifestum. Non igitur & de iudicio sermonẽ ita suscipis? Quomodo, inquis? Interrogabo te, tu vero respõde: Iustus est hic deus, & pro merito cuiq; retribuit: an in contrarium, iniustos quidem vult esse tranquillos, & gaudere, bonos autem in oppositis esse? Nequaquam inquis, nec enim hoc homo pateretur. Vbi igitur qui hic bona fecerunt bonis fruentur, vbi vero mali contrariis, nisi quippiam esse vitę deberet post hęc & retributionis? Vides ꝙ vnum pro vno interim, & non duo pro vno. Ego vero progressus tibi demonstrabo, ꝙ nec vnum pro vno, sed duo pro vno erunt iustis: peccatoribus autem & hic gaudẽtibus omne contrariũ. Hic enim gauisi, nec vnum pro vno acceperunt: in virtute vero degentes, duo pro nullo. Qui nanque sunt in quiete, præsenti vita abutentes, an sapiẽter instituti? Tu quidem illos fortè dices, ego autem hos: & testes illos ipsos in præsentibus delectatos produco. Nec erubescent ad ea quæ dicturus sum: etenim spõsas frequẽter concupierunt, & die qua iuncti sunt thalami, non matrimonio iunctos vocauere beatos. Multi vero iuuenum & paratas sibi nuptias nõ ob aliud recusauerunt, q̃ propter rei pondus. Et hæc dico non nuptias accusans (venerabiles enim sunt) sed eos qui abutuntur. Si vero in nuptiis cõuersati vitã non vitalem frequenter existimarũt, quid de proiectis in meretricias voragines dixerimus, & omni captiuo seruilius & miserius affectis: de his qui in deliciis contabuerunt, & innumeros inuexerunt corpori morbos? Sed in gloria esse iucundũ. imò nihil hac amarius seruitute: omnibus enim seruis magis est seruus gloriæ cupidus, & quibuslibet placere volẽs. Hanc vero pessundãs omnibus est superior, ab aliis gloriã dari nõ curans. Sed habere pecunias, amabile. At sæpius ostẽdimus, ꝙ in maiori sunt abundantia & quiete ab his absoluti, & nihil habentes. Sed inebriari, voluptuosum. & quis hoc dixerit? Igitur carere diuitiis iucundius, q̃ habere diuitias: vxore carere, quàm coniugio vinctũ esse: & inani gloria liberum esse, quàm ventosam captare gloriolã: & delicias fugere, quàm deliciis immergi. Et hic plus habent præsentibus non affixi. Et nondũ dico, ꝙ ille quidem licet innumeris distendatur tormentis, bonam habet spem se sustentantem: hic autẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet plurima fruatur delectatiõe, futurorum timorẽ habet voluptatem ſuam turbantẽ & confundentem. Nam & hic non paruus pœnæ modus, ſicut oppoſitus deliciarum & quietis. Et tertius vero poſt hũc eſt modus. Qualis autem iſte? q̃ ſeculares quidẽ deliciæ, neq; cum apparent, ſunt, cum natura redarguantur & tempore. Illa vero non modo ſunt, verum & immota manent. Vides q̃ non duo pro nullo tantum, verũ & tria, & quinq;, & decem, & viginti, & decẽ milia pro nihilo ponere poterimus? Vt autẽ & per ſimilitudinẽ hoc diſcas: diues & Lazarus, ille quidẽ præſentibus, hic vero futuris fruebatur. Nũquid igitur eſſe tibi videtur vnum & vnũ in omni tempore puniri, & breui hora eſurire? In corruptibili corpore, & in mortali grauiter torreri, deinde coronari, & poſt breuem illũ languorẽ immortalibus frui deliciis: an econtra poſt breuem præſentiũ delectationem in infinitũ torqueri? Et quis iſta dixerit? Quid enim volumus? quantitatem? qualitatem? ordinẽ dei? circa vtrunq; ſententiã? Quouſq; ſcarabæorum verba loquimini, ſe continuo ſimo inuoluentiũ? Nec enim iſta ſunt hominũ ratione pollentium, animã tam precioſam ita pro nihilo prodere, cum liceat paruo labore cœlos capere. Vis & aliunde te doceam, q̃ illic tremendum iudicium? aperi cõſcientiæ tuæ fores, & vide ſedentem in mente tua iudicem. Si vero tu temetipſum cõdemnas, licet amicus tui ſis, & nõ iuſtum proferre iudicium nõ toleras: nónne multo magis deus multam iuſti geret curam, & ineuitabilem de omnibus feret ſentẽtiam, ſed ſimpliciter & temere cuncta fieri permittet? Et quis hæc dixerit? Nemo qui dicat. Verum & Græci, & Barbari, & poëtę, & philoſophi, & omne genus hominum nobis conſentiunt, & ſi nõ ſimiliter. Et aiunt C eſſe quædã apud inferos iudicia: tam manifeſtum & certũ eſt factũ. Et cur, inquies, hic non punitur? vt ſuã oſtendat patientiã, & ex pœnitẽtia nobis ſalutẽ præbeat, & neq; genus noſtrum inereptum permittat, & ex optima mutatione potentes ſaluari, ſaluti nõ præripiat. Si nanq; ſtatim poſt peccata puniſſet, & interemiſſet, quomodo ſaluatus fuiſſet Paulus? quomodo Petrus? qui ſunt ſummi terrarũ orbis doctores. Quomodo Dauid ex pœnitentia ſalutẽ cõparaſſet? Quomodo Galatę? Quomodo plures alij? Propterea quidẽ nec hic omnes exigit pœnas, ſed ex omnib⁹ quoſdam, nec illic omnes: ſed hunc quidem hic, hunc autem illic: vt & multum inſenſatos per eos quos punit, excitet, & faciat vt expectent futura, per eos quos nõ caſtigat. An non vides hic quoſdã puniri, ſicut turri oppreſſos, ſicut illos quorum cruorem Pilatus com- D miſcuit, vt qui præmatura morte apud Corinthios rapti ſunt, eo quòd indigne myſteriorum ſe feciſſent participes: ſicut Pharaonem, ſicut Iudæos à Barbaris iugulatos, ſicut alios multos, & tunc & nunc, & ſemper? Et alij vero poſtquam multũ peccauerunt, abire, nullam hic dantes pœnã: ſicut diues Lazari, ſicut alij multi. Hęc autem facit tum futura non credentes excitans, tũ credentes & ſegnes faciẽs alacriores. Deus enim iudex iuſtus, fortis & patiens, nec iram inducẽs per ſingulos dies. Si vero patiẽtia nos abutamur, erit tempus cũ nec breue quid iam ſuſtinebit, ſed ſtatim inferet vltionem. Itaque ne vt ſolum deliciarum habeamus momentũ (hoc enim eſt præſens vita) infinitorum attrahamus ſeculorum tormẽta: ſed momẽto laboremus, vt perenniter coronemur. Nónne videtis, q̃ & in ſecularibus hominum plures ita faciunt, & A pro longa quiete breuem capiunt laborem: quanquã illis contrarium euenit? Hic enim laborum quidẽ, & lucri par eſt portio: frequenter autẽ & in contrarium labor quidẽ eſt infinitus, fructus autem exiguus, vel plerunq; nec exiguus quidem: in regno autem econtra, modicus quidẽ labor, multa vero voluptas & immenſa. Confidera nanq;, agricola per totum laborat annũ, & in ipſo fine frequenter à ſpe decidit, & multorum fructu laborum. Nauis gubernator, rurſum & miles, ad ætatem vſq; nouiſſimam in præliis & laboribus: & frequenter vterq; remanet, ille quidem diuitiarum oneribus amiſſis, hic autem victoria cum ipſa vita. Quam igitur habebimus, quæſo, excuſationem, in ſecularibus quidẽ laborioſa præponentes, vt paululum requieſcamus, vel neq; paululum (eſt enim ſpes incerta) in ſpiritualibus autẽ econtra facientes, & ineffabilem attrahẽtes vindictam per exiguum torporem? Propterea vos omnes exhortor, ex tali tandem B dementia refugere. In illo nanq; tempore nemo nos eruet, non pater, non frater, non filius, non amicus, nõ vicinus, non alius quiſquam. Sed ſi fuerimus ab operibus proditi, omnia tranſibunt, & nos omnino peribimus. Quantum ille diues plorauit, & Patriarcham Luc. 16. obſecrauit, & petiit Lazarum mitti? ſed audi quid ad eum Abraham dicebat: Chaos magnum firmatũ eſt inter nos & vos: itaq; nec volentibus, illuc licet tranſire. Quantum rogauere virgines illę coętaneas pro modico oleo? Sed audi quid & illæ dicant: Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis. Et in nuptialem eas tha- Matt. 25. lamum potuit introducere nemo. Hæc nos quoq; cogitãtes, noſtræ curam vitæ geramus. Quotquot enim duxeris labores, & quotquot ſupplicia pertuleris, hęc omnia nihil erũt ad futura bona. Pone igitur, ſi libet, ignem, ferrum, & beſtias, & ſi quid his difficilius: attamen nec vmbra quidem ſunt hæc ad illa tormenta. Nam hæc quidẽ cum vehementius incubuerint, tũc maxime leuia fiunt, celerẽ afferẽtia liberationẽ, corpore non ſufficiente & ad vehemẽtiam, & ad pœnæ longitudinẽ. Illic vero nõ ita, ſed ambo conueniũt, & prolixitas, & exceſſus tam in iucundis, q̃ in triſtibus. Dum itaque tempus eſt, pręoccupemus faciẽ eius in confeſſione, vt mitem eum tunc videamus atq; tranquillum, vt minaces illas virtutes effugiamus. Nónne videmus terrenos milites principibus ſeruiẽtes, quomodo crimino ſos trahunt, quomodo ligãt, quomodo flagellãt, quomodo perfodiunt coſtas, quomodo faces tormentis adhibent? Sed hęc omnia ludicra & riſus ad illa ſupplicia. Nam & temporaneæ ſunt hæ pœnæ: illic vero neque vermis moritur, neque ignis extinguitur. Etenim corpus eſt incorruptibile omnium tunc reſurgentium. Sed abſit vt hæc vnquam per experientiam diſcamus: ſed vltra verba terror nobis non ingruat, neque tortoribus illis tradamur, ſed hic emendemur. Quanta tunc dicemus, noſmetipſos accuſantes? quantum ingemiſcemus? quantum eiulabimus? ſed nulla iam erit vtilitas. Quoniam neque nautæ reſoluto iam & ſubmerſo nauigio quippiam poſſunt prodeſſe, neque medici defuncto ægrotante. Sed dicent quidem frequenter, hoc & illud oportebat agere: ſed omnia nequicquam & fruſtra. Donec enim ex correctione ſpes ſupereſt, & omnia dicere oportet ac facere: cum vero nullius adhuc domini ſumus, omnibus corruptis incaſſum omnia dicuntur & fiunt. Nam & Iudæi tunc dicent: Bene- Matt. 23. dictus qui venit in nomine domini: ſed nihil eis hæc vox

vox prodeſſe poterit, vt pœnam effugiant: cum enim opus erat dicere, non dixerunt. Ne nos igitur quoq; hoc in cõuerſatione patiamur, iã hic immutemur, vt ante Chriſti tribunal cũ omni ſiſtamur fiducia: quam nos omnes aſſequi detur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria imperium & honor, nunc & ſemper, &c.

De his qui gehennales pœnas credere nolunt. Et de iudicio. Homilia L.

Nidus eſt præſens vita, chariſſimi, ex feſtucis & luto coagmentatus: licet mihi magnas ædes oſtẽdas, ſiue regias ipſas auro multo fulgentes & gemmis, nihil ab hirundinum nido differre cenſebo: hyeme ſiquidem inſtante, omnia ſpõte corruent, hyemem vero diem illum voco, non omnibus hyemem: quoniã & deus noctẽ ſimul & diem vocat: illud quidem quantũ ad peccatores, hoc autẽ quantum ad iuſtos. Itidẽ & ego nunc hyemem ipſum voco, ſi non in æſtate bene alamur, vt volare poſſimus inſtante hyeme, non nos matres ſuſcipient, ſed eſurie ſinent perire, vel nido ruẽte perdi. Tanquã enim nidum, quinimo & facilius q̃ nidum, omnia deus tunc deſtruet, delens & tranſmutans omnia. Volatu vero carentes, & ipſi non valẽtes occurrere in aëra: ſed ita vulgariter nutriti, ne leues habeãt pennas, ea quę pati tales eſt veriſimile, patientur. Hirundinũ itaq; pulli cum ceciderint, ſtatim pereunt: nos vero nõ morimur, ſed cõtinue punimur. Hyems erit illud tempus, quinimo hyeme difficilius. Non enim aquæ torrẽtes profluunt, ſed ignis flumina: nõ ex nubibus tenebræ conflantur, ſed inſolubiles, & omni luce carentes tenebræ, vt neq; cœlũ videatur, nec aër: ſed pluſquam terra obruti, cõprimantur. Frequenter hæc dicimus, C ſed quibuſdam nõ perſuademus, & nil mirum ſi nos homines vtiq; viles hęc patimur, etiã de his diſſerentes: quippe & prophetæ talia patiebantur, non tãtum de talibus loquentes rebus, verũ & de bello, & captiuitate. Et Sedechias ab Hieremia redarguebat, & nõ cõfundebatur. Propterea prophetæ dicebãt: Væ qui dicitis, appropinquet in celeritate, vt videamus quæ faciat deus, & veniat voluntas ſancti Iſraël vt cognoſcamus. Ne hoc admiremur: nec enim qui arcam fabrefieri videbãt, crediderunt: ſed tunc credidere demum, cum fieri lucrum erat nullum. Neq; Sodomorum habitatores expectauerunt, verum & ipſi crediderunt, cum ipſis nihil profuit. Et quid dico futura? quis hæc vnquam expectauit, quæ nunc per diuerſa fiunt loca, vrbiũ terræmotus, & deſtructiones? Et hęc D quidẽ ſunt illis magis credibilia, arca dico. Vnde patet? Quoniã illi quidem non habebant in quod aliud exemplum reſpicerent, neq; ſcripturas audierant: hic autem infinita ſunt, tum annis noſtris, tum priſcis. Sed vnde talium infidelitas? ex animæ mollitie. Bibebant & comedebant, & non credebant proptrerea. Quæ enim quiſpiã vult, hæc & exiſtimat, hæc & expectat: contradicẽtes vero nugæ ſunt: ſed ne nos idẽ patiamur. Non enim diluuium iam erit, nec ad mortem vſq; ſupplicium: ſed pœnarum initium mors, nõ credentibus fore iudicium. At, inquiet aliquis, Quis illinc aduenit & hæc annunciauit? Si iocans quidem dicis, nec ita bene: nec enim in huiuſmodi ludendum eſt. Non enim in ludicris, ſed periculoſe ludimus: ſi vero ſic ſerio ſentis, & poſt hæc nihil eſſe putas, quomodo te dicis eſſe Chriſtianũ? Nulla nanq; mihi eſt alienorum cura. Quare baptiſmum ſuſcipis? Cur ec-

A cleſiam ingrederis? nunquid enim principatus pollicetur? omnis nobis ſpes in futuris. Quid igitur accedis, ſi ſcripturis fidem non habes, ſi Chriſto non credis? Nunquam talem Chriſtianum dixerim, abſit, ſed potius & gentilibus peiorem. In quo? In hoc q̃ Chriſtum putans eſſe deum, ei non credit tanquã deo: impietas enim illa quandã habet cõſequentiã. Qui nanque Chriſtum deũ eſſe non credit, hunc nec illi credere neceſſarium eſt. Hæc autem impietas neq; conſequentiam habet, deum cõfiteri, & in his quæ dicit, cum fide dignum non cenſere. Ebrietatis hæc verba, laſciuiæ, luxurię, Comedamus & bibamus, cras enim 1. Cor. 15. morimur, nõ poſtridie. Sed cum hæc dicitis, mortui iam eſtis. Nihil igitur à porcis differem⁹, nihil ab aſinis, quęſo? Nam ſi neq; iudicium eſt, neq; retributio, neq; tribunal: qua de cauſa tali ſumus munere decorati, ratione, & habemus omnia ſubiecta? quare nos B quidẽ dominamur, illa vero ſubdita ſunt? Vide qualiter vndiq; diabolus, vt dei donum ignoremus, perſuadere feſtinat. Seruos dominis cõmiſcet, tanquam mãcipium quoddam & ingratus ſeruus. Liberum in eãdem cum eo qui offendit, vilitatem inducere nititur: & iudiciũ quidem duntaxat tollere videtur, tollit autẽ eſſe deũ: talis enim ſemper eſt diabolus. Omnia cum arte, nõ ex directo prætendit, ne caueamus. Si non eſt iudiciũ, deus non eſt iuſtus, ſecundum hominem dico: ſi iuſtus non eſt, neque deus: ſi deus non eſt, omnia temere ferũtur. Nihil virtus, nihil vitium, ſed horum nihil aperte dicit. Vidiſti ſatanicę cauillationis cogitatũ? qualiter ex hominibus bruta nos facere ſtudet, imò vero feras, quin poti⁹ dæmonas? Itaque ne credamus: eſt enim iudiciũ ô miſer & infelix. C Noui & vnde venias ad iſtos ſermones. Multa tibi peccata ſunt, lapſus es, fiduciam non habes. Rationes tuas & rerum ſequi naturã exiſtimas. Interim, inquis, gehennæ expectatione animam non cõficiam. Licet gehenna ſit, ei perſuadebo gehennã non eſſe, interim hic gaudebo. Quare peccata peccatis accumulas? ſi pręuaricaris, gehennã tamẽ eſſe credideris, peccatorum duntaxat pœnas luens abibis. Si vero & iſtã addideris impietatẽ, & impietatis & cogitationis huius extremas dabis pœnas: & frigida breui facta tibi conſolatio perennis erit vltionis materia. Eſto, peccaſtis quid & alios hortaris peccare, nõ eſſe dicens gehennam? Quid ſimpliciores decipis? quid populi reſoluis manus? Tota pars tua ſubuerſa eſt, neque ſtudioſi ſtudioſiores erunt, ſed ſegnes: neq; mali recedent à malitia. Nunquid enim, ſi reliquos corrũpamus, peccatorum habemus veniã? Nónne vides diabolum, qualiter Adam adgreſſus eſt proſternere? Nũquid hoc ei venię fuit cauſa? Imò maioris occaſio ſupplicij, vt nõ tantum de propriis, verum & de alienis criminibus torqueatur. Ne putemus q̃ alios in eãdem nobiſcum perditionẽ pręcipitare, mitius nobis paret iudicium, quinimo grauius hoc faciet. Quid nos ipſos præcipitamus & perdimus? hoc totum diabolicum eſt. Homo peccaſti, miſericordẽ habes dominum, ora, ſupplica, luge, geme, & alios terre, & poſce ne amplius in eadem cadas. Dic mihi, quæſo, ſi quis eſſet domi ſeruus, qui poſtquã peccaſſet, filio ſuo diceret: Fili, ego dominũ offendi, tu ſtude placere ne patiaris hæc eadem: non habet aliquid veniæ, nõ frãget dominũ, & flectet? Si vero dimittens hęc verba, dicat illa: Quod putas dominum habere conſilium, vt vnicuique pro merito reddat? q̃ nõ temere ſunt omnia confuſa tam

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona quàm mala? Non est gratitudo in hac domo: A nónne maiores peccatorũ pœnas exoluet? & merito. Nam illic quidẽ affectus aliquã posset excusationem inuenire, licet ægre: hic vero nihil. Si neminẽ igitur, illũ saltem imitare diuitem, in gehẽna dicentem: Pater Abraham mitte ad cognatos meos, ne veniant in locum hunc. Quoniam ipse proficisci nõ poterat, ne in eadẽ & illi corruerent. Ab istis recedamus diabolicis verbis. Quid igitur cũ nos gentiles interrogant: non vis illos curare, sed in superbiã Christianum impellere: sub gentilis curãdi prętextu, vis dogma confirmare satanicum? Nam quoniam ipse solus animam alloquens hæc persuadere non potest, alios vis testes producere. Si vero gentilẽ oportet alloqui, non hinc sit loquendi principiũ. Sed si deus Christus, & dei filius: si dęmones illorũ dei, si hęc probata fuerint, omnia reliqua sequũtur. Priusquam principiũ ponatur, B de fine disputare stultum est: priusquã prima discantur elementa, superfluũ est & inutile circa finem versari. Incredulus est gentilis iudicio, & ipse tecum idẽ patitur: quoniã habet & ipse multos de his philosophatos, qui licet corpus diuiserint, & hoc animæ dixerint, attamẽ tribunal cõstituerunt, & tãta est rei claritas, vt nemo ferè hoc ignoret. Verum & poëtæ, & omnes sibi consentiunt, & de tribunali, & de iudicio. Itaq; nec ille suis credit principibus. Neq; Iudæus de his dubitat, & omnis homo. Quid ita nos ipsos seducimus? Ecce hæc mihi dicis. Quid deo dices, qui finxit singillatim corda nostra, qui nouit oĩa quę sunt in mente, viuenti, & efficaci, & penetrãti super omnem gladium ancipitem? Dic enim mihi cum veritate, tu temetipsum nõ damnas? Et quomodo sponte tãtum sapiẽtię innatũ est, vt ipse peccator semetipsum con- C dẽnet? hoc enim est magnæ sapiẽtiæ. Tu temetipsum condemnas. Qui vero talẽ tibi dat cogitationẽ, omnia temere fieri permittet? Regula hæc est vniuersalis, & determinatio. In virtute viuentiũ nemo iudicij sermonẽ negat, siue gẽtilis, siue sit hęreticus: in multa viuentiũ malitia nemo, præter paucos, resurrectionis
Psal. 9. sermonem admittit. Et hoc ait Psalmista: Auferũtur iudicia tua à facie eius. Quare? quoniã inquinatę sunt
1. Cor. 15. viæ illius in omni tẽpore. Ait enim: Comedamus & bibamus, cras enim morimur. Vides ꝙ abiectorũ est ista dicere, ex comedendo & bibẽdo ista sunt verba resurrectionis confutatiua. Non sustinet enim anima peccatrix, non sustinet conscięntiæ tribunal. Et idem fit, quale si homicida cum prius præsupposuit se non captum iri, sic cędem committat. Quoniam cõscientia ipsum iudicante non facile ad facinus venisset. Et D nouit igitur, & nosse dissimulat, ne conscientia torqueatur & timore: alioquin enim ad ausum infirmior fuisset. Itidem & qui peccant, & quotidie in iisdem malis versantur, videre nolunt, licet eos arguente cõscientia. Sed illis ne nos attendamus. Erit enim omnino iudicium & resurrectio, neq; tanta deus opera temere permittet. Propterea suadeo, vt vitiis abstinẽtes, virtutem retineamus, vt verũ susćipiamus sermonem in Christo Iesu domino nostro. Et vtrum facilius, resurrectionis verbum admittere, an de fato? Illud iniustitiæ plenum, demẽtiæ, crudelitatis & inhumanitatis: hoc autem iustitiæ, pro meritis distributiuum, & ipsam tamen non admittunt. Causa vero segnities: quoniam nemo mentem habens illud susćipit. Nam & in Græcis qui voluptatem definientes, finem esse dicunt, ipsum illi susćeperũt: qui vero virtutis amorem sectati sunt, nequaquam: sed deiecerunt tanquã irrationabile. Si autem hoc in Græcis, multo magis similiter & in ipsa de resurrectione sententia. Intuere vero mihi contrariũ, quomodo duo contraria intulit: si virtutẽ quidẽ negligamus, necessitatem diabolus intulit, vt & dęmonas prompte colamus: & pro vno duo contraria persuasit. Quam itaq; oportebat rationẽ reddere, qui rei tam admirabili non credit, & illa nugantibus fidem præstat? Itaq; nec ista te consolatio pascat, ꝙ veniã sis assecutus: sed nos conuertentes ad virtutem excitemus, & vere deo viuamus: ait enim: Beati misericordes, quoniã ipsi miseri- *Matth.*
cordiam cõsequentur. Nam si homines talium miserentur, multo magis deus. Nõ miserentium vero nequaquã. Sine misericordia enim iudicium illi, qui nõ fecit misericordiã. Bona res est. Cur igitur eam aliis non pręstitit? vis peccatorũ veniam cõcedi? Cur igitur ipse peccanti nõ ignouisti? Sed ad deum quidem accedis regnum petẽs cœlorum, ipse vero petitus argentũ non dedisti? Propterea non accipimus misericordiã, quoniam nõ miseremur. Quare, inquies, quare, quęso? Nõ. & hoc est misericordię, immisericordiũ misereri. Nã qui crudeli & immiti, quíq; plurima ꝓximo mala ĩtulit, humanitatẽ exhibet: quomodo misericors fuerit? Quid igiẽ, inquies, lauacrũ, nónne nos infinita operatos mala saluabit? Ab illis liberauit, nõ vt iterum ea faciamus, sed ne deinceps patremus. Ait *Rom. 6.*
enim: Si mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in eo? Quid igitur, peccabimus quoniã non sumꝰ sub lege? Absit. Ab illis te ꝓpterea liberauit, vt ad illam ignominiam amplius nõ recurreres. Quoniam & medici febricitãtes ab ardore liberãt, non vt sanitate ad afflictionem & dissolutionem abutãtur: nam ęgrotare meliꝰ foret, si quis ꝓpterea cõualescere deberet, vt lecto rursum semetipsum affigeret: sed vt ex morbo mala sciẽtes, amplius in ea nõ incidant, vt sanitatem cautius retineant, vt omnia faciant ad hanc cõferentia. Vbi igitur, inquis, dei misericordia, si quidem malos saluaturus nõ est? Frequẽter enim & hoc dicẽtes multos audio, ꝙ misericors est, & omnes omnino saluabit. Ne nos itaq; frustra seducamus (nam & memini me talẽ vobis promisisse materiam) eia sermonẽ hunc hodie moueamus. De gehẽna vobis antea differui, & de dei misericordia distuli sermonem. Hũc hodie bonũ est reddere. Quòd igitur erit quidẽ gehẽna, satis, vt arbitror, hoc probauimus, diluuiũ in mediũ proferentes, & priora mala: & dicentes, ꝙ qui fecit ea, dimittere præsentes inultos est impossibile. Si sic enim ante legẽ peccantes puniuit, maiora mala post gratiã operatos impunitos non relinquet. Quærebatur itaq;, quomodo bonꝰ, quomodo misericors, & sermonẽ distulimus, ne multitudine vestras obtũderẽ aures. Eia reddamus id hodie quomodo bonus deus, & vnde bonus, siquidẽ puniat. Nã & ad hęreticos nobis hic sermo cõuenit, vt sedulo aduertamus. Nihili de nobis indigẽs deus nos fecit: ꝙ autem nullius indigeret, ex eo quod postea fecit, manifestauit. Nam si indiguisset, iam pridẽ feciſſet, sed si sine nobis ipse fuit, nos autẽ in posteriorib⁹ seculis facti fuimus, nostri non indigens nos fecit, sed cœlum, terram, mare, quæq; sunt omnia propter nos. Hæc quę so, nónne sunt bonitatis? & multa quispiã dicere posset. Sed vt sermonem cõtrahamus: Oriri facit solem super malos & bonos, pluit super iustos & iniustos. Hoc nónne bonitatis est? Nõ, inquit aliquis. Etenim quondam

quondam cuidam Marcionistæ dicebam, an non es- A sent hæc bonitate digna? Et dixit, ꝙ si peccatorũ rationem non exigeret, bonitatis esset: si vero repetit, non bonitatis. Ille quidem nunc non adest. Age vero tunc dicta dicamus, & his plura. Ex superabundanti nanq; probo, ꝙ nisi rationẽ exigeret, bonus nõ esset: sed quoniam exigit, propterea bonus est. Dic enim mihi, nisi rationem exigeret, nunquid vita staret humana? Nõne in feras erupissemus? Nam si timoribus & pœnis imminẽtibus, & tribunalibus, pisces superauimus alter alterum comedentes: leones & lupos abscõdimus, aliena alter alterius rapiẽtes: nisi rationem à nobis exigeret, & hoc essemus passi, quãta turbatione plena foret vita? Quid iã foret qui fabulis celebratur labyrinthus ad mundi confusionẽ? Nónne vides infinitos tumultus, & absurditates? Quis patrẽ fuisset reueritus? Quis vero matri pepercisset? Quis autẽ vllam voluptatem, vllum vitium omisisset? Et ꝙ hęc ita B se habeant, ex sola domo tibi persuadere conabor. Si vobis hæc interrogantibus, & seruos habẽtibus, manifestum his faciam: ꝙ licet dominatũ corrumpant, & in dominorum corpus contumelientur: licet omnia distrahant, & superiora reddant inferiora, & hostiliter eos afficiãt: non minantur, non castigant, non punient, & ne verbo quidem contristabunt: nunquid hęc bonitatis esse videtur? At hęc probo quod extremæ sunt crudelitatis, non tãtum vxorem & filios per hãc ineptam bonitatem prodere, verum & hos ipsos priusquam illos perire. Ebrij siquidẽ & dissoluti, procaces, & cõtumeliosi, & omnibus feris erunt brutiores. Hoc ergo, quæso, bonitatis, animi generositatem cõculcare, & seipsos perdere? Vides, ꝙ pœnas exige- C re, hoc est multæ bonitatis? Et quid dico seruos ad hęc peccata promptius ruentes? Sed aliquis filios habeat, illos omnia permittat audere, neq; puniat: igiẽ quo, quæso, nõ erunt peiores? Postmodum in hominibus quidem punire bonum est, non autem punire, fæuum: in deo vero nõ itidem? Itaq; quoniam bonus est, ideo gehennam præparauit. Vultis & aliam commemorem dei bonitatem? Non hoc dũtaxat, verum ꝙ & bonos fieri malos non permittit. Nam si deberent eadem assequi, omnes essent mali. Nunc autem hoc non parum bonos cõsolatur: nam audi Prophe-
Psal. 57. tam dicentem: Lętabitur iustus cũ viderit vindictam impij, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Nõ insultans, absit: sed timens, ne eadem patiatur, puriorem suam efficiat vitam. Hoc multę est prouidentiæ. Est, inquit, sed oportebat tantummodo minari, non tamen punire. Si punit, & dicis ꝙ cõminatio res est, D & propterea negligentior efficeris: si verba duntaxat essent minæ, nónne segnior esses? Niniuitæ si sciuissent, ꝙ negocium minæ forent, pœnitentiã non egissent, vsque ad verba minas statuissent. Vis id esse minas? Ipse dominus es facti. Melior efficere, & ad minas tantũ progreditur: si vero, quod absit, minas contempseris, venies ad experientiã. Qui diluuij tempore fuerũt, si minas timuissent, periculum nõ sustinuissent. Et nos si minas timuerimus, periculum nõ subibimꝰ. Nec id accidat, sed præstet clemẽtissimus deus nos omnes hic iam expiatos illis ineffabilibus potiri bonis: quibus omnes vtinam digni cẽseamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & sancto spiritu gloria imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Tomus quintus.

De concordia & charitate, & de benefaciendo calumniatibus. Homilia LI.

OCcordiæ nihil æquale chariſſimi, nihil cõsentientium paci. Vnus enim minimus est. Si vero sunt vnanimes duo, vel decẽ, non vnus iam vnus est, sed decuplus eorum quisq; fit, & in decem vnum inuenies, & in vno decem: siue inimicum habeat, vnum offendẽs, tanquam decem offenderit, capitur: nõ enim ab vno duntaxat ore percutitur, sed à decem. Indiguit vnus, sed nõ est in egestate. Maiori siquidẽ, id est nouem abũdat, & pars indigẽs obũbratur, minus autẽ per maius abundãs. Horum quisque viginti manus habet, & oculos viginti, & totidẽ pedes. Non enim suis tantum oculis intuetur, verum & alienis: non suis tãtum, verum & illorum manibus operatur. Animas habet decem: nõ enim ipse tantũmodo pro se, verum & illæ pro eo curam gerunt. Si B vero sint & centũ, idem erit similiter, & potẽtia producetur. Vidisti charitatis excellentiam, qualiter vnũ inexpugnabilem reddat, & multiplicet, qualiter vnus & multis in locis esse potest, idẽ & in Persida, & Romæ: & quod natura non potest, potest charitas. Nam eius hoc quidem hic erit, hoc autem illic: quin potius integer hic & integer illic. Itaq; si mille habeat amicos, vel duo milia, perpẽde quò rursum potẽtia perueniet. Vides quomodo charitas sit res augmẽtatiua. Hoc enim est mirabile, ꝙ vnum facit millenum. Cur itaq; non hanc comparamus potentiam, & nos ipsos in tuto cõstituimus? Hoc est omnibus diuitiis melius, hoc sanitate maius, & ipsa luce. Hæc lætitiæ materia. Quousq; in vnum vel duos charitatem cõcludimus? Disce negocium & à cõtrario. Sit aliquis nullum ha- C bens amicũ, quod est extremę demẽtię. Fatuus enim dicet, Nõ est mihi amicus. Huiusmodi qualem viuet vitã? licet enim millies sit diues, licet in opibus & deliciis, licet infinita possideat bona, omnibꝰ est priuatus & nudus. In amicis vero non ita, verum licet fuerint pauperes, diuitibus sunt opulentiores: & quę ipse pro seipso dicere nõ aggreditur, hæc amicus dicet: & quæcunq; sibi non potest indulgere, per alium poterit, & multo plura, & omnis erit nobis materia delectationis & cautelæ. Non enim male pati potest, qui tot satellitibus custoditur: nec enim huiusmodi sunt regij corporis custodes seduli, quales isti. Illi nanque metu vel necessitate custodiã exhibẽt: isti vero beneuolentia, non autẽ necessitate: hæc autẽ multo metu potẽtior est. Et ille quidẽ custodes suos timet, hic autem his plus quàm sibimetipsi cõfidit, & propter hos D insidiantium timet neminem. Negociemur itaq; negociationẽ istam: pauper, vt habeat paupertatis consolationem: diues, vt diuitias in tuto possideat: princeps, vt cum securitate dominetur: subditus, vt beneuolos habeat principes. Hoc mãsuetudinis occasio, hoc benignitatis materia. Quoniã & in feris illæ sunt maximè crudeles, & immãsuetæ, quæ non gregatim iungũtur. Propter hoc & vrbes habitamꝰ, & fora frequentamus, vt simul inter nos conuersemur. Hoc & Paulus iussit, dicẽs: Non deserẽtes collectionem no- *Heb. 10.*
stram. Nihil enim tam malũ, quàm solitudo, & status inconciliabilis & inaccessus. Quid igitur, inquiet aliquis, monachi, quíq; montium vertices comprehenderunt? nec illi carẽt amicis, sed forenses quidem tumultus fugerunt: multos autem concordes habẽt: & inter sese intime colligatos, & vt hoc cõsequerentur, secesserunt. Nam quoniam rerum contentio multas

Universidad de Deusto
Biblioteca

inducit lites,propterea de medio sublati,multa cum diligentia charitatē excolunt. Quid igitur si quis solus esset? innumeros & ille amicos habet. Ego quidē volo,si fieri potest,& simul conuersari scire: sin vero minus,interim amicitię manēt immota fœdera. Non enim amicos locus efficit: multos quidem habēt admiratores,qui non admirarentur, nisi diligerent. Et ipsi rursum pro toto terrarum orbe precantur: quod est maximum amicitiæ signū. Propterea & in mysteriis alter alterum amplectitur,vt vnum multi fiamus, & super non sacratis communes facimus preces,pro ægrotantibus orantes,& mundi fructibus tam terrę, q̄ maris. Vides omnem charitatis potentiam in orationibus, in mysteriis, in admonitionibus? hæc omnium causa bonorū: si hanc habeamus perfectionem, & bene præsentia disponemus,& regnū assequemur. Quoniam vero maiori perfectioriq; doctrina digni sumus habiti, non amplius per prophetas, sed per filium deo nobis loquente in nouissimis diebus istis, multo maiorem & honore dignam conuersationem oportet exhibere. Absurdum enim ipsum tātum descendisse,vt non amplius per seruos, sed per seipsum nos alloqui vellet: nos vero prioribus nihil amplius exhibere. Nam Iudæi quidem Mosem, nos autē pro Mose dominum præceptorem habemus. Hoc igitur honore dignam præstemus conuersationem,& cum terra commune nihil habeamus. Propterea superne nobis de cœlis doctrinam attulit, vt eò mentē transferremus,& præceptoris fieremus imitatores pro viribus nostris. Quomodo vero licet Christi imitatores fieri? si ad cōmunē vtilitatē omnia faciamus, quæ nostra sunt non quærentes: ait enim, Christus non sibiipsi cōplacuit, sed (sicut scriptū est) opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt super me. Nemo quod suū est,quærat. Sic tamen quispiā quod suum est quærit, si id quod est proximi,consideret. Res enim illorum, nostrę sunt: corpus vnum sumus,& alter alterius partes & membra. Itaque ne tanquam dissipati disponamur,nemo dicat: ille mihi nō est amicus,neq; cognatus,neq; vicinus,nec cōmune cum eo quicquam habeo. Quomodo accedam? quomodo alloquar? quāquam enim neq; cognatus est,nec amicus, homo tamen est,eiusdē tecum naturæ particeps,eundem habens dominū, conseruus, & cōtubernalis: in eodem nanque natus est mundo. Si vero & eiusdem est fidei particeps,ecce tibi membrum quoq; factus est. Quæ nanq; posset amicitia tantā vnionem operari, quantam fidei cognatio? Non enim quantam amicis amicos exhibere necessitudinem decet, tantam oportet nos in alterutrū vnionē præstare: sed quantam membrum mēbro. Hoc enim amicitiæ charitatisq; modo maiorem nullam necessitudinem quis vnquam inuenit. Sicut itaq; non posses dicere, vnde mihi cum eo necessitudo,& propinquitas? (hoc enim ridiculū est) 1.Cor.12. ita neq; de fratre hoc poteris dicere. Ait enim: Omnes in vnū corpus baptizati sumus. Quid est,in vnum corpus? ne distrahatur,sed mutua inter se cōiunctione & amicitia corporis vnius cōsequentiam conseruet,ne nos alterutrū contēnamus,ne nos ipsos despiciamus. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed enutrit & fouet eam. Propterea domū vnā nobis deus dedit,mundū,omnibus vnum Solem accendit,vnum extendit tectum, vnam apposuit mensam. Deinde & aliam hac multo maiorē mensam,verum & hāc vnā, mysteriorum cōsortes norunt quod dicitur. Vnum omnibus generationis modum est largitus,spiritualem: vna cunctis patria quę est in cœlis. Ex eodē omnes calice bibimus. non diuiti quidē amplius & preciosius,pauperi vero vilio & minus indulsit,sed oēs æqualiter vocauit. Carnalia pari sunt honore,spiritualia similiter præbuit. Vnde magna vitæ inæqualitas? Ex diuitū auaritia simul & superbia. Sed ne,fratres,amplius ista fiant: nec vniuersalibus & necessariis nos in idē congregantibus, à terrenis & vilibus diuidamur,diuitiis,inquā,& paupertate,& carnali cognatione,vel inimicitia,& amicitia. Hęc enim omnia sunt vmbra, & vmbra viliora supernæ charitatis vinculum habentibus. Hoc ergo seruemus indiruptum,& malorum nullum vitiorum vnitatem diuidentiū subrepere poterit. Nihil vero rursum ita deū reddit propitium,sicut inimicos diligere, & calumniātibus benefacere. Cū igitur aliquis infestat,ipsum ne respicias,sed dæmonē instigantem, & omnem in illum iram effunde: ipsius autē & miserere qui mouetur ab eo. Nam si mendacium à diabolo,etiam irasci temere multo magis ab ipso. Cū mordētem videris, considera q̄ est diabolus qui eum instigat. Non enim Christianorū sunt scōmata. Nam cui præcipitur lugere,& cui dicitur, Vę qui ridetis: & postmodum exprobrat,& mordet,& accenditur: nō qui conuicium à nobis patiatur,sed qui deploreē est dignus: quoniā & Christus turbatus est cū Iudā cogitasset. Hæc igitur omnia cogitemus in operibus. Nā si hęc non obierimus,nequicquā & incassum in mūdum venimus, vel potius ad malū. Non enim per se fides in regnum introducere potest, sed potius habet vnde malā degentes vitam cōdemnet. Qui nouit enim volūtatem domini sui, & non facit, plagis vapulabit multis. Et iterū: Nisi venissem,inquit,& locutus eis fuissem,peccatum nō haberent. Quam igitur excusationem habebimus,in regiis cōstituti,& in adyta vocati,& liberantium facti mysteriorū participes,si gentilibus,qui nihil horum habuerūt,peiores inueniamur? Si enim illi propter inanem gloriā, tantam ostendēre sapientiam: multo magis,vt deo placeamus, omnem obire virtutem oportet. Nunc vero neq; pecunias cōtemnimus. Illi vero suā quoque frequenter animam despexerūt,& in bellis filios dæmonū tradidere furori, & propter dæmonas naturam cōtempsere: nos propter Christū,nec argentum, nec iam propter dei beneplacitum contēnimus,sed excādescimus, & febricitātibus peius disponimur. Sicut illi qui malo detinentur,ardentes sunt: sic nos, tanquam ab igne quodam angamur,cōcupiscentiam sistere nusquam possumus,& iram augētes ac auaritiam. Propterea confundor,& consternor: apud gentiles quidē pecunias videns cōtemni,apud nos autē omnes insanire. Nam & si quos has inuenerimus despicientes,aliis capiuntur,ira, vel inuidia. Et est res difficilis, purā inuenire cōuersationem. Causa vero, q̄ ex scripturis remedia sumere non curamus, nec eis cum cōpunctione, dolore & gemitu vacamus: sed negligenter,si nonnunquam ocium agamus. Propterea cū multus rerum secularium tumultus ingruerit, omnia submergit: & si quod lucrū fuerat cōparatum, perit. Nec enim si quis vulnus habens, & superimponens medicamentum, non diligēter alligauerit: sed & aquam, & puluerem, & squalorem,& alia mille vulnus suum atterere valētia permiserit incidere, quicquam amplius ab eo poterit effici: sed non propter medicaminū infirmitatē, sed

sed propter propriū torporē. Hoc & nobis accidere soler, cū diuinis sermonibus parum intendamus, nos vero penitus & semper secularibo addicamus. sic eā totum semen suffocatur, & omnia fiunt infructuosa. Hoc itaq; ne fiat, parumper vigilemus,& in cœlū respiciamus,& oculos declinemo in monumēta,& defunctorū tumulos. Nam & nos hic idem manet finis, & eadē transitus necessitas ante vesperam plerunq; nobis instabit. Ad hunc igitē exitū pręparemur: multis enim nobis opus est viaticis: quoniā & multus illic est æstus, multa siccitas, multa solitudo. Non iā licet in diuersorio requiescere, nō est quod ematur ab eo, qui non hic omnia sumpserit. Audi certè quid dicāt virgines: Ite potius ad vēdentes: sed profectæ nō Matt.25. Luc.16. inuenerūt. Audi quid dicat Abrahā: Quoniam chasma est inter nos & vos. Audi quid Ezechiel dicat de Ezech.14 die illo: Quia Noë, Iob,& Daniēl filios suos nō liberabūt. Sed absit,vt nos hęc verba audiamus. Sed viatica sumētes hic ęternę vitæ sufficiētia, videamus cū fiducia dominū nostrum Iesum Christum, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, potestas, & honor, nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

Quòd in mansuetudine Christum oportet imitari, & de malorum obliuione. Et quòd in virtute positum lædere potest nihil. Homilia LII. Ex Matthæo.

ANTEA quidem vobis dicebam, charissimi, quòd manus est lingua nostra dei pedes apprehendens. Nunc autē magis dico, q̄ lingua est lingua nostra, Christi linguam imitans, si cōgruam exhibeat diligētiam: si loquamur ea quę vult ipse. Quæ vero sunt, quę nos loqui vult ille? Quę sunt humanitatis plena, & māsuetudinis verba. Sicut scilicet & ipse loquebatur, dicens se contumelia prose- Ioan.8. quentibus: Ego dęmonium non habeo. Et iterum: Si male quidē locutus sum, testimoniū perhibe de malo. Si tu quoq; sic dixeris, si loquaris ad proximorum emendationē, linguam illi similem habebis. Et hæc Hiere.15. ipse deus testatur: Qui enim educit dignum ab indigno, ficut os meum erit. Cū itaq; lingua tua tāquam Christi lingua sit,& os tuū quasi patris os fiat,& sancti sis spiritus templū: quis iam huic fuerit æqualis honor? Nec eā si tuum ex auro foret os cōpositum, aut ex preciosis lapidibo, ita fulgere deberet, vt nūc mūdo māsuetudinis illustratū. Quid ore, quod cōtumeliā proferre nesciat, sed semper benedicere meditetur, desiderabilius? Si vero maledicenti benedicere nō potes, tace: hoc interim elabora,& paulatim procedēs,& (vt decet) studēs, ad illud quoq; peruenies, & os habebis tale, quale diximus. Nec audax esse dictū existimes. Benignus enim est dominus, & bonitas eius donū efficitur. Audacis est, os diabolo simile possidere,& linguā maligni dæmonis habere similē, quā habere non oportet Christi māsuetudinis sectatorē: prę sertim talium participē mysteriorum,& ipsi dominicæ carni cōmunicantem. Hæc itaque reputans, illi fias pro tuis viribus similis. Te iam talē effectum diabolus ne contrà quidem respicere poterit. Regiā enim impressionē agnoscit, Christi nouit arma, quibus fuit superatus. Quæ vero sunt hæc? Benignitas,& mansuetudo. Etenim cum in mōte eum irruentem confregit atq; prostrauit, non innotescens quod esset Christus, sed his eum verbis illaqueauit, māsuetudine cepit, benignitate fugauit. Hoc tu quoque facias: si videris hominē diabolum factum,& ad te venientē, ita & tu vince. Dedit tibi Christus potestatē, vt ipsi similis pro tuis viribus efficiare. Hoc audiens ne trepides, timor est nō ipsi similē esse. Secūdum igitur illū loquere, & in hoc factus es talis, qualis ille, quantū homo fieri potest. Propterea maior est ita loquens q̄ prophetās: illud quidē donum est totum, hic autē & labor tuus & sudor, animā edocere, os tibi formare Christi ori simile. Potest eā talia facere, si velit: artē nouit, nisi negligēs sit. Et quomodo tale formabitur os, inquit aliquis, quibus coloribus? qua materia? Coloribus quidē & materia nulla, sed virtute sola, mansuetudine q̄; ac humilitate. Videamo & quomodo formeē os diaboli, ne vnquā illud comparemus. Qualiter itaq; fingitur? per imprecationes, per cōtumelias, per inuidiā & periurium. cū enim illius verba quis loquiē, illius linguā sumit. Quā igitur habebimus veniā? vel potius quā nō subibimus pœnam, cū linguam qua carnē gustare dominicā digni sumus habiti, negligamo diabolica loquentē? Ne negligamus, quæso, sed vtamur omni studio, vt eam doceamus suū imitari dominū. Si enim eā docuerimus, hoc nos cū multa fiducia ante Christi tribunal cōstituet. Nisi quis ita loqui sciuerit, neq; iudex eum audiet. Sicut enim cū euenit Romanū esse iudicem, nō audiet se defendentē ita loqui nescientem: itidem & Christus, nisi secundū ipsius morem loquaris, te non audiet nec intēdet. Discamus igitē ita loqui, sicut audire rex noster cōsueuit, illam imitari linguā studeamus. Quòd si in luctū incideris, cōsidera ne tristitiæ tyrānis os tuum subuertat: sed loquaris tanquā Christus: plorauit enim & ipse Lazarū & Iudam. Si ceciderisin metum, ita rursum vt Christus loqui quære. Nā & ipse propter te in timorē cecidit iuxta dispen- C sationis rationē. Dic & tu, Veruntamen nō sicut ego volo, sed vt tu. Et si lugeas, quietè lugeto, sicut & ipse. Et si in insidias, & tristitiam incideris, & hic vt Christus afficiaris. Etenim & insidias passus est, & tristitiā, & ait: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et omnia tibi exēpla præbuit, vt easdem custodias mēsuras,& datas tibi regulas ne corrumpas. Ita poteris os habere illius ori consimile, ita super terram ambulans sursum sedentis linguam nobis ostēdens similē, in tristitia mensuras, in ira, in luctu, in anxietate conseruans. Quot ex vobis sunt, qui cupiant illius formā intueri? Ecce non tantum videre, verum & secūdum eum fieri possumus, si studeamus: itaq; ne differamus. Non ita prophetarum os amplectitur, sicut mitiū & mansuetorum hominū. Multi nanque dicēt mihi, inquit: Nónne in nomine tuo prophetauimus? & dicā Matth.7. eis: Nescio vos. Mosem vero, quoniā humanus erat & mitis (ait enim: Moses homo mitissimus super om Num.12. nes homines qui sunt super terram) ita cōplectebatur,& diligebat, vt præsenti prę sens suam diceret voluntatem,& facie ad faciem loqueretur, tanquā amicus ad amicū suum. Nō imperabis dæmonibus nūc, sed gehennæ tūc igni imperabis, si Christi simile ori os habeas. ignis prę cipies abysso, & dices: Tace, obmutesce: multáque cum fiducia cœlos ascēdes,& regno potieris. Cum hæc igitur habeamus exempla, non dico vobis, pro inimicis moriamur, nam & hoc quidē opus fuerat: sed quoniam nos infirmiores, illud interim dico, saltem amicis non inuideamus, nę benefacientes liuore prosequamur. Nō adhuc dico, malefaciētibus benefaciamus. Cupio quidē & hoc, sed quoniā nos pigriores, ne saltem vlciscamini: non eā fabulæ sunt nostra & simulatio. Quare tandē per

diametrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

diametrũ aduersus negocia sistis? Nõ temere scripta
A sunt & alia,quæq; circa crucẽ ipsam gesta sunt, quæ possent ipsos reuocare:sed vt bonitatem imiteris, vt benignitatẽ ꝯmuleris.Eos eñ supinos prostrauit, & serui restituit auriculã,& cum mansuetudine locutus est:& cũ suspensus esset,magna monstrauit miracula, radios auertens,frangens lapides,defunctos excitãs, iudicis vxorẽ terrens per somnia,omnem in ipso prę se ferens iudicio mansuetudinẽ, quæ non minus cos quàm miracula possent attrahere:infinita prædicens corã tribunali, in ipsa clamans cruce : Pater dimitte illis peccatũ. Sepultus vero quanta ad illorum oftendit salutẽ?Resuscitatus autem non statim Iudęos vocauit? non dedit peccatorũ remissionem? non innumera cõtulit bona?Quid hoc mirabilius?qui crucifixerunt,& occiderunt,postquã crucifixerũt,facti sunt dei filij.Quid huic par prouidẽtię?His auditis abscõdamur,ꝙ ab hoc tantum distamus, quem imitari iubemur. Videamus quantum sit discriminis, vt vel ita nos cõdemnemus,his bellum inferentes,pro quibus animam Christus impendit:nec volentes conciliari, quos vt cõciliaret,neq; iugulari recusauit, nisi fortasis & hoc dispendiũ aliquod est,& pecuniarũ erogatio,quod in eleemosyna prætẽditis. Cogita quantorum sis reus,& non tantũ ad eorum qui te affecerunt iniuria,dimissionẽ non retrocedes : verum & curres ad eos qui te cõtristarunt,vt tibi sit dimissionis occasio,vt propriorum inuenias malorũ lenimen. Gentilium filij nihil expectantes in hoc plerũque philosophati sunt:& tu cum tali spe migraturus retraheris,& torpes? Et quod tẽpus facit,hoc ꝓpter dei legẽ ante tẽpus facere non sustines,& sine mercede potius, q̃ cũ mercede vis tibi vitium extingui?Nec enim si per
C tempus hoc tibi fiat,erit tibi quicquam amplius:verum & multa potius pœna,quoniam quod tẽpus effecit, hoc facere dei lex non persuasit.Si vero dicis, quòd excandescis tuæ recordatus cõtumeliæ: reminiscere,si quid boni collatum tibi fuit ab eo qui cõtristauit,& quot tu malis alios affecisti. Male tibi dixit,& te confudit : cogita quid aliis tu quoq; dixisti. Quomodo veniã igit assequêris,quã aliis non cõcessisti?Sed nulli maledixisti? At audisti dicentes,& susscepisti,nec hoc reatu caret. Vis discere,quantũ mali sit,malorũ meminisse,& qualiter hoc maxime deum irritat?Insultantes his qui ab ipso iuste puniuntur,punit:licet iuste castigẽtur,tamen te nõ oportebat gaudere.Et Propheta postquam multa improperauit,& hoc subiecit: Nihil patiebãtur super contritione Ioseph.Et iterũ:Nõ est egressa quę habitat Enam,plan
D gere domũ contiguam suę.Licet & Ioseph,id est tribus ab eo procedẽtes, & vicini secundũ dei sententiam puniebãtur:attamen vult cũ his nos dolere.Nã si nos cũ mali simus, quãdo seruũ castigamus, si quẽ seruorũ viderimus ridẽtem,& irritamur, & in ipsum irã transferimus, multo magis deus punitis insultantes vlciscetur.Si vero his qui à deo puniuntur,nõ insultare,sed potius oportet misereri:multo magis eorum qui cõtra nos peccarũt. Hoc enim charitatis est indiciũ:hanc deus pręponit.Sicut in regali prætexta illi flores & colores preciosi sunt qui hanc conficiũt chlamydem : itidem & hic illæ sunt preciosæ virtutes,quæ charitatem cõtineant. Nihil autem ita conseruat charitatẽ, sicut in nos patrata non meminisse. Nunquid enim & alterius partis curã deus non gessit?Nunquid iniuriam operatum ad iniuriam passum nõ deduxit? Nunquid eũ ab altari ad illum non mittit,& post recõciliationes ad mẽsam reuocat?Ne tamẽ illũ propterea,vt ad te veniat,expectes, alioquin omnia perdideris.Nã tibi propter hoc maxime mercedem ineffabilẽ definit,vt illum prævenias: quippe si rogatus recõcilieris,non iã dei præcepto facta fuit amicitia, sed illius studio . Et propterea sine corona recedis, illo præmia capiente. Quid ais?Inimicũ habes,& nõ erubescis? Nónne satis est nobis diabol⁹,ꝙ & consanguineos superducimus ? Vtinã nec ille nobiscũ bellum gerere vellet , vtinam nec ille diabolus esset. Nónne scis,quãta sit post reconciliationes voluptas?Quid eñ & si in amicitia non multũ apparet? Quòd enim inferentẽ iniuriam diligere sit iucũdius quàm odisse , postquã inimicitia fuerit soluta , bene tũc dicere poteris.Quid itaq; furẽtes imitamur,alter
B alterũ corrodentes , propriam impugnãtes carnem? Audi certè , quantus & in veteri testamẽto fuerit de huiusmodi sermo. Væ mala reminiscentiũ in mortẽ. *Leuit. 24.* Homo homini iram seruat, & à deo quærit sanitatẽ? At cõcessit oculum pro oculo,& dentem pro dente: *Deut. 19.* quomodo igitur accusat? Quoniam & illa concessit, nõ vt in alterutrũ illa faciamus,sed vt patiẽdi timore peccare caueamus : alioquin autem illa cuiusdã sunt tẽporalis iræ,iniuriam vero reminisci est animæ nequitiam meditantis. At male passus es? Sed nunquã cum tanto, quãto temetipsum afficies malo seruans iniuriæ recordationẽ. Alioqui autẽ fieri non potest, vt bonus vir quicquã mali patiat . Esto enim aliquis filios habens & vxorẽ,& philosophetur:habeat autẽ nocumẽti multas occasiones , & pecuniarũ copiam, & principatus potentiã,atq; cõplures amicos,& honore potiatur,tamẽ philosophetur (hoc enim oportet accedere) & illi sermone flagella inferamus, & aliquis malus vir aggressus,iacturã inducat : quid igit ad hominẽ pecunias nihil esse censentem?Filios occidat,quid ad eũ qui de resurrectione confidit?Vxorem iugulet, & quid hoc ad institutũ dormientes nõ lugere?Inuoluat ignominia: & quid hoc ad eum qui præsentia fœni florẽ existimat? Si vis, & corpus torqueat,& intrudat in carcerẽ: quid tandem ad doctũ dicere,Etsi exterior noster homo corrũpitur,sed in- *2. Cor. 4.* terior renouatur:&, Tribulatio patientiam,patientia autẽ probationem operatur? Equidem ipse nihil irrilæsum promisi,progressus autẽ sermo probauit ꝙ & adiuuatur,dum renouatur,& efficitur probabilis.Ne alios igitur dolore nos afficere putemus,dum nobilipsis iniuriã inferimus,& infirmam reddimus animã.
Amos 6. *Mich.1.* D Nõ enim tantum est proximorum vltio,quantũ misseria nostra dolor. Propterea si quis contumeliã inferat,lugemus,& contrahimur: si quis diripiat, idem patimur, illorum more paruulorum infantum, quos astutiores coętanei pro nihilo irritãt,sed ex minimis contristantes occasionibus . Veruntamen & illos si ægre ferre viderint,mordere pergunt: si vero ridentes,absistũt.At nos & his stolidiores sumus: pro quibus oportebat ridere,pro his lamẽtamur. Propterea supplico puerilẽ hanc omittentes sententiam,cœlos petamus.Nos etenim esse viros vult Christus perfectos.Itidẽ & Paulus præcepit,dicens:Fratres,nolite esse paruuli sensib⁹,sed malitia paruuli estote. Quod ad malitiã itaq; spectat , pueruli simus, & nequitiam fugientes,virtutem apprehẽdamus: vt & æternis potiamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi , cum quo patri simul & sancto spiritui gloria

gloria imperium & honor,nunc & semper,& in secu
A la seculorum, Amen.

De charitate secundum deum, & quod inuidus deo repugnat,& inimicus est. Homilia LIIII.

QVONIAM pręter dei gratiã,charissimi, per quam iustificati sumus, opus est & cõuersatione , studium dono dignum exhibeamus: exhibebimus aũt, si bonorum matrem multo studio conserues charitatẽ. Charitas est non in solis verbis, nec penitus in salutationibus, sed cura, & in ipsis rebus officiũ:puta,paupertatem soluere, ægrotantibus subuenire,eruere periculis,in necessitatibus assistere, flere cũ flentibus,& gaudere cũ gaudentibus:nam & hoc charitas est. Et quãuis paruum esse videatur gaudentibus gratulari, tamẽ valde magnũ est,& exercitatę mẽtis opus habens.Et multos quidẽ inueniem⁹, quod acerbius quidẽ est,præstantes,ad hoc autẽ infirmos.Nã multi flent quidem cum flentibus,cũ gau
B dentibus autẽ non etiam gaudent : sed gaudentibus aliis,ipsi lugent: quod est liuor & inuidia. Non itaq; paruum est meritũ gaudente fratre gaudere, verũ & altero maius:fortasse vero non tantũ,quàm cum flẽtibus flere,verum & q̃ in periculis assistere maius.Nã multi quidẽ cum periclitantibus periclitantur,claritatẽ vero consequentibus cõpuncti sunt:tanta vis est inuidię: licet illud quidem laborũ sit & sudorũ, hoc autẽ voluntatis duntaxat sententiæ . Et tamen multi quod grauius est perpessi, facilius non expedierunt: sed tabescunt & pereunt,cum alios se præclare gerẽtes,cum omnẽ ecclesiam vel verbo , vel quopiã alio modo adiuuari viderint, quo quid peius esse possit? Nec enim iam fratri,sed & dei talis repugnat voluntati.Hoc itaq; considerans ab ægritudine desistas,&
C si proximũ non vis, te saltẽ ab innumeris malis erue. Quid menti tuæ bellũ indicis?Quid animam impletumultu? Quid hyemem paras? Cur superiora deorsum statuis ? Quomodo poteris ita dispositus peccatorũ poscere veniã?Nã si in se patrata non dimittentibus,nec ipse peccata dimittit,qualẽ dabit remissionem?Hoc enim est extremę probatio malitiæ. Cum diabolo tales ecclesiã impugnant, fortassis autem & diabolo peius.Nam ab hoc quidem caueri potest:illi vero dilectionis induẽtes personã,clanculum ignẽ accendunt,sępius in fornacem immittentes,& morbo laborantes: qui non solũ haberi misericordię possit,verum multum habeat risum.Quid enim, quæso, palles, & fremis, & trepidus factus es? Quid mali factum est,ꝙ splendidus frater & illustris est,& probabilis?Non itaq; coronari fuit opus, & gaudere atque
D deũ glorificare, ꝙ membrum tuum est splẽdidum & illustre? sed doles ꝙ deus glorificatur?Vides quòd tẽdat impugnatio?Sed nõ ꝙ deus,inquit, sed quòd frater clarificatur. At per hunc ad deũ gloria redundat: igitur & impugnatio tua. Verum hoc,inquit,me non cõtristat,sed per me deũ vellem glorificari.Gaudeas igitur se gloriosum exhibente fratre,& per te rursum deus clarificabit,& omnes dicent: Benedictus deus, qui tales habet seruos ab omni liberatos inuidia,mutuis gaudẽtes bonis.Et quid dico fratrem?Nam licet hostis esset & inimicus : si tamen per hunc deus glorificaretur, amicũ fieri propter hoc oporteret:tu vero amicũ facis inimicum, quoniã propter illius prosperitatẽ deus glorificatur. Si quis corpus tuum male se habẽs curauerit,licet sit inimicus, ipsum iam de primis amicorũ esse cẽsębis:Christi vero corpus or-
A nantẽ,id est ecclesiam,& amicum ducis inimicum:& quomodo cõtra Christũ pugnam aliter præ te tulisses?Propterea siue quis signa faciat, siue virginitatẽ, siue ieiunium,siue humi stratũ excolat,siue ipsos angelos virtute præueniat, omnium erit scelestissimus, hunc habens defectũ,& adultero, lenone, & latrone ac fure iniquior.Et ne quis sermõis excessum redarguat, illud à vobis libenter interrogauerim : Si quis ignẽ sumens,& fossorium,hanc destruxisset domũ & incendisset,& hoc suffodisset altare : nónne quilibet eum lapidibus obrueret , tanquã prophanum & impium ? Quid igitur si quis voraciorẽ hoc igne flammã inferat,inuidiam dico,nõ lapidũ ædificia destruentẽ,nec aureũ suffodientem altare: sed quod parietibus & altari multo preciosius est,doctorũ ædificationẽ subuertentem & corrumpentẽ,quali venia dignus esset?Nemo nanq; mihi dicat,ꝙ frequenter aggressus nõ valuit:ex voluntate enim negocia iudicãtur:quoniam & Saül Dauidem occidit, licet vtrum
B non impleuerit. Nõ animaduertis,quæso,ꝙ Christi ouibus insidiaris,impugnans pastorẽ:ouibus,inquã, pro quibus & sanguinẽ Christus effudit, & omnia facere ac pati pręcepit? Non reminisceris,ꝙ dominus quidem tuam quæsiuit gloriam, non autem suam: tu vero nõ dominicam,sed tuam exquiris?alioquin autem tunc & tuam assecutus fuisses, nunc autem tuam quęrens ante domini gloriam,nec hac vnquã potieris.Quod igitur erit huius remedium ? Communiter omnes oremus , & vnam pro talibus vocem emittamus,tanquam pro energumenis : nam & ipsis hi miseriores sunt,quantũ & volũtarius est furor. Orationis enim indiget huiusmodi morbus,& plurimę supplicationis.Nam si fratrem nõ diligẽs, siue pecunias
C eroget,siue martyrio fulgeat, nihil ampli⁹ efficit:qui nullam quoq; persequitur operatũ iniuriam, quanta sit dignus vltione,cõsidera. Hic & gentilibus est peior.Nam si diligentes diligere nihil amplius illis nos habere permittit,amantibus inuidens vbi,quęso,statuetur? Nã & inuidere peius est, q̃ bellũ inferre. Qui enim bellũ gerit, soluta causa propter quam bellum gerebatur,inimicitiam quoq; dissoluit: inuidus autẽ nunquã efficitur amicus.Et ille quidẽ apertam ostẽdit pugnã,hic autem obumbratam: & ille quidem legitimam habet quam dicat impugnandi causam plerunque, hic autẽ nihil aliud prætẽr inuidiam, & diabolicam mentẽ. Itaq; cui talem aliquis animã comparauerit?Cui viperę?cui aspidi?cui vermi?cui scarabæo ? nihil enim huiusmodi sceleftius anima , peius
D nihil:hoc enim,hoc ecclesias subuertit, hoc hæreses peperit,fraternã manum armauit,& fecit vt dextera pio tingeretẽ cruore,& naturę leges abstulit,& mortifores aperuit,& in opus illã deduxit maledictionem, & neq; partuum,neq; parentũ, nec vllius alterius illum permisit miserũ reminisci : sed eum ita furiauit, & in tantũ egit furorẽ , vt & deo se cõmonente atq; dicente:Sub te erit appetitus eius,& tu dominaberis *Gene. 4.* illi:nec ita acquiesceret, licet & à crimine eum absoluerit, & subdiderit fratrẽ: attamẽ tam insanabilis est iste morbus,vt & innumeris medicaminib⁹ superpositis propriam scaturiat tabẽ.Qua nanq; de causa doles ô tu omniũ infelicissime? quoniam honoratus est deus?sed hoc est diabolicæ mentis.At quoniam frater te fact⁹ est probabilior?sed & te vicissim præcurrere licet.Itaque si vincere cupis, ne iugulaueris,nec occideris, sed manere sinas,vt certaminum cõseruetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur occasio,& vince viuentẽ: sic eṁ tibi splẽdida paratur corona. Nũc vero cũ occideris, maiorẽ iacturę sentẽtiã aduersus temetipsum profers. sed nihil horũ nouit inuidia. Qua vero de causa gloriam, & in tãta diligis solitudine? Hi nanq; soli tũc terrã habitabãt, sed neq; hoc eũ cohibuit: sed omnib⁹ ex animo proiectis, cũ diabolo stetit, & opposuit aciẽ. Etenim erat ille tunc cũ Cain malitiæ dux. Quoniam enim ei nõ erat satis hominẽ factum esse mortalẽ, & mortis genere maiorem facere luctũ aggrediebatur, & vt fieret fratricida persuadebat. Festinabat enim, & cupiebat videre sententiã in opus prodire, qui nostris nũquã malis exsatiat: quemadmodũ si quis captiuũ habens inimicũ, & prolata vidẽs damnatum sententia, priusquã vrbem exeat, properet & intus iugulatũ videre, neq; congruũ tempus expectet: ita tum quoq; diabolus licet audisset, q⁹ in terram homo reuertsurus esset, optabat & aliquid maius cernere, corã patre filium morientẽ, & germanum interimentem germanum, & prẽmaturã violentamq; necem. Vides quantis fuit ministra malis inuidia? qualiter insatiabilẽ diaboli mentẽ impleuit, & ei tantam apposuit mensam, quantã is cernere cõcupiuit? Fugiamus itaq; pestem. Nõ enim licet illum ignem euadere diabolo paratũ, ab hoc malo nõ liberatos. Liberabimur autẽ, si cogitemus quomodo Christus & nos dilexit, & alterutrũ amare prẽcepit. At quomodo nos itaq; dilexit? Precioſum sanguinẽ dedit pro nobis, qui eramus inimici, & modo peccaueram⁹, hoc fac etiã pro fratre. Nã propterea dicit: Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ, sicut ego dilexi vos: imò vero nec ita mensuram statuit. Nam ipse pro inimicis hoc fecit. At nõ vis tuum pro fratre sanguinẽ effundere. Quid igitur illius sanguinẽ fundis, ex opposito mandatum impugnãs? Et ipse quidẽ quod fecit, nõ ex debito fecit: tu vero si facis, debitũ soluis. Quoniam ille qui decem milia talentorum accepit, & cẽtum exigit denarios: non propter hoc tantum puniebatur q⁹ exigeret, verum & quoniã ex beneficio nõ est melior factus, nec incipiẽtem dominum secutus est, nec debitũ reddidit: iam enim erat & debitũ quod à seruo factũ fuit, si modo factum fuisset. Etenim omnia quæ facimus, agim⁹ debitũ implẽtes: propter hoc & ipse dicebat: Cũ omnia feceritis, dicite, quia inutiles serui sumus: quę eṁ debebam⁹ facere, fecimus. Igitur siue charitatẽ exhibuerimus, siue dederimus pecunias egenis, debitũ implemus: non tantũ quoniã à beneficiis ipse cœpit, verum & quoniã ipsius bona distribuimus, si cuncta erogemus. Quid igitur illis te spolias, quorum ipse te vult esse dominũ? Propterea te iussit alteri ea dare, vt ea ipse retineas. Nã donec ipse solus ea detines, nec ipse quidẽ habes: quum alteri vero dederis, tũc & ipse cepisti. Quid huic par sit amicitię pignori? Ipse pro inimicis sanguinẽ effudit, nos autem neque pro benefactore pecunias: ipse precioſum sanguinẽ suum, nos vero neq; pecunias non nostras: ipse ante nos, nos neq; post ipsum: ipse pro salute nostra, nos neq; pro nostra quidẽ vtilitate. Nec enim ipsi quicquam amplius ex nostra fit humanitate, sed totum in nostrũ cedit emolumentũ. Propter hoc enim & ipsa dare iubemur, ne nos ex ipsis excidamus. quẽadmodum enim si quis argentũ paruo dederit puerulo, & retinere propensius imperet, vellet seruo dare custodiendũ, ne volenti rapere liceat, itidem & deus agit: ait enim, Da indigẽti, ne quis tibi rapiat: puta vel sycophanta, vel accusator, vel fur, vel nouissime mors. Nã donec ipse retines, non habes in tuto: si vero per pauperes mihi dederis, omnia tibi diligẽter ipse prẽsto, & in tẽpore congruo cum multa accessione restituã. Non enim vt auferam sumo, sed vt plura efficiã, vt custodiã diligentius, vt ea tibi conseruem in illud tempus, in quo qui mutuet nemo, nemo qui misereatur. Quid igitur nobis crudelius fuerit, qui post tot promissiones ei mutuare non sustinemus? Inopes eṁ & nudi transimus ad eũ, credita non habentes: quoniam ea diligentissime super omnes custodienti non cõmendamus, ideoq; & extremam luemus pœnam. Quid enim dũ accusabimur, dicere poterimus? Quã perditionis nostræ prætẽdere excusationem? Quam defensionẽ? Cur enim non dedisti? Nõ credis quòd iterũ recipies? Et quomodo rationẽ hoc habeat? Qui nanque non danti dat, quomodo non multo magis, postquã acceperit, dabit? Sed eorũ te delectat aspectus. igit̃ propterea magis eroga, vt illic te magis delectet, cum ea surripiet nemo: sicut ecõtra nunc retinens innumera patieris incommoda. Tãquam enim canis, ita diabolus diuitibus insilit, tanquã buccellã vel placentã tenenti puerulo volẽs auellere. Demus igit̃ ea patri. Et si diabolus factũ hoc viderit, omnino recedet: cum vero recesserit, tũc ea pater omnia dabit in tuto, quum ille non poterit infestare in futuro seculo. Nunc enim à paruis infantibus qui à canibus vexãtur, nihil diuites differũt, omnibus circa eos latrãtibus, laniantibus, trahentibus, nõ hominibus tantum, verum & illiberalibus passionibus, ingluuie ventris, ebrietate, assentatione, & omni intemperãtia. Et si fœnerare quidẽ suppetat, multum dantes conquirimus, & gratos cõsideramus: hic autẽ contrariũ facimus. Grate susciptientẽ deum, & nõ centesimã partem, sed centuplũ prębentem dimittimus: at ne sortem quidẽ nobis reddituros quærimus. Quid enim nobis vẽter reddet, qui plurima consumit? stercus & corruptionẽ. Quid autem inanis gloria? liuorem & inuidiã. Quid vero auaritia? curam & solicitudinem. Quid intẽperantia? gehennam, & veneniferum vermem. Hi nanq; sunt diuitum debitores, has sorti iungẽtes vsuras, prẽsentia mala, pœnasq; futuras. His igitur quæso, ad tantã mutuabimus vltionem, & nostra Christo non credemus, cœlũ prætendenti, æternam vitã, & arcana bona? Et quã inueniemus excusationem? Cur enim nõ das illi qui proculdubio daturus est, & plura daturus? fortasse, quoniam post multum dat tẽporis? Atqui & hic præbet. Nõ mentitur enim qui dicit: Quærite regnum dei, & hæc omnia apponẽtur vobis. Vidisti liberalitatis magnitudinem? Illa ibi seruata sunt, inquit, & non diminuũtur: præsentia vero in adiectionis & superabundantię loco tibi largior. Præterea vero post longũ recipere tempus, tibi talentũ multiplicat: fœnus enim efficitur maius. Nã & in mutuãtibus hoc faciẽtes videmus fœneratores, post multum temporis redimentibus libẽtius fœnerantes. Qui nanq; statim totum reddit, vsuræ cursum interrumpit: qui vero diu retinet, maiorem facit & operationẽ. Itaq; in hominibus quidem dilationem nõ ægrè ferimus, verũ & studemus, vt maior efficiatur: apud deũ vero tã pusillanimiter nos gerimus, vt propter hoc torpeamus & retrocedamus. Et quidẽ, sicut dixi, hic quoq; præbet dictam causam, & aliud quiddã maius dispensans, illic totum seruatur. Eorũ enim quæ dãtur, magnitudo, & illius donationis de-

Ioan. 13.

Luc. 17.

cor

cor prẽsentis vitæ transgreditur vtilitatẽ. Nec enim in corruptibili & caduco corpore illas immarcescibiles fas est accipere coronas, nec in prẽsenti tumultuosa plenaq; turbationis cõuersatione multas habẽte mutatiões, immotã illam & imperturbatã sortem acquirere. Et si quis aurũ quidem tibi debens, in alienа morãti regione, nec habenti seruos, neq; domum reportare prẽualenti mutuũ se dare promitteret: etiã ac etiam rogares, ne tibi peregre, sed domi potius id erogaret. Illa vero spiritualia & ineffabilia vis hic accipere? & quantæ sunt ista demẽtiæ? Nã si hic quidẽ ceperis, omnino corruptibilia recipies: si vero tẽpus illud expectes, incorrupta tibi reddet & immortalia. Si recipis hic, plumbũ recepisti: si vero illic, probatũ aurũ, veruntamen neque prẽsentibus te priuauit. Cũ illa nanq; promissione & alteram posuit, ita dicens, q⁹ omnis qui cœlestia diligit, centuplum accipiet in hoc seculo, & vitã æternam possidebit. Si vero cẽtuplum non capiamus, nos authores, qui tãtum reddere valenti nõ mutuamus. Quoniam omnes qui dederunt, tanta receperũt, licet pauca dederint. Quid eṁ magnum, quęso, Petrus erogauit? Nónne rete fractũ, & calamum, & hamũ duntaxat? veruntamen ei deus orbis terrarũ domos reseravit, & terram explicuit, & mare. Et omnes eum ad sua vocabant, quin potius & sua vendentes ad ipsorũ pedes precia deferebãt, nec in manus quidẽ immittẽtes, non enim audebãt, tantum eis & cũ largitate tribuebant honorem. Sed ille Petrus erat, inquies: & quid hoc? homo. Non eṁ hęc soli Petro promisit, neq; dixit, Tu vero Petre centuplum accipies solus: sed, Quicũq; reliquerit domos, vel fratres, centuplũ accipiet. Nõ enim personarum dixit differentiã, sed rerũ merita. At, inquies, infantũ me cœtus circũstat, & illos diuites relinquere cupio. Quã igitur ob rem eos faciam⁹ pauperes? Nã si ipsis quidẽ omnia dimittas, periculosæ rursum custodiæ tua cuncta cõmendasti. Si vero deũ eis relinquas hęredẽ & tutorẽ, innumeros reliquisti thesauros. Sicut cũ nosipsos vlciscimur, deus nos nõ defendit: quum autẽ ipsi concedimus, plusquã expectamus, efficitur: Sic & in pecuniis, si nos earum curã gerimus, ab earũ ille prouidentia recedet: si vero totum in eum proiiciamus, & eas in filios in omni securitate constituet. Et quid mirũ si hoc apud deũ cõtingit, cum & in hominibus hoc ipsum euenire videre possumus? Nam si necessariorũ neminem ad liberorum tutelam aduocaueris, confunditur & erubescit frequenter & qui sponte volebat his acriter ingruere. Si curã igitur in eum proiicias, tanquã magno decoratus honore, maximã & ipse reddet retributionẽ. Si vis itaq; multas filiis diuitias relinquere, deo relinque tutelã. Qui eṁ te nihil operato, & animam dedit, & corpus plasmauit, & gratiã donauit, cum tantã liberalitatem viderit exhibentẽ, & res illorum sibi cum illis distribuentem: quomodo nõ omnes eis aperiet diuitias? Si eṁ Helias modica pastus farina, postquã vidit mulierẽ illam se filiis prætulisse, indeficientes areas, & torcularia in viduæ domo præstitit: cõsidera quantam Helię dominus ostendit charitatẽ. Hoc itaq; ne cõsideremus, quomodo filios diuites relinquamus, sed quomodo virtute præditos. Nã si diuitiis cõfidant, nil aliud curabunt, habẽtes vnde morum malitiã obumbrent pecuniarũ abundantia. Si vero se viderint illarum esse cõsolatione destitutos, omnia faciẽt, vt aliquam paupertatis releuationẽ per virtutẽ inueniãt. Ne diuitias itaq; relinquas, vt relinquas virtutẽ: extremæ nanq; stoliditatis est, viuentes quidẽ eos non facere omniũ dominos: mortuos autẽ multam iuuẽtutis facilitate prębere licentiã. Atqui viuẽtes quidẽ & pœnas exigere poterimus, & male rebus vtentes, cohibere & refrænare. Si vero morientes præter orbitatem, & iuuentã, diuitiarum quoq; potentiã præbeamus, in mille præcipitia miseros impellemus & infelices illos, ignẽ igni adiicientes, & atroci oleũ instillãtes fornaci. Itaq; si vis diuites in tuto relinquere, deũ ipsis relinque debitorẽ; & hoc eis chirographum trade. Nã si pecunias quidẽ ipsi ceperint, neq; cui dent, norunt: sed in multos incident calumniatores & ingratos. Si vero prævenięs ea deo fœneraueris, indireptus iam manebit thesaurus, & erit cũ multa copia retributio. Etenim gratiã habet & debẽs & erogans nobis deus, & fœneratores suos nõ fœneratis iucundius intuetur. Et quibus maxime debet, hos maxime diligit. Itaq; si vis eum semper amicũ habere, multorũ constitue debitorẽ. Nec eṁ ita fœnerator debitores habẽs gaudet, sicut deus creditores habens delectatur. Et quibus quidẽ nihil debet, hos refugit: quibus vero debet, ad hos accurrit. Igitur omnia faciamus, vt ipsum habeamus debitorẽ. Hoc eṁ fœnorũ tempus est, & nunc in necessitate cõstitutus est. nisi igitur nũc ei dederis, postquã hinc migraueris, tui nõ indigebit: hic enim sitit, hic esurit: sitit autem, postquã tuam sitit salutem. Et propterea quoq; mẽdicat, & nudus circumit tibi negocians vitã immortalẽ. Eum itaq; ne despexeris. Non enim vult cibari, sed cibare: non indui, sed induere, & aureũ illud tibi parare indumẽtum, & regalem stolã. Nónne vides & medicorũ studiosiores, quum ęgrotos lauant, & se licet nihil indigentes lauare? sic & ipse propter te laborantem omnia facit. Propter hoc neq; te cum violentia repetit, vt tibi magnam det retributionem, vt discas, q⁹ non opus habens exigit, sed tuam implẽs vtilitatẽ, propter hoc & in vili te petit habitu, & dexteram extendens: neq; si dederis obolum, auersatur: neq; etiam si sprueris, abscedit, sed ad te rursum accedit: vehementer enim amat, inquam, salutem nostram. Pecunias itaq; contẽnamus, ne à Christo condemnemur, contemnamus pecunias. Si enim eas hic custodimus, eas omnino perdemus & hic & illic. Si vero multa cũ largitate dispensamus, multã in vtraque vita felicitatem assequemur. Qui vult itaque dives fieri, fiat pauper, vt dives euadat: expẽdat, vt colligat: dispergat, vt congreget. Si autem hæc noua videntur & mirabilia, seminantem animaduerte, & cõsidera quòd nec ille posset aliter plura colligere, nisi quæ habet, dispergeret, & parata præmitteret. Seminemus igitur & nos cœlum, vt cum multa metamus opulentia, & æternis potiamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Quòd non datur pariter secundũ deum & secundũ mundum gaudere. Et cõtra eos qui ebrietati vacant & deliciis.

Homilia LIIII. Ex Actibus Apostolorum.

MALA res est vbique remissio charissime, & propterea ab initio Adæ dictũ est: In sudore vultⁿ tui vescẽris pane tuo: & vt ex afflictiõe multa ad requiẽ peruenięntes, deo gratias agant. Magnũ eṁ bonũ est tribulatio: audi nanq; Prophetã dicentem: Bonũ mihi dñe, quia humiliasti me. Si vero

Gen. 3.

Psal. 118.

magnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnis & mirabilibus viris magnũ quid eſt tribulatio,multo magis nobis. Si vero vultis & ipſam perſe-
cutionẽ inquiramus.Sit aliquis valde gaudẽs,& lætus,& effuſus,quid turpius?quid hoc ſtolidius? Sit
Eccles. 7. aliquis dolẽs,& mœſtus, quid hoc eſt ſapiẽtius? Melius eſt em̃,inquit,in domũ luctus ire, q̃ in domum riſus.Fortaſſe quidẽ & quę dicũtur,repellitis: tamẽ videamus qualis Adã fuerit in paradiſo,& qualis poſtmodũ:qualis antea Cain, & poſtea qualis. Nõ enim firma ſtat anima ſede, ſed tanquã à quodam flumine tollit̃ & eleuatur à voluptate, nihil habens ſtabile,& ad repromiſſiones facilis, prõpta ad pollicitationes, & multa cogitationũ fluctuatio, intẽpeſtiu⁹ riſus, hilaritas ratione carẽs, multa verborũ & ſuperflua nugacitas.Et quid alios cõmemorẽ ſanctos? Vnũ proferamus, & intueamur quis in voluptate quidẽ,quis autẽ eſſet in triſticia. Vultis ipſum Dauid videamus, quũ in voluptate foret & lætitia, propter multa trophæa, propter victoriã & coronas, propter delicias
Pſal. 29. & fiduciã,vide qualia & dixit & fecit:Ego autẽ dixi, in abundantia mea,inquit, non mouebor in æternũ. Poſtquã autem in tribulatione conſtitutus eſt, audi
2. Reg. 15. quid dicat:Si autẽ dixerit, mihi non places, præſto ſum,faciat quod bonũ eſt corã ſe. Quid hiſce verbis modeſtius?ait eũ:Quomodocunq; deo gratũ eſt,ita
1. Reg. 18. ſit.Et iterũ ad Saulem ait: Si dñs incitat te aduerſum me,odoretur ſacrificiũ tuum.Et tunc quidem quum in tribulatione foret, & inimicis parcebat : poſt hæc vero nec amicis, nec his qui nullã intulerant iniuriã.
Gene. 28. Rurſum Iacob quum in tribulatione fuit,dicebat: Si dederit mihi dominus panẽ ad veſcendum , & veſtimentũ ad induẽdum . Quoniã & Noë filius antehac quidẽ nihil tale fecit,poſtquã vero de ſalute cõfidit, qualis factus eſt contumeliæ patrator? Et Ezechias quidẽ cũ eſſet in tribulatione, vide qualia pro ſalute faciebat,& ſacco induebatur,& quęcunq; talia:poſtquã vero voluptatẽ incurrit,de cordis ſui cecidit altitudine:ait enim, Cũ comederis & biberis, & fueris impletus,attẽde tibimetipſi.præceps enim eſt locus deliciarũ.Attende,inquit,tibimetipſi.Cũ tribulabãtur Iſraëlitæ,tãto plures fiebant : poſtquã autem eos dimiſerũt,tunc omnes perierunt.Et quid antiquorũ exempla cõmemoro? Nũc videamus, ſi placet,nónne cũ in ſecundis rebus ſunt plures, efficiũtur inflati, omnibus inimici,iracundi,quum adeſt potẽtia:cum vero fuerit ablata,mãſueti ſunt homines,& humiles, & in propriæ naturæ cogitationẽ veniunt? ideo in-
Pſalm. 27 quit:Tenuit eos ſuperbia,prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorũ.Hęc mihi dicta ſunt,vt nõ omnibus mo-
Philip. 4. dis lęticiã exquiram⁹.Quid ergo Paulus ait:Gaudete ſemper?Nõ ſimpliciter dixit,gaudete:ſed addidit,in domino.Hęc maxima lęticia quali gaudebãt apoſtoli,ex carcerib⁹ ſcilicet,flagellis,perſecutionib⁹,maledictis,ex omnibus triſtibus principiũ habẽs, & radicẽ,atq; materiã,vnde & ad bonũ peruenit exitũ:quę vero mundi eſt,in contrarium:incipit quidẽ à ſuauibus,at in mala deſinit. Nec ego ſecundũ dominũ gaudere prohibeo,imò vehementer exhortor.Flagellabãtur apoſtoli,& gaudebãt: vinciebantur, & gratias agebãt:lapidabantur,& prędicabãt.Hãc & ego quęro lęticiam,ex nulla re corporali principiũ habentẽ, ſed ex ſpiritualibus.Nõ licet ſecundum mundũ gaudentẽ,pariter & ſecundũ deum gaudere. Quomodo enim qui ſecundũ mundũ gaudet,gaudet in diuitiis, in deliciis,in gloria atq; potẽtia & elatione:qui vero A ſecundũ deum,in ignominia propter eũ, in paupertate, in iciunio, in modeſtia. Vides q⁹ contrariæ ſunt occaſiones : quotquot hic citra læticiã ſunt, & citra triſticiã:quotquot citra triſticiã hic ſunt, & citra voluptatẽ.Et hæc reuera ſunt, quæ verã faciunt lęticiã, quoniã illa lætitiæ tantum nomen habẽt,quum omnia ſint in triſticia . Quantã habet triſticiã ſuperbus? quomodo cruciat̃,dum extollitur,innumeras ſibi cõ tumelias inferẽs, multũ odij, multum inimicitiæ, liuoris multũ,multum inuidię.Quòd ſi à maioribꝰ cõtemnatur,dolet:ſi nõ ſuper omnes inſurgat,roditur. Humilis autẽ eſt in magna voluptate, honorẽ expectans à nemine,ſi fortaſſe quidẽ honoretur, gaudet: ſi vero nõ honoretur,nec dolet: gratũ enim habet q⁹ honoratus nõ fuerit,ipſum autẽ præſertim afficit cõ-
B tumelia nemo.Igitur ex eo q⁹ honorẽ,& honorari nõ requiramus, magna voluptas: illic autẽ contrarium, & quęrit honorem,& nõ honoratur:non autẽ ęqualiter honore lætatur & qui quærit eũ, & qui nõ quærit.Ille quãtuncunq; ceperit,ſe nihil accepiſſe putat: hic vel ſi parũ exhibueris,quaſi totum acceperit,ſuſcipit.Rurſum q⁹ deliciis vacat,innumeras habet moleſtias , licet de facili & tanquã ex fontibus ipſi prouentus affluant,ex deliciis naſcentia patitur mala, & futurorum incertitudinẽ.Hic autẽ in ſecuritate ſemper eſt,& in voluptate,qui victꝰ tenuitati ſemetipſum aſſuefecit. Nõ enim ita ſemetipſum miſerum vocat, quoniã opiparæ mẽſę particeps nõ eſt:ſicut gaudet, futurorũ non metuẽs incertitudinem.Ex deliciis vero quanta ſint mala, nemo neſcit. Neceſſarium autẽ & nunc dicere,q⁹ duplex bellũ,& animę & corporis: duplex tẽpeſtas,duplex & morbus. Nec hoc tãtum, C verum & inſanabilis, & magnas afferẽs calamitates. Sed nõ tale quid eſt tenuitas, ſed duplex eſt ſanitas, duplex bonum. Somnus ſanitatis,inquit, in homine parco. Nã mẽſura quidem ſemper eſt deſiderabilis, immodeſtia vero nequaquã.Modicę ſcintillæ multã lignorũ pyram ſuperpone, iam non ardentẽ videbis ignem, ſed multũ inſuauẽ fumũ . Viro valde forti & magno onus impone vires excedens,& cũ onere videbis humi iacentẽ & proiectũ . Multũ onus ingere nauigio , & graue feceris naufragiũ , quale quidẽ & hoc eſt.Sicut inſup plenis nauigiis multus eſt tumultus nautarũ,gubernatoris,proretæ,& remigũ, qui ſuperiora quidẽ in mare iaciunt , inferiora vero & ſeipſos perdẽtes pereunt , & quod omniũ eſt turpiſſimum,os poſteriorũ partium aſſumit vſum,& illud fit ignobilius.Si vero in ore tãta turpitudo,cogita quãta ſit in anima.Nã & illic oĩa tenebrę, omnia tempeD ſtas,omnia caligo,multus cogitationũ clamor,dum premũtur & tribulãtur, ipſa calumniã anima proclamãte,omnib⁹ ſeſe accuſantibus,aduocãtibus, ſuppli cantibus interiorẽ fimum alicubi reponi: & poſtquã eiectus fuerit,nec ita ſedatur tempeſtas,verum & febris,& ægritudines. At,inquies, quomodo licet hos cernere deliciis vacantes, bene valentes qui ſuper equos vehuntur? Quid, inquis, temere nugaris ægritudines nobis dicẽs: Ego quidem ægroto,& diſtrahor & deturpor: ego qui non habeo quod comedã. Hei mihi,lachrymis enim digna ſunt iſta verba. Pedibus vero dolentes , qui vehiculis geſtantur, compeditos vnde, quæſo , videbimus ? Et niſi rem contumeliam putarent , & verba improperatoria cenſerent , iam & nominatim eos protuliſſem . Sed ſunt quidam qui bene valent , quoniam non ſolis vacant

cant deliciis,verũ & laboribus . Nã da mihi hominẽ ſemper ſe pinguefacientẽ, ſine dolore iacentẽ, curãtem nihil, licet infinitorũ concurrat medicorũ multitudo,ab ægritudinibus eũ eruere nõ poterit:nec enim ita ſe habet rei natura.Medicinalem enim vobis ſermonẽ cõmemorabo.Ex his quæ mittũtur in ventrem,nõ ſolum alimentũ efficitur,quoniã nec in ipſa nutrimẽti natura totũ eſt nutritiuum, ſed eius quidẽ aliquid in receſſum diſſoluitur, hoc autẽ in nutrimentum.Igitur ſi perfecte quidẽ cõficiatur,hoc efficitur, & propriũ acceperit locũ,& ſanũ quidem & bonum in propriũ currit locum:ſuperfluũ autẽ & inutile deſcendit,& excernit̃.Si vero nimiũ ingeratur,& quod ex eo nutritiuum eſt,noxiũ efficitur. Et vt exẽpli gratia loquar, quò res vobis reddatur manifeſtior. Tritici quidẽ hoc eſt ſiligo,hoc farina,hoc furfur:igitur ſi mola quidẽ ſit idonea molere, hæc omnia ſeparauerit:ſi vero plus ingeſſeris,cõfuderis omnia: itidem & vinũ ſi congruam cocturam , & temporũ aſſequatur temperiẽ,quoniam citra quidẽ hoc, omnia confuſa ſunt:poſt hęc vero hoc quidẽ in fecem ſubſidet, hoc aũt in ſpumã exilit, hoc vero in guſtantiũ vſum, & hoc eſt bonũ , quod nunquam facile ſubuertetur. Quod vero dicunt tropiã,neque vinũ eſt,neque fex, omnib⁹ cõmixtis. Hoc & in flumine quiſpiã viderit, quum aquarũ vortex efficitur.Sicut tunc mortuos videmus piſces adnãtes, & ſimi craſſitudine oculis captos:itidẽ & in nobis efficitur, quũ multus ingluuici ſuperne fluxerit imber,poſtquã omnia commouerit, mortuas adnare facit cogitationes pridẽ ſanas, & in puro viuentes.Poſtquã igitur ex multis eſt exemplis dãni magnitudo nobis probata, hos beatos vocare deſinamus in his quib⁹ miſeros vocare decebat, de-
C flere vero in quibus beatos oportebat appellare, & mediocritatẽ diligamus.An non auditis & medicos dicẽtes,egeſtas ſanitatis eſt mater? Ego vero nõ tantũ corporalis matrẽ ſanitatis egeſtatẽ dico,verum & animæ,hæcq; Paulus vere medicus clamat, inquiẽs:
1. Tim. 5. Habentes autẽ victum & veſtitũ, his contenti ſimus. Pareamus igitur ei,vt in bona valetudine quę facere decet,agamus.Dic enim mihi, ſi quis tibi cicutã dediſſet habendã,nónne præter naturã foret?ſi quis lapides & ligna,nónne auerſatus fuiſſes ? Veriſimiliter & meritò, præter naturã enim eſt. Tale quid ſunt & deliciæ.Sicut em̃ hoſtibus vrbem ſubeũtibus,& obſidione facta & perturbatione , multus efficit tumultus:ita fit & in anima , ſubrepente vino cum deliciis. Cui væ? cui tumultus?cui moleſtiæ, contentiones,& rumores?Cuius oculi liuidi?nónne vino indulgenti-
D bus?Sed enim quęcunq; dixerimus in deliciis occupatos nõ ſeparabimus , niſi paſſionẽ aliam oppoſuerimus. Et primũ quidẽ nobis ad mulieres ſit ſermo, nihil muliere deliciis dedita turpius,ebria fœdius nihil,ipſius aſpectu flos delet̃,oculorum trãquillitas & mãſuetudo turbat̃,quaſi nebula quadam radios ſubeunte ſolares.Opus illiberale,ac ſeruile, omniq; plenum ignauia. Quàm eſt iniucũda fœtens, vinũ olens putrefactũ, mulier carniũ corruptarũ ſuccũ eructãs, grauata,nec ſurgere valẽs,plus æquo rubẽs,oſcitatione plena,multaq; caligine?At nõ eiuſmodi quę deliciis abſtinet , ſed ſpecioſior & modeſtior : etenim corpori multũ affert decorẽ animę cõpoſitio, ne tãtum enim ex corporalibus formis hunc effici cẽſeas. Da ſpecioſam puellã, turbatam,loquacẽ,iurgioſam, ebriam,ornatã,nónne turpiſſima quaq; fœdior eſt?ſi A vero verecunda,ſi taceat,ſi erubeſcere diſcat, ſi moderate loq,ieiuniis vacare, duplex pulchritudo,ſpecies maior,deſiderabilior aſpectus, modeſtia plenus & ornatu.Vis iã & de viris dicamus?Quid ebrio turpius,familiarib⁹ deriſibilis, deriſibilis inimicis,apud amicos miſerabilis,infinita dignus damnatione,fera magis q̃ homo. Multa nanq; voracitas pardaleos & leonis eſt, & vrſæ,& meritò,nõ enim habẽt rationalem animã.Et tamen & illa ſi plus neceſſitate,& mẽſura ipſis à natura definita comederint , totũ corpus corrũpunt:quanto nos autẽ magis? Propterea nobis in breue ventrẽ deus coartauit, propterea breuẽ ſtatuit cibi menſuram,vt animæ curam gerere doceret. Ipſam noſtri cõpoſitionem diſcamus,& vnam in nõ bis partẽ hanc operationẽ habere viderimus.Os nõ bis & lĩgua ad laudes eſt aſſignata diuinas, guttur ad
B vocẽ.Et propterea nos naturæ neceſſitas cõſtrinxit, vt nec inuiti cadamus in nimiã repletionẽ . Itaq; niſi deliciæ labores haberẽt,& ægritudines,& infirmitates,eſſet fortè tolerandũ:nũc vero tibi naturę terminos poſuit,vt neq; volẽs tranſgrediaris. Nõne voluptatẽ quæris dilecte? hanc ab eo quod ſatis eſt,inuenies. Nónne ſanitatẽ?& hanc.nónne ſecuritatem? & hãc. nónne libertatẽ? nónne corporis robur? nónne bonã habitudinem,& animi ſolertiã? nónne vegetationẽ? iſta ſunt hic omnia bona:in illa verò cõtraria, iniucunditas,mala habitudo,ægritudo, illiberalitas, impẽſa. Vnde igit̃,inquit, omnes ad hanc concurrimus?ex morbo.Dic enim mihi, quare quod lędit,ægrotus inquirit? nónne & hoc ipſum ægrotare ſignũ eſt?Quare claudus recte non ambulat, cũ hoc ipſum nõ ex torpore fit,nec eo q⁹ ad medicũ ire nolit?Rerũ
C enim hæ quidẽ temporariã habent voluptatẽ,pœnã autẽ perpetuam:hæ vero contrarium,patientiã quidem tẽporaneam , delectationem vero continuam. Itaq; tam mollis & ignauus, vt pro futuris præſentia nõ deſpiciat,ſtatim capitur.Dic enim mihi,vnde captus eſt Eſaü ? vnde præſentẽ voluptatẽ futuro præpoſuit honori ? ex ſegnitie & mollitie.Hoc autem ipſum,inquit,vnde?Ex nobis ipſis.Et inde patet,cum volumus,noſipſos excitamus, & tolerãtes efficimur: ſi quãdo itaq; neceſſitas venerit, frequẽter autem & cõtendentes duntaxat vtile cognoſcimus. Cũ igitur deliciis vacaturus es,cõſidera voluptatis momentaneũ,& damnum(vere ſiquidẽ damnum eſt cum propria pernicie tot abſumere pecunias)ęgritudines,infirmitates,& contẽne delicias.Quot tibi vis enume-
rẽ ex deliciis mala perpeſſos?Noë fact⁹ eſt ebrius, & *Gen. 9.*
D denudatus,& vide quot ex hoc orta ſunt mala. Eſaü per ingluuiẽ primogenita perdidit , & ad fratricidiũ animũ dedit.Populus Iſraël ſedit mãducare & bibere,& ſurrexerũt ludere,& propterea dicit̃:Cum mãducaueris,& biberis,memẽto dñi dei tui.In pręcipitium em̃ ceciderũt,in delicias delapſi. Vidua illa deliciis vacãs,viua mortua eſt.Et iterum: Impinguatus *Exod. 32.* eſt,& incraſſatus, & recalcitrauit dilectus.Et iterum *Deut. 6.* Apoſtolus ait:Curam carnis ne feceritis ad concupi *Rom. 13.* ſcentias.Nõ promulgo iciuniũ,non enim eſt qui audiat:ſed tollo luxũ,præcido delicias propter vtilitatem veſtrã: tanquã enim torrens omnia deliciæ ſubuertũt,nihil eſt quod eas coërceat , ciiciũt ex regno. Quid ampli⁹?vis frui deliciis?da pauperi,voca Chriſtũ, vt & poſtquam mẽſa remota fuerit , habeas quibus fruare deliciis.Nã nunc quidẽ nõ habes,& meritò:tũc aũt habebis. Vis deliciari? animã paſce,trade

ipſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſi cibos quorũ cõſuetudinẽ habet, eã ne fame perimas. Tẽpus belli, tẽpus certaminis, tu vero ſedes in deliciis. Nõ vides & regiis præpoſitos in exteriorib⁹ caſtris tenuiter viuẽtes? Nõ eſt nobis lucta aduerſus ſanguinẽ & carnẽ, tu vero luctaturus temetipſum impinguas? Stat ſtridẽs dẽtibus aduerſari⁹, tu vero diffunderis, & menſis vacas. Noui me nequicquã hæc diçere, ſed nõ omnib⁹. Qui habet aures audiẽdi, audiat. Chriſtus fame tabeſcit, tu vero voracitate temetipſum diſtẽdis, duæ immodeſtiæ. Quid eñ mali nõ faciũt deliciæ? ſibiipſis cõtrarię ſunt. Vnde neſcio quomodo nomẽ hoc habeãt: ſed ſicut gloria, quum ignominia ſit: & diuitiæ, cũ ſit paupertas, vocatę ſũt: ſic & deliciæ, cũ iniucũditas ſit. Nũquid eñ mactãdi ſumus, quoniã noſipſos ſaginamus? Quid lautãveribus mẽſam apponis? quid maiorẽ alis ſaniẽ? quid fœtentes ſudorum fontes reponis? quid ad omnia temetipſum reddis inutilem? Vis oculum fortem fieri? fac corpus robuſtũ. Nam & in chordis, craſſa quidẽ & immunda ad cantus ſuauitatẽ inutilis eſt: vndique vero raſa, intenſa eſt, & cõſonantiſſima. Quid animã obruis? quid parietem facis craſſiorem? quid multum fumum & nebulã, cum vapores tanquã caligo quædam vndiq; reddantur? Si nõ alius quiſquã, te ſaltem athletæ doceant, quoniã gracilius corpus eſt & fortius, & anima fortior aurigæ ſimilis eſt & equo. Sed illic vides, ſicut in his qui deliciis vacant, & carnoſis: ſic & equi carne fluẽtes mot⁹ ſunt difficilis, & multos aurigis labores præbẽtes. Optabile eſt, facilẽ & expeditũ agentem equum brauiũ accipere: cum autem eũ auriga trahere cogitur, & frequentiſſime cadentem ſtimulans, nec ita quidẽ excitare poteſt, licet ipſe ſit valde peritus, victoria priuabitur. Ne noſtrã cõtemnamus animã, propter corpus calumniam patiẽtem: verum & illã faciamus perſpicaciorem, alas ei leues nectamus, molliora vincula, rationibus eã paſcamus. Satis eſt, quantũ vt valeat corpus dũtaxat, tantum vt ſit robuſtum, gaudeat & non doleat, vt quum ita bene noſtra diſpoſuerimus, ſummã poſſimus virtutẽ apprehendere, & æternis potiri bonis, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri, ſimul & ſancto ſpiritui gloria, honor, imperiũ, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Contra luxuriantes & deditos deliciis, & de præſentis ſeculi conſummatione. Homilia LV.

NON tam vehemẽter fluuialiũ aquarum curſus ripas corrodere, & ſubmittere ſolet, ſicut deliciæ & luxus omnia valetudinis noſtræ firmamẽta facile ſubruere. Siue nanq; medicinalem ingrediaris officinã, & accedens interrogaueris, omnes fere morborum cauſas illinc inuenies eſſe. Vilis eñ tenuiſq; menſa ſanitatis mater eſt, & eam propterea medicorũ pueri ita nominauerũt: nõ ſaturari quidem vocãtes ſanitatẽ (cibi nanq; penuria ſanitas eſt) minus veſci ſanitatis matrem appellantes. Si vero mater eſt ſanitatis egeſtas, patet quòd ſaturitas ægritudinis mater eſt & infirmitatis, morbóſq; parit, ipſorum quoq; medicorum artem tranſgredientes: pedum enim dolores, & capitis grauedines, & vertigines, & manuũ cruciatus, & tremores, & remiſſiones, & arquatus, & longæ febres & æſtuoſæ, & alia his multo plura (non enim omnia percurrere vacat) non ex indigentia, parcoq; victu, ſed ex crapula & ſaturitate naſci ſolẽt. Si vero vis animi morbos inde naſcentes videre, auaritiæ, mollitiæ, melancholię, ignauiæ, intẽperantiæ, omnis ignorantia hinc habent principiũ. Nihilo nanq; fiunt aſinis meliores animi taliũ mẽſarum delicias ſectãtes, tot feris diſtracti. Dicã & quot triſtitias & moleſtias habeant deliciis inhærentes. Omnes quidẽ recenſere non poſſumus, at vno capite totũ reddam manifeſtum. Hanc enim ipſam lautã menſam cum voluptate nunquam attingunt. Egeſtas enim ſicut ſanitatis, ſic & voluptatis eſt mater. Saturitas autẽ ſicut morborũ, itidem & faſtidij fons atq; radix eſt. Vbi nanq; ſatietas fuerit, nõ poteſt eſſe appetitus: abſente vero appetitu, quo modo poſſit adeſſe voluptas? Propterea non tantum pauperes diuitibus prudentiores inuenimus, verũ & maiorẽ aſſequẽtes delectationem. Quibus omnibus animaduerſis, ebrietatẽ fugiamus atq; delicias: non tantũ in mẽſis, verũ & in omnibus ſecularibus negociis, & pro illis recipiamus ex ſpiritualibus voluptatem, & iuxta Prophetã delectemur in domino: ait enim, Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sicut autẽ domum pulchrã, quum aër appropinquauerit, ſplendidã oſtendit: itidem & aſpectũ ſpecioſum hilaritas animæ meliorẽ exhibet. Si vero ſit in triſtitia, & doloribus, deformior redditur. Mœſtitiam vero morbi faciũt, & cruciatus: porrò morbos corporis mollities ex multis conflata deliciis. Igitur & ꝓpter hoc, ſi mihi parebitis, fugietis delicias. Sed voluptatẽ, inquies, habet deliciis frui. At nõ tantam quantas infeſtationes. Nã voluptas quidẽ ad guttur vſq; peruenit & linguã: remota nanq; menſa, vel vorato cibo, ſimilis eſt illi qui non guſtauit, imò longe peior, onera inde ferẽs, & capitis grauedinẽ, & ſomnum morti ſimilẽ: frequenter autem & inſomnia ex crapula & ſpiritus præcluſione & eructatione. Et innumera ventri imprecatus es, quę magis erãt imprecanda immodeſtiæ. Ne corpus itaq; ſaginemus, ſed Paulum audiamus dicentem: Curam carnis ne feceritis in concupiſcentiam. Sicut enim ſi quis in cloacam cibos deiiciat, ita quoq; qui mittit in ventrem: imò vero nõ ita, ſed multo peius. Hic nanq; cloacam nullis afficit malis, illic autẽ & innumeros parit morbos. Quod enim nutrit tãtum, eſt mediocritas, quod & confici poteſt: quod vero ſupra neceſſitatẽ affluit, non modo non nutrit, verum & illud corrumpit: ſed hæc nemo videt ex quadam intempeſtiua voluptate & temeritate. Vis corpus alere? tolle ſuperfluum, da quod ſatis eſt, & quantum cõcoquere poteſt, ne aggraues ipſum, vt nõ ſubmergas. Quod ſatis eſt, eſt cibus & voluptas: nihil enim ita voluptatẽ parit, ſicut cibus bene digeſtus: nihil ita ſanitatẽ, nihil ita ſenſoũ velocitatem, nihil ęſt quod ita morbos expellat. Sufficiens enim modus & voluptas eſt, & alimentum & ſanitas: plus autem & pernicies, & faſtidium, & ęgritudo. Quæ nanque facit fames, hęc & ſaturitas facit: imò vero grauiora. Nam illa quidem paucis abſoluit diebus, & hominẽ liberat: hæc autẽ corpus abſumẽs & tabefaciens, diuturnæ tradit ægritudini, & mortidemum atrociſſimæ. Nos vero famẽ certè rem abominandam cenſemus, ſed ad ſaturitatem hac peiorẽ currimus. Vnde igitur hæc ęgritudo? vnde hic furor? Nõ dico vt nos abſumamus, ſed tãtum comedamus quod & voluptatem habeat, quæ vere voluptas ſit, & corpus alere poſſit, & ordinatum, & nobis ad animæ cõgruum actiones, & bene firmatum, & compoſitum reddere. Cum vero deliciis ſuperabundaueris, clauos ipſos, vt ita dicam, & iuncturas ex vndatione conti-

continere nõ poteſt cõpactas: ſubrepens enim ęſtuatio totum diſſoluit atq; diffundit. Carnis itaq; prouidentiã ne feceritis ad cõcupiſcentias: bene dixit: deliciæ nanque ſunt abſurdarũ occaſio cupiditatũ. Licet omniũ ſit ſapiẽtiſſimus qui deliciis vacat, aliquid ipſum pati neceſſariũ eſt: à vino, cibis neceſſe diſtendi, neceſſe maiorẽ flammam ſuſtinere: hinc fornicationes, hinc adulteria. Nõ enim venter eſuriẽs amorẽ parere poteſt, vel potius parſimoniæ deditus. Qui vero malas parit cupiditates, eſt ille ą deliciis lãguet, & velut multũ humida terra vermes gignit, & humefactus fimus, & multum habens humorẽ. Ab illa vero liberatus humiditate, multos affert fructus, cũ nimiũ non habeat humorẽ: licet non excolatur, herbã producit: ſi vero colatur fructus. Ne carnẽ itaq; reddamus inutilem, neq; ſegnem & noxiam, ſed vtiles fructus in ea plãtemus, & ligna fructifera, nec ea deliciis ſoluamus. Eteñ & illa vermes pro fructibus emittũt, cũ marcuerint: ſic & ingenita cupiditas, ſi eam irrigaueris, malas parit voluptates, & ą abſurdiſſimas. Et ꝓpterea de gehẽna iugiter audiamus, vt ex huius minis & timore multum emolumenti capiamus. Nam ſi deus peccantes in eã deiecturus huius minas nõ pręmiſiſſet, in eã multi cecidiſſent. Si nunc enim timore animas noſtras concutiente, ſunt aliqui tã facile peccantes, tãquam nec ipſa ſit: ſi nihil horũ dictum fuiſſet, neq; intentatum, quid mali non feciſſemus? Itaq; quod ſemper dico, gehenna non minus ą regnũ dei circa nos curã oſtendit. Gehenna nanque cum regno cooperatur ad ipſum homines timore compellẽs: ne ſæuitiæ, neq; crudelitatis rẽ eſſe cẽſeamus, ſed miſericordię, multæq; benignitatis & curæ, & dulcis erga nos amoris. Niſi per lonã ſubuerſio denunciata fuiſſet, nõ fuiſſet prohibita ſubuerſio. Niſi dixiſſet, ꝙ ſubuertetur Niniue, Niniue nõ ſtetiſſet: niſi fuiſſet intentata gehẽna, in gehẽnã omnes cecidiſſemus: niſi prænunciatus ignis fuiſſet, ignẽ fugiſſet nemo. Eorũ quę facere vult cõtraria dicit, vt quæ vult faciat. Nõ vult mortẽ peccatoris: & dicit mortẽ peccatoris, ne mittat in mortẽ. Nec verbo tãtum teſtatur, verũ & factis oſtẽdit, vt fugiamus. Ne quis vero minas hoc eſſe ſolum exiſtimet, verũ & eſſe re vera, ex his quæ hic facta ſunt, patet. An non tibi videtur gehennæ ſignum eſſe diluuiũ vniuerſalis, & omnibus perniciоſæ pluuiæ? ſicut enim, ait, in tempore Noë erant nubẽtes & nuptui tradentes: ita tunc quoq; prędixit ante multũ tẽporis, & nunc prædicit ante annos quadringẽtos, & plures: ſed nemo, qui attendat. Omnes fabulã rem eſſe putant, omnes riſum, timor habet neminẽ, nemo luget, nemo pectus tundit. Ignis exæſtuat, fluuius flãma ſuccenditur, & nos ridemus, & delicias amplectimur, & licentioſe peccamus. Nullus vnquã in mentẽ illum diẽ admittit, nullus cogitat, ꝙ præſentia prætereunt, ꝙ hæc ſunt tẽporanea, licet ipſis rebus quotidie clamãtibus, & vocem emittentibus. Præmaturę mortes, rerũ noſtrarũ mutationes, nobis etiã viuentibus factæ nos nõ corrigunt, non languores, & reliqui morbi. Nec ſolũ autẽ in corporibus noſtris mutationes, verũ & in ipſis elementis quiſpiã videbit: & in ætatibus per ſingulos dies mortẽ meditemur, & in omnibus ſemper inſtabilitas per opera deſignatur. Nunquã hyems remanſit, nunquam æſtas, nunquam ver nec autumnus: ſed omnia currunt, & auolant, & fluũt. Sed quid dixerim flores? ſed quid vis? dignitates, reges, & qui ſunt hodie, cras autem nõ erunt? Sed diuites, ſed ædificia ſplendida, ſed noctẽ & diem, ſed ſolem, ſed lunã: an non & ipſa decreſcit, ipſe vero ſol nõ frequenter deficit, nõ obtenebratur, non eum nubes abſcõdit? Nunquid viſibilium quippiam ſemper manet? Nihil, ſed anima ſola omnium quę ſunt in nobis, & hanc negligimus: eorũ quidem, quę variantur, tanquam permanentiũ, multam gerentes curam: manentis autẽ ſemper, tanquam tranſeuntis nullam habentes rationem. Ille magna poteſt, ſed in craſtinum vſq; poſt hęc vero peribit. Et hoc manifeſtum ex his qui maiora valuerunt, & nunc nuſquã apparent. Fabula quędã eſt, & ſomniũ vita: ſicut enim in ſcena aulæo ſublato varietates diſſoluuntur, & omnia coruſcante luce ſomnia auolãt: ita nũc quoq; conſummatione veniente tam cõmuni, ą vniuſcuiuſque, omnia diſſoluuntur & euaneſcunt. Et lignum quidem quod plãtaſti, manet: & domus quã ędificas, & ipſa manet: faber autẽ & agricola abducuntur & pereũt. Et cum hęc fiãt, nec ita veremur: ſed tanquã immortales hęc omnia cõparamus, deliciis & luxui vacãtes. Igitur audi quid Salomon dicat, qui præſentium experientiã reb⁹ ipſis cepit: Aedificaui mihi domos, ĩquit, plãtaui ortos & viridaria, vineas, natatorias aquarũ, argẽtum & aurum factũ eſt mihi, feci mihi cãtores & cãtatrices, greges & armẽta. Nemo nanq; fuit ita deliciоſus, nemo tam glorioſus, nemo tam ſapiens, tantũ dominans nemo, nemo tantũ ad vota ſibi vidit omnia ſucceſſiſſe: quid igit? nullã ex his cepit vtilitatẽ. Sed quid ait poſt hæc oĩa? Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Nõ ſimpliciter vanitas, ſed per excellentiã. Ei quæſo credamus, & res apprehẽdamus, in quibus non eſt vanitas, vbi veritas, vbi cuncta firma ſunt atq; ſtabilia, vbi ſunt omnia ſupra petrã ędificata: vbi ſenectus nõ eſt, neq; trãſitus: vbi florent omnia, omnia vigent, vbi nihil veteraſcens, ſeneſcens nihil, nihil perditioni proximũ. Generoſe quæſo deũ deſideremus, nõ gehẽnæ metu, ſed regni deſiderio. Quid eñ rogo Chriſti parviſioni? nihil eſt. Quid illorũ æquale bonorũ gaudio? nihil. Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quę pręparauit deus diligentibus eũ. Illa cõſequi ſtudeamus, iſta cõtemnamus: nónne frequenter ea dãnamus: quoniam nihil eſt humana vita? Quid circa nihil laboras? Sed ſplẽdida reſpicias ædificia, & horũ te fallit aſpectus, ſtatim in cœlum reſpice. A lapidibus & colũnis ad illum decorẽ oculos reflecte, & videbis ꝙ hæc formicarum ſint & culicũ opera. Cõtemplare ſpectaculũ, aſcẽde ad cœleſtia, illinc ædificiorũ diſce ſplendorẽ, eſſe nihil inuenies: ſed paruulorũ ludibria puerorum. Vides quãto ſubtilior, quãto leuior, quãto purior ſit aër atq; lucidior, quãto magis alta cõſcẽdis? Illic qui præſtãt eleemoſynam, domos habẽt & tabernacula. Hæc in reſurrectione reſoluũtur, quin potius & ante reſurrectionẽ ſuperueniẽs tempus corrupit, perdidit atq; diſſoluit: & ante tẽpus autẽ in ipſo plerunq; vigore & flore vel terræmotus proſtrauit, vel etiam incendium omnia frequẽter vaſtauit. Nõ enim in ſolis hominũ ætatibus, verũ & in ędificiis præmaturę ſunt clades: & frequẽter marcida quidẽ tẽpore facta, cõcuſſa rerra mãſerunt immota: coruſcãtia vero fixáq;, & recenter cõſtructa ſolo tonitru cõcuſſa perierunt. Et hoc diſponẽte deo fieri cenſeo, ne in ædificiis aliquid ſapiamus. Vis & aliter nõ dolere? ad communia veni ędificia, quorũ ęquè particeps es & tu. Nõ enim eſt domus, licet ſit valde ſplẽdida, cœleſtibus ſplendidior

Universidad de Deusto
Biblioteca

didior ædificiis. Ibi quantũuis tẽporis immorare, tua A
sunt illa, tua sunt, cum aliis cõmunia sunt & non propria. Sed non delectant: primũ quidem cõsuetudinis est, secũdum autem auaritiæ: igitur quod delectat est auaritia, nõ pulchritudo. Igit auaritia delectatio est, & quæ sunt omniũ, velle sibi vendicare. Quousq; hic erimus affixi? Adhęsimus terrę tanquã vermes, in cœno volutamur. Corpus de terra nobis deus cõtulit, vt ipsum & in cœlũ reuehamus, non vt animam per ipsum ad terrã detrahamus. Terrenũ est, sed si velimus, efficitur cœleste. Vide quãto nos honore prosecutus est, tale nobis opus præcipiẽs. Feci, inquit, ego cœlũ & terram, do tibi quoq; creationem. Fac terram cœlum, nã potes. Qui facit omnia & mutat, de deo dictũ est, hanc & hominibus potestatẽ dedit. Sicut aliquis pater charitate plenus pingẽs, nõ ipse solus, sed & filium ad patrũ disciplinam perducere studet, Feci, in- B
quit, ego speciosũ corp⁹, do tibi melioris creationẽ. tu bonam fac animã. Dixi ego, Germinet terra herbam virẽtem, & omne lignum pomiferum: dic & tu, producat ipsa terra fructũ proprium, & exibit quicquid facere velis. Facio æstatẽ & nebulam, firmo tonitru, & creo spiritũ, formaui draconẽ ad illudẽdum ei, hoc est diabolũ, nec hanc inuidi tibi potestatẽ: illude tu quoque si vis: potes enim eũ vt passerem vincire. Facio oriri solẽ super bonos & malos. Imitare tu quoq;, cõmunica quæ tua sunt & bonis & malis. Cõtumelias patiẽs tolero, cõtumeliásq; parantes beneficiis prosequor. Imitare etiã tu. Nec ita benefacias propter retributionem, neq; propter gratiarũ actionem. Accendi luminaria in cœlo, his splendidiora tu quoq; fac accẽdas: potes enim. Eos qui sunt in errore, illumina: maius est illud beneficium, q̃ solẽ intue- C
ri, me agnoscere. Hominẽ facere nõ potes, sed iustũ facere potes, & deo gratũ. Ego substãtiam creaui, tu voluntatem exorna. Vide, quomodo te diligam, & in maioribus tibi virtutẽ dederim. Videtis dilectissimi, qualiter honorati sumus, & ex irrationalibus, & ingratis quidã dicunt: Quare volũtatis domini sumus? hæc omnia quæcunq; percurrimus, in quibus deum possumus imitari, nisi liberũ esset arbitriũ, sectari minime possem⁹. Dominor, inquit, angelis ego, & tu per principiũ. In throno regali sedeo, & tu consides per primitias. Cõresuscitauit, inquit, & consedere nos fecit in cœlestibus. Adorãt te Cherubin, Seraphin, omnis angelica virt⁹, principatus, potestates, throni, dominationes, per primitias. Noli corp⁹ accusare, quod tãto fruitur honore, quod & incorporeæ tremũt virtutes. Sed quid dixerim? Non his tantũ amorẽ ostendo, verum & his quę passus sum: propter te cõsputus sum, colaphis cędsus, gloriã exinaniui, patrem reliqui, & ad te veni, qui me oderas & auersabaris: neq; nomen meũ audire volebas. Secutus sum & accurri, vt te cõprehẽderem: te mihimet vniui & copulaui. Mãduca me dixi, bibe me, & te sursum habeo, & deorsũ tibi connector. Non satis est tibi, q̃ tui primitias sursum habeo? Hoc nõ tuum satiat desiderium. Et deorsum rursus descẽdi, nec simpliciter tibi commisceor: sed connector, manducor, paulatim attenuor, vt magna fiat temperies, cõmixtio & vnio. Nam quę vniũtur, in propriis permanent terminis, ego vero tecum cõtexor. Nolo deinceps esse quicquã interualli: vnũ vtraq; esse volo. Hæc itaq; scientes, & multam eius sentientes curã, agamus omnia, quæ nos magnis ipsius donis non indignos ostẽdere possint: quæ vtinã omnes assequamur in Christo Iesu domino nostro, cũ quo patri, simul & spiritui sancto, gloria, imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amẽ.

De monachorum vita, & quòd quæ videtur eorum grauis esse vita, dulcior est ea quæ facilis esse videtur. Homilia LVI.

QVm maiore libertate dilectissimi, hodie vos alloqui volo, sed sustinete, vt discatis, q̃ hæc monachorum vita & crucifixorũ, quæ grauis esse putatur, & onerosa, hac quæ facilis & mollior esse videtur, multo dulcior est atq; concupiscibilior. Et huius vosipsi testes, qui frequenter in ærũnis & mœroribus circumuenientibus mortẽ postulatis: & illos vocatis beatos, qui in montibus & speluncis habitantes coniugiũ non attigerunt, & vitam degũt trãquillam, cum vos in arcibus, vel in castris, temerè viuatis & frustra, & in scena diẽ & orchestris agatis. Nã licet inde multæ voluptates scaturire videantur, & lætitiæ fontes, innumerę tamen acerbiores oriuntur sagittæ. Si quis enim puellę cuiusquam illic saltãtium amore captus fuerit, super omnem militiam, super innumeras peregrinationes grauius sustinebit tormentum, omni ciuitate circunsessa se miserius habens. Veruntamen ne hæc interim exquiramus, ipsa captorum relinquentes conscientiæ, de multorum agite vita loquamur: & tantum vtriusq; vitæ reperiemus interuallum, quãtum est portus & pelagi, quod continuis frangitur ventis, discrimen. Ex ipsis autem diuersoriis statim tranquillitatis procemia contẽplare. Fora nanq; fugiẽtes & ciuitates, & medios tumultus, in montibus vitã elegerunt cum præsenti cõmune nihil habentem, nihil sustinentem humanum, non secularem tristitiam, non dolorem, non curam tantã, non pericula, non insidias, non inuidiam, nõ zelotypiam, non absurdos amores, non aliud quicquã huiusmodi. Hic iam quæ sunt regni meditantur in saltibus conuersantes, & montibus, & speluncis, & quiete ac solitudine multa, & super hæc omnia cum deo. Et ab omni quidẽ eis munda tumultu domũcula, omni verò vitio ac morbo libera anima, subtilis & leuis, & aëre subtilissimo longe purior. Opus autem eis, quod erat & Adæ ab initio, & ante peccatũ cum erat gloriam indutus, & deo cũ fiducia colloquebatur: & locum illum multa fœlicitate plenum habitabat, & cũ ante præuaricationẽ ad colendũ paradisum positus fuit. Quid enim deterius hi sunt illo dispositi? nec vna quidem ei cura secularis erat, at nec his. Deo cum pura loquebatur conscientia, hoc & hi faciũt: quinimò multo maiorem illo fiduciam habent, quanto maiorem quoq; consecuti sunt gratiam per spiritus ministerium. Igitur oportebat quidẽ oculis nos hæc haurire. At postquam renuitis, & in tumultibus & foris commoramini, vel sermone vos doceamus, vnã eorum conuersationis partẽ assumentes: non enim omnis eorum vita potest recensèri. Hæc orbis terrarum luminaria, quando sol oritur, quin potius multo ante auroram ex lectulo surgentes incolumes, & solertes, & sobrij: (nec enim vlla tristitia vel solicitudo, nõ capitis grauedo, negociorúmve labores, non turba, vel huiusmodi quicquam aliud eos disturbat, sed tãquam angeli degunt in cœlo.) surgentes itaque statim ex cubili hilares & læti, chorúmq; constituentes in alacri conscientia, consonanter omnes tanquam ex vno ore hymnos omnium deo cõcinunt, eum venerantes, & ei gratias de omnibus agentes, tam propriis quàm communibus beneficiis. Itaq;, si videtur,

Adã omittẽtes, interrogemus quid ab angelis differat hic chorus super terrã canentiũ, & dicentiũ: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Vestis autem eis fortitudine digna. non eũ caudatis vtẽtes vestibus, iuxta eneruatos & molles induũtur, sed iuxta beatos illos angelos, Heliam, Helisæũ, Ioannẽ, secundũ Apostolos: cum vestimenta sint ipsis parata, his quidẽ ex caprarum pilis, his autem ex pilis camelorũ. Sunt autẽ & quibus solę sufficiunt pelles, & hæ iamdudũ cõfectæ. Mox vt illa dixerint cantica, flexis genibus laudatũ deũ pro negociis inuocant, in quorum cõgregationẽ quidam nec statim veniunt. Petunt enim præsentiũ quidem nihil (eis enim horũ nulla ratio) sed vt cũ fiducia stent coram illo tremendo tribunali, cũ veniet viuos iudicaturus & mortuos vnigenitus dei filius, & nullus illam audiat horrendã vocẽ dicentẽ, Nescio vos. Et vt cũ B
pura cõsciẽtia, multisq; meritis hãc laboriosam transigant vitã, & secundo vento difficile nauigent pelagus. Præcedit ante eos in oratione pater prælatus, deinde surgẽtes perfectis illis sanctis & cõtinuis precibus, orto iam sole vadũt ad opus quisq; suum, multũ hinc prouentũ egentibus cumulantes. Vbi nunc sunt se choris dedẽtes diabolicis, & meretriciis cãtibus, & in theatris sedentes? Pudet enim illorũ meminisse, tamen propter infirmitatẽ vestram opus est & hoc facere. Paul⁹ eũ ait: Sicut igitur exhibuistis mẽbra vestra seruire immũditiæ, sic nunc exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Igitur & nos ex fornicãtibus fœminis, & iuuenibus scortãtibus in scena constitutũ chorum inquiramus, & horum beatorũ ad voluptatis rationẽ, qua præsertim multi socordes iuuenũ capiuntur illarũ laqueis: tãtum enim C
discrimen inueniemus, quãtum si quis angelorum in cœlo canentium illã consonantissimam audisset melodiã, & canes in fimo defossos & latrantes. Per hæc enim ora Christus, per illã vero linguã diabolus resonat. Et illis quidẽ fistulæ non articulata consonant voce, buccis interim eis tumescẽtibus, & se distrahẽtib⁹ neruis insuaui spectaculo: sed hic spiritus insonat gratia, pro tibia, cithara & fistula, sanctorũ vsa labiis. Quia vero quęcũq; dixerimus, voluptas explicari nõ potest, propter istos luto affixos, & operi lateritio: & propterea vellẽ horum aliquem circa talia furẽtium suscipere, & eò perducere, horúmq; sanctorũ ostẽdere chorũ, neq; mihi iam verbis opus fuisset. Veruntamen licet ad terrenos loquamur, sermone vel modicũ eos ex cœno & paludibus extrahere conemur. Nã D
illinc quidẽ auditor absurdi statim amoris ignẽ concipit: tanquã enim nõ satis sit meretricis aspectus ad mentẽ succendendam, & vocis pestem adiunxerunt: hic vero si quid habet anima tale, statĩ deponit. Neq; porrò vox & aspectus, verũ & harũ vestes magis spectãtes cõturbant. Et si quis sit pauper crassorũ & neglectorũ, ex aspectu plurimũ indignabitur, & frequẽter ad semetipsũ dicet: meretrix quidẽ & leno, & coquorũ & coriariorũ filij, & plerunq; seruorũ in tantis viuũt deliciis: ego vero liber & ex liberis, iustos sequens labores, ne per somniũ quidem hęc concipere possum. & ita succẽsus mœrore discedit. Apud monachos autẽ nihil huiusmodi, sed oĩa contraria. Cum enim diuitũ filios & generosis progenitoribus ortos talia viderit indutos vestimẽta, qualia neq; pauperũ extremos, & ad hęc gaudẽtes: cõsiderate quãtã paupertatis consolationẽ capiens abit: siue sit diues, cor-

rectus recedit, melior effectus. Rursum cũ in theatro quidẽ aurea meretricẽ indutã viderint, pauper quidem ingemiscet & flebit, suã videns vxorẽ huiusmodi nihil habere: diuites autem videbũt, & ex hoc spectaculo suas aspernabũtur cõsortes. Cũ enim habitũ, & aspectũ, & vocẽ, & gressum, & omnia vidẽtibus illa præferat mollia: accẽsi recedunt, & iã captiui suas petunt domos. Hinc iniuriæ & cõtumeliæ, hinc inimicitiæ, bella, & quotidianæ mortes, hinc captis vita minime vitalis, & iã ingrata cõiunx, & filij non æquè desiderabiles, & oĩa domi cõfusa, & ab ipsa iam luce vexari se putãt: sed ex his cœtib⁹ nulla talis molestia, sed mansuetũ & mitẽ virũ vxor suscipiet, ab omni liberatũ mala voluptate, & eo facilius q̃ antea vtetur. Talia quidẽ ille chorus parit mala, hic autẽ bona: ille quidẽ ex ouibus lupos faciẽs, hic autẽ ex lupis agnos cõstituens. Sed nihil adhuc ferè nobis de voluptate dictũ est. Et quid possit esse iucundius, q̃ non tumultuari, neq; mẽte tristari, neq; dolere & gemere? Verũ & altius sermonẽ prouehamus, & vtriusq; cantus atque spectaculi fructũ indagemus, & illũ quidẽ ad vesperam vsq; manentem videbimus, donec in theatro sedeat spectator: post hęc autẽ omni stimulo grauius eum contristantẽ: hanc autẽ spectatorũ animis cõtinue vigentẽ. Nã & virorũ formã, & loci iucunditatẽ, & conuersationis dulcedinẽ ac vitæ puritatẽ, & pulcherrimi spiritualisq; cãtus gratiã sibi semper habẽt insidentẽ. His itaq; portubus potientes, quasi quandam deinceps procellã fugiunt multorum tumultus. Neq; vero canentes tãtum & orãtes, verum & libris affixi, iucundũ sunt videntibus spectaculũ. Cũ enim chorum dissoluerint, hic quidẽ Esaiam sumens, cum C
illo loquitur: hic autem cum Apostolis conuersatur, alius ab aliis elaborata percurrit: & de hoc vniuerso philosophantur, de deo, de visibilibus, de intelligibilibus, de vitæ præsentis vtilitate, de futurorũ beatitudine: & optimo cibo pascuntur, nõ brutorum carnes elixatas habẽtes appositas, sed eloquia dei super mel & fauũ, mel admirabile, & multo melius, q̃ quod Ioannes per desertum olim degustabat. Hoc enim mel nõ syluestres quępiã apes floribus insidẽtes colligũt, neq; rorem maturãtes aluearibus immittunt: sed spiritus gratia cõstruens, pro fauis & aluearibus & fistulis in sanctorũ animis reponit, vt volenti liceat cum libertate iugiter vesci. Has igitur apes & ipsi imitantes, sanctorũ voluminũ fauos circumuolant, magnã hinc decerpentes voluptatẽ. Et si vis illorum discere mensam, accede propius, & eos experieris talia eructantes. Omnia mitia & iucunda, & spirituali odoris suauitate plena. Nullũ turpe verbum illa possunt ora emittere, nihil scurrile, nihil asperum, sed omnia cœlis digna. Nullus aberrauerit, ora multorum, qui per fora trahuntur, & circa secularia rabiem exercẽt, cœni cuiuspiam riuis cõparans: horum autem ora fontibus melle manantibus, & pura fundentibus fluẽta. Si quis vero, q̃ multorum ora cœni riuis assimilauerim, indignetur, sciat q̃ multum ignoscens locutus sum. Scriptura nanque nec hac vtitur mensura, sed altero lõge grauiori exemplo, ait enim: Venenum aspidum *Psal. 31.* sub labiis eorum: &, Sepulchrum patens guttur eorũ. At illorum non sunt talia, sed multæ sunt plena fragrantiæ, & præsentia quidem huiusmodi, futura vero qualis sermo nobis explicuerit? Quæ mens concipiet angelicam sortem, beatitudinem, ineffabilia arcanáq; bona? Forte multi nunc incaluistis, & in huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulchrę cecidistis desideriū cōuersationis. Sed quid emolumēti,si dum hic estis,hūc ignē habetis: egressi vero flammam extinguitis,& hic ardor contabescit? Qualiter igitur agendū,vt hoc non accidat? Dum est tibi feruens hic amor,ad ipsos abeas angelos illos,eū magis accēde. Non enim ita te poterit sermo noster accēdere,sicut rerū aspect⁹. Ne dicas: alloquar prius vxorē,& res dissoluā: torporis initium est huiusmodi dilatio. Audi, ꝙ quidam cum domesticis suis paciscī voluit,neq; Propheta permisit: & quid dico paciscī? Patrē sepelire discipulus voluit,& nec istud Christus cōcessit: licet quid tam necessariū videatur esse,q̄ patris sepultura, attamē nec hoc cōcessit. Cur tandem? quoniā acer instat diabolus ingressum aliquē capere volens. si vel breuē arripuerit vacationē & dilationē, magnū inducit torporē. Propterea quidā admonet, ne differas de die in diē: sic enim plura perficere poteris,sic & domestica tibi bene disponētur. ait enim, *Matth.6.* Querite regnū dei,& hęc omnia apponētur vobis. Si nanq; sua despicientes, & nostrorū curā præferētes, in multa nos cōstituimus tranquillitate: multo magis deus etiā sine his curā gerens & prouidens. Ne cures itaq; tua,sed ea deo dimitte. Nā si satagas,tanquā homo satagis: si vero dimittas,deus prouidebit. Ea tu ne curaueris,maiora dimittens, quoniā ipse multum eis nō prouidebit. Vt igitur eorum magnam gerat prouidētiam,ipsi soli omnia cōmitte. Si vero & ipse spiritualibus omissis ea tractaueris, nō multā eorum ipse curā geret. Vt igitur & hæc tibi bene disponantur, & omni cura libereris,spiritualia tene,contēne secularia: sic enim & cum cœlis terram habebis, & futura consequēris bona,gratia & clementia domini nostri Iesu Christi,cui gloria,& imperium, cum patre, sanctóque spiritu,in secula seculorum,Amen.

De monachorum vita, & de solita ab eis fieri post mensam gratiarum actione, & de iudicio. Homilia LVII.

RVrsum ad deserta proficiscar, & iterum eosdem attingā sermones: quoniā cum maiori voluptate vos audiētes video. Videamus igitur & hodie spiritualia castra,videamus à timore puram voluptatē. Non enim cum hastis sunt in tētoriis, sicut milites(hic enim antea sermonē dissolui)neque cum clypeis & thoracibus: sed his omnib⁹ nudos videbis,& talia facientes,qualia neq; cum armis illi. Et conscius esse potes,veni,& mihi manum porrige, & eamus ambo in hanc expeditionē,& instructas acies videamus. Hi nanq; per singulos dies bellū gerunt,& iugulant aduersarios,& omnes cōcupiscentias nobis insidiātes superāt, & has solo prostratas videbimus, *Galat.5.* & apostolicū illud rebus exhibitum dicēs: Qui vero sunt Christi, carnē suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Vidisti mortuorum multitudinē iacentium,spiritus gladio iugulatorum? Propterea non est illic ebrietas,neq; crapula,& ostendit id mensa,& trophæum in ea statutum. Nam ebrietas quidem & crapula iacet mortua per aquæ potum in fugā conuersa,multiformis hæc & multiceps bestia. Sicut em̄ in Scylla fabulis decātata,& Hydra,itidē & in ebrietate multa possunt capita reperiri,hinc fornicatio,illinc ira,aliunde mollities,aliunde amores nefarij nascentes: sed hęc omnia sublata sunt. Et omnes illi exercitus,licet innumera profligauerint bella, ab his capiuntur. Et nec arma,nec hastæ,nec quicquam aliud aduersus has acies stare potest: sed ipsos gigantes strenuos,multa præclara gerentes absque vinculis inuenias vinctos, somno & ebrietate, sine cæde atq; vulneribus tanquā vulneratos iacentes,quinimò & multo crudelius. Nam illi quidem vel palpitant: hi vero nec hoc quidem,sed statim decidunt. Vides quòd maior hic exercitus & mirabilior? hostes enim interficit,qui superant illos volendo duntaxat. Sic enim illam omnium malorum matrem infirmam faciunt, vt iam non infestet. Iacente verò duce,& sublato capite,reliquum quoq; corpus quiescit, & illic manentium quenq; videas hanc obeuntem victoriam. Non enim quēadmodum in his hostibus,si quis ab aliquo vulnus accipiat,iam alteri nō est infestus, cum semel ceciderit,sed omnes est opus hanc feram percutere. Et qui nō percusserit eam atq; prostrauerit, omnino vexatur. Vidisti splendidā victoriā? quale siquidem exercitus vndiq; simul cōgregati trophæum erigere non possent,hoc eorum quilibet erigit. Et ibi destructa sunt omnia furiosa,rationem non sequētia, insaniæ verba,morbique furentes, & iniucundi fastus,& omnia quotquot ab ebrietate armātur, & suū imitātur dominum,quem admirans scriptura,dicebat: De *Psalm.* torrente in via bibit,propterea exaltabit caput. Vultis & aliunde mortuorū videre multitudinē? Videamus ex deliciis cōcupiscētias,ex lixis,ex coquis,pincernis,placentariis: confundor enim omnia quidem dicere,verūtamen dicam,phasianas aues, fercula affluenter mixta, humidos & aridos cibos, leges super his positas. Velut enim quandā habitātes ciuitatē, & exercitus instruentes: sic & hi quid primū,& quid secundū sanciunt & statuunt. Et hi quidē primum aues ad prunas tostas, intus piscibus refertas introducūt. Alij vero faciunt aliunde illegitimorū horum conuiuorū principia. Et multū de his certamen,& de qualitate,& de ordine,& de multitudine,& in quibus cōfundi decebat,gloriantur: hi quidem ꝙ diei dimidiū absumpserunt,hi vero ꝙ totum diem: alij porrò ꝙ & noctem addiderunt,dicentes: Vide miser vētris mēsuram,& de immodico studio confundere. Sed nihil huiusmodi penes angelos illos, verum & omnes hæ concupiscentiæ sunt mortuæ. Non enim ad saturitatem & delicias,sed ad necessitatem eis nutrimētum. Non auium ibi venatores,neq; piscium, sed panis & aqua. Hæc autem confusio atque tumultus omnino sunt illinc procul: & ex cellula,& ex corpore trāquillus portus,apud hos vero multa tempestas. Scindas igitur mente ventrem talibus vescentium,& multam videbis ingluuiem, & immundam cloacam,& dealbatum sepulchrum. Quæ vero sequuntur, & dicere pudet, molestas eructationes, ex superiori parte vomitus,ex inferiori excrementa. Vade vero,& has illic quoq; concupiscentias vide,& ardentiores in his amores,venereos dico: nam hos omnes videbis prostratos cum equis & impedimentis. impedimentum enim & arma,& equus, turpis actionis est turpe verbum: equum pariter videbis & ascensorem talem, & arma iacentia: hic autem omne contrarium, & corpora vulnerata, & animas iacentes mortuas. Nec in mensa vero tantum splendida sanctis est illis victoria,verum & in aliis,in pecuniis,in gloria, in inuidia, in omnibus morbis. Nunquid tibi videntur hæc illis esse castris fortiora, & meliora mensa? Et quis contradicet? nemo, nec vllus quidem illorum ipsorum, licet multum insaniat. Hæc enim in cœlum transmittit,illa vero trahit in gehēnam: hanc diabolus instruit,illam vero Christus: hanc luxus sancit, & immodestia,

immodestia,illā vero philosophia & modestia. Huc Christus venit,illuc vero diabolus: vbi siquidē ebrietas,ibi diabol⁹: vbi turpia verba,vbi saturitas,illic dęmones choreas agunt. Talē habebat mēsam dives ille,propterea ne guttę quidē aquę dominus fuit: at hi non talem,sed iam angelica meditātur. Non nubūt, neq; ducunt vxores,neq; multū dormiunt,neq; deliciis vacant,sed pręter pauca quędā vt incorporei facti sunt. Quis est igitur inimicos tā facile vincens, vt prādens trophęū erigat? propter hoc & Propheta di- *Psal.22.* cit: Parasti in cōspectu meo mēsam aduersus eos qui tribulant me. Non enim quisquā errauerit & de hac mensa dictum illud pronuncians. Nihil enim sic animā angit,sicut concupiscētia mala,& luxus,& ex his oriētia mala. Et hoc bene norūt, qui experientiā ceperunt. Si vero discas & vnde hæc colligitur mēsa,& vnde illa,tunc vtriusq; differentiā bene videbis. Igit̄ hæc vnde colligitur? ex innumeris lachrymis, ex viduarum oppressione,orphanorū rapina: illa vero ex iustis labor⁹. Et hęc quidē mēsa similis est pulchræ ac speciosæ mulieri,nihil exteriorū indigēti, sed naturalē habēti pulchritudinē: illa vero meretrici cuipiam turpi atq; deformi,multos quidē habēti fucos, neq; tamē turpitudinē obūbrare valenti, sed quanto quis ꝓpius accesserit, magis redargutioni obnoxiæ. Nam & hæc cū accedenti propior fuerit,tunc magis turpitudinē ostēdit. Illa nanq; simul accumbētes nihil turpe,tanquā libera,dicere permittit: hæc autem tanquā meretrix & contēpta,nihil honestū. Illa quęrit vtile secū conuersantis,hæc damnum: & illa quidem deum offendere nō sinit,hęc autē non sinit non offendere. Migremus igit̄ ad illos,inde sciemus,quot vīculis simus inuoluti,inde sciemus mēsam apponi bonis plenā innumerabilib⁹,suauissimā, nunquā deficientē,à solicitudine liberā,inuidię, liuoris, & omnis pestis immunem,& bona spe refertā,& multa statuentē trophæa. Non est illic tumultus,non morbus, nō ira. omnia trāquillitas,omnia pax. Nec enim mihi dicas ministrantiū in diuitum ædibus silētium,sed prandentiū clamorem: non alterius ad alterum dico (nam & hic quidem deridēdus est)sed interiorem in anima magnā inferentem captiuitatem,cogitationū tumultus,tempestatē,caliginem,procellam,per quæ omnia miscētur & cōfundūtur,& nocturnæ cuidam pugnę similia sunt. At nō in monachorū tabernaculis talia,sed multa tranquillitas, quies multa. Et illam quidē mēsam somnus morti simillimus excipit: hanc vero sobrietas & vigilia. Et propterea hos præsertim laudo & admiror,tū ꝓpter alia,tū propter hāc dilectionē. Illi nanq; postquam pransi fuerint, imò vero post cœnam,nunquā enim prādium norunt,scientes ꝙ præsens tempus est luctus & ieiunij. Itaq; post cœnam deo quosdā gratiarū hymnos dicentes,& huius vocis reminiscūtur. Et si vultis & ipsos hymnos audire,vt & vos cōtinue dicatis, illum omnē sacrum vobis cantum recēsebo. Ipsius itaq; verba se sic habent: Benedict⁹ de⁹,qui pascis me à iuuētute mea. Qui das escam omni carni,imple gaudio & lætitia corda nostra,vt omnē sufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonū,in Christo Iesu domino nostro,cū quo tibi gloria,honor & imperiū, cum sancto spiritu in secula,Amen. Gloria tibi domine, gloria tibi sancte,gloria tibi rex: qm̄ dedisti nobis cibos in lætitiā, imple nos spiritu sancto,vt inueniamur in conspectu tuo beneplacētes,nō erubescētes,quādo reddes vnicuique secundū opera sua. Omnē hūc quidē hymnū admirari dignum est, præsertim autem hunc finem. Quoniā enim mensa & cibus diffundere cōsueuit atque grauare,animæ quasi frænum quoddam hāc dictionē apponūt circa remissionis tēpus, iudicij temporis eā cōmonefaciētes. Didicerūt enim quid passus fuerit Israēl ex lauta mēsa: ait em̄, Comedit & im- *Deut.32.* pinguatus est,& recalcitrauit dilect⁹. Et ꝓpterea Moses dicebat: Cū comederis & biberis, & fueris repletus,recordare domini dei tui. Post illā enim mēsam patrata sunt ipsis illa nefaria scelera. Cōsidera igit̄ & tu,ne quid huiusmodi patiaris: quāuis em̄ lapidi nō sacrifices,nec immoles auro pecudes & vitulos,aliter tamen immolas. Caue furori sacrifices animā tuā,ne fornicationi tuā mactes salutem,nec aliis huiusmodi vitiis. Propter hoc enim & illi talia timētes præcipitia,potiti mensa,vel potius ieiunio(nā eorum & mēsa ieiuniū est)tremēdi tribunalis & illius diei memoriā sibimetipsis faciūt. Si vero illi ieiuniis,& humi stratis cubilib⁹,vigiliis,& sacco,& innumeris semetipsos modis domantes,etiā huius indigent cōmonitionis: quando nos vnquam māsuete poterimus viuere,qui mēsas apponimus infinita ferētes naufragia, nec vnquā penitus oram⁹,nec in principio,nec in fine? Propterea vt hæc naufragia soluam⁹, hymnū illū, quem in mediū protulimus,totū replicemus, vt ex ipso videntes vtilitatē, ipsum continue post mensam canamus,& vētris cōprimamus petulantias,& illorū mores angelorum,& leges in domos nostras introducamus. Nā oportebat quidē nos illuc eūtes hæc lucrari. At postquā nō vultis,vel per sermones nostros spiritualem hanc melodiā audite,& vnusquisq; vestrum post mēsam hęc verba dicat,hoc incipiēs modo: Benedictus deus. Apostolicā enim legem statim implēt dicentē. Quicquid facimus in sermone vel opere, in *Colloss.3.* nomine domini nostri Iesu Christi faciamus, gratias agentes deo & patri per eū. Mox gratiarum actio nō pro vno tātū illo die,sed pro tota vita exhibetur. Ait enim: Qui pascis me à iuuētute mea. Et hinc sapiētiæ doctrina: deo quidem pascente, nō est opus nos esse solicitos. Nā si rege pollicito quotidianū victum ex propriis cellariis se tibi præbiturū,iam in futurū confidis: multo magis cū deus præbeat,& omnia tibi tāquā ex fonte fluant,ab omni solicitudine congruum est absolui. Propter hoc em̄ & talia dicunt, vt & sibimetipsis,& à se discētibus persuadeant omnē exuere secularem solicitudinē. Postmodum ne putes ꝙ pro se solis hanc reddant gratiarū actionē, subdūt dicentes, Qui das escā omni carni, pro toto gratias agētes *Psal.135.* mundo: & tanquā totius terrarū orbis patres,ita deo pro omnibus laudes referunt, & semetipsos ad verā hortātur fraternitatē. Nec enim illos odisse possunt, pro quibus,ꝙ pascātur,deo gratias agunt. Vidisti charitatem quoq; per gratiarum actionem introduci, & eiici secularem vitam & per anteriora,& per hæc? Si enim omnē pascit carnē,multo magis sibi dicatos. Si nanq; secularibus deditos curis, multo magis ab his absolutos: hoc & Christus cōfirmans dicebat, Quot *Matt.10.* passeribus meliores estis vos? Hæc autem dicebat,instruens nō esse confidendum diuitiis,& terræ, vel seminibus. Nō enim ista sunt quæ nutriūt, sed verbum dei. Ex his & Manichæos & Valentini sectatores, & omnes cum illis sentientes obmutescere faciunt. Nō enim malus est hic, qui sua omnibus proponit, & blasphemantibus eum. Postmodum & petitio: Imple

Universidad de Deusto Biblioteca

gaudio & lætitia corda noſtra. Quali dicit gaudio? Nũquid ſeculari?abſit.Hoc em̃ ſi vellẽt,mõtiũ cacumina non petiiſſent,& ſolitudines,neq; ſaccũ induerentur.Sed illud dicũt gaudiũ, cum præſenti vita nihil habens commune,angelicum,cœleſte.Neq; ſimpliciter illud petunt, ſed multa cum ſuperabundãtia. Non enim dicunt,Da:ſed,imple:neq; dicũt,nos,ſed, corda noſtra.Hoc enim prẹſertim eſt cordis gaudiũ. Fructus enim ſpiritus,charitas,gaudiũ, pax. Poſtquã enim peccatum triſtitiam intulit, petũt ſibi per gaudium inſtitiã inſeri. Non enim aliter gaudium inueniretur.Vt ſemper omnẽ ſufficientiã habentes abundemus in omne opus bonum.Vide dictionẽ euangelicam impleri,dicentem:Panem noſtrum ſubſtantialẽ da nobis hodie. Et hũc ipſum vero quærẽtes propter ſpiritualia:aiũt em̃, Vt abũdemus in omne opus bonũ:non dicũt, vt ſolum quod debemus faciamus, B verũ & plura mandatis. Hoc enim eſt ſuperabundemus.& à deo quidem ſufficientiã expoſcũt in neceſſariis: ipſis vero nõ tantũ cum ſufficiẽtia obedire volunt,verum cum ſuperabundantia multa, & in omnibus.Hoc ſeruorũ eſt gratorum,hoc virorum ſapientiũ, ſemper & in omnibus abũdare. Poſtea rurſum ſe propriæ cõmonentes imbecillitatis, & ꝙ nihil abſq; ſuperno fauore generoſum fieri poteſt,poſtquam dixerint,Vt abũdemus in omne opus bonũ : ſubdũt,in Chriſto Ieſu domino noſtro, cũ quo tibi gloria,honor & imperium in ſecula,Amẽ. Aequalis principio finis per gratiarũ texitur actionẽ.Mox rurſum à principio quidẽ incipere videntur, eundem autem continuant ſermonẽ.Sicut & Paulus in epiſtolẹ primordio,cum in glorificationẽ terminaſſet atque dixiſſet,
Galat.1. Secundum voluntatẽ dei & patris,cui gloria in ſecula,Amen:rurſum incipit materiam,de qua ſcribebat.
Rom.1. Et iterum alibi,cum dixiſſet,Coluerunt & ſeruierunt creaturæ omiſſo creatore,qui eſt benedict⁹in ſecula, Amen:non conſummauit ſermonem,ſed rurſus incipit.Nec hos itaq; redarguamus angelos tanquam inordinate faciẽtes,ꝙ ſermonẽ in glorificationem terminantes,denuo ſacros incipiunt hymnos. Apoſtolicas nanq; ſequuntur cõſuetudines, incipiẽtes à glorificatione,& in eandẽ deſinentes, & poſt finẽ iterato hæc exordiuntur,dicẽtes:Gloria tibi domine,gloria tibi ſancte,gloria tibi rex: quoniam dediſti nobis cibos in lætitiam.Nec enim pro magnis tantum, ſed etiam pro paruis agere gratias oportet: gratias autẽ & pro his agunt,Manichẹorum confundentes hæreſim,& quotquot prẹſentem vitam eſſe malã aſſerunt. Nam ne quid propter ſummã virtutẽ,& ventris contemptum de ipſis tanquã cibos abominãtibus,quale de illis ſemetipſos ſuffocãtibus ſuſpicareris,per orationẽ te docent, ꝙ non dei creaturas deteſtãtes pluribus abſtinent,ſed virtutem exercẽtes.Et vide quomodo poſt gratiarum actionẽ de datis, & de maioribus ſupplicãt,neq; circa ſecularia morantur,ſed ſuper cœlos aſcendũt,& dicunt, Imple nos ſpiritu ſancto.Nec em̃ bene nos gerere poſſum⁹ vt oportet,niſi gratia ſim⁹ illa repleti:ſicut nemo poteſt quicquã generoſum vel magnũ facere, niſi Chriſti potiatur auxilio.Sicut itaq; poſtquam dixerũt, Vt abũdemus in omne opus bonũ:ſubdiderũt,in Chriſto Ieſu:itidem & hic dicũt,Imple nos ſpiritu ſancto, vt inueniamur in cõſpectu tuo beneplacentes, & non erubeſcentes, Non enim,inquiũt,nobis eſt cura de hominũ confuſione,ſed quicquid homines de nobis improperãtes

A dixerint,ridẽtes,minime curamus: omne vero nobis certamen eſt,ne tunc cõfundamur. Cum autem hæc dixerint,& ignis fluuiũ introducunt, & præmia certaminis,& brauia.Nõ dixerunt,Ne puniamur:ſed,ne cõfundamur. Hoc enim nobis gehenna multo terribilius eſt,ab illa decidere gloria, dominũ offendere. Sed quoniã multos & craſſiores hoc non terret, ſubdunt: quando reddes vnicuiq; ſecundum opera ſua. Vides, quãtum hi nobis externi & peregrini profuerunt,eremi ciues,imò vero ciues cœlorũ: nos quidẽ cœlorum hoſpites, terræ vero ciues, hi verò ecõtra. Poſt hunc autẽ hymnum multa repleti compunctione,& feruẽtibus lachrymis,ſic ad ſomnum ſe conferunt,tantũ dormiẽtes,vt parum requieſcant. Et rurſum noctes dies faciunt, in gratiarum actionibus & hymnodiis degentes.Nec vero viri tantũ,ſed & mulieres hanc exercẽt philoſophiam, naturæ infirmitatem promptitudinis abundantia ſuperantes.Illarum itaq; ſtudium nos viri reuereamur,& præſentibus inhiare tabeſcentes deſinamus,vmbræ ſcilicet,ſomniis & fumo.Etenim maior vitæ noſtræ pars in ſenſibilitate.Nam & ætas prima multæ plena eſt dementiæ: quẹ vero rurſus ad ſenectutem tendit,omnem in nobis ſenſum cõtabefacit:& parum eſt mediũ,quod cũ ſenſu deliciis vti valeat. Quinimo nec illud has purè poteſt guſtare, cũ multæ ſolicitudines & labores illi noceant. Propterea,ſupplico, immota quæramus & immortalia bona, & vitã nulli ſenio deinceps obnoxiam. Poteſt enim & vrbem habitans monachorum ſapientiam imitari,poteſt & vxorem habens,& domi conuerſans orare,ieiunare & compũgi.Quoniam & in principio ab Apoſtolis inſtructi ciuitates quidem C habitabant, & ſolitudines petentium pietatem exhibebãt.Alij vero rurſum officinis præpoſiti, vt Priſcilla, & Aquila:Et omnes Prophetẹ,& vxores habebãt,& domos:vt Eſaias,Ezechiel, & magnus Moſes, & inde nil ad virtutem lẹdebantur.Hos igitur & nos imitati,ſemper deo gratias agamus,ſemper eum laudemus, & modeſtiæ cæterarúmq; virtutum curã geramus,& vigentem in deſertis conuerſationem in vrbes introducamus,vt & deo grati,& hominibus probabiles videamur,& futura conſequamur bona,gratia & humanitate domini noſtri Ieſu Chriſti,per quẽ & cum quo deo & patri gloria,honor & magnificentia,ſimul cum ſancto & viuifico ſpiritu, nunc & ſemper,& in infinita ſecula,Amen.

De vita monachorum,& quòd ſcripturarum lectio eſt medicinalis officina. Homilia LVIII.

D VLtis dilectiſſimi, rurſum ad virtutis ciuitatẽ eamus,ſanctorũ tabernacula dico, mõtes & ſaltus:illic enim hanc humilitatis videbimus altitudinẽ.Homines enim,hi quidẽ exterioribus dignitatibus,hi vero pecuniis olim ſplendidi, vndique ſemetipſos corripiunt,veſte,domo,miniſteriis,& tãquam in literis per omnia ſcribunt humilitatem: & quẹ ſunt ſuperbiẹ fomenta,bene veſtiri,& ſplendide ædificare,& multos habere miniſtros,quẹ frequẽter & inuitos in ſuperbiam agunt,hæc illic omnia ſublata ſunt.Et ignem ipſimet accendunt,ipſi ligna cõminuunt,ipſi coquunt,venientibus miniſtrant ipſi. Nõ poteſt illic quiſquã audiri contumeliam inferens vel patiẽs:nec imperãs,nec cui imperetur:ſed omnes ex miniſtrantiũ ſunt numero, & hoſpitum quiſq; pedes abluit,& multa de hoc contẽtio:& hoc facit nõ examinans,quis ille ſit:nec vtrum liber ſit an ſeruus, ſed

vnicuiq; miniſteriũ hoc exhibet.Nullus ibi magnus, A nullus paruus.Quid igit̃?Cõfuſio?abſit,ſed perfectiſſimus ordo:licet em̃ quis paruus ſit,magnus hoc non reſpicit,ſed & illo ſe rurſum inferiorẽ exiſtimat eſſe, & ita maior efficitur. Vna mẽſa & miniſterium ſuſcipiẽtibus & exhibẽtibus,eadem fercula,eadem indumenta,habitacula eadẽ,eadem vita.Magnus illic vilius opus arripiens.Nõ eſt ibi Meũ & Tuum,ſed hoc verbum eliminatũ eſt,infinitorum cauſabellorum.Et quid miraris,ꝙ vna ſit omnibus diæta, veſtis & menſa:quippe cũ omnibus ſit vna anima, nõ tantum quo ab ſubſtantiã (hoc enim & omnibus) verũ & quo ad charitatẽ? Qualiter igitur hæc vnquam contra ſeipſam inſurgeret?Nõ eſt ibi paupertas & diuitiẹ, gloria & ignobilitas:qualiter igitur aditũ inueniret arrogãtia,vel ſuperbia? Nã ſunt quidẽ & parui & magni ſecundũ virtutis rationẽ,ſed quod dixi, nullus hoc intuetur. B Paruus nõ dolet quaſi cõtemnatur,nec vllus eſt qui contẽnat:ꝙ ſi quis tamen aſpernetur, hoc maxime docentur contẽni,reſpui,& vilipẽdi per verba, per opera, & cum mẽdicis & debilitatis conuerſantur.Et ipſis mẽſæ talibus ſunt plenæ cõuiuis: & propterea cœlis quoq; ſunt digni. Et hic quidẽ vulnera virus habẽtia curat,hic autẽ cæcum manu ducit, hic vero crure portat debilẽ. Non eſt illic aſſentatorum multitudo,neq; paraſitorũ, imò vero neq; quid tandem aſſentatio ſit,norunt. Vnde igitur vnquã extollerẽtur?Apud eos em̃ eſt ẹqualitas multa,& propterea multa virtutis facilitas.Etem̃ his inferiores magis docentur:q̃ ſi per principatus eis cedere cogerẽtur. Sicut enim audacem percuſſus & cedẽs corrigit: itidem & ambitioſum gloriã non vendicãs,ſed contẽnens:hoc autem illic cum largitate faciunt. Et quãta C penes nos eſt pugna primas partes aſſequendi, tantũ apud illos certamẽ ne conſequãtur,ſed repellant.Et multũ eſt ſtudiũ,quis magis præcellat, contemptum patiens,non honorem admittens.Alioquin autem & ipſa opera modeſtè ſe gerere docẽt,& excandeſcere non permittunt.Quis enim,quẹſo,terrã fodiẽs & irrigans,plantans,ac ſportellas aut ſaccum texens, vel alia quædam huiuſmodi tractans, vnquam altum ſapiet?Quis autẽ in paupertate viuens, & pugnãs cum fame,tali morbo laboret? Nemo, ꝓpterea facilis eſt illis humilitas.Et ſicut hic eſt difficile modeſte ſe gerere,propter plaudentiũ multitudinẽ & admirantiũ: ſimiliter illic perquã facile.Etenim ille tãtum ſolitudini vacat,& aues videt volantes,& arbores concuti, & flantem Zephyrũ,& riuos per valles deferri.Igitur vnde tali viuẽs in ſolitudine extollatur? Non tamen D propterea nos excuſationẽ habebimus, quoniam in medio conuerſantes altũ ſapimus.Nam & Abraham
Gene.18. cũ eſſet inter Chananẹos,dicebat:Ego vero ſum ter-
Psal.21. ra & cinis.Et Dauid in mediis caſtris, Ego autẽ ſum vermis & non homo.Et Apoſtolus in medio terrarũ
1.Cor.15. orbe, Nõ ſum dign⁹ vocari Apoſtol⁹.Quẹ nobis igitur erit conſolatio?quæ vero purgatio? cum neq; tot habentes exẽpla modeſte nos geramus?Sicut em̃ illi ſunt innumeris digni coronis, primi virtutis viã perambulantes:ita nos infinitis vltionibus obnoxij, qui neq; poſt illos prægreſſos & in literis poſitos, neque poſt hos viuẽtes,& admiratione per facta dignos,ad parẽ trahimur ẹmulationẽ.Quid enim dicere poſſis, ſi non corrigaris?Neſcis literas,nec ad ſcripturas declinaſti, vt virtutes antiquorũ diſceres: hoc quoque præcipuè quidẽ crimẽ eſt,cum Eccleſia continue ſit

A aperta,non ingredi,& illos latices optimos haurire. Veruntamẽ ſi defunctos per ſcripturas nõ agnouiſti, nos viuẽtes cernere licebit.Sed nullus eſt qui deducat.Veni ad me,& ego tibi ſanctorũ iſtorũ oſtẽdam tabernacula:veni,& ab eis diſce quippiã vtile.Lucernẹ ſunt hi lucẽtes vbiq; terrarũ,muri ſunt vrbib⁹ circũſedẽtes.Propterea ſolitudines petierũt,vt & te doceant populares cõtemnere tumultus.Nam ipſi quidem,vtpote qui fortes ſint,etiã in medio turbine frui poſſunt trãquillitate:tibi vero penit⁹ exhauſto quies eſt neceſſaria, & ab aſſiduis fluctibus aliquantulũ reſpirare.Illuc itaq; frequenter vade, vt continuam diluas maculã,precibus eorũ & monitionibus.Dic em̃ mihi, quomodo ſeruis noſtris febricitantibus medicos accerſimus,& domũ ſeparamus,& illic cogimus artis legibus obedire:& ignauiter ſe gerẽtibus difficiles ſum⁹,& cuſtodes adhibem⁹ qui ne volẽtes quidẽ B eos ſuas implere cõcupiſcẽtias permittãt. Et ſi dixerint eorũ curam gerẽtes, opus eſſe medicamẽta comparari precioſa,cedim⁹,quicquid prẹceperint paremus,& eis horũ præceptorum præmia ſoluimus. Cũ vero nos laboramus (at vero non eſt tẽpus quo non laboremus)neq; medicũ accerſimus, neq; impendimus pecunias:ſed tanquã aliquo carnifice,vel inimico & hoſte iacente, ita nullã animæ curam gerimus. Et hæc dico nõ circa ſeruos obſequiũ damnans, ſed ſuadens vel tantã animæ noſtræ curã gerere.Et qualiter,inquit,faciemus?Eã oſtende Paulo languẽtem, introduc Matthẹũ,adhibe Ioannẽ,ab ipſis audi quid oporteat agere laborantẽ,dicentẽ omnino, neq; celabũt.Nec enim mortui ſunt, ſed viuunt atq; loquũtur.Sed febre detenta nõ attẽdit.Coge tu eam,& ip- C ſius rationẽ excita,accerſe Prophetas.Nõ eſt op⁹ his medicis erogare pecunias,nec em̃ ipſi pro eis pecunias exigunt, neq; pro medicamentis quæ cõponũt, in impendij te mittunt neceſſitatẽ, præter eleemoſynam.In aliis autẽ & erogant, vt quando modeſtè viuere præcipiũt,intẽpeſtiuis & abſurdis te liberãt impenſis.cum ab ebrietate abſtinere,opulentiorẽ te faciũt.Vidiſti medicorũ artem cum ſanitate pecunias quoq; tribuentiũ?eis igitur aſſide,& ægritudinis tuæ naturam ab eis diſce.Puta pecunias& auaritiã amas, frequẽter,ſicut febricitãtes, frigida:igitur audi quid admoneãt:tanquã medicus enim tibi dicit:Si indulgeas concupiſcẽtiæ,periſti,& hoc & illud ſuſtinebis.
Itidem & Paulus:Qui volũt diuites fieri, incidunt in *1.Tim.6.*
tentationẽ,& deſideria inutilia & damnoſa,quæ demergunt homines in perditionẽ & mortem.Sed im- D patiens es,ipſum audi dicentem,Adhuc modicũ,veniẽs veniet,& nõ morabitur.Dominus propè eſt, nil ſoliciti ſitis.Et iterũ,Præterit figura mũdi huius.Nec enim ſolũ imperat,verum & conſolatur, tanquã medicus.Et ſicut illi pro frigidis alia quẹdã excogitant, ita & hic cõcupiſcentiã transfert:ait enim, Vis diues fieri?fias in operib⁹ bonis.cupis theſaurizare?nõ prohibeo,ſed in cœlis tantum. Et ſicut medicus dicit,ꝙ frigida nocent dentibus,neruis:itidẽ & ipſe, breuius quidem tanquã breuitatẽ affectans, multo tamẽ manifeſtius & efficacius. Radix enim omniũ malorũ eſt auaritia. Quid igitur tenendũ eſt? & hoc dicit,Sufficiẽtia pro auaritia:ait enim,Quæſt⁹ magnus ſufficiẽtia cũ pietate.Si vero ægrè fers,& plura concupiſcis, nedum omnia ſuperflua proiicere ſuſtines, & huiuſmodi dicit infirmo, & qualiter his vtẽdum ſit,vt qui gaudent in poſſeſſionibus,tanquã non gaudentes: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

habentes,tanquam non habentes:& qui vtuntur hoc mundo,tãquam non vtãtur.Vidisti qualia præcepit? Vis & alium post hunc medicum adducã?Mihi certè placet,nec enim sunt medici, sicut corporũ,qui frequenter sibi æmulãtes infirmum demerserunt.At nõ hi:nam ad laborantium sanitatem, non ad propriam respiciunt ambitionẽ:igitur eorum ne timueris multitudinẽ,vnus in omnib⁹ loquitur magister Christus. Alium igitur vide rursum ingredientem,& grauia de hac ægritudine dicentẽ,imò vero magistrũ per eum: Nõ potestis deo seruire,& mammonæ.Ita est, inquit aliquis,& qualiter hęc erunt? Quomodo cõcupiscẽtiã relinquamus?hinc & hoc discere licet.Et quomodo sciemus?audi eum & hoc dicentẽ,Nolite thesaurizare vobis thesauros super terrã,vbi ærugo & tinea demolitur,& vbi fures perfodiunt & furantur.Vides qualiter à loco,& à nocentibus,nos ab eorũ quę sunt hic,cõcupiscẽtia deterret,&affigit cœlo,vbi sunt omnia incõsumpta?Si diuitias enim illuc transtuleritiis, vbi nec ærugo,neq; tinea,neq; fures effodiunt & furãtur,& hunc morbum repelletis , & animam in magna constituetis opulẽtia.Præter dicta vero exemplũ quoq; in medium agit,quod te modestũ faciat.Et sicut medicus ægrotũ terrẽs,ait, Ille frigida vsus mortuus est:sic & ipse diuitem introducit laborantẽ quidem,& vitã sanitatémq; concupiscentẽ,sed voti minime cõpotem, eo q⁹ auaritiã sectatus fuisset, sed inanem repulsum.Et post hunc alium tibi rursum alius ostendit Euangelista,qui torretur, neq; guttam aquę potest habere:mox ostendens,q⁹ facilia sunt mãdata,
Mar.10. ait:Respicite volatilia cœli:cũ benignus sit, neq; diuites desperare permittit.Quæ nãq; sunt apud homines impossibilia,possibilia sunt apud deũ,inquit.Quãuis enim diues sis,te medic⁹ curare potest. Nec enim occidũt diuitiæ,sed esse diuitiarum seruũ,& auaritiæ amatorẽ.Et quomodo diues saluari potest? qui indigentibus cõmunia possidet:qualis erat Iob,& ex anima pluriũ eliminat cupiditatẽ, nec vllo pacto necessariũ vsum excedit:ad hęc tibi demõstrat & hunc ipsum publicanũ,qui auaritiæ vehementi febre detinebatur, cito liberatũ. Quid enim publicano dolosius? attamẽ homo factus est pauper,q⁹ medici legibus paruit . Tales enim habuit discipulos his morbis laborantes,quibus & nos, & statim sanatũ eorum quenq; nobis ostẽdit,ne desperaremus. Vide igitur hunc publicanum, qui quadruplũ quidẽ pro his quæ rapuit, reddere promisit,& omniũ quę possidebat,dimidiũ, vt Iesum susciperet:at tu succẽderis,& ardẽter pecunias cõcupiscis.Habe quę sunt omniũ pro tuis,& his
Matt. 19. quę quæris plus tibi do,inquit,tibi per orbẽ diuitum reserãs domos. Qui nanq; reliquerit patrem, vel matrem,vel agros,vel domũ,centuplum accipiet.Ita nõ modo plurium delectationẽ, verum & infestam hãc sitim penitus auferes,& oĩa facile sustinebis:non tantum plura non cupiens,verũ neq; necessaria plerũq;. ita Paulus esuriit,& magis gloriabatur,q̃ cum mãducaret.Quoniã & athleta cum certat& coronatur,discedere & in voluptate esse nõ eligeret. Vel mercator maris vias aggressus in ocio iã esse nõ mallet . Et nos itaq; si spirituales fructus,vt par est,gustauerimus,nil iam præsentem vitam existimabimus,veluti quadam optima ebrietate,futurorũ capti desiderio . Gustem⁹ igitur,vt & præsentium liberemur tumultu,& futuris bonis potiamur , in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

De beneficio quod à nobis indigentibus exhibetur. Et de vita Monachorum. Homilia LIX.

MAgna merces est dilectissimi , q⁹ aliquis & aliena dispẽsare possit.Non autẽ tantũ dandi merces est,verum & bene dispẽsandi quę dantur.Quare tu mercedẽ nõ arripis? Quòd enim & hoc merces sit,audi. Statuerũt Apostoli Stephanum cum aliis in viduarũ ministeriũ.Vt tu sis tuorũ dispẽsator,ipse te dei timor eligit & humanitas.Hoc & ab inani gloria liberatũ est,& animis requiẽ pręstat,hoc manus sanctificat,sensum humiliat, & philosophiam docet,promptiorémq; reddit, hoc te benedictiones accipere facit . Abit caput tuũ omnes à viduis susciպiens benedictiones,in orationibus prõptior efficieris.Exquire sanctos quoque viros, & vere sanctos in desertis sedentes,qui mẽdicare non possunt,deo vacantes. Vade longã viã,eroga per temetipsum,multũ nanq; per teipsum proficere poteris,si des. Vides tabernaculũ & tugurium,vides desertum, vides solitudinem? Frequenter pecunias daturus accedens totã animã dedisti,& detẽtus es,& illius captiuitatis particeps factus,cũ mũdo simul peregrinatus es.Magnũ opus est & pauperes videre:ait enim, Bonũ est in domum luctus intrare,q̃ in domũ risus. Hinc excandescis. nã si pariter ridere suppetat , ad lasciuiã stimulũ accepisti:si vero nõ suppetat,hausisti tristitiã.In luct⁹ autẽ domo nihil huiusmodi,verũ siue delicias nõ habeas,nõ dolueris:siue habeas,corripieris.Vere lugẽdi domus est monasteriũ,vbi saccus & cinis,& solitudo: vbi risus non est,neq; secularium turbela negociorum.Vbi ieiuniũ,& stratũ humi cubile,omnia pura à nidore,cruoribus,tumultu,perturbatione &vexatione,portus est trãquillus,sunt tanquã faces ab excelso *Ibidem.*
loco procul aduenientibus,in portu sedẽtes & omnes ad suã trahentes trãquillitatẽ,neq; sinentes fieri naufragia ad se respicientibus,eò contuentes in tenebris non permittẽtes versari.Ad eos abi,hospitare, accede,sanctos tãge pedes. Multo nanq; honestius est illorum pedes tangere,q̃ aliorũ caput.Dic enim mihi, si quidã statuarũ pedes apprehendunt, quoniã tantũ regiã habent figurã:tu ipsum habentẽ in seipso Christum nõ pedibus tenebis, & saluus eris?Sãcti sunt pedes,licet viles sint: inquinatorũ vero neq; caput venerandũ est.Sanctorũ nanq; pedes magna potuerũt, quamobrẽ & vlciscuntur,cum pedibus puluerem excusserint.Cũ sanctus sit apud nos,nihil eius nos confundat.Sancti vero sunt oẽs , quotquot cũ vita rectã fidem habẽt:licet signa nõ faciant,licet dęmonas nõ eiiciãt,sancti sunt.Si sanctorũ,inquit,pedes lauit. Sicut enim à terra in cœlũ, sic est ad viri sancti cõfugere monasteriũ.Non illic ea vides,quæ domi.Ab omnibus est mundus ille locus , silẽtium & quies multa: Meum & Tuum ibi nõ est . Si vero vnũ vel alterũ ibi diem manseris,tunc plus senties voluptatis . Dies lucescit,imò vero ante diem gallus cantauit, & non sicut domi,stertunt serui,ianuę clausæ,omnes mortuis similes sunt dormientes,mulio tintinabula concutit. Illic huiusmodi nihil,sed omnes statim cũ reuerentia somnum deponentes exurgunt,excitante eos prælato , & consistunt sanctum constituentes chorum , & statim manus extendentes , sacros hymnos decantant.Non enim,sicut nos,multis egent horis vt somnum excutiant,& grauedinẽ capitis.Nos enim simul ac excitati sumus,& multum sedemus nos distẽdentes,ad necessitatem abimus,mox faciem abluimus & manus,

manus,post hæc indumẽta sumimus & calceamẽta, & multũ absumitur tẽporis. Illic vero tale nihil , nemo seruum vocat,sibi quisq; sufficit , nõ multis eget indumẽtis,nõ opus est somnum excuti, sed simul ac oculos aperuit,illi qui iãdudum excitatus fuit, similis est propter sobrietatẽ.Cũ enim cor cibis minimè grauatũ nõ deorsum mergatur, nõ indiget multi tẽporis,vt se referat : sed statim est in solertia , mundæ manus,somnus eñ est ordinatus. Nullus ibi stertentes audit,aut anhelãtes.Nullus se per somnũ versantem videt,nullus se denudantẽ, sed dormiũt vigilãtibus iacẽtes honestius . Hoc autẽ totum ex animæ cõpositione procedit.Hi verè sancti , & inter homines angeli.Multus enim dei timor in profundũ mergi somnum non sinit,& animã obruere, sed in superficie accedit,ipsos tantum requiescere faciens.Talia ipsorum & somnia,non phantasiis & monstris plena: sed,vt dixi , postquã gallus cantauit , statim veniens prælatus,& pede solũ simpliciter cędens,omnes excitauit:nec eñ nudos illic fas est dormire . Mox statim surgẽtes stãt hymnos cãtantes propheticos multa cũ vocis cõsonantia,cum aptè cõpositis concentibus.Neq; cithara,neque fistulæ,nec vllũ aliud musicum instrumentũ talem emittit vocem,qualem audire licet in profunda quiete&solitudine,sanctis cãtantibus illis.At & ipsa cantica cõmoda, & in deum charitate plena.In noctibus, inquit, extollite manus vestras ad deum . Et de nocte vigilauit spiritus meus ad te deus,quoniam lux præcepta tua super terram. Et Dauidica cantica multos mouẽtia fontes lachrymarum.Quippe cum cantet,dicens:Laboraui in gemitu meo,lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meum rigabo . Et iterũ, Quia cinerem tanquam panem manducabam. Et iterum, Quid est homo,quia innotuisti ei:aut filius hominis, quia reputas eũ? Homo vanitati similis factus est , & dies eius sicut vmbra prætereũt:&, Ne timueris cum diues factus fuerit homo,vel cum multiplicata fuerit gloria domus eius.Et rursum,Qui habitare facit vni⁹ moris in domo.&,Septies in die laudaui te super iudicia iustitiæ tuę.Et iterũ,Media nocte surgebam ad confitendũ tibi super iudicia iustitię tuę.&,Deus redimet animã meam de manu inferi.&,Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.Et iterum , Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negocio perambulãte in tenebris,à ruina & dęmonio meridiano.&, Aestimati sumus tãquam oues occisionis. Quoniam & cũ angelis cantant:nam & angeli canunt, Laudate
dominum de cœlis:nobis hiantibus, & nos scalpentibus stertentibusq;,vel supinis negligẽter iacentib⁹, & innumeras cogitantibus fallacias . Quanti est eos in hoc totã noctem insumere? Cum verò dies iam lucescere debet,tum requiescũt:& cum nos incipimus opera,illi tẽpus habent quietis.Facto autẽ die quisq; nostrum alterum vocat , egressorũ rationem agit, in forum educit,assistit magistratui, tremiscit,& pœnas metuit.Alius in tabernaculo, ad suum alius opus.Illi verò cum rursum matutinas orationes celebrauerint & hymnos,ad scripturarum lectionem conuertũtur. Sunt autẽ & qui libros transcribere docti , assignatũ quisq; sumens habitaculum, semper agit quietẽ, nugante nemine, nemine quicquam dicente,Tertiam, sextam,nonam & vespertinas orationes celebrãt.Et in quatuor partes diem dispartiti , dũ singulæ partes

implentur, psalmodiis & hymnis deum venerantur. Omnibus autẽ prandentibus,tidentibus,ludentibus, & ingluuie se disrũpentibus,hymnis hi vacant.Nusquam mensę tẽpus, nusquam sensibilium horũ.Rursum post prandiũ eadem continuantur,postquam se prius somno dederint.Itaq; mundani quidem & die dormiunt , illi verò & nocte vigilant , verè lucis filij sunt . Tũ illi multo circa somnũ tempore cõsumpto, grauati procedunt:hi vero sunt adhuc sobrij,sine cibo manẽtes,& hymnis vacantes.Vespere rursum facto , illi quidẽ balnea petunt,& remissiones: hi vero se laboribus absoluentes,tũc mensam petunt, nõ seruorũ excitãtes multitudinẽ, neque domum circumcursantes,neq; tumultuãtes, neque lautos apponentes cibos,& nidorẽ exhalantes: sed hi quidem cũ sale panem,hi vero & oleum adiungentes. At illi quicunq; sunt infirmiores,olera quoque habent atq; legumina.Deinde parum sedentes, vel potius hymnis omnia cõcludentes, in suo quisq; lectulo requiescũt ad solum somnum non delicias comparato.Non est principum illic metus, non est dominorum insolentia,nõ est seruorum timor , non mulierum tumultus, non est puerorum perturbatio, nõ arcularum multitudo,neq; superflua vestium repositio,nõ aurum, nõ argentũ,non sunt custodiæ, non cellarium, nõ aliud quicquam huiusmodi : sed omnia sunt oratione plena, hymnis omnia, omnia spirituali fragrantia, nihil ibi carnale.Latronũ non timẽt insidias:nec enim habent quo spolientur, pecuniæ non adsunt:corpus est & anima:si hac priuentur, iacturam non faciunt, sed proficiunt.Mihi nanq; viuere Christus,inquit,& mo- *Philip.1.*
ri lucrũ.Sic enim verè vinculis absoluunt. Vox exul *Psal. 117.*
tationis in tabernaculis iustorũ. Nunquam illic vlulatus audiri potest, nunquã deploratio, mundum est ab huiusmodi molestiis tectũ,ab hoc purũ clamore. Moriuntur quidẽ & ex eis aliqui : non enim sunt immortales corpore , sed morientes nescіunt mortem: hymnis defunctos prosequuntur,honorẽ hoc appellant, nõ funus. Et si nunciatum fuerit q⁹ ille mortuus est,multũ vbiq; lætitiæ, voluptatis multũ: quin vero nec vllus audet dicere, ille mortuus est,sed, ille consummatus est.Tum gratiarũ actio,lętitia,gloria multa,vnoquoq; talẽ habere finem orante, ita certamen hoc exire,à laborib⁹ & certaminibus quiescere,videre Christũ.Et si quis ægrotat, nõ lachrymæ, non luctus,sed rursum orationes, non medicorum manus, sed sola frequẽter fides ægrotũ liberauit:si vero medicis opus sit,multa & hic modestia,tolerãtia multa. Nõ adstat mulier crines soluens,neq; pueruli nondũ factam orbitatem deplorantes: neq; serui expirantẽ deprecantes , vt in tuto cuipiam se commendẽt: sed ab omnibus his anima liberata, duntaxat extremam cõsiderat expirationẽ,vt deo migret amica . Si vero morbus accidat,ex ingluuie nõ accidit, nec ex capitis grauedine . Quin & hæ morborũ causæ sunt laudibus plenę,nõ accusatione,sicut illæ.Nã vel vigilię, vel iciunij nimietas , vel aliquid huiusmodi morbos inducit,ex quib⁹ & facile liberanẽ . Satis enim est nõ amplius similiter laborantẽ omnibus esse molestiis liberatũ.Quid dicis igitur,inquit,mihi?Si sanctorum pedes lauit,licet in ecclesiis tales inuenire. Nõ enim quoniã illorum viã enarrauimus,ecclesiasticos contemnimus. Multi plerunq; tales & in mediis sunt ecclesiis, sed in secreto.Nõ enim quoniam domos circumeunt:neq; quoniam in forum se conferũt,neque

quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniã præſident, ipſos contemnimus, & hoc deus præcepit: ait enim: Iudicate pupillo, & defendite viduam. Multę virtutis ſemitę, ſicut & multa margaritarum differentia, cum omnes margaritæ vocentur: ſed hęc quidem eſt lucida, & vndiq; rotunda: alia vero hanc nõ habet pulchritudinẽ, ſed alteram. Quam autem hanc? Sicut ex quadam arte corallium productam habet lineam, & angulos tornatos, & alium alibi coloris amœniorem: hæc autem rurſum viridem omni viriditate gratiorẽ, alia ſanguinis floridum ruborẽ exhibet, alia mari magis cœrulea, alia purpura coruſcãtior, alios multos flores & ſolis colores quiſpiam inueniret: tales & ſancti, hi quidem ſemetipſos exercẽt, hi vero & eccleſias curãt. Si ſanctorum, inquit, pedes lauit, ſi tribulatis ſubminiſtrauit. Curramus ad opus, vt illic gloriari poſſimus, & ſanctorum lauim⁹ pedes. Si pedes ipſorũ oportet lauare, multò magis & de manu pecunias eis erogare. Neſciat, inquit, ſiniſtra tua, quid agat dextera tua. Quid ĩnumeros teſtes aſſumis? neq; ſeruus ſciat, ſi fieri poteſt, nec vxor. Multa fraudulẽti ſcãdala, frequenter quæ nihil vnquã impediuit, tunc impedit, vel ex inani gloria, vel alia re quapiã. Quoniam & Abraham licet admirabilem haberet vxorẽ, filiũ oblaturus latuit, quanuis futurum ignoraret, ſed omnino ſe credens occiſurũ. Quid igitur dixiſſet, ſi fuiſſet vnus de multis? Quis eſt hic talia faciẽs? Nónne crudelitatis & ruſticitatis eũ accuſaſſet? Neque ſuum videre filium vxor habitã digna eſt, neque ſupremam vocem audire, neque palpitantem conſpicari, ſed tanquam captiuum ſumẽs ſic abducebat. Sed horum nihil ille iuſtus cogitauit, ebrius deſiderio: nihil eñ aliud intuebatur, niſi quomodo mandatũ impleret. Neque filius illic erat, nec vxor, imò vero nec ipſe futurũ ſciebat. Ita per omnia purum offerre ſacrificiũ ſtudebat, nõ lachrymis, non cõtradictione polluere. Et ait ad eũ Iſaac: Ecce ligna & ignis, vbi eſt victima holocauſti? Quid itaq; pater? Deus prouidebit ſibi victimã in holocauſtũ, fili. Dicitur quidẽ hoc & prophetia, & filium ſibi prouidebit in holocauſtũ, & ſimul & tunc euaſit. Quid & ipſum celas? Dic immolandũ. Profectò, inquit, timeo, ne langueat, timeo ne non dignus inueniatur. Vides qualiter omnia cum diligentia gerebat? vt dicit ſcriptura, Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: hoc eſt, licet tanquã propriũ membrum aliquẽ habeamus, ipſi monſtrare ne ſtudeamus, niſi neceſſe ſit: nam hinc multa naſcuntur mala. Ad inanem gloriam quis tollitur, plerunque ſit impedimentũ. & noſipſos ſi fieri poteſt, lateamus, vt promiſſa bona conſequamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto gloria, honor, & imperium, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Mat.6.

Gen.22.

De ſumentibus indigne diuina & ſancta myſteria,
Homilia LX. Ex Matthæo.

SIcut ad perfectionem noſtram, dilectiſſimi, promptitudo noſtra non ſufficit, niſi ſuperno potiamur fauore: ita nihil à ſuperno lucrabimur auxilio, ſi promptitudo defuerit: & hæc vtraque Iudas oſtendit & Petrus. Ille nanque multo potitus adiutorio, nihil profecit, quoniam noluit, neque quod ſuum erat, exhibuit: hic autem & valde promptus, poſtquam nullum nactus eſt auxilium, cecidit. Ex his duobus enim virtus texitur. Quamobrẽ exhortor, vt neque totum deo dimittentes dormiamus, neque ſtudentes nos propriis laboribus totum efficere putemus. Nec eñ nos eſſe ſupinos vult deus, propterea non ipſe totum operatur: nec vult eſſe ſuperbos, & ideo totum nobis non cõceſſit: ſed vtriuſque tollens nocumentum, nobis vtile reliquit. Propterea & apoſtolorum principẽ cadere permiſit, eũ ita demiſſum reddens, & deinceps ad maiorem prępparans charitatem. Cui nanque plus, inquit, dimiſsũ fuerit, magis amabit. In omnib⁹ itaq; deo pareamus neque contradicamus: licet cogitationibus noſtris aduerſari videatur & oculis quod dicitur: ſed ſit & cogitationibus & viſu dignior ipſius ſermo, ſic & in myſteriis agamus. Nec ſolũ præ oculis poſita reſpiciamus, ſed ipſius verba cõtineam⁹. Ipſius enim ſermo infallibilis, ſenſus autem noſter ſeduci facilis: ille nunquam decidit, hic autem vt plurimũ errat. Quoniam igitur verbũ dicit, Hoc eſt corpus meũ: & pareamus & credamus, & intellectualib⁹ ipſum oculis intueamur. Nihil enim ſenſibile nobis Chriſtus tradidit, ſed res quidem ſenſibiles, omnes autem intelligibiles. Itidem & in baptiſmate: per rem, nẽpe ſenſibilem aquam, donum confertur: intelligibile vero quod perficitur, generatio & renouatio. Si enim incorporeus eſſes, nuda & incorporea tibi dediſſet ipſa dona: ſed quoniã anima corpori conſerta eſt, in ſenſibilibus intelligibilia tibi præbet. Quot nunc dicũt, vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta, calceamẽta. Ecce eũ vides, ipſum tangis, ipſum mãducas. Et tu quidẽ veſtimẽta videre cupis. Ipſe verò tibi concedit non tantum videre, verum & mãducare, & tangere, & intra te ſuſcipere. Igitur accedat nemo eũ nauſea, nemo reſolutus, omnes accẽſi, omnes feruentes & excitati. Nam ſi Iudæi ſtantes, & calceamenta manibus geſtãtes & baculos, agnũ cum feſtinatione comedebãt, te multo magis oportet eſſe ſolertem. Nam illi quidẽ in Palæſtinam erant prodituri, & propterea viatorũ figurã habebant: tu verò debes in cœlũ migrare, quapropter in omnib⁹ oportet te vigilare. Nec eñ parua pœna proponitur indigne ſumẽtibus. Cõſidera quantũ aduerſus proditorẽ indignaris, cõtra eos qui crucifixerũt: itaq; conſidera, ne tu quoque ſis reus corporis & ſanguinis Chriſti. Illi ſanctiſſimum corpus iugularunt: tu verò polluta ſuſcipis anima poſt tot beneficia. Nec eñ ſatis fuit homo fieri, colaphis cædi, verũ & ſemetipſum nobis cõmiſcet, & nõ fide tantũ, verum & ipſa re nos ſuum efficit corpus. Quo non oportet igitur eſſe puriorẽ, tali fruentẽ ſacrificio? quo ſolari radio nõ ſplẽdidiorem manũ, carnẽ hanc diuidentẽ? os quod igne ſpirituali repletur, linguã quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit? Cogita, quali ſis inſignitus honore, quali mẽſa fruaris: quod angeli videtes horreſcũt, neq; libere audẽt intueri propter emicantẽ inde ſplẽdorẽ, hoc nos paſcimur, huic nos vnimur, & facti ſumus vnum Chriſti corpus, & vna caro. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet oẽs laudes eius? Quis paſtor oues proprio paſcit cruore? Et quid dico paſtor? matres multæ ſunt, quæ poſt partus dolores, filios aliis tradũt nutricibus: hoc autẽ ipſe nõ eſt paſſus, ſed ipſe nos, pprio ſanguine paſcit, & per omnia nos ſibi coagmẽtat. Et quod bene conſiderandũ eſt, natis inde noſtra ſubſtãtia. At nihil hoc ad ſingulos, inquiunt, licet ad omnes. Nam ſi ad noſtram veniſſet naturam, clarum eſt quòd ad omnes: ſi vero ad omnes, & ad vnumquenque. Et quomodo non omnes lucrati ſunt hoc lucrũ? inquiet aliquis. Hoc non propter eum,

Mat.26.

ter eũ qui hoc pro omnibus cepit, ſed propter nolentes. Vnicuiq; fideliũ ſemetipſum per myſterium cõmiſcet, & quos genuit, per ſemetipſum enutrit, nec alteri tradit, & hoc tibi rurſum perſuadens, q̃ carnem tuã aſſumpſit. Ne torpeamus igitur tanta digni charitate & honore putati. Nónne videtis quãta pr̃optitudine paruuli papillas capiũt, & quãto impetu labia vberibus infigũt? accedamus cum tãta nos quoq; ad hanc menſam, & vber ſpiritualis poculi, quinimmò cũ longè, maiori trahamus tanquã infantes lactanei, ſpiritus gratiã, & vnus ſit nobis dolor hac eſca priuari. Nõ ſunt humanæ virtutis opera propoſita: qui tũc ipſa fecit in illa cœna, idẽ ea nunc quoq; facit. Nos miniſtrorũ tenemus locum: qui vero ſanctificat ea & immutat, ipſe eſt. Nullus itaque Iudas aſſiſtat, nullus auarus. Si quis eſt diſcipulus, adſit. Nam tales menſa nõ ſuſcipit. ait enim, Cum diſcipulis meis facio paſcha. Hęc eſt illa mẽſa, & minus nihil habet. Non eñ illam quidẽ Chriſtus, hanc autem homo perficit, verum & hanc ipſe quoque. Hoc illud cœnaculum, vbi tunc erant. Hinc in oliuarũ montem illi prodierunt, prodeamus & nos ad manus pauperũ. Hic enim mõs oliuarum locus. oliuæ ſunt etenim plantatę in domo dei, pauperũ multitudo, deſtillantes oleum illic nobis vtile, quod quinq; virgines habuerunt: aliæ vero hic non capientes, perierunt. Hoc ſumentes introeamus, vt luminoſis lãpadibus ſponſo occurramus, hoc ſumentes hinc exeamus. Inhumanus accedat nemo, nemo crudelis & immiſericors, nemo prorſus immũdus, hæc ad communicãtes dico, & ad vos miniſtrantes. Nã & ad vos ſermonem cõuertere neceſſarium eſt, vt multo cum ſtudio hęc dona diſtribuatis. Non parua vobis imminet vltio, ſi quem cuiuſpiam conſciũ nequitiæ, huius menſæ participem eſſe concedatis, ſanguis eius de manibus veſtris exquiretur. Siue quis dux militiæ ſit, ſiue pręfectus, ſiue princeps diademate coronatus, indigne autẽ accedat, prohibe, maiorẽ illo poteſtatem habes. Tu vero ſi tibi quidem aquę fons traditus fuiſſet purus gregi cuſtodiẽdus, & pecudẽ multum ore ſimum habẽtem vidiſſes deorſum inclinari, nũ permiſiſſes, & fluentum turbare? nunc vero nõ aquæ ſed ſanguinis & ſpiritus fontem habens creditũ, & cœno fœdius habẽtes peccatum, videns accedẽtes, non indignaris, nec arces? & quã cõſequeris veniam? Propterea vos de⁹ hoc inſigniuit honore, vt talia diſcernatis. Hoc veſtra dignitas eſt, hoc ſecuritas, hoc omnis corona, nõ vt albam & ſplendentẽ tunicam circumeatis induti. Et vnde, inquit, noui illum & illũ? Non de ignotis, ſed de notis loquor. Dicam aliquid terribilius. Nõ tam graue energumenos intus eſſe, quàm iſtos, vt ait Paulus, vt Chriſtũ conculcent, & ſanguinem teſtamenti cõmunem exiſtiment, & gratiã ſpiritus afficiant contumelia. Dęmoniũ enim patiente peior eſt, qui poſtquam peccauit, accedit. Verum & tu laice, cum ſacerdotẽ videris offerentẽ, ne vt ſacerdotem eſſe putes hoc facientem, ſed Chriſti manũ inuiſibiliter extenſam. Sicut enim cũ baptizaris, ipſe te non baptizat, ſed deus eſt qui tuum caput inuiſibili potentia cõtinet, & nec angelus, nec archangelus, nec vllus alius accedere & tangere audet: ita nunc quoq; cum deus regenerat, ipſius eſt ſolius donũ. Nónne vides eos, qui fiunt hic filij, quomodo non ſeruis opus demandauit, ſed ipſi adſtant baptiſterio? Itidem & deus non angelis munus mandauit, ſed ipſe iubens adeſt & dicens, Nolite vocare patrẽ ſuper terram: non vt parentes honore priuet, ſed omnibus illũ pręponens, qui te fecit, & inter ſuos conſcripſit filios. Qui nanq; plus dedit, hoc eſt, ſeipſum appoſuit: multo magis & corpus tibi tradere nõ dedignabitur. Audiamus igitur & ſacerdotes & ſubditi, quali eſca facti ſumus digni, audiam⁹ & horreamus, ſanctis carnib⁹ ſuis nos dedit impleri, ſemetipſum appoſuit immolatũ. Quænam igitur erit nobis excuſatio, cùm talibus paſti talia peccemus, cũ lupi fiamus agnum comedentes, cum tanquam oues paſti, more leonũ diripiamus? Hoc enim myſterium nõ à rapina tantũ, verum & ab omni vel tenui inimicitia purũ eſſe penitus iubet: eſt enim pacis myſteriũ. Myſterium hoc pecunias acquirere non permittit. ſi enim ipſe ſibi propter nos non pepercit, quid meremur pecuniis parcentes, & animam negligentes, pro qua ille ſibi non pepercit? Itaq; Iudæis quidem annuatim propriorũ monumenta beneficiorum ſolennitates deus alligauit: tibi verò (vt ita dicam) per ſingulos dies, per hæc myſteria. Itaque ne crucem erubeſcas: hęc enim ſunt inſignia noſtra, hęc noſtra myſteria, hoc ornamur dono, hoc decoramur. Et ſi dixero q̃ cœlum extendit, & terram explicuit & mare, prophetas & angelos miſit, nihil æquale dicã: hoc eſt enim bonorum caput, quoniam filio ſuo non pepercit, vt ſeruos alienatos ſaluaret. Nullus itaque Iudas hanc mẽſam petat, nullus Simon. Hi nanq; duo propter auaritiam perierũt: hoc igitur barathrum fugiamus. Neque ſatis nobis eſſe exiſtimemus ad ſalutem, ſi viduis & pupillis expilatis aureum calicẽ & gemmatum menſæ offeramus. Si vis enim honorare ſacrificium, offer animam, propter quam & immolatus eſt: hanc fac auream: ſi verò plumbo maneat & teſta deterior, vas autem aureum, quid vtilitatis? Itaq; nec hoc conſideremus, vt aurea vaſa dũtaxat offeramus, ſed etiam vt ex iuſtis laboribus: hæc enim ſunt & aureis precioſiora, quæ auaritia carent. Nec enim aurificina eſt, aut argentaria officina eccleſia, ſed angelorum cõcio. propterea nobis opus eſt animis. Nam & hæc deus propter animas acceptat. Nõ erat illa mẽſa tunc ex argento, nec aureus calix, ex quo ſanguinẽ proprium Chriſtus ſuis dedit diſcipulis: precioſa tamen erant illa omnia & tremenda: quoniã erant ſpiritu plena. Vis Chriſti corpus honorare? ne nundum eum deſpicias: nec eum hic quidem ſericis honores veſtibus, extra verò gelu & nuditate pereuntem cõtemnas. Qui nanq; dixit, Hoc eſt corpus meũ, & verbo factũ confirmauit: hic & dixit, Eſurientẽ me vidiſtis, & nõ pauiſtis me. Et inquantum nõ feciſtis huic ex his minimis, neque mihi feciſtis. Hic quidem non eget veſtimẽtis, ſed anima munda, illud autẽ magna diligẽtia. Diſcamus itaq; philoſophari, & Chriſtum prout ipſe vult venerari. Honorato nanq; iucundiſſimus honor, quẽ ipſe vult, nõ quẽ nos putamus. Nã & ſe Petrus eũ honorare putabat, cũ ſibi pedes eum lauare phiberet, Sed nõ erat honor quod agebat, ſed contrarium: itidem & tu hoc eum honore, quem ſtatuit proſequere, diuitias expendẽs in pauperes. Nec enim aureis vaſis deus eget, ſed aureis animabus. Et hęc dico, nõ prohibens huiuſmodi oblationes fieri, ſuadẽs autẽ cum his & ante has eleemoſynam exhiberi. Siquidẽ & hęc ſuſcipit, ſed illam multo gratius. Nam hic quidem offerẽs ſolus vtilitatem capit, illic autem & accipiẽs. Hic opus eſſe videtur & ambitionis occaſio, illic autẽ eleemoſyna totum, & humanitas eſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas est. Quenã vtilitas est cum ipsi mensa sit aureis ca licibus plena,ipse vero fame dispereat ? Ipsum satura prius esurientẽ,& tũc ex abundãtia ipsius quoq; mẽsam orna. Aureũ facis calicem,nec frigidę aquę calicẽ porrigis: & quid vtilitas aurea pallia mensæ parare,ipsi vero ne necessarium quidẽ indumentum præbere?Quod ex hoc lucrum est?Dic enim mihi,si quẽ necessario cõspicatus egere nutrimẽto,famẽ ipsi soluere prętermittẽs,argento mẽsam operire tantũ studuisses, nũquid tibi gratias habuisset, nõ magis verò fuisset indignatus ? Quid vero si pannis indutum cõspiciens,& gelu fixum, omittens ei dare vestimentũ, aureas comparasses colũnas , in eius dicẽs honorem fieri:nónne te dixisset ironicè loqui,& hanc extremã putasset contumeliam? Hoc & in Christo cogita, cũ vagus & peregrinus indigẽs tecti circumeat, tu vero prætermittens eum suscipere,pauimẽtum pariter ornas,& columnarum capita.Et argenteas quidẽ catenas ad lucernas suspendis,ipsum autẽ in carcere vinctum ne vis quidẽ visere.Et hæc dico, non prohibẽs in his gloriari:sed & hæc cũ illis,quin potius ante illa cõmonẽs fieri.de his nanq; non factis accusatus vnquam est nemo,pro illis autẽ & gehẽna intentata est, & ignis inextinctus,& cũ dæmonibus altio.Noli itaque domũ exornans fratris angustiam despicere:hic enim est illius templũ verius , & hasquidẽ possessiones & infideles reges & tyrãni & latrones auferre poterunt:quotquot autẽ in fratrem cõtuleris esurientẽ vel peregrinantẽ & nudũ, neq; diabolus tollere potuit,sed in thesauro reponẽtur intemerato.Quid igitur ipse dicit : Pauperes semper habetis vobiscũ, me autẽ non semper habetis?Propterea nanq; pręsertim oportet misereri, quoniã eum non semper habemus esurientẽ,sed in præsenti dũtaxat vita. Si vero vis & omnẽ dicti sententiã intelligere,audi quòd non hoc ad discipulos dictum est,licet ita videatur,sed ad mulieris infirmitatẽ . Quoniã enim adhuc imperfectius erat affecta, ipsam autem illi fatigabant, eam consolans hæc dicebat.Et quòd eam consolans hæc dixit, clarum est ex eo , quod statim intulit : Quid molesti estis huic mulieri ? Quoniam quòd & ipsum semper nobiscum habeamus, vide quid dicat: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi. Ex quibus omnibus patet, quòd non ob aliud hæc dicebantur,nisi vt mulieris fidem tũc germinantem,discipulorum increpatio nõ labefaceret. Ne nunc igitur hæc in mediũ proferamus,quæ propter quãdam dicta sunt dispensationem.Sed omnes leges tam noui, quàm veteris testamenti de eleemosyna ab ipso promulgatas legentes , multũ huius rei studium geramus . Hoc enim & peccata purgat : ait enim, Date eleemosynã,& omnia vobis erunt munda.Hoc sacrificio maius est.Misericordiam enim volo,& non sacrificium.hoc cœlos aperit.Orationes enim tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Hoc virginitate magis necessarium.Sic enim ex nuptiali thalamo iectæ fuerunt illæ,sic ingressæ sunt aliæ:quæ considerantes omnia, large seminemus,vt cum maiori metamus abundantia , & futuris fruamur bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui est gloria in secula seculorum, Amen.

De sacrorum participatione mysteriorum: & quòd communicare nolens , nec orationi dignus est interesse.
Homilia LXI. ex Ioannis euangelio.

Luce 11.

Ecessariũ est dilectissimi, mysteriorũ discere miraculũ, quid tãdem sit,& quare sit datũ,& quæ rei vtilitas. Vnũ corpus sumus, & mẽbra ex carne eius,& ex ossibus eius.Sequamur autem initiati,quę dicũtur.Vt itaq; non tantũ per charitatẽ hoc fiamus, verum & ipsa re in illã misceamur carnẽ,hoc per escã efficitur,quam largitus est nobis, volens ostendere desiderium quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis immiscuit, & corpus suũ in nos cõtemperauit,vt vnũ quid efficiamur,tanquam corpus capiti coaptatũ:ardenter enim amantium hoc est.Hoc itaq; Iob insinuans dicebat de seruis,quibus erat supra modũ desiderabilis,quod desideriũ ostendẽtes dicebãt: Quis dederit nobis ex carnibus eius impleri?Propterea quidem & Christus id fecit,in maiorẽ nos inducẽs charitatẽ, & suum erga nos ostẽdens desiderium , non tantũ se præbens cupientibus videndũ:sed & palpãdum & comedendũ, & carni dẽtes infigere & coimplicari, & omne desideriũ implere.Tanquã leones igitur ignẽ spirãtes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, & caput nostrũ mente reuoluentes,& charitatẽ,quam nobis exhibuit. Nã parentes quidẽ aliis sæpe filios tradunt alendos : ego autẽ,inquit,non ita,sed carnibus meis alo, meipsum vobis appono, vos omnes generosos esse volẽs,& bonas vobis prætendens de futuris expectationes:quippe qui vobis hic meipsum trado, multo magis in futuro . Volui frater esse vester, carnẽ propter vos & sanguinẽ assumpsi.Vobis vicissim ipsam carnẽ & sanguinẽ, per quę cognat° vester factus sum,trado.Hic sanguis floridam nobis reddit regiã imaginem,hic decus indelebile,hic animę generositatẽ tabescere nõ permittit,eam irrigans iugiter & nutriens. Nã ex cibis quidem sanguis in nobis nascens,nõ statim hoc efficitur,sed aliud quiddã:hic aũt non ita, sed statim animum irrigat, & magnã inducit quandã virtutem.Hic mysticus sanguis dęmonas quidem expellit,& procul esse facit: ad nos autẽ angelos vocat,& angelorum dominum.Vbi nanque dominicum viderint sanguinem, dæmones quidem fugiunt,concurrunt autem angeli . Hic sanguis effusus omnem terrarũ orbem abluit.Multa de hoc sanguine beatus Paulus in epistola ad Hebręos sapiẽter disseruit. Hic sanguis adyta mundauit & sancta sanctorum.Si vero figura ipsius tantam habuit virtutem & in Hebræorũ templo,& in Aegypti medio superliminaribus inunctis: multo magis veritas . Hic sanguis aureũ altare sanctificauit, sine hoc põtifex adyta non audebat intrare.Hic sanguis sacerdotes creabat,hic in futuris peccata purgabat.Si vero tantã habebat vim in figuris,si mors vmbrã ita perhorrebat: quomodo veritatẽ ipsam,quæso, non timuerit? Hic est salus animarum nostrarum , hoc abluitur anima, hoc adornatur, hoc inflammatur . Hic mentem nostram igne reddit splẽdidiorem, hic auro clariorem animã facit.Hic sanguis effusus est,& cœlũ fecit accessibile,horrenda scilicet ecclesię mysteria,horrendũ altare.Ascendebat ex paradiso fons fluuios emittens sensibiles. Ex hac mẽsa fons ascẽdit, spirituales emittens fluuios. Apud hũc fontem plantatæ nõ infructuosæ salices, sed arbores ad ipsum cœlũ peruenientes, fructum habentes semper maturũ,& immarcescibilem.Si quis æstuat,ad hunc veniat fontem,& æstum refrigeret:nam & siccitates resoluit,& cuncta refouet inflammata , non à Sole, sed iaculis ignitis: supernè

supernè enim principiũ habet,& inde radicem vnde & deriuatur.Multi fontis huius riui,quos emittit paracletus,& mediator filius efficitur,nõ ligonẽ habẽs, & viã præparans , sed nostrum aperiens affectũ. Hic fons est veritatis radios effundẽs,fons luminis.Huic & supernæ potestates assistunt , in fluentorum respiciẽtes decorẽ:quoniã & illæ nobis manifestius propositorũ virtutem speculãtur,& inaccessibiles admirantur splendores.Sicut enim auro liquescente, siue manum siue linguã aliquis immittat,eam statim aurea reddit: ita & hic proposita preciosam reddunt animã. Efferuet quidem fluuius & igne vehemẽtius, sed non cõburit,sed tantum baptizat quicquid accepit.Hic sanguis antea semper præsignabatur in sacrificiis,in iustorum cædibus.Hic terrarum orbis est precium,hoc Christus emit ecclesiam, hoc eam omnem adornauit.Sicut enim homo seruos emens aurũ erogat,& rursum eos ornare volens,id auro facit:sic & Christ°,& sanguine nos emit, & ornauit sanguine. Huius sanguinis participes cũ angelis & archãgelis, & supernis manent virtutibus, ipsam Christi regiam induti stolam,& arma gerentes spiritualia.Sed nondum quicquã dixi:ipsum enim induti sunt regẽ. Sed sicut est magnũ & admirabile , ita si cũ puritate quidem accesseris, ad salutẽ accessisti: si vero cum mala conscientia,ad pœnã & vltionem.Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi mãducat & bibit. Nam si regiã contaminantes purpuram similiter puniuntur,sicut & discindentes: non est vero dissimile, domini corpus impura mente suscipientes, eandem subire vindictã cum his qui clauis ipsum discidẽrũt. Vide certè,q̃ terribilem Paulus vltionẽ ostendit, dicens:Irritam quis faciens legẽ Mosi absq; miseratione corã duobus vel tribus testibus moritur:quantò peiori putatis dignus censebit vltione, qui filium dei cõculcauerit,& sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit, in quo sanctificatus est? Attendamus itaq; nobis ipsis dilectissimi, talibus fruentes bonis: & cum aliquid turpe dicere voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimus,vel alio quopiã huiusmodi vitio, cogitemus quibus facti sumus digni,& sit irrationaliũ nobis motuũ correctio, talis cogitatio . Quotquot igit hui° participes corporis efficimur,quotquot sanguinem degustamus,cogitemus,quòd illũ sursum sedẽtem, qui ab angelis adoratur , incorruptibili vicinus virtuti,hũc degustamus. Hei mihi,quot ad salutẽ nobis viæ?Nos corpus suum effecit,nobis suum cõmunicauit corpus,& horum nos nihil à malis auertit.O tenebras,& profunditatem magnã. O indolentiam. Quę sursum sunt,inquit,sapite,vbi Christ° est in dextera dei sedens.Et post hæc omnia quidam pecuniarum curã gerunt,quidam gloriã ambiunt, ab aliis capiũtur cupiditatibus.Nónne videtis,quòd & in corpore nostro quæcunque quidem inutilia sunt , & superflua, resecantur & præciduntur? Et nihil prodest quòd ex corpore sint, cùm debilitata , cùm mortua, cùm tabefacta sint, & reliquo noceant . Ne confidamus itaque , q. semel ex corpore facti simus : si verò corpus cum naturale sit,tamen pręciditur,nisi volũtatisopera manserint: quid graue non patietur, cum huius nutrimẽti partem non capiat corpus?cum viæ fuerint obstructæ,tunc mortificatur:cum fistulæ,tũc debilitatur:itidem & nos,cum aures obturauerimus, caro nostra debilitatur:cum spirituale nutrimentum non hauriamus, cum nequitiæ quædã pro corruptis succis nos vastẽt,hæc omnia morbum pariunt,morbum grauem,morbum tabem gignentẽ.Et iam illius ignis indigebit,per mediũ opus habebit diuidi.Non enim cum tali corpore Christus in nuptialem thalamum ingredi patitur: si sordidas vestes indutum abduxit & eiecit , corpori sordes aggregantem quo nõ afficiet?quid non inferet? Multos video domini corporis partitipationem temerè sumentes,vt à casu & consuetudine potius & lege, q̃ cogitatu & mente.Si superueniet,inquit,sanctæ tẽpus quadragesimę,qualiscunque sit aliquis, mysteria sumit. Si superuenerit Epiphaniorũ dies,licet tempus aduẽtus,vel epiphania,vel quadragesima, dignos accedere nõ facit:sed animæ synceritas & puritas. Cum hac igitur semper accede,sine hac nunquam.Ait enim,Quotiescunque hoc feceritis,mortem domini annũciabitis: hoc est, facietis commemorationem salutis vestræ,beneficij mei.Cogita q. sacrificij participes veteris erãt,quanta vtebantur cõtinentia,quid non faciebant,quid nõ agebant? semper expiabantur. Tu vero petens sacrificium,quod horrẽt & angeli, temporũ circulis rem definis.Et quomodo Christi assistes tribunali, scelestis manibus & labiis ipsum corpus impetens?Et fœtente quidẽ ore tuo regem oscular non eligeres: regem verò cœli fœtẽte anima deoscularis?Factũ hoc est cõtumelia.Dic mihi, immundisne manibus ad sacrificiũ eligeres accedere?Non(vt ipse puto)sed nec omnino malles accedere,q̃ manib° illotis.Ita in paruo quidẽ es tam reuerens , sordidam autem habens animã,accedis,& audes tangere?Atqui sub manibus quidẽ ad tempus detinetur,in illam autem totum resoluitur. Qui vero non cernis vasa tãtum vndiq; tersa,sic refulgẽtia?his nobis animas oportet esse puriores, his sanctiores & splendidiores. Quare verò tandem?quoniã illa propter nos talia fiunt?illa non eius qui inest, partẽ capiunt nec sentiunt:nos autẽ certè: sed nunc sordido quidẽ vti vase non eligeres, animæ verò sordida accedis . Multã video rerum inæqualitatem. In aliis quidẽ temporibus cum puri frequenter sitis,nõ acceditis: in Pascha vero, licet sit aliquid à vobis patratũ, acceditis. O consuetudinem,ô præsumptionẽ,sacrificium frustra quotidianũ.Incassum assistimus altari,nullus qui cõmunicetur. Hæc nõ vt temerè cõmunicemini, dico, sed vt vos dignos reddatis.Non es hostia dignus, vel communione,igitur nec oratione.Adstantem audis pręconẽ,atq; dicentem:Quotquot estis in pœnitẽtia,omnes orate.Quicunq; non participes fiunt,in pœnitentia sunt. Quid stas,si es in pœnitentia?sumere non debes:qui nanq; non cõmunicat, est ex pœnitẽtibus. Cur itaq; dicit, Abite qui nõ potestis orare?Tu vero stas impudens. At ex his non es,sed ex his q. possunt esse participes, & nihil curas,aut magnũ opus cẽses.Cõsidera,quæso,mẽsa regalis est appositа,angeli mensę ministrantes,ipse rex adest,& tu adstas oscitans. Sordescunt tibi vestimẽta,& nihil est tibi curę. At pura sunt,igitur adora & cõmunica. Per singulos dies venit discumbẽtes visurus,omnes alloquitur.Et nũc in conscięntia dicet:Socij,quomodo adestis hic,non habentes vestem nuptialem? Non dixit, quare discubuistis? Sed ante reclinationẽ & ingressum semetipsum indignũ esse fatetur . Non enim dixit: Quare recubuisti? sed, quid intrasti? Hæc etiã nunc nobis omnibus loquit, impudenter & procaciter adstantibus . Omnis enim qui mysteriorum participio non fruitur, impudẽs & procax

Hebr. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

procax est,si adstat. Propterea q̃ sunt in peccatis,priores eiiciunt. Sicut enim ad mẽsam veniẽte domino seruos qui dominũ offenderunt adesse non oportet, sed procul arcentur: ita scilicet & hic dum profertur sacrificiũ, & Christus immolatur, & ouis dominica: cũ audieris,oremus omnes cõmuniter: cum vela videris retrahi, tũc supernè cœlũ aperiri cogita,& angelos descendere. Sicut itaq; prophanorũ fas est adesse neminẽ, ita nec vllum sacratorum quidẽ ac sordidorũ. Dic mihi,si quis in conuiuium vocatus,manus ablueret,& recũberet, & mensæ paratus adesset, postmodũ nihil gustaret,nõ afficit cõtumelia vocantem? Nónne melius huiusmodi nec venisse? Ita scilicet & tu,venisti,cecinisti deo laudẽ,cum omnibus es confessus de dignis esse,cũ indignis non secedendo: quomodo mãsisti,neq; participas de mẽsa? Indignus sum,inquit. Igitur & illa quæ per preces fit communione. Nõ enim per proposita tãtum,verum per illa cantica spiritus semper descendit. Nónne vides ministrũ spongia mensam circumlinientẽ, & expurgãtem domũ,& tabellas ponentem? Hoc per preces efficitur,per præconis vocem. Sicut spongia circumlinimus ecclesiã,vt in ecclesia mũda proponãtur omnia,ne qua sit macula,ne qua ruga. Indigni sunt & oculi peccatorũ hisce spectaculis, indignæ sunt & aures. Si enim bestia,inquit,tangat montẽ,lapidabitur. *Exod. 19.* Ita nec ascensu digni fuerunt,licet post hęc & accesserint,& viderint vbi deus cõstiterat: post hæc accedere licet,& videre. Cum adest quidem,abi: non tibi magis adstare licet,q̃ catechumeno. Alioqui par nõ est,nondum attigisse mysteria: & postquam attigeris, offendisse, contempsisse,& se gratia indignum constituisse. Poterant & plura terribiliorá; commemorari,sed ne mentẽ vestrã grauemus, hæc quoq; sufficiant. Qui enim his non emẽdantur,neque pluribus. Ne maius itaque vobis iudiciũ faciamus,vos exhortamur,non vt accedatis,sed vt præsentia vos & accessu dignos constituatis. Dic mihi,si quis rex statuisset atq; dixisset: Si quis hoc facit,mẽsę meæ sit particeps: nónne ,ppter hoc omnia feciſſetis? In cœlũ vos vocauit,ad magni regis mẽsam & admirabilis,& retrocedimus,& cessamus,& non festinamus nec ad rẽ accurrim°: & quę nobis est salutis spes? Nõ vacat imbecillitatem accusare,nõ naturã,sola nos negligẽtia facit indignos. Hęc quidẽ à nobis dicta sunt. Qui verò corda cõpũgit,qui cõpunctionis dat spiritũ, corda nostra cõpungat,& in profundo semina ponat,& ab ipso timore concipiat, & pariat spiritum salutis, *Psal. 127.* & cum fiducia accedat. ait emi,Filij tui,sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Nihil vetus,immite nihil,nihil crudele: tales enim nouellæ sunt ad fructũ idoneæ,fructum mirabilem oliuæ dico. Et fortes,ita vt omnes fiant in circuitu mensę. Et nec temerè,nec à casu huc cõueniant,sed cum metu & timore. Sicut autem cibus cũ sit nutritiuus, si à crudo sumatur,omnia perdit & corrũpit, & fit morbi causa: ita scilicet & horrenda mysteria. Mensa spirituali frueris,mensa regia, & rursum luto corpus contaminas, vngis vnguento, & fœtore rursum imples. Dic mihi, quæso, post annum communionem sumens,quadragintáne dies ad totius temporis peccatorum purificationem tibi satis esse putas? & hebdomade lapsa rursum ad priora reuerteris. Dic enim mihi si post lõgam ęgritudinẽ quadraginta dies valens,rursum temetipsum illis cibis morbũ inducentibus traderes, nónne pristinum amisisses laborem? Nã si naturalia transferuntur,multo magis quæ in voluntate consistunt. Quale quid dico: Naturaliter videm°,& sanos habemus oculos per naturam,sed frequẽter ex habitudine mala,visiua virtus nostra lædit: ita si naturalia transeũt, multo magis voluntaria. Quadraginta diebus animę sanitatẽ assignas,fortè verò neq; quadraginta dieb°, & deum habere propitiũ expectas. Ludisne, quæso? Hæc dico non vno & annuo vos prohibens accessu, sed vos semper ad sancta volens accedere: propter hoc & diaconus acclamat tunc sanctos vocãs, & per hanc vocem omnium taxans maculas. Sicut enim in grege, vbi multæ quidẽ sunt oues sanæ, multæ vero lepra squalidæ,opus est has à valentibus arcere: itidẽ & in ecclesia, quoniã & hæ quidem oues sanæ sunt, hæ vero morbidæ,per hãc excitat vocẽ,& has ab illis diuidit,passim circumiens sacerdos per illum clamorem nimis horrendũ,& omnes vocans sanctos,& trahẽs. Quoniã enim homo proximi res scire nõ potest (quis eiñ, inquit, hominũ scit,quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo?) hãc vocem emittit,postquã consummatum est omne sacrificium, vt nemo temerè & à casu ad spiritualẽ veniat fontẽ. Etenim in grege (nihil eadem rursum vti similitudine prohibet) morbidas quidẽ intus claudimus, & in tenebris detinemus, & alia pascimus esca, nec aëris puri,nec herbæ syncerę,nec exterioris sinẽtes fontis participes esse: & hic igiẽ hęc vox pro quodã est vinculo. Nõ potes dicere: Nescibã,ignorabam q̃ esset in re periculũ. Igitur manifestè quidẽ Paulus hoc testatus est. Sed dices,Nescioi? hoc nõ est purgatio,sed potius accusatio. Per singulos dies ecclesiam ingrederis,& adhuc hoc ignoras? Tamen ne vel hoc prætendas,propterea sublimis constitutus,magna voce, terribili clamore,quasi quidam pręco,manum in altitudinẽ tollens,stans erectus, omnibus apparens, & magnum in illa tremenda quiete exclamãs,hos quidem vocat,hos autem arcet, non hoc manu faciens, sed per linguam q̃ per manum efficacius. Illa nanq; vox in aures incidens nostras, tanquam manus, hos quidem pellit & eiicit, hos autem introducit & assistit. Dic mihi quæso, in Olympiacis certaminibus nónne adstat præco magnum clamãs,& altum? num aliquis hũc accusat dicẽs: num fur est,& seruus? num prauorum est morum? cum tamen illa certamina nõ animæ sint, neque bonorum morum, sed roboris & corporis. Si igitur vbi corporũ est exercitatio, multa fit voluntatis inquisitio: multo magis vbi totum anima decertat. Stat igitur apud nos & nunc præco, nõ capite quenq; tenẽs & producẽs, sed omnes pariter interiori detinẽs capite. Non apponit illis alios accusatores,sed ipsis semetipsos. Non eiñ dicit, Nunquid aliquis hũc accusat? sed quid? siquis seipsum accusat. Cũ enim dixerit, Sancta sanctorũ, hoc dicit: si quis nõ sanctus,non accedat: non simpliciter dicit,à peccatis purus,sed sanctus. Non peccatorũ tantum liberatio,verũ & spiritus præsentia sanctũ facit,& bonorum operũ diuitiæ. Nolo vos tantum,inquit,à cœno vos esse liberatos, verum & candidos ac splẽdidos. Nam si rex Babylonius ex captiuitate deligens adulescẽtes pulchros specie,& decoros aspectu sumpsit: multo magis & nos sanctæ mensæ assistentes regiæ, specie pulchros esse decet,aureũ animę mundum habentes,vestẽ puram,calceamenta regia,decorũ animæ cultũ,aureum ipsius ornatũ, esse indutos cingulum

lum veritatis: talis accedat,& regios tãgat calices. Si quis vero pãnis indutus, sordidus, squalens regalem velit mẽsam petere,videat quãta patietur, nõ valentibus quadraginta dieb° in omni tẽpore patrata abluere. Nã si gehenna nõ sufficit, cum sit sempiterna: multo minus hoc breue tẽpus. Nec enim validã exhibemus pœnitentiã, sed infirmam. Eunuchos præsertim regi decet assistere,eunuchos dico mẽte,candidos,nullã habentes maculam,mente sublimes, hilarẽ habentes animę oculum,& acute videntem,volubilẽ & velocem: non autem somnolentum,non supinum,multa plenũ libertate, ab impudentia remotum & procacia, vigilantẽ, sanum, nec austerum nimis & tristẽ,neque diffusum & lubricum. Hunc nos possemus oculũ efficere & acutum,& honestum reddere. Cum enim eum ad fumum nõ agamus, nec ad puluerẽ (tales enim sunt omnes humanæ res) sed ad tenuẽ auram,ad leuem aërem, ad sublimia & alta, & multę plena quietis & mũdiciæ,& multę iucunditatis,statim eũ reparabim° & corroborabimus,talinos oblectantes spectaculo. Vidisti pręstantiã,& diuitias multas,ne deducas illuc oculum. Lutum id est,est fumus,vapor viciosus,caligo & anxietas multa,& curæ suffocatio. Vidisti hominẽ iustitiam exercentem,suis contentũ,& multam habentem remissionis latitudinem,nihil curantẽ,nihil de præsentibus satagentem, temetipsum illic statue, & modifica, & longe melior fies & clarior: non terræ, sed virtutũ epulãs floribus, modestia, humanitate, & omnibus aliis. Nihil enim oculũ ita perturbat,sicut mala conscientia. Turbatus *Psal. 6.* est,inquit,à furore oculus meus: nihil tantũ obtenebrat: ab hoc te libera supplicio, lætũ & fortẽ semper bonis epulantẽ expectationibus. Detur autẽ vt nos omnes & hãc,& alias animę constituamus actiones, quales vult Christus,vt facti superpositio nobis capite digni,quò vult,migremus. Ait enim: Volo vbi ego *Ioan. 17.* sum,vt & illi sint mecum,vt gloriam meam videant: quã vtinã omnes assequamur in Christo Iesu domino nostro,cum quo patri simul & sancto spiritui gloria imperium & honor, nunc & semper,&c.

Quod vtiles sint moderatæ tẽtationes ad omnes: & deo seruiens tribulationem expectare debet. Homil. LXII.

SICVT corpus tritum laboribus,& ærumnis confectũ amori non vult vacare, non indulgere vẽtri, sed requiescere & quiete iacere: sic & anima plurimis obsita malis,ad requiẽ & quietum statũ festinat. Quæ vero in remissione stupuit,& tumultuata est & elata: hæc autem nihil habẽs,quod diffluat: & hæc quidẽ virilior, illa vero puerilior est: hæc quidem grauior, illa leuior: sicut in aqua multa leue quippiam superueniens concutitur,sic in multã lapsa lętitiam anima. Et ex multa voluptate maxima nobis oriri peccata quispiã viderit. Et si vultis, duas domos describamus: hanc quidem nubentium, hanc vero lugentium: mente vtranq; ingrediamur, videamus vtra melior. Inuenietur enim lugubris,sapientię plena,nuptialis autem plena confusionis. Nam vide turpia verba, incõpositos risus, incõpositiores locutiones,& vestis,& incessus deformitate plenus. Verba multę fatuitatis,& stultitię plena,& aliud omnino nihil,risus omnia,& derisio,quę sunt illic: nõ nuptias dico,absit,sed quæ sunt in nuptiis: tũc natura debacchatur,bruta pro hominibus fiunt præsentes: hi quidem, vt equi hinniunt, hi autem vt asini calcitrant. Multa effusio,nihil studiosum,generosum nihil. Diaboli pompa,cymbala & tibiæ,& cantica fornicationis & adulterij plena. At non ita illic,vbi luctus, omnia composita,multa requies, silẽtium multum,correctio multa, inordinatum nihil, nihil incompositũ: si quis aliquid locutus fuerit, omnia sunt verba philosophiæ plena. Et id quidem mirabile,quòd per illud tempus nõ modo viri,verum & famulitia & mulieres sapienter agunt. talis enim est luctus natura, & videntur quidem lugentem consolari, plurima vero totius philosophiæ plena loquuntur. Orationes statam,vt hactenus sistant, & viri graues laborantẽ consolantes, & enumerationes talia lugentiũ innumeræ. Quid enim est homo? Nostræ examinatio naturæ. Quid igitur est homo? Vitę vilitatis ipsius accusatio, futurarum rerum expectatio, cõmemoratio iudicij. Quisq; domum redit, à nuptiis quidẽ mœstus: quoniam ipse non est in prosperis: à luctu vero remissus, quoniam non ipse talia passus est,& omnem extinxit æstum. Sed quid vis? Vis carceres & theatra perquiramus? Ille quidẽ tribulationis,hic autem voluptatis locus est. Indagemus iterum. Illic philosophiæ multum: vbi nanque tristitia,prorsus & ibi philosophia. Qui antea diues erat & multũ tumidus, post luctum quemlibet se sustinebit alloquẽtem: postquam timor & tristitia, quasi quidã acrior ignis & ipsius inciderit animã,& duritiã emollierit,tunc humilis fit,tunc exorabilior,tunc mundanam sentit mutationẽ, tunc ad omnia patiens erit. In theatro autem omnia contraria,risus,ineptitudo,diabolicus fastus,effusio,tem poris impendium, & superflua dierum consumptio, malæ cupiditatis inductio, adulterij meditatio, fornicationis gymnasium, intemperantiæ schola,turpitudinis exhortatio,risus materia,inhonestatis exempla. At in carcere non ita,sed illic humilitas, supplicatio,philosophiæ profectus,secularium contemptus, omnia cõculcata sunt & contempta: & tanquam infanti pædagogus adest timor,ad omnia congrua dirigens eum. Vis autẽ & alia rursum loca scrutemur? Te vellem occurrere homini de theatro redeunti, & alteri de carcere egresso: videres vtique illius animã pauidam,tumultuantem,& vere ligatã: huius autem liberatam,solutam & pẽnatam. Nam ille quidem ex theatro recedit mulierum quæ sunt illic aspectibus ligatus, vincula ferens omni chalybe graviora, loca scilicet illa, verba & formas: hic autẽ è custodia penitus remissus,nõ vltra se quid graue passurum putabit, alienis sua comparans, q̃ non est adhuc cõpeditus,gratias habebit: iam res humanas despiciet, cum multos ibi diuites in ærumnis viderit,qui multa magnaq; poterãt,& tamen ibi vinctos: etiam si quid iniuste patiatur,& in hoc patiens erit. nã & huius multa sunt illic exempla: in futuri veniet iudicij recordationẽ, & eius typos hic cernens perhorrescet: quasi nãq; sit hic in carcere cõclusus,sic erit & illic,& ante futuri diẽ iudicij in vxorẽ, in filios, in seruos humanior. At ex theatro nõ ita,sed iniucũdius vxorem videbit,& in familiares erit difficilis,in filios exacerbabitur,efferabiẽ in oẽs. Magna ciuitatibus mala ferunt theatra magna,nec hoc videmus q̃ magna. Vultis & alia risus loca perlustrẽ,conuiuia dico,vbi parasiti & assentatores,& multæ deliciæ: & loca rursũ,vbi claudi & debiles? Igitur illic quidem ebrietas & deliciæ & effusio: hic autẽ contrariũ. Vide & in corpore, cũ æstuat,cũ bene se habet,celerrimã habet in ęgritudinem ruinã: cum autem pressum fuerit,non ita. Manifestiorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

festiorem itaq; vobis reddam sermonem. Sit corpus A multũ habens sanguinis,& carnes multas, & vigens. hoc ex quacunq; mutatione febrem parere poterit, si simpliciter orietur:si autem aliud cum fame potius pugnãs & afflictione,hoc est captu difficile,& ad infirmitatẽ inexpugnabile. Sãguis enim licet in nobis sit sanus,multitudine frequenter morbum inducit:si vero sit modic⁹,licet nõ sanus,facilius curari potest. Ita quidẽ & anima veloces habet ad peccata motus. Talis enim est iuxta superbiã, & voluptatem, & inanem gloriã,& inuidiam, & insidias,& sycophantias. Ecce quãta ciuitas est hęc magna nobis,Vnde nascũtur mala?nónne à diuitib⁹? nónne à gaudẽtibus?Qui in iudicia trahunt,qui facultates distrahũt:grumnosi & abiecti,aut multum inflati, & gaudentes? Non est animæ contritæ quicquã mali facere : ipsius lucrum
Rom.5. Paulus nouit,propterea dicit:Tribulatio patientiam B operatur,patientia vero probationẽ,probatio spem, spes autẽ non cõfundit. Ne cadamus igitur in tribulationibus,sed in omnibus agamus gratias,vt aliquid magni lucremur, vt apud deũ inueniamur probabiles,qui tribulationes permittit. Magnum est bonum tribulatio, & hoc ex nostris discimus filiis. Nã absq; tribulatione nihil vtile discerent,nos autem plus illis afflictionis indigemus. Si enim illic passionib⁹ quiescentibus illos muniunt, multo magis nos,& præsertim tantis detẽtos:sed nos potius pædagogos oportebit habere. A puerulis enim nũquam magna committuntur peccata,à nobis vero magna nimis:pedagogus autẽ noster tribulatio. Nec hanc itaq; alliciamus,& præsentẽ semper generose feramus,cũ sit infinitorũ causa bonorum , vt & dei fauorem assequamur.Etenim certamẽ est vita præsens:est igitur opus C pugnare,bellũ est & pugna.In bello remissionẽ quærit nemo,nemo delicias,nemo pecuniarum curã gerit,nemo de vxore solicitus est:sed vnũ duntaxat intuetur,quomodo superet inimicos:hoc & nos curemus.Si vicerimus,& cum victoria redierimus, nobis deus omnia conferet. Hoc nobis quærat,quomodo diabolũ superemus:quinimmo nõ nostri studij opus est,sed dei gratiæ totũ . Vnum nobis curetur, vt eius gratiã assequamur,vt munimentũ illud ad nos trahamus:Si deus pro nobis,quis contra nos? Vnũ id elaboremus, ne nobis fiat inimicus , ne nobis aduersẽ. Nõ tribulari malum est,sed malũ est peccare:graues deliciæ sunt ex hoc,etiam si viuamus in deliciis:non in futura dico vita,verũ & in præsenti. Nam quomodo putatis vestrã morderi conscientiam?quo nõ esse peiorẽ tormento? Vellem in malis viuentes diligen- D ter interrogare,nunquã ne veniãt in suorum memoriam peccatorũ? nunquid tremant, nunquid formident,nunquid doleãt,nunquid beatos vocẽt in ieiunio positos,in mõtibus,in virtute multa? Vis illic remissionẽ inuenire? hic propter Christum tribulare, huic remissioni par nihil . Gaudebãt apostoli cũ flagellarẽtur.Paulus hoc admonet, dicens: Gaudete in domino.Et quomodo gaudere licet,vbi sunt vincula,vbi tormenta, vbi iudicia?Hic maxime gaudere licet.Quomodo vero licet,vbi nõ hęc? Qui nanq; sibi nullius magnæ rei cõscius est, quomodo delectabit? Itaq; quãto maiorem dixeris tribulationẽ, tanto maiorẽ dicis voluptatẽ . Qui mille vulnera miles excepit,nónne cũ magna reuertet lætitia,liberatus habẽs claritatẽ, & gloriæ materiã vulnera? Et tu si poteris, erũpe vocem illã, quã Paulus , Stigmata Iesu porto: magnus & illustris atq; probabilis fieri poteris. At non est persecutio?Sta aduersus gloriã:& si quid aliquis contrariũ dixerit,ne timeas male propter Christum audire.Sta contra superbię tyrannidẽ,sta cõtra pugnã iræ,contra concupiscentiæ tormentũ,& hæc stigmata sunt,& hęc tormenta. Dic enim mihi,quid tormẽtis grauius? nónne cum anima dolet & vritur? Nã illic quidem corpus secatur:hic autem totum est ipsius animæ. Circa ipsam est dolor, cũ iracsitur, cũ inuidet,cũ aliquid huiusmodi facit, vel potius patit. Nõ cm̃ hoc est facere,sed pati,iracsci,inuidere:propterea & animæ passiones appellãtur,& vulnera,& cicatrices.Vere em̃ passio est,& passione grauior. Cogitate qui iracscimini, quoniã has facitis passiões. Ergo non iracscentes,neq; patiuntur.Vides ꝙ cui fit cõtumelia,nõ patitur:sed qui contumeliam facit, sicuti iam dixi.Quòd enim patitur, patet quidẽ & ex hoc, quòd passio vocatur:manifestatur autẽ & ex corpore.Hæ nanq; ægritudines ex ira nascuntur , visus hebetudo,cõsternatio,& huiusmodi mille. Sed filium, inquit,affecit cõtumelia,sed agricolam.Ne imbecillitatẽ esse putes, ꝙ & ipse non hoc facias. Dic enim mihi,hócne bene factum est? Non,inquies. Ergo no facias quod nõ bene fit. Scio quales in talib⁹ iræ pariuntur. Quid igit̃, inquis,si cõtemnat?Argue,increpa,hortare.Mãsuetudine soluitur ira accedens accusa.Nã pro his quidem quæ in nos geruntur, nõ opus est hoc facere, pro aliis autẽ hoc facere necessarium est.Ne propriã putes contumeliã, si filius sit affectus cõtumelia:licet pro eo doleas, nõ tanquã ipse passus contumeliã. Non enim quoniã filius male passus est, tu contumelia es affectus, sed qui maledicit . Extingue gladiũ acutum,in theca reponatur: si nudũ eum habeamus, frequenter & cum non sit tẽpus,vtemur, ab ipso perimus. Si vero celatus sit, si etiã opus fuerit,dũ quærim⁹ regere,extingueẽ ira. Pro se Christus nõ vult iracsci: audi nanq; quid dicat ad Petrũ , Mitte gladiũ tuum in vaginam.& tu pro filio iracsceris?Doce filium quoq; philosophari. Dic tu quoq; tuas ipsi molestias,tuum imitare præceptorẽ.Cum & discipuli cõtumelias essent passuri,non dixit vlciscar:verum & hæc mihi fecerũt,inquit,ferte generosc:non enim vos meliores.Hæc & tu dic ad filiũ & puerum. Non es domino tuo melior. Sed nugæ videtur esse verba philosophię.Heu mihi, ꝙ nõ ita verbis asserere licet, sicut ipsa potest experientia doceri. Et vt discas,confidera.si in medio duorũ statutus pugnantiũ, sis partis iniuriã patientium,nõ autem inferentium, nisi victoriã apud te videris, nisi præclaras reportes coronas. Vide quomodo Christus afficitur cõtumelia, & quomodo respõdet,q̃ mãsuete. Vbi est,inquit,Abel Gene.4. frater tuus?Et quid ait ille?Nunquid custos ego sum fratris mei ? Quid hoc insolentius, si etiam à fratre quis hæc audiat ? nam si à fratre,nónne cõtumeliam id existimasset?Quid igitur? Vide quomodo rursum mansuetè deus respondet: Vox sanguinis fratris tui, inquit,clamat ad me.At deus,inquit,est ira superior. Sed propterea dei filius descendit,vt te deum faciat, quantũ humana capit virtus.At non possum,inquit, cum homo sim.Eia ergo tibi homines producamus, neq; me Paulũ credas dicturum, neque Petrum, sed quosdã de minoribus,& lõgè inferioribus.Heli An- 1.Reg.2. nam derisit dicens:Digere vinũ tuum.Quid hoc cõtumeliosius?Quid hęc igit̃ dixit mulier?In aspera die ego sum.Nihil verè tribulatiõi par,philosophię mater est,

ter est.Eadẽ autẽ hæc & suã habens æmulam , nõ est A eã cõtumelia persecuta.Sed quid ? ad deum cõfugit. Et orans nec eius meminit,neque dicit: qm̃ illa mihi improperat,defende me:tã sapiens erat mulier: erubescamus viri.Et quidem scitis,ꝙ zelo nihil cõparatur.Publicanus à pharisęo contumeliã passus,contumeliam nõ reddidit:licet si voluisset, vtiq; potuisset, sed æquè tulit dicens:Propitius esto mihi peccatori. Miphiboseth à seruo accusatus , & passus calumniã, nihil dixit,aut fecit in eum mali , neq; corã rege suo. Vis & meretricis audire sapiẽtiam?Audi Christũ dicentẽ,cum pedes ipsius capillis extersit:Publicani & meretrices præcedẽt vos in regno. Vidisti eam stantem & confidentẽ,& propria abluentẽ peccata?Vide quomodo Pharisæo nõ est irata,cũ improperaretur:
Luc.7. ait enim:Si sciret,quia peccatrix est hæc mulier,non eã dimisisset.Nec ad eum dixit:Quid enim quęso,tu B mũdus es à peccatis?sed plus patiebat̃,plus gemebat, feruidiores effundebat lachrymas . Si vero mulieres & meretrices & publicani philosophãtur,& hoc ante gratiã:qua fumus digni venia,qui post tantã gratiã efficimur bestiis feriores,mordẽtes& calcitrãtes?Nihil ira turpius,nihil ignobilius,grauius nihil,nihil inucundius,dãnosius nihil.Hęc dico,vt nõ tantum erga viros mites simus,verũ & vt licet vxor sit loquax, sufferas,sit tibi coniunx palæstra & gymnasiũ. Quomodo nanq; non absurdum gymnasia quidẽ admitti nullum habentia lucrum vbi corpus atterimus,domi verò gymnasia nõ facere,coronam & ante certamina nobis præbentia?Contumeliam facit vxor ? ne sit vxor tibi. Est enim mulicbre cõtumeliam facere, morbus est animæ,defectus est. Ne rem indignã esse credas,cum vxor contumeliã infert. Indignum cum C tu quidem contumeliã facias,ipsa verò sapienter ferat,tunc dehonestaris , tunc verè contumelia es affectus:si verò passus æquè feras,fortitudinis tuę magnũ est argumentum.Non ad cõtumelias mulieres inducens,hæc dico,absit,sed si quando contigerit per satanicam circunuentiorem , virorum est fortium ferre imbecilles: etiam si seruus contradixerit,tu philosophare. Ne quod ille dignus est audire , dixeris aut feceris:sed quod te decet tam facere,q̃ dicere. Nunquã contumelia puellã afficiens,turpe verbum emittas,nunquam seruum appelles sceleratum: non enim ille,sed tu cõtumelia fueris affectus. Nõ potest iratus in seipso manere,sicut in fluctus surgens mare:ita cõmiscentur omnia,& tanquã fons purus immisso turbatur cœno,& superiora fiunt inferiora.Siue percusseris.siue tunicam diffregeris,tu maius dãnum sustinuisti.Illi neq; circa corpus & vestẽ hæret vulnus,tibi vero circa animã.Illam dissecuisti , illã vulnerasti. Deiecisti deorsum ab equis aurigam , trahi supinum fecisti,& est idem, ac si alteri succensens auriga trahi mallet.Siue increpes , siue cõmoneas , siue quicquid facias,absq; ira fiat & furore. Si enim increpans medicus patiens est,quomodo poterit alium curare,qui se prius afflixit,semetipsum nõ sanans?Si quis medicus alterũ curaturus accederet,prius habens suã manum vulneratã,ita quæso curationẽ obibit?absit.Similiter & tu,siue increpes,siue commoneas, pura videant oculi tui,ne mentẽ conturbes:alioqui quomodo fit curatio?Non potest in eadẽ esse tranquillitate carens ira & iracundus.Cur præceptorẽ de sede deturbãs,ita humi iacentẽ alloqueris ? Nónne vides iudicantes,qui cũ iudicare debent,super throno sedẽt

A in habitu congruo?Itidem & tu animã tuã veste iudiciali exorna:hęc autẽ est humanitas. At non timebit, inquis:imò magis timebit. Tunc autẽ, etiã si iusta dicas,furori seruus imputabit:si verò cũ mãsuetudine, seipsum condẽnabit.Quod autẽ est principale te de⁹ suscipit,& ita poteris ęterna consequi bona,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri,simul & spiritui sancto gloria imperium & honor, nunc & semper,& in secula,Amen.

Quòd ob amorem Christi omnem oportet afflictionem sufferre,neque rerũ mutationes timeri debent. Homi. LXIII.

SIcut est,dilectissimi, nunc quidẽ nox , nunc autem dies:& interdum quidẽ æstas , interdum autẽ hyems:sic & in nobis , nunc quidem tristitia,nunc autem voluptas : & nunc quidem ægritudo,nunc vero sanitas.Itaq; ne admiremur , cũ ægrotamus,alioquin & cũ valemus,admirandum esset.Neq; tumultuemur,cũ dolemus:alioquin & cum gaudemus,opus esset tumultuari.Omnia nanq; secũdum naturã fiunt,& secundũ consequẽtiam: & quid admiraris,si hæc in te ? Nam & sanctis illis hoc accidisse quispiam viderit.Et vt hoc discas, eia quam maximæ voluptatis plenã esse vitam existimas,& à molestiis absolutam,hãc in medium agamus. Vis Abrahæ vitã ab exordiis inquiramus ? quid igitur hic statim audiuit? Exi de terra tua , & de cognatione tua. Gen.12. Vides rem molestã imperari,verũ & lętam vide subsequentẽ:Et veni in terrã,quam monstrauero tibi, & faciã te in gentẽ magnam.Quid ergo , postquã venit in terrã,& portum attigit,infesta desierunt ? Nequaquã,sed & rursum alia prioribus grauiora sunt subsecuta,fames & peregrinatio,vxorisque rapina,& post hæc alia bona successerunt ei: Pharaonis plaga & dimissio,honor,& illa multa dona,&ad priora reditus, & omnia sequẽtia talẽ habent seriẽ ex lætis & tristibus textã.Et apostolis similia cõtigerunt,propter qđ & Paulus dicebat , Qui cõsolatur nos in omni tribu- 2.Cor.1. latione nostra, vt & nos possimus cõsolari positos in omni tribulatione.Quid igitur,inquit,ad me semper in tristitiis cõstitutum? Ne sis ingratus, & gratiæ immemor.Nec em̃ quis potest esse semper in molestiis, nec enim natura sufficit.Sed quoniam in lætitia semper esse volumus , propterea nos in tristitiis semper esse putamus,neq; propter hoc tantũ,verũ quoniam lætorũ quidem & bonorum statim obliuiscimur, tristium autẽ semper recordamur. Idcirco nos semper in tristitiis dicim⁹.Nec enim fieri potest, vt homo sit semper in ærumnis:& si vultis,& vitã in deliciis posi- D tam indagemus,mollem & diffluẽtem, & grauem & onerosam & flebilem.Et hanc enim ostẽdemus vobis tristitias habẽtem,illam vero remissiones , sed ne tumultuemini.Proponatur autem in medium homo captiuus, & alius iuuenis orphanus magnæ succedẽs hæreditati.Proponatur autẽ & quidam mercenarius per totã laborans diem,& alter deliciis continuè vacans.Vis illius,qui deliciis affluit,molestias prius cõmemoremus:Cogita quomodo par est ipsius mentẽ vexari,cum gloriã se supergredientem appetat , cum à seruis contẽnatur , cũ à minoribus contumeliæ habeatur,cum innumeros patiatur opulẽtiam suam accusantes pariter & calumniantes,& alia quæcunq; in diuitiis accidere credendũ est.Neq; dicere licet,inimicitias,offensiones,accusationes,iacturas,inuidentium insidias : qui postquã ipsius diuitias ad se transferre non potuerint, detrahunt, vndiq; laniant ado-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lescentem,innumeras ei tẽpestates concitant. Vis & huius mercenarij voluptatẽ recensẽam? Ab his omnibus est absolutus: ꝙ si quis eum affecerit contumelia,non dolet: se nanq; maiorem putat nemine: non pro pecuniis timet, cum voluptate manducat, cum multa dormit lętitia. Non ita delectantur vinum bibentes Thasiũ,sicut ille petẽs fontes, at illius nequaquam talia. Si verò dicta tibi nõ sufficiunt, vt maiorem faciam,ei regem & captiuum comparemus, & videbis hunc quidem in voluptate frequẽter versantem,ridentem & ludentem atq; saltantẽ:illum autem in diademate & purpura mœstum,timẽtem,& innumeris pressum solicitudinibus,&prę timore mortuũ. Nullius enim vita sine tristitia prorsus inueniri potest,sed neq; voluptatis expers,neq; enim nostra sufficisset natura,sicut prędixi. Si verò hic quidẽ magis gaudet,hic autẽ amplius dolet:hoc euenit ex ipso dolente,cum pusilli sit animi, non ex ipsa negociorum qualitate. Nã si iugiter gaudere velim⁹, multas habemus occasiones. Nam si virtutẽ arripuerimus,nil iam erit quod nos cõtristet: hæc enim se possidẽtibus bonas prętẽdit expectationes: & deo gratos & apud homines reddit probabiles,& ineffabilẽ affert voluptatem. Licet enim in obeũdo virtus laboris aliquid habeat, multa tamen conscientiã implet delectatione: & tantã intrinsecus affert voluptatẽ, quantam sermo nullus exprimere posset. Quid enim tibi de pręsentibus iucundũ esse videtur? nónne lauta mensa,& corporis sanitas,& gloria ac diuitię? Sed hęc suauia,si illi cõpares voluptati,sunt omnibus amariora ad eã collata. Nihil enim bona suauius cõscientia,& bona spe. Et si vultis hoc discere,hinc migraturũ interrogem⁹, vel senio confectũ,& cõmonefacientes eũ lautę mẽsæ,qua quondã oblectabatur,& honoris & gloriæ & bonorũ operum,quę vnquam fecit:rogemus,in quibus magis exultat. Et in illis quidẽ videbimus erubescentem & se celantẽ:in his verò gestientem & exultantem. Sic & Ezechias cum ægrotauit, non gloriæ, non regni,nõ opiparæ meminit mensæ, sed iustitiæ:

Esa.38. ait enim,Memẽto domine, quomodo ambulauerim in conspectu tuo,in via recta. Vide & Paulum ex his

2.Tim.4. exultantem & dicentem, Bonum certamen certaui, cursum consummaui,fidem seruaui. At inquis, Quid hic habebat,quod diceret? Multa & plura q̃ diuites: & honores,quibus honoratus fuit:& ministeriũ,quo potitus est,& multũ obsequium. An nõ audis ipsum

Galat.4. dicentem: Tanquã angelum dei suscepistis me, tanquam Christũ Iesum:&,Si posset fieri,oculos vestros cruẽtes, dedissetis mihi:& ꝙ pro anima ipsius cerui- D cem suppoſuerunt? Sed nihil eorum in medium agit, sed ipsos labores & pericula, & pro his coronas, & valde quidẽ iustè. Hic enim ista relinquuntur,illa verò nobiscum migrant. Et istorum quidem rationem dabimus:horum autẽ prędmia repetemus. Non nostis in nouissima die,quomodo peccata animam cõuoluunt? qualiter ab imo cor mouent? Tunc itaq; cùm ista fiunt,bonorum assistens operum memoria, tanquam in tempestate serenitas animam consolatur tumultuantem. Si nanq; vigilemus,& viuentibus nobis hic semper motus aderit: sed quoniam sensu carere videmur, cũ hinc eiiciemur,adstabit omnino:siquidem & reus tunc maximè dolet cum ipsum ad tribunal eduxerint:tunc maximè contremiscit,cùm tribunali vicinus est,cum sit opus pœnas dare. Propterea nanq; multorum timores tũc audire licet narrantiũ & aspectus terribiles:quorum spectaculum non amplius ferentes qui moriuntur,lectum ipsum multa cũ perturbatione cõcutiunt iacentes, & præsentes rorũm aspiciunt, anima se intro compellente, & corpus erumpere differente, nec angelorum veniẽtium præsentiam ferente. Nam si tremẽdos homines nos vidẽtes expaueſcim⁹:angelos minaces, & potestates sæuas accedentes cum videbimus, quid non patiemur,cùm anima de corpore nobis extrahetur, & vi rapietur,& multum incassum & frustra lamẽtabitur? Nam & diues ille postquam hinc migrauit, multum defleuit,sed nihil profecit. Propterea suadeo, omnia faciamus,ne à tãta decidamus gloria, futura scilicet. Nihil enim difficile,si velimus:nihil graue, si attẽdamus. Nam si patimur, & conregnabimus. Quid est, patimur? si tribulationes ferimus & persecutiones, si viam ambulemus angustam. Nam angusta quidem à natura & laboriosa, voluntate verò nostra leuior efficitur, propter spem futurorum. Momentaneum enim & leue tribulationis per excellentiam in excellentiam æternum pondus gloriæ operatur:non considerantibus nobis quæ videntur,sed quæ non videntur. Transferamus igitur oculos in cœlum, & illud cogitemus semper,& spectemus. Si enim in illis semper immoremur,nihil circa quæ sunt hic iucunda,patiemur, non tristia ægrè feremus. Verum & hæc & similia deridebimus, & nos aut extollere, aut mancipare nihil poterit, si modò desiderium illuc intendamus, si respiciamus ad illam charitatem. Et quid dico non dolebimus malis præsentibus? nec enim iam ea cernere videbimur, tale quid enim est amor. Certè nobis non præsentes, sed absentes, ac desideratos per dies singulos cogitemus. Magna nanque vis est charitatis, ab omnibus separat, & amato animam alligat. Si Christum ita dilexerimus, omnia præsentia vmbra, omnia imago videbuntur & somnium:dicemus & nos, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia? Non dixit, pecuniæ, *Rom.8.* an diuitiæ, an ornatus: hæc enim valde vilia & deridenda: sed quæ videntur esse grauia posuit, Fames, persecutiones, mortes: & ille quidem & hæc tanquam nihil essent,contempsit:nos autem propter pecunias à vita nostra separamur, & à lumine abscindimur. Et Paulus quidem non mortem,non vitam,non pręsentia,non futura,non aliam creaturam,eius charitati præponit: nos autem si modicum auri viderimus, accendimur,& ipsius pessundamus leges. Si verò non hæc cum dicuntur, tolerabilia, multò magis cum fiunt. Hoc enim est graue quod audientes quidem horrescimus, facientes autem non horremus: quin & iuramus leuiter, & peieramus, & rapimus, & exigimus vsuras,& nullam molestiæ gerimus curam, & à diligentissima recedimus oratione,& mandatorum plura præuaricamur: & propter pecunias nullã nostrorum agimus membrorum rationem. Qui nanque pecunias diligit, & innumera proximo mala patrabit,& sibi pariter cũ illo. Nam & facilè irascetur, & conuiciabitur,vocabit stultum, & iurabit ac peierabit,& nec antiquæ legis seruabit mẽsuras:nõ enim diliget proximum,qui diligit aurum, cum nos & inimicos diligere propter regnũ iubeamur. Nam si prisca obeuntes pręcepta ad cœlorum regna peruenire non poterimus,nisi superabundet iustitia nostra magis quàm illorum: & illa præuaricantes, quam assequemur excusationẽ? Qui pecunias amat,nõ tantum inimi-

inimicos non diliget, verum & amicis tanquam inimicis vtetur. Et quid amicos dico? Nam & frequẽter ipsam ignorauere naturã, qui pecuniarũ amore sunt capti. Talis consanguinitatẽ non nouit,familiaritatis non reminiscitur,non reueretur ętatem,amicum habet neminẽ:sed in omnes se geret inimice, ante omnes alios in semetipsum, nõ eo tantum ꝙ animã suam perimat,verũ & innumeris semetipsum affligat solicitudinibus laboribus & tristitiis. Nam & peregrinationes,& inimicitias,& pericula & insidias, & quodlibet sustinebit,tantũ vt omnium malorũ penes se radicẽ habeat,& multum auri cõnumeret. Quid igitur hac peste grauius esse possit? Nam & deliciis,& omni voluptate,propter quam multa peccant homines,& gloria & honore caret. Qui nãq; pecunias diligit, innumeros habet suspectos & multos accusatores, inuidos,& calumniatores & insidiantes. Qui nanq; patiuntur iniuriam,oderũt tanquam male habiti: nondum vero passi,timentes ne patiãtur,& passis condolentes idem indicunt bellum. Maiores autẽ & potentiores dolẽtes,& ægreferentes pro humilioribus,insuper & inuidẽtes,similiter inimici sunt, & oderunt. Et quid homines dico,cum & deũ aliquis habeat hostem? Quæ iam huic spes supererit,quę cõsolatio,quę refrigeratio? Qui pecunias diligit,nunquã eis vti poterit,sed seruus erit & custos,nõ domin⁹ semper:plures enim efficere studẽs nequaquam impendere volet: semetipsum autem cruciabit, & omniũ pauperũ parcissime viuet, nullum faciẽs cupiditatis terminũ: cum pecuniæ sint,nõ vt custodiamus,sed vt vtamur. Si vero defodere debeam⁹ aliis,quid nobis possit esse miserius,qui circũcursamus, aliena cõprehendere quærentes,vt intus includamus,& cõmunem præci- C damus vsum? Est autẽ & alia pestis hac non inferior. Nam hi quidem in terrã infodiunt, hi autem in ventrem & voluptatẽ & ebrietatẽ cum iniuria, & ex intemperantia pœnã sibi ferentes: & hi quidem parasitis & assentatoribus, hi vero aleis & meretricibus, & aliis huiusmodi suppeditãt impensas: innumeras sibi secantes vias ad gehennã ferentes,rectam & sanctam deserentes in cœlum ducentem: cum non modo lucrum,sed etiam voluptatem dictis maiorem habeat. Nam qui meretricibus erogat, ridẽdus erit & turpis, & multa feret bella,& modicã voluptatem,imò vero neq; modicam:quotquot enim fornicantibus dederit mulieribus,ei nullam habebunt gratiam. Dolium enim perforatũ est aliena domus:alioquin autem impudens est huiusmodi genus,& inferno similẽ esse ipsius amorẽ Salomon comparans dixit. Et tunc tantũ D desistit,cum omnibus nudatum amatorem esse viderit:quinimò neq; tunc cohibetur, sed magis furatur, & insultat iacenti,& multum in eum cõmouet risum: & tantis eum malis afficit, quanta neq; sermone possunt recẽseri. Sed saluatorũ nõ est talis voluptas: nec enim hic riualem quispiam habet,sed omnes gaudẽt & exultant & prospere agentes & intuentes. Non furor,non mœstitia, nõ dedecus & opprobrium huius animam obsidet: sed multa quidem cõscientiæ lætitia,multa vero spes futurorũ: porro præclara gloria, & claritas multa,& quod est omnium maximum,dei beneuolẽtia & protectio,& nullum præcipitium,aut suspicio:sed quietus portus atque tranquillitas. Hæc igitur omnia cogitantes,& voluptati voluptatẽ comparantes,eligamus meliora: vt & futuris fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria,simul & sancto spiritui,in secula seculorum,Amen.

Quòd maximum est lucrum in tribulationibus gratiarum actio, Homilia LXIIII.

NIhil tam præclarum, dilectissimi, ad gloriæ rationem & fiducię,quàm à deo diligi, & ipsum diligentem tanquã deum diligere. Hoc angelos splendidos facit,hoc principatus & potestates,hoc reges maiores:propterea & Paulus hoc ante regnũ posuit:propterea & incorporeas virtutes beatas existimo,ꝙ eum diligunt, & in omnibus parent. Hinc & Propheta eas admirabatur dicens, Potentes virtute faciẽtes verbũ eius. Hinc & Seraphin Esaias *Psal.102.* prædicabat,magnã corũ virtutem ostendẽs,& ex eo *Esa.6.* ꝙ stent apud gloriã illã: quod maximæ charitatis est signum. Imitemur & nos itaq; supernas virtutes:neq; tantũ iuxta thronũ stare studeamus, verum & inhabitantem eũ habere in throno sedentẽ. Nam ille quidem & exosos dilexit,& diligens perseuerat. Nam & solem oriri facit super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos. Tu vero diligẽtẽ ama:diligit enim. Et quomodo diligens,inquit,gehennã & pœnam & vltionẽ minatus est? Propterea diligit: etenim tuam mutilans vltionẽ, & tanquã fræno quodã timore in peiora cohibens impetũ, omnia facit & tractat, tam per suauia, q̃ per tristia ab vlteriori ad inferiora decursu te reprimens,& ad se reducens,& ab omni soluens malitia,quę gehenna peior est. Si vero rides dicta,& multo potius in nequitia viuere vis, q̃ solo die puniri,nihil mirandum. Nam & hoc est sentẽtiæ tuæ vilis indiciũ, ebrietatis & insanabilis morbi, quoniã & infantes parui cũ medicũ viderint ignẽ vel sectionem inferentẽ,fugiunt,& vlulantes resiliunt & plangentes:& malunt cõtinua corporis tabe consumi, q̃ temporalẽ sustinentes dolorẽ futura sanitate potiri. Mentem autem habentes, norunt ꝙ ægrotare quàm secari grauius est:sicut & malum esse peius est q̃ puniri. Nã curari quidem est & conualescere:perire vero,& in continua esse ægritudine. Quòd autẽ sanitas infirmitate melior est,cuiq; manifestum:quoniam & latrones nõ quãdo & latera fodiuntur, lugere dignũ est,sed cũ parietes perfodiunt,& cædem patrant. Nã si corpore melior est anima, sicut certe melior est, hac pereunte magis dolendum est & conquerendũ: si vero non sentiat,& ita magis oportet eum deflere. Nam & lasciuo captos amore magis, q̃ grauiter febricitantes dignum est miserari:& ebrios amplius, q̃ eos qui torquẽtur. Sed si hæc,inquit,grauiora, quare potius hæc eligimus? quoniã multis hominum, iuxta prouerbium,peiora placẽt,& hæc eligunt, omittentes meliora:quod & in ferculis videri potest,& in cõuersationibus,& in vitæ imitationibus, & voluptatis delectatione, in vxoribus, & in seruis, & agris, & in omnibus aliis fieri. Et licet naturalia præternaturalibus iucundiora sint:attamen multi sunt, qui deridẽda,& iniucunda,& pœnã habentia, tanquã iucunda sectãtur. At illis,inquit,hęc esse videntur iucũda: sed propter hoc ipsum quidem sunt miseri, ꝙ non voluptuosa,voluptuosa esse putant:sic & peccati pœnam peccato peiorem censent,non est tamẽ, sed contrarium omnino. Si enim esset malum peccãtibus castigari,malis mala deus non adiunxisset, nec eos peiores facere voluisset. Qui enim omnia facit vt extinguatur malitia,nõ eam auxisset. Nõ itaq; peccãti malum est castigari, sed ita perseuerantem non corrigi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut ægrotũ non curari. Nihil enim tam malũ, quàm
mala cupiditas: malum autem cum dico, & deliciarũ
dico, & intẽpestiuæ gloriæ, & potentiæ, & omnium
generaliter vltra necessitatẽ rerum cupidinem. Ta-
lis enim lubricam & dissolutam viuens vitam, omni-
bus quidem beatior esse videtur: omnium tamen est
miserrimus, suæ superinducens animæ graues domi-
nos & tyrannos. Propterea deus præsentẽ vitam no-
bis fecit laboriosam, vt ab illa nos absoluat seruitute,
& ad puram libertatem perducat. Propterea pœnam
quoq; minatus est, & vitæ nostræ labores constituit,
lasciuiã reprimens. Ita quidẽ & Iudæi dum luto fue-
runt & lateritio operi alligati, mites erãt, & continue
deum vocabãt: postquam vero libertate potiti sunt,
murmurabant, & deũ exacerbauerunt, & se malis in-
fixerunt innumeris. Quid igitur, inquit, de his dices,
qui frequenter à tribulatione subuersi sunt? Quòd nõ
tribulationis opus subuersio, sed illorũ imbecillita-
tis. Nec enim si quis infirmũ habens stomachũ, ama-
ram non admittat medicinã ipsum curare valentem,
sed potius atteratur, medicinã nos accusabimus, sed
membri infirmitatẽ, sicut & hic mentis facilitatẽ. Et-
enim à tribulatione subuersus, multo magis hoc à re-
missione pateretur: nam si ligatus cadit, hoc enim est
tribulatio, multo magis lasciuè viuẽs. Et qualiter, in-
quit, potero non à tribulatione subuerti? Si cogitaue-
ris, q; siue velis, siue nolis, illatum patieris: sed si grate
quidem, maxima lucraberis: si vero ægreferẽs, super-
biens & blasphemans, neq; calamitatẽ ita minorẽ fa
cies, & maiorem reddes procellam. Hæc itaq; cogi-
tantes, quod necessitatis est, hæc nostræ volũtatis es-
se faciamus. Quale quod dico: Filium aliquis amisit
legitimum, alter totam rem: si cogitaueris, q; factum
quidẽ solui nõ potest, potest autẽ ex insanabili cala-
mitate aliquid decerpi, casum generosè ferẽdo, & ,p
blasphemis verbis domino benedictionem referen-
do: ita mala nõ voluntarie illata, tibi fient liberæ me-
rita voluntatis. Vidisti filiũ ante tempus raptum: dic,
Iob. 1. Dominus dedit, domin⁹ abstulit. Vidisti diuitias ex-
haustas: dic, Nudus exiui de ventre matris meæ, nu-
dus & illuc reuertar. Vidisti malos prosperis vtentes,
& iustos aduersis laborãtes, & innumera patiẽtes ma
la, nescis autem rerum, quæ fuerit, causam inuenire:
Psal. 72. dic, Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper
tecum. Si vero & causam quæris, cogita, q; constituit
diem, quo iudicaturus est terrarum orbem, & omnẽ
expelles dubitationẽ: pro meritis enim tunc quisque
recipiet, sicut Lazarus & diues. Reminiscere apostо-
lorum. Nam & cum flagellarentur, pellerentur, & in-
numera sustinerent tormenta, gaudebãt q; digni fuis-
sent habiti pro nomine Christi cõtumeliam pati. Igi-
tur & tu si fueris ægritudine correptus, fer generosè,
& deo gratias age, & eandem cum illis mercedẽ ac-
cipies. Quomodo vero in ægritudine positus & do-
loribus, deo gratias habere poteris? Si eum legitime
diligas. Nam si pueri tres in caminum proiecti, & alij
in carceribus, & in aliis innumeris constituti malis a-
gere gratias non desinebant: multo magis in ægritu-
dinibus positi, grauibus oppressi morbis hoc facere
poterunt. Nihil enim est quod non superet amor cũ
desiderio. Cum autem & dei sit desiderium, om-
nium est altissimum, &neq; ignis, neque ferrũ, neque
paupertas, non infirmitas, non mors, nec aliud quid
huiusmodi graue videbitur talem amorem possidẽti:
sed omnia deridens, ad cœlum volabit, & illic morã-
tibus nihilo se geret indignius, aliud intuẽs nihil, nõ
cœlum, non terram, non mare: sed ad vnam tantùm
pulchritudinem intentus illius gloriæ: & nec eũ præ-
sentis vitæ tristia humiliabunt, nec extollere & infla-
re suauia poterunt, & voluptatem habentia. Capia-
mur igitur hoc amore: huic enim par nihil & propter
præsentia, & propter futura. Quin insuper propter ip
sam amoris naturam liberabimur & à præsentis vitæ,
& à futuri seculi suppliciis, & regno fruemur. Verun-
tamen neq; gehennæ absolutio, neq; regni delectа-
tio magnum aliquid est ad id quod est dicendum.
Hoc enim omnium est maximum, Christum amatũ,
simul & amatorem habere. Si enim hoc in hominі-
bus cõtingens omni voluptate superius est, cum hæc
vtraq; circa deum euenerint, quis sermo, quæ mens
exprimere poterit huius animæ beatitudinem? Nul-
la profecto, sed experientia sola. Vt itaque per experi-
entiam discamus hanc spiritualem lætitiam, & bea-
tam vitam, & mille bonorum thesaurum, omnia di-
mittentes illam charitatem retineamus. Hæc igitur
audientes, nunquam in tribulationibus abominatio-
nem patiamur, neque cogitationes proprias sequen-
tes indignemur: sed multam exhibentes tolerãtiam,
spe pascamur nostri scientes facilitatem, & quòd nos
non despiciens, tristium experientiam capere per-
mittit, sed nos volens certantes præclaram reporta-
re coronã: sic omnes sancti probabiles apparuerunt:
propter hoc & apostoli dicebant, Per multas tribu-
lationes oportet nos in regnum dei introire. Et ipse Act. 14.
Christus discipulis dicebat, In mundo tribulationem Ioan. 16.
habebitis. Ne tristemur itaq; propter tribulationes:
sed Paulum audiamus dicentem, Quòd volentes pie 2. Tim. 3.
viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Et
neque consternemur, aut ęgre feramus: sed cum omni
virtute ingruentia feramus, non ad tribulationes,
sed ad lucrum respicientes hinc nobis proueniens.
hęc enim spiritualis mercatura. Et sicut pecunias col
ligere volentes, & hanc secularem exercentes mer-
catуram, nõ aliter propriam rem augere possent, nisi
multa terræ, marisque pericula sustinerent: necessa-
rium enim est & latronum insidias, & piratarum in-
cursus sufferre, & prorsus omnia cum magna subeũt
promptitudine, propter lucri expectationem, nullũ
capientes tristium sensum: eodem & nos modo diui-
tias hic nobis confluentes, & spiritualem cogitantes
mercaturam, gaudere decet & exultare: nec quæ vi-
dentur, sed quæ videri non possunt, cõsiderare: sicut
& Paulus monet, dicens, Non considerantibus nobis
quę videntur. Hoc enim fides est, cum corporeis dũ-
taxat oculis non sumus contenti, sed mentis obtuti-
bus inuisibilia cogitamus. Illa nanque præsertim his
quæ corporeis cernuntur oculis, credibiliora censе-
re nos oportet. Ita Patriarcha fuit illustris & gratus,
quoniam dei credidit promissioni, & natura factus
altior & humanis rationibus: quamobrem & reputa-
tum est ei in iustitiam. Cogita quòd est iustitia, his
quæ dicuntur à deo credere. Cum ille quid promise-
rit, ne mihi res secundum humanam exigas conse-
quentiam: sed talibus sublimior cogitationibus, pol-
licentis virtute cõfidas. Ita iustorum quisq; probabi-
lis fuit: sic & admirabilis Ioseph tot mediis post som-
nia factis obstaculis, non est cogitatione turbatus, nõ
tumultuatus, sed corroborato sensu generose cuncta
ferebat, sciens quòd dei decreta cadere non possunt.
Quapropter & post seruitutem, & carcerem tantam
calum-

calumniam, totius Aegypti principatũ accepit. Hæc
igitur omnia cogitãtes, ingruentibus fortiter occur-
ramus, clementiæ diuinæ pro omnibus agentes gra-
tias, & ab eo protectionem expectantes: qua nos om-
nes frui concedatur, gratia & benignitate domini no
stri Iesu Christi, cũ quo patri simul & spiritui sancto
gloria, imperium & honor nunc & semper, & in se-
cula seculorum, Amen.

Quod deo gratias agere debemus, qui commensurata nobis certamina largitus est, nihil autem graue præcepit.

Homilia. LXV.

NIhil diabolo sceleстius aut peius, dilectissimi:
semper enim inutilibus suos inuoluit labori-
bus & distrahit: neq; modo brauia consequi
non permittit, sed & supplicij reos facere consueuit.
Non tantũ prædicationẽ, verum & ieiuniũ, & virgi-
nitatem eis sancit, non modo præmiis priuaturus, ve-
rum & magnum malum ea exercentibus illaturus, de
1. Tim. 4. quibus dicitur, Cauteriatã habentium conscientiam
suam. Quapropter exhortor, pro omnibus deo gra-
tias agamus, q; nobis & labores releuauit, & auxit
præmia. Quibus enim apud nos modeste nubẽtes po
tiuntur mercedibus, apud hæreticos virginitatẽ ser-
uantes non potiuntur, sed fornicantium pœnæ facti
sunt rei. Totum autẽ est, eò q; recta nihil faciant in-
tentione, sed in accusatione dei creaturarum, & ine-
ffabilis dei sapientiæ. Ne torpeamus itaq;: nobis deus
mẽsurata dedit certamina nullum habẽtia laborem,
ne propter hoc tamen cõtemnamus. Si enim hæreti-
ci se laboribus intendũt inutilibus: quę nobis erit ex-
cusatio, neq; minores, & maiorem afferentes merce-
dem sustinere nolentibus? Quid enim graue, quídve
molestum in Christi præceptis? Nõ potes virginita-
tem seruare, licet tibi nubere: nõ potes te tuis omni-
bus priuare, licet tibi de tuis ministrare. Vestra super-
abundantia illorum inopiam suppleat. Hęc enim vi-
deatur esse grauia: qualia vero? Pecunias dico contẽ-
nere, corporalem vincere concupiscentiam: reliqua
vero nullius indigẽt impensæ, nullius violẽtiæ. Quæ
enim quæso, violẽtia non detrahere, neq; temere ca-
lumniari? Quæ vero violentia nõ alienis inuidere bo
nis, vel gloria non capi? Torqueri & ferre, tolerantiæ
sunt: philosophiã exercere, tolerantiæ: ferre pauper-
tatem, tolerantiæ: fame impugnari & siti, tolerantiæ.
Cum vero nihil adsit huiusmodi, sed suis liceat vten-
tem, vt Christianum decet, alienis non inuidere, quæ
violentia? Inuidia non aliunde, quàm ex nimia præ-
sentiũ cura, quinimò omnia mala. Nam si pecunias
nihil esse putares, & huius mũdi gloriam habentibus
non inuideres: sed quoniã eis inhias & admiraris, &
attonitus cõcupiscis, propter hoc & inuidia te pulsat,
propter hoc & inanis gloria, & omnia nascuntur ex
rerum vitæ præsentis admiratione. Inuides q; ille di-
ues est? At potius misericordia dignus est, & lachry-
mis huiusmodi. Sed statim ridẽs dices, Ego lachry-
mis dignus, nõ ille. Lachrymis dignus & tu, non qm
pauper es, sed quoniã te miserabilem existimas. Nul-
lum enim malũ habentes, & ægre ferentes deflemus:
nõ quoniam malum aliquod habeant, sed quoniam
non habentes habere se putãt: sicut si quis febre libe-
ratus mœreat, & valẽs versetur in lecto positus, nón-
ne febricitãte magis est deplorandus? non quoniam
febre laboret, sed quoniã nihil habens graue, se putat
habere. Et tu propterea lachrymis dignus es, quoniã
te putas miserabilem, nõ propter paupertatem. Pau-
pertatis enim ratione beatus es existimandus. Quid
inuides diuiti? quoniã se maiorũ curarum reũ consti-
tuit, quoniã grauiori seruitio, & infinitis mœroribus,
quasi quidã canis suis alligatus est pecuniis. Pręoccu
pauit vespera, præoccupauit nox, & hic quietis tẽpus
habet tumultus occasionẽ, & amaritudinis, & tristi-
tiæ ac solicitudinis. Sõnus factus est, statim exiliit. Ille spoliatus est, maiorẽ habet illo solicitudinem, qui
perdidit: ille enim semel perdidit, & cõtristatus curã
deposuit, hic autem eam habet continue. Superuenit
nox nostrorum portus malorum, nostrarum lenimẽ
ærumnarũ, vulnerum medicina. Nam & aliquo do-
lore detenti, amicis quidẽ & consanguineis, & fami-
liaribus, frequenter autẽ & patribus non cessere con
solantibus, nec paruerunt: verũ & ad ipsa verba sunt
indignati: somno verò quiescere iubẽti, neq; contrà
aspicere valuerũt. Doloris em amaritudo magis om-
ni estu nostras affligit animas. Sicut igitur corpus ex-
æstuans, & ardentioribus radiis fatigatum demulcet
diuersorium, multos fontes & ab aura tenui cõsola-
tionem habens: ita nox somno nostrã tradit animã.
Sed potius tamen neq; nox, neque somnus hoc ope-
ratur, sed deus hoc ærũnosum intuẽs genus, hęc om-
nia fecit. At nostri nosipsi nõ miseremur, sed tanquã
nobis inimici simus, maiorẽ excogitauimus naturali
necessitate & requie tyrannidẽ, ex diuitiis vigilandi
solicitudinẽ: ait enim, Cura diuitiarum amouet som- Eccles. 5.
num. Et vide quanta sit dei cura. Non proposito re-
quiem permisit, sed naturalibus eam vinxit necessita-
tibus, vt & inuiti beneficio fruamur. Nã dormire na-
turæ est: nos autem quasi nos multum exosi, tãquam
alios impugnãtes & affligentes, hac naturali necessi-
tate maiorem excogitauimus tyrannidẽ ex pecuniis.
Dies illuxit, & huiusmodi sycophãtas timet. Nox cõ
prehendit, tremit latrones. Mors adest, magis quàm
morte mordetur q; illa fiunt aliena. Filiũ habuit, ma-
ior cupiditas, & tunc pauper esse sibi videtur. Nõ ha-
buit, magis doluit. Hunc ergo beatũ vocas, qui nulla
ex parte lætari potest? Huic inuides naufraganti, in
trãquillo paupertatis portu cõstitutus. Et hic vere est
humanæ defectus naturæ, bona generosè nõ accipe-
re, & in beneficia cõtumeliosum se gerere. Et hęc qui-
dem hic, cum autẽ illuc migrauerimus, audi quid di-
ues loquatur qui fuerat innumerorũ, vt ipse dicis, bo
norũ dominus. Nam ego nõ hæc bona dixerim, sed
indifferentia. Hic igitur infinitorũ dominus bonorũ
quid dicat, audi & in cuius rei sit inopia constitutus:
Pater, inquit, Abrahã mitte Lazarũ, vt summo digito Luc. 16.
instillet aquam linguæ meæ, quoniã torreor. Nam si
nihil eorũ, quæ dixi, pateretur ille diues, si in libertate
sine cura totã egisset vitam: & quid dico totam egis-
set vitã? vnũ illud momentũ, momentum enim est: ait
enim, Quasi vnũ momentũ tota ætas nostri ad infiniti
seculi comparationẽ. Si igitur ei pro votis omnia
successissent, nónne mirabilis est ex hisce verbis, imò
vero factis? Nónne vino exundabat mensa tua? nunc
verò ne guttæ laticis es dominus, & hæc in multa ne-
cessitate cõstitutus. Nónne pauperem vlceratum de-
spiciebas? nunc autẽ rogas eum videre, & nemo præ-
bet. Pro foribus tuis adstabat, nunc autẽ in Abrahæ
sinibus. Sub magnis tu recubabas tectis, nunc in igne
gehennæ. Hæc audiãt diuites, imò vero non diuites,
sed misericordia carentes. Nõ enim quoniam diues
fuerat, puniebatur, sed quoniam misericordiam non
exhibuit. Potest em fieri, vt locuples & miserens om-
ne bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne bonũ assequatur. Et propterea nullũ alium videt, nisi illum sui indigẽtem: vt discat, q̃ hæc iuste patiatur, in memoriam eorum veniens, quę gerebat. Num non erant innumeri diuites iusti? Sed ad eius ianuam iacens hic ipsi occurrit: ipsum & nos docẽs, quantũ sit bonũ in pecuniis non confidere. Nihil illum læsit paupertas ad regnũ acquirẽdũ, nihil huic profuerũt diuitiæ ad fugiendam gehennã. Quousq; paupertas, quousq; mendici? Nõ est pauper qui nihil habet, sed qui multa cõcupiscit. Non est dives qui multa possidet, sed qui nullius indiget. Quid eñ vtilitatis omnẽ terrarũ orbẽ possidere quidẽ, & in maiori viuere miseria, q̃ qui nihil habet? Voluntates & diuites faciunt & pauperes, nõ pecuniarũ copia nec egestas. Vis fieri dives tu pauper? licet tibi, si velis, & est qui ꝓhibeat nemo. Contemne mundi pecunias, nihil esse cogita, sicut & sunt: elimina pecuniarũ amorem, & dives factus es. Hic est dives, qui dives esse nõ vult: qui pauper esse renuit, hic est qui pauper est. Sicut eñ ęgrotus est ille, qui & in sanitate mœstus est: non ille qui morbũ omni sanitate fert leuius: Itidẽ & pauper est, qui paupertatem ferre nõ potest, sed in diuitiis se pauperib⁹ pauperiorem esse putat: non ille qui pauperiẽ, quàm diuites opulẽtiam fert lætius: hic enim est ditior. Cur enim quęso, pertimescis paupertatẽ? quare cõtremiscis? Nónne propter famẽ? nónne propter sitim? nónne propter frigus? an nõ propter hæc? Sed est nemo, qui de his vnquã dubitauerit. Nam respicite in antiquas generationes, & videte quis credidit domino, & derelictus est: vel quis sperauit in eum, & cõfusus est.

Matth.6. Et iterum, Respicite volatilia cœli, ꝙ non seminant, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit ea. Neminẽ facile quis haberet, quẽ fame vel frigore mortuũ ostẽderet: cur ergo paupertatẽ formides, nõ potes dicere. Si necessariis eñ abundas, quid tandẽ tremis? quòd non est tibi seruorũ multitudo? hoc est à dominis esse liberũ, hoc perennis beatitudo, hoc à solicitudine libertas. At ꝙ vasa, lecti, & supellectilia tibi nõ sunt ex argẽto elaborata. sed quid te pl⁹ habet delectationis, qui talia possidet? Nihil. Vsu nanque sunt paria, siue ex hac, siue sint ex illa materia. At quoniam terribilis non es multis. Nec vnquam fiat. Quæ nanque voluptas, ꝙ te multi tremant atq; formident? Sed ꝙ alios ipse times. at timendum non est. Vis enim non timere potestatẽ, bonum fac, & habebis laudẽ ex ea. At quoniã contemptui sumus obnoxij, & malè pati periclitamur. pręcipue quidẽ paupertas hoc nõ facit, sed malitia. Quoniam cum multi pauperes quiete præsentẽ vitam degant, principes, diuites & potentes omnibus malefactoribus, latronibus & furibus migrauere miserius. quod enim in te paupertas habet, in illo diuitię. Sicut enim tibi per contẽptum hi malefaciũt, affligere volentes: sic illi per inuidiã & liuorẽ: & magis hic quàm illic sæuitur: hæc vis malefaciendi, quàm illa fortior. Nam inuidẽs quidem totis viribus & potentiis omnia facit, contemnens autem & quandoq; miseretur eius quem contemnit: & hoc illi factũ est liberationis causa, ꝙ pauper est, & nihil habet fortitudinis: & dicentes, magna geres, si illũ interfeceris: si vnũ occideris inopem, quibus potieris præmiis? ita illius iram reprimimus: at in diuitibus instat inuidia, non prius desinens, q̃ quod vult fecerit, & suum effuderit venenum. Vides, ꝙ non paupertas, neque diuitiæ bonum, sed voluntas nostra? Hanc bene componamus, & sapienter se gerere doceamus. Si hæc bene dispositа fuerit, neq; diuitiæ nos à regno pellere poterũt, neq; paupertas vt minus habeamus faciet. Sed paupertatẽ æque feremus, nec hic vllã de futurorum delectatione bonorum iacturam facientes: verum & his fruemur, & cœlestibus potiemur bonis: quæ nos omnes assequi detur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperium & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Quòd cœleste regnum absque tribulatione & laboribus acquiri non potest, *Homilia LXVI.*

VInculum est indiruptũ tribulatio, charissimi, dilectionis argumentum, compunctionis & reuerentię materia. Audi nanque Dauid dicentem, Bonum mihi domine, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. & rursus alium prophetã dicentem: Bonum est viro, cum portauerit iugum à iuuentute sua. & iterum: Beatus homo quem tu erudieris domine. Et alium quendam dicẽtem: Noli cõtemnere disciplinam domini. Et si vadis seruire deo, præpara animam ad tentationem. at rursum & Christus dicebat, In mundo tribulationem habebitis, sed confidite. & iterum, Plorabitis & lugebitis vos, mundus autem gaudebit. & iterum, Angusta est & arcta via. Vides vbiq; tribulationem laudari, passim assumi tanquam nobis necessariam? Si enim in externis certaminibus absq; hac nemo coronam capere potest, nisi laboribus, & ciborum obseruatione, viuẽdi norma, & vigiliis, & innumeris aliis semetipsum corroborauerit: multò magis hic. Quem enim vis dicere? regem? sed nec ille procul à curis vitam agit, sed multis plenam tribulationibus & curis. Ne nanq; diadema respicias, sed curarum tempestatẽ, per quam ipsi corona paritur. Neq; purpuram intuere, sed animam & ipsa purpura magis nigrescentem. Non ita corona caput circundat, sicut animam solicitudo: nec in satellitum cateruam, sed in molestiarum multitudinem spectes. nec enim priuata domus tot curis plena reperiri potest, quot regiæ sunt mortes per singulos dies expectatæ, & ante mensam cruor spectatur, & ante potum. In noctibus autem ne dici quidem potest, quoties anima prosilit, & exilire se putat, & hæc quidem in pace: si vero bellum ingruat, quid hac vita miserabilius esse possit? quot autem à familiaribus iruunt & subditis? quippe cõsanguineis cruoribus regium pauimẽtum semper est plenum. Et si vultis, aliqua narrem, forsitan agnoscetis, maximè quidem & antiqua: at & nostris facta tẽporibus, quæ tamen adhuc memoria seruantur. Ille coniugem adulterij suspectam habens, nudam in mõtibus alligauit, & feris tradidit, iam factam multorum sibi regum matrem: qualem illum vitam degere creditis? Non enim, nisi magno fuisset morbo consumptus, in tantã erupisset vltionẽ. Hic ipse quidem suum iugulauit filium, quin potius ipsius frater. Eius filiorum hic quidẽ semetipsum interemit à tyranno comprehensus: ille verò nepotem suum regni secum consortem, quod ipse arripuerat, & vxorẽ vidit à Persis corruptam. quasi enim ea quæ nõ pariebat, mulier misera quędam & ærumnosa: misera quidem & infelix, quæ dei donum per suam se sperauit præstiturã esse sapientiã: cum aleam iecisset, reginam corrupit, & ipsa simul est corrupta: hic autem dicitur & fratrẽ suum peremisse: alter rursum post hũc venenatis sublatus est medicaminibus, & calix

& calix fuit ei non iam poculũ, sed mors: & eius filio, futurorũ timore, cum nihil iniuriæ patrassет, oculus erutus fuit. Alius, neq; dicere decet, quàm miserabiliter vitam finiuit. Sequẽtium autem hic quidem incensus fuit, tanquã miset quidã & infelix, cum equis & curribus, & aliis omnibus, & vxor in viduitate. Vitæ enim ærumnas nemo sermone posset exprimere: quas cũ hic insurrexerit, habere coactus est. Hic verò qui nũc imperat, nõne postquã coronatus fuit, est in laborib⁹, in periculis, tristitiis, mœrore, calamitatib⁹ & insidiis? At nõ talis cœlorum regia. sed postquam eam acceperis, pax, vita, gaudium, lætitia. Verum, vt dicebam, non est vita sine miseria. Si vero in secularibus, & in regia facile primus, tantis est plenus ærumnis, quid censes in priuatis, & quot alia mala? Neque dici quidẽ potest, quot fabulæ frequenter ex his cõtextę sunt. Omnes ferè quę sunt in scena tragœdię & fabulæ, de regibus exhibẽtur: eorum enim quę fabulosè dicũtur, plurima pars de factis fingitur: sic enim habent & voluptatẽ Thyesteæ, & tota domus illa calamitatibus est obuersata. Sed hæc quidẽ ex his quæ ab externis composita fuêre, didicimus. Si vero vultis, & ex scripturis dicem⁹. Saũl primus regnauit, verum scitis, quomodo post illum Dauid, & hic transiit innumeris tentatus malis. Salomon, Abia, Ezechias, Iosias similiter. Nõ enim potest citra tribulationem, non potest citra tristitiã præsens vita transmitti. Sed nos mœreamus nõ huiusmodi reb⁹, de quibus reges, sed ex quibus & magnum habemus emolumentum.

2.Cor.7. Nam quæ secundum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem immutabilẽ operatur. Ex his oportet tristari, de his dolere, his morderi. Ita Paulus pro peccãtibus tristabatur, ita lugebat: ait enim, Ex multa tribulatione, & compressione cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Quoniã enim de propriis nõ habebat quod lugeret, hoc ꝓ alienis agebat: quin & illa secundum luctus rationẽ propria putabat. Alij scandalizabantur, & ipse vrebatur: alij infirmabantur, infirmabatur & ipse. Bona est talis tristitia, omni mundana melior lætitia, ita lugentem omnibus hominibus præpono: imò vero & ipse dominus ita lugentes beatos vocat misericordes. Nõ sic eũ in periculis admiror, quin verò neq; min⁹ q̃ in periculis: in his quotidie moriebaꝫ, sed hoc me magis mouet. Ex anima nanq; religiosa fit & pia, ex charitate quã ipse Christus quærebat, ex fraterna paternáq; pietate: imò qđ his duob⁹ maius est, ita affici, ita lugere oportet. Huiusmodi lachrymę multa sunt plenę lętitia, huiusmodi luctus lætitiæ materia: licet nihil deploratis prosimus, nobis saltem ipsis proderimus. Qui nanq; sic de alienis dolet, multo magis ex ꝓpriis hoc patietur. In alienis ita deflens, nõ sine lachrymis sua pertransibit errata, quinimo nec facile peccabit: id autẽ grauissimum est, ꝙ ita super peccantibus lugere iussi, neq; de propriis vllã exhibemus pœnitentiã, sed sine dolore cadimus: omnium maiorẽ gerimus curam, & omnia plus q̃ propria recogitamus peccata: propterea gaudio lætamur inutili, quod est mundi, quod statim extinguitur, & infinitos parit mœrores. Tristemur tristitia gaudij genitrice, nõ autem lætitia tristitiæ parẽte gaudeamus. Lachrymas fundamus multã seminãtes voluptatẽ. Neq; risu rideamus, dentiũ nobis stridorẽ pariẽte. Affligamur tribulatione, ex qua remissio nascitur. Neq; delicias quæramus ex quibus multa tribulatio paritur & angustia. In terra paulisper laboremus, vt in cœlis lætemur. In corruptibili vita nosipsos affligamus, vt in immortali requiem assequamur: ne in hoc breui effundamur momento, ne in infinitũ angamur. Nõne videtis quot & hic tribulãtur ꝓpter secularia? Cogita ꝙ tu quoq; de illis vnus es. Sustine tribulationem & dolorem, spe futurorum te pascẽs. Tu neq; Paulo melior es, neque Petro, qui nunquam remissionem assecuti sunt, sed fame, & siti, & nuditate laborarunt. Si vis eadẽ cum illis assequi, quid contrariam ambulas viã? Si vis ad illam peruenire ciuitatem, qua digni sunt illi putati, illam perambula viam illuc ferẽtem. Non illuc perducit remissionis via, sed tribulationis: illa lata, hæc angusta: hanc perambulemus, vt vitã assequamur æternam. Vbi nanq; tribulatio, ibi & consolatio: & vbi consolatio, ibi & gratia. Cum itaq; & Paulus in carcerem cecidit, tunc illa fecit mirabilia: cum naufragatus est, & in Barbarã iectus regionẽ, tunc maximè glorificatus est: cum vinctus forum intrauit, tunc vicit & iudicẽ. Sic & in veteri fiebat testamento, in tentationibus iusti florebãt, ita tres pueri: ita Daniẽl, & Moses, & Ioseph: hinc omnes magnis & splendidis sunt habiti coronis digni. Tunc enim & anima purgatur, cum propter deũ tribulatur: tunc maiori potitur adiutorio, quãdo & maioris tunc indiget auxilij maioríque gratiæ. Quin & ante mercedem à deo propositam magna bona decerpuntur ab anima sapiente iam reddita. Nam & fastum contrahit, & omnem excidit torporem tribulatio, & ad patientiam vngit, & humanarum rerum vilitatem reuelat, & multam introducit sapientiam: omnes enim motus ipsi cedunt, inuidia, æmulatio, concupiscentia, potentiæ, pecuniarum & corporũ amor, arrogãtia, fastus, ira, & omne reliquum vitiorum examen, & si vis rebus ipsis videre, & virum seorsum, & totum populũ ostendere tibi poterimus, & in tribulatione positos, & in remissione: & quantum hinc lucrum, docere, & quantus illinc torpor. Nam & Hebræorum populus, dum affligebãtur quidem & pellebantur, gemebant, & deum inuocabant, & multum superne momentum attrahebant: cum autem impinguati sunt, resilierunt. Niniuitæ rursum eũ libertate potirentur, ita deũ irritauerũt, vt totã à fundamentis vrbẽ subuertere deus minatus sit: postquã vero ab illo sunt humiliati prędone, omnẽ prestitere sapientiã. Si vero & singularẽ virũ vis cernere, cogita Salomonem. Nam & hic dũ in curis quidẽ & perturbatione fuit, de principatu gentis illius cõsultans, illa visione dignus est habitus: vt vero nact⁹ est delicias, in ipsum malitiæ barathrũ delapsus est. Quid vero ipsius pater, quãdo mirabilis fuit & gloriosus? nónne dum in tentationibus fuit? Absalõ vero quoad fugiebat, nõne modestus erat: postquã autẽ rediit, & tyrannus, & patricida factus est? Quid autẽ Iob? Hic enim clarus quidẽ erat & in quiete, clarior autẽ post tribulationẽ apparuit. Et quid opus est antiqua & prisca recensere? Si quis enim nostra nunc discutiat, quãtum sit tribulationis lucrum videbit: nunc enim pace potiẽtes recidimus & defluximus, & innumeris impleuimus malis ecclesiam: cum vero pellebamur, & modestiores & humaniores eramus, & studiosi magis, & ad has conciones promptiores, & feruentes ad audiendum. Quod enim ignis est auro, hoc & animis tribulatio, sordem abstergens, faciẽs mundos, claros reddens & splendidos. Hęc in regnũ introducit, illa vero in gehẽnam: quapropter hæc quidem est lata, illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero angusta: ppter hoc & ipse dicebat, In mũdo tribulationem habebitis: tanquã magnum nobis bonũ relinquẽs. Itaq; si discipulus es, angustam & asperam incede viam, nec ægreferas, nec indigneris. Nam etsi non ita tribuleris, tribulari omnino necessariũ est ex alia materia sine lucro. Nam & inuidus & pecuniarũ amator, & meretrices deperiẽs, & gloriæ cupidus, & aliorum quisq; malas exercentiũ actiones, multas sustinet tristitias & tribulationes, & lugẽtib⁹ nihilo minus tribulatur. Si vero neq; lachrymas fundit, neque luget, ꝓpter inuerecũdiã & insensibilitatem id facit. Itaq; si ipsius animam discutias, innumeris fluctibus plenã videbis. Cum igitur & illam, & hanc degentes vitã tribulari necesse sit, cur hanc non eligimus, quæ cũ tribulatione nobis infinitas coronas accumulat? Nam & omnes sanctos deus ita per tribulationem & angustiam agebat, simul & illis vtilitatem afferens, & reliquos insensatos cautos faciens, ne maiorẽ meritis de ipsis sententiã habeant. Sic enim & idololatria principiũ cepit, cum homines nimiæ supra meritum haberẽtur admirationi. Ita tertiũdecimũ deum esse putauit Alexãdrum Romanorum senatus. Hic enim hanc habebat potestatem deos creãdi & decernẽdi. Cũ igitur ei omnia Christi opera renũciata fuissent, misit gentis princeps interrogatũ, an eis videretur & ipse deus decernendus. Illi vero nõ annuerunt, indignantes & ægrè ferentes, ꝙ ante decretum & sententiam suam effulgens crucifixi virtus omnem terrarũ orbem in sui traxisset venerationem. Hoc autem & ipsis nolentibus dispensatum est, ne mortali decreto Christi prædicaretur diuinitas, nec vnus de multis esse putaretur, qui ab eis fuerãt instituti. Nã & pugiles deos esse putauerunt, & exoletũ Adriani: vnde & ciuitas Antinous dicitur. Quoniã enim mors naturã conuicit mortalẽ, aliam adinuenit diabolus viã animæ immortalitatẽ superantẽ, post mortem assentationem, per quã in impietatẽ multos induxit, quod quidẽ & in illo Macedone fecit: ait enim, Multa magnáq; viuẽs gessit, nam & ciuitates subegit, & gẽtes, & multa bella profligauit & pugnas, & erexit trophæa: & quid hoc? Nõ enim hæc diuinæ sunt argumẽta naturæ: sed quæ Christus fecit, magna sunt illa & admirabilia & inenarrabilia: nec vlli quidem hominũ, nec vlli vero angelorũ, at soli deo possibilia. Et quæ sunt hæc, inquit? Quæ totus terrarũ orbis per opera clamat, & per singulos prędicat dies. Et id quidẽ est admirabile, ꝙ post crucem hæc Christus operatus est per vndecim mendicos & piscatores. Nam ꝙ viuens bella quidẽ expediat, & victorias, cũ sit rex, & exercitus habeat, & pecuniarũ copiam, nihil est mirandũ, inopinatum nihil, & nouum: ꝙ vero post crucem & sepulturã tanta facta sint vbiq; terrarũ & maris, hoc est præcipue multa plenũ admiratione, diuinã & ineffabilem prædicans virtutem. Et Alexãder quidem post mortem suã dissipatum imperium suum, & penitus exterminatũ nõ reparauit, neq; aliud gessit neq; magnum, neq; paruũ: quomodo nanq; facturus erat mortuus? Christus autẽ tunc omnem terrarum orbẽ ad se traxit adorandũ, cum mortuus fuisset. Et quid de Christo loquor, cum & discipulos postquã obierunt, tũc effulgere fecerit? Quid dico discipulos? Nã & eorum loca & sepulchra, simul & tempora perẽni memoria celebrari curauit. Tu vero mihi sepulchrũ ostendas Alexandri, & profer diem quo vitã finiuit. Sed nihil horum insigne, sed omnia destructa sunt & exterminata: Christi vero seruorũ & sepulchra clara sunt, regiã assecuta ciuitatẽ, & dies notissimi mundo festã afferẽtes lætitiã. Et illius quidem loculũ & proprij nesciunt, horũ autẽ sciunt & barbari. Et seruorũ crucifixi sepulchra regiis aulis sunt clariora, non magnitudine & ędificiorũ pulchritudine (nam & in hoc quidem superant) sed quod multo maius est, conuenientiũ studio. Nam & ipse qui purpurã indutus est, accedit illa cõplexurus sepulchra, & fastu depositio stat sanctis supplicaturus, vt pro se apud deũ intercedãt: & scenarum fabrũ, & piscatorem etiã mortuos vt protectores orat, qui diademate redimit⁹ incedit. Audebis igitur, quæso, horũ dominũ nũcupare mortuum, cuius serui vel mortui terrarũ orbis regũ sunt protectores? Nec hoc tantũ quis Romæ fieri viderit, verum & Constantinopoli. Nam & hic Constantinum Magnũ ipsius filius honore magno cẽsuit haberi, si pro foribus piscatoris paternũ corpus collocaret. Et quod in regiis sunt ianitores regibus, hoc sunt in monumento piscatoribus reges: & illi quidẽ vt domini loca tenent interiora: hi vero tanquã inquilini & vicini aulæ ianuã sibi gratum habuere deputari, & infidelibus ex his ostendẽtes, ꝙ in resurrectione maior erit piscatoribus dignitas. Si hic enim ita in sepulchris, multo magis & in resurrectione ordo cõmutatus est. Reges quidẽ ministrorũ, subditi vero regum vicem induerunt, quinimò & splendidiorẽ. Et ꝙ hoc non assentatio sit, ipsa veritas ostẽdit: ex illis enim & hi illustres facti sunt. Multo nanq; cæteris regalibus sepulchris hęc monumẽta sunt clariora. Nã illic quidẽ magna solitudo: hic autẽ magnus cõcursus. Quòd si velis & regalib⁹ aulis monumẽta cõparare, rursum & hic victoria: nã illic quidẽ multi deterrẽtes: hic vero multi vocãtes & attrahentes, diuites, pauperes, viros, mulieres, seruos, liberos: Illic magnus timor, hic inexplicabilis voluptas. Sed dulce spectaculũ est, regem aureis indutũ & coronatũ spectare, & adstantes duces, & principes, ductores, tribunos, & militũ magistros: verũ hæc tanto sunt illis honestiora, & magis reuerẽda, vt illa fabulæ sint & ludicra. Simul ac enim pauimẽta calcaueris, ad cœlũ mentẽ locus transmiserit, & ad supernũ regẽ, & illũ angelorũ exercitũ, & sublimẽ thronũ, & inaccessibilem gloriã. Et hic quidem regnans alicui subiecto præcipit, vt hunc quidẽ soluat, illum vero liget, sanctorũ autem ossa nõ hanc habent miserabilẽ & abiectã potestatem, sed illa multo maiorem. Dæmonas enim sistunt & torquent, & vinctos ab illis soluunt sæuissimis vinculis. Quid hoc foro magis reuerendũ, cũ videatur nemo, nemo dæmonis instet lateribus, voces sentiuntur & laceratones, flagella tormentáq;, ac linguę ardentes, terribilẽ illam vim dæmone nõ ferente? Et corpus induti, incorporeas opprimũt potestates. Et cinis & ossa & fauilla inuisibiles illas potestates dilaniant. Itaque quò regias quidem aulas videat, nullus vnquam peregrinatus fuerit: multi vero reges plerunq; huius spectaculi gratia peregrinati sunt. Futuri nãq; iudicij vestigia & signa, sanctorum ædes exhibent, vbi dæmones flagellantur, corriguntur homines & liberantur. Vidisti vel mortuorum hominum virtutem? vidisti peccatorum & viuentium imbecillitatem? fuge malitiam itaque, vt talia cõsequaris, & omni studio virtutem sectare. Nã si præsentia sunt huiusmodi, cogites qualia sint futura, & horum amore iugiter detentus, ęternam vitam apprehende: ad quam omnes vtinam attingamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Quòd hic affligi, peccatorum exhibet remissionẽ: & quemadmodum hominem inuenire non licet inmortalem, ita neque sine tristitia, dum viuit. Homilia LXVII.

NEmo dilectissimi, malos prospere videns agẽtes, tumultuetur. Nõ est hic retributio neque malitiæ, neque virtutis: ficubi vero nequitiæ sit & virtutis, non tamen pro dignitate, sed simpliciter quasi iudicij prælibatio: vt resurrectionẽ non credentes, vel in præsentibus corrigantur. Cum malum locupletari videmus, ne titubemus: cũ bonũ mala viderimus patiẽtem, ne tumultuemur. Illic eñ coronæ, vbi pœnæ. Alioquin vero nec potest malus oĩno malus esse, sed euenit, vt & aliquid habeat boni: neq; bonus esse omnino, sed & nõnulla solet habere peccata. Cum itaq; malus prosperis vtitur reb⁹, ad capitis sui pernicię: vt enim illorum paucorũ retributionem bonorũ hic capiens, illic deinde puniatur, hac de causa recipit. Et ille præsertim beatus est, qui hic pœnas luit, vt peccatis omnib⁹ depositis, probatus migret, & mundus ac insons: hocq; nos docẽs Paulus, ait: Ideo in vobis infirmi multi & imbecilles, & dormiunt multi: & iterũ, Tradidi huiusmodi satanæ. Et propheta quoq; dicit, ꝙ susceptt de manu domini duplicia pro omnib⁹ peccatis suis: & iterũ Dauid: Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me, & dimitte vniuersa delicta mea. & rursum alter: Domine pacẽ da nobis, omnia enim retribuisti nobis. Sed hęc quidẽ probãtis sunt bonos, pro peccatis pœnas hic luẽtes: vbi vero bona mali recipientes hic, illic omnino cruciãtur. Abraham audi dicentẽ diuiti: Recepisti bona tua, & Lazarus mala. Quæ bona? cum enim dixerit hic, recepisti, non autem cepisti, ostendit ambos ex debito passos: & hunc quidẽ in felicitate, illum autẽ in ærũnis versatum: & ait, Propterea nunc hic consolatur. Vides enim eum à peccatis purũ, & tu doles. Itaque ne mœreamus, cũ peccatores hic prosperis reb⁹ vtẽtes videmus, sed cum ipsis rebus aduersis premimur, gaudeam⁹: hoc enim est peccatorũ expiatio: Ne remissionẽ quęramus, suis enim discipulis Christus tribulationẽ prænũciauit: & Paulus ait: Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur. Nullus athleta generosus in stadio balnea quęrit aut mensam cibis & vino redundantẽ. Hoc nõ est athletæ, sed delicati. Athleta nanq; pugnat puluere, oleo, Solis ardore, sudore largo, tribulatione & angustia. Hoc est certaminis tempus & pugnę: igitur & vulnerũ, & cruoris, & doloris. Audi quid dicat beatus Paulus: Ita pugno, non tanquã aërem cędẽs. Omnem vitam certamen esse putemus, nec vnquam remissionẽ quęramus, nunquam in tribulationibus inusitata pati nos arbitrabimur: quoniã nec athleta cũ est in certamine, noui quid patiẽ. Aliud est remissionis tẽpus. Per tribulationem cõsummari nos oportet. licet tribulatio non adsit, neque persecutio, sed adsunt aliæ tribulationes per singulos dies nobis irruẽtes. Si vero has non ferimus, illas profecto segnius pertulisse-mus. Tentatio vos non apprehẽdat, nisi humana, inquit. Precemur itaq; deũ, ne intremus in tentationẽ: inducti vero generose feramus. Nam illud quidẽ est modestorum virorum, se periculis non ingerere. hoc autem generosorum atque sapiẽtum. Nec itaq; nos geramus temerariè, audacis enim est: neq; rebus tacti vocãtibus cedamus: timidi siquidẽ est: sed si prędicatio quidem vocet, ne recusemus: cum vero nulla causa prorsus, aut vtilitas, necessitásve secundũ pietatem vocet, ne curramus: ostẽtatio enim est & superflua iactatio. Si quid vero fiat, quod noceat pietati, licet innumeras sustinere mortes oporteat, nihil recusemus. Noli tentationes accersere, cum secundũ pietatem vota tibi successerint, quid superflua attrahis pericula, quæ nullam habent vtilitatẽ? Hęc dico, cupiens vt Christi leges custodiatis, qui iubet orare ne inducamur in tentationem, & vt tollentes crucẽ sequamur eum. Hæc enim nõ sunt cõtraria, sed & valde cõsona. Tu nanq; ita quidem te præpara, tanquã miles generosus. In armis cõtinuè verseris, solers, vigilãs, semper hostẽ expecta, ne tamen hostes tibi parias: hoc enim nõ est militis, sed seditiosi. Si vero religionis tuba vocet, statim progredere, & animã parui-pende, & multa cum alacritate descẽdas ad certamina, hostiũ aciem dissipa, confringe caput diaboli, trophæũ erige. Si vero pietas nihil lædatur, nec vllus nostra populetur dogmata, secũdum animam dico; nec aliquid quod deo displiceat, agere cogit, ne sis superfluus. Sanguine plenã esse decet Christiani vitam, non alienũ effundendo, sed se paratũ suũ effundere præstando. Tanta ergo promptitudine propriũ effundamus cruorẽ, cum pro Christo sit hoc agendum, quanta quis aquã effunderet. Nam & aqua sanguis est corpus irrigãs. Et tãta facilitate carnẽ exuamus, quãta vestimentũ. Hoc autem fiet, nisi pecuniis alligati fuerimus, nisi domibus, & nisi affectionibus, nisi simus ab omnibus suspẽsi. Nam si militarẽ hanc vitã degẽtes omnibus abrenunciãt, & quo Mars vocauerit, eò proficiscuntur, & iter agunt, & omnia cũ sedulitate ferũt: multo magis nos Christi milites oportet ita prępparari, & opponere nos vitiorũ certamini. Non est nunc persecutio, nec vnquam vt sit, accidat: pugna tamen incumbit alia, pecuniarum, cupiditatis, inuidiæ, vitiorum. Hoc bellũ recensens Paulus, ait: Non est nobis colluctatio aduersus sanguinẽ & carnẽ. Semper hoc bellum instat. Propterea nos semper armatos vult stare. State ergo, inquit, accincti. Quod ipsum & præsentis est temporis, & ostẽdit quòd semper oportet armatum esse. Multũ enim cer tamen per linguam: multum per oculos: hos itaq; reprimamus. Multũ per concupiscentias. Quapropter illinc Christi militem incipit amare: ait enim: State accincti lũbos vestros: & subiunxit, In veritate. Cur in veritate? Illusio enim est & vanitas concupiscentia: vnde dicit Propheta: Lumbi mei impleti sunt illusionibus. Res ea non est voluptas, sed vmbra voluptatis. Ae cincti ergo lumbos vestros in veritate, hoc est, vera voluptate, modestia, honestate. Propterea hęc admonet, peccati sciens absurditatem, & omnia volens membra nostra esse circummunita: ait enim: Ira iniusta & nocẽs nõ seruabitur. Et nos lorica vult esse circundatos, & scuto. Fera siquidem est libentet insiliẽs ira, innumeris obicibus & septis ad eam nobis est opus superandam & arcendam. Et propterea nobis deus hanc maxime partẽ, tanquam ex quibusdam lapidibus ex ossibus condidit, ei circumponens firmamentũ, ne facile prorumpens & dissipans, totũ animal perdat. Ignis enim est, inquit, & tẽpestas magna. Nec aliud membrũ hanc vim reprimere posset. Aiunt autẽ & medicorum pueri, hac de causa cordi pulmonem esse substratum: vt super eum qui mollis est,

Esa. 40.
Psal. 24.
Esa. 26.
Luc. 16.
Ephes. 6.
Psal. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, quasi super quandā spongiam cor saliēs requiescat, ne in repugnantē & asperam soliditatē pectoris, saltuū offendatur impulsu. Opus est itaq; nobis forti lorica, vt hanc ferā in quiete semper seruemus: opus autē est & galea. Quoniā enim illic ratio versatur, & ex hoc vel saluari possumus, cū congrua fiāt, vel perire accidit: propterea dicit, Et galeā salutis. Cerebrū enim natura quidē est tenerū: quapropter & ipsum quasi quadā testa syncipitio supernè cōtegitur. Omnium autē nobis bonorū causa fit, atq; malorum, siue congrua cogitauerit, siue cōtraria: quin & manus armorum nobis indigent. Non autem hæ manus, & hi corporis pedes, sed potius animæ: hæ quidem vtilia meditātes: illi verò quò decet eūtes. Ne aduersis itaque casibus frāgamur: sunt enim correctio. Ne festines, inquit, in tēpore illationis. Multi tristia domi frequenter habēt, & tristitiā quidem alter alteri cōmunicamus, materiā vero non itidē: sed hic quidem ab vxore, hic autē ex filio, alter ex seruo, alter ab amico, alter ab inimico, ex vicino quidā, quidam ex iactura. Et multæ sunt & differētes tristitiæ causę, & omnino nullus inueniri potest à tristitia purus, & mœrore: sed hic quidē maiora, hic vero minora habet cōtristātia. Itaq; ne indignemur, neque nos in ærūnis solos esse putemus. Nec enim licet hominē hanc mortalē vitam degentē tristitia carere, sed si nō hodie, cras: nisi cras, post hęc aliquid accidit triste. Sicut em̄ nauigās nō in agonia versari non potest, nauigās inquā mare magnū: ita hanc viuens vitam, nō in tristitia esse non potest. Siue diuitē dixeris, quoniam diues est, multas habet tristitiæ causas: siue regē ipsum, nam & à multis ipse tenetur, nec omnia pro votis facit, sed multa præterquā sibi gratum est, indulget: & super omnes ea fecit omnia quę nullatenus vellet. Quid vero tandem, ꝙ multos sustinet qui de suis accipere volunt? Cogita vero quāta sit in tristitia, cum vellet quippiā agere, nec possit, vel propter timorē, vel propter suspicionē, vel propter hostes, aut propter amicos. Frequenter autē & cum aliquid sibi gratū facere cōtenderit, omnē exterminant ei voluptatē multi propter illam actionē illi se gerentes inimicè. At ociosam degentes vitam esse cēses in seculo tristitiæ immunes? Nequaquā. Sicut enim immortalis homo nō potest inueniri, ita nec absque tristitia. Quot eos pati molestias est verisimile, quæ verbis quidē recenseri non possunt, rebus autē ipsis ab illis tantū sciri? Quot sæpissime in illis opib⁹ & deliciis mori optauerūt? Deliciis enim vacare, nō penitus citra tristitiā cōstituit: quinimò ipse deliciarū vsus innumeras gignit tristitias, morbos & fastidia, nulla prēter has causas subsistente. Cū enim in tali fuerit habitu anima constituta, & simpliciter dolere cōsueuit. Nā & medicorum aiūt pueri, ꝙ & ex stomachi præparatione intēpestiuæ nascuntur tristitiæ. Nónne & apud nos hoc accidere verisimile videtur, cū doleamus, & tristitię causam ignoremus? Et nemo prorsus sine tristitia inueniri potest. Si vero tantā non habent tristitiæ, quantam nos, occasionē, ita quisque putat: propriū enim eum plus q̄ alienum afficit. Sicut em̄ in corporis dolentes partibus, se proximos doloribus superare putant: & oculū habens vitiatū, nullam ęgritudinē aliā talē esse censet, qualem suā: rursum qui stomacho laborat, hoc omnium esse difficillimum asserit: & quo quisque tenetur, hoc omniū molestissimū esse dicit: itidē & in tristitia, qua quis detinetur, hāc asserit esse

A difficillimā: cum propria enim hoc experientia iudicat. Sicut qui filios nō habet, nil ita graue putat, sicut filiis carere: qui multos habet cū paupertate, nil tam accusat, q̄ filiorum multitudinē. Vnum habēs, nil peius quām vnū habere putat. Hinc enim, inquit, & ęgnis efficitur, & in tristitia patrem semper constituit, quū sit illi semper desiderabilis, & nullā correctionē admittat. Qui pulchrā habet vxorē, nihil se peius habere dicit, q̄ quòd pulchrā habet: suspicionis em̄ plena res est & insidiarū. Qui deformē, nihil esse peius asserit, q̄ deformē habere coniugem: res enim est fastidio plena. Priuatus nihil huiusmodi vita dicit inutilius esse, nihil abiectius. Miles nihil esse militia laboriosius, nihil periculosius asserit. satius enim pane solo cum aqua vesci, q̄ tot ferre molestias. In magistratu positus, nihil magis laboriosum, q̄ alienas curare
B necessitates affirmat. subdit⁹ nihil ait seruilius, q̄ alienæ potestati subiacere. Vxori iunctus, vxore nihil & solicitudine peius asseuerat: vxore carens, nil illiberalius quām vxorē non habere testatur, & domo carere & quiete. Mercator agricolā ex securitate beatū vocat, agricola mercatorem ex diuitiis: & morosum omnino genus humanū, sortem suā accusans, & animum gerens grauatū. Cum omnes condēnat homines, tunc ait, nihil homo: omnē dicens naturā, laboriosum animal & ęrūnosum. Quot senectā admirantur? quot beatā vocāt iuuentā? Sic & in ætatib⁹ multum tristitiæ. cū nos propter ętatē videmus accusari, dicimus: Quare nō fuimus senes? cum vero vertex albescit, rursum dicimus, vbi iuuenta? Et omnino multas tristitiæ causas habemus. Vna tantū est ab hac inæqualitate libera via, quę secundū virtutem est: quin
C vero & hæc tristitiā habet, sed tristitiā non inutilem, sed lucrū habentem & vtilitatē. Vel enim aliquis peccauit, & per tristitiā compunctus abluit peccata, vel cū fratre lapso doluit, & hic quoq; nō exiguā habet mercedē. In calamitatib⁹ enim cum proximo dolere, multā nobis apud deū fiduciā prębet. Audi quāta de Iob diuina philosophatur scriptura, audi quid dicat & Paulus: Flete cū flentibus, humilibus consentientes. Mœrentiū enim societas grauē tristitiæ vehementiā auferre cōsueuit. Sicut enim in onere si quis pōderis partē susceperit, soli ferenti sarcinā leuauit: sic & in omnib⁹ aliis. Nunc aūt ex necessariis aliquo nobis defuncto, multi assidentes, consolātes multi, & asinū quādo lapsum suscitam⁹: amicorū autē nostrorū animas cadētes, magis q̄ asinū despicimus ac negligimus. Et si turpiter in cauponā eū viderimus intrantē, non inhibemus: siue ebriū, non arcemus: siue
D quicquid aliud gerentē absurdi, sed omnia cooperamur: propterea Paulus dicebat, Non tantū ea qui faciunt, verū & consentiunt facientibus. Et potus & ebrietatis cōsortia multi faciunt. Fac homo cōspirationes, vbi ebrietatis furorem deponas. Bona vinctis hęc amicalia, & in tribulatione positis: tale quid & Paulus Corithiis pręcepit, Ne cū venero, inquit, tūc 1. Cor. 16. rationes fiāt. Nunc autem propter ebrietatem delicias quidē & luxum omnia facimus: & communem luctū, & mēsam communē, commune & vinum, cōmunem facimus & impensam, eleemosynā autem facit cōmunem nemo. Hęc erant apud apostolos amicalia: omnes in medium sua ponebant. Ego vero nō omnia, sed aliquā partem, quam quisque probauerit: inquit, Definiat vnusquisq; per vnā sabbatorum, vt aliquem cēsum pro septem ferat diebus, & deponat,

& ita

& ita det eleemosynā, siue paruum, siue magnum: ait enim, Nō apparebis vacuus coram domino. Iudæis hęc dicebantur, quanto magis nobis? propterea pauperes ante fores positi sunt, ne quis vacuus ingrediatur, vt introēat cū eleemosyna. si vt misericordiā cōsequaris, intras, prius miserere: qui vero posterius venit, plus debet. Cum enim nos inceperimus, secūdus plus erogat. Fac tibi deū debitorem, & tunc eum pete: mutua & tandē deum repete, vt cum fœnore recipias. Vult hoc deus, non refugit. Si cum eleemosyna petas, gratias habet: si cum eleemosyna reposcas, mutuas & capis fœnora: ita vos exhortor. Non in manuum extēsione satis est audiri. Extēde manus tuas, non in cœlū, sed ad pauperum manus. Si ad pauperū manus extenderis manum, ipsum cœli verticem tetigeris. qui enim illic sedet, eleemosynam suscipit. Si vero porrexeris vacuas, nihil profeceris. Dic enim
B quæso, si rex ad te veniens cū purpura, rogasset, nónne omnia prōpte tua dedisses? Non enim in manuum eleuatione, nec in verborū copia, sed in operibus exauditur. Audi nanque prophetam Esaiam dicētem:
Esaiæ. 1. Si manus vestras extenderitis, auertam oculos meos à vobis. Et si multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos. Opus enim est tacere, nec in cœlum respicere misericordiæ indigentem, vtpote qui fiduciam non habeat multa loquendi. Sed quid ait? Iudicate pupillo & humili, & iustificate viduā, & discite bonū facere. Ita licet deorsum manus habeamus, audiri poterimus, licet nihil loquamur, aut petamus. Hęc itaq; imitemur, vt bona nobis promissa assequamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperiū & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Quòd infestantē magnanimiter ferre propter deum, maius est quàm benefacere, Thes. 1. *Homilia* LXVIII.

Philip. 4. SEmper gaudete, beatus inquit Paulus, dilectissimi, sine intermissiōe orate, in omnibus gratias agentes. Hæc est enim voluntas dei, semper gratias agere: hoc est animæ sapienter instituta. Passus es aliquid mali, sed si velis, non est malū: gratias age deo, & malum in bonum fuerit transmutatum. Dic tu quoque quemadmodū & Iob: Sit nomen domini benedictum in secula. Quid enim tale, quæso, passus es? Incubuit morbus. At nihil nouū est, corpus enim mortale nobis est, & pati natū. Sed pecuniarum inopia? verū & hæc acquiri possunt, & amitti, & hic tantum manent. Sed ab inimicis insidiæ & calumniæ? Sed nos in his iniuriā non patimur, sed
Zech. 18 illi qui faciunt: ait enim, Anima quæ peccat, ipsa & D morietur. Peccauit autē non qui male passus est, sed qui malefecit. Non ergo mortuū oportet vlcisci, sed orare pro eo, vt eruatur à morte. Nónne vides apem quemadmodū immoritur aculeo? Per illud nos animal docet deus, ne proximos afficiamus tristitia, ipsi nanque prius mortē excipimus. Et illos quidem forte paululum lædimus, nos autem non amplius viuemus, quemadmodum nec illud animal. Et si laudat illud scriptura, ꝙ operarium sit asserēs, cuius opes reges & priuati ad sanitatem offerunt: nihil tamen ipsi prodest ne moriatur, sed omnino moriatur est opus. Ergo si illam non liberat malefacientem in reliquis præstantia, multo minus nos. Ferarum est vere sæuissimarum, nemine quempiam lædente iniuriam incipere, imò verò neq; ferarum. Illę nanq;, si permittas in deserto se pascere, neque coangustās in necessita-

A tem redegeris, nunquam lædent, nunquam impetēt, nunquam mordebunt, sed propriam transibunt viā: tu vero cū sis homo rationalis tanto decoratus principatu, tanto honore & gloria, circa consanguineos feras imitaris, & iniuria fratrem afficis & deuoras, & vnde poteris excusari? Non Paulum audis dicētem: Quare potius iniuriā non patimini? quare potius nō 1. Cor. 6. priuamini? At vos iniuriam facitis, & aufertis, idque fratribus. Vides quòd male pati, in malefaciēdo est: bene vero pati, in male patiendo. Dic enim, quęso, si quis principes conuiciis insectaretur, si quis rerū dominos afficeret iniuria, quem lęderet, semetipsum, an illos? Planum est quòd semetipsum. Ergo principem quidem lædens, non illi, sed sibi nocet: Christum autem contumelia afficiens, per illud eum cōtumeliam pati cogit? Nequaquam. Imagines lapidibus impetens, quē lapidat? nónne semetipsum? Et postea regis
B quidē terreni lapidans imaginē, se lapidibus obruit: Christi vero temerās imaginem (homo nanque dei imago) nónne semetipsum lædit? Quousq; pecuniarum amore feremur? Nō desisto aduersus eas clamare: hæ nanq; sunt omnium causæ. Quousq; satietatē nō capimus inexplebilis huius cupiditatis? Quid habet aurum boni? in hoc cōsternatus sum. Fascinatio quędā est huiusmodi res, quòd aurum & argentum à nobis tanti pendatur. Ergo nostrarum quidē animarum nulla nobis cura, irrationaliū autem imaginum multa solicitudo. Vnde surrepsit hæc orbi terrarum ægritudo? Quis eam exterminare poterit? Quæ hanc difficilem eliminare feram ratio? quæ perdere armatura? Hominū mentibus est insperſa cupiditas, & eorum qui in pietate constituti videtur. Euāgelica reue
C reamur pręcepta: in scriptura tantū verba sunt sita, in operibus vero nusquam inueniuntur. Sed quę honesta multorū ratio? Pueros, inquit, habeo, & timeo ne quando in famis & indigentiæ cōstituar necessitate, ne quādo alienis egeam. Mendicare erubesco. Igitur propterea facis alios mendicare? Nō possum, inquit, esurire. ergo propter hoc alios fame cōuoluis? Nosti quantū sit malum mendicare, quantum fame perire? parce & fratribus tuis. Erubescis quęso, esurire, rapere vero non erubescis? Times fame necari, alios autē necare non times? Atqui esurire quidē nec dedecus nec crimē habet: alios autē his inuoluere, nō tantum est dedecus, verū & extremū infert supplicium. Prætextus hęc omnia sunt & verba, & nugę. Quòd enim propter filios nō facitis, testanē quotquot filios quidem nō habent, nec habebunt: ita tamen cruciantur
D & laborāt, & diuitias congregant, ac si filios haberēt innumeros quibus relinquerēt. Nō est filiorum cura quæ pecuniarum amorē faciat, sed animæ morbus. Propter hūc & multi non habētes circa pecunias insaniunt: alij vero liberis affluentes, & diuitias cōtemnunt, illi te redarguent in illa die. Nam si te filiorum necessitas ad illam pecuniarum accumulationem cogebat, oportebat & illos eandem habere cupiditatem. Si vero non habent, nō ex numerosa sobole, sed ex auaritia bacchantur. Et qui sunt, inquit, qui cum filiis pecunias cōtemnunt? Multi, & multis in locis. Si vero vis & ex antiquorum temporibus commemorabo. Nónne duodecim filios habuit Iacob? Nónne mercenariorūvitā degebat? Nónne à socero patiebatur iniuriā? Nónne frequenter eum spreuit? Nūquid cū copiosa soboles aliquid indignū deliberare coēgit? Quid autē Abraham? nónne cum Isaac & alios

plures

Universidad de Deusto
Biblioteca

plures habebat filios? Quid ergo? nõne sua hospitib' A parabat? Vides ꝙ non tantum non iniuriã inferebat, verũ & propria largiebatur: non enim tantum bene merens, vetũ & eligens à nepote iniuriam pati. Multo nanq; maius est, cũ cui quid aufertur, propter deũ æque ferre, q̃ bene mereri. Quare? quoniã hic quidẽ est animæ fructus & volũtatis, vnde facile fit: hoc autem est infestatio, & violẽtia. Et facilius aliquis mille talenta volũtarius amitteret, nihilq; graue se passum esse putaret, q̃ tribus obolis inuite priuatus ęque ferret. Hoc itaq; magis est animę philosophia. Et hoc in Abraham factum esse videmus. Videbat enim Loth regionem finitimam, & erat irrigua, & paradisus dei, & eã elegit, & nihil ille contradixit. Vides ꝙ nõ modo non afferebat iniuriã, verum & iniuriam sustinebat? Quid filios tuos accusas homo? nõ propterea nobis deus filios dedit, vt aliena rapiamus. Vide ne deũ irrites hoc dicẽs. Nam si hoc dicis, ꝙ ipsi rapinę tuæ sunt autores, & auaritiæ, vereor ne eis tanquam tibi nocentibus & insidiantibus priueris. Deus tibi filios dedit, vt in senectute te pascant, vt abs te discant virtutẽ. Propter hoc enim ita voluit hominũ genus cõsistere, duo magna comparans, vnum quidem patres præficiendo magistros: alterũ vero magnam infundendo charitatẽ. Si enim homines erant incassum futuri, nulla cuiq; ratio cũ vllo fuisset. Nam si nunc, cũ nũc patres & filij sint, & progeniti, multi multorum curam non gerunt: multo magis tunc, propterea tibi deus liberos dedit: ne filios igitur accuses. Si vero filios habentes nullã habent excusationẽ: nõ habẽtes, & circa diuitiarũ accumulationem laborãtes, quam proferent rationem? Sed est quædã & illis ratio omni carẽs excusatione. Quæ vero tandẽ est ista? Vt pro C filiis, inquiunt, diuitias monumentũ habeamus. Multus vero risus. Pro filiis, inquiunt, domus memoria fit immortalis gloriæ meæ. Nõ glorię tuæ, ô homo, sed auaritiæ monumentũ erit. An non vides nunc q̃ multi splẽdidas domos pertrãseuntes, inter sese talia disserunt: Quantũ ille vsurpauit, quantum rapuit vt hãc domũ ędificaret? Et ille nunc quidem factus est cinis & puluis: hæc autẽ in aliorum hæreditatem trãsiuit. Non ergo gloriæ tuę relinquis monumentum, sed auaritiæ. Et corpus quidem tuum terra conditũ est: auaritię vero memoriã temporis longitudine cum latere possit, non permittis, sed per domũ resultare facis, & refodi. Donec enim hæc steterit tuum habens cognomentũ, vt domus talis dicatur, omnino necessarium est, & omniũ ora contra referari. Vides quòd melius est nihil habere, q̃ hanc accusationẽ sustinere? Et hic quidem ista: illic vero quid faciemus, quæso? Tantorum quidem facti possessores, nihil autem de nostris vel pauciſſima dilargiti, quomodo rapinas exuemus? Qui nanq; rapinam vult exuere, non è multis pauca erogat, sed raptis multo plura, & rapere desistit. audi quid Zacchæus dicat: Et omniũ quæ *Luc.19.* rapui, quadruplũ reddo. Tu vero decies mille rapiẽs talenta, si paucas dederis drachmas, te totum reddidisse putas, & tanquã plura dederis, ita te geris, & ita vero vix. Quare? Oportet enim & ipsa reddere illa, & alia de propriis adiungere. Sicut enim fur, cum illa sola reddiderit, nõ est excusatus, sed & frequenter animã adiecit: frequenter autẽ cum multo plura tribuerit, absolutus est. Sic & rapax: nã & auarus rapax, fur est & latro, illo longe deterior, quanto & violentior. Ille nanq; tum latendo, tũ nocte grassando multum de facinore succidit, vtpote quivereat & timeat peccare: hic autẽ perfricata fronte, nudo capite, per mediũ forum res omnium rapit, se furem simul exhibens & tyrannũ, non perfodit parietes, neq; lucernã extinguit, nec arcam reserat, aut corrumpit signacula. Sed quid? his audaciora facit, carẽtibus his qui patiuntur iniuriã, per portam expellit, omnia cũ fiducia aperit, ipsos sua per se cogit exponere, tãtus est excessus violentiæ. Hic illis multo scelestior, quanto & impudentior & violentior. Nã ille quidem per insidias aliquid passus, dolet quidẽ: non paruam tamẽ habet consolationem, quòd & ipse qui facit iniuriã, formidat: hic autem vltra quòd passus est atque contemptus, neque vim ferre poterit. Maior enim risus. Dic mihi, si quis latens vxorem polluisset: alius autẽ hoc cernẽte viro fecisset, vter maiorem tristitiam attulisset, vter maiori dolore affecisset? Hic enim præter ꝙ B male fecit, insuper & contẽpsit: ille vero si non aliud, se ostendit lęsum timere. Itidẽ & in pecuniis hic quidem clanculum accipiẽs, ita reueritus est, furtim scilicet surripiendo: qui vero palàm & publice, præter damnum & ignominiam inuexit. Desinamus igitur aliena rapere, & qui sumus pauperes & diuites. Non enim ad diuites solos hic mihi sermo, verũ & ad pauperes. Nam & ipsi rapiunt se pauperioribus, & artifices qui sunt ditiores & potẽtiores, eos qui magis indigent & pauperiores expilant, caupones alios caupones, & omnes qui in foro versantur. Itaq; volo vndique iniuriam auferre. Non enim in eorũ quæ rapiuntur & sublegũtur quantitate, sed in furantis voluntate iniuria constituitur. Quòd autem hi potius fures sunt & raptores, qui neq; parua aspernantur, scio meminiq; me vobis dixisse, siquidẽ & vos meministis. Veruntamen nihil subtiliter supputemus, sint & ipsi pariter cũ diuitibus. Iam mentẽ instituamus maiora nõ aggredi, plus non cõcupiscere. In cœlis vero nunquam habeat terminũ maiorum concupiscentia, sed quisq; semper amplius appetat. In terra vero necessitas & modicus vsus cuique sufficiat, & nihil amplius quęrat, vt ita possit vera cõsequi bona, quibus vtinã omnes digni sum°, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri vnà cum sancto spiritu gloria, decus & imperium nunc & semper, &c.

Quòd peccatores lugendi sunt viuentes & mortui, & quòd multum defunctis prosunt eleemosynæ, & officia pro eis exhibita. Homilia LXIX.

MOrs fratres indifferens est, & media. Non enim malum est mors, sed malũ si mortuus tormentis tradatur. Neq; rursus est bonum mors, sed bonũ si defunctus seculo cũ domino viuat. Quę sunt post mortẽ, ea vel bona vel mala sunt. Circa defunctos itaque ne temere lugeamus, neq; de viuentib' stulte lętemur. Sed quid? lugeamus peccatores non tantũ defunctos, verum & viuentes: de iustis autem gaudeamus, nõ modò superstitibus, verũ & mortuis. Nam illi quidem & viuẽtes mortui sunt: hi vero mortui quoq; viuunt. Illi cũ hic quoque supersunt, sunt omuib' miserabiliores, quoniam deũ offendũt: at hi cum hinc quoq; migrauerint, felices omnino: ad Christum enim transierunt. Peccatores vbicunq; fuerint, procul à rege morant: propterea lachrymis sunt digni. Iusti siue hic, siue illic, cum rege sunt, & illic amplius & propinquius, nõ per introitũ, non per fidẽ, sed facie ad faciẽ. Ne mortuos itaq; temere defleam°, sed in peccatis mortuos: hi nãq; luctu sunt

sunt digni, hi plãctibus & lachrymis. Quę nanq; spes, A quæso, cum peccatis migrasse, vbi peccata nõ datur exuere? Nã donec quidẽ hic erãt, multa fortassis erat expectatio, ꝙ essent pœnitentiã acturi, futuriq; meliores: si vero tartarũ vbi per pœnitentiã nihil lucrari conceditur, petierint: dicitur eĩ, & in inferno autẽ *Psal.6.* quis cõfitebitur tibi? quomodo nõ sunt lachrymis digni? Ita migrãtes lugeamus, nõ prohibeo. Lugeam°, sed nõ indecenter, nõ comas vellentes, nõ detegentes brachia, oculos non dissipantes, nõ pullis vtentes vestibus: sed tãtum in animo silenter amaras fundẽtes lachrymas. Licet eĩ & absq; hoc exteriori cultu amariter lugere, nec illudere dũtaxat. A ludibriis eĩ minime differunt, quę geruntur à nõnullis. Quòd etenim nõ ex doloris communicatione sint illi forenses planctus, sed ex ostentatione potius & ambitione sint, & inani gloria: inde clarũ est, quòd multę per artẽ hoc faciunt. Amarè plora, domi luge, vbi nemo te B spectet, hoc est misericordię, hoc & tibi prodesse potest. Aliũ enim ita deflẽs, multo magis studebit ne & ipse in eadẽ incidat mala. Terribile nãque peccatũ deinceps esse videbit. Infideles itaq; deplora, deplora nihil ab illis differẽtes, absq; illuminatiõe migrãtes, & sigillis: hi vero lachrymis digni & luctib°: Sunt enim cũ damnatis extra regales aulas, & pœnæ addicti. Amẽ quippe dico vobis, nisi quis renat° fuerit ex aqua & spiritu, nõ introibit in regnum cœlorum. In diuitiis defle defunctos qui nullã ex diuitiis sibi cõparauere consolationẽ, qui sua diluendi peccata potestatẽ acceperũt, & neglexere. Hos, inquã, seorsum & cõmuniter lugeamus, sed cum modestia, sed honestatis ratione seruata. Sed ne nos ostẽtem°, hos defleamus, non vno vel altero die, sed totũ vitæ nostræ C tẽpus. Hæ siquidem haud sunt irrationalis motus lachrymę, sed potius charitatis. Illud igit est irrationalis motus, & propterea citius extinguitur: cũ autẽ ex dei timore fuerit factũ, semper manet. Hos lugeam°, post hos pro virib° clamemus, excogitemus eis aliquid solatij, minimũ quidẽ, clamem° tamẽ. Qualiter & quonã modo? Orantes & alios precãtes, vt pro eis deprecẽtur, pro eis pauperib° largiẽtes cõtinue. Habet hęc res aliquam consolationem: audi nãque deũ dicentem: Protegã ciuitatẽ istã propter me, & propter Dauid seruũ meũ. Si iusti dũtaxat memoria tantũ potuit, cũ & opera pro ipso fuerint, quantum non valebit? Non temere ab apostolis hęc sancita fuerũt, vt in tremendis mysteriis defunctorũ agatur cõmemoratio. Sciunt enim illis inde multũ contingere lucrum, vtilitatem multam. Cũ enim totus constiterit D populus extẽsis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremendũ proponatur sacrificiũ, quomodo deũ non exorabimus pro his deprecantes? Sed hoc quidẽ de his qui cũ fide migrarũt. Catechumeni vero nec hac digni consolatione censentur, sed omni sunt tali suffragio priuati, præter vnũ solum. Quod autem illud? Dare licet ꝓ eis pauperib°, & ex hoc aliquid eis prẽstare refrigerationis. Vult nanq; deus nos alterum alteri prodesse. Nam quare pro pace, mũdiq; trãquillitate nos iussit orare? quare ꝓ omnibus hominibus? cũ hic vbiq; sint latrones & fures, ac sacrilegi, & infinitis pleni facinoribus, & tamen ꝓ omnibus precamur, forsitã aliqua fiet eorũ mutatio. Sicut itaq; pro viuentibus precamur, qui nihil à mortuis differũt, ita pro illis quoq; licet orare. Iob ꝓ filiis hostias offerebat, & eos à peccatis absoluebat, ne fortè cogitassent

A aliquid in corde suo, ita de filiis curã gerit. Nõ dixit vt hominum plurimi: Relinquam eis patrimonia: nõ dixit, gloriam eis cõferam: nõ ait, principatũ emam: non ait, agros acquirã: sed quid? Ne fortè cogitauerint aliquid in corde suo. Quænam illorũ vtilitas, nihil hic manentiũ? Omniũ, inquit, regem eis reddam propitiũ, & nihil eis amplius deerit. Dominus enim pascit me, & nihil mihi deerit. Hę magnęsũt opes, thesaurus magnus. Si dei timorẽ habeamus, nihil nobis est opus: si vero non hũc habeamus, etsi regnũ ipsum possideamus, sumus omniũ pauperrimi. Nihil æquale deum timenti: timor enim domini omnia superat. Hũc possideamus itaque, omnia propter hũc faciamus, vt hũc assequamur timorem. Nemo iam itaque plãgat aut ploret, nec Christi meritũ afficiat calumnia: mortẽ etenim vicit. Quid igitur superfluas fundis B lachrymas? somn° ea res est. Quid gemis & luges? hoc nanque si vel gẽtiles facerent, oportet deridere: quũ vero fidelis in his se turpiter gerat, quę fuerit excusatio? quę venia talia fatuè sectãti, & hęc post tantũ tẽporis, & tam manifestam resurrectionis probationẽ? Tu vero quasi crimẽ augere festinãs, & præficas nobis gẽtiles obiicis mulieres, dolorẽ suspendens, & accendẽs fornacem. Neque dicentẽ audis Paulũ: Quæ cõuentio Christi ad Belial, aut quę pars fidelis cũ infideli? Et Græcorũ quidẽ pueri, qui de resurrectione nihil nouerant, cõsolationis tamen inueniũt verba, dicentes: Fer generose, nam facta nõ licet infecta reddere, aut luctib° emẽdare. An tu his altiora discẽs & vtiliora, non confunderis, maiorẽ illis præferens deturpationẽ? Nec enim nos dicimus, Fer generosè: nam factũ nõ licet infectũ reddere: sed fer generosè: C omnino nanq; resurget: dormit infans, & nõ est mortuus: quiescit, non autem periit. nam eũ resurrectio suscipiet, & vita perennis & immortalis, angelicúsq; consessus. Non Psalmistam audis dicentẽ: Cõuertere anima mea in requiẽ tuã, quoniã dominus benefecit tibi? Rem istã deus beneficiũ nuncupat, & tu luges? Quid feciſſes amplius, si defuncti hostis & inimicus fuisses? Nam si lugendũ est, diabolũ oportet lugere. Ipse plãgat, ingemat ipse, quoniã ad maiora tendim° bona. Ipsi° est digna nequitia huiusmodi deploratio, nõ tibi conueniens, qui coronã & requiem expectas. Trãquillus enim est portus, mors. Itaq; cõsidera quot plena malis est vita prẽsens: cogita quoties & ipse prẽsentẽ execratus es vitam: res etenim in deteriora prolabuntur, quin & ab initio non paruã sortitus es damnationẽ. In dolorib° enim, ait, paries filios: &, In sudore vult° tui vescẽris pane tuo: &, In mũdo tribulationẽ habebitis. De illic vero positis nihil huiusmodi dictũ est, sed omne cõtrarium, quia fugit dolor, & gemitus & tristitia. Et ꝙ ab Oriente veniẽt & Occidente, & recũbent in sinibus Abraham, Isaac & Iacob. Et ꝙ illic spiritualis spõsi thalamus, ardentes q̃ lampades, & in cœlũ trãsitus. Quid itaque defunctũ cõfundis? quid facis vt alij timeant mortem, & perhorrescãt? Quid agis vt multi deũ accusent, vtpote qui magna parauerit incõmoda? Imò vero quid post hęc pauperes vocas, & orare sacerdotes exhortaris? Nõne vt in requiẽ trãseat defunct°, & propitiũ iudicẽ habeat? Pro his ergo luges, & vlulas? Nõne timetipsi repugnas & aduersaris, ex his quib° in portũ ille deuenit, tibi parãs procellam? Et quid faciam? talis est natura. Nõ est naturę crimen, neque rei consequẽtia, sed nos sumus qui cõfundimus omnia, qui

molleſcimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

molleſcimus,& propriã prodimus generoſitatem,& A quæſo?quid vero peregrinũ & nouũ?Nónne per ſingulos dies eadẽ cernimus retorqueri? Dies & nox, nox & dies,hyẽs & æſtas,æſtas & hyems, & amplius nihil:& hæc quidẽ ſemper eadẽ, mala vero peregrina & recẽtiora. Hęc igitur ipſum ſuſtinere per ſingulos dies,& hic manere volebas,& ægrotare,fiere,formidare & cõtremiſcere,& has quidẽ pati moleſtias, has vero ne patiaſ, timere? Nec eñ illud dicere poſſit,ꝙ hoc vaſtum nauigãs mare poſſit mœrore,& curis,& aliis huiuſmodi liber extare. Adhęc & illud cogita,ꝙ non immortalẽ genuiſti,& niſi nunc mortuus fuiſſet,hoc paulo pòſt ſuſtinuiſſet. Sed ex eo nõ es ſaturatus?Verũ illic omnino fruẽris.Sed etiam hic cernere cõcupiſcis:& quid eſt impedimẽti? Licet enim & hic ſi vigiles: futurorũ nanq; ſpes eſt viſu manifeſtior.Tu vero ſi fuiſſet in regalib⁹ aulis,nunquã eum cernere quæſiſſes, audiens eũ ſe præclare gerentem: B ad multo meliora vero peregrinatũ videns,modico tẽpore frangeris,& hæc cum pro illo cohabitantem habeas.Sed virũ non habes, habes tamẽ conſolatorem,patrem orphanorũ,& iudicem viduarũ. Audias & Paulum huiuſmodi beatam vocantem viduã, atq; dicentem : Quæ vere vidua eſt, & deſolata,ſperet in 1.Tim.5 deum.Etenim probabilior huiuſmodi videbitur, cũ maiorem exhibeat tolerãtiam. Noli ergo lugere vnde coronaris,vnde recipies mercedẽ:depoſitũ enim reddideris,ſi quod tibi creditum eſt,exhibueris. Ne iam ſolicita ſis, cum in tuto poſſeſſionẽ theſauro repoſueris.Si vero & conſideres,qualis ſit iſta præſens vita,qualis vero futura:& quòd præſens aranea quidem eſt & vmbra,omnia vero futura ſunt immota,& immortalia, nec aliis iam opus habueris ſermonib⁹: nunc quidem infans ab omni liberatus eſt mutatione:ſi vero moratus hic fuiſſet,fortaſſe bonus,fortaſſis autem non fuiſſet huiuſmodi.An non vides quot proprios abdicãt filios, quot his qui abdicanẽ peiores domi coërcere cogũtur? Hæc omnia meditãtes, ſapienter agamus.Sic enim & defuncto rem gratã agemus,& ab hominib⁹ multas laudes aſſequemur,& à deo magna recipiemus prẽmia patientię,& ęternis potiemur bonis:quę nobis omnib⁹ deꝰ adipiſci,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,&c.

Quod pro defuncto lugendum non eſt,ſed orandum; Homilia LXX.

MOrtis tyrannidem eiiciens deus, chariſmi, ſimul & diaboli ſoluit potentiã. Qui nãque de reſurrectione multa ſapiẽter nouerit meditari, quomodo mortem formidauerit? quomodo iam exhorreſcat? Itaq; ne turbemini dicẽtes, Quam ob rem hęc & hæc paſſi ſumus?ſic enim corona ſplẽdidior efficitur,nec eſſet ſplẽdida,niſi mortem morte ſoluiſſet.Hoc autem eſt admirabile,quòd eam per ea quib⁹ prævalebat,euicit, ipſius facilẽ & leuiſſimã ſemper oſtẽdens expugnationẽ.Ne prodamus itaq; collatũ nobis munus. Nõ eñ accepimus ſpiritũ ſeruitutis, ſed ſpiritũ virtutis & charitatis & modeſtiæ. Stemus itaq; fortiter mortẽ deridẽtes. Sed occurrit mihi amariſſimus gemitus, vt deploręꝰ,quónã Chriſtus quidẽ nos ꝓduxit,quò vero nos ipſos deiecim⁹. Cũ enim circa forum planctus, eiulatus circa vitam relinquentes exhibitos,vlulatuſq; & alias turpitudines video:credite,pudet Iudęorũcernentiũ & hęreticorũ,& omniũ nos propter hocderidẽtium. Nam quęcunq; iam dixero de reſurrectiõe diſſerẽs, inuanum loquar.Quare vero? Quoniã his quæ dicũtur à nobis,

nobis,non intendũt gentiles, ſed his quæ geruntur A à vobis.ſtatim enim dicent,Quando fiet vt horũ aliquis mortẽ contemnat, qui nec alterum videre mortuũ poteſt?Bona quę dicta ſunt à Paulo,bona cœliſq; & dei benignitate condigna. Quid eñ ait?Et liberabit hos qui metu mortis per omnem vitam erant rei ſeruitutis.Sed vos iſta credi nõ ſinitis,aduerſus ea operibus pugnãtes,licet multa fieri deus antea ſtruxerit, vt hanc improbã tolleret conſuetudinem . Quid enim ardẽtes,quæſo,lãpades ſibi volunt?nónne tanquam athletas eos comitamur? Quid autem hymni? nónne glorificamus deũ , & illi gratias agimus, quia iam defunctum coronauit,abſoluit à laboribꝰ , & ab incertitudine ſublatũ penes ſe retinet?Nónne hymni propterea?nónne propterea pſalmodiæ?Hęc omnia ſunt gaudentium. Lætus enim eſt aliquis,pſallat,ſed non hæc intuẽtur gentiles.ait enim,Ne mihi proponas illũ qui carens affectu philoſophatur. Hoc enim B in ſe nil magnũ, nil habet mirabile. Oſtẽde mihi hominẽ in ipſo ſeruantem diſciplinam affectu, tunc de reſurrectiõe credã. Et ſeculares quidẽ mulieres hoc facere nihil eſt mirandũ,licet & ipſum graue ſit:nam & ipſę parẽ exigũtur diſciplinam,& propterea Pau- 1.Theſ.4. lus ait, De dormientib⁹ autẽ nolumus vos ignorare, vt nõ contriſtemini,ſicut & cæteri ipſi qui ſpem non habent . Non hæc ſolum ſolitariis ſcribebat, neque perpetuã vouentibus virginitatẽ,ſed ſecularibus:nec tamen hoc tã graue. Quando vero mulier aliqua vel vir ſe cũ Chriſto crucifixum eſſe dicens, hic quidem capillos laniat, illa vero nimiũ plorat, quid hoc deformius eſſe poſſit? Mihi credite dicenti: ſi fieret, vt oportet, multũ temporis ab eccleſiæ liminibus tales eſſent arcẽdi.Hi nanq; luctu vere ſunt digni,qui mor C tem timent & perhorreſcũt, neq; reſurrectionẽ credunt. At,inquis, reſurrectionẽ non ego,ſed familiaritatẽ deſidero.Quare ergo,cũ peregrinatur,& peregrinatione quidẽ longinqua,non eadem facis? Sed tunc quoq; ploro deſiderans,& lugeo.Illud quidem vere conſuetã eſt quærentiũ præſentiam:hoc autem reuerſionẽ deſperãtis. Quid pſallas,cogita,quum ad illũ peruenęris locum,Conuertere anima mea in requiem tuã , quia dominus benefecit tibi : & iterum: Nõ timebo mala,quoniam tu mecum es: & rurſum: Tu es refugiũ meum à tribulatione quę circumdedit me.Quid iſti velint pſalmi recogita,ſed nõ animaduertis,& es luctu ebria,ſaltẽ in alienis funeribus diligenter cõſidera, vt in tuis remedium habeas. Dicis, Conuertere anima mea in requiẽ tuam, quia dominus benefecit tibi,& luges?Nõne fabuloſa eſt repręD ſentatio?nõne ſimulatio?Nã ſi vere quę profers,credis, ocioſe luges : ſi vero ludis, & ſimulas, & fabulas hæc eſſe putas,cur & tu pſallis,& aduenięntes toleras? Quare pſallẽtes nõ abigis?Sed hoc eſt furentiũ,verũ & multo magis illud:igitur interim quidẽ admoneo: proceſſu vero tẽporis hoc acrius faciam. Magnopere nanq; timeo , ne per hunc modum aliquod graue vitiũ eccleſiæ ſubrepat: luctuũ ergo poſtea corrigemus errorẽ. Nunc autẽ annuncio, & plurimum proteſtor diuitibus & pauperib⁹, mulieribus & viris,fiat quidẽ vt omnes abſque luctu vita migretis : & iuxta congruã legem profecti , ſenes à filiis & à filiabus,& natis & progenitis matres in pingui ſenio deducantur,nec vnquã mors ſit immatura. Hoc,inquam,fiat, hoc precibus expoſco.Et preſidẽtes vero, & vos omnes exhortor,deum alter pro altero rogetis, & hanc A communem faciatis orationem.Si vero(quod abſit, nec accidat)acerba quępiã mors ingruat(acerba vero dico, nõ naturaliter: nec enim mors iam eſt acerba:nihil eñ a ſomno differt,ſed ex affectu noſtro videꝰ acerba) ſi ingruat, & aliqui præficas lugẽtes iſtas conduxerint, mihi credite dicenti , non aliter atque ſentio loquar.Quicunq; voluerit iraſcatur, eos ab eccleſia multum temporis arcebo,tanquam idolorum cultores . Nam ſi Paulus auarũ vocat idolorum cultorẽ,multo magis eum qui circa fidelem,ea quę ſunt idololatrarum,exhibet.Qua nanque de cauſa, quæſo,presbyteroſq; vocas, & pſallentes ? nónne quò te cõſolentur?nónne quò defunctũ honorent?Cur igitur ipſum afficis cõtumelia?Quare publica proſequeris ignominia? Cur nanq; in ſcena deludis ? Nos venimus de reſurrectione philoſophãtes,docẽtes eunctos & nondũ percuſſos , per honorẽ illis redditum, B ſi quãdo tale quid accidat,generoſe perferre : tu vero fœminas noſtra deſtruentes,quantum in ipſis eſt, producis?Quod hoc riſu peius & ſubſannatiõe?quid hac inæqualitate grauius? Erubeſcite & reueremini. Quòd ſi vos nõ vultis, nos tales eccleſię perniciosas cõſuetudines introducere non toleramus. Peccãtes 1.Tim.5 enim,ait Paulus,corã omnib⁹ argue.Et illas vero miſeras & infelices per vos prohibemus, ne vnquã eſferendis interſint fidelibus , ne propria cogamus eas mala verè deflere,& doceamus non in alienis hæc agere,ſed proprias potius ærũnas lamentari , Nam & pius pater cũ filium habet prodigũ,nõ illum admonet ſolũ ne vitioſis iungatur,verum & illos perterrefacit. En igiẽ & illas per vos cõmoneo, vt neque vos huiuſmodi vocetis,nec illæ veniant. Et fiat quidẽ,vt C ſermo quid amplius operẽ , & minæ prævaleant. Si vero,quod abſit,contẽpti fuerimus, minas ad rẽ deducere demũ cogemur,vos quidem eccleſiaſticis caſtigãtes legibus,illas vero, ſicut eis cõueniet. Si quis aũt arrogãs contẽnit,audiat Chriſtũ nunc quoq; dicentẽ:Si quis in te peccauerit,vade,corripe eũ inter Matt.18. te & ipſum ſolũ:ſi vero nõ audierit, aſſume tecũ vnũ vel duos:ſi autẽ & ita cõtradicat,dic eccleſiæ:ſi vero nec eccleſiã audierit,ſit tibi ſicut ethnicꝰ & publicanus.Sed ſi cõtra me peccantẽ,poſtquã me nõ audierit,ita prẽcipit auerſari: in ſeipſum & in deũ peccantẽ qualiter habere debeo, vos iudicate. Vos eñ nos non contẽnatis tã molliter in vos inſurgẽtes.Si quis autẽ noſtra contẽnit vincula,rurſum eũ Chriſtꝰ corrigat,dicẽs:Quæcunq; ligaueritis ſuper terrã,erũt ligata & in cœlis:& quęcũq; ſolueritis ſuꝑ terrã , erũt ſoluta & in cœlis.Nã ſi nos quoq; miſeri,& nihili pẽdendi, & contẽptu digni (ſicut verè digni ſumus)nõ tamẽ nos ipſos vlciſcimur,nec iram vindicamus,ſed noſtræ curam gerimus ſalutis: reueremini precor,& confundimini . Si quis enim amicum tolerat acrius æquo inſurgentem, intentionem conſiderans, quòd beneuole,non inſolenter hoc agit: multo magis doctorem increpantem, non authoritate tyrannica iſta dicentem, neq; quaſi principis loco conſtitutũ , ſed curatoris : nec enim poteſtatẽ oſtentare volẽtes hæc dicimus.Quomodo nanque,qui nec in eorũ experientiam venire volemus?ſed dolẽtes pro vobis atque gemẽtes,Ignoſcite mihi,nec vlluseccleſiaſtica deſpiciat vincula.Nõ eñ qui ligat eſt homo,ſed Chriſtus, qui nobis hãc cõtulit poteſtatẽ,& tanti dominos honoris homines conſtituit.Nã nos quidem ad ſoluendum duntaxat vti poteſtate vellemus , quinimò nec

huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius neceſſitatẽ vellemus habere: nullũ enim volumus apud nos eſſe captiuũ. Non ita miſeri ſumus & ærũnoſi, licet valde ſimus viles. Si vero coacti fuerimus, ignoſcite. Nec eñ ſponte, vel volentes, ſed plus vobis dolentes ligatis iniicimus vincula. Si quis autẽ hæc contemnat, iudicij tẽpus aderit, quod eum doceat. Reliquũ autem nolo dicere, ne mentem veſtrã cõſternem. Nam nos quidem primum, ne trahamur in neceſſitatẽ, optamus. Quòd ſi venerimus, noſtrum implemus officiũ, vincula iniicimus. Si quis autẽ hæc diruperit, ego iã quod meum eſt erogo, & iam innocens ſum. Ratio vero tibi ponetur apud eũ qui me ligare prȩcepit, tu vero dic, Si rege corã ſedẽte lictorum aliquis adſtantiũ iuſſus ſit aliquem in ordine poſitorũ vincire, & imponere compedes: ille vero non tantun hũc repulerit, verum & contriuerit vincula: lictor éſt ne qui paſſus eſt iniuriã? nónne vero multo magis rex qui prȩcepit? Nã ſi quæ fiunt cõtra fideles ipſe ſibi vẽdicat: eo qui docere ſtatutus eſt, cõtumeliam paſſo, multo magis tanquã ipſe ſit paſſus contumeliam, afficiẽ. Sed abſit q̃ aliquis eorum qui ſunt in hac eccleſia, in horum veniat vinculorũ neceſſitatem. Sicut eñ ſpecioſum eſt non peccare, ita eſt vtile increpationẽ ſuſtinere. Obiurgationẽ itaq; feramus, & laboremus nunquam peccare: q̃ ſi peccauerimus, ſuſtineamus redargutionẽ. Sicut bonum quidẽ non percuti, quod ſi tamen accidat, vulneri medicinã imponere: itidẽ & hic, ſed nunquam accidat nos taliũ medicaminũ indigere. Audiuimus enim meliora de vobis, & quæ ſalutem apprehendant, etſi ſic loquamur. Vehementius autem locuti ſumus ad cautelam maiorem. Me nãque melius eſt audacem à vobis, immitem & inſolentẽ putari, q̃ quę deo placent, vos nõ facere. Credimus autem deo, quòd non erit inutilis hæc admonitio noſtra, ſed ita mutabimini, quòd hi ſermones in commendationes & laudes veſtras cõuertũtur: vt omnes digni bonis cenſeamur, quæ deus promiſit diligentibus ſe, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto, gloria & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Quòd nihil prodeſt nobis ieiumium, ſi reliqua deſint merita: & de oratione. Homilia LXXI

Sicut hoc corp⁹ quotidie corporalis indiget nutrimenti, ne multam cadens in imbecillitatem inefficax iaceat: itidem & anima ſpiritualis indiget pabuli, & optimæ conuerſationis, vt in aliqua bonorum conſuetudine poſita, maligni demũ inſidiis cõſtituatur inexpugnabilis. Per ſingulos itaque dies huius fortitudinem ſatagamus, & nos ipſos ſcrutantes, nunquam deſiſtamus: & nobis ipſis rationem proponamus ſupputandam & de his quę introducuntur, & de his itidẽ quę promuntur, quidnã vtiliter locuti ſumus, quod autẽ ocioſum protulim⁹ verbũ: & rurſum quid vtile per aures in animã tranſmiſimus, quid è cõtra nociturũ intulimus. Et linguę quidem regulas quaſdã, & leges ponamus, vt prius verba ruminet, & ita proferat. Mẽtem quoque doceam⁹ nihil aduertere noxium. Verum & ſi quid huiuſmodi extrinſecus inferatur, hoc quaſi ſuperfluũ & nociturum repellere: & ſi naſcatur intrinſecus, pia cogitatione ſtatim fugare. Nec ſolam nobis inediam ad veſperam vſque, ad ſalutem ſatis eſſe putamus. Nam cũ ingratis Iudæis miſericors per Prophetã dixerit dominus: Ecce anni ſeptuaginta, nũquid ieiunium ieiunaſtis mihi? Et cũ comediſtis, & bibiſtis, nunquid nõ vobis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis? Hæc ait dominus exercituũ. Iudiciũ iuſtum iudicate, & miſericordiã & miſerationẽ facite vnuſquiſque cum proximo ſuo. Et viduam, & pupillum, & aduenã, & pauperem nolite calumniari. Et malũ vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Cum igitur illis adhuc in vmbra ſedentibus, & errorũ affixis caligini, nulla de ſolo ieiunio fieret vtilitas, niſi reliqua corrigerẽt, & ex corde malignam in proximum voluntatẽ eiicerent: quã nos habebimus excuſationẽ, à quibus exiguntur maiora, quiq; non tantum hæc facere iubemur, verũ & inimicos diligere docemur, & beneficiis proſequi? Et quid dico, ꝓſequi beneficiis? orare nẽpe pro ipſis, dominumq; deprecari, & de habenda eorũ prouidentia ſupplicare. Hoc enim nobis omnium maxime in illa tremenda proderit die, noſtrorumq; peccatorũ maxima erit cõſũptio, ſi nos in inimicos noſtros ita diſponamus. Nam & ſi præceptum eſt valde magnũ, tamen ſi præmiũ hoc enauantibus propoſitum cogitaueris, nihil omninovidebitur. Quod autẽ illud eſt? Si hoc feceritis, ſimiles eritis patri veſtro q̃ eſt in cœlis. Et vt manifeſtiorem nobis ſermonẽ faceret, intulit, quòd ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. ait eñ, Imitare iuxta vires humanas deũ. Nam ſicut ille nõ iuſtis tantum ſolem facit oriri, verum & mala patrantibus: & pluuiã, & anniuerſarios imbres non tantum bonis, verum & malis ſubminiſtrat: ita tu quoq; ſi nõ ſolos te diligẽtes diligas, ſed etiam inimicum in te animũ habentibus indulgeas, & beneficia cõferas, ꝓ virib⁹ tuis dominum imitaris. Vides qualiter in ſummum verticẽ hanc volentem obire virtutẽ eduxit? Ne ſolam itaq; facti difficultatem chariſſime cogites, ſed prius intra te reputa, quãto ſis decorãdus honore: & honoris occaſio, licet ſit graue quid & oneroſũ, leue tibi reddetur. Nónne enim debes habere gratias, quòd per beneficiũ inimico collatũ occaſionem nãciſceris, vt apud deũ tibi fiducię fores reſerentur, & peccatorũ tibi fiet abſumptio? Sed fortè cupis inimicũ vlciſci, & eum qui te malis affecit, iiſdẽ inuoluere, vel maioribus? Et quid ex hoc amplius erit, cũ vltra quòd nihil inde tibi naſcetur vtilitatis, in illo terribili iudicio ſis ex hoc pœnas daturus, tanquã poſitas ab ipſo leges prȩuaricat⁹? Dic eñ mihi, ſi quis rex ſuper terrã talẽ tuliſſet legẽ, vt inimici placarẽtur, vel mors eſſet ſuppliciũ: nónne propter huius corporeæ mortis metũ omnes ad explendam legẽ concurrerent? Quãta ergo nõ eſſet dignus accuſatione, propter mortẽ corpoream quidem, quã & alioqui naturæ nobis omnino debitum infert, omnia facere ſuſtinẽs: at propter mortẽ, cui cõſolatio nõ poteſt inueniri, legis ab omnium domino latæ curam gerens minorem? Sed nõ animaduertebã hæc dicens, cum his qui neque parẽ ſe diligentibus exhibent charitatẽ, mihi ſermonẽ eſſe. Quis itaque nos iam ab illo liberabit ſupplicio, cũ non tantum ab illo ſimus mandato procul cõſtituti, ſed nec eadẽ cũ publicanis efficimus? ait enim: Si diligatis diligentes vos, quid magnũ facitis? nónne & publicani idem faciunt? Cũ itaq; nec hoc à nobis impleatur, quæ iam nobis ſalutis ſpes? Propterea cohortor, ne ſimus abſq; viſcerib⁹ miſericordię, ſed ſenſum noſtrũ domemus, primũq; doceamus, vt proximum in charitate ſuperet, & iuxta beatum Paulũ dicẽtem: In humilitate ſuperiores ſibi inuicẽ arbitrãtes, ne toleret ſuperari, ſed vincat atq; trãſcẽdat, & maiorem exhibeat,

Zach. 7.

Matt. 5.

exhibeat, & feruẽtiorem in ſe diligẽtes affectũ. Hoc enim eſt, quod maxime noſtrã continet vitam, atque cõnectit, & ꝓ hoc à belluis & brutis differimus: quòd ſi velimus, congruum nobis poſſumus ordinẽ cõſeruare, & magnam in proximum vnanimitatẽ exhibere: tum reprimere ſenſum, & hanc indomitã feram, animũ dico, manſuefacere, & ipſi tremẽdi certamen iudicij proponere: & docere quòd ſi cũ inimicis cõciliari polliceaẽ, magnis bonis potieẽ: ſi vero cõtendat adhuc, multũ damnationis incurret. Non eñ incaſſum & temerè nos tẽpus oportet abſumere, ſed ꝓ ſingulos dies & horas domini iudicium ante oculos ponere: & quæ nobis multã poſſint præbere fiduciã, quæ vero ſuppliciũ inferãt, vt ita noſtris hęc prȩcordiis verſantes, vincamus, & carnis noſtræ reprimam⁹ laſciuias, mortificemúſque, iuxta beatum Paulũ, mẽbra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationẽ, immunditiã, libidinẽ, concupiſcentiam malã, furorem, auaritiam, inanẽ gloriã, & inuidiam. Si nos his mortuos vitiis cõſtituerimus, ne poſſint in nobis operari, ſpiritus fructũ capere poterim⁹: qui eſt charitas, gaudiũ, pax, lõganimitas, ſuauitas, bonitas, fides, mãſuetudo, continẽtia. Hæc Chriſtiani ſit ab infideli differẽtia: hęc noſtra ſint inſignia, ne nomine ſolo gloriemur, nec ex habitu altũ ſapiamus: imò verò neque ſi quæ recẽſuimus, verè poſſideam⁹, vnquã exaltemur: ſed multo magis nos & tunc contrahamus. ait enim, Cum oĩa feceritis, dicite, inutiles ſerui ſumus. Si fuerimus ita meditati, & ita noſtrã curemus ſalutem, & aliis, & nobiſmetipſis plurimũ prodeſſe poterim⁹. At ſi fide quidẽ opus eſt, quid eſt opus ieiunio? quoniã & illud cum fide non modicã inducit fortitudinem: multã enim adfert diſciplinam, & angelum ex homine reddit, & cũ incorporeis pugnat virtutib⁹, ſed nõ per ſe. opus eñ eſt & oratione, & oratione primo. Nã aſpice, quot ex ambobus bona naſcũtur. Orãs enim, & vt oportet ieiunãs, nõ multis eget: qui vero multis non eget, nunquã fiet auarus, & ad eleemoſynã magis eſt aptus. Ieiunãs leuis eſt, & alatus, & cũ ſolertia orat, & improbas extinguit cõcupiſcentias, deũ placat, & inſurgentẽ animũ humiliat. Propterea & Apoſtoli ferè ſemper ieiunabãt. Orans cũ ieiunio geminas habet alas, & ipſis quidẽ ventis leuiores: nec eñ oſcitat, & diſtenditur, & orãs langueſcit, quod multi patiuntur: ſed eſt igne vehemẽtior, & terra ſuperior: & propterea talis maxime dęmonibus eſt infeſtus, & hoſtis. Nihil eñ fortius homine legitime orãte. Nã ſi ſæuum principem quendam, qui neq; deum timebat, nec hominẽ reuerebatur, placare potuit mulier: multo magis deũ alliciet, qui ei iugiter aſſiſtit, vincit ventrẽ, & delicias eliminat. Si vero tibi corpus infirmũ ad continue ieiunandũ, non tamen eſt infirmum ad orandũ, nec ad vẽtris deſpectum imbecille. Nam ſi ieiunare non etiam potes, potes tamẽ abſtinere deliciis. Hoc autem non minimũ eſt, nec à ieiunio multum diſtans: ſed ipſum quoq; diaboli furorẽ proſternere idoneũ. Nihil enim illi tam gratum dæmonio, quàm deliciæ ſunt, & ebrietas: quoniam omnium eſt fons malorũ, & genitrix. Per hanc demũ Iſraëlitas in idolorum cultũ prȩcipitauit. Per hãc Sodomitas in nefarios accẽdit amores. Hęc eſt enim, inquit, impietas Sodomorũ. In ſuperbia, ſatietate panũ, & conuiiis luxuriabãtur. Per hãc alios perdit innumeros, & gehennæ tradidit. Quid enim mali nõ operãtur deliciæ? ex hominib⁹ porcos efficiũt, & porcis deteriores. Porcus enim inuoluit in cœno, & ſtercore paſcitur: hic autẽ abominabili magis veſcitur menſa, illicitos excogitãs coit⁹, & nefarios amores. Huiuſmodi nihil à dæmoniaco differt: ſimili nanq; furtur impudentia, ſimiliq; bacchatur furore, & dæmone quidem preſſum ſaltẽ miſeramur, hunc autẽ auerſamur, & odimus. Quid ita tandem? quoniam ſponte ad ſe trahit furorẽ, & os, & oculos, & nares, & omnia generaliter diuerſoria, duct⁹ & riuos facit furoris. Quòd ſi videas & interiora, animã quoque cõſpicies quaſi quadã in hyeme & gelu coagulatã atque languentẽ, & propter nimiam procellæ magnitudinem ſcaphæ nihil prodeſſe valentẽ. Quot ex hac tẽpeſtate mala viri mulieréſq; patiãtur, dicere pudet: ipſorũ autem cõſciẽtiæ derelinquo, quę hæc plenius nouit. Quid eñ ebria turpius muliere, quę temerè circũferatur? Quanto nanq; vas eſt imbecillius, tanto maius eſt naufragiũ, ſiue libera, ſiue ſit ſerua. Nã libera quidẽ in medio ſeruorũ theatro turpiter agit. Serua vero rurſum ſimiliter inter ſeruos, & agunt vt dei dona blaſphemiã ab inſipientibus patiãtur. Multos nempe dicentes audio, cum tales accidunt turpitudines: Nõ ſit vinum. O ignorantiã, ô ſtoliditatẽ. Aliis peccantibus dei donum accuſas? quãtus hic eſt furor? nũquid vinũ hoc malum effecit? non vinum, ſed male diſpẽſantiũ immodeſtia. Dic itaq;, ne ſit ebrietas, ne ſint deliciæ. Si vero dicas ne ſit vinũ, dices & ſenſim procedẽs: Ne ſit ferrũ propter homicidas, ne ſit nox ꝓpter fures, ne ſit lux ꝓpter calũniatores, ne ſit mulier propter adulteria, & omnia penit⁹ tolles. ſed noli ita facere. hoc eñ eſt ſatanicę mẽtis. Nec vinũ, ſed ebrietatẽ accuſa. Et hunc vigilantẽ arripiẽs ipſius ſubſcribe turpitudinẽ, & dic ad eũ. Vinum eſt datum vt delectemur: nõ vt dehoneſtemur: vt rideamus, nõ vt rideamur: vt valeamus, nõ vt ęgrotemus: vt corrigam⁹ corporis valetudinẽ, nõ vt animę proſternamus virtutẽ. Te dono de⁹ honorauit, cur teipſum per immodeſtiã afficis cõtumelia? Audi quid Paulus dicat: Vino modico vtere ꝓpter ſtomachũ, & frequẽtes infirmitates tuas. Si vero ſanct⁹ ille morbo laborãs, & frequentes patiẽs ægritudines, vinũ nõ guſtabat, donec præceptor mandauit: quã nos habebimus veniã, qui in bona valetudine ſectamur ebrietatẽ? Igiẽ illi quidẽ dicebat: Vino modico vtere propter ſtomachũ. Cuiq; vero noſtrũ ebriorũ dicet, Vino modico vtere propter fornicationes, ꝓpter crebra turpiloquia, ꝓpter cęteras turpes cõcupiſcẽtias quas ſolet ebrietas parere. Si vero ꝓpter hęc abſtinere recuſatis, ꝓpter cõcupiſcẽtias ſaltẽ & moleſtias ex eo veniẽtes abſtinete. Vinũ enim ad lætitiam datũ eſt. Vinum enim, inquit, lætificat cor hominis. Vos autẽ & hãc ei⁹ virtutẽ deſtruitis. Quæ nanque lętitia, nõ eſſe in ſemetipſo, innumeróſq; pati dolores, & omnia ſe circũferẽtia ſpectare, vertigineq́; detineri, & iuxta febricitãtes opus habere caput oleo rigãtib⁹? Hęc à me nõ ad omnes dicta ſunt, imò vero ad omnes: non quoniam omnes inebriẽtur, abſit: ſed quoniã ebriorũ nõ ebrij curã non gerunt: propter hoc & in vos ſanos magis inuehor. Nã & medicus ęgrotantes omittẽs, ipſis aſſidentes alloquiẽ. Ad vos itaq; ſermonẽ dirigo ſupplicãs, & ne tali vnquã vitio capiamini: & captos, ne brutis peiores videantur, admoneatis. Hæc nanq; nihil ampli⁹ neceſſitate quęrũt, illi vero & illis brutiores facti ſũt, mediocritatis terminos excedẽtes. Quã to nanque melior his eſt aſinus? quãto melior canis?

Luce. 17.

Ezec. 16.

1. Tim. 5.

Pſal. 103.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam & horũ quodlibet animalium,& omnium bru-
torum,ſeu comedere,ſeu ſit opus bibere,neceſſitatẽ
terminũ nouit,nec vltra quod eſt opus progreditur:
licet ſint infiniti qui cogãt, in immodeſtiã procede-
re nõ patitur.Nõ ergo ſitis brutis vos deteriores: nõ
apud ſanos tantum,ſed etiã apud voſipſos. Quòd e-
nim canib' & aſinis vos viliores iudicaſtis, inde ma-
nifeſtum eſt:hęc nanq; bruta ſupra menſurã cibũ ſu-
mere nõ cogis.Et ſi qs dixerit, quare?dices,ne lędã-
tur:tibi vero nec hanc curã impendis. Ita teipſum &
illis viliorẽ eſſe putas, & continue fluctuãtem deſpi-
cis. Nec enim tantũ in ebrietatis die tempeſtatẽ ſu-
ſtines,ſed etiã poſt illũ diem. Et ſicut febre præteri-
ta,febris manet detrimentũ : ita & ebrietate ſublata,
ebrietatis tã in anima quàm in corpore verſatur tẽ-
peſtas:& miſerum quidẽ corpus ſolutum iacet, ſicut
ex naufragio ſcapha.Hoc autẽ infelicior anima, etiã
hoc ſoluto procellam ſuſcitat,& accẽdit libidinẽ: &
cum continẽs eſſe videatur,tũc præſertim inſanit,vi-
num & dolia,phialas & crateres mẽte concipiẽs. Et
ſicut in tempeſtate ſedata procella,tempeſtatis tamẽ
remanet nocumentũ, itidem & in iſta: ſicut enim il-
lic merciũ fit iactura,ſimiliter & iſtic omniũ ferè bo-
norum efficitur:ſiue modeſtiã inueniat,ſiue pudorẽ,
ſiue prudentiã,ſiue mãſuetudinem,aut humilitatem,
in iniquitatis oĩa proiicit pelagus ebrietas. Sed quæ
ſequuntur,non adhuc ſimilia.Illic enim poſt iacturã
ſcapha leuis efficitur:hic autẽ magis grauatur . Nam
pro diuitiis illis arenã admittit,& ſalſum laticem , &
omnem ebrietatis ſordem:quę cum nautis pariter &
gubernatore ſcaphã illico ſubmergit . Itaq; ne talia
patiamur,nos ab huiuſmodi liberemus procella. Nõ
licet cũ ebrietate cœlorũ regna videre: ait eñ Apo-
1.Cor.6. ſtolus,Nolite errare,nõ ebrioſi,neq; maledici regnũ
dei poſſidebunt. Et quid dico regna cœlorũ ? Cũ e-
brietate neq; preſentia cõſpici poſſunt. Nã dies no-
bis noctes ebrietas eſſe facit , & lucẽ tenebras . Et a-
pertis oculis nec ea quę prę pedib' ſũt, ebrij cernũt.
Nec hoc ſolum eſt graue, verũ & præter hæc aliã vl-
tionem moleſtiſſimã patiuntur,ſtultos mœrores, in-
ſaniam,malã valetudinem,deriſionem,& opprobriũ
continue ſuſtinentes.Ergo quę venia maneat ſe tãtis
infigentes incommodis?Nulla profecto.Hunc itaq;
morbũ fugiamus, vt & præſentibus bonis atq; futu-
ris potiamur,gratia &benignitate domini noſtri Ieſu
Chriſti,cui gloria & imperium cum patre,ſanctóque
ſpiritu,in ſecula ſeculorum,Amen.

*De ieiunio,& quòd maximum eſt ſacrificium dei bene-
ficia recogitare. Homilia LXXII.*

NOn tantũ ſibi Chriſtianũ ſatisfacere deus
vult fratres,verũ & alios ædificare: nõ tã-
tum per doctrinã , verum & per vitam &
converſationẽ. Nihil enim ſic in veritatis
viã inducit , vt cõuerſationis integritas . Nec eñ ita
dictis noſtris intendũt , ſicut his quæ à nobis gerun-
tur.Et vt diſcas quòd hoc ita ſe habet,licet in infinitũ
verbis philoſophemur,& de tolerãtia diſſeramus,
niſi cadente tempore hãc exhibeamus per opera,nõ
tantum ſermo profuerit,quantum nocuerit actio. Si
vero & ante verba , & poſt, virtutem per opera præ-
ſtemus,digni fide cẽſebimur,illa commonẽtes , quæ
per actiones etiã implemus. Nã & Chriſtus hos bea-
tos vocauit,dicẽs:Beatus q fecerit,& docuerit. Cõ-
ſidera,quomodo prius actionẽ poſuerit,& mox do-
ctrinam.Præcedente actione,licet doctrina nõ con-
ſequatur,poſſunt opera bona voce clarius docere in
nos reſpiciẽtes.Hoc ita ſemper cõſiderem', vt prius
factis,deinde verbis doceamus: ne nos quoq; Paulũ
audiamus nobis dicẽtem:Qui doces alium , teipſum
non doces? Et cum aliquem admonere voluerimus,
vt neceſſariũ aliquid corrigat,pius illud ipſi præſtare
ſtudeamus , vt cum maiori fiducia doctrinam facia-
mus,& omnis noſtra ſit cura circa animæ ſalutem:&
vt refrẽnatis carnalibus laſciuiis verum poſſimus ex-
hibere ieiunium,à malis abſtinẽtiam dico: hoc enim
eſt ieiuniũ . Propterea nãque ciborum ieiunium ſuſ-
ceptum eſt,vt carnis impetũ coërceat,& equum no-
bis facilem reddat. Ieiunantẽ omnium maxime de-
cet iram reprimere, mãſuetudinemq; docere & hu-
manitatem,corq; contritum habere,abſurdarũ quo-
que cupiditatũ eliminare cogitationes, ante oculos
inſopitum illum habentẽ oculum, & inceitabile tri-
bunal,pecuniis eſſe ſuperiorem, multam in eleemo-
ſynis largitatem oſtendere,omnem ex corde nequi-
tiam in proximũ expellere:hoc verum eſt ieiunium,
ſicut & Eſaias ait,ex dei loquẽs perſona:Nũquid ta-
le eſt ieiuniũ quod elegi,per diẽ affligere animã ſuã?
Nunquid contorquere quaſi circulũ caput ſuum, &
ſaccum & cinerem ſternere? Nunquid iſtud vocabis
ieiuniũ,& diem acceptabilẽ domino?Nónne hoc eſt
magis ieiuniũ,quod elegi?Diſſolue colligationes im-
pietatis,ſolue faſciculos deprimẽtes:dimitte eos qui
cõfracti ſũt liberos,& omne onus dirũpe.Frãge eſu-
rienti panem tuũ, & egenos vagoſq; induc in domũ
tuam. Cum videris nudum, operi eum , & carnẽ tuã
ne deſpexeris:tũc erumpet quaſi mane lumen tuũ,&
ſanitas tua citius orietur. Vidiſti chariſſime quale ſit
verũ ieiunium?hoc exerceams.Neque ſecundũ mul-
tos temerè cẽſeamus in hoc contineri ieiuniũ,ſi ſine
cibis ad veſperã vſq; permaneamus:nõ hoc eſt quod
quęritur,ſed vt ciborũ abſtinẽtia,à noxiis quoq; cõ-
tinẽtiam exhibeam', & circa ſpiritualiũ exercitatio-
nem multũ impendamus ſtudiũ.Ieiunantẽ decet eſſe
correptũ,mitem,humilẽ, præſentis vitę deſpicientẽ
gloriã.Sicut cibos aſpernatus eſt, ſic & inanẽ gloriã
floccipẽdat oportet,& ad illũ reſpiciat ſolũ,qui cor-
da ſcrutaẽ & renes , & multa cũ ſedulitate preces ad
dominũ,& cõfeſſiones emittat, ſibiq; pro virib' per
eleemoſynã auxilium ferat. Hoc enim hoc maximè
præceptũ oĩa peccata delere poteſt,& gehẽnæ incẽ-
diis eripere,ſi modò cũ largitate præſtet,nec ad oſtẽ
tationẽ faciamus.Et quid dico,nec ad oſtẽtationẽ?ſi
enim grati eſſemus,& ſolũ propter honeſtũ,& in cõ-
ſanguineos miſericordiã, hanc oportebat exhibere,
non ꝓpter præmia tãtum à domino nobis promiſſa:
ſed quoniã ſublime nihil poſſumus cogitare,licet il-
lud ꝓpterea trãſigamus,nequaquã ab hominib' glo-
riã aucupemur,ne & impẽſam patiamur,& mercede
priuemur.Nec hoc tantũ circa eleemoſynam , verũ
& in quolibet ſpirituali merito cõſiderem',& ad ho-
minum laudẽ reſpiciẽtes faciamus nihil . Quoniam
nulla erit nobis vtilitas,ſiue ieiunemus,ſiue oremus,
ſiue prẽſtemus miſericordiã,ſiue quodlibet aliud fa-
ciamus,niſi ꝓpter illũ fiat ſolũ,q nouit abſcõdita,&
in mẽtis noſtræ profũdo repoſita.Nã ſi ab illo retri-
butiões expectas, qua de cauſa vis à cognato lauda-
ri,& in admiratione haberi?Et qd dico laudari?Fre-
quẽter huiuſmodi nec laudat,ſed pori' inuidet. Sũt
eñ multi ſe tã nequiter gerẽtes,ꝙ & bene à nobis ge
ſta in contrariũ cõuertũt:cur itaque rogo, corruptũ

illorum

illorum magnipendis iudicium?Illũ enim inſopitum
oculũ nihil quod à nobis geratur eſt quod lateat. Et
hoc cogitantes,oportet tanta vitã noſtrã diſpenſare
diligentia,quaſi paulo poſt verborum & actionũ, &
ipſarum quoq; cogitationũ rationẽ reddituros . Ne
noſtram ergo ſalutẽ contemnamus, nihil virtuti par
amantiſſime.Hæc enim & in futuro ſeculo à gehẽna
nos eripit,& regni largiẽ nobis poſſeſſionẽ,& in prę-
ſenti vita nos omnib' ſuperiores cõſtituit,qui teme-
re & incaſſum nobis inſidiari conãtur:nec hominib'
tantũ,verũ & ipſis dęmonibus , & noſtræ ſalutis ini-
mico,diabolũ dico,fortiores efficit.Quid igitur huic
ſit æquale,cũ non tantum hominibus inſidias paran-
tibus,verũ &dęmonibus ſuperiores reddat ipſum ſe-
ctantes?Virtus autẽ eſt omnia humana deſpicere, &
per oẽs horas futura cogitare , nulli inhiare preſen-
tium, ſed ſcire ꝙ omnia humana vmbra ſunt & ſom-
niũ,& ſi quid his vilius. Virt' quaſi mortuũ ad huius
vitæ res efficit,& ad nocẽtia quidẽ animæ ſaluti,tan-
quam mortuũ operatione carere:ad ſpiritualia vero
ſola viuere & operari.Sicut & Paulus dicebat: Viuo
autem nõ iam ego,viuit autẽ in me Chriſtus. Et nos
itaque chariſſimi,tanquã Chriſtum induti,ſic omnia
faciamus,neque contriſtemus ſpiritum ſanctum. Cũ
igitur à vitio vexati fuerimus, vel abſurda cupiditate
vel ira,vel furore,vel inuidia, in nobis inhabitantem
conſideremus, & omnẽ huiuſmodi cogitatũ procul
à nobis pellamus. Deus enim qui peccanti pœnã im-
poſuit,hanc omnino leuiorem eſſe decernit,cõtinuo
quidẽ nos damnãs ſudori,continuoq; labori:laboris
autem partem ſimul nobiſcũ multas brutorũ attin-
gere faciens ſpecies. Itaq; quòd & honorẽ cõtuliſſe
videtur,& rurſum abſtuliſſe,& ferarũ induxiſſe timo
rẽ,& cętera,ſi quis diligẽter & gratè requirat,multę
ſunt prouidẽtiæ plena, miſericordiæ multæ. Pro his
igitur oĩbus deo gratias agamus, & in eũ qui nos tã-
tis profecutus eſt beneficiis,gratitudinẽ exhibeam'.
Nec enim graue quippiã aut moleſtũ à nobis expo-
ſcit,niſi tantũ vt tot tantaq; cõfiteamur beneficia: &
ſibi pro his gratiarũ actiones referamus, nõ q. huius
indigeat ipſe (nullius eñ indiget) ſed vt bonorũ lar-
gitorẽ nos conciliare doceamur:& ne ſimus ingrati,
ſed beneficiis & tãta dignã cura virtutẽ præſtemus.
Sic eñ illũ in maiorẽ circa nos alliciemus prouidẽ-
tiam. Itaq; rogo ne torpeamus , ſed quiſque noſtrũ,
ſi fieri poteſt , ꝓ ſingulos dies intra ſe cõputet nõ tã-
tum cõmunia beneficia, verũ & proprie ſibi collata:
non tantũ promulgata & omnib' manifeſta, ſed etiã
peculiaria,multoſq; latẽtia . Sic enim continuã gra-
tiarũ actionẽ domino poterit exhibere . Hoc maxi-
mũ eſt ſacrificiũ , hæc oblatio perfecta.Hoc fiduciæ
nobis fiet occaſio.Et qualiter dicã:q iugiter eñ hęc
in mẽte ſua reuoluit , & propriã quidẽ diſcit vtilita-
tem,ineffabilem vero nimiámq; dei miſericordiã di-
ligenter cogitat: & quomodo nõ peccatorũ noſtro-
rum merita, ſed propriã reſpiciens bonitatẽ , noſtra
diſponit:cogitatione contrahit,cõteritur corde,om
nem faſtũ & arrogãtiam corripit , modeſte ſe gerere
docet,preſentis vitę gloriã deſpicere,omnia deride-
re viſibilia,futura bona ſperare, vitámq; ſine carẽrẽ,
nec vllũ habentẽ terminũ. Qui vero ſic mente fuerit
affectus , verum offert ac delectabile deo ſacrificiũ,
ſicut & propheta teſtatur:Sacrificiũ deo ſpiritus cõ-
tribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus nõ deſpi-
cies.Gratos eñ ſeruos nõ ita pœnę ſuppliciáq;, ſicut

beneficia conuertunt:ſcire, quòd nõ pro peccatorũ
merito pœnas exoluunt.Senſum itaq; noſtrum rogo
cõteramus,humiliem' cogitationẽ,& pręcipuè nũc,
cum multũ nobis adiumentum ieiunij tẽpus ad hoc
præbet.Si nos eñ ita geſſerimus,poterim' & ora-
nes cũ multa facere ſolertia,& delicta cõfeſſi, multã
ſupernè gratiã attrahere.Et vt ſciatis quòd talib' ſa-
crificiis deus placetur,ipſum audi dicentẽ: Ad quem
reſpiciam,niſi ad humilem & manſuetũ,& trementẽ Eſaie.66.
verba mea? Propterea Chriſt' diſſerẽs dicebat . Di-
ſcite à me,quia mitis ſum,& humilis corde , & inue-
nietis requiẽ animabus veſtris . Qui nanq; veraciter
ſemetipſũ humiliat,in irã nunquã inuehi poteſt, nec
proximo ſuccenſere,cũ anima ſe corripiat,& ſua cõ-
ſideret.Anima vero ſic diſpoſita , quidnã poſſit eſſe
beatius? talis in portu cõtinue ſeder,ab omni libera-
tus procella, ſęq; cogitationũ delectãs tranquillita-
te:& propterea Chriſtus aiebat:Et inuenietis requiẽ
animabus veſtris. Sicut itaq; qui tales ſedauit æſtus,
multa fruitur requie:torpens itidem & remiſſus,qui
naſcẽtes in ſe morbos,vt opus eſt,refrẽnare non po-
teſt,in continua verſatur fluctuatione, domi bellum
habens,cum & prẽſente turbetur nemine,& multam
ſuſtineat tempeſtatẽ.Propter quod & vndis inſurgẽ-
tibus,& incumbente malorũ ſpirituum turbine , ſub
fundo frequenter immergitur,& ſcapha propter gu-
bernatoris imperitiã ſubmerſa.Propterea ſolerter a-
gendũ eſt & vigilandũ , & continua iugíſq; cura ge-
renda animę ſalutis.Chriſtianũ eñ contra carnis vi-
tia ſẽper expeditũ eſſe oportet, & leges nobis à cõ-
muni omnium domino poſitas inhabitãtes habere,
hiſq; muniri, & longã ipſius circa nos expectationẽ
vt decet accipere: nõ autẽ ex operib' experiẽtiã ex-
pectare,tuncq; demũ corripi, ne de nobis quoq; di-
catur:Cũ occideret eos,tunc quęrebãt eũ.Habentes
itaq; chariſſimi cõmilitantẽ ieiunij præſentiã,oẽs ad
peccatorũ confeſſionẽ concurramus , & omni qui-
dẽ abſtineamus malitia, omnẽ vero virtutem obea-
mus.Si enim & beatus Propheta docet,inquiẽs:De-
clina à malo,& fac bonũ.Si ſic noſtra diſponamus,&
cum ciborũ abſtinẽtia cõtinentiã quoq; præſtemus
nequitiæ, poterimus & nos maiori potiri fiducia, &
largiorẽ à deo conſequi miſericordiã & in præſenti
vita,& in futura die illa tremẽda,orationibus,& eo-
rum qui ipſi placuerũt interceſſionibus,gratia & be-
nignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cũ quo patri,ſi-
mul & ſancto ſpiritui gloria,imperiũ & honor,nunc
& ſemper,& in ſecula ſeculorum amen.

*De ſanctæ quadrageſimæ ieiunio, & quòd torpentibus nobis
nulla erit excuſatio. Homilia LXXIII.*

NOn hoc ſolum exquiritur chariſsimi,vt per
ſingulos dies huc conueniamus, & de iiſdẽ
audiamus continue,& totã ieiunemus qua-
drageſimã.Si nihil enim ex eo quòd huc aſsidue cõ-
uenimus,& admonemur,& ex ieiunij tẽpore lucrari
deberemus:hęc nõ modo nihil nobis prodeſſẽt, ve-
rum & maioris occaſio damnationis fierent nobis:
cum tantũ inueniẽtes ſolicitudinis iidẽ permanea-
mus,nec iracũdus mitis efficiatur,nec animoſus mu-
tetur in mãſuetum, nec in benignitatẽ inuidus ſere-
ducat,neq; pecuniarum captus inſania, à vitio deſi-
ſtens,ad miſericordiã & pauperũ ſe transferat ſuſtẽ-
tationẽ:nec impudicus continens euadat,nec huius
inanis glorię ſtupidus amore,diſcat eã contemnere,
verámq; perquirere gloriã,neq; circa proximi chari

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem ſegnis, exurgẽs ſeipſum doceat, vt non ſolũ publicanis nõ ſit inferior: ait enim, Si diligitis diligẽtes vos, quid amplius facitis? nónne & publicani hoc faciunt? ſed etiã inimicos benigne conſpicari, & multã eis charitatẽ exhibere. Niſi hos ſuperemus morbos, & alios in nobis naſcẽtes, per ſingulos dies huc cõuenientes, & continuæ vacãtes auditioni, tantamq; conſequẽtes doctrinã, & à ieiunio ſubſidiũ habẽtes: quæ nobis erit venia, quæ autẽ excuſatio? Dic enim quæſo, ſi tuũ videas filium quotidie ſcholã petentẽ, & tẽpore progreſſo nihil amplius inde lucrantẽ, nũquid patiẽter feres? Nónne & flagella puero infliges, & præceptorẽ accuſabis? Poſtea ſi didiceris, quòd à præceptore quidẽ omnia facta ſunt, & prætermiſſũ eſt nihil, ſed omniũ cauſa fuit pueri negligẽtia: nónne cauſa liberãs præceptorẽ, omnẽ in puerum tranſferes indignationẽ? Idem & hic fieri iuſtum eſt. Nos enim quodammodo à diuina ſumus gratia cõſtituti, quaſi ſpirituales filios ad hãc ſcholã quotidie vocãtes, ſalutarẽ vobis doctrinã apponimus, non quę veniunt ex propria mente loquẽtes: ſed documẽta nobis à domino p diuinas donata ſcripturas in mediũ proponentes, & hæc prædicãtes paſſiue. Itaq; ſi nobis omne ſtudiũ & ſedulitatẽ exhibẽtibus, & quotidie vos ad virtutis ducẽtibus ſemitã, vos in iiſdẽ permanetis: & quãtus nobis erit dolor, & vobis (ne quid amplius dicã) quãta dãnatio, cogitate. Licet eñ nos inſontes faciat, quòd nihil ad veſtrã congruũ ædificationẽ omiſerimus: veruntamen quoniam veſtræ curam ſalutis gerimus, nõ poſſumus æquè tolerare: quoniã & præceptor cum diſcipulũ viderit ex ſtudio ſuo proficientẽ nihil, non mediocriter triſtatur & dolet, cũ ſe fruſtra laborare conſpiciat. Hæc nunc dico, non vt veſtrã contriſtem charitatem, ſed vt excitẽ, & perſuadeã, ne temerè corpus intẽdat ieiunio, nec inutiliter & incaſſum ſanctæ dies quadrageſimę tranſcurrat. Et quid dico ſanctæ dies quadrageſimę, cum ne vnum quidẽ diem toto vitæ noſtræ tẽpore nos trãſigere liceat, ſi fieri poteſt, quo nõ aliquid ſpiritualis lucri nobis reponamus, vel per orationẽ, vel per confeſſionẽ, vel per beneficentiã, vel per aliam ſpiritualem quampiã actionem? Nam ſi Paulus talis ac tãtus, qui arcana illa audiit verba, quæ nulli licuit
2. Cor. 12. hacten⁹ noſſe, clamabat dicẽs: Per ſingulos dies mo-
1. Cor. 15. rior propter veſtram gloriã. Docens vos quòd ita ſe ꝓ pietate periculis exponebat, vt ipſi quotidie mortí ꝓpinquaret: & quod natura nõ ſuſcipiebat (vni nãque morti ſubiacemus omnes) hoc volũtatis eius cõtentio ſupplebat, quanq; miſericors deus propter cęterorũ ſalutẽ ipſum amplius conſeruabat: Itaq; ſi ille tantis præditus meritis, & tanquam angelus in terra cõparens, per ſingulos dies aliquid lucrari ſtudebat, & ad veritatis pericula ſe opponere, & ſpirituale ſibi cõgerere mercimoniũ, nec vnquã deſiſtere: quã nos habuerimus excuſationem, qui nõ tantum omnibus priuati ſumus meritis, verũ & tot ſubiacem⁹ delictis, quorũ vel vnũ cum nobis adſit, poteſt nos ad ipſum perditionis barathrũ deducere: & nullum habemus ſtudium, vt hæc ſaltẽ corrigamus? Cum autem idem frequenter nõ vnum modo defectũ, ſed & plures inueniat habere, & iracũdus ſit & laſciuus, auar⁹ ſimul & inuidus, atq; furioſus, nec iſta corrigere velit, neq; virtutis opera tangere: quæ vero ſpes fuerit ſalutis? Hęc dico, nec dicere deſiſto, vt audientiũ quiſq; cõgruum ſibi ſumẽs remediũ, ex his quæ à nobis dicũ-

A tur, ſtudeat ocyus & à vexantibus vitiis liberatus ad ſanitatẽ reuerti, & ad virtutis operationẽ ſemetipſũ reddere induſtriũ. Nam & ægrotãtibus corpore, cũ infinita medicus adhibeat remedia, ſi medelã ægrotus non acquieſcat admittere: ſed poſtquã impoſuerit medicus, frequẽter indignãs, nec ferẽs dolorem, medicamẽ abiiciat, nec ex eo capiat vtilitatẽ: nemo ſapiens medicũ omnia quantum in ipſo eſt conferẽtem culpauerit. Itidem & hic nos quidẽ medicamẽtum ex diſciplina ſpirituali componẽtes imponim⁹, veſtrũ vero fuerit reliquũ & ferre dolores, & ex medela iuuari, & morbo liberatos ad veram ſanitatẽ redire. Sic eñ & vos multũ vtilitatis ſenſum capietis, & nos non parũ cõſolationis habebimus, cũ viderimus prius laborantes, ad ſanitatẽ tam cito reuerſos. Quẽque veſtrũ itaque rogo, etſi non antea, deinceps ſaltem, quem ſe plus aliis vexare defectũ nouerit, hunc
B ex anima prẽcidere ſtudeat, & pia quadã cogitatione, quaſi ſpirituali vtẽs gladio, ſemetipſum à vitio liberet. idoneũ enim deus nobis contulit ſenſum, & ſi parum velimus reſpicere, valentẽ & quodq; naſcens in nobis vitiũ ſuperare. Propterea ſanctorũ quoque nobis omniũ vitam & conuerſationem per diuinas contextã ſcripturas ſpiritus gratia reliquit, vt diſcẽtes qualiter eandẽ nobiſcum ſortiti naturam omnia virtutis obierunt officia, circa eius executionẽ minime torpeamus. Nónne eiuſdẽ naturæ nobiſcũ beatus erat Paulus? Accendor enim in viri deſideriũ, & propterea cõtinue eũ verſare non deſino, & velut ad quandã archetypam imaginem, in huius reſpiciens animam, vitiorũ admiror deſpectũ, fortitudinis magnitudinẽ, amoris in deum ardorẽ: & arbitror, quòd
C omnem virtutũ congregationẽ vnus homo qui voluit, acquiſiuit, & quiſq; noſtrũ nec partẽ obire quęrit. Quis igitur ab ineuitabili ſupplicio nos eruet, cũ eiuſdẽ nobiſcũ naturę particeps, & iiſdem obnoxius morbis, & in tanta temporũ difficultate conſtitutus, per ſingulos dies, vt ita loquar, tractus, diſcerptus, & ab his publice raptatus, qui prędicationẽ impugnabãt, qui frequenter eũ eſſe mortuũ arbitrati, tũc tandẽ, quaſi ad exitũ homicidalem mentẽ ſuã perduxiſſent, ita dereliquerunt, tantã virtutis magnitudinem inueniatur exhibuiſſe: nos autẽ ita cadamus, & tanto noſipſos tradamus torpori? Sed ne per linguã noſtrã huius merita beati, & virtutẽ quã quotidie pro fidei prædicatione pręſtabat, audiatis, ipſũ neceſſariũ eſt audiri dicentẽ. Cum enim propter pſeudapoſtolorum fraudẽ ſua narrare cogeretur, adeò fuit ipſi moD leſtum & graue, vt refugeret, & nunquã hæc in medium agere vellet: verũ & id appellaret audaciã. Sed poſtquam multã vidit neceſſitatem, vt deceptorum ora clauderentur, & parũ daretur auxilij diſcẽtibus, ita ferè cœpit, poſtquã multa dixit alia: In quo autẽ quis audet, in inſipiẽtia dico, audeo & ego. Cõſidera religioſi animã, non tantum audaciam, verum & inſipientiã rem vocat: nos quoq; docens nõ incaſſum abſq; neceſſitate, & cogẽte nemine, geſta noſtra iactare, ſi qui modo de nobis inuenirẽtur boni quippiam operati. In quo autẽ quis audet, inquit, in inſipientia dico, audeo & ego. Hoc eſt, poſtq; multã video neceſſitatẽ, audere volo, & inſipientię opus oſtendere. Hebręi ſunt, & ego: ſemẽ Abrahę, & ego: Iſraëlitę, & ego. In his, inquit, altũ ſapiunt, ne nos ſe vincere putent: nã & nos ſumus eorũ participes. deinde ſubiunxit: Miniſtri Chriſti ſũt, deſipiẽs loquor, pl⁹ ego. Hic mihi,

mihi, chariſſime, cõſidera beatę huius animę virtutẽ, quoniam factum ſuum audaciã vocauit & inſipientiam, licet in tãta cõſtitutus neceſſitate, nec ita dictis fuit contentus: ſed cum fuit oſtenſurus illos ſe multũ trãſgreſſum, ne quis ex proprio eũ amore talia dicere putet, rurſum vocat inſipientiam à ſe dictum, tantum non dicẽs: Non ignoro, quòd rem facio multis damnabilem, nec mihi congruam, ſed multa neceſſitas ad hoc me cogẽs impellit, ꝓpterea parcite mihi, inſipiẽtiæ verba loquẽti. Hui⁹ vel vmbrã nos imitemur, tot habẽtes peccatorũ ſarcinas: & ſi quid paruulũ pręſtiterimus, nec illud frequenter in mẽtis cellario reponere ſuſtinẽtes: ſed vt ab hominibus gloriã aucupemur, iactãtes, & agentes in mediũ, & per hanc importunam loquacitatem noſipſos diuina priuãtes retributione. Sed non hic beatus tale quippiã paſſus eſt, ſed quid? Miniſtri Chriſti ſunt, deſipiens loquor, plus ego. Iã vero deinceps ea profert in mediũ, quorũ pſeudapoſtoli nihil iactauerãt, vtpote qui veritatẽ impugnabãt, & ad impediendã pietatis prędicationẽ faciebãt omnia, mẽtéſq; concutiebãt ſimpliciorum. Poſtquã ergo dixit, plus ego, virtutis opera iã enumerat, & ait: In laboribus abũdãtius, in plagis ſupra modũ, in mortibus frequẽter. Quid ais? inuſitatũ & admirabile quiddam eſt, quod abs te dicitur. Nũquid frequenter poteſt mors ſuſtineri? Etiã, inquit, & ſi non experientia, ſed ſentẽtia, nos docẽs quòd propter prædicationẽ ſe talibus periculis mortẽ ſibi parantibus exponebat, ſed dei gratia in ipſorũ medio periculorum athletã cuſtodiebat, vt diſcipulis multũ per ipſum præſtaret vtilitatis. In mortib⁹, inquit, frequẽter, à Iudæis quinquies quadragenas vna minus
C cepi, ter virgis cæſus ſũ, ter naufragiũ feci, nocte & die in profũdo maris fui, in itineribus ſæpe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gẽtib⁹, periculis in falſis fratrib⁹, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari. Ne temere dicta prætercurramus chariſſimi: horũ enim vnumquodq; per ſe ſolum nobis tentationũ pelagus oſtẽdit. nec enim ſimpliciter vnũ dixit, iter, ſed in itineribus ſæpe, neque periculum fluminum, ſed multa diuerſãq; pericula, & omnia cũ magna ſuſtinebat ſuperabũdantia. Et poſt hæc oĩa rurſũ ait: In labore & ęrũna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis frequenter, in frigore & nuditate, prætер exteriora. Vide rurſum aliud nobis tẽtationũ pelagus adapertũ: dicẽs eñ, pręter exteriora, innuit, quòd omiſſa dictis eſſe plura veriſimile ſit. Nec hactenus ſtetit, ſed iterũ
D nos docet infeſtationes & ſubuerſiones quas ſuſtinebat, ita loquẽs: Inſtãtia mea quotidiana, ſolicitudo omniũ eccleſiarũ. Ecce rurſum & hoc idoneũ meritum, ſi etiam ſolũ eſſe contingeret, ad ſummum virtutũ verticẽ ipſũ perducere. Solicitudo, inquit, omnium eccleſiarũ, non vnius & duarũ & triũ, ſed omnium quæ erant per orbẽ terrarum. Quantum enim terræ ſol percurrit proprios emittẽs radios, tantã & hic beatus ſolicitudinẽ & curã habebat. Vidiſti latitudinem animæ? vidiſti mẽtis magnitudinẽ? & quod mox rurſum infertur, omnia, vt ita loquar, dicta obũbrat. Quis enim, ait, infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? Papę, quãta viri hui⁹ charitas, quãta vigilãtia, quãta ſolicitudo? Quæ mater febricitãte filio, & in lecto iacẽte, viſcerib⁹ ita diſcerpitur, vt hic beatus pro omnibus in quocũque loco infirmatis magis infirmabatur, & pro ſcãdaliza-

A tis vrebatur. Conſidera mihi dictionis ſignificantiã: nõ dixit, quis ſcãdalizatur, & ego nõ contriſtor: ſed vror ait, doloris nobis oſtẽdens intentionẽ, & ſe tantum non monſtrãs interius igneſcẽtem & ardentem propter eos qui ſcãdala patiebãtur. Video quòd ad multũ prolixitatis doctrinã extendi, & hęc cum hodie decreuiſſem cõtrahere, vt ex ieiunij labore parũ reſpirare poſſetis. Sed neſcio qualiter in huius ſancti meritorũ diuitias incidens, tanquã à vehemẽtiſſimo aquarũ impetu ſum ita lingua protractus. Quãobrẽ hic ſermonem ſiſtentes, veſtram exhortamur charitatem, hunc in mẽte ſemper circumferre, & hoc cõtinue ratiocinari, quòd eiuſdẽ nobiſcum naturę particeps, & iiſdẽ motibus ſubiectus, & vile ſectãs exercitiũ & abiectum, pelles conſuens, & in officina conſtitutus, quoniã ſe virtutis laborib⁹ addicere voluit,
B & ſancti ſpiritus ſuſceptione dignũ efficere, largiori ſuperne potitus eſt honore. Et nos itaq; ſi velim⁹ quę nobis pertinent exhibere, nihil eſt quod iiſdẽ potiri prohibeat. Liberalis eñ eſt dominus, & vult omnes homines ſaluos fieri, & ad veritatis agnitionẽ peruenire. Dignos itaq; noſipſos reddamus, & tandẽ feruenti ſtudio virtutem vel tarde arripiamus, & noſtra corrigentes vitia, nos ad ſpiritũ idoneos ſuſcipiendum efficiamus, quo vtinã omnes digni cenſeamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

Homilia LXXIIII.

Super orationẽ Annæ, & quòd vtilis eſt paupertas, & maiorẽ habet quàm diuitiæ voluptatẽ & ſecuritatẽ. Habetur Tomo 1.

Homilia LXXV.

Ex euangelio ſecundum Matthæum, Cum vidiſſet Ieſus turbas, aſcendit in montem, &c. Habetur Tomo 2.

Honilia LXXVI.

In Euãgelicam dictionem, Domine, quoties in me peccabit frater meus, & dimittam ei? Tomo 2.

Quòd ad finem vſque ſtantem confidere non oportet, neque lapſum de ſe deſperare. Homilia LXXVII.

IVDAS chariſſimi prius regni filius erat, & cũ duodecim audiit diſcipulis: Sedebitis ſuper ſedes duodecim. ſed poſtea fact⁹ eſt gehennæ filius, Aethiops autẽ cum barbarus eſſet homo, & eorũ qui veniunt ab Oriẽte & Occidẽte, iunctis cum Abraham, Iſaac, & Iacob, coronis potietur: Hoc & inter nos agitur quotidie: ait eñ: Multi erunt *Matth. 5.*
primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Hoc autẽ dicebat, vt nec illi torperẽt, tanquã redire nõ poſſẽt, nec hi confiderent, tanquã ſtent immoti. Hoc & ſuperne Ioannes exclamãs aiebat: Poteſt deus ex lapidib⁹ his ſuſcitare filios Abrahæ. Quoniam enim hoc agẽdum erat, multo antè prędicat, ne quis rei nouitate turbetur. At ille quidẽ illud tãquã poſſibile dicit, nã erat homo: Chriſtus autẽ omnino futurã ex operibus afferens cõfirmationẽ. Ne confidamus itaq; ſtãtes, ſed nobiſipſis dicamus: Qui videt ſtare, videat ne cadat. Neq; iacentes deſperemus, & nobis dicamus: Nunquid qui cadit, nõ reſurget? Nam & multi poſtquam in ipſum aſcenderunt cœli verticem, & omnẽ exhibuere tolerãtiam, & in deſertis morati ſunt, nec in ſomnis quidem viderunt mulierem, quòd paulum torpuerint, ſupplantati ſunt, & ad ipſum malitiæ barathrum deuenerunt: alij rurſum illinc aſcenderũt in cœlum, ex ſcenáque & orcheſtra ad angelicam migrauere conuerſationẽ, & tantam virtutem exhibuerunt, vt expulerint dæmonas, & alia multa fecerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

huiusmodi signa. Et his plenæ quidē sunt scripturæ, plena vero nobis exemplorum vita. Et meretrices & molles ora Manichæorum obstruunt, qui malitiam immutabilem esse dicunt, diaboli sectantes disciplinam, & laborare volentiū manus soluentes, omnémque vitam subuertentes. Qui talia nanq; persuadent, non tantū in futuris lædunt, verū & hic omnia quantum in eis est, confundunt. Quando nanque vitiose viuentium vllus virtutis curam habebit, quum ad illam reditum patere non putet, & in melius mutationem non dari sibi persuadeat? Si nunc enim quum & leges sunt, & pœnas minantur, & gloria multos excitat, expectatúrque gehenna, & promissum est regnū, & incusantur mala, bonáque laudātur, vix pauci pro virtute sudores eligunt: si ista sustuleris, omnia perire quid, atq; corrumpi, prohibebit? Malitiam itaq; cognoscētes diabolicam, & quod externis legislatoribus, oraculisque diuinis, & naturæ rationibus, atque communi omnium hominum sententiæ, Barbaris & Scythis, ac Thracibus, & omnibus vniuersaliter huiusmodi aduersantur qui ficta dogmata sancire conantur: vigilemus charissimi, & omnes illos valere sinentes, per angustam ambulemus viā, & confidentes simul atq; timentes: timentes quidem propter vtrinque posita præcipitia, confidentes propter nos præcedentem Iesum: ambulemus vigilantes, & expergefacti, vel si paulū quis dormitauerit, illicò prostratus est. Non enim sumus Dauide solertiores, qui quū parumper neglexisset, in ipsum præcipitatus est peccati barathrum, sed citò surrexit. Ne tantum itaque quòd peccauit, aspicias, verumetiam quòd peccatū abstersit. Propter hoc enim historiā illam descripsit, non vt lapsum consideres, sed vt surgentem admireris, vt discas quum ecciderīs, quomodo surgere conueniat. Sicut enim medici difficillimas eligentes ægritudines describūt, talísque curationis viam voluminibus docent, vt in maioribus exercitati, minora facile transigant: ita scilicet & deus in medium peccatorum maxima produxit, vt & in paruis offendentes, per illa facilem horum correctionem inueniant. Si enim illa sanitatem acceperunt, multò magis & minora. Videamus igitur qualiter & infirmatus est, qualiter & illicò surrexit beatus ille. Quis itaq; morbi modus fuit? Adulteriū & homicidium commisit, nec enim ista contego, clara recensens voce. Si spiritus etenim sanctus dedecus nō existimauit hāc omnē historiā exponere, multo magis neq; nos oportet obumbrare. Propterea non tantū ea prædico, verum & aliud adiicio: Quotquot enim hæc abscōdunt, hi præsertim eius virtutē obumbrant. Et sicut Goliath bellū tacentes, non minimis eum priuāt coronis: itidem & hanc prætercurrentes historiā. Nónne videtur ergo mirabile quod dicitur? Itaq; parū expectate: tūcq; scietis, quòd iuste vobis hæc dicta sunt. Propterea nanq; peccatū exaggero, mirabiliorémq; paro sermonē, vt abundantius medicamina componā. Quid est itaq; quod addo? Viri virtutē, quod maius efficit crimē. Non enim omnia similiter in omnibus
Sapien. 6. iudicantur: ait enim, Potentes potenter tormēta patientur: &, Qui scit voluntatē domini sui, & non facit, plagis vapulabit multis. Itaq; maior scientia, maioris sit pœnæ materia. Propterea sacerdos eadem cū subditis peccata cōmittens, non cadē, sed multo grauiora patietur. Forsitā amplificatam videntes accusationē, contremiscitis & timetis, méq; quasi per præcipitia venientē admiramini. Sed ego ita de iusto cōfido, vt & vlterius progredi libeat. Quāto magis eīm crimen auxero, tāto magis Dauidicā potero laudē ostēdere. Et quid his amplius dici potest? Sicut eīm in Cain nō sola cædes erat commissum, sed multis cædibus peior: Non enim alienū, sed fratrem: nō iniuriam inferentē, sed passum interemit: nō post multos homicidas, sed prim⁹ nefas inueniēs: ita quidē & hic non tantum cædes erat delictū, non enim quilibet erat vir qui fecit, sed propheta: nec iniuriā ausum, sed passum interemit, in vitalibus eū offēderat vxore direpta, veruntamen post illud & hoc addidit. Vidistis quomodo iusto nō peperci, neq; sub breuitate quadā ipsius retuli peccata? Veruntamē ita de purgatione confido, quòd post tantam peccati magnitudinē vellē & adesse Manichæos hæc maxime contēnentes, vt ex superabundantia ipsorū ora concluderem. Nam illi quidē aiunt, quòd adulteriū patrauit & homicidium: ego vero non hoc tantum dico, verum & duplam cędē ostēdi, & ex eo qui passus est iniuriam, & ab illius persona qui peccatū perpetrauit. Non eīm par est, si spiritu præditus, & tātis decoratus meritis, talémq; consecutus libertatē, in tali ætate talia committat, & quòd his carens hoc ipsum audeat. Attamē ita quoq; valde mirabilis est vir ille generosus, quòd in ipsum nequitię profundū delapsus, nō prostratus iacuit, neq; desperauit, neq; semetipsum proiecit supinū, tam letali à diabolo vulnere susceptо, sed celeriter, imò statim, & cū multa ferocitate grauius intulit vuln⁹, quàm acceperat. Et idē factū est, quale si in prælio & acie, postquā barbarus aliquis in viri fortis cor hastam fixisset, & in iecur iecisset sagittā, & secūdum priori vulnus illo letalius addidisset, collapsus, & multo passim sparsus cruore talia suscipiēs atrocia vulnera, statim surgat, & hastā in iaculatum contorquens, illicò mortuū humi demōstret: ita quidem & hic quāto maiorē dixeris percussionem, tanto mirabiliorem animū ostendis percussi, quoniam post hoc graue vuln⁹ potuit & surgere, & in acie prima cōsistere, & sui prosternere vulneris authorē. Hoc autē quātum sit, sciūt præsertim quotquot in grauia crimina decidūt. Nō eīm tam generosi strenuiq; est animi recte ambulare, semper currere (habet eīm huiusmodi bonorum spem comitē, vngentē, excitantem, confirmantem, prōptioremq; se reddētem) quàm si post innumeras coronas, multaq; trophęa & victorias, extremū passus nocumentū, eosdē denuo cursus resumere possit. Et vt quod dico, manifesti⁹ efficiatur, & aliud priori nō inferius exemplo in mediū vobis adducere conabor. Cogita nāq; mihi aliquē nauis magistrum innumeris præteruectū finibus, postquā totū mare nauigauerit, post multas hyemes, scopulos & vndas, cū magno onere naufragiū in ipso portus ore facientē, & nudo vix corpore periculosum hoc naufragiū elapsum: quomodo par est circa mare nauigationisq; labores esse dispositū? Nunquid eligeret vnquā huiusmodi, nisi generoso sit animo, litt⁹ aspicere, vel nauigiū, aut portū? Nō arbitror ego quidē, sed latitās iacebit, vt noctē diem aspiciēs, & ad omnia refugiēs, & mallet mendicādo viuere, quàm eosdem attingere labores. At nō ita beatus hic tale passus naufragiū, post innumeros labores illos atq; sudores non mansit abscōditus, sed & nauem deduxit, & extendēs vela, clauumq; manibus sumēs, eosdem aggreditur labores, & maiores rursum diuitias cōparauit.

rauit. Sed si stare, nec sēper iacere collapsum tā admirabile, resurgere & talia operari quantis dignū coronis nō fuerit? Et multa quidē erant ad desperationem eū trahētia, & primū quidem peccati magnitudo: secundū, quòd non in vitæ principiis, cum maior erat spes, sed circa finē hæc passus est. Nec eīm mercator portū statim egressus, & passus naufragiū similiter dolet, vt ille qui post innumeras mercaturas sco pulo fuerit illisus. Tertiū, quòd cū iam multas conquisisset diuitias, hoc sustinuit. Nec enim modica tūc ei repositа erant pondera, qualia per primā ætatem, cum pastor erat, & qualia circa Goliath cōgessit, cū præclarū illud erexit trophæum, & sapiēter acta circa Saūl: euangelicam enim exhibuit longanimitatē, cum millies inimicū in manum habuerit, & semper dederit veniam, & maluerit patriā & libertatē, & ipsā amittere vitā, quàm iniustas tendētem insidias occidere. Et postquam regnū adeptus fuerat, nō pauca præclare gesserat: præter dicta vero concepta quoq; apud multos opinio, & tam clara excidere gloria nō mediocrem inferebat tumultū. Non enim tantū eū ornabat purpura, quātum huius peccati macula fœdabat. Scitis autē omnino quātū sit peccata iactare, & q̄ magno talis egeat animo, vt post multorum accusationē, & tot testes criminū suorum non succumbat. Et tamen has oēs ex animo sagittas euellens generosus ille post hæc ita refulsit, vt maculā abstersерit, & ita mūdus est factus, vt & posterorū suorū etiā defūctus peccata corrigeret. Et quod de Abrahā dicebatur, & de Dauid hoc dicere deus videtur, quinimò de hoc longe plura. Nā de patriarcha quidē ait,
Exod. 6. ꝙ memor fuit testamenti sui ad Abrahā: hic vero nō ait testamenti, sed quomodo? Propter Dauid seruum meum protegam ciuitatē istam. At & Salomonē tanto crimine commisso propter suam in illū benevolētiam, ex regno nō permisit excidere: tātáque erat viri gloria, vt Petrus post tot annos ad ludæos habens
Actu. 2. sermonē, diceret: Cū liceret cū fiducia dicere vobis de patriarcha Dauid, quòd mortuus est & sepultus. At & Christus Iudęos alloquēs, eū ostēdit post peccatū tanto prędituū spiritu, vt de diuinitate sua ꝓphetare dignus sit reddit⁹. Rursum eos & hinc obmute-
Matt. 22. faciēs dicebat: Quomodo ergo Dauid in spiritu dominū eū vocat, dicēs: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Quod circa Mosem, hoc & circa Dauid factū est. Sicut eīm Mariā & inuito Mose puniuit deus propter ipsius in Mosem cōtumeliā, quoniā sanctū summopere diligebat: itidē & hunc à filio cōtumeliam passum statim vltus est, & hęc nolentē. Igitur idonea quidē nobis & hæc, quinimò super cętera hęc idonea sunt, viri virtutē ostendere. Cū enim sanciat deus, nil opus est amplius inquirere. Si vero vultis per partes ipsius sapiētiā addiscere, nobis licet historiā post peccatū percurrētibus, ipsius apud deū videre fiduciam, charitatē, virtutis incrementum, & ad vltimū spiritus feruorē. Hæc igitur habentes exempla, vigilemus, & nunquā cadere studeam⁹: si quādoq; vero ceciderimus, nequaquā iacere. Nō enim vt ignauiam vos inducerem, Dauid peccata recēsui, sed vt maiorem metū afferrem. Nā si iustus ille paululū torpefactus talia cepit vulnera: quid patiemur nos, si negligētes fuerimus? Ne cōsideres itaq; quòd cecidit, aut torpeas, sed quāta post hæc fecit, cōsidera, quot lachrymas exhibuit, quantū pœnitētiæ, noctes iungens diebus, fontes emittens lachrymarū, lectum lachrymis abluens, & hęc saccū indutus. Si vero ille tāta egit conuersione, quādo nos saluari poterimus, qui post tot peccata nullo dolore afficimur? Nam multa possidens merita, facile his peccata obūbrauerit. At nudus vbicunq; sagittā exceperit, letale suscipit vulnus. Ne hoc itaq; fiat, nos bonis armemus operibus: & si quod erratū aduenerit, abluam⁹, vt ad dei gloriā præsenti transacta vita, futuro digni censeamur æuo potiri: quod vtinā omnes assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amē.

Quòd melius est iniuriam pati quàm inferre.
Homilia LXXVIII.

NOlite errare, beatus inquit Paulus, neque fornicatores, nec adulteri, neq; molles, neque ebriosi, neq; contumelioſi regnum dei possidebunt. Hunc multi carpserūt locū, quasi nimis asperum: siquidem ebrium & contumelioſum cum adultero & fornicatore & masculorū sectatore ponit, quum non ęqualia sint crimina. Quomodo itaq; paria sunt supplicia? quid ergo dicem⁹? Primū quidē quòd nequaquā paruum est ebrietatis & contumelię peccatum, quoniā & Christus eū qui fratrem fatuū appellat, gehennæ tradidit: frequēter eīm inde mors est exorta. At & Iudæorū populus ex ebrietate grauissima perpetrauit peccata. Deinde quòd nunc nō est ipsi de pœna sermo, sed de regni amissione: igitur ex regno quidē hic & ille similiter excidunt. Si quid autem in gehenna differētiæ sortientur, nō præsentis est tēporis inquirere: nō enim nunc nobis de hoc propositū est. Et hæc, inquit, quidē fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati. Admodū instāter intulit, dicēs: Cogitate quantis vos malis eruit deus, quantā misericordię vobis exhibuit experiētiam. Nec ad liberationem vsque gratiam cōtulit, sed ad multum vsque beneficiū prouexit. purū enim constituit. Hoc ergo solum? Minime, verum & sanctificauit: sed nec hoc solum, verum & iustificauit, cum & à peccatis liberari sit magna donatio. Nunc autē & bonis impleuit innumerabilibus. Et hoc factū est in nomine domini nostri Iesu Christi, nō in hoc & in hoc, sed in spiritu dei nostri. Hæc itaq; sciētes charissimi, & collati beneficij cogitantes magnitudinē, modestе viuere perseueremus, & ab enumeratis omnib⁹ puros nos præstātes, & in externis tribunalib⁹ iudicia fugiamus, & generositatē quam nobis deus donauit, custodiam⁹ illæsam. Cogita nanq; quāti sit dedecoris, fedare gētilē tibi iusta dispensantē. Quid ergo, dicet aliquis, si ecclesiasticus iniquè iudicet? Cur eīm quæso? Nā secundū quas leges iudicat gentilis, & secundum quas Christianus? Nónne cōstat secundū humanas gentilem, secundū diuinas vero Christianū iudicare? Igitur magis hic iustū, quoniā & leges sunt è cœlis demissæ. Nam in exterioribus quidē dictis licet & alia multa suspicari, & oratorū grauitatē, & corruptelam principū, & reliqua non pauca iustitiam temerantia, hic autē nihil huiusmodi. Quid igitur, inquit, si potēs fuerit aduersarius? Propter hoc ergo pręcipue quidē hic oportet iudicari. In externis enim tribunalib⁹ te vincet omnino. Si vero nō tolerat, verū & ecclesiasticos contēnit, & externos ad vim trahit, melius est quòd de necessitate passurus es, spōtaneū subire, neq; iudicio contēdere, vt & mercedē accipias. Si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim tecum iudicio contẽdere vélit, & tunicam tuã accipere, dimittas ei & palliũ. Et sis beneuol' aduersario tuo ſtatim, donec es in via cũ eo. Et quid eſt opus noſtra proferre? eteñ ipſi exteriorũ oratores tribunaliũ millies talia referũt, quòd melius eſt extrinſecus diſſolui. Sed ô pecunias, vel pori' ô abſurdũ pecuniarũ amorẽ, quoniã omnia ſubuertit atque proſtrauit. Et oĩa nugæ multis & fabulæ propter pecunias cenſentur. Et ſeculares quidẽ tribunalia terere nõ eſt mirãdũ. Multos autẽ eorũ qui ſeculo abrenũciarunt, hæc cadẽ facere ſcelus eſt, quod omni venia caret. Nã ſi videre velis quantũ ab huiuſmodi tribunalium ſcilicet vſu te fugere ſcriptura mandauit, & quibus leges factæ ſint diſcẽdæ, audi quid dicat Paulus: Iuſto lex poſita non eſt, impiis autẽ & inſubditis, Quòd ſi de Moſaica talia refert, multo magis de gẽtilibus. Itaq; ſi iniuriã quidẽ facias, argumẽtum fuerit quòd minime iuſt' ſis: ſi vero feras iniuriã patiẽs (hoc cũ præſertim eſt iuſti) nec externarũ indiges legũ. At quomodo læſus, inquit, ferre potero? Atqui Chriſtus aliquid & hoc amplius præcepit. Non eñ tantũmodo læſũ æque ferre mandauit, verũ & aliquid lædẽti ſupererogare, per prõptitudinemq; patiẽdi, malefacientis ſuperare libidinẽ. Non enim dixit: Volẽti tecum contẽdere iudicio, & tunicã tollere, dimitte tunicam: ſed inſuper & palliũ trade: vincis eñ, ait, male patiendo, nõ malefaciẽdo. Hæc eſt nanq; præclara nobiliſq; victoria. Et propterea progrediẽs dicebat Paulus: Iã igitur omnino dettimẽtum vobis eſt, quoniam iudicia habetis inter vos, & quare nõ potius iniuriam patimini? Quòd enim iniuriã ferẽs plus ſaperet, quàm lẽdi nõ tolerans, hoc vobis reddã manifeſtũ. Iniuria ſe nõ patiens affici, cũ in iudicium traxerit, & quũ vicerit, tunc maxime victus eſt: quod enim nolebat, paſſus eſt. Coẽgit eñ ipſum aduerſarius dolere, & ad iudiciũ cõfugere. Quid enim quòd viciſti? quid vero q; oẽs recepiſti pecunias? Quod nolebas interim ſuſtinuiſti, litigare coactus. Sed ſi pertuleris iniuriã, victor es, pecuniis quidẽ carens: non autẽ victoria quam per tantã cõparaſti ſapientiã. Non enim ille te potuit cogere, vt quod nolebas, committeres. Et quòd hoc ſit verũ, reſpõde mihi: quis vicit, inuid' an fedẽs in ſtercore? Quis fuit vict', omnibus amiſſis Iob, an oĩa tollẽs diabolus? quem admiramur victorem, diabolũ percuſſorem, an Iob percuſſum? Conſtat quòd Iob, quanuis nõ potuerit retinere pereuntes pecunias, nõ filios ſuos ſaluare. Et quid dico pecunias & filios? Corporis nõ potuit conſeruare ſalutẽ, & tamen hic eſt qui vicit, qui quæ poſſidebat, omnia perdidit. Nam pecunias quidẽ conſeruare non potuit, pietatẽ vero retinuit cum omni diligentia. Sed pereũtes filios nõ defendit. & quid hoc? Etenim illos mors reddidit clariores, & ita ſe dũ tẽtaretur, vindicauit. Si vero male paſſus nõ fuiſſet, & iniuriã à diabolo pertuliſſet, nõ illã præclarã reportaſſet victoriã. Si malum eſſet iniuriã pati, nõ id nobis deus præcepiſſet, nam deus mala nõ præcipit. An nõ ſcitis quòd ipſe deus eſt gloriæ, nec confuſione nos & deriſione dãnoq; voluerit inuoluere, ſed cõtraria præbere? Propterea nos iubet iniuriã pati, & agit oĩa, vt nos à ſeculari' ſeparet, & intelligere faciat, quid gloria, quid dedec', quid iactura, quid lucrũ. Sed eſt graue iniuriã pati & calumniã. Nõ eſt graue, nõ eſt, homo. Quouſque circa præſentia ſtupidus hæres? Nec eñ id deus inſtituiſſet, ſi graue foret. Animaduerte vero, q; fecit iniuriã, abiit habens quidẽ pecunias, ſed & cõſcientiam percuſſam: læſus autẽ, pecuniis quidẽ priuatus, habẽs autem apud deum fiduciam, poſſeſſionẽ innumeris digniorẽ theſauris. Hæc itaq; ſciẽtes, ex volũtate philoſophemur, neq; patiamur quæ ſolẽt inſipiẽtes, qui ſe tunc nõ lædi putant, cũ hoc ex iudicio fuerint paſſi. In contrariũ autem penitus maximum eſt damnũ, & omnino cum in his nõ ſpõte philoſophemur, ſed inde ſuperati. nullũ enim lucrũ eſt, ſi iudicio victus tolerat. iam etenim neceſſitatis opus efficitur. Ergo quæ clara victoria? cũ tu contẽpſeris, cũ nõ cõtẽderis iudicio. Quid ais? Priuat' ſum omnibus meis, & iubes tacere? Calumniã ſum paſſus, & ferre iubes æquanimiter? Et quomodo potero? Facillimè profecto, ſi tantũ in cœlũ reſpicias, ſi ſpectes hanc pulchritudinẽ, & quò te deus ſuſcipere promiſit iniuriã generoſe ferentẽ. Hoc ergo fac, & in cœlũ reſpiciẽs, cogita quòd illic ſuper Cherubi ſedẽti factus es ſimilis. Nã & ille cõtumeliis affectus fuit, & tolerauit, & opprobria pertulit, nec vlt' eſt: percuſſus, & nõ inſurrexit, ſed è cõtra beneficia reddidit his innumera q; talia ppetrauerãt, noſq; ſuos eſſe iuſſit imitatores. Cogita q; nudus exiſti de vẽtre matris tuæ, nudus reuerteris & tu, & ille q; fecit iniuriã, & magis autẽ ille cũ innumeris vulneribus vermẽ pariẽtibus. Memento quòd tẽporanea ſunt præſentia, progenitorũ tumulos animaduerte. Diſce quæ ſunt manifeſte geſta, & videbis quòd fortiorẽ te fecit eo qui iniuriã intulit. Suum enim morbũ grauiorẽ reddidit, auaritiam dico: tuum autẽ leuiorẽ, ferẽ tollens nutrimentũ. Et ad hęc te curis abſoluit, ſolicitudine, inuidia, calũniatoribus, tumultu, turbatione, metũq; continuo, & malorũ turbã in caput ſuum congeſſit. Quid ergo ſi mihi cũ fame certandũ ſit? Cũ Paulo hoc pateris dicente: Vſq; ad hãc horam & eſurimus & ſitimus, & nudi 1.Cor.4. ſumus. At ille propter deũ. Tu quoq; propter deum. Cũ enim nõ inſurgas, propter deũ hoc agis. ſed qui fecit iniuriã, cũ diuitibus gaudet. imò potius cũ diabolo, ſed tu cum Paulo coronaris. Itaq; noli famem timere. non eñ fame interficiet dominus animas iuſtorum. & rurſum alius inquit: Iacta cogitatũ tuũ in Prou.16. domino, & ipſe te enutriet. Nã ſi paſſeres agri nutrit, Pſal.54. quomodo te nõ nutriet? Ne ſim' itaq; puſillanimes, nec modica fide chariſſimi. Qui nanq; regnũ promiſit cœlorũ, & tanta bona, quomodo præſentia nõ dabit? Ne ſuperflua cõcupiſcamus, ſed retineamus modeſtiam, & ſemper erimus diuites. Operimenta quęramus & eſcas, & oĩa capiemus & hæc, & multo maiora. Si vero doles adhuc, & deorſum inclinaris, vellẽ tibi facientis iniuriã poſt victoriam animã oſtendere, quomodo cinis efficitur. Etenim tale peccatũ eſt: donec enim fuerit patratũ, nonnullam afferre voluptatẽ videtur: poſtquam vero fuerit cõſummatum, tunc breuis voluptas elabitur, ſuccedit autẽ triſtitia. Hæc & cũ aliquos afficimus cõtumelia, patimur: nã poſtmodũ noſipſos condẽnamus. Ita quoque dum vſurpamus, lætamur: poſt hęc vero cõpũgimur à cõſcientia. Vides penes quendã, pauperis domũ. Deſle non priuatũ, ſed vſurpantẽ: nõ enim dedit, ſed accepit malum. Illũ enim præſentib' priuauit, ſe vero bonis expulit ineffabilibus. Nã ſi qui egenis nõ erogauit, in gehennã abit: indigentiũ res capiens quid patietur? Et quid lucri cũ ego male patiar? Magnũ nempe lucrũ. Nõ eñ in malefaciẽtis vltione retributionẽ tibi deus cõcludit, alioqui nil magnũ fuiſſet. Nam quid vti-

Matth. 5.

quid vtilitatis; ſi cũ ego male paſſus fuero, & ille male patiatur? licet multos nouerim maximã exiſtimãtes hanc conſolationẽ, ſeq; totum exiſtimãtes recepiſſe, cũ calumniatos puniri proſpexerint. Nõ tamẽ in his deus viciſſitudinẽ ſiſtit. Sed diſcere vis quot te bona ſequentur? Totũ tibi reſerat cœlum, ſanctorum ciuem efficit, vt in eodẽ degas parat cõſortio, à peccatis abſoluit, coronat iuſtitia. Nã ſi peccantibus dimittentes, dimiſſionẽ conſequuntur, non tantum dimittentes, verũ & ſupererogantes, quid non excuſationis obtinebũt? Ne feras igitur puſillanimiter, verũ & pro lædente preceris. hoc eñ pro temetipſo facis. Tuas tulit pecunias, verũ & peccata, quod & in Naaman & Giezi factum. Quantũ non voluiſſes impendere diuitiarũ, vt tua dimitterentur peccata? Hoc ergo nunc efficitur. Nam ſi generoſe tuleris, nec maledicas, præclarã reportaueris coronã. Non meus eſt ſermo, ſed Chriſtũ audi dicentem: Orate pro calumniantibus vos. & quantũ ſit præmium, cogita: Vt ſitis ſimiles patri veſtro qui eſt in cœlis. Itaq; nihil amiſiſti, ſed accepiſti potius. Nõ es affectus iniuria, ſed coronatus, anima redditus ſapientior, deo ſimilis cõſtitutus, cura liberatus pecuniarũ, cœlorũ regnũ adeptus. Hæc igitur omnia cogitantes, in iniuriis philoſophemur chariſſimi, vt & à præſentis vitæ tumultu liberemur, & inutilem eiiciamus triſtitiam, & futura potiamur lętitia per Chriſti gratiam, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Matth. 5.

De oratione. Homilia LXXIX.

MAgnum vere bonum chariſſimi, oratio. ſi virtute præditũ hominẽ alloquens, nõ parum ex eo capit vtilitatis: cui deum alloqui donatum eſt, quot bonis fruetur? Qualiter ergo non abſurdũ fuerit, iubere ſeruos toto tẽpore nobis ſeruire: nos autem nec minimum ocij deo dicare? non noſti tu vtilia homo, frequẽter damnoſa petis & periculoſa: ſed ille magis tuæ curã gerens ſalutis, nõ tuã intuetur petitionem, ſed antequã petas, quid tibi cõferat, prouidet. Nam ſi patres, licet carnales, nõ omnino quæ petũt filij, præbẽt, nõ quòd petẽtes aſpernentur, ſed quoniam eorum curam gerunt maiorem: multo magis deus, q; plus & diligit, & plus omnibus nouit, quod nobis expedit, affert. Cũ ergo defeceris orans, & non acceperis, cogita quoties pauperẽ auditi te petentem, & non exaudiſti, & indignatus ille non eſt, nec te contumeliis affecit. Et tu quidem hoc ex crudelitate facis, deus autẽ ex benignitate. Si ergo tu conſeruum propter crudelitatem nõ audiens, te dignum accuſari non cenſes: dominũ propter miſericordiam ſeruum non audientem accuſas? Si ergo beatus Dauid cum eſſet rex, & innumeris immerſus curis, & vndiq; diſtractus, ſepties in die dominũ rogabat: quam nos veniã habuerimus & excuſationẽ, tantum habẽtes ocij, nec ipſi continue ſupplicantes, & hæc cum tantum lucri capere debeamus? Impoſſibile enim, impoſſibile hominẽ congruo precantem ſtudio, deoq; continue ſupplicantẽ, vnquam peccare. Qui nanque mentem ſuam accendit, & erexit animam, & in cœlum ſeipſum tranſtulit, & ita ſuũ inuocauit dominũ, & ſuorũ memoriam peccatorum accepit: ad eũ de ipſorũ locutus eſt dimiſſione, & propitium & mitem deum orauit fieri: ab ipſa in his verbis mora, omnẽ deponit ſeculare curam, & eleuatur, & humanis æſtibus ſuperior efficitur. Non enim ita fontes aquarum ortos reddunt fertiliores, vt oratio-

nis plantam, lachrymaſũ fontes irrigantes, ad maximam excreſcere faciunt altitudinẽ, & orantem corã domino conſtituũt: hinc eñ maxime fit vt exaudiatur. Quoniã ſi corpore humi proſtrato, & ore incaſſum nugante, mẽs totam domum & forũ circumeat: quomodo talis dicere poterit, quòd in cõſpectu dei precatus ſit? nã orat in dei conſpectu, totam colligẽs animam ſuam, & nihil habẽs cũ terra commune, ſed in ipſum ſe transferens cœlũ, & omnẽ ex animo pellens humanã cogitationem. Sic enim deprecantem oportet orare, vt totã cogitationem ſuam colligens, cum animi dolore contẽdens deũ vocet, neq; lõgos extendat ſermones, nec in longum orationẽ producat, ſed pauca ſimpliciaq; dicat verba. Nõ eñ in verborũ multitudine, ſed in mentis ſolertia poſitum eſt vt exaudiat. Et hoc ex Samuẽlis matris Annę precib' intelligere licet. Illa nanq; dixit: Adonai domine deus ſabaoth, ſi reſpiciens reſpexeris ad humilitatẽ ancillę tuę, & mei fueris recordat', & dederis ancillę tuę ſemẽ viri, dabo ipſum in cõſpectu tuo dicatũ vſque ad diẽ mortis ipſius: & vinũ & ſicerañ nõ bibet, & ferrũ nõ aſcẽdet ſuper caput eius. Qualis hæc verborum multitudo? Verũtamen quoniã cũ attentione & ſolertia fecit hãc orationẽ, quæcunq; volebat expediuit, & deficientẽ correxit naturã, & matricẽ cõcluſam aperuit, ſeq; multã induxit in fiduciã, ex ſterili ſemine fœcundã metẽs ſegetẽ. Oportet igitur orãtem neq; lõgos extẽdere ſermones, & iugiter orare. Breues eñ & frequẽtes orationes fieri Chriſt' & Paulus præceperũt paruis ex interuallis. Nã ſi ſermonẽ in longum extenderis, in negligentiã frequẽter lapſus, multã diabolo ſubrependi facultatẽ dederis, & ſupplãtãdi & ab lucẽdi cogitationẽ ab his quę dicũtur. Si vero cõtinuas & crebras orationes facias, totũq; tẽpus interpolãs frequẽtia, facile poteris modeſtiã exhibere, & ipſas orationes cũ multa facies ſolertia. Vis orationis vigilãtiã diſcere, ſolertiã & aſſiduitatẽ? Abeas ad Annã, diſce q; d illa fecerit. Surrexerũt, inquit, omnes à menſa, & illa ſtatim nõ ad ſomnũ ſe cõuertit, nõ ad requiẽ. Vnde mihi videtur & ad mẽſam ſedens ſobria fuiſſe, nec vllis ſe ferculis oneraſſe. Nõ eñ tot emiſiſſet lachrymas. Si nãq; nos cũ ſobrij ſumus & ieiuni, ita vix oram': multo magis illa poſt mẽſam ita nõ orare potuiſſet, niſi circa menſam ieiunãtibus fuiſſet aſſimilis. Reuereamur viri mulierẽ, cõſidemur de regno ſupplicãtes, & oſcitabũdi, conſiderãtes de filio precãtẽ & fundentẽ lachrymas. Hineq; mihi mulieris pietatẽ cõſidera. Vox, inquit, ei' nõ audiebaẽ, labia vero tantũ mouebãtur. Obtinere volẽs iſta à deo, accedit nõ fathiſcẽs, nec oſcitãs, neque ſe ſcabens, aut negligẽs. Nõne poterat & ſine oratione de' præbere? Nõne ſciebat & ante orationẽ mulieris deſideriũ? Sed ſi ante petitionẽ dediſſet, nõ apparuiſſet mulieris ſtudiũ, non virtus fuiſſet manifeſta, non indæ præmiũ poſſediſſet. Sed ipſius & ſapiẽtiam videamus. poſtquã enim eã Heli ſacerdos ebriam exiſtimauit, vide quid ad eum reſpõderit: Ne des ancillam tuã in filiã peſtis: quoniã ex multitudine ſermones meos extendi vſq; nũc. Hoc vero cõtriti cordis eſt, cum in contumeliã facientes nõ indignamur, ſed etiã nos excuſamus. Nihil enim ita cor continẽs efficit vt tribulatio, & ſecundũ deũ luctus. Opus eſt itaq; nos & mẽſam petentes, & deſiſtẽtes, deo gratias agere. Ad hoc enim paratus, nũquam in ebrietatẽ decidet aut inſolentiã, nũquam crapula diſrumpetur: ſed

orationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

orationis expectationẽ pro fræno ſenſibꝰ habẽs impoſitam, cum debita modeſtia ex oĩbus appoſitis ſumet,& multa quidẽ animã, multa vero benedictione corpus implebit.Menſa nanq; ab oratione ſumẽs initium, & in orationẽ deſinens, nunquam deficiet: ſed fõte largius omnia nobis afferet bona. Ne tãtum itaque prætermittamus emolumentũ.Abſurdum eſt enim,ſeruos quidẽ noſtros, ſi quam appoſitorũ partem à nobis accipiant,nobiſque gratias agere, & cũ benedictione recedere: nos autẽ tot bonis potiẽtes, nec tantũ honoris deo rependere. Propterea nanq; multa tã in cõmunibus, quàm in priuatis rebus præter ſententiam nobis eueniunt:quoniã non circa ſpiritualia primũ, tum vero circa ſecularia ſtudiũ exhibemus.Nónne ſcis, quòd ſi veniens deum adoraueris,& præſentis hic occupationis ſis particeps,quę in manibus habentur negocia, tibi magis cedunt ſecũda?Sed ſeculares curas habes? propter has ſaltẽ huc occurre, vt per hanc moram allecta dei beneuolentia,tutus ita prodeas,vt ipſum habeas commilitonẽ, vt dęmonibus inexpugnabilis fias ſuperna ſuccurrẽte manu.Nã ſi preces paternas conſequaris,ſi cõmunis particeps orationis fias,ſi dei cõpares auxiliũ, & ipſius armis munitus ita progrediaris,iã neq; diabolus ipſe cõtra te reſpicere poterit,nedũ homines mali te contumeliis afficere ſtudẽtes & calũniari.Quòd ſi prodiẽs in forũ ẽ domo nudꝰ armis huiuſmodi reperiaris,oĩbus calumniãtibus expugnabilis eris.Neque mihi quiſpiam dicat,quòd nequit homo ſecularis affixus foro continue per diẽ orare,& ad Eccleſiã cõcurrere:poteſt enim & quamfacillime.Nã licet in Eccleſiã non ſit facile concurrere,illic ante fores cõſtitutus,& affixꝰ tribunali poteſt orare. Et hoc multi fecẽre frequenter,& intus clamante magiſtratu, cõminãte,contendẽte,furẽte,pro foribus ſtantes ſigno muniti, & pauca verba per cogitationẽ orantes, ingreſſi mutauerunt eum,atq; mitigauerunt, & mitem exfero reddidere,nec à loco,nec à tẽpore,nec à clamore quicquã ad hanc orationẽ impediti ſunt. Nec enim tam voce opus eſt,quàm cogitatione:neq; manuum extẽſione,quàm animi intẽtione: neq; figura, ſed intellectu.Quoniam Samuẽlis mater Anna, non quia clarã & magnã edidit vocẽ,propter hoc audita fuit, ſed quoniã intus in corde multũ clamabat: ait enim:Vox eius nõ audiebatur, & exaudiuit eã deus. Ne nos excuſemus dicẽtes,quòd nõ eſſet facile quẽpiam orare ſecularibus negociis implicitũ, prope ſe domum non inuenientem oratoriã. Nam vbicũque ſis,potes altare tuũ cõſtituere.Nihil enim locus prohibet,nec impedit tempus.Verũ licet genua non flectas,neq; percutias pectus, nec in cœlũ manus extẽdas,ſi mentẽ tantum feruentem exhibeas, orationis perfectionẽ conſummaueris.Licet enim & forũ petentem,& ambulantẽ per ſe, prolixas facere orationes.Licet & in officina ſedẽtem,& ſuentẽ pelles,animã domino dedicare.Licet & ſeruo & emẽti,& aſcẽdenti & deſcendenti,& aſtanti coquo,cũ ad Eccleſiã ire nõ poterit, orationẽ facere prolixam & ſolertẽ. Non enim locum deus veretur, ſed vnum exquirit, feruidam mentẽ,& continentẽ animam.Nã & Paulus non in oratorio,ſed in carcere iacẽs ſupinus,neq; ſtans erectus,neque flectens genua: nõ enim ſinebat lignũ quo pedibus vinctis tenebatur: quoniã cũ ſtudio iacẽs orauit,carcerẽ cõcuſſit,& labefactauit fundamẽta,carceriſq; cuſtodẽ ligauit,& poſt hæc ad ſacrã initiationẽ deduxit. Et Ezechias haud ſtãs rectꝰ, neq; genua flectens,ſed ſupinus propter ægritudinẽ lectulo recubãs,cũ ad parietẽ ſeipſũ cõuertiſſet:quoniã deũ feruenter inuocauit,& anima continente, & prolatam reuocauit ſententiã,& multam adeptus eſt beneuolentiã,& ad priſtinã rediit valetudinẽ. Et latro in cruce diſtẽtus,paucis verbis cœleſte regnũ aſſecutꝰ eſt:& Hieremias in cœno & in lacu, & in lacu ferisq; Daniel,& Ionas in ipſo ceti vẽtre deũ depreeati,circũſtãtia quæq; mala diſſoluerũt,& gratiã inuenere diuinã.Quid ergo debes orãs dicere? Quod Chananæa.Sicut eñ illa dicebat: Miſerere mei,filia mea male à dæmonio vexatur:ita dic & tu:Miſerere mei,anima mea male à dęmonio vexatur.Magnꝰ eñ dæmõ peccatũ:dæmoniũ habẽs miſericordiã inuenit,odio peccãs habetur.Miſerere mei,breue verbũ, & clemẽtiæ pelagus cõtinet.nã vbi miſericordia,ibi ſunt oĩa bona.Siue ſis extra Eccleſiam, clama dicẽs: Miſerere mei:& ſi nõ mouẽs labia,ſed mẽte clamãs, nam & tacẽtes deus exaudit. Nõ eſt quærẽdꝰ locus, ſed loci principiũ.Hieremias erat in cœno, & deum exorauit:& Iob erat in ſtercore,& deũ reddidit propitiũ: Ionas in ventre ceti, & facilem habuit.Licet in balneo ſis,ora,vbicunq; ſis ora.Templũ es,ne locum quæras.Mare erat ante Iudæos, & poſt terga Aegyptij,&medi⁹ Moſes nihil loquẽs.Multa eñ in orationeanguſtia:& ait deꝰ,Quid clamas ad me ? Et tu igit cum ingruerit tentatio, ad deũ cõfuge, dominũ inuoca.Nunquid eñ eſt homo,vt locum petas? Deus ſemper propè eſt.Adhuc eñ loquente te,dicã, Ecce adſum.Nondũ orationem feciſti, & ipſe medicinam affert. Si mentẽ nanq; mundam habeas ab immundis motibꝰ,licet in foro ſis,ſiue in via,ſiue in foro cõſtitutꝰ,ſiue in mari,ſiue in diuerſorio, ſiue in officina poſitꝰ,ſiue ſis vbicũq;, deo poteris inuocato petitionem obtinere. Quid eñ manuũ in oratione vult extenſio?Hæ multis ſceleribus miniſteriũ exhibent.Et ꝓpterea iubemur eas extollere,vt orationis miniſteriũ ſit eis vinculũ nequitiæ,& à malitia ſeparatio: vt cum rapturus,vel oppreſſurus,vel alterũ ſis percuſſurus, recorderis quòd has ad deũ pro patronis emiſſurus es,& p has illud ſpirituale ſacrificiũ offerre debeas,nec illas confũdere, nec actionis prauę miniſterio fiducia priuare. Eas igitur emũda ꝑ eleemoſynã, per miſericordiã, per indigentiũ tutelam . Et ita eas offer ad orationẽ. Si non enim immũdis vſus illis ad orationẽ fueris, multo minus in peccatis eas extendens fueris iuſtus.Si minꝰ times illotis manibꝰ orare, quod eſt multo grauius,magis expaueſce.Illotis quidẽ manibus orare non tã abſurdũ eſt.Eas autẽ innumeris contaminare criminibus, hoc multã affert indignationẽ & exitium.Vis diſcere, quãta ſit orationis in Eccleſia factę potẽtia?Vinctus erat olĩ Petrus, multisq; circundatus erat catenis, oratio autẽ fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ꝑ eo, & ſtatĩ eũ à carcere liberauit. Quid hac igitur ſit oratione potẽtius, quæ columnã & Eccleſiæ turrĩ adiuuit? Et catechumenis quidẽ permiſſum hoc nondum eſt, quoniam nondũ ad hanc peruenere fiduciam: vobis autem & ꝑ terrarũ orbe,& ꝑ eccleſia,quę vſq; ad terrę terminos extẽditur,& pro gubernãtibus ipſam & pręſidẽtibus iubetur orationes emittere. Cũ diligẽtia igitur obedite,opere teſtãtes quòd magna vis eſt orationis in Eccleſia cõcorditer à populo oblatæ. Nã cũ inter homines,populo ſontes viros, cũ ad mortem trahũtur,petente,rex multitudine motus ſentẽtiam deponat: multo magis rex cœleſtis à vobis placatus petitionẽ præbebit.Nõ audiſtis, quòd ita Petrus de carcere ereptus eſt,quoniã erat oratio prolixa, quę pro eo fiebat?Quãto maius eſſe noſtra creditis exiguitate,ad deũ pro tanto accedere populo & ſupplicare? Nã ſi pro meipſo precari fiduciã non habeo, multo minus pro aliis:beneplacentiũ enim hoc eſt:Cũ igitur offenderim & ipſe,qualiter pro alio deprecabor? Nã q vnus quidẽ pro multis oret, eſt magnæ res fiducię,multęq; libertatis indigẽs.Multos aũt vnà cõgregatos pro vno ſupplicationẽ facere,nil graue videbiẽ.Et domi quidẽ orari poteſt, ſic autẽ vt in Eccleſia nõ poteſt, vbi tãta patrum multitudo, vbi clamor ad deũ vnanimiter emittitur. Nõ ita dominum per te ſolum orans audiẽris,vt cũ fratribus tuis.Hic eñ maius aliquid eſt,puta, vnanimitas & cõſonãtia, charitatiſq; vĩculũ,& ſacerdotũ orationes.Propterea nãque ſacerdotes præpoſiti ſunt, vt multitudinis orationes cũ ſint infirmiores, hiſce potẽtiores adiũgẽtes,pariter cũ illis in cœlũ aſcẽdãt.Si nanq; Petrũ Eccleſiæ adiuuit oratio, & illã ex carcere columnã eduxit,quomodo tu ipſius potẽtiam contẽnis?Sicut enim charitatis virtus interuallo nõ arcetur, ita nec orationis efficacia:ſed ſicut illa inter ſe diſtantes cõiungit,itidẽ & hęc, & procul poſitos plurimũ adiuuare poteſt.Nã & Moſes,quanquã corpore pugnãtibus nõ intererat,nõ tamẽ minus quàm pugnãtes,ſed multo plus in illã contulit pugnam,manuum extenſione ſuorum extollens vires,& tremẽdas faciẽs aduerſariis.Nullũ enĩm meritũ eſſe magnũ poſſet, niſi lucrũ & aliis cõmunicaret, ſiue ieiunus maneas, ſiue dormias humi,ſiue fauillã comedas,ſiue lugeas cõtinuè,& nulli proſis alteri,nil magnũ efficis. Nam & à Moſe multa magnaq; miracula & ſigna ſũt edita:ſed illũ nihil tam magnum effecit, quàm illa beata vox quam ad deũ emiſit,dicẽs:Si dimittis quidẽ eis peccatũ,dimitte:ſin autẽ minus,& me dele. At & Dauid hoc ipſũ oſtẽdens,aiebat:Ego paſtor peccaui,& ego malũ feci:& hi,grex,quid fecerũt?Fiat manus tua ſuper me,& domũ patris mei. Magna quidem & hæc, & angelica cõuerſatione digna. Pauli vero dicta multum hæc ſuperexcedũt.Gloria nanq; futura optauit excidere pro aliorũ ſalute.Ionas vero,quoniam propriam vtilitatẽ quæſiuit,etiam periclitatus eſt:& ciuitas quidẽ ſtabat,ipſe vero ſubmergebatur. Magna quidẽ & reliqua Moſi virtutis merita,ſummũ tamen & ſanctæ illius animę culmẽ : quoniã ex libro deleri elegit pro Iudæorũ ſalute . Pauli vero votũ ex multa ſuperauit abundãtia.Nam ille quidem cũ aliis perire malebat,hic autẽ non ſimul perire,ſed ſoſpitibus aliis ab æterna ſolus gloria excidere optabat . Bonũ eſt igitur ſanctorũ oratione frui, ſed cũ & nos ſimus cooperatores:quod ſi non affuerit, nihil aliorũ proderit auxilium,verũ & cum illo perimus . Quid enim Iudęis profuit Hieremias? Nõne ter ad deũ acceſſit, & ter audiuit:Ne ores,neq; petas ꝑ populo iſto,quoniam te non exaudiã?Quid Saũli profuit Samuẽl ad vltimũ vſque diem orãs,& pro eo lugens ? Quid autẽ & Iſraẽlitis profuit?nónne dicebat,Mihi autẽ abſit peccare pro vobis orare ceſſanti? Nõne cũcti perierunt?nam deũ audi dicentem per Prophetam : Si ſtererint Noë,Iob,& Daniẽl,nõ liberabũt filios ſuos & filias:quoniam inualuit eorũ malitia . Quid ergo, nihil proſunt orationes?Proſunt,& quamplurimum: ſed cũ nos quoq; cooperamur.Et ſi vis diſcere quãtum contulerint,cogita mihi Corneliũ, & Thabitã: audi quoq; deum dicentẽ: Protegam ciuitatẽ iſtam propter me,& propter Dauid puerũ meũ. Sed quãdo?Tempore iuſti Ezechię.Alioqui ſi malorũ quoq; valebãt preces, quare Nabuchodonoſor regi quoq; deus hoc nõ dixit,ſed ciuitatẽ tradidit?quoniam inualuerat peccatũ.Et hic ipſe rurſũ Samuẽl pro Iſraẽlitis orauit, & obtinuit: ſed quo tẽpore? Cum & ipſi deo grati fuerũt,tũc hoſtes in fugã verterũt.Et quid eſt,ait ille,mihi opus alienis orationibus,cũ ego gratus ſim?Quid ais homo?Paulus nõ dixit, mihi nõ eſt opus oratione,licet orantes eo digni nõ eſſent: imò nec ipſi pares,& tu dicis,quid mihi opꝰ eſt oratione? Petrus nõ dixit,quid mihi opus eſt oratione?ait eñ: Oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad deũ pro eo, & ſtatim liberauit eũ ex vinculis.& tu dicis, quid mihi eſt opus oratione?Propter hoc & indiges, quoniam indigere non te credis.Nam ſi deus noſtrũ in orationibus torporẽ & negligentiam exquirat, & quòd in eius conſpectu poſiti,& orantes, neq; tantũ ei prębemus honorẽ, quantũ dominis ſerui, quantũ ducibus milites,quantũ amicis amici: amicum enim alloquẽs hoc cũ attentione facis:deo autẽ pro peccatis occurrens,pro totq; criminibus veniã petẽs,& rogãs tibi remiſſionẽ fieri,torpes,& genibus tuis humi proſtratis,circa forũ & domum mẽtem tuam vagari frequẽter dimittis, ore tuo fruſtra nugãte & incaſſum:nec hoc ſemel & bis,verũ & frequenter patimur.Si hoc tantũ exquirere deus voluerit, nunquid veniã habebimus? nunquid excuſationẽ aſſequi poterimus?Nõ,arbitror ego: ſi vero curioſius aſpectus noſtros deus exquirat,& nequã concupiſcẽtias,quas mente concipimus,turpes & immũdas admittẽs cogitationes ex incauto oculorũ nocumento: ſi detractiones quas ꝑ ſingulos dies inurimus, alter alteri in mediũ producat:& intẽpeſtiua iudicia, quibus proximum condemnamus nullũ habentes negociũ:doloſq;,quos alter in alterũ ſuimus,nũc quidẽ præſentem laudãtes fratrẽ, & tãquam amicum alloquẽtes, abſentem vero criminantes:nũquid pro his rationes reddere poterimꝰ? Quid vero loquar inuidiã, ꝑ quã ſe bene gerentibus frequẽter inuidemus, nõ tantum inimicis,verũ & amicis:& aliis male patientibus lætamur,& propriæ putamus ærumnę conſolationem alienas calamitates?Nã ſi ſecularibus & præſentibus abſtinere iubemur:quomodo miſeri nõ ſumus & infelices hæc à deo poſcẽtes,quæ præcepit & habẽtes abiicere? Si vero non pro fidelibus tantũ, ſed etiam pro infidelibꝰ orate iubemur:cogita quantũ mali ſit, cõtra fratres imprecari.Quid agis homo?Ad deũ accedis vt propitiũ reddas, & imprecaris alteri?Niſi dimittas,nec tibi dimittetur:nec tantũ ipſe non dimittis,verũ & deum,ne dimittat,expoſcis. Si tibi nõ dimittenti nõ dimittetur,nõ modo tu nõ dimittis, verum & deũ nõ dimittere rogas . Si non dimittẽti nõ dimittitur,etiã dominũ,ne dimittat,oranti,quomodo dimittetur?Si enim inimicos habere dedecus eſt, & illis imprecare,cogita quantũ ſit malũ.Cum enim te purgare debeas quòd inimicos habeas, tu & illos accuſas,quã vero veniã conſequetis,detrahens,& in tali tẽpore, quo non mediocris indigeas miſericordię?Nã & pro tuis oraturus peccatis acceſſiſti,ne recorderis igitur aliena,ne propria ſetuentur.Si nanq; dixeris:inimicũ percute,os tuũ obſtruxiſti,& linguę

iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam abstulisti libertatē. Primum quidē, quoniam iudicē irritasti, & statim ab ipsis exordiis exacerbasti. Deinde quoniam contraria petis, & orationis formę repugnātia. Nam si pro remissione peccatorū accedis, quomodo de punitione verba facis? Contrariū enim oportebat facere, & pro aduersantibus supplicare, vt cū fiducia pro nobis quoq; possim⁹ orare. Si nāque pro illis orabis, licet ꝓ te nihil dicas, oīa consequeris. Si igit̄ anima scelestius nihil imprecāte, nec lingua quicquam talia loquēte sordidius, quamobrē omnia nō expedis, vt orās nihil dicas, quod tuū irritet dominum? Es homo: ne venenū cuomas aspidū. Homo es: fera ne fias. Propterea tibi factū est os, nō vt mordeas, sed vt medearis. Recordare quid te palā deus admonuerit, vt parcas & remittas: tu vero me quoque rogas, meorum fieri mādatorū subuersionis participem, & cruentas linguā, sicut furentes ex propriis artubus dētes. Quomodo diabolū lętari credis atq; ridere, cū talē audierit orationē? quomodo irritari deū, & auerti simul & odisse, cū talia rogaueris? Considera, quē petas homo cōtra inimicos tuos. Ad illū accedis, qui dixit, Orate ꝓ inimicis vestris. Qualiter igit̄ aduersus eos clamas? Quomodo deū rogas, vt propriam destruat legē? Nō est hæc supplicis forma. Nemo rogat vt alius pereat, sed vt ipse saluetur. Quid igitur supplicis quidē habitum indueris, accusatoris autē verba pronūcias? Et cum pro nobis quidem oramus, oscitamus, & in multas recidim⁹ cogitationes: cum autē aduersus inimicos, vigilantes hoc agimus. Quoniā enim diabolus nouit, quòd in nosipsos ensem agimus, tunc nos non circūfert, neq; distrahit, vt magis nobis noceat. Sed iniuriā passus sum & tribulor. Itaq; contra diabolum ora, qui nos super omnes afficit iniuria. hic enim & inimicos parit: sin autem aduersus inimicos oraueris, orationem quam ille quærit, orabis: sicut econtra, si pro inimicis, aduersus eum. Hic enim est impacatus hostis, at homo quæcūq; faciat, amicus est & frater. Quid ergo vere inimicū omittens, propria mordes mēbra? Hęc itaq; scientes, dilectissimi, studeamus iuxta domini voluntatē & mandata conuersari, vt cœlorū quoq; regnū assequamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperiū cum sanctissimo patre, viuificoq; spiritu, in secula seculorū, Amen.

De pœnitentia. Homilia LXXX.

PRopterea de pœnitētia continue sermonē moueo charissimi, vt neq; peccās desperet, neque recte viuens altū sapiat. Iustus es, ne excidas: es peccator, ne desperes. Etsi pecces quotidie, quotidie pœnitētiā agas: quod in antiquis domibus facere solem⁹, cū fuerint putrefactę, putrida subtrahimus, & supponim⁹ noua, & à cōtinua cura nunquā desinim⁹. Si fueris antiquat⁹ à peccato, per pœnitentiam te renoua. Nū pœnitētem licet saluari? & maxime. Totā vitā in peccatis absumpsi, & si pœnitentiam egero, saluabor? & maxime. Vnde cōstat? Ex domini clementia. Ne tuæ confidas pœnitentiæ: tua nanq; pœnitentia tāta nequit peccata delere. Si sola foret pœnitentia, iure timeres: sed postquam cū pœnitentia cōmiscetur dei misericordia, cōfide, quoniā tuā vincit nequitiā: multū em̄ est misericors deus, & tantum clemēs, vt neque filio pepercerit, vt ingratos seruos redimeret. Nec mihi dicas, Nimiū peccaui, & quomodo possū saluari? Tu nō potes, tuus potest dominus, & ita delet peccata, vt nec eorū remaneat vestigium. In corporibus quidē hoc nō licet, quin etiā si millies medic⁹ elaboret, & imponat vulneri remedia, vulnus quidē tollit, cicatrix vero permanet, vulneris circūferēs argumētum, aspectus deformitatē. Et licet in infinitū medicus contendat, nō tamen cicatricē delere potest. Ipsa nāq; naturę repugnat imbecillitas, & artis impotētia, vilitásq; medicamētorum. Deus autē cū delet peccata, neq; cicatricē relinquit: neq; permittit remanere vestigiū, sed cū sanitate pulchritudinē quoq; restituit, cū liberatione à pœna dat & iustitiā, & præuaricatū nō præuaricato similē reddit. Si nāque vel infinita quis habēs vulnera, pœnitentiā egerit, & aliquid fecerit boni, sic ea deus delet, vt neq; cicatricē, neq; vestigiū, neq; peccatorum ostēdat indiciū. Sicut igitur in corpore vulnera sūt, & medicamina: itidē in anima peccata sunt, & pœnitentia. Et quid loquar, animaduerte: Vulnus & medicamentū, peccatū & pœnitentia. Vulnus saniem habet, medicamentū saniei purgationē exhibet. Nunquid est sanies in medicamine? Nunquid in vulnere curatio? Nónne propriū hæc, & illa propriū habent ordinē? Nūquid potest hoc in illud, vel illud in hoc transmutari? Nequaquā. Veniam⁹ & ad animę morbos. Peccatum confusionē habet, fiduciam posfidet pœnitētia. Sciens itaq; satanas quòd peccatū quidē habet confusionē, quæ peccantē satis repellere possit: pœnitentia vero fiduciā, pœnitentem ad se attrahere satis idoneā, ordinem cōmutauit, & pœnitentiæ confusionē adiecit, fiduciam autem peccato. Et peccato confundi non sinit hominē. Scit enim quòd si confūderetur, peccatū fugeret. In pœnitētia vero facit vt erubescat: nouit em̄ quod erubescēs non agit pœnitentiā. Pœnitens enim malorum quæ gessit, licet peccatis condignā nō exhibeat pœnitētiam, & huius tamē habebit retributionē. Nondum itaque vitio captos admoneo, ne capiantur. Facilius enim est casum cauere, q̄ lapsos resurgere. Detentis autem atq; confractis, si se statim pœnitētiæ tradere voluerint, multam salutis spē polliceor. Etenim tam bona quàm mala, cū fuerint plurimū immorata, porentiora fiunt. Et plāta quidē nuper humi cōsita facile reuellitur: per multū vero tēporis radicibus firmata, non itidē. Et ædificiū recenter fundatum à vexantibus facile subuertitur: bene vero firmatū multa diruere conātibus præbet negocia. Et fera, quib⁹ locis multū temporis est conuersata, difficulter expellitur. Et sicut febris ab initio aggressa, nō magna siti laborātes exurit: postquā autē inualuerit, & flāmam extulerit, iam sitim inducit immedicabilē, etiāsi quis eis cōcesserit, vt potibus impleātur, nō extinguit, sed accēdit fornacē: sic & vitioso accidit affectui. Si se circa primordia in animam nostrā inferentem non prohibuerimus, neq; fores occluserimus, ingressus iā insanabilem morbū susceptorib⁹ infert. Sicut igitur animo degener & segnis, licet multū ad pœnitētiam temp⁹ accipiat, magni nihil efficiet, nec per torporē sibi deum reconciliabit: ita solers & promptitudine feruens, & multo cum studio gerens pœnitentiā, & breui temporis momento multi tēporis peccata delere poterit. Et qualiter? audi. Nónne ter Petr⁹ negauit? nónne cum iuramento ter? Nónne vilis ancillæ verba veritus? Quid ergo? multū ne temporis fuit illi necessariū ad pœnitentiam? Nequaquam: sed eadem nocte lapsus est, & resurrexit. Post illū em̄ grauem casum (negationi nāque nullū est malū æquale)

rursum eum ad priorē reduxit honorē pœnitentia, & ei per totū orbem terrarum Ecclesiæ prę̄sidentiā tradidit: & quod omnib⁹ maius est, illū nobis maiorem omnib⁹ Apostolis in dominū habere charitatē ostēdit. Quid vero Niniuitę? Venit ad eos Propheta, sententiā aperuit, quasi quandā regalem epistolam
Ionæ 3. supplicium continentem, & clamabat dicēs: Adhuc quadragīta dies, & Niniue subuertetur. Audierūt illi talia, neque fuerunt increduli, neq; neglexerunt, sed omnium statim fit ad ieiuniū concursus, virorū, mulierum, puerorum, neq; brutorū natura fuit à tali immunis ministerio. Vbiq; saccus, vbiq; cinis, vbiq; luct⁹ & lamētationes. Nā & ipse rex diademate coronatus, regali delapsus solio saccū sibi substrauit, & cinere consperſus est. Et erat rē cernere tremendā atque mirabilem, neglectā sub sacco purpuram. Quod enim prætexta nō valebat, hoc poterat saccus. Quod diadema non est assecutū, hoc cinis obtinuit. Cogitemus ergo, quot quisq; nostrū habeat onera peccatorū, & æquiualētes exhibeamus misericordias: imò vero vel longe plures, vt nō modo peccata deleātur, verum & in iustitiā nobis eleemosynę computētur. Nisi nanque tot fuerint bona, vt & exuāt crimina, & ex relictis aliquid in iustitiā nobis reputet, de nobis à suppliciis liberabitur nemo. Nam cū hominē quidē irritasti, amicos rogas & vicinos, & ianitores, impendis pecunias, & multos dies absumis accedēs & supplicās: si vel semel, vel bis, vel millies irritatus te reiiciat, omnino nō recedis, sed maiori labore cōtēdens, maiorem adhibes supplicationē. Cū vero deus prouocet, nos oscitamus, & relabimur, & gaudemus. Et quādo vnquā eum habere poterimus propitium? Quomodo nō eū ex hoc ipso magis irritamus? Peccare em̄, & peccantes non dolere, magis eū indignari facit & succēsere. Neq; dicas, Nimiū peccaui, neq; deum rogare possum indignantē. Nam si iudicem illum neq; deum timentē, nec homines verentem, vidua flectere potuit: multo magis bonū assidua cōciliabit deprecatio. Itaq; licet amic⁹ nō sis, licet indebita poscas, licet paterna deuoraueris & absūpseris, & longo tēpore procul ab aspectu fueris, siue succēsentē, siue indignantē petieris, fac tantū velis redire, & omnia recipies, & iram & damnationē statim extingues. Deo nanq; propositū est charissimi peccantes longanimiter sustinere. Dupliciter est ad salutem propitius, & eis ex pœnitētia salutē exquirēs, & ipso tum posteris in virtutis studio proficere debentibus reseruans beneficium. Et vt denuo sermonē resumā: Deus longanimiter agit, vt & peccās ad pœnitentiā veniat, & ne ex eo nascituris salutē excludat. Nā etsi peccator incorrigibiliter peccet, parcit frequenter radici, vt fructus conseruet, frequēter tamē & ipsius
Gen. 11. expectans salutē. Et qualiter, audi: Tharam pater Abrahæ fuit idolorū cultor, sed in hoc mundo impietatis pœnas non dedit: & merito. Nā si deus præueniens radicē præcidisset, vnde tātus fidei fructus exortus fuisset? Quid Esaü malignius? Quid illa impudētius nequitia? Nōne fornicator erat & immūdus?
Heb. 12. vt ait Paulus. Nō matricida & patricida? Nō fratricida, quantū in ipsius fuit, ꝓposito? Nónne deo fuit odio habit⁹, vt scriptura testat: Iacob dilexi, & Esaü odio habui? Si fuit ergo fratricida, fornicator, & immūdus, & odio habitus, quare nō perditur? quare nō exciditur? quare nō illico cōgruam patitur vltionē? Quare? Bonū est vere dilectissimi causam dicere. Si succisus fuisset, maximum eleemosynæ fructū & iustitiæ mūdus amisisset, & qualē, audi: Esaü genuit Raguel, Raguel Zara, Zara Iob. Vides quantus tolerātię fruct⁹ fuisset perditus, si præueniēs deus à radice pœnas exegisset? Nullus igitur in vitio positus desperet: in virtute dormitet nemo, nec hic cōfidat. Frequēter enim & meretrix præcedet, nec ille desperet: potest em̄ & primos anteire. Cū enim in vehementem dei charitatē redierimus, priorū non meminit, nō vt homo, deus: non enim exprobrat præterita, neq; dicit, quare tanto tēpore defeciſti? sed gratos habet, quādocunq; accesserimus, dummodo sicut decet accedam⁹. Quid enim Manasse peius? Quid vero beatius Salomone? Attamē ille quidem deum potuit habere *3. Reg. 11.*
propitium: hic autē quia dormitauit, lapsus est. Propterea nec Esaü veniā assecutus est, quia pœnitentiā non egit vt oportebat. Nam lachrymæ non erant ex pœnitentia, sed tentationis & iræ. Pœnituit & Iudā, sed male: nam suffocatus est. Si vero perfectā quęris pœnitentiā, audi Petri pœnitentiam post negationem. Quoniā enim erat verisimile, ipsum altū sapere sibi cōscium quòd plus aliis deū diligeret: propterea egressus foras fleuit amarè. Nec hoc solū, verum *Luc. 22.*
& innumeris se post hæc periculis immisit. Pœnitētiā egit & beatus Dauid, ita dicēs: Lauabo per singu- *Psal. 6.*
las noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meū rigabo. Et longo iam tempore commissum peccatū post tot generationes, quasi nup accidisset, lugebat. Pœnitentē enim non oportet irasci, nec efferari: sed conteri, quasi damnatū, quasi non habētem fiduciā, quasi addictū, vt ex misericordia sola saluari debentem, vt visum in benefactorem ingratū, & reprobū, & innumeris dignū suppliciis. Nec itaq; scenic⁹ desperet, neq; confidat ecclesiasticus. Nā ad hunc quidē ait deus: Qui videtur stare, videat ne cadat. ad il- *1. Cor. 10.*
lum autē, Nunquid qui cadit, non resurget? Ille nanq; debet, quod habet custodire: hic vero fieri quod non est. Ille sanitatē conseruare, hic ab ęgritudine liberari: laborat em̄: ad illū itaq; dicit, Ecce sanus fa- *Ioan. 5.*
ctus es, ampli⁹ noli peccare, ne quid tibi deteri⁹ fiat. ad hūc vero, Vis sanus fieri? surgēs tolle grabatū tuū, & ambula in domū tnā. Licet enim octo & triginta geras annos, sicut paralyticus ille, si modo san⁹ fieri studeas, q̄ prohibeat, est nemo: tantū resurgere velis. Attinge modo viā eo tendentē, & velociter progredieris. ne fores occludas, ne obstruas ingressū. Breue præsens tempus: quod si multum quoq; foret, nec ita refugiendū esset. Quāuis em̄ hunc pulcherrimū pœnitentiæ laborē non desudes, in illo penitus mundo laborabis, & aliusmodi patieris ærumnas. si vero & hic & illic labor, quare nō hunc eligimus, qui multū affert fructū, magnamq; retributionē? Nā si nos qui sumus indigni, beneficiis deus afficit, & his q̄ peccauerūt, benignus est: si à malitia digressi, virtutē sectamur, quæ nō assequemur? quibus nō fruemur bonis? Mētem enim habētes, magis beneficia, quàm pœnæ ad mandatorum attrahunt obedientiam. Si igitur & priusquā aliquod bonū exhibeamus, quinimo cum iam vltione digna fecerimus, tāta deus nos beneficē tia dignat⁹ est: si grati simus, & de iā acceptis gratiarum actionē exhibeamus, & in melius faciamus mutationē, quanta nō à seipso nos exornaret largitate? Nā si nos offendētes seruos, si meliores fieri promiserit, & acceptam⁹, & in pristino tenem⁹ honore, frequēter autē ipsis & maiorē tradim⁹ libertatē: multo

magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis deus hoc in nobis faciet, si paré peccatis pœnitentiã exhibeamus. Et hoc ex his quæ circa beatũ Dauid euenerũt, manifestũ est. Quoniam eñ supplãtatus cecidit adulterij reus & homicidij crimine, nõ mãsit deinceps in ruina iacẽs: sed & denuo surrexit, sed aduersus hostem cũ deo se opposuit, & ipsum tã generose deuicit, vt & defunctus suos tueret progenitos. Salomoni nanq; magnam illam iniquitatẽ auso, milleq; digno mortib⁹ facto, propter Dauid deus
1.Reg.11. ait se regnũ permittere integrum, ita dicẽs: Diſrumpens diſrumpã regnum de manu tua, & dabo ipsum seruo tuo: veruntamẽ in diebus tuis hæc non faciam propter Dauid patrem tuũ. De manu filij tui tollam illud. At & Ezechiæ de supremis periclitãti quãquã iusto, rursus propter beatum illũ, se succurrere dixit: Protegam, inquit, ciuitatẽ hanc propter me, & propter Dauid puerũ meũ. Sicut scilicet in propriã exhibentibus gratitudinẽ, per cõgruam sibi bonitatem suas deus sententias reuocat, & admittit pœnitẽtes, & ab imminẽte liberat pœna: ita rursũ cũ aliqua dare bona pollicetur, vel præfinitũ pœnitentiæ tẽpus, indignos autẽ videat effectos, & tunc sua reuocat, ꝓmissa. Non eñ peccare tam malum est, quàm in peccatis permanere. Proptereaq; præueniẽs deus in nos beneficia cõfert, & rursũ præuaricatos venia dignos efficit, & pœnas statim non infert, vt per oĩa nos trahat ad pœnitẽtiam, & ꝓ quę benefacit, & in eo quòd lõganimiter sustinet, frequẽter autẽ & per quę quosdam castigat, vt illorũ timore correcti, pœnæ fugiãt periculum. Multũ peccasti, iam desiste, in contrariũ reuertere, deo cõfitere gratias, quòd te nõ in mediis rapuit peccatis. Noli & aliũ quærere terminũ, vt male opereris: ne dicas, Erit tempus, cũ sit opus cõuerti. Multi, dũ aliena vsurpant, interea rapti sunt, & migrauere impræparati. Alarũ vtilitas nulla laqueo detentis, inuanũ & incassum alas excutiũt: ita tibi quoque cogitationũ vtilitas nulla, si penitus ab vlla mala cupiditate fueris captus. Nã si nec in vno quidem hic volumus dedec⁹ pati, in tot milib⁹ illic quid agemus? Non enim à pristinis tantũ malis desistere, sed etiã meliora sequi officia, dicitur pœnitentia: dicitur
Psal.36. enim: Declina à malo, & fac bonũ. Nec enim ad sanitatem nobis satis est, sagittam tantũ extraxisse, verum & medicamẽta vulneri sunt imponẽda. Accidit autem aliquẽ pœnitentẽ, multa magnaq; facere bona, rursum autem in illorum medio bonorũ æquialens perpetrare peccatũ. Et hoc validissimum est ad inducẽdũ in desperationẽ, tãquam ædificatis, & curatis omnib⁹ illis incassum & à se inaniter elaboratis. Opus est autẽ illud sentire, & hanc expellere cogitationem: quod nisi præuenientes, meritorũ mensurã peccatis post hæc perpetratis æquiualentẽ reposuissemus, nihil nos vehemẽter & fũditus submergi prohibuisset. Nũc vero quasi fortis quidã thorax, acutã & amarã sagittam effectũ suum habere nõ permisit: sed ipse diuisus, magnũ amouit à corpore periculũ. Non est ergo tã graue pugnãtem vulnerari, sed post vulnus desperare, vulnusq; negligere. Nullus mercator postquã naufragiũ fecit, licet mercimoniũ amiserit, destitit nauigare: sed denuo mare pertransit, & lõgos pernauigat sin⁹, & pristinas recuperat diuitias. Frequẽter athletas cernim⁹ post multos lapsus coronatos. Iã vero miles quoq; q̃ fugit, postea se strenuũ exhibet, & hostes superat. Eorũ quoq; multi, qui ꝓpter tormentorũ pauorẽ Christũ negauerãt, denuo certamẽ inierunt, & cum martyrij recessere corona. Quòd si prædictorũ quisq; post primũ vulnus desperasset, secũdis poritus præmiis nunq̃ fuisset: quæ nos vtinã oẽs assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Cristi, cui honor & imperium, gloria & adoratio nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

FINIS.

REVERENDO IACOBO HVRALTO HEDVORVM

Episcopo, Germanus Brixius Altißiodorensis.

ETsi mihi nunquam dubiũ fuit, clarissime antistes, quí tibi essem charissimus, tuq; mihi, ꝓ tua in me beneuolentia, quibuscunq; reb⁹ posses, benigne facere velles: tamẽ huius rei nouissimè euidẽs edidisti argumẽtum, extátq;, id qđ nouissimo nostro tecũ colloquio mihi humanissime declarauerас, cũ tu magni cuiusdã amici mei, eiusdẽq; magna & authoritate & dignitate viri literas, quib⁹ apud te de meliore nota cõmẽdabar, de manu mea acceptas legisses: talẽ antea semp fuisse, hodieq; esse tuã erga me volũtatem, nostramq; tecum cõiunctionẽ, vt si quid ego à te vellẽ, ad id impetrãdũ nullo mihi interprete, nullo deprecatore alio, q̃ me ipso op⁹ esset. Scripsit eñ ad me clarissim⁹ vir Ioãnes Huraltus frater tuus german⁹, libellorũ in regia magister, perliberaliter annuisse te postulationi ei, qua de ipse tecum verbis meis egisset: & ita annuisse, vt nõ tã dare beneficiũ, q̃ accipere videreris, facile vt intelligeret, esse me ex eorũ numero vnum, quos tu charissimos haberes: tũ autem quorũ causas suscipere, negocia amplecti, studia ornare, cõmoda tueri, atque adeo augere, quãtum quidẽ tua dignitas pateretur, maiorẽ in modũ velles. Pro qua quidẽ nostra postulatione, tã facile, vt dixi, abs te impetrata, immortales ago gratias tibi, agamq́ue dũ viuam: nã relaturũ me affirmare vix ausim. tali eñ tuæ erga me beneficentiæ, tũ perpetuæ isti in me voluntati, nõ videor mihi respondere vnquã posse: nisi forte, quod vos vere magnanimi ac liberales viri facere soletis, tum demũ me abũde gratiã referre existimatur⁹ es, cum beneficiũ abs te acceptũ iugiter memoria cõplectar: quod equidẽ mihi ita faciẽdum propono, vt sim, quoad viuã, re ipsa atq; animo erga te gratissimus, operamq́; posthac omnẽ nauẽ, vt amore, cultu, obseruãtia omni memorẽ me tibi probem. Quòd si qua vnquã res se offeret, in qua animũ tibi nudare, & penitus patefacere meũ possim: ne viuã, nisi te etiam iudice, omnes omniũ obseruãtias, omnes omniũ cultus, assiduitates, industrias, sedulitates, diligentias, labores, nauitates, summo meo ega te studio superem. Quod eo etiã libẽtius facturus sum, ꝙ nõ nunc primũ experior, qui sit tuus erga me animus, quæ volũtas, quę beneuolentia: memor enim sum, eroq; dum viuam, te iam olim nascẽti propè nostrę laudi, dignitati, virtuti prolixissime liberalissimeq́; fauisse: cum tute videlicet tãto isto sacerdoto iã tum ꝓditus, inque Ludouici hoc nomine duodecimi Regis aula, multis nominibus præ aliis gratiosus, me, me, inquã, nouum adhuc hominẽ, apud Ioannẽ Ganaciũ Cancellariũ, tum pro eo quo fũgebatur magistratu, tum pro ea qua præcellebat & virtute & doctrina, primariæ inter togatos authoritatis virum, in cuius me clientelam

clientelam addixeram, ac cui à secretis erã, cũ tu, inquam, me apud Ganacium oratione identidẽ tua ornares, insignires, commẽdares, & ita cõmendares, vt cum ad eam voluntatẽ, quam vltro ille erga me eximiam haberet, tũ ad eam, quam de me opinionẽ aliquam cõcepisset, quotidie experiret magnũ etiã tuo de me sermone põdus accedere. Erat autẽ tanta tua apud Ganaciũ gratia, illa quidẽ partim eximij ingenij istius dotib⁹ quæsita, partí amplissimi viri Iacobi Huralti patris tui, viri in regia gratiosissimi authorita te cõmendata, vt te ille in intimã secũ coniunctionẽ receptũ, eorũ numero haberet, quos sibi maxime omniũ familiares necessariosq; esse voluisset. Quẽ nobis virũ si fata diutius incolumem esse siuissent, neq; tã cito seculo suo inuidissent: profecto neq; tu in quę postea incidisti tẽpora, incidisses, fortuna paulò duriore cõflictatus, quin poti⁹ ex tuis virtutib⁹ omnib⁹ vndiq; ornatus floreres, cũ omni gradu amplissimo dignissimus, tũ certè ordinis tui facilè princeps (etsi perpusillum illud est, quod ad tuã amplitudinẽ addi possit) & nos quoq; si veri sũt amicorũ de me sermones, multo amplissimis fortunæ ornamẽtis honestati in primis apparerem⁹. Ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε δίδοῖ. Quãquã quod ad me quidẽ spectat, quid tandẽ est quod de fortuna queri vel velim, vel possim? quam quidẽ ego, vere vt dicã, de me eousque benemeritam agnosco, vt planè nihil quicq̃ sit, in quo illius maiorẽ in me benignitatẽ desiderẽ, cui videlicet plus satis facultatũ largita ea est, ad id ocium excolendũ sustentãdumq́; quod nobis, fastiditis cęterarũ rerũ curis, humanæ nostrę fœlicitatis prorã & puppim, vt Græcorũ est prouerbium, constituim⁹: quo nos ocio vno affatí delectati in nostris studiis libẽtissime acquiescim⁹, estq́; nobis illorũ vsus & delectatio istorũ omnium & actis & voluptatibus & opibus etiam prior atq; antiquior: nũc deniq; experimento edoctis, q̃ sint ea inania, leuia, vilia, quæ nos olí prędara, magnifica, splendida putauim⁹. Neque vero cogito quò ego honorum, quò dignitatũ non aspirauerim, sed quò potius animũ non adiecerim vt aspirarẽ: tũ quòd vitæ genus secutus, quid eo assecut⁹ fuerim: hoc est, quid, quãtumq́; ex studiorũ cultu meorũ fructus consolationisq́; ad nos redierit, redeatq; quotidie: deniq; quid inter me æqualésque meos permultos, eosdẽ adolescẽtiæ nostræ socios: quos partim vidim⁹ ipsi, indoluimusq́; immoderato rerum successu perditos, arborũ earum in morem, quas fœcũditas & luxuries enecat, partí ambitionis & auaritiæ cæcitate in caput præcipies actos, partim libidinis & vẽtris voragine, & tãquam charybdi absorptos. Sed de his plura aliàs: nunc ad te & ad Ganaciũ redeo. Mihi quidẽ cũ in mentẽ venit mãsuetudinis, comitatis, vrbanitatis, hilaritatis eius, quã sumus ille vir, vel in puppi sedens, clauúmq; reipublicę tenens, in amicos communiter suos, quorũ tu vnus vel præcipuus eras: plena manu, aperto, quod dicit, pectore trãsfunderet, quoties illi à rerũ actu, cui pro dignitatis suæ amplitudine nõ intererat modò, sed præerat, respirãdi potestas daretur, cũ amicis iisdem liberius agendi, sęseq́; vnà cũ illis, suauissimis, modestissimis, doctissimis sermonibus recreãdi, siue id inter epulas, siue ab epulis, siue vtrobiq; fieret: sed dum temporis illius trãquillitas, suauitas, & vt nũc loquimur, bonitas animo obuersat meo: moriar, nisi dies eos, quos Ganacio Cancellariatũ obtinente (ea est summa togatorum apud nos hominũ dignitas) tibi, mihi, aliis permultis tanquã Halcyonios exigere licuit, vitæ vere beatæ instar fuisse putẽ præ diebus iis quos postea longe cõmutatos, grauiore verbo vti nõ libet, experti omnes sumus: libenterq́; omnibus oẽs opes, dignitates, honores (quorũ & aliqui nobis ἄλις tanquam ῥυὲς) cõcesserim, vt mihi quod æui supereſt, liceat, nulla vi interpellãte, in qua tũ viuebamus festiuitate, simplicitate, coniunctione, amicitia, concordia viuere. Quam voluntatẽ equidẽ cum nõ paucis cõmunem me habere arbitror. Quotus eñ quisque est, ex iis reliquiis, quæ de Ganacij honestissimo illo, atq; inter se amantissimo grege superare adhuc possunt, qui si modo sapiat, nõ illum integrum toto suo mundo atq; organo, quod dicitur, instructũ sibi restitui, inq; eo ætatẽ consumere malit, quàm vel Crœsi vel Crassi tum consuetudine vti, tum opibus abundare? Et erat certè Ganacius extra eũ quẽ multum habebat, publicarũ rerum vsum, extra eam qua varia ac multiplici præcellebat, doctrinã, tanta præterea ingenij benignitate ac facilitate præditus, tãta morũ comitate, ac sermonis suauitate commẽdatus, quę omnia natura in eo iucũda quadã ac festiua gravitate condierat, vt cũ, quibuscunque consuetudinis suę copiã fecisset, eos omneis ad sui amorẽ viuus mirabiliter pellexerit, tũ vero eosdẽ mortuus ad sui desideriũ, vt si quis alius, maiorem in modum reuocet. Quid ni autẽ is reuocet? qui vel tãta authoritate cũ polleret, talis tamen esset, vt ab eo nihil vnquam in quenquam asperũ fuerit, aut violentum, nec tamen quicquam remissum, aut dissolutũ, sed ita in eo temperata, ita ordinata, ita composita omnia, vt cum in republica summã constantiam exhiberet, tum in priuata parem præstaret modestiã? qui etiam tãtam tota illa Cãcellariatus sui administratione integritatẽ præ se tulit, vt nulla vnquam priuata vtilitas illum ad facinus, ac ne ad cuiusquam quidẽ offensionem impulerit. Vt enim gubernatori cursus secũdus, medico salus, imperatori victoria: sic illi rempublicã moderanti, ciuiũ ratio vna & causa proposita erat: qua quidem ex re effectũ est, vt à nobis ille, oculisq́; nostris licet recesserit, tamen nobiscũ adhuc viuat, victurúsque sit semper: cui⁹ videlicet laus & memoria in nostris omniũ sermonibus animisq́; nullo non tempore sacrosãcta futura est. Ego vero magna adeo cũ voluptate hic apud te in illius mẽtionẽ incidi, à quo vidi ipse, tanquã ea quę oculis cernuntur, & te propter summum tuũ ingenium, cultissimos mores, singularem probitatem, cõstantiam, grauitatem, prudentiã in primis dilectum amatumq́;: quẽ vicissim non nescio abs te eximiè ꝓpter incredibilẽ eius humanitatem, admirabilem integritatem, pari sapiẽtia cõiunctã cultum fuisse atq; obseruatũ. Qui quoniã existimo te, quę summa tua est modestia, haud paulò plus voluptatis illius laudibus audiẽdis, q̃ tuis ipsius lectitandis capere, libẽs hic occasionẽ tantã à mutua vestra cõiunctione nactus, ad vtriusq; vestrũ iustas plenasq́; coniunctí laudes aggrederer, tum tuã, tum illius effigiem suis, quod aiunt, coloribus, quantũ à me fieri posset, depingẽs: veruntamẽ quod verear, ne veluti malus pictor bonas formas imperitia mea reddã deteriores, reliqs in aliud tẽpus reiectis, intra ea quę de ambobus vobis pauca dixi, me cõtinebo, & ad me reuertar: hoc est, ad animũ amoremq́; erga te meũ, quem ego quum ad summum creuisse iam credere,

maximum

Universidad de Deusto
Biblioteca

maximũ tamen illi cumulũ accessisse sentio, ob eam causam, quã initio epistolę attigi, vt maximopere miter, locum fuisse augendi in eo, quod ego iam pridẽ cumulatissimum esse rebar: tantum porrò ad amorẽ eundẽ auctariũ accessit, vt quę mea antea tui erat dilectio, nunc denique vere amor esse videatur. Quem quidem ego amorem cũ non intra me tantum celari vellem, sed vel per epistolam aliquã nostram, quę illius tanquam testis esse posset, foras productã ad eorum saltẽ hominũ, qui à nostris legẽdis nõ abhorrebunt, cõscientiã peruenire maximopere auerem, cõmodùm rei huius periclitandæ, nõ ausim dicere cõficiundæ, occasionem posterioris nostri tecum colloquij recordatio in animũ nostrum inuadẽs suppeditat. Memini equidem cũ nouissime apud te essem, vnaq; de literis iucundissime commentaremur, indicare mihi te maiorem in modum scriptorum meorũ lectione, quę sũma tua est facilitas, capi: maxime vero animũ tuum afficere, ac nulla nõ sui parte tibi arridere nostram illã qualemcunque Chrysostomi de sacerdotio trãslationẽ. In cuius quidẽ lectione quoniã te sic diesq; ac noctes versari dictitasti, vt te ipse interpretet tã illius esse studiosum, quàm olim vel ille Alexãder magnus perdiscẽdæ Homericę Iliados, cuius amore sic illum captum ferunt, vt illã dormiẽs sub puluinari iacentẽ semper haberet: vel Cyprianus Carthaginẽsis protomystes Tertulliani apologetici lectitandi studiosus fuisse dicitur, quẽ scripsit Hieronymus, ne diem quidẽ vnũ absq; illius peramata lectione vnquã præteriisse, ita illũ quocunq; se cõferret, in manibus semper habebat: sed cum Chrysostomi liber idem à tuis vix vnquã oculis faceſſat, quidnam, quęso, hinc aliud coniectandũ nobis relinquis, q̃ te, hac quidem ratione summopere curare, eniti, operam nauare, vt tu à tanto doctore edoceare, quẽadmodũ dignè mun⁹ istud tueri & sustinere valeas: tum vero vitã, quod facis, accommodes, mores cõponas, deniq; actiones omneis tuas ad eã dirigas regulam atq; amussim, quam Chrysostomus, ille quidẽ author talis, vt illius authoritati refragari religio sit, sequẽdam ei esse sanxit, q̃ iuste episcopi officia atq; partes implere cupierit? qđ ipsũ quisquis præstabit, næ is nobis albam, quod dicitur, auẽ relaturus est: tã rarũ est deplorata hac ætate, ex tãto episcoporũ catalogo vnum aut alterum numerare posse, non dico titulo, sed re ipsa episcopũ, vsque adeo seculi nostri mores à prisci seculi moribus degenerarunt. In quo videlicet qui ad eam perducebatur dignitatẽ (inuitos autem ac repugnãtes nõ raro perduci solere accepim⁹, vt de Chrysostomo) hũc sibi ante oculos scopum proponebãt omnes, vt creditarũ sibi animarũ saluti prospicerent: & ita prospicerent, vt illã suis vel commodis, vel cupiditatibus, ne libidinibus dicã, nõ posteriorem, sed priorẽ haberent. Sed de hoc quoq; plura aliàs: redeo ad tuũ Chrysostomicæ lectionis studiũ: quod quidẽ tametsi p̃ se satis accẽsum videbam, tamen vt illud etiã magis ac magis incitarem, equumq;, quod dicitur, sua satis spõte currẽtẽ instigarem: faciendũ mihi putaui, vt illud idẽ de sacerdotio opus tibi tam probatũ, exactissime & diligentissime recognoscerem, recognitumq; sub tuo nomine, & quidẽ ornatiore elegantioreq; forma quàm priore editione exierit, in studiosorum hominum manus emittẽrẽ: præposita operi eidem epistola hac, qua lectori perpetuũ meum erga te amorem, fidem, obseruantiam spectatã testatamq;, relinquerẽ. meretur enim animus iste tuus Chrysostomo sic deditus, addictus, deuotus, vt tibi per me recognitionẽ eam, ornatũ, elegantiã, quantulacunq; ea est, studiosi debeant. Nam & alioqui priorẽ ipsam editionem nemini homini separatim, sed lectori communiter nuncupaui. Quod equidem factũ à me licet improuisum, fœliciter tamẽ cecidisse interpretor: quòd videlicet videatur ex cõposito peculiaris operis nũcupatio tuo fuisse nomini reseruata, vt habeat nostra lucubratio te peculiarẽ sibi fautorẽ, defẽsoremq; sine cõtrouersia talẽ, cuius præsidio tãquã Aiacis clypeo ab aduersariorũ petitionibus ictibusq; sarta & tecta, vt aiũt, esse possit. Quod reliquũ est, recte tu quidẽ feceris, eritq; mihi abs te summi beneficij loco, si ita statueris, cũ p̃ summa tua ista dignitate, ac virtutẽ, & amicos, & p̃pinquos, & clientes, & tibi obstrictos, innumeros habeas: me in fide, amore, cultu, obseruãtia erga te eorũ nemini concedere. Bene vale, & in amore erga me isto perseuera. Ex Bertocuriano nostro, calẽdis Decembris. M. D. XXXIIII.

ARGVMENTVM IN SEX Libros D. Ioan. Chrysostomi de sacerdotio, per eundem Germanum Brixium.

DIVI Ioãnes Chrysostomus & Basilius Magnus etiamdũ adulescentes ac condiscipuli, cũ maximopere inter se amarẽt, animísque mirè cõuenirent, iisdem studiorũ sacris iam inde à pueritia initiati, paciscũtur, iurántque vitæ sibi reliquæ cõmune contuberniũ. Ad quod dum sese accingunt, ecce tibi exortus rumor quidã dissemĩat, fore, vt vterque iam tũ ad sacerdotale episcopaléque munus adlegeretur. Hic Basilius cũ Chrysostomo ea de re communicat, ab quo facilè per amicitiam impetrat, vt eandẽ consiliorum rationem, eãdem item fortunæ honorúmque aleã vnanimes sequãtur, néve alter ab altero quocunque casu emergente vnquã deseratur. Verum cũ paulò pòst vterque ad id quod dixi, munus posthabitis aliis compluribus, cũctis suffragiis electus fuisset, sese Chrysostomus (Basilio interim à suis suffragatoribus ad eum honorẽ pertracto) occultat, delatũ ad se munus deprecatus. Tum demũ Basilius à Chrysostomo proditũ sese animaduertẽs (neque enim ille pactis promißísque steterat) ad eũ primo quoque tempore adit: quicum dũ verba facit, expostulat primum, quòd fidem sibi datã violauerit: tum vero rogat, causam vt dicat, qua causa adductus delatũ sacerdotiũ repudiauerit: putare enim se id ab illo temere nequaquam fuisse factum, sed cõsiderata potius ratione quadam, quam ipse Chrysostomo edocẽte edoceri cupiat. Itaque Chrysostomus se Basilio primùm purgat, ostendens bona fide, atque adeo ex vsu Christiani

Christiani gregis illum à se circũuentum: deinde haud se alio nomine occultasse, dignitatémque oblatam recusasse docet, nisi quòd imbecillitatis suæ cõscius, intelligeret humeros suos tanto oneri ferendo non esse: interim copiosissimè simul atque elegantissimè declarãs, quàm multæ sit dignitatis, sed quàm difficile tamen episcopum verè agere: quem ipsum talibus ille coloribus depingit, tótque ac tantis virtutibus perpolitũ esse vult, vt si quis hodie episcopis nostris talẽ depingere velit, dispereã, nisi futurum sit, vt cum sua tabula vt delirus rideatur, atque exibiletur. In tantũ enim seculi nostri mores à priscæ ætatis moribus degenerarunt, vt bona episcoporũ nostratium pars (neque enim de omnibus id à me dictũ esse velim) non solum non élaborẽt vt tales ipsi sint, quales esse deberent, verũ etiam ex professo animi sui imaginẽ diuersissimã reddere studeant, ab ea episcopi imagine, quã nobis diuus Chrysostomus, hac quidẽ in parte Apellem ipsum superãs, periculo suo artificiosissimè atque elegantissimè expressam reliquit. Quos ipsos tamẽ optarim, ex tam alto illo ocio, eóque veluti sedẽtario, in quo assiduè desides inertésque vitã transigũt, descẽdere nonnunquã ad Chrysostomi aureũ opus hoc lectitãdum, vt vel vitæ anteactæ pœnitentia tandem compuncti, idipsum parte saltẽ aliqua præstare curent, quod præstare illos oportere voluit Chrysostomus, autor talis cui refragari nefas fuerit: vel, quo nullum illis supplicium grauius fore puto, infelices perpetuò obstinatíque virtutem videant, intabescántque relicta.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani de sacerdotio liber primus, Germano Brixio Altissiodorensi interprete.

EVERE mihi olim amici complures, iidémq; veri & germani, ac qui amicitiæ leges tum exactè intelligerent, tum diligenter seruarent. Horum cõplurium in numero vnus quidam eximia erga nos charitate ac beneuolẽtia, ita illos exuperare studuit, vt omnes tanto post se interuallo ipse relinqueret, quanto illi reliquos alios à quibus vtcunq; amarer, reliquissent. Hic idẽ ex iis erat, qui lateri meo perpetuò assiderent. etenim cum earũdem disciplinarũ sacris initiati fuimus, tum etiã præceptoribus iisdẽ operam vterq; dedimus, erat & nobis eadem animi propẽsio: erat studium par in illas ipsas, in quibus versabamur, literas: præterea idẽ desiderium iisdem è rebus natum. Neq; enim solum quo tempore ad magistros scholásque condiscipuli ventitaremus, sed etiã quum illinc egressos consiliũ iam inire oporteret, quam tandem præstaret reliquæ nobis vitæ viam tenere: & hic quoq; eadem in nobis animorum conspiratio, eadem cõcordia apparebat. Erant & alia item, quæ voluntatũ nostrarum conue-

nientiam hanc, constãtem inconcussãmq; seruarent. Neq; enim ob patrię amplitudinẽ claritatémq; alter altero sese plus efferre ac vẽditare poterat: neq; ego summa diuitiarum copia abundabam: ille contrà, extrema premebatur paupertate: quinimò facultatũ nostrarum modum, consiliorum paritas ac studiorũ æquabilitas æmulabatur. Adde q̃ & nobis idem generis honos ac splendor: vt nihil non concurreret ad voluntatum, studiorũ, sententiarum consensionem. Postea vero q̃ eò à nobis ventum est, vt iam oporteret monasticam vitam, beatã illam quidem ac felicẽ persequi, ac veræ philosophiæ studiis inhærere: iam non hæc erat nobis par eadémque statera: nam illius quidem lanx sublimis, vt quæ leuior esset, ferebatur: ego vero humanarũ rerum cupiditatibus etiamnum abundans, meam lancem deprimens, propẽdẽre cogebam, iuuenilibus eam aggrauans cogitationibus. Hic amicitia quidem nostra constans stetit, vt & antehac: at cõsuetudo dirempta: neq; enim dabatur, vt qui haud in iisdẽ amplius versarentur studiis, cõmunes inter se congressus haberent. Cæterum vbi & ipse paululum caput à vitę huius tempestate exerui, hic nos ambabus ille manibus porrectis excepit. Sed tamen ne sic quidem pristinam inter nos æquabilitatẽ retinere quiuimus. Etenim quum nobis ille tempore anteuertisset, tum autem vehemẽtiam studiúmq; ad id non modicum attulisset, rursus meipso sublimior ferebatur in altum admodum sublatus: idem tamen bonitate sua, & q̃ amicitiam nostram magnificeret, à cæterorum omnium contubernio sese abducens, assiduus nobiscum erat: id quod & antehac desiderauerat: sed quod dixi, ab animi huius lãguore prohibitus, assequi minimè potuerat. Nam quî fieri posset, vt qui continẽter iudiciis ac foro interessem, ac scenæ oblectamenta attonitus sectarer, frequẽti vti possem cõsuetudine eius, qui nõ nisi libris affixus in forum nunquam ventitaret? Quocirca quum id illi per nos prius nequaquam licuisset, vbi primum factũ est vt me in communem secum vitæ conditionem acciperet, tum demum quod iampridẽ desiderium parturiebat, confertim peperit: ac ne breuissimã quidem diei partem à nobis absens fieri sustinuit, nunquã nõ adhortans, vt domo vterq; sua relicta, vnà habitaremus, atq; id quidem persuasit: iámq; ea res nobis in manibus erat. At vero assiduę matris illecebræ obstiterũt, quo minus hac ego illum gratia demererer, seu potius quo minus id beneficij illi deberem. Etenim vbi illa obodorata est id me consilij inire, dextra apprehensum introduxit in peculiare sibi cubiculum. Hic illa quum me sibi assidere voluisset, super eũ lectum, in quo me enixa fuerat, in lachrymarum fontes prorupit, verba etiamnum adiiciens, quæ me plus lachrymis illis omnibus ad misericordiam pertraherent. Porrò eius quidẽ lamenta eiusmodi fuere: Patris tui virtute ac præstantia, fili, me haud ita multum temporis vtifrui numen permisit: vtpote cuius mors dolores eos, quos in te pariendo passa sum, continuo exceperit, ac tibi orbitatem, mihi viduitatem attulerit intempestiuam: vt fileam viduitatis ipsius mala, ærumnas, incommoda, quæ quidem solæ animo illæ complecti rectè queant, quas contigerit ea ipsa perpeti. Nulli⁹ enim sermo, nullius oratio par esse possit enarrandæ tempestati ac turbulentię illi quam subire oportet puellam, quę ipsa etiamdum rudis, rerúmq; humanarum expers, simulatq; paternam domum reliquerit, *Matris oratio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

liquerit,derepẽte immenſorũ dolorũ facibus ęſtuãs, curã ſolicitudinémq; ætate ac ſexu ſuperiorem ſuſtinere cogatur:quã videlicet neceſſe eſt ſeruorũ ignauias emendantẽ,eorundem maleficia obſeruare, cognatorũ propulſare inſidias, publicanorũ moleſtias, & quam illi,dum eis tributa numerantur, immanitatem exercere ſolent,forti generoſóque animo ferre. Proinde quum decedit pater relicta à ſe prole,ſi forte fœmina ea eſt,magnã vel ſic matri curam exhibet, ſed tamen hoc ipſo tolerabilẽ, q illius educatio tum impẽſa caret,tum etiã formidine vacat. At maſculus à patre relictus,matris animũ in dies ſingulos immẽſa formidine, tum permultis cõplet ſolicitudinibus, vt nihil hic agã de ſumptu,déq; impenſa,quam multam tolerare cogitur mater,quę adlaborat,vt maſculus ille liberaliter educetur.Quarum rerum omnium nulla me tamen permouit, vt nuptiis iteratis ſpõſum alterum in patris tui ædes inducerem: quin potius in æſtu illo,in fluctuatione ac turbine perſeuerans, cœleſtis gratiæ ſuppetiis in primis adiuta,ferream illam viduitatis fornacem nulla ex parte refugi: quũ mihi inter eas ipſas ærumnas atq; incommoda ſolatio eſſet non modico, q aſpectum iſtum aſſiduè ſpectare, ínq; eo tanquã vitalem defuncti mariti imaginẽ, veríſq; ac certiſſimis characteribus expreſſam mihi aſſeruare daretur. Quo nomine puerulus quum adhuc eſſes,necdum fandi gnarus, qua potiſſimũ ætate maximam liberorum ſuorũ voluptatẽ parentes ſentiũt, magno certe mihi ſolatio, magnæ iucunditati fuiſti. Atqui ne id quidẽ mecum expoſtulare poſſis, q nos viduitatis quidem conditionem perpeſſę fortiter ſimus,ſed viduitatis eiuſdẽ anguſtiis coarctatæ paternas tibi imminuerimus facultates:id quod infelicib⁹ orphanis permultis vſu veniſſe ſcio.Siquidem patrimonium tibi nulla non parte ſaluum integrúmq; ſeruaui:quum tamen nihil etiã prætermiſerim ſumptuũ eorũ,qui tibi nominis iſtius exiſtimationem aliquam parare poſſent,quos ſumptus ſuffeci ex meo peculio, hoc eſt ex iis pecuniis quas mecũ domo paterna attuleram.Neq; vero exiſtimare te velim,exprobrandi gratia hæc nũc à me dici:pro rebus porrò his omnibus vnã abs te gratiã peto, ne me viduitate altera inuoluas,neu luctũ iam ſopitũ rurſus exuſcites: obitus huius diem potius expectato: hinc paulo pòſt nobis fortaſſe emigrandũ.Nam vt qui iuuenes ſunt, ad lõgę ſenectutis annos accedãt,ſperare quidẽ liceat:qui autem iam cõſenuimus,quid tandẽ aliud, q̃ mortem iamiam aduentantem præſtolamur?Itaq; vbi corpus hoc à te ſepultũ cum patris tui oſſibus coniunxeris, tum demũ fili lõgas profectiones ſuſcipito,& quodcunq; æquor collibitum fuerit,emetitor per me, nemo tunc prohibiturus eſt.Cæterũ tantiſper dum ſpiramus,contuberniũ conuictúmq; hunc noſtrũ tolerato,dei offenſionem fruſtra ac temere ne incurrito, néve cõmittito, vt matrẽ nihil cõmeritam tam multis inuoluas incõmodis:qui ſi forte criminari potes q in mundanas moleſtias pertractum, rerum tuarũ curam temet gerere cogã:te non iam naturę leges moueant, non educationis conſuetudiniſq; iura tangãt, deniq; nulla te res alia impediat, quò minus nos ſtatim inſidiatorum atque hoſtium loco habeas, vitato etiam contubernio noſtro.Sin vero nihil nõ agimus, vt tu facile altóq; in ocio poſſis vitæ huius vſura frui: ſi minus aliud vinculum, certe hoc vnũ te apud nos detineat:nam vt te à ſexcẽtis amari dicas,nemo cer-

A tè fuerit, qui tibi tanta in libertate viuere concedat: quum & neminẽ eſſe putem cui nominis iſtius exiſtimatio ęque ac mihi vni chara eſſe poſſit. Hęc & his longè plura matris ad me monita erant: quæ quum amico illi verè magnanimo ac generoſo recitaſſem, tantum abfuit,vt iis ipſe moueretur,vt acrius etiã inſtaret,eadem à me,quæ & antea efflagitans. Hæc cũ inter nos verſaremus,rémq; ille aſſiduis vrgeret precibus,me interim nihil innuente, ecce exortus derepente rumor quidam noſtrum vtriuſq; animum commouit:percrebruerat autem fore vt ad epiſcopes dignitatem vterq; perduceremur. Quo ad me rumore perlato, hinc formidine, hinc hæſitantia perculſus ſum:formidine, ne forte vel inuitus eò ipſe raperer: hæſitantia,dũ identidem animo verſarem,vndénam in illorũ patrum animos obrepſiſſet, vt de nobis tale
B quiddã cogitarent. Nam mihi quidẽ ingenij mei vires circumſpicienti nõ ſuccurrebat quicquam quod honorem illũ mereretur. Generoſo autẽ vir ille animo ad me quum adiſſet,ſemotiſq; arbitris mecũ rem totam cõmunicaſſet, ratus nondũ me quicquã de ea audiiſſe, obſecrabat, vt quẽadmodum antea ſemper apparuiſſet,ita etiã nunc appareret,nos ambos eorũdem factorũ conſiliorúmq; rationem hac in re ſequi velle:paratũ ſeſe vt ſequeretur, ac mihi comes foret, vtracunq; ego via prẽire mallem,ſeu fugiendum, ſeu quod offerebant illi,ſequendũ magis eſſet. Itaq; animaduertens tã propenſam in eo voluntatẽ, tum vero arbitratus me hoc nomine magnũ vniuerſæ eccleſiæ detrimẽtum allaturum,ſi ob meã imbecillitatẽ infirmitatémq;, Chriſtianũ gregem iuuene tanta probitate prædito, eodémq; regendis moderandíſq; aliis
C maximè idoneo,ſpoliarem,non iudicaui detegendũ illi eſſe quid animi ſuper ea re haberẽ,quanquã nunquam antea paſſus, vt illũ cõſiliorum meorum quicquam lateret. Cui quũ indicaſſem me negocij huius conſiliũ in aliud tẽpus reiicere(neq; enim id in præſentia vrgere)factũ eſt,vt ſtatim perſuaderẽ non eſſe vlterius ſuper eo cogitandũ.Prẽſtiti autẽ vt conſideret vnanimẽ me ac concordem ſecũ fore, ſi quando tale aliquid euenirſet. Tẽpore autem haud ita multo elapſo,quũ iam dies aduenirſet,in quo eligẽdi vterq; eſſemus,ac me ipſe occultaſſem,idẽ ille harũ omniũ rerum ignarus quũ eſſet apprehẽſus,ducitur quidẽ à patribus tanquã alio prętextu,ſed tamẽ iugũ nequaquam detrectat:q promiſſa noſtra ſpem illi facerent, nos eò omnino ſequuturos,ſeu potius nos iã prærire,
D ſe ſubſequi.Etenim nõnulli ex eorũ numero qui aderant,quũ viderẽt illũ haud æquanimiter ſe captum ferre,facilè ei verba dedere, acclamãtes,abſurdũ eſſe, illũ qui omniũ iudicio ferocior viſus ſemper fuiſſet(me deſignãtes) multa cũ comitate patrum ſuffragiis parẽre:eum vero qui prudentia ac facilitate ſem per excelluiſſet,ferocire &tanquam glorioſulum apparere,reſilientem,tergiuerſantem,obſiſtentem. His ille verbis parens, poſteaquam intellexit me ſubterfugiſſe,triſtis admodum ad me adiit,ac mihi propior quum aſſediſſet,eloqui quidem neſcio quid velle videbatur:cęterum ab animi anguſtia oppreſſus,quum oratione vim eam qua premeretur aſſequi nequiret, in ipſo oris hiatu fari prohibebatur, animi conſternatione orationem, priuſquam ea dentes tranſiliiſſet,interrumpente.Itaque illum ego intuitus lachrymis permadentem,ac multa animi perculſum cõturbatione,mali cauſam quum intelligerẽ, in riſum præ

nimia

nimia animi voluptate prorupi: apprehẽſũmq; dextra deoſculari conatus ſum:deo acceptũ referens, q aſtus meus felicẽ tandẽ fuiſſet exitum ſortitus, ac nõ aliũ ab eo,quẽ animus hic optauerat. Vt vero me vidit lætã hilarémq; frontem præferre,ac tum primũ à me deceptũ ſeſe animaduertit: hoc magis animo cõ
A pũct⁹ indignatúſq; eſt. Porrò ab eo animi æſtu quietior tandem paulum factus,Tu vero,inquit, vt partes etiã noſtras reſpueris,ac nullã iam noſtri rationẽ habeas(id quod ſi ita eſt,qua tãdẽ cauſa, nõ facile perſpicio)te certè oportuitvel famę exiſtimationiſq; tuę rationẽ habere. Nunc vero mortaliũ omniũ ora adaperuiſti,quorum hæc vna cõſentiens vox eſt: te per inanis glorię cupiditatẽ munus hoc recuſauiſſe:neq; enim quiſquã eſt qui te ab hoc crimine eximat: mihi autẽ ne in forũ quidẽ ventitare licet: tam multi nobis occurſant nullo nõ die facinus iſtud vitio vertẽ-
B tes. Nã quoties illi quacũq; vis vrbis parte me cõſpexere,ſemotis arbitris abductũ(de iis loquor qui amicitia ac neceſſitudine aliqua nobiſcũ cõiuncti ſunt) bonę criminis huius partis reũ faciũt.Illius enim,inquiũt, animus tibi exploratus quum eſſet(quid autẽ rerum ad illũ pertinentiũ latere te poterat?)oportuit te rem minime diſſimulare, ſed nobiſcũ cõmunicare:id quod ſi feciſſes,nũquã profecto nobis defuiſſet ars,qua illũ in retia cõiecciſſemus. Me vero hic fateri pudet,neſciuiſſe id à te conſilij multo iam ante tẽpore initum: ídq; ne amicitiã noſtram fictã illi ac ſimulatã hactenus fuiſſe ducant.Nam ſi ea ſimulata eſt,vt omnino eſt, quod ne tu quidẽ inficiari poſſis, vel ex cõmiſſis aduerſum nos tuis:tamẽ externos homines, eos præſertim qui vel mediocrẽ de nobis opinionẽ cõcepere,pulchrũ eſſe reor,vitia, ſi qua ĩ nobis ſunt,
C celare.Itaq; rẽ,vt ſe habet,verè apud illos edifſerere dum vereor,cogor prorſus,qđ vnũ ſupereſt,caput in terrã ſilentio mihi indicto demittere, amicorúmque occurſum auerſari ac declinare. Etem vt prius illud crimen,cuius nos illi dãnant,effugiã: reſtat tamẽ neceſſario,vt me mẽdacij cõuincãt.Neq; enim perſuaſum illis vnquã eſſe queat,q & Baſiliũ quoq; eorum loco ac numero habueris,quibus arcanorũ conſiliorúmq; tuorũ conſciẽtia interdicta eſſet.Cęterũ poſteaquã id tibi cordi fuiſſe video, de eo nõ admodum laboro.Reliquum vero dedecus quî ferre poſſimus? Certe alij te faſtidij ac cõtumaciæ, alij inanis gloriæ accuſant:qui autẽ rem dãnare ſeuerius rigidiúſq; volunt,ij nos duplicis huius criminis reos agũt: reddẽ-
D tes cõtumeliæ crimẽ,qua cõtumelia à nobis affectos fuiſſe eos dicũt,q nos honore illo dignati ſunt: quos etiã cenſent,nõ ea ſolũ iniuria,quam à nobis accepere,ſed lõge etiam grauiore digniſſimos: propterea q egregiis atq; excellẽtib⁹ viris (quos multos haberẽt) à ſe relictis contemptíſq;,duos quoſdã adoleſcentiæ annos heri aut nudiuſtertiⁿ egreſſos,vitæ huius curis etiamnũ inuolutos,vt perexiguũ tẽpus ſupercilia ipſi ſua faſtuoſi contraherent, pullos habitus induerent, vultúſq; triſtitiã adfingerent,derepentè ad tanti honoris culmẽ perduxerint, quãtũ ne in ſomnis quidẽ aſſequi ſperauiſſent.Atq; ij quidẽ,inquiũt, qui à prima ętate ad extremã víq; ſenectutẽ acribus atq; aſſiduis meditationibus vigiliiſq; ſeſe exercẽt:ecce tibi, ſi diuis placet,inter ſubditos ſunt:imperant autẽ illis ipſorũ filij,atq; adeò hi qui ne leges quidẽ ac præcepta audiere,quibus huiuſmodi magiſtratus regendus moderãdúſq; ſit. Hæc ipſa & his lõgè etiã plura qui

nobis aſſiduè obiiciãt paſſim exoriuntur: quum ego interim defenſionẽ planè non habeã,qua me aduerſus illos tuear. Itaq; partes hic tuas imploro:neq; eũ puto leuiter te ac temere cũ genus hoc fugę quęſiuiſſe:tum vero in tã acrem virorũ tam præſtantium offenſionẽ incurrere voluiſſe:ſed te poti⁹ cõſilio quodam atq; animi cogitatione ad id deſcẽdiſſe:quo fit, vt conijctẽ paratam tibi rationem,qua tu factũ iſtud tuũ recte tueri ac defendere valeas.Effare,obſecro, ſi qua tibi iuſta excuſatio adeſt:quã afferre poſſim⁹ aduerſus eos,à quibus in crimẽ vocaris. Neq; enim ſtulo, vt cauſam hic dicas cur factũ ſit vt me ſic offẽderes,deciperes, proderes, nulla etiã ratione habita fructus eius,quẽ tibi perpetuus amicitiæ noſtræ vſus antea peperiſſet:quum nos animũ noſtrum geſtãtes, vt ſic dicam,tibi tanquã in manum tradiderimus: tu contra tãtum aduerſus nos aſtum adhibueris, quantum maximũ potueris,ac quãtum vtiq; adhibuiſſes, ſi tibi fuiſſet ab aduerſariis tuis cauendũ.Atqui oportuit,ſi quidẽ cõſilium iſtud vtile ac cõmodum noueras,te luerũ eiuſmodi minime deuitare: ſin detrimẽtoſum,& me quoque(quem tute ſemper omnibus in amicitia prętuliſti)à detrimẽto iſto per te ſartũ tectũ eſſe:quum tu tamen operã omnẽ nauaueris,vt in aduerſariorum laqueos incideré, dolo etiã ac ſimulatione aduerſus eũ adhibita, cuius dicta factáq; omnia ſyncera, ſimplicia,ac dolo vbiq; carẽtia nunquã nõ expertus eſſes.Enimuero,quod iã à me dictũ eſt, nihil horum hic tecũ expoſtulo,neq; exprobro ſolitudinẽ,in quã tute nos conieciſti, cõgreſſibus colloquiiſq; iis per te direptis,ex quibus nõ vulgarẽ identidem tum voluptatẽ tum vtilitatem cepimus. Hæc enim omnia miſſa faciẽs facile atq; humaniter fero, nõ quò tu humaniter in nos deliqueris, ſed quia hãc mihi ipſe legẽ pręſcripſerĩ,ex quo amicitia mihi tua coli cœpta eſt,vt ſi quid poſtea in me delíqueres,nũquã te ego ad cauſæ dicẽdæ neceſſitatẽ adigerẽ. Nã q ſim ego non mediocri abs te damno affectus,tute etiã noſti: ſi modo memor eſſe velis ſermonũ eorũ, quos tũ alij,tũ nos de nobis ipſis perpetuò vſurpauimus:qui ſermones haud aliud ſonabãt, q̃ ex animorũ noſtrorũ conſpiratione magnũ nobis fructũ olim ſperandũ.Proinde muniẽdos firmãdóſq; nos cenſebas mutua inter nos charitate atque amicitia:quin & cæterorũ omniũ ſermo in hoc cõſentiebat,vt cõcordiã amicitiamq; noſtrã etiã aliis permultis imprimis vtilem ac neceſſariã fore dicerẽt.Ego vero, quod ad me quidẽ ſpectaret,nũquã mihi perſuaſi ad alios vtilitatẽ iſtã manaturã:certe id lucri nõ exigui nobis inde neceſſariũ dicebã,q magno cũ negocio capiendi expugnãdiq; eſſemus ab iis,qui nos oppugnaſſent:ac te quidẽ antea ſemper hiſce à me verbis cõmonefactũ memini.Tẽporis difficultas magna, inſidiatores permulti,vera ac germana charitas extincta:in cuius locũ inuidiæ labes inuaſit:per laqueos medios ingredimur,inambulamus per murorum pinnas minaſq;: neque deſunt qui ſiquid calamitatis forte acciderit, malis noſtris inſultaturi ſint(multi autẽ multis ex locis imminẽtes circumſtant) qui vero mali doloríſq; participes futuri ſint, nulli prorſus, aut ſi qui hi eſſe poſſunt,pauci admodũ ſunt. Vide ne forte diſiuncti diſſociatiq; riſum aliis luculentum præbeamus:néve quod riſu deterius futurũ fuerit,magnum nobis malum atq; incõmodũ accerſamus. Frater à fratre pro- *Prou.19.*
tectus adiutúſq;, quid aliud eſt q̃ fortis quædã vrbs?

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm regnũ quoddam tãquam vectibus repagulíſq; vndiq; conſtabilitũ? Ne obſecro, ne iſtã diſſoluas neceſſitudiné, neu amicitiæ noſtræ vectem cardinémq; reuellas. Hæc ipſa vnà cũ aliis pluribus nũquam non inculcabã, nihil omnino tale accidere poſſe qđ accidit ſuſpicatus: quin potius arbitratus te ſano admodum erga nos animo eſſe, amoris abundantia quadã medelam afferebã, minime animaduertẽs ægrotanti medicinã me adhibere. Ac ne ſic quidẽ miſer opem tuli, neque mihi lucri quicquam acceſſit ex tanta illa cautione ac prouidẽtia. Quandoquidẽ omnia illa ſimul excutiẽs, ac ne in animi quidẽ cogitationem influere permittens, me continuo tanquã nauem nullis fulcimentis vallatam in immenſum pelagus pręcipitem egiſti: nihil expendens fluctuum illorũ, quos ſuſtinere cogimur, ſæuitiam atque aſperitatem. Nam ſi quando nos vel calumniã, vel cachinnum, vel aliã id genus iniuriã moleſtiámve pati oportuerit (perſæpe autẽ multa ciuſcemodi neceſſario erumpũt) ad quẽ, obſecro, cõfugiendũ nobis erit? quícum quæſo, animi noſtri dolores atq; anguſtias cõmunicabim⁹? quis neceſſitate aliqua preſſis auxilio eſſe volet? quis moleſtię autores retũdet? quis animi hui⁹ mœſtitiã ſedaturus eſt? quis nobis ſolatiũ ac iucunditatẽ allaturus? quis animũ noſtrũ pręparaturus ad aliorum ineptias fortiter perferẽdas? Certe neminẽ futurũ puto, poſt eaquã te ipſe à graui iſto ac periculoſo bello eò ſubtraxiſti, vnde ne clamorẽ quidẽ exaudire poſſis. Ecquid igitur animaduertis q̃ atrox, quámq; nefarium ſcelus feceris? Ecquid, poſt inflictã ſaltẽ à te plagam, ſentis q̃ pernicioſum ac letale nobis vuln⁹ intuleris? Cęterũ de his ſatis ſupérq;: neq; enim quę facta ſunt, fieri ea infecta poſſint: neq; rei quæ deplorata ſit, remedium afferre vllum queas. Tãtum edoce, quã nos tandem orationẽ apud alios vſurpare, quó ve defenſionis genere illorum criminationes retũdere poſſimus. CHRYS.

Bono, inquã, animo eſto: neque enim harum modo rerum nomine paratus ſum ad rationũ reddẽdarum calculos deſcendere: ſed à quarum etiã culpa immunẽ me eſſe voluiſti, earum tibi hic rationẽ defenſionẽq; expedire pro virib⁹ enitar. Quibus ab ipſis, ſi placet, apologiæ noſtrę exordiũ ſumã: quippe abſurdo planè, neq; ſatis candido ac liberali animo fuerim ſi ſolicitus quãnam alij de me opinionem habeant, ſtudiũq; omne adhibens, vt criminandi accuſandiq; mei finem tandẽ illi faciant: hominem mihi amiciſſimũ, quíq; ſic me ipſe vereãr, colat, obſeruet, vt ne de iis quidẽ, quas à nobis accepiſſe ſe dicit, ĩiuriis, mecũ expoſtulare velit: deniq; talem, vt ſuam ipſius cauſam dignitatẽq; poſtponẽs, ac pro nihilo ducens, noſtrę in primis curã habeat: nõ poſſim hic flectere, illíq; perſuadere, nulla à me iniuria læſum fuiſſe: quin potius cõmittam, vt maiorem noſtram erga illum ſomnolentiam ac negligẽtiam, q̃ illius erga me ſtudiũ ac ſedulitatẽ extitiſſe appareat. Itaq; quid tãdem illud eſt in quo te ipſi læſimus? ſiquidẽ hinc conſtituimus apologię pelagus ingredi. Læſíne, q̃ circũuenerim atq; impoſuerim? q̃ animi mei ſententiã occultandã tibi duxerim? quod tamen factũ à nobis eſt partim tuo quẽ circumuenimus commodo, partim eorum vtilitate quibus te impoſtura noſtra prodidimus. Nam ſi in vniuerſum fraudis genus omne, malũ vituperandúmq; eſt, neq; eam cuiquã licet in hominum vſum vtilitatémq; vnquã vertere: equidẽ paratus ſum pœnas dare quaſcunque præſcripſeris: ſeu vt verius dicã, quandoquidẽ tu, ni fallor, nunquã à nobis ſuſtineas pœnas exigere, vltrò ipſi nobiſmet eam pœnã irrogabimus, qua iudices mulctare eos ſolent, qui iniuriæ illãtæ rei ſunt, quoties ab actoribus ſuis rei peracti fuerint: ſin vero fraus ipſa non ſemper incõmoda, ſed pro eorũ qui eam adhibent animo atq; conſilio bonæ málæve rei nomẽ ſortitur, miſſam faciens criminationẽ iſtam, qua te à me circumuentum quereris, edoce, niſi graue eſt, in malũ dãnúmq; tuũ fraudẽ huiuſmodi fuiſſe à nobis excogitatã: quãdoquidẽ donec animus malus abfuerit, conſentaneum eſt, vt qui ſeſe iuſtos æquóſq; in cauſa eiuſmodi oſtẽdere velint, deceptorẽ hunc, quẽ dico, non modo nõ accuſent culpéntve, ſed etiã laudent atq; approbẽt. Tam lucroſa enim támq; fructuoſa eſſe ſolet opportuna ac recto animi iudicio facta fraus, vt permulti etiã pœnas ſæpenumero luerint hoc ipſo q̃ rẽ fraudẽ nõ egiſſent. Ac ſi exquirere velimus, quíná copiarum Imperatores iam inde ab orbe cõdito claruere: illorũ trophæa bona ex parte cõperiemus impoſturę ac fraudis facinora fuiſſe, eoſdẽq; fatebimur maiore quidẽ laude dignos, q̃ qui aperto Marte victoriã de hoſtibus reportant. Hi enim magno cũ ſumptu tum pecuniarũ tum corporũ ſic bella cõficiunt, vt ab ipſa etiã victoria nihil illis amplius accedat: quin potius victores quũ ſint, nihilo tamẽ ſecius pari cum iis qui victi ſunt, calamitate premuntur, tum copiis abſumptis, tum ærario exhauſto. Adhęc qui victi ſunt, ne ipſos quidem victores patiuntur ſolida victorię gloria perfrui: cuius bona pars ad eos redit qui cecidere: vtpote qui animis victores, corporibus ſolũ inferiores fuerint: quibus item ſi per ſua vota in bello nõ cadere licuiſſet, neq; illis mortis interuẽtus dimicationis finẽ attuliſſet, nimirũ alacritatis magnanimitatíſque ſuæ oſtendendæ modũ feciſſent nullũ. At qui fraude aliqua victoriã ſibi parat, is præterquam q̃ calamitatem atq; perniciem hoſtibus affert, id etiã præſtat, vt cæteris illi de ſe riſum præbeant. Neque vero vt illic fortitudinis, ſic & hic prudentiæ laudem gloriamq; ex æquo vtrinq; reportant: verũ integra victoriæ totius laus ad victores ſolos pertinet. Et quod iis, quæ dixi, inferius nequaquã eſſe reor: qui aſtu vincunt, ciuitati ſuæ ſeruant ſyncerã illibatã atq; integrã ex victoria partą voluptatẽ: neq; enim cõmune quicquã habet animi prudentia cum pecuniarũ corporúmq; multitudine atq; copia: quib⁹ quidẽ vſuuenit, vt quo magis in bello vtare, eò magis inſumantur, magíſque ſuos deficiãt poſſeſſores: quũ contrà natura ſic comparatũ ſit, vt animi prudẽtia, quo magis exerceas, eo magis adoleſcat. Neq; vero fortis tantũ ad militiam, ſed etiã domi ad pacem nõ publicis modò ciuitatis, ſed & priuatis vniuſcuiuſq; negociis pertractãdis, & marito aduerſus vxorẽ, & vxori aduerſus maritũ, & patri in filiũ, & amico in amicũ, addam etiã & liberis in patrẽ, æſtus huius vſum cõmunem neceſſariumq; cõperies. Neq; enim filia Saül maritum ſuum alia ratione de Saül manibus eximere, q̃ circũuento ac decepto patre potuiſſet. Cuius item frater eundem illũ ab ea ſemel ſeruatũ de vita periclitantem ſeruare dũ vellet, iiſdem telis quibus & vxor ſeſe armauit. Atque hic Baſilius: Sed nihil horum, inquit ad me: neque enim hoſtis ego atque aduerſarius, neque ex eorum numero, qui nocere iniuriámque afferre parant: quin ipſe contrà, animi tui ſententiæ omnia mea quũ commiſiſſem, de ea via nũquam deflexi, qua me ipſe ſubſequi

CHRYS.

BASIL.

CHRYS. ſubſequi iuſſiſſet. Ego vero ô admirãde idẽq; optime Baſili, non ob aliud, inquam, q̃ ob hoc ipſum anteuertens nuper docui, nõ in bello tantũ contra hoſtes, ſed etiam in pace aduerſus amiciſſimos quoſq;, æſtus huius vſum cõuenire. Nam q̃ id conducat non circumuenientibus ſolũ, ſed etiam circumuentis: ad vnum aliquem ex medicis profectus, ſciſcitare, quem nam illi in modũ laborantes, morbo liberare ſoleãt: certe ex iis audies merã nudámq; artem ipſis non ſatis eſſe: ſed & aliquoties ipſos impoſtura vti, cui⁹ auxilio cum arte medica coniuncto ægrotantẽ ſanitati priſtinæ reſtituãt. Etenim dum hinc ægrotantium moroſitas, hinc morbi difficultas, medicorũ auerſatur conſiliũ: tum cogũtur illi, fraudis atq; impoſturæ perſonã induere, vt quod in ſcena fieri ſolet, in qua fictis omnibus & adumbratis loci plurimum eſt, rerũ factorúmq; veritatẽ occultare poſſint. Atq; hic ſi placet dolũ vnũ explicabo ex multis, quẽ olim à medicis fuiſſe ſtructũ audiui. Inciderat quidam in acrem vehementémq; febrim. Idẽ æſtu febris indies gliſcẽte augeſcẽtéq; remedia ea omnia auerſabat, quæ ad ardorem illũ reſtinguendum facerẽt: cęterum quum deſiderio ferretur, multúſq; eſſet in vrgẽdis hortandiſq; omnib⁹ iis qui ad ipſum ĩtroiſſent, id perpetuo agens, vt multo vino eóq; meraco, ſibi porrecto exitioſam illã appetẽtiã extingueret: futurũ quippe erat vt ſi quis olli obſecundans, hac in parte glorificatus fuiſſet, febris ardorem non ſolũ magis inflammaret, ſed miſerum etiã illum prorſus ad inſaniã furorémq; adigeret: hic demũ quum ars ipſa effœta iam atq; exhauſta nullũ ſalutis remediũ inueniret, in eius locum ſeſe frans inſinuans, tantã exhibuit viriũ ſuarum efficaciam, quantã mox ex me auditurus es. Etenim medic⁹ acceptũ vas teſtaceũ (id recẽs à fornace exierat) vino permulto immerſit: quod quũ vacuum, ſed apprime tinctũ extraxiſſet, aqua implet: tũ iubet ægrotantis cubiculũ tapetibus velíſq; vndiq; adumbrari, ne fraus ipſa lumine detegatur: hic teſtã ægroto propinat, quaſi mero plenã: quã ille manibus quum necdũ apprehendiſſet, vini odore eius nares ſtatim perſuadẽte, nõ ſuſtinuit curioſe indagare, quid ſibi à medico porrigerẽt: verũ eo odore perſuaſus, & tenebris deceptus, tũ etiã appetitæ rei deſiderio victus, quod propinabatur, propenſiſſime hauſit, ac ſatiatus febris æſtũ ſtatim excuſſit, periculo eo, qđ graue imminebat, liberat⁹. Quòd ſi quis fraudis eius de qua loquor cõmoda vtilitatéſq; vnà cum medicorũ dolis omnibus recenſere volet, huius certe oratio nullũ prorſus finẽ habitura ſit. Cõperies autem nõ ab iis ſolum qui corporum medẽdorum, ſed etiã ab iis qui animi curam ſuſcipiũt, pharmaci huius vſum aſſiduũ vſurpari ſolitum. Sic beatus ille Paulus multas illas Iudęorũ myriadas ad ſe allectauit. Per huius itẽ conſilij rationem, idẽ ille qui Galatis cõminatur fore vt Chriſtus circunciſos nihil adiuuet, Timotheum tamẽ circuncidit. Propterea itẽ legi aliquoties ſeſe ſubmittit: qui idem cenſet poſt fidẽ deo datam, exitioſam eſſe legis ſanctificationẽ. Fraudis quidẽ magna vis, modo ne fraudulento ea animo fiat: quã ipſam tum ne fraudẽ quidẽ nominandã putauerim, verũ œconomiã quãdam potius ac ſapientiã artémq; qua poſſis è mediis iiſq; imperuiis deſperatarũ rerũ anguſtiis difficultatibúſq;, correctis emẽdatíſque animi vitiis euadere. Neq; enim Phinees illum homicidã ego vnquã appellauerim, quãquã is plaga vna corpora duo ſuſtu-

lit. Quemadmodũ neq; Heliã vel poſt milites cẽtum vnà cum ducibus ſuis interfectos, atq; adeò poſt magnum illũ ſanguinis torrentẽ, quẽ eorũ nece qui dæmonibus conſecrati eſſent, fecit excurrere. Nã ſi hoc dederimus, & res ipſas per ſe ſingulas, nudas ab autorum ſuorũ cõſilio propoſitóq; ſeparatas expendere quis voluerit: nemini ſanè nõ licebit vel Abrahã ipſum parricidij accerſere. Itẽ & illius tum nepotẽ tum abnepotẽ doli ac maleficij reos agere: ſic emm ille ius ſibi primogenitũ vſurpauit: hic autẽ Aegyptiorum opes in Iſraëlitarũ caſtra tranſtulit. Sed nõ eſt ita, nõ eſt ita. Faceſſat hinc tanta iſta impudentia: neq; enim ſolũ eos quos modo nominaui, culpa liberamus: ſed etiã eoſdẽ vel hoc nomine admiramur: quandoquidem & ipſi hoc demũ nomine gratiã à deo magnam inierunt. Proinde veri illuſoris deceptoríſq; nomine dignus fuerit, quiſquis re ipſa iniquo ac nocendi animo abutitur, alioqui ſæpenumero profuit decepiſſe: & hac potiſſimum arte in maximis rebus alteri opem ſubſidiúmq; tuliſſe. Cęterũ qui recto ſemper calle ingreditur, de eo nũquam deflectens: ſæpe fit vt ei etiã cui non aſtum aliquem ſtruxerit, malorum incõmodorúmque quamplurimorum autor ſit.

LIBER SECVNDVS.

PRoinde quòd fraudis vim atque vſum bonã etiam in partẽ adhibere poſſis, ſeu (vt verius dicam) q̃ ne fraudis quidẽ, ſed admirandæ cuiuſdã diſpenſationis nomine tũ fraus ea deſignãda ſit, pluribus quidẽ hic à me exemplis doceri poterat: quũ vero quæ à nobis adducta ſunt, ea idoneã rei cõprobandæ fidẽ facere poſſint, graue moleſtúmq; arbitror in prolixitatẽ quæ ſuperuacanea ſit, orationẽ noſtrã producere. Reliquum eſt, vt tute expẽdas nũ ex vſu ac commodo tuo fraus ea à nobis adhibita ſit.

Tum Baſilius: Et quodnã, inquit, cõmodũ ad nos ex hac rediit ſeu œconomia, ſeu ſapiẽtia, ſeu quocũque eã nomine appellare mauis: vt teſtatũ nobis eſſe queat ac perſuaſum, fucũ mihi à te nequaquã eſſe factum? Quodnam vero, inquã, hoc vno maius commodum exiſtat, q̃ ſi ea nos facta præſtare conſtiterit, quæ quidẽ dilectionis charitatíſq; in Chriſtũ exempla eſſe Chriſtus eſſe nos docuit? Hic enim cum apoſtolorũ principe verba faciẽs: Petre amas me, inquit, atq; illo id cõfitente, adiungit: Si amas me, paſce oues meas. Interrogat diſcipulũ magiſter, nũ ab eo ametur: non quò id ipſe edoceatur: (quí enim id edoceri ſtudeat is, cui vni mortalium omnium corda peruia ſunt?) verũ vt nos doceat, quantæ ſibi curæ ſit gregis huius præfectura. Id quod vbi conſtiterit, & illud itẽ pariter cõſtabit, copioſam atq; adeò immẽſam mercedem illũ expectare, qui conſiliũ, curã, cogitationẽ, atq; operã in iis ſuã ponat, quæ quidẽ magno apud ſe in precio atq; æſtimatione Chriſtus eſſe voluit. Nã ſi quoties videmus ſeruorũ pecuariorúmve noſtrorũ curam à quibuſdã ſuſcipi, ex eo ſtudio aduerſus illa impẽſo colligimus, ab iis nos amari (etiamſi illa ipſa eiuſmodi eſſe ſoleant, vt pecunia veneant) qui neque pecunia, neque alia re vlla, ſed morte propria armẽtum hoc redemerit, ſuúmq; proprium ſanguinẽ gregis precium obtulerit: quanto, quæſo, præmio gregis huius paſtores ac rectores remuneraturum olim credimus? Propterea enim quũ reſpondiſſet diſcipulus: Tu ſcis domine, quòd amẽ te, teſtémque citaſſet amoris huius ipſummet qui amaretur, haud ſe hic cõtinuit ſeruator Ieſus, ſed & amoris quoque indicium

CHRYS.

BASIL.

CHRYS.

Ioan. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adiunxit. Neq; enim tum volebat testatũ esse, quantũ à Petro amaretur: siquidẽ id multis nobis argumẽtis constabat: verũ hoc ille tum agebat, vt & Petrũ & cęteros nos edoceret, quanta benevolenta ac charitate erga suã ipse ecclesiã afficeretur: vt hac ratione & nos quoq; eiusdẽ ecclesiæ studium curámq; toto animo susciperemus. Nã qua de causa filio suo eiq; vnigenito deus optimus maximus vsq; adeò non parcẽdum putauit, vt etiam quem vnicum haberet, hunc dederet? Certe vt qui in ipsius offensionẽ incurrissent, eos sibi reconciliaret, tum vero peculiarẽ selectúmq; sibi populũ redderet. Quánã item de causa idem ille sanguinẽ effudit suum? certe vt pecudes eas acquireret, quarum curã tum Petro, tum Petri successoribus cõmittebat. Iure igitur ac merito sic loquebatur Christus. Quisnã fidelis seruus & prudens, quem dominus
Matt. 24. super familiã suã constituit? Rursus verba quidẽ ista, hæsitantis esse videntur: quũ tamẽ ab eo prolata sint, qui minime hæsitaret. Nã quẽadmodum Petrũ dum interrogaret, nũ ab eo amaretur: interrogabat profecto, non ex eo q̃ vellet amorẽ huiusmodi ex discipuli verbis intelligere, sed q̃ declarare cuperet quænam censeri deberet nostrę erga se charitatis dilectionisq; magnitudo: ita & hic dum ait: Quisnam fidelis seruus & prudens? non hoc ait, q̃ ei ignotus sit fidelis ac prudens seruus: sed q̃ exprimere velit, tum hoc opus q̃ rarũ sit: tum quæ sit functionis huius amplitudo. Cõtemplare itaq; & præmium, quantũ: super omnia, inquit, bona sua cõstituet eum. Etiám ne nunc nobiscũ cõtẽdes, fraudem istã tibi nõ bene ac feliciter cessisse, qui per eam vniuersis dei optimi maximi bonis sis præficiendus? quũ præsertim ea agas, quæ quum Petrus ageret, illũ Christus autoritate præditum esse vo
Ioan. 21. luit, ac reliquos itẽ apostolos longè præcellere. Petre enim, ait, amas me plus q̃ hi omnes? Atqui illi quidẽ licebat verbis huiusmodi Petrum affari: Si me amas Petre, iciúnia exerce, super nudã humũ dormi, vigila continenter, iniuria pressis patrocinare, orphanis patrem te exhibe. viduæ item te maritorum loco habeant. Nunc vero prætermissis omnibus his, quidnã ille ait? Pasce oues meas. Nam quæ modo à me dicta sunt, ea cõplures etiã ex subditis præstare facile possint, nõ viri solum, sed etiã fœminæ. At quum de ecclesiæ præfectura, de credenda huic vel illi tam multarum animarũ cura agitur: vniuersa quidem muliebris natura functionis istius moli ac magnitudini cedat oportet, itémq; & bona virorũ pars. Prodeãt autem in mediũ qui lõge omnibus præstant: quíq; animi virtute tantũ reliquos excellunt, quãtum corporis magnitudine Saũl Hebræorum gentẽ vniuersam excelluit: seu potius multo etiã magis. Neq; enim hic nobis humerorũ excellentię ac proceritatis mensura quærẽda: sed quãta inter sese differẽtia homines rationis vsum habentes, & bruta ratione carentia dissident: tantũ sanè discrimẽ inter eũ qui pascit, atq; eos qui pascuntur esse velim: vt ne maius etiã exigam: siquidẽ in multo etiã maioribus rebus periculũ ipsum versatur. Etem qui oues perdiderit, vel lupis rapientibus, vel latronibus adorientibus, vel lue aliqua, aut alio id genus casu sæuiẽte: fortassis veniã nõnullam à domino gregis impetret: sin & pœnas ille exiget, dãnũ non nisi pecunia cõstat. At vero cui homines ipsi, rationalis Christi grex, concrediti sunt: hunc primũ ouibus deperditis nõ pecuniarũ, sed animæ propriæ iacturam facere oportet: tum vero & certamẽ longè maius ac multo molesti' sustinere. Neq; enim illi aduersus lupos pugna est, neq; à furibus timet, neq; solicitus anxiúsq; est de peste à grege abigẽda. Contra quos ergo illi bellum? quibus cũ lucta? Audi obsecro beatum Paulũ loquentẽ: Non est vobis lucta aduer- Ephe. 6.
sus sanguinẽ & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarũ seculi huius, aduersus spirituales malitias in cœlestibus. Vidésne terribiles aduersariorum copias? vides phalanges asperas, non ferro quidem circũseptas, sed quibus pro vniuersa armatura ingeniũ ipsis suũ abundè satis est? Vis & aliũ exercitũ spectare immanem ac crudelẽ gregi isti insidiantem? Hunc ipsum tibi de eadẽ specula spectare licebit. Nam qui de illis, quos ante dixi, aduersariis verba fecit: hic idẽ
Galat. 5. & hos nobis hostes indicat, ita loquens: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: Adulteriũ, scortatio, immunditia, lasciuia, simulachrorũ cultus, veneficiũ, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, obloquutiones, susurri, animi tumores, & alia his longe plura: neq; enim omnia annumerauit, sed ex his nobis cętera reliquit intelligẽda. Porrò quod ad brutorum pastorẽ pertinet, qui gregẽ perdere quærũt, vbi viderint illius præfectum fugæ se mandare, missa aduersus illum pugna, contenti sunt ipsarũ pecudũ raptu. Hi vero vt vniuersum gregem ceperint, ne sic quidem à pastore manus abstinent: sed eò magis instant, eò magis ferociunt: neq; certe dimicãdi finem prius faciunt, quàm vel illũ supplantarint, vel victas ipsi mamus præbuerint. Adde his, q̃ pecuarij morbi aperti sunt ac manifesti, si vel fames sit, vel pestis, si vulnus, si aliud quoduis dolorem ęgritudinémve pariens: quæ res non modico adiumẽto esse solet morbis à pecudibus abigendis. Est item & aliud hoc ipso maius, quod quidem præsentaneum affert ęgritudini illi remedium. Quidnam porrò hoc est? Magna cum autoritate pastores pecudes suam porrectã medicinam capere cogunt: nam & eas vincire procliue, quoties vrere, quoties incidere opus: itémque & diutius asseruare facile, quandocunque id conducit: & aliud item pro alio pabulum præbere, & arcere à fluentis: præterea cætera omnia quæcunque pastores probauerint pecudum saluti conferre, nullo ipsi negocio, nullo labore adhibere solent. Horum vero morbi principio haud facilè sese homini prodũt. Nã quæ intra hominem latent, præter hominis spiritum, qui in ipso est, nemo certè alius intelligit. Quî igitur pharmacum adhibere quis possit morbo ei, cuius genus nequaquam intelligat? quum etiam persæpe vsueniat, vt ne intelligere quidem possit, morbus subsit necne: qui vbi sese prodidit, tibi tum maius negocium facessit. Neque enim homini licet tanta cum autoritate homines curare, cum quanta oues pastor curat. Hic enim liberum est & vincire, & à pabulo arcere, & vrere, & secare: quum illic medicinæ ac curationis susciendæ facultas posita minime sit in illo qui medicinam adhibet, sed in eo tãtum qui laborat. Hoc enim admirandus ille vir quum intelligeret, sic Corinthios alloquitur: Non quòd dominemur 2. Cor. 1.
vobis nomine fidei, sed adiutores sum' gaudij vestri. Christianis enim minime omnium licet peccantium lapsus vi corrigere. Exteri quidem iudicis quum facinorosos homines leges transgressos fuisse deprehenderint, magna se præditos autoritate ac potestate ostendũt, eosdémq; vel inuitos, suos ipsorum mores

Correctio

mutare cogunt. Hic vero nõ vim afferre, sed suadere tãtum oportet, atque hac ratione meliorem efficere, quem emendãdum susceperis. Neque enim nobis facultas tanta à legibus data ad delinquẽtes coërcendos: ac ne si dedissent quidẽ, haberemus vbi vim huiusmodi potẽtiámq; exercere possemus: quum Christus eos ęterna corona donet: non qui coacti, sed qui certo animi proposito à peccato abstinent. Quãobrem multa quidẽ arte opus est, vt qui laborant Christiani, vltrò sibi ipsi persuadeãt sacerdotum curationibus sese submittere oportere: neq; id solum, sed vt etiam curationis ac medicinę nomine gratiã illis habeant. Nã siue qui vinctus illigatúsq; est, contumaciter restiterit (id autem per se ipse potest) malum certè exasperat, grauiúsque reddit: siue admonentis verba ferri modo secantia neglectim transmiserit, nimirum aliud sibi vulnus contẽptu infert: vsque adeò vt curationis illi' prętextus, grauioris morbi color fiat: neq; emẽ est qui hic vim afferat, nec qui curare inuitũ possit. Quid igitur facias? Etenim si blandius eũ tractes, cuius affectũ corpus sectione, eáq; magna indiget: ac nisi altam inflixeris plagã ei, qui ea opus habet: nimirum fiet vt vulnus ipsum partim sit resectum, partim relictum. Rursum si nulla ex parte parcere volẽs debitam adhibueris sectionem: fiet sępe vt animum ille doloris impatientia despondens, atq; adeo omnia simul detrectans, tum pharmacum, tum vinculũ, se ipse præcipitẽ ferat, contrito iugo, ac cõfracto laqueo. Equidẽ complures recensere possim, quos constat in extrema mala adactos, non ob aliud nisi q̃ digna ab eis pœna, & quę peccatis perpetratis par esset, exigeretur. Neq; enim temere ad delictorũ modum oportet & mulctam ipsam adhibere: sed tãquam cõiecturis quibusdam explorãdus est delinquẽtium animus: ne quà fiat vt dũ consuere vis quod interruptum est, scissuram deteriorẽ facias: ac dum eum qui lapsus est erigere atq; emendare studes, casus ipse maior per te reddatur. Nam qui infirmi sunt ac remissi, & magna ex parte mundi huius deliciis illecebrísq; illaqueati, quíq; iidem à generis claritate, à potẽtia atq; opibus habere se putant vnde animos magnopere tollant: ij si sensim ac paulatim peccatorũ correctionem adhibeas, possint vtiq;, si non penitus, attamen parte aliqua eximere se ac liberare malis peccatísq; quib' occupantur: quos si iusta statim animaduersione emendes, fiet vt minori etiã illa correctione quã sustinere poterant, priues. Humanus enim animus posteaquã verecũdię fines semel trãsire coactus est, in indolentiam dilabitur, tum autem neq; blandis verbis paret, neque minis flectitur: neq; beneficiis mouetur, malitiam etiam superãs ciuitatis illius in quam propheta Hier. 3.
cõuiciis huiusmodi insurgebat: Fact' est tibi meretricis aspectus, depuduit te aduersus omnes. Quocirca multa quidẽ opus est pastori prudẽtia, sexcẽtis etiã, vt sic dicã, oculis: vt rectè vndique humani animi habitum circũspicere possit. Nã sicut aliquoties vsuenit, vt animum pleriq; desponderãt, atq; in suæ salutis proruant desperationẽ, non ob aliud nisi q̃ ab amaris acerbisq; medicamentis abhorreant: ita nõnullos reperias, qui hoc ipso q̃ pœnas peccatis suis pares nõ luerint, in negligentiam ac contemptum dilabantur, ac longe deteriores facti, maiorem peccãdi licentiã sibi vendicent. Itaq; nihil horum relinquendum est, quod probe non excutiat atq; examinet episcopus: quin omnia accurate ac studiosè perscrutatum tum demum illũ oportet sua ipsius remedia cõgruè, aptè, accommodatè afferre: idq; ne operã forte ludat. Cęterum non iis solum quæ dixi, verumetiã in abscissis ecclesiæ membris cõmittendis coniungendisq; multis illũ negociis distringi videas. Etenim ouium pastor gregem habet è vestigio subsequentẽ, quacunq; prærierit: q̃ si quæ de recta via oues deflectant, ac feraci pabulo posthabito, sterilia atq; abrupta loca depascant: satis habet pastor altius aliquãtum inclamare, vt palantes ac dispersas reducat, atq; in gregẽ cogat. Sin vero à recto Christianę fidei tramite aberrauerit quis: hic pastori magnũ certe opus incũbit, magnum negociũ, magna tolerantia. Neq; enim vis illi inferenda, neque terrore ille cogendus: verũ suadendus tantum, vt de integro ad veritatem redeat, vnde initio dilapsus est. Itaq; magnum ac generosum animum ad eã rem episcopũ afferre oportet: vt ne animo deficiat ac dilassetur, vt ne errãtiũ salutẽ despondeat ac desperet: deniq; vt nunquam nõ illud secum cogitet ac dicat: Si quãdo det illis de' veritatis agnitionẽ, ac resipiscãt è diaboli laqueo. Propterea domi
Matt. 24. nus quũ discipulos alloqueretur, ait: Quisnam fidelis seruus ac prudens? Etenim qui suũ vnius animum excolit, sibi duntaxat vtilis est: at pastoralis functionis lucrum ad vniuersum populũ manat. & qui pecuniã indigẽtib' erogat, aut qui alioqui iniuria pressos subleuat, is & proximos quidẽ iuuat: sed tamen id tanto minus præstat q̃ episcopus, quanto dissident inter se interuallo corpus atq; anima. Nõ ab re igitur dominus pastoris studiũ aduersus gregem impẽsum, amoris ac charitatis erga se symbolum esse dixit. Tu ve- B. Asil.
ro, inquit, Christum non amas? Et amo, inquam, & CHRIS.
amare certe nunquã desistam: cæterũ vereor ne quẽ amo, eũ irritẽ. Hoc vero, inquit, ænigmate quodnã B. Asil.
aliud obscurius esse queat: si Christus illum à quo ametur, oues suas pascere iussit: tu autem hoc nomine nolle pascere affirmes, q̃ eundem illum qui hoc iusserit, ames? Non est, inquam ego, sermo hic ænigma: CHRIS.
quinimo valde apertus & simplex. Nam si par atque idoneus administrando muneri isti, iuxta id quod Christo placitũ est, nihilo secus tamen munus ipsum detrectassem, hæsitare quidẽ ad verba mea conueniret: postea vero quàm me ad functionis istius prestationem, animi huius imbecillitas minus idoneũ reddidit: quis huic quęstioni dubitationive locus? Etem vereor ne si prouinciam sumpsero regẽdi Christi armentum iam valens ac vegetũ, deinde illud idem socordia negligẽtiáq; mea deprauauero: eũ contra me irritẽ, qui sic armẽtum id dilexit, vt seipsum ob illius salutem ac preciũ dediderit. Ioco hæc, inquit ille, B. Asil.
loqueris? nam si extra iocum, equidẽ non video quibúsnam aliis melius argumentis à te demõstrari potuerit, iusto nos dolore vexari, quàm istis tuis verbis: quibus tamẽ ab animo meo mœstitiam hanc depellere studiosè adlaborasti. Antea enim quũ nouissem me à te deceptum ac proditum, nunc autem id lõge etiã apertius, dum te obiecta tibi crimina diluere aggressus es: equidẽ bellissimè hinc capio atq; intelligo, quò me tãdem malorum adegeris. Nam si te hoc demũ nomine à functione huiusmodi summouisti, q̃ intelligeres animi istius facultates nequaquã pares rei ipsius moli sustinendæ, me sanè prius exemptum esse oportuit, etiã si id muneris summo studio ambiuissem, ne dicam hic rei totius cõsilium curámq; tibi à me fuisse cõmissam. Nunc vero tu tuis vnius parti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus prospiciens, nostras planè neglexisti. Atq; vtinã neglexisses tãtum: mecum enim vel hac ratione præclarè actum existimassem. At vero & tu quoq; autor cõsultórq; eius artis fuisti, qua facile in hostium nos captãtium manus incideremus. Neq; enim possis ad id effugij te conferre, q̃ tibi videlicet vulgi opinio fucum fecerit, atq; hinc adductus sis, vt magna quædã atq; admirãda de nobis cõciperes: vtpote qui is certe non essem, qui inter admirandos, insignes atq; excellentes viros numerari deberem. Neq; tamen vt se ita res haberet, vulgi opinionem veritati prępositam esse oportuit. Nã si tibi nũquam antea per nos licuisset vt consuetudinis nostrę periculũ faceres: haberes certè vnde honestũ sumeres prætextum, in hoc q̃ in suffragio isto ferendo vulgarẽ famã fueris sequutus: sin nemo omniũ est, qui res nostras omnes notiores habeat, q̃ ipse habeas, eousque vt animus hic vni tibi magis spectatus perspectúsq; sit, q̃ iis qui me vel genuere vel educauere: quę tandẽ oratio sic probabilis vsurpari à te possit, vt persuadere auditoribus queas, me abs te vltrò in periculũ hoc nequaquã fuisse coniectũ? Verũ prætermittantur & hæc in præsentia: neque enim cogimus vt tu horum nomine causam dicas: tantum effare quánam defensione apud eos vtamur, qui nos insimulãt. Ego vero, inquã, non antea ab illa me conuertã, quàm ea diluero quæ ad te spectant, etiãsi nos sexcẽties velis criminibus huiusmodi vacare. Ignorantiã enim dixisti veniam nobis impetrare posse, nósque nulli prorsus criminationi obnoxios fore, si in rerum tuarũ omnium ignoratione versantes, te in præsentẽ rerum statum deduxerimus. Cæterum quoniam te non ignoratione prodidimus, sed quũ maxime res omnes tuę cognitę nobis essent, propterea vis excusationẽ omnem, quæ ratione niti ipsa posset, defensionémq; quamlibet iustã sublatam pręreptãq; nobis esse. At nobis sane cõtraria sententia. Huiusmodi eũ res magno admodũ, iudicio quidẽ meo, examine indiget: eúmq; oportet, qui exhibiturus sit quem ad sacerdotij functionẽ idoneum cẽset, non vulgarem tantum famam atque opinionem sequi, eáq; esse contentũ: sed eũdem item necesse est vnà cũ ea, illius vires facultatésq; in primis excutere, atque ante omnia examinare. Nam quum beatus ille Paulus ea de re disserens ait: Oportet autẽ illũ & bonum habere ab externis testimoniũ: nequaquam tollit exactam exploratámq; indagationem: neq; sanè fidẽ eam, quæ tibi à vulgi opinione facta sit, vt pręcipuum signũ, aut rei totius cardinem esse vult: quippe multa prius quũ disseruisset, id postea adiũxit: ostendere volens nõ satis hoc esse oportere ad huiusmodi electiones creationésq; faciẽdas, sed vnà cum aliis & hoc item præsidij à nobis assumendũ esse. Nam sæpe vsuenit, vt vulgi opinio falsa sit: à qua tamẽ nihil periculi exoriri possit, si res ipsa tota per se prius exactè ac diligenter discussa atq; examinata fuerit. Quocirca post alia, illud ipse de testimonio ab externis posuit. Neq; enim simpliciter hoc dicit: Oportet autem illũ bonũ habere testimoniũ, sed illud etiã ab externis, attexuit: planũ facere volẽs, futurum episcopum intrinsecus magna cũ diligentia excutiendum atque examinãdum antequam ad eam opinionem descendas, quam de eo vulgus conceperit. Itaque q̃ vita tua ac mores magis mihi, id quod tute profiteris, noti spectatique sint q̃ parentibus ipsis tuis, ob id dignus sim, qui ab omni criminatione liberer. Vel hoc nomine, inquit ille, hoc certe nomine elabi atq; euadere nequaquã possis, si te quis accusare, atq; in iudiciũ trahere velit. An nõ ipse meministi à nobis audire, id quod & sæpenumero reipsa cõprobasti, animus hic quàm parũ fortis generosúsq; esset? an non perpetuis istis cauillis pusillanimitatem nobis obiecisti: q̃ videlicet natura nostra curis etiã leuibus facilè succumbamus? Memini, inquam, huiusmodi quidem ex te verba sępenumero audire: neq; ibo ĩficias. Ego vero siquãdo cauillabar, ioco, nõ seriò id factitabã. Mihi tamen hic ea de re tecũ contendere non est animus. Postulo autẽ à te, eandem mihi vt tu ęquanimitatem præstes, bonorũ virtutúmq; quibus animus iste præditus, mẽtionem facere aggredienti. Nam si tum conaberis mendacij nos conuincere, equidẽ nihil dissimulans liquidò cõmonstrabo, modestię potius istius q̃ veritatis causa sic te de te verba facere. Id quod nõ aliis argumentis comprobaturus sum, quàm nudis tum verbis, tum factis tuis: quibus ego perinde atque certissimis testibus vtar ad plenam dictorũ meorum fidem faciendam. Atq; id ex te primum quęrere volo, Nostin' charitatis vis quãta sit? Certe Christus reliquis prodigiis ac miraculis posthabitis, quę ab apostolis edẽda essent: In hoc, inquit, cognoscent homines q̃ discipuli mei sitis, si charitatem inter vos mutuam habueritis. Quinetiam Paulus charitatem legis esse cõsummationẽ affirmat: sine qua ipsa dona nulli esse vsui vult. Proinde eximium istud bonũ idémq; Christi apostolorũ signum vnicum, ac quod quidem cęteris donis superius excellẽtiúsq; est, scio in animo tuo generose admodum ac pręclare insitum esse, copioſóq; inibi fructu exuberare. Tum Basilius: Mihi, inquit, magnæ eã rem curę ac studio esse, ne ipse quidẽ inficior: me tamen eãdem ne dimidia quidẽ partẽ illius numeros impleuisse, vel tu ad eã rem testis mihi optimus fueris, si quidẽ quod verum est, spectare magis q̃ quę ad gratiam faciunt, loqui, in animum induxeris tuum. Ergo ad argumenta ipsa, inquam, me conuertam, atq; hic certe quod promisi, exequar, facta per me fide, te animi istius modestiã magis quàm rei veritatẽ sequi. Proferam autem historiam admodum recentẽ, vt ne quis suspicari possit, vetera recensentem, temporis diuturnitate verum ipsum tãquam adumbrare me velle: quum alioqui etiã veritas minimè permittat quicquã nos affingere vel iis ipsis quæ ad gratiam prolata à nobis fuerint. Nam quo tẽpore vnus quidã ex amicis necessariisq; nostris per calũniã accusatus contumeliæ ac contumaciæ, de salute periclitaretur: hic te ipse, quũ neq; is qui periclitaretur, auxiliũ tuũ imploraret, in media ipsa pericula vltrò cõiecisti. At factum quidẽ tale tuũ extitit. Vt autem te verbis etiã tuis conuincamus: quum animi tui propensionẽ huiusmodi alij nõ probassent, alij cõtrà laudassent, admiratique fuissent: hic tu ad eos qui te accusarent, dixisti: Quidnam ipse facerẽ? aliter enim amare nõ didici, nisi vt & meam animam in discrimẽ adducã, dum periclitantẽ amicũ aliquẽ seruare opus est. diuersis quidẽ verbis, sed sensu eodem, ea enuncians, quibus Christus discipulos suos alloquebatur, positis ab eo perfectæ charitatis terminis. Maiorem enim, inquit, hac charitatẽ nemo hacet, q̃ vt animam suam ponat pro amicis suis. Igitur si maiorem hac inuenire nõ est, ad ipsius finẽ peruenisti: atq; adeo tum verbis, tum etiam factis istis ad ipsius verticem conscendisti. Propter quod vnum te ipsi, dolo illo à nobis

bis consutò, prodidimus. Etiám ne igitur tibi persuasum est, te à nobis in istud stadiũ protractũ, neq; vlla maleuolẽtia erga te nostra, neque quò te in periculũ aliquod cõiiceremus? quin potius id à nobis factum, quòd certũ nobis esset, quàm vtilis accõmoduſq; futurus esses? Itáne, inquit, charitatis vim sufficere putas ad proximorum correctionẽ atq; emendationẽ? Maxime quidẽ, inquã, ac magna adeo ex parte ad id conferre charitas possit. Cæterũ si me vis & prudentiæ itẽ istius specimina proferre, ad id quoq; me aceingã: ostendamq; maiori te prudentia q̃ charitate ac beneuolentia præditũ. Ad hæc ille verecundia tact', ruboréq; suffusus: Quæ ad me, inquit, spectãt, nunc omittantẽ: neque enim iam inde ab initio horũ rationem à te exegimus. Tu vero si quid habes quod iustè aliis opponere possis, lubens eos sermones auscultabo. Itaq; prętermissa hac vmbratili pugna, edoce quidnã cæteris respondere possimus: hoc est, tum iis qui nos tali honore dignati sunt: tũ iis qui vicẽ illorũ tanquã iniuria à nobis affectorũ dolẽt. Equidẽ ad id, inquã, iam festino: nam quandoquidẽ tibi iam expediui facti erga te mei rationẽ, facile ad apologię istius partẽ me cõuertam. Quam igit super hisce accusationẽ, quas illi criminationes attulerunt? Grauem se videlicet iniuriã à nobis accepisse querũtur, quòd quẽ nobis illi honorem deferebãt, eum deprecati simus. Ego vero illud primũ dico: Nullam nos rationẽ habere oportere iniuriæ per nos hominibus illatæ, quoties per delatũ eis honorẽ, dei optimi offensionem subire cogimur: quum iis etiã qui se iniuriã huiusmodi accepisse ęgrè ferũt, boni eã non consulentes, hoc certe ipsum, q̃ boni scilicet non cõsulant, ne à periculo quidẽ alienum sit, verum in primis dispẽdiosum ac detrimẽtosum. Decere enim existimo illorũ animos qui deo opt. dicati sunt, quiq; in illum vnũ intuenẽ, tanta religione affici, vt ne id quidẽ iniuriæ loco habeãt, etiamsi abs te iidẽ cõtumeliis mille affecti sint. Sed q̃ huiusmodi audacia ne in hui' quidem animi cogitationẽ descenderit, constare illinc potest. Nã si cõtumacia, fastu, atq; ambitione (vt tute sæpenumero affirmasti multos calumniari) ad id deductus sum: certe nihil prohibeat quin hominis maxime iniurij notã subeam, iis sic per me contemptis, qui præterquam q̃ magna atque admirabili virtute clarent, de me quoq; sunt bene meriti. Etenim si in eos animaduertere debemus, qui iniuriã iis inferunt à quib' nulla ipsi iniuria lacessiti sunt: quanto, quęso, honore digni esse queãt, qui nobis ex se vltrò honorem aliquẽ deferre proposuerint? Neq; enim hoc dicere quis possit, illos beneficio à me vel tenui vel magno affectos, meritorũ acceptorũ vicẽ reponere voluisse. Quodnã igitur suppliciũ non mereatur, si quis contrariis factis repẽsat? Sin autẽ id ne cogitauimus quidẽ, sed longe alio cõsilio grauem istam sarcinam detrectauimus: quorsum prętermissa facti nostri cõdonatiõe ac venia, si probare id ipsi factũ nolint, criminãtur insimulãtes, q̃ nostræ animę pepercerimus? Tantum enim abest, vt ij vllam à me iniuriã acceperint, vt eos etiã honore affectos dicere possim recusatione hac nostra. Neq; vero mirũ id tibi esse debet quod dixi, perinde quasi dictũ id sit præter cõmunẽ hominũ sensum: nã de eo quoq; tibi mox satisfecerimus. Tũ enim si minus omnes, certe qui maledicẽtia delectãtur, potuissent pleraq; tũ suspicari, tũ eloqui, partim de me electo, partim de illis eligẽtibus. Verbi gratia, q̃ diuitias illi solas spectẽt, quòd genetis splẽdorem admirẽtur, quòd à nobis adulatione victi eũ nobis honorem mandassent. Nam q̃ & pecunia adducti corruptíque, dicere nõ habeo, si quis & ipsum hoc suspicetur. Præterea, Christus quidẽ piscatores, tabernaculorumq; texendorum attifices, itemq; publicanos ad huiusmodi principatum aduocauit: hi autem eos respuũt despiciúntque, qui sibi quotidiano opere victum parant: sin vero quis peregrinas literas, studiaq; nihil ad scripta cuãgelica portinẽtia attigerit, atq; in ocio vitam transigat, hũc ipsum admittunt, probant, admirantur. Nam quo nomine eos qui sudores propemodũ infinitos pertulere, dum ecclesiæ vtiles esse student, cõtempserunt: at eum, qui nihil vnquã sudorum illorũ gustauerit, totã vero ętatem in futili atq; inutili externorũ studiorum labore insumpserit, derepẽte in tam sublimẽ honorem traxere? Hęc quę dixi, atq; adeo plura dicere illis licuisset, si huiusmodi honos à nobis fuisset susceptus: id quod illis nunc in contrariũ euenit, vt quibus maledicentiæ occasio omnis pręcisa sit, neq; iã mihi adulationẽ, neq; illis sordes ac corruptelã obiicere possunt: nisi si qui forte erunt, qui merè insanire volent. Nã qui adulatione largitionéve honorem aliquem cãdidatus ambierit: hic quà ratiõe eũ, tum quũ suscipere oporteat, aliis suscipiendũ ipse relinquat? Id em perinde fuerit, ac si quis laborib' multis in excolẽda terra impensis, vt segetem copiosam nouales reportent, ac vino lacus exundent, post sudores infinitos, post multũ pecuniæ sumptum, cum messis ac vindemię tẽpus appetit, tum aliis fructuũ illorum prouentum fruendũ relinquat. Intelligísne tum calumniari illos volentibus occasionẽ haudquaquã fuisse defuturam, etiamsi longe à veritate alienã: quòd videlicet facta ab illis de nobis electio, à recto animi iudicio nata nequaquam fuisset? qui tamen nunc ne hiscere quidẽ, aut labia tantum diducere per me possunt. Ac tales quidẽ initio illorũ extitissent sermones, seu etiã his, quos dixi, plures additi. Cæterum posteaquam muneris functionem attigissemus, nullæ certè illorũ defensiones criminationibus quotidie exorientibus pares esse potuissent: etiãsi à nobis omnia inculpatè administrata fuissent: ne dicã necessario futurũ fuisse, vt partim ministerij imperitia, partim ætatis huius vitio in multis aberraremus. Nunc vero eisdẽ criminationis huius occasionem sustulimus: tum autem futurũ erat, vt probris ipsos innumeris obnoxios redderemus. Quotusquisque enim id non fuisset cõquestus? Pueris insipientibus res tam miras támque magnas crediderunt. Deprauauerunt dei opt. gregem. Ludicræ ac iam deridiculę factę sunt res Christianę. At vero nunc quotquot vbiq; existunt iniqui ac improbi, sibi ipsi os obturabunt: qui si propter te ista protulerint, è vestigio eos re ipsa edocebis, nõ oportere prudentiam ætate metiri, neque senem canitie probare, neque iuuenem arcendũ ab huiusmodi ministerio, sed neophytum nouitiúmque. Maximũ autem inter vtrunque discrimen.

LIBER TERTIVS.

ATque quod ad eam iniuriã pertinet, qua eos à me affectos fuisse dicis, qui me cohonestarunt, tum quòd nullo eos dehonestandi cõsilio ab isto me honore subtraxerim, afferri quidem à nobis ea possent, quę diximus. Cæterum quod nullo etiam fastidio, nulla cõtumacia inflati id fecerimus

idipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

idipsum quoq; nũc pro viribus tibi planũ facere adnitar. Etenim si nobis vel imperij militaris, vel regni etiã proposita fuisset optio, potuisset quis id merito de me suspicari, si modo eandẽ hãc sententiã sequutus fuissem, quã hic secutus sum: seu verius dicã, tum sanè nos nullus fastidij ac cõtumaciæ insimulasset, amẽtię vero ac stultitię nemo nõ dãnasset. Sacerdotij vero optione proposita (quod quidẽ regno tanto est excellentius, quantũ spiritus & carnis interuallũ esse potest) sustinebit ne quisquã cõtẽptus ac fastidij nos accersere? Quî porrò id nõ absurdũ, eos qui prouincias pusillas refpuũt, vt deliros incusare: eos vero qui hoc idẽ in maxime excellentibus factitant, liberare quidẽ amentiæ crimine, insolentiæ autẽ ac superbiæ reos agere? perinde quasi siquis eum qui boũ armentũ despiceret, armẽtarius esse recusans, animi quidẽ insolentia nequaquã prẽditum esse, mentis autẽ alienatione prorsus laborare criminaretur: ei vero, qui orbis vniuersi regnũ deprecaretur, neque pateretur exercituum vbique terrarũ instructorũ imperiũ ad se deterri, pro amẽtię crimine, fastus tantũ atque insolentiæ crimen impingeret? Sed nõ est ita, non est ita: neque certe nos magis q̃ seipsos incusant, qui ista afferunt. Nã vel cogitasse tantum, fieri posse, vt tanta illa sacerdotij dignitas ingenio sit humano despicabilis: id vero cõtra eos ipsos, qui sermões huiusmodi vsurpãt, indiciũ argumẽtumq; esse possit opinionis eius, quã iidem de re, qua de agitur, concipiunt: nam nisi sacerdotiũ inter res viles modiciq; precij ponerent, ne ista quidẽ suspicio sese in animos ipsorũ insinuasset. Cur enim de angelica dignitate nullus vnquã inuẽtus est, qui tale aliquid sustineret suspicari, ac pronunciare, humanũ ingenium prę fastu, ac cõtumacia ad naturæ angelicę honorẽ, dignitatẽmq; nõ aspirare? Nempe magna quidẽ ea sunt, quæ animo concipimus de potestatibus illis: atq; idipsum vetat, vt credamus licere homini maiorem illa dignitatẽ animo concipere: quo fit vt consentaneũ magis sit, si quis in illos, fastus ac cõtumaciæ crimen id torqueat, quod in nos impingũt ipsi: neque enim id de aliis suspicati fuissent, nisi rẽ ipsam prius damnassent, ac nihili ęstimassent. Porro autẽ si id me dicent glorię atq; ambitionis nomine cõmisisse, iidem sibiipsis nõ constare, imò pugnãtia secũ loqui aperte coarguẽtur. Neque enim video quámnã aliam orationem queſiuissent, si nos inanis gloriæ criminibus liberare voluissent. Nã si in animũ forte meũ laudis amor huiusmodi inuasisset, amplecti potius munus illud oportuit, q̃ auersari: quid ita? Nẽpe q, ea res magnæ nobis gloriæ, magno honori futura fuisset. Hominẽ enim hoc ætatis, quiq; idẽ haud ita pridẽ vitæ huius curis se abdicasset, derepente in tantã hominũ admirationẽ venisse, vt iis etiã, qui in laboribus huiusmodi omnem ætatẽ cõsumpsissent, anteponeret, & plura illis suffragia reportaret: id vero neminẽ non attraxisset in magnam aliquã atq; admirandã nostri opinionẽ: tum autẽ nobis passim venerationem illustremq; nominis huius gloriã conciliasset: vbi me nũc demptis paucis, ecclesiæ bona pars ne de nomine quidẽ norũt. Quamobrẽ ne omnibus quidẽ innotescerem deprecatũ me fuisse quod offerebatur: sed paucis quibusdã, quos paucos ne omnes quidẽ ipsos rem, vt se habet, rescíscere opinor. Consentaneũ enim est ex iis etiã complures aut existimare nullã prorsus de nobis electionem factã, aut ab electione nos reiectos fuisse, tanquã nõ satis idoneos visos: nõ etiã nos vltro id functionis deuitasse. At vero, inquit, quib⁹ rei cõperta est veritas, demirabũtur. Atqui hos ipsos dixisti ambitiõis nobis atq; insolẽtię crimẽ impingere: vndénã ergo laudẽ sperare licet? A multis? sed nesciũt illi rẽ, vt se habet. at pauciorib⁹? Verũ & hic nobis res in contrariũ recidit. Neque eñ alio nomine huc introisti, q̃ vt edocereris, qua aduersum illos defensione vti posses. Sed quorsum horũ gratia hîc tãtopere disceptamus? Quod eñ si vel omnib⁹ res ea innotuisset, ne sic quidem aut insolẽtes, at ambitiosi iudicãdi essemus: paulisper sustineto, idq; aperte intelliges: Itemq; illud, q̃ nõ iis solũ qui hoc audentię sibi sumũt, si modo quisquã existit mortaliũ talis: nam existere haudquaquã credo: sed iis etiã qui id de aliis suspicãtur, periculũ imminet nõ mediocre. Etenim sacerdotiũ ipsũ in terra quidẽ peragit, sed in rerũ cœlestiũ classẽ ordinẽq; referendũ est. Atq; id perquam merito: quippe non mortalis quisquã, non angelus, non archãgelus, non alia quęuis creata potẽtia, sed ipse paracletus ordinẽ huiusmodi disposuit: q̃ mortalib⁹ hominib⁹ etiãnum in carne manẽtibus author fuit, vt angelorũ ministeriũ animo conciperẽt. Idcirco necesse est sacerdotẽ sic esse purũ, vt si in ipsis cœlis collocat⁹ inter cœlestes illas virtutes medius staret. Terribilia nanq; atq; horrifica fuisse ferũt, quę gratiæ tẽpus præcesserunt: quod genus fuere, tintinnabula, mala punica, lapides pectori sacerdotis, itẽq; alij humeris eiusdẽ superpositi, mitra, strophium, vestis ad pedes vsq; demissa, lamina aurea, sancta sanctorũ, ingẽs intus quies atque silentiũ. At vero si quis ea, quæ gratiæ tempus nobis aduexit, examinet, terribilia atq; horrifica quæ dixi, iudicabit esse admodũ leuia, ac quod de lege à Paulo dictũ est, hic demũ verũ esse cõperiet: quandoquidẽ ne glorificatũ quidẽ fuit, quod glorificatũ est in hac parte, propter eminentẽ gloriã. Nã dum cõspicis do minũ immolatũ, sacerdotẽ sacrificio incũbentẽ, ac preces fundentẽ, tum vero turbã circũfusam pretioso illo sanguine intingi ac rubefieri, etiám ne te inter mortales versari, atq; in terra cõsistere censes? an nõ potius eueſtigio in cœlos trãsferris, an nõ carnis cogitationẽ omnem abiiciens, nudo animo, mente pura circũspicis quę in cœlo sunt? ô miraculũ, ô dei benignitatẽ: qui cum patre sursum sedet, in illo ipso tẽporis articulo omniũ manib⁹ pertractatur, ac se ipse tradit volẽtibus ipsum excipere ac cõplecti. Fit autẽ id nullis præstigiis, sed apertis ac circunspicientibus circunsistentiũ omniũ oculis. Num tibi ista contemptu ac despectu digna esse videntur? aut eiusmodi, vt possit quis cõtra ea attolli atque insurgere? Vis ne & sanctimonię istius excellẽtiam alio miraculo perspicere? Ponito ob oculos Heliam illum, prẽterea & infinitã illam turbam circunfusam, & sacrificium lapidibus superpositũ, tum vero reliquos omnes admodum quietos ac taciturnos, solũ autẽ prophetã preces fundentẽ, secundum id flammã derepentè è cœlo delabentem, sacrificiumq; ipsum lambentẽ. mira sunt ista, pfecto, ac stupore omni plena. Ab illis ergo sacris ad nostratia sacra te trãsfer: nec ea miramodo esse videbis, sed etiã omnem stuporẽ excedẽtia. Adest enim sacerdos, nõ ignem gestans, sed spiritũ sanctũ: is preces diuturnas fundit, non quò flamma cœlit⁹ delapsa, sacra appositа absumat: sed vt gratia insacrificium influens, per illud ipsum omnium animos inflãmet, & puriores reddat argento igni excocto purgatòq;. Hoc ergo mysteriũ omnium maxime horrendũ verendúmq;, quis tandẽ qui insanus idem minime sit, quíq; è potestate non exierit, fastidire ac despicere poterit? Ignoras futurũ nunquã fuisse vt humanus animi capt⁹ sacrificij ignẽ illũ sustineret: sed funditus omnes tum fuisse interituros, nisi magnũ diuinę gratiæ auxilium affuisset? Nam si quis cõsideret quãtũ id sit mysteriũ, vt is scilicet qui homo ipse sit, carne ac sanguine etiamnũ constans, iisq; inuolutus, beatę atq; immortali naturæ illi fieri propior queat: tũ, pbe intelliget quãto sacerdotes honore, quãta dignitate spiritus sancti gratia dignata fuerit: operantibus enim illis, tũ sacra hæc quę dico, initiantur perficiuntúrq;: tum etiã alia his nihilo inferiora, quę ipsa ad dignitatis salutisq; nostrę rationẽ spectãt. Etenim qui terrã incolunt atq; in ea versantur, iis cõmissum est vt ea quæ in cælis sunt, dispẽsent: iis datũ est vt po testatẽ habeant, quã deus opt. neq; angelis, neque archangelis datã esse voluit: neque eñ ad illos dictum est, Quæcunq; alligaueris in terra, erunt alligata & in cœlo: & quæcunque solueris in terra, erunt soluta & in cœlo. Habent quidẽ & terrestres principes vinculi potestatẽ, verum corporũ solum. Id autẽ quod dico sacerdotũ vinculum, ipsam etiã animam cõtingit, atq; ad cœlos vsq; peruadit: vsque adeo vt quęcunq; inferne sacerdotes cõfecerint, illa eadẽ deus supernè rata habeat, ac seruorũ sententiã dñs confirmet. Etenim quidnã hoc aliud esse dicas, nisi omnẽ rerũ cœlestiũ potestatẽ illis à deo concessam? Quorũcunque eñ, ait, peccata retinueritis, retẽta sunt. Quænã, obsecro, potestas hac vna maior esse queat? Pater omnifariã filio potestatẽ dedit: cęterũ video ipsam eãdem omnifariã potestatẽ à deo filio illis traditã. Nã quasi iam in cœlũ translati, ac supra humanã naturã positi, atque nostris ab affectib⁹ exẽpti, sic illi ad principatum istũ perducti sunt. Quid multa? Rex aliquis si cui ex subditis suis honorẽ hũc detulerit, vt potestatem habeat quoscunq; velit in carcerẽ coniiciendi, eosdemq; rursus laxãdi, beatus ille & admirandus iudicio omniũ fuerit: at vero qui à deo tanto maiorẽ accepit potestatẽ, quãto cœlũ terra preciosius est, quãto etiã animę corporibus præstant, hic vilem eousq; dignitatẽ accepisse nonnullis videri debet, vt vel in illorũ cogitationẽ descẽdere queat, reperiri quãdoque posse vnũ aliquẽ ex eorũ numero, quibus tãta illa quæ paulo ante dixi, fuerint à deo concredita, cui ipsi munus suũ sordescat, quiq; donũ sibi à deo datũ despiciat? Procul, procul hinc facessat huiusmodi insania. Insania eñ manifestaria, despicere tantũ istum principatũ, sine quo neq; salutis neque promissorum bonorũ cõpotes fieri possumus. Nã si nõ potest quis in regnũ cœlorũ ingredi, nisi per aquã & spiritũ renerati fuerit: &, Qui nõ manducat carnẽ domini, & sanguinem eius non bibit, æterna vita priuatur: omnia autẽ hæc haud aliter q̃ per sacrosanctas illas manus perficiũtur, manus, inquã, sacerdotũ: qui fiet vt citra illarũ opẽ aut gehennæ ignẽ euitare quis possit, aut repositæ in cœlo coronæ præmia assequi? Hi enim sunt, hi sunt inquã, quibus tum concreditę sunt spirituales parturigines, tum etiã baptismatis partus à deo est cõmissus: per hos ipsos Christũ induimus, vnà cũ dei filio sepelimur: beatæ canis illius mẽbra efficimur: quo nomine sacerdotes meritò nõ modo plus vereri debemus, q̃ vel principes vel reges, verũ etiam maiori honore q̃ parẽtes proprios honestare.

Hi enim ex sanguinib⁹ & voluẽtate carnis nos genuerũt: illi vero authores nobis sunt natiuitatis eius quã à deo habemus, beatę regenerationis illius, libertatis veræ, atq; adeo adoptionis eius qua nos per gratiam filij dei sumus effecti. Corporis leprã purgare, seu vérius dicã, haud purgare quidẽ, sed purgatos probare, Iudæorum sacerdotibus solis licebat: neq; nescis quanta cũ ambitione, quãto cum studio ac cõcertatione sacerdotalis dignitas id tẽporis acquireret. At vero nostris sacerdotibus nõ corporis leprã, verũ animæ sordes, nõ dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est. quare iudicio quidẽ meo qui istos despiciunt contẽnúntque, multo sceleratiores ac maiori supplicio digni fuerint, q̃ fuerit Dathan vnà cum suis omnib⁹. Illi enim tametsi principatum ad se non spectantem sibi vendicabant, tamẽ miram quandam de eo principatu opinionem animo cõceperant: id quod declarauit ingens rei concupitæ stu dium. Hi autẽ tum quum iam sacerdotalis honos incrementũ, ornatum, præstantiã magnam accepit, cõtra q̃ illi, sed tamẽ multo maiora audent. Neq; enim perinde est ad despicientię rationẽ subducendã, honorem aliquem indebitũ appetere, & tot tãtaq; bona fastidire: verũ facinus hoc tanto est illo grauius, quãto inter se dissidẽt interuallo fastidium & admiratio. quis ergo tam infelici genio natus, vt tot tantáq; bona fastidiat? Equidẽ neminem existere talẽ dixerim, nisi si quis furiarũ œstro percitus sit. Sed eñ eò iam se oratio nostra referat, vnde digressa est. Neq; enim in puniendo solum, sed & in benemerẽdo maiorem deus potestatẽ sacerdotibus largitus est, quàm naturalibus nostris parentibus: quos inter vtrosque tantũ est sanè interiectum interuallum, quantũ vitam inter præsentẽ & æternã. Parentes enim nos in præsentẽ, sacerdotes in vitã æternã generant. Atq; illi certe ne corporalẽ quidẽ interitũ à liberis amoliri possunt, neq; ingruentẽ morbũ propulsare: quum hi laborantẽ ac morti iamiã propinquã animã identidẽ seruarĩt: aliis remissiorẽ pœnã infligẽtes: alios prorsus labi nõ permittẽtes, nõ doctrinę solũ atq; cõmonitionis, sed etiã precũ pręsidio: neq; eñ solũ quũ nos regenerãt, sed postea etiã condonandorũ nobis peccatorũ facultatẽ obtinent. Infirmatur, inquit, inter vos aliquis, accersat presbyteros ecclesiæ, & orent super eũ, vngentes eũ oleo in nomine domini, & obsecratio fidei saluũ reddet laborantẽ, & eriget eũ dñs: & si in peccatis fuerit, remittẽtur ei. Iã vero naturales parẽtes, si quos eorũ liberi principes magnatésve offendẽrint, opẽ certe illis nullã afferre possũt, quũ sacerdotes non principes, non reges, sed ipsum deũ nobis infensum sæpenumero cõcilient. Nos igitur sustinebit ne adhuc quisquã fastidij atq; arrogantię reos agere? Equidẽ ex iis quę à me dicta sũt, auditorũ mẽtes tãta puto religione occupatas, vt nõ iam eos qui fugiũt, sed eos qui per se accedũt, honorémq; istũ vltro sibi ambiũt, cõtumaciæ, temeritatis atq; audaciæ accusent. Nã si vsuenit vt quibus ciuitatũ principatus cõcredit⁹ est, ij nisi valde prudẽtes pariter ac vigilãtes fuerint, tũ ciuitates ipsas euertãt, tum seipsos perditũ eant: quãta illũ virtute nõ sua tantum vnius, sed & cœlesti prẽditũ esse cõuenit, cui sorte obtigit vt Christi spõsam colat, ornetq;? si modo peccãdi occasionẽ vitare is velit. Christum nemo est qui Paulo vehemẽtius dilexerit, nemo q, apud deũ gratiosior q̃ Paulus fuerit: tamẽ post tot priuilegia à deo accepta

veretur

Universidad de Deusto Biblioteca

verer adhuc ac tremit,principatus istius subditorũq́;
2.Cor.11. suorũ gratia.Metuo eñ, inquit,ne quà fiat,vt quem-
admodũ serpens Heuã decepit versutia sua, ita cor-
rũpantur sensus vestri à simplicitate quæ erat in vo-
Ibidem 2. bis erga Christũ.ac rursus:In timore ac tremore mul
to vobiscũ versatus sum.Atq; hęc quidẽ dicit homo
is, cui à deo datũ fuit, vt in tertiũ vsq; cœlũ raperet,
ac diuinorũ arcanorũ particeps fieret, qui idẽ toti-
dẽ,vt sic dixerim,mortes pertulit,quot ipse dies post
fidẽ Christo datã vixit: qui itẽ idẽ ne cõcessa quidẽ
à deo potestate vtendũ sibivbiq; iudicauit,vt ne quis
eorũ qui fidẽ suã Christo obstrinxissent,offenderet.
Si igit Paulus dei mandata sic obseruãs,vt maiora e-
tiam q̃ ipsi à deo iniuncta fuissent, pręstaret,nunquã
suo ipsius, sed subditorũ tantum cõmodo studẽs, sic
vbiq; formidauit, magistratus sui molem expendẽs,
quid faciemus ipsi, qui multi vbiq; sumus in quęrẽ-
dis quę nostra sunt?qui Christi mãdata Pauli exẽplo
non solũ non superamus,sed ea maiori quidẽ ex par-
te transgredimur.Quis infirmat,inquit ille,& ego nõ
infirmor?quis offenditur,& ego nõ vror? Eiuscemo-
di sanè cõuenit sacerdotẽ esse: quinimo non eiusce-
modi tantũ,parua eñ sunt ista, ac certe nulla præ eo
quod ipse sum dicturus:hoc autẽ quidnã esse potest?
Roma.9. Optarim,inquit,anathema esse à Christo pro fratri-
bus meis, pro cognatis meis secundum carnem. ꝙ si
quis existit, qui vocẽ hanc obsecrãs enũciare possit,
is demũ dignus quidẽ est,q si oblatũ episcopi mun⁹
detrectet,insimulet.sin à Pauli virtutib⁹ illis pari no-
biscũ interuallo distat, is nimirũ odium ac vitupera-
tionẽ meretur,quũ munus idẽ delatum amplectitur,
nõ quũ detrectat.Neq; enim,proposita militaris di-
gnitatis electione, si ij quib⁹ prouincia ea demanda-
ta foret,fabro ęrario,aut cerdoni, aut cuipiã id gen⁹
opificũ in mediũ tracto,honorẽ huiusmodi ad illum
deferrẽt,laudarẽt vtiq; miseri ac stolidi illius cõsiliũ,
qui oblatũ mun⁹ nõ statim detrectaret,nihilq́; nõ fa-
ceret,vt ne se ipse in pręsens coniiceret periculũ.Nã
si id vnũ satis sit pastorẽ simpliciter vocari,& prouĩ-
cia ista vtcunq; defungi,nec vllũ prorsus inde pericu
lum exoriri possit:equidẽ nihil moror quin me,quis-
quis volet,inanis glorię studiosum appellet: sin vero
rara prudẽtia,rara itẽ à deo opt.data gratia, quę pru
dentiã etiã ipsam pręcedat,pręterea si morũ integri-
tate,si vitæ puritate, deniq; si maiori q̃ pro humano
captu virtute pręditũ eũ esse oportet, q administra-
tionis isti⁹ curã in se suscipit,ne me venia priuatũ per
te velis, si frustra ac temere vitæ mihi meæ exitiũ ac-
cersere noluerim.Etenim si nauẽ quis agẽs amplissi-
mam,& quæ decẽ milia pondo ferat,quæq́; eadẽ re-
migibus suis sit instructa,ac sumptuosarũ merciũ põ-
dere onerata,me illius gubernaculo pręfectũ iuberet
Aegeũ Tyrrhenúmve mare traiicere, nimirũ fieret,
vt ad primã statim auditionẽ mandatũ id detrectarẽ:
ac me si quis interrogaret,Quid ita?ne nauẽ submer-
gam,vtiq; responderẽ.Itáne igitur,vbi pecuniæ tan-
tũ iactura subest,nec nisi corporis interitus periclita-
tur,nemo est qui incuset reprehẽdatq;,si quis magna
cautiõe prouidẽtiaq́; hic vtat: vbi autẽ nauẽ frangẽ-
tibus,nõ in hoc vel illud pelagus, sed in ignis æterni
abyssum corruẽdum est: vbi itẽ eosdẽ naufragos in-
terit⁹ manet,nõ qui corpus ab anima dirimit,sed qui
animã ipsã vnà cũ corpore in sempiternũ exigit sup-
pliciũ:hic mihi vos succensebitis? hic mihi odiũ ini-
micitiásq; pręferetis, si me ipse temere in tãtã nõ cõ-

A iecerim perniciẽ? Ne, obsecro atq; obtestor,cõmit-
tere id velitis.Noui ꝓfecto animi hui⁹ vires q̃ sint in-
firmę atq; exiguæ,noui quãta sit functiõis illius mo-
les,noui q̃ ingẽs negocij ipsi⁹ difficultas. Fluctus eñ
episcopi animũ cõcutiẽtes, vẽtis mare identidẽ cõ-
turbãtibus crebriores infestioresq́; esse solẽt.Ac pri-
mũ quidẽ omniũ occurrit pestilẽtissimus inanis glo-
rię scopulus,lõgè iis infestior,quos poëtę prodigio-
se effingũt.Hũc tametsi cõpluribus licuit saluis præ-
ternauigare, atq; incolumibus effugere:mihi tamen
sic molestus est,vt ne nũc quidẽ,quũ nulla me in vo-
raginẽ illã impellit necessitas, facere possim vt pror-
sus hac noxa vacẽ. Quòd mihi si quis prouinciã ma-
gistrat⁹ istius imponat, quid aliud q̃ manib⁹ his post
tergũ tantum nõ reuinctis,beluis scopulũ illũ insidẽ-
tibus,in dies singulos lacerandũ me tradat? belue ve
B ro quænã tandẽ illæ?Animi tum citatio, tum remis-
sio,inuidẽtia,contẽtio,calumniæ, excandescentię in
minime noxios,delectationes natę ex ministerio in-
epte atq; indecẽter ab aliis administrato,dolor si cui
forte muneris sui functio prospere cesserit,laudũ ap-
petẽtia,honoris desideriũ: qđ ipsum in primis hoĩs
animũ pręcipitẽ ferri cogit:doctrina voluptatẽ, non
etiã vtilitatẽ captans: illiberales adulationes,palpa-
tiones minime generosę,pauperũ despiciẽtię,diuitũ
cultus,honores nulla ratione impẽsi,gratiarũ mune-
rumq́; largitiones dãnosæ,periculum parientes tam
largientibus q̃ accipiẽtibus: timor seruilis,ac nõ nisi
pessimis quibusq; mancipiis cõueniens:fiducię inte-
ritus:modestiæ animi species quidem multa, veritas
autẽ nulla:coarguendi atq; increpãdi procul reiecta
facultas,seu vt verè dicam,contra inopes increpatio
C modũ nullum seruans, at cõtra eos qui potentia ali-
qua præditi sunt, ne diducere quidẽ labia quisquam
audet.Has eñ omnes atq; his longe etiã plures feras
noxius scopulus ille nutrit: à quibus quidẽ homines
semel captos,in tantã profecto seruitutẽ distrahi ne-
cesse est, vt sæpe etiã pleraque, dũ mulierib⁹ placere
atq; obsecundare studẽt,necessariò cõmittant quæ
ne eloqui quidẽ honestũ . Eas quidem diuina lex ab
hoc ministerio remotas esse voluit. Illę verò vi facta
intro irrumpunt: quę quandoquidẽ per se nihil ipsæ
possunt,per alios oĩa factitant,ac tantã sibi vẽdicant
potestatẽ,vt quoscunq; illę episcopos velint,& adle-
gent & summoueãt. Fitq; tandẽ per eas, vt quod est
in veteri prouerbio,sursum ac deorsum sese habeant
res,ac principes suos subditi ipsi regant. atq; vtinam
id tantũ viri factitarẽt,non etiã eę quibus ne docere
D quidẽ permissum est.Sed quid dico,docere?certe ne
in ecclesia quidẽ fari illis beatus Paulus permisit.At
memini sanè ex quodam me audire, ꝙ & tantã ipsis
impertisset libertatẽ, vt & ecclesiarũ pręsides obiur-
garẽt,illosq́; acerbius incesserent, q̃ serui à dominis
suis incessantur.Cæterũ nolim,vt quisquã existimet
episcopos omnes à me criminũ eorũ,quæ dixi, reos
factos.sunt enim,sunt,inquam, permulti, qui sese ab
iis retibus probe extricarunt: atque adeò plures iis
qui se capi atq; intra ea inuolui passi sunt: neq; tamẽ
ob id sacerdotalẽ ipsam dignitatem malorũ istorum
authorẽ fecerim.Absit enim tanta à me insania, neq;
enim ferrũ cædis,neque vinum ebrietatis:neque ro-
bur cõtumelię,neque fortitudinẽ inconsideratæ au-
daciæ : sed eos potius qui præterquã deceat donis à
deo datis abutuntur, quisquis sana mente fuerit,au-
thores esse dicet,punietq́; : quãdoquidẽ & sacerdo-
tium

tium meritò nobiscũ expostulare possit,si se non rite
atq; ordine pertractem⁹ administremúsq;:neq; eñ il
li accepta ferre debemus mala ea, quę dixi,sed nobis
poti⁹ qui illud idẽ,quãtũ in nobis fuit, cõspurcauim⁹
atq; coinquinauimus, hominib⁹ quibuslibet illi⁹ ad-
ministrationẽ in manum tradentes: qui quidem ne-
que viribus suis ipsorum prius cõsultis, neque consi-
derata rei magnitudine, obuiis statim vlnis munus
oblatum amplectuntur: quum autem eò ventum est
vt negociorum functioni manus admoueant, nimi-
rum insciti æ caligine occupati,calamitatib⁹ infinitis
populos fidei suę cõcreditos replẽt. Hoc ipsum,hoc
ipsum certe est quod nostra ætate propemodũ acci-
disse videm⁹,nisi nos repente deus è periculis illis as-
seruisset, partĩ suę ecclesię, partim animarũ nostrarũ
saluti culpam eam cõdonãs. alioqui vndénam,quæ-
so existimas tã multas,in ecclesiis turbas nasci?Equi-
dem non aliunde opinor,quàm ex episcoporũ anti-
stitumq́; electionibus casu poti⁹ ac temere, quàm di-
ligenter atq; accurate factis.Nam caput valentissimũ
quidem esse oportet,vt prauas exhalationes ab infe-
riori reliqui corporis parte sursum ascendẽtes dispẽ-
sare, easdémque rite atq; ordine componere possit.
quum enim per se caput infirmum est,ac fumorũ in-
sultus illos morbificos repellere minime potens,tum
fit vt ipsum etiam infirmius in dies reddatur,tũ autẽ
reliquum corpus secũ perdat. Id quod vt ne in præ-
sentia accideret,voluit de⁹ vt nos in loco & numero
pedestri, quẽ sors nostra initio tulerat, permanere-
mus.Multa enim alia sunt Basili,præter ea quę iam à
nobis dicta sunt, quæ sacerdotẽ præstare oportet,ac
quæ certe in nobis non agnoscimus. Inter quæ illud
pręcipuũ,Sacerdotis animũ honoris illius desiderio
vndique vacare oportet. Nam si ad eum principatũ
adipiscẽdũ vehemẽti animi affectu rapietur,eo ade-
pto impotẽtiorem sane ambitionis suę flammã incẽ-
det, ac vi tandẽ captus vt sibi adeptũ honorẽ stabi-
liat, nulli non peccato seruiet,seu adulandum,seu ser
uile quid atq; indignũ sustinendũ, seu res magno pe
cunię sumptu tentanda.Nam quòd nonnulli cædib⁹
ecclesias compleuerint contaminaríntque: tum eius
honoris gratia depugnantes ciuitates aliquot fundit⁹
euerterint,dicere hic pręteremitto:ne quibusdam vi-
dear ea in medium afferre quę fide maiora sint.Opor
tere autẽ puto tanta cum religione ac cautione ad rẽ
ipsam accedere,vt illius molẽ magnitudinémq; pri-
mũ prorsus detrectes:deĩde adepto honore aliorum
iudicia sentẽtiásq; nõ expectes,si quod fortè cõmis-
sum deprehẽdat propter qđ oporteat te honorẽ illũ
deponere, quin poti⁹ illis anteuertẽs te ipse munere
abdices. Sic enim par est vt diuinam cõcilies impe-
trésque misericordiã:qui si tibi honorem illum præ-
ter decorum tanquã mordicus retinere studueris,in-
dignus es qui veniam consequaris: tum vero diuinã
iram magis ac magis incendis, altero peccato, & eo
grauiore per te addito. At vero constantiã hãc præ-
stare nullus valeat:tam pestilẽs,tamq́;letale est appe-
tentiæ istius virus.neq; id dico, cũ B. Paulo pugnare
volens,quinimo vt maxime cum illius verbis cõsen-
1.Tim.3. tiam.Ea vero cuiusmodi sunt? Si quis episcopi mun⁹
appetit,honestũ opus desiderat.At ego nõ operis ip-
sius, sed dominationis ac potentię desideriũ pestilẽs
esse dixi. Atq; hoc ego desideriũ sic toto studio ab a-
nimo abiiciendum esse censeo, vt ne animum quidẽ
ipsũ prorsus permittas ab illo occupari,vt is rerũ om

A nium liberè agendarũ potestatem habeat. Nam quẽ
nulla cupiditas trahit,vt sese in eo munere collocatũ
ostentet,ac tanquam digito ab aliis mõstretur,is cer-
te ab eo solio deturbari nõ formidat. Porrò autẽ qui
id nõ formidat,hic cum ea libertate quę Christianas
mẽtes decet,omnia exequi poterit.dura eñ & acer
ba atq; adeo multis referta incõmodis illorũ est ser-
uitus,qui honoris huiusmodi casum reformidant:ob
quem sępenumero fit,vt & hominũ & dei opt.offen-
sionẽ subire cogantur:decet autẽ affectus nostros ta-
les nõ esse.Sed quemadmodũ in pręliis videmus ge-
nerosissimos quosq; milites alacriter manum cũ ho-
ste cõserere,tũ,si ita res ferat,fortiter occumbere:ita
oportere puto animatos esse q ad ministerij isti⁹ fun
ctionẽ se conferunt, vt quod vere Christianos viros
decet,& cõsecrari & sũmoueri iuxtà parati sint: quũ
intelligant summotionẽ priuationemq́; huiusmodi
B nõ inferius pręmium afferre solere, q̃ honor ipse af-
ferat.Nã quoties tale aliquid cuipiã euenerit,ea fer-
re nolẽti, quę indecora, ac muneris sui dignitati mi-
nime cõuenientia putat: fit vt & illis qui ipsum iniu-
ste summouerint,grauius suppliciũ, & sibi copiosio-
rẽ mercedẽ paret.Beati enim, inquit, estis, quũ pro- Matth.5.
bra iecerint in vos,& insectati fuerint & dixerĩt om-
ne malũ verbum aduersus vos, mentientes propter
me:gaudete & exultate,quoniã merces vestra multa
est in cœlis.& hęc certè ipsa tãto magis locũ habent,
quoties à sociis ac cõuictoribus, aut per inuidiã, aut
dũ aliis placere illi studẽt,aut per simultatẽ,atq; ini-
micitias iniuste quis loco suo depellitur. nã quoties
id te ab aduersariis pati cõtigerit,ne oratione quidẽ
opus esse puto ad lucrum id demonstrandum,quod
C illi malitia sua tibi acquirũt. Illud igitur oportet vn-
dique circunspicere ac diligẽter perscrutari, necubi
desiderij illius scintilla aliqua ardẽs lateat. Præclare
enim actum fuerit vel cum eis qui iam inde ab initio
ab hoc morbo liberos sese esse student,si ad honorẽ
istũ quum peruenerint,tum demum effugere morbũ
eum possint.ꝙ si quis existet qui honore illo nõdum
adepto atrocẽ hanc atq; efferam beluam secum enu
triat,verbis assequi non possint in quantam perniciẽ
accepto honore pręceps iturus sit. Nos aũt(ac ne me
rerũ nostrarum eleuãdarum studio hic apud te falsa
loqui velle putes)cupiditatis, desideriiq́; isti⁹ morbo
vehemẽter laboramus: quę res vnà cũ aliis omnibus
non parũ nos exterruit, atq; in fugam hãc vertit. Nã
quẽadmodũ qui corporũ amore capti sunt,ij donec
propinquos eos habẽt quos amant, grauius quidem
D morbi sui tormentũ vimq́; sustinent: quũ autẽ q̃ lon
gissime sese ab illorũ cõspectu abduxerint, tũ furorẽ
ipsum ab animo excutiũt: sic & qui honoris isti⁹ quẽ
dico,cupiditate titillantur,dum propius adsunt,ma-
lo ferendo impares sunt:quũ autẽ sese illinc summo-
uerint,honoremq́; desperauerint,fit vt desideriũ vnà
cũ expectatione extinguãt. Porrò vna hæc causa nõ
mediocris est, q̃ vt sola existat, tñ idonea fuerit quæ
nos à munere isto arceat. Verũ & alia quædã subest
hac ipsa nequaquã inferior. Quęnã tandẽ ea est? So-
briũ modestũq́; episcopũ esse oportet: eũdemq́; per-
spicacẽ, atq; innumeros quoquouersus oculos circũ
ferre: quippe q nõ sibi vni tantũ,sed & tã multis vi-
uat populis. Cęterũ ꝙ nos segnes simus ac remissi,ac
vix nostrę ipsorũ saluti sufficiẽtes, vel tute fateare, q
amoris abundantia quadã, vitia si qua in nobis sunt,
dissimulare studes. Absit enim vt mihi hic iactes vel
ieiunia

Universidad de Deusto
Biblioteca

iciunia, vel noctes insõnes vel corpus humi decubare assuetum, vel siqua alia est corporis indurati afflictio. Nam tibi satis innotuit quantũ ab his virtutibus absimus, quas vt nos etiam exacte atq; absolute prestiterimus, ne sic quidẽ possent cũ huius animi segnitie cõiunctę nobis ad prefecturę illius, quã dico, administrationẽ obeundã prefidij quicquã afferre. Homini em̃ in cubiculũ aliquod incluso, tum de suis tãtum rebus solicito, magnũ res eæ adiumentũ afferre possint. Ei vero qui in tot populos scissus est, curas solicitudinesq; suas in subditos suos singulos partiens, nõ video quid idonei adiumẽti ad illorũ profectum cõferre queãt, nisi idẽ acrẽ fortissimumq; animũ nactus sit. Neq; sanè mirũ tibi esse debet si vnà cũ tanta tolerãtia, alia quadã fortitudine episcopi animũ spectatũ esse volo. Nã cibũ, potum, stratũ itẽ molle eon tẽnere, multis ne labori quidẽ id esse videm°, iis præsertim q natura agrestiores per ętatis vigorẽ ita sunt educati: ac multis itẽ aliis, aliàs corporis habitudine, aliàs ipsa etiã assuetudine laborũ illorũ asperitatem molliẽte mitigantęq;. At contumeliã, vim, incõmodũ, molestũ aliquod verbũ, tum vero scõmata ab inferiorib° nõnunquã leuiter, atq; impręmeditate, nõnunquam etiam reddendo iure cõtorta, præterea & querelas temere ac nulla causa tũ à principib° tum à subditis natas, non multorũ est ferre posse, sed vnius tantũ, & alteri°. Ac videre sanè est eos qui animi virtutibus illis plurimũ possunt, ad hæc ipsa tanta veluti animi vertigine laborare, vt vel immanissimis belluis facilius exasperent. Huiusmodi autẽ ingenio prediti homines ab episcopatus cancellis, à sacerdotij claustris, peul arcẽdi sunt. Nam episcopũ inedia minime cruciari extenuariue, tũ eũdẽ nudis pedib° nõ ingredi: id certe nihil incõmodabit ecclesiæ vniuersitati: at vero agrestioris animi ferocitas furorq;, tũ domino possessoriq; suo, tum etiã proximo ingentiũ calamitatũ author sępe fuit. Atq; iis quidẽ, qui virtutes illas nõ præstant, nulla à deo cõminatio: at temere excandescentib°, gehennam ac gehennæ flammã æternam deus cõminatus est. Ac quemadmodũ fit, vt qui inanis gloriæ titillatione mouetur, si quando populi principatũ obtineat, materiã igni succenso suppeditet: sic qui solitudini assuetus, ne in paucorũ quidem hominũ cõsuetudine, animi sui iræ imperare nõ poteſt, quinimo perfacile ab ea transuersus agitur: huic si populare magistratum credas, instar feræ alicuius à multis vndiq; extimulatę, neque quieto vnquã animo esse queat, & commissos sibi populos in infinita mala atq; incõmoda distrahat. Nihil enim sic ingenij perspicuitatẽ, nihil sic mentis aciẽ hebetat, vt ira nullũ ordinem seruans, ab animi impotentis impetu nata. Ira enim, inquit ille, & prudẽtes perdit: quasi enim in nocturna pugna aliqua obtenebratus animi oculus, non internoscit amicos ab aduersariis, neque ignobiles à claris, sed omnes simul vno loco habet: & si iactura etiã aliqua calamitasq; subeunda sit, omnia perfert vt animi voluptatẽ impleat satietq;. Est enim etiã quędam voluptas, irę excãdescentia: cuius tyrãnis humanũ animum vbi possedit, voluptatis tyrãnide crudelior truculentiorq; est, vniuersum illius statũ sursum ac deorsum cõturbans, incolumitatẽq; excarnificãs: nam & ad arrogantiam fastúmq; facile impellit, & simultates intempestiuas, & odiũ nulla ratione subortum, & offensiones leuiter ac temere natas assidue parat: & multa id genus alia cũ verbis, tũ factis vi aggrediuntur: quũ animus interim clam vehemẽti morbi illius flatu raptus, nõ habeat vbi suam vim affirmans tanto impetui resistat. Tum Basilius: Ego vero te, inquit, nõ amplius dissimulãtem hic patiar: quis em̃ nescit quãtũ ab hoc morbo sis alienus? BASIL.

Cur me igitur, inquã, ó bone, vis flammæ atque incendio admotũ esse? cur beluam quiescentẽ irritare pergis? ignoras id nobis nõ nostra virtute successisse, sed potius ex solitariæ ac quietæ tãtum vitæ cultu ac studio? cum eo autẽ qui ad animi morbum huiusmodi propensior sit, præclare sanè actũ fuerit, si solitariam vitã sequutus, vniusq; & alterius amici vsu delectatus, possit excãdescentiæ incendiũ illud deuitare: vt ne dicã cogi illum alioqui in tam multarum curarum altissimũ pelagus præcipitem ruere. Tũ enim nõ se solum, sed & alios cõplures secum ad interitus præcipitium pertrahit, reddítq; minus animatos ad humanitatis facilitatisq; studia excolenda: quãdo sic natura comparatum esse videmus, vt subditorũ multitudo magna quidem ex parte principũ suorũ mores tanquã exemplarẽ quandam imaginem spectẽt, séque ad illos formare studeãt. Quĩ ergo fieri possit, vt illorum tumores & inflammationes sedet is qui ipse tumescat? quis vero plebeius vir cõcupiscat statim temperãs moderatúsq; fieri, principem intuitus iracundum? Neque enim possunt episcoporum vitia dissimulari, sed vel parua atque exigua cõfestim manifesta fiunt. Quando & athleta tantisper dum domi se continet, cum nemine manus conferens, imbecillitatem infirmitatémq; suã occultare aliis potest: vbi vero nudato corpore in arenã decertaturus descenderit, tum facile apparet quid ille possit. Eadẽ ratione qui priuatã hanc & quietã vitam viuũt homines, solitudinẽ habent suorũ vitiorum tanquam velamẽ quoddã: iidem rursus quum in mediũ prodierint, solitudinẽ illam, sicut vestẽ exuere, ac per externos aduentitiósq; motus, suos animos omnibus nudos exhibere coguntur. Quemadmodum ergo illorum officia rectíq; mores multis vsui sunt, accẽdúntq; ad studij æmulationẽ eiusdem: ita & vitia ad virtutis cultũ segniores reddunt, præstántq; vt cæterorũ animi ad bonorum operum labores capessendos torpescant: quamobrem sacerdotis animi pulchritudinẽ vndique splendescere oportet, vt oblectare pariter & illustrare possit eorum animos, qui suos in illum oculos iniiciũt. Nam vulgarium hominum delicta, veluti in tenebris commissa, authores suos solos perdũt. Cæterum hominis illustris, & vulgo cogniti delictum commune omnibus damnum adfert: cum eos qui ad virtutis capessendæ fudores remissi sint, supinores etiamnum reddens: tum eos, qui sibi ipsis attendere, ac virtuti acquirendæ aduigilare volunt, ad desperationem extimulans. Præterea ignobiliũ delicta si in medium prodierint, neminem insigniter vulnerant: at qui in istius dignitatis fastigio positi sunt, primum nemini non noti manifestíque sunt, tum vero si vel tãtillum peccauerint, parua eorũ peccata aliis magna videntur. neq; enim peccati magnitudine, sed peccantis potius dignitate peccatum plerique omnes metiuntur. Ac certè episcopum conuenit & studio acri, & perpetua vitæ continentia tanquam adamãtinis armis circunseptum, quoquouersus circunspicere, necubi nudo quis aut neglecto loco deprehenso letale vulnus adferat. Circunsistunt enim cæteri parati vt vulnerent, ac si liceat supplantent:

tent: neque ij ex hostiũ atq; aduersariorum numero, sed ex iis qui se amicos esse adsimulant. Episcoporũ ergo animi tales eligantur, qualia olim in Babylonia fornace sanctorum illorũ corpora diuinæ gratię largitas exhibuit. Neque enim ignis ei° qui episcoporũ animos depascit, alimenta sunt sarmẽtum, pix, stupa: sed alia quædã his longe infestiora: quando ne ignis quidem sensibile illud elementũ hîc substernitur, sed pro igne episcopum circumlãbit voraciſſima inuidię flamma, vndique se attollens, atque adeo vitam illius ac mores altius subiens, scrutãs, probans, quàm ignis ille Babylonius puerorũ illorum corpora probauerit. Quoties igĩt repererit vel tenue aliquod stipulæ vestigiũ, celeriter admota partem illam debilẽ ac vitiatam exurit: tùm vero reliquam structuram, vt ea solaribus radiis radiãtior lucidiórq; fuerit, fumo illo inuoluit, totámq; denigrat. quandiu enim sacerdotis vita pulchre partibus ex omnibus congruens, concinnataq; fuerit, nullæ illi aduersariorum insidiæ nocere possunt: qui simul atq; vel tãtillum officij recti prætermiserit (vt par est nonnunquã prętermittere eum, qui homo quidẽ ipse sit, quíque humanæ vitæ plenũ erroribus pelagus traiiciat) iam illum nihil anteactæ vitæ honestas adiuuat ad incusantiũ voculas effugiendas: quinimo leue illud commissum, reliquæ illius vitæ luminibus officit: ac certe sic sacerdoti omnes iudices esse volunt, vt carne nequaquam composito, vt humanã naturam non sortito, verùm vt angelo, vt humanæ infirmitatis minime participi. Porrò quemadmodum tyrannũ donec imperio potitur, reformidant, eíque adulantur omnes, non ob aliud, nisi ꝙ illum tyrannide deturbare non possunt: quum autem illi res in contrarium cedere viderint, hic relicto honore illo simulato, qui haud ita pridem amici erant, fiunt derepente aduersarij atque hostes: ac vitiatas infirmásq; in illo partes rimati, per quas videlicet illum facilius adoriantur, impressione facta imperio depellere conãtur: sic & in sacerdotibus vsu venit. Nam qui sacerdotem paulo ante ac dum munere potiretur, reuerebantur, colebántq;, ij occasionem nacti perexiguam, magno se studio accingunt, vt illum infestius etiam q̃ tyrannum imperio depellant: atque vt tyrãnus corporis sui custodes timet, sic sacerdos eos quos sibi propíquos, collegásq; habet, maxime omnium reformidat: nulli enim alij perinde illius magistratũ affectant, eiusdémq; res omnes notas habẽt, atq; illi: propinqui enim ac familiares quũ sint, si quid tale acciderit, continuo ante omnes præsentiscunt: ac facile illis etiam calumniantibus fides adhibetur: possúntque illi haud ita magno negocio calumniis suis circunuentũ episcopum capere, illius errata, quantumlibet leuia, aggrauãtes. Qua in parte apostolicum illud dictum immutatum est: siue patitur vnum membrũ, gaudent omnia membra: seu glorificatur vnum membrũ, simul patiuntur omnia mẽbra, nisi si forte ingentem quandam pietatem, ac religionẽ præstiterit, quam aduersus illa omnia opponere queat. In tantum igitur bellum nos emittis? & aduersus pugnam tam variam, támq; multiformem animum nostrũ sufficere posse existimas? Vndé nam, quæso, & à quo id edoctus es? nam si cœlitus id tibi innotuit, oraculum ipsum mihi indica, & tibi iam assentior. Sin id non potes: verum ex hominũ opinione de hac re pronuncias: ab isto tandem errore animum liberes. In iis enim quę ad nos spectant, par est vt nostrum potius, quàm aliorum sequamur iudiciũ: quæ em̃ in homine sunt nullus nouit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Nam quòd tum nos ipsos, tum eos à quib° electi ipsi sumus, ridiculos fecissemus, illo per nos munere susceptо: ac magno item cum nostro dispendio ad vitæ conditionem hanc, quam hodie quoque tuemur, reuertissemus, si minus antehac, nunc certe per hæc me verba persuasisse puto. Neq; enim inuidia solũ, sed & quæ inuidia longe infestior est, principatus huius affectatio, cõplures armare solet aduersus eum, qui principatũ ipsum occupat. Ac quemadmodum qui principatum affectant filij, molesto animo intuentur longam patrum suorum senectutem: sic ex his nonnulli quum viderint constitutum, vt sacerdos ad longum aliquod tempus dignitatis suæ munere fungatur, quãdoquidem interdicere nefas, deturbare illũ imperio accelerant: omnes in deturbati locũ suffici cupientes, ac singuli honorem illum ad se deferri expectãtes. Vis & aliud tibi pugnæ huius genus aperiam, periculis mille plenum? Ito hinc iam, ac publica festa spectato: ea dico in quibus dignitatum ecclesiasticarum electiones de more fiũt, & tam multis videbis inibi criminationibus lacerari episcopum, quanta est tota illa subditorum multitudo, quibus eligendi potestas concessa est. Hos omnes tum in multas factiones scindi, neq; inter se cõsentire, neq; cum eo cui sorte episcopatus delatus sit, cõuenire videas: sed vnusquisque à suis vnius partibus stat, alius hunc, alius illũ eligens. Cuius rei causa hęc est, ꝙ id ipsum non spectant, quod solũ spectandum fuerat, nempe animi virtutem: sed aliæ sunt causæ quibus honores conciliantur. Verbi gratia hic, ꝙ claro genere natus sit, in episcopatus, inquit, ordinẽ cooptetur. Ille, quòd opibus abũdet, neque indigeat alimẽtis ex ecclesię prouentibus quęsitis: alius ꝙ ab aduersariis ad nos trãsfugerit: alius sibi genere propinquum ac necessarium: alius adulatorem cęteris anteponere mauult: nemo est qui eũ qui idoneus sit, spectare velit, aut animi partes explorare curet. Ego vero tantum absum, vt causas huiusmodi ad probãdos sacerdotes idoneas esse putẽ, vt si quis etiam magnã perpetua vita religionem, pietatémq; præstiterit, quæ ipsa tamen non paruum ad id adferat præsidium, ne hunc quidem huius nomine adlegere statim audeam, nisi magnam etiam animi prudentiam religione huiusmodi coniunctam habeat. Nam multos ipse noui, ex iis qui sese perpetua continẽtia cohibuissent, ac quorum corpora ieiuniis multis exhausta essent, donec solitariam vitam agere, ac suas dũtaxat res curare licebat, deo maxime acceptos fuisse, eosdémq; in dies singulos cœptę illi philosophię auctarium non paruum adiecisse: qui iidem postea quam in hominum lucem venerunt, vulgi insciti am emendare coacti, alij prorsus muneri illi administrando impares fuere, alij in eo ipso munere perseuerare dum cogerentur, pristina vitæ cura atque austeritate procul excussa, tum sibi detrimento maximo, tum aliis nulli prorsus vsui fuere. Neque vero si quis vitæ tempus perpetuum in extrema sacrarum functionum classe persistens cõsumpserit, ac sic demum ad vltimã vsque ætatem peruenerit, hunc protinus propter ætatis reuerẽtiam ad summum honorem perducemus. Quid enim si vel ea ætate quum sit, tamen minus idoneus adhuc reperiatur? quod tamen sic à me dictũ non est, quasi velim canitiẽ vituperare:

Universidad de Deusto
Biblioteca

perare: vel ſtatuere lata hîc per me lege eos qui è monachorũ ſodalitiis prodiere, ab huiuſmodi præfectura arcendos prorſus eſſe: contigit enim aliquoties, vt ex eo grege complures ad id muneris pertracti, vitæ candore in primis eluceſcerent. Verũ illud eo nomine dixi, vt oſtendã, ſi neque religio per ſe ipſa, neque ſenectus longæua ſatis eſſe poſſunt, vt eũ qui epiſcopatum obtinuerit, munere illo dignũ efficiant: certe vix hoc ipſum cauſas eas, quas paulo ante cõmemoraui, efficere poſſe: quibus cauſis nonnulli etiã abſurdiores alias adiungunt. Etenim alij quoſdã, vt ne aduerſariorũ partes ſequantur, in cleri ordinem recenſent: alij propter malitiã, ne contẽpti ſcilicet luculẽtorũ malorũ reliquũ tempus authores fiãt. Potéſtne quicquã hoc ipſo iniquius eſſe? quũ videlicet homines peruerſos, malis flagitiiſq; omnibus abundantes propter hęc coli ab aliis videmus, ob quę puniri ipſi deberẽt: coſdemq; quarũ rerum nomine ne eccleſiæ quidẽ limen introire oporteret, vel ad ſacerdotalem dignitatẽ aſcendere. Etiám ne, obſecro, quęremus diuinæ in nos iræ cauſas, quum nos myſteria tã ſancta, tamq; horrẽda hominibus partim flagitioſis, partim nihili labefactanda tradamus? Quũ enim alij prouinciæ ad ſe minime pertinentis, alij multo etiã maioris quàm propriæ patiantur vires, præfecturã ſortiti fuerint, ij certe efficiũt, vt eccleſia dei nihilo ab Euripo differre videat. Equidẽ principes externos antea ob id irridebam, q, honores præfecturaſq; diſtribuerent non animorũ virtutis, ſed pecuniarum rationem habentes: atq; vt alij aliis vel annorum multitudine, vel dignitatum gradibus iam antecedãt, ita demum eos vlterius promouẽtes. Poſteaquam vero audiui indignitatem hanc in noſtrum etiam ordinem quodam modo debacchatã irrepſiſſe, facinus huiuſmodi mihi nõ perinde graue viſum eſt. Quî enim mirum fuerit, homines rerum humanarũ cultui deditos, populárem tantũ auram venantes, pecuniæ cauſa nihil nõ agentes, in huiuſmodi vitia prolabi, vbi qui ſe puros eſſe ab iis omnibus vitiis ſimulãt, illis nihilo ſeſe melius animo affectos oſtendũt: quinimo rerum cœleſtium certamẽ ſuſcipientes, perinde atque ſi de terrę iugeribus, aut alia id genus re deliberarẽt, gregarios quoſdam homines temere aſſumptos, rebus iis præficiũt, quarum nomine & gloriam ſuam exinanire, & homo fieri, & ſerui formã accipere, & conſpui, & colaphis cædi, & morte ignominioſiſſima occũbere ſecundum carnẽ, vnigenitus dei filius non deprecatus eſt? Neq; iſti tamen intra hos fines ſe cõtinent, ſed & alia addunt abſurdiora. Neque enim immeritos ſolũ adlegunt, verũ & idoneos eiiciunt. Nam quaſi cõueniret vtrinque eccleſiæ firmitudinem labefactari, ac cauſa illa prior nõ ſufficeret ad diuinam iram accendendam, ita illi alteram nihilo deteriorem cõiunxerũt. Etenim iuxta ego peſtilẽs eſſe reor, vtiles arcere, & inutiles intromittere: id quod ab illis certe fit, vt Chriſtianũ armentum nulla ex parte aut conſolationem inuenire, aut reſpirare valeat. Hęc igitur nonne millies dei fulmen merenẽ? nónne digna ſunt quę gehennæ, non illius quã nobis ſacræ literę comminantur, ſed longe etiã grauioris igne plectãtur? veruntamẽ mala huiuſmodi ſuſtinet patiturq;, qui peccatoris mortẽ non vult, vt conuertatur ipſe ac viuat. Cuius in nos benignitatẽ mirã quî ſatis mirabimur? ad cuius miſericordiam quî ſatis obſtupeſcimus? En qui Chriſtiani ſunt, ſęuius etiã quàm aduerſarij, q, hoſtes Chriſti opes perdunt. At ille etiamnum bonus benignitatẽ vbiq; præfert, ad pœnitentiam inuitãs. Tibi gloria, tibi, inquã, gloria domine: quantæ apud te clementiæ abyſſus, quãtæ eſt patientiæ copia? Hem qui nominis tui prætextu ex ignobilib⁹ & obſcuris clari atq; illuſtres effecti ſunt, honore abuuntur, cõtra eũ qui honorẽ eſt largitus, audentq; nõ audenda, in ſacroſãcta illa tua myſteria iniurij, probos extrudẽtes eiicienteſq;, vt homines malis perditiſq; morib⁹ pręditi, magna cum quiete ac ſumma cum licentia quęcunque collibuerit inuertãt atque conturbẽt. Cuius quidẽ morbi ſi cauſas perdiſcere cupis, iis ipſis quas paulò ante numeraui, ſimiles cõperies: radicẽ enim, &, vt ſic dicã, matrem vnã habent, inuidentiam: earũ vero nõ vna tãtum ſpecies eſt, ſed admodum diuerſæ. Hic enim, inquiunt, quandoquidẽ iuuenis eſt, eiiciatur. Ille quãdoquidem adulandi neſcius eſt: alius propterea q, illius cuiuſpiã offenſionẽ incurrit: alius vt ne indoleat ille neſcio quis: ſi quem ipſe eligendũ obtulit, exploſum, hunc vero adlectum viderit: alius propterea q, probitate, benignitate, facilitate, humanitate prędit⁹: alius propterea q, delinquẽtibus aſper ac terribilis: alius alia ſimili de cauſa: neq; enim illis cauſæ atq; excuſationes deſunt, quotquot afferre voluerint. Atque adeo dum cauſari aliud non poſſunt, opum, diuitiarumq; copiam cauſantur: addentes nõ oportere quenquã repente ad dignitatẽ huiuſmodi aſſumi, ſed ſenſim & per gradus quoſdam. Poſſunt & iidem alias quidẽ atque alias quotquot illis libitum fuerit, cauſas cõminiſci. Ego vero lubẽs hîc ſciſcitarer, Quidnam igitur epiſcopus hîc faciet, cõflictu illi cõtra tot ventos propoſito? quonã ille modo aduerſum tam multos fluctus vnus reſiſtere poterit? qui inſultus impetuſq; machinarũ huiuſmodi repellet? Etenim ſi rẽ recta ratione ac iudicio aggredi volet, inimici protinus atq; hoſtes tum eidẽ, tum electis omnes illi: tum vero omnia ſtatim illi per cõtentionem, atq; vt epiſcopo aduerſentur faciunt: præterea & ſimultates ſeditioneſq; quotidie concitant, & ſexcentis etiã ſcõmatis eorum vitã qui electi fuerint inceſſunt, horũ nullum finẽ facientes, donec vel illos eiecerint, vel ſuos cãdidatos intromiſerint. Deniq; perinde eſſe videas, vt ſi quis gubernator piratas habeat eadẽ naui vnà ſecum nauigãtes, qui quidẽ tum ipſi, tum nautis, tũ vectoribus aſſidue horiſq; ſingulis inſidias ſtruant. Quòd ſi epiſcopus illorum gratiã ſaluti ſuæ præpoſuerit, admiſſis iis, quos admiſſos eſſe nõ oportet: fiet, pfecto vt illorũ loco deũ ſibi offenſum habeat: qua re quid illi peſtilentius accidere poſſit? Adde q, epiſcopo eidem cũ illis res erit lõge difficilior, moleſtiorq; quàm antehac, omnib⁹ inter ſeſe iã conſentientib⁹, ac multo etiã fortioribus rei cõtrouerſæ contentioſæq; victoria accedẽte redditis. Nã quemadmodum ſequientibus pugnantibuſq; inter ſe aſperrimis ventis, derepente mare antea quietum ac tranquillũ furit atq; intumeſcit, eoſq; omnes quos tum vela facere cõtigerit, perdit: ita eccleſię trãquillitas, perditis hominibus admiſſis, turbulẽtia ac naufragiis permultis infeſtat. Hic igitur animo expẽde, qualem eſſe oporteat eum, qui tantæ tempeſtati opponendus, ac tã multa impedimenta rerum ad communẽ ſalutem ſpectantium probe temperaturus ſit. Nam & graué illum, ſed minime faſtuoſum & terrificum, ſed humanũ: & viſenda maieſtate principem, ſed omnibus tamẽ appellãdis comẽ eundemq; integrum, officioſum, humilẽ, ſed minime ſeruilẽ, acrem quoq; ac vehementẽ eſſe conuenit: ſed tamẽ & manſuetũ, vt nullo ipſe negocio cõtra illa, quæ dixi, omnia depugnaret, tum vero eũ, qui idoneus viſus fuerit, magna cũ authoritate ac libertate, quãquam omnibus reclamãtibus, in mediũ promouere poſſit: rurſus eum qui alius compertus fuerit, cum eadẽ illa authoritate ac libertate, vt etiã omnes conſpirent, non admittere: deniq; vt nihil in cuiuſquam vel gratiam vel odiũ facere conatus eccleſiaſticę vni⁹ ędificationis decus, cõmodúmq; tantũ ſpectet. Tibi ne hîc Baſili merito videor negocij iſti⁹ miniſteriũ deprecatus fuiſſe? atqui nondum omnia tibi percenſui: ſuperſunt enim alia mihi dicẽda. Tu vero ne delaſſeris tãtiſper dum patiẽti aure perfers viri amici ac vere germani orationẽ, tibi perſuadere conantis ſeſe criminũ eorũ reum haud quaquã eſſe, quorũ tute eũ inſimulas. Neque enim ipſa hæc tãtum cõducunt ad defenſionem eã, qua apud alios nomine noſtro vti potes: ſed & ad ipſam muneris eius, quo de agit, functionẽ, lucrũ auxiliúmq; non exiguũ conferũt. Eũ enim oportet, qui ad tentandã vitæ huiuſmodi ſemitam acceſſurus eſt, omnia prius ad vnguem perſcrutari, atq; ita demum negocio manus admouere. Quãobrem? quãdoquidẽ vt nullũ aliud inde naſcatur emolumentũ, certè rerũ omniũ prudenter gnaro lucrum id ſupererit, vt cũ id genus procellę tẽpeſtatésq; emerſerint, nihil rerũ inſolẽtia ac nouitate perturbẽ. Vis igitur tibi hîc à me prius expediri præſidiũ patrociniũq; id, quod viduis impendendũ eſt, an ſtudiũ curámq; eam, quã epiſcopus virginibus debet? an potius iudicialis partis, cui ab illo maximopere attẽdendũ eſt, difficultatẽ? Nam vnũquodq; horũ diuerſam ſibi curam vẽdicat, timorémq; cura etiã illa longe grauiorẽ. Ac primũ vt ab eo qđ inter alia leuiſſimũ eſſe putãt, exordiamur: Viduarum quidẽ cultus videtur haud aliã, quàm pecuniæ inſumendæ ſolicitudinẽ iis præbere, qui illarum tractandarũ curandarũq; prouinciã ſuſcepere. Id autem lõge aliter ſe habet: nã quoties illę deligendę, ac tanquam in catalogum referendæ ſunt, & hic quoq; magno admodũ examine opus eſt. Id enim ipſum, q, temere, & vt caſus tulit, in albũ referantur, innumera olim mala peperit: nã & familias peſſundedit, & nuptias diuellit: præterea hac vna de cauſa cõpertũ eſt viduas aliquot tũ furando, tum cauponãdo, atq; alia id genus cõmittendo, multa præter dignitatem atq; ordinẽ geſſiſſe. Huiuſmodi vero viduas eccleſiaſtica pecunia ali, præterquam q, dei vindictã paratam habet, facit etiam vt apud homines maximopere ea res improbetur dãnetúrq;, ac multorũ quoq; beneficentiã remoretur. Quis enim vnquã velit, quas quis Chriſto offerri mãdauit facultates, eas iis ſuſtẽtandis inſumi, quę Chriſti nomen calũniari nõ ceſſant? quo nomine multam huc ac diligẽtem afferre diſcuſſionem conuenit: idq;, ne quæ ſibi ipſę vitã ſufficere poſſunt, ne dum illæ de quibus locutus ſum, indigentiũ mẽſam abſumãt. Porrò diſcuſſionis huius diligentiã ſequitur cura nõ mediocris, vt viduis videlicet in albũ relatis alimenta, quæ præſtanda ſunt, affatim tãquam ex fonte quodã affluãt, nec vnquam deſint. Fit enim neſcio quo pacto, vt inuita paupertas malũ ſit inſatiabile, querimonia ſemper atq; ingratitudine plenum. Ac multa ſanè prudẽtia, multo itẽ ſtudio opus eſt, vt qui criminationis cauſas omnes amouere à ſe cupit, ipſarũ ora obſtruat. Iam pleriq; vbi aliquem viderint

pecuniæ imperãtem, cõtinuo idoneum ad huiuſmodi œconomiã pronunciant. At ego nunquam exiſtimauerim, hanc illi animi magnitudinẽ ſatis eſſe, quã ipſam præſtãdam quidem in primis eſſe (quippe ſine ea vaſtator potius quàm antiſtes, & pro paſtore lupus fuerit) verum & vnà cum ea videndum puto, num & aliã animi virtutẽ habeat. Ea eſt autẽ mortalibus bonorum omniũ author patiẽtia atq; æquanimitas, hominis animũ tanquam in ſerenum quẽdam portum appellens. Nam viduarũ genus tum paupertatis, tum ætatis, tum ſexus nomine immodicam ſibi libertatẽ vſurpat, (ſic eũ loqui præſtat) vociferantúrq; importune ſemper & ab re cõqueruntur & lamentãtur vbi gratia habenda, & inculant quod laudandũ ac probandũ: qua in parte antiſtitem oportet omnia generoſe ac fortiter pati: neq; irritari ſiquãdo illæ aut intempeſtiue obtundãt, aut immerito expoſtulẽt. Illarum enim infœlicitas miſericordiã potius quàm cõtumeliam meretur: quarum certè calamitatibus antiſtitem inſultare, & dolori ob paupertatẽ nato contumeliæ etiam moleſtiam addere, extremę crudelitatis atq; immanitatis fuerit. Quocirca vir quidã ſapientiſſimus, humani ingenij auaritiã faſtúmq; contemplatus, tũ intelligens paupertatis vim naturámq; tantum poſſe, vt vel generoſiſſimũ quenq; animum proſternat, cogátq; identidẽ iiſdẽ rebus poſtulandis impudẽtem eſſe, vt ne quis per pauperũ efflagitationes ira excãdeſceret, tum vero aſſiduo illorũ occurſu irritatus illis aduerſarius is fieret, qui opẽ afferre deberet, ipſum inſtruit ad ſeſe mitem ac facilem indigenti præſtandũ: Pauperi, inquit, citra animi tui moleſtiam aurẽ inclina, atq; illi pacifice humanéq; reſpondeto, ac miſſum faciens indigẽtem cundémq; irritantem, (quid enim dicere quis ad illũ poſſit, qui ſupplex iaceat?) cum eo ſapiẽtiſſimus ille idẽ verba facit, qui illius infirmitatẽ ſubleuare poteſt, exhortãs, vt tũ vult⁹ mãſuetudine, tum orationis humanitate, antequã ad largitionẽ deſcẽdat, illi⁹ eñ animũ erigat excitétq;. Quòd ſi quis deſtinatas viduis facultates ne vſurpet quidem! in ipſas autẽ probra coniiciat infinita, cõtumeliáq; afficiat, atq; adeo aduerſus eas irriteẽ: non ſolum liberalitate ſua natũ à paupertate dolorẽ non leuat, verum & malũ ipſum conuiciis aggrauat: cogũtur enim perfricta admodũ eſſe frõte ob ventris eſurientis neceſſitatẽ: veruntamen & dolorem etiam ab huiuſmodi vi cõtumeliáq; concipiũt. Proinde cũ ob inediæ timorẽ mendicare, & ob mendicitatẽ impudentes eſſe cogãtur, rurſum cũ ob impudentiam contumelia afficiantur, multiformis quędã angoris, mœſtitiæ, doloriſq; vis, & quæ caliginẽ multã afferat, in illarum animũ irruit: eúmq; oportet qui illarũ curam ſuſcipit, hactenus ęquanimẽ patientémq; eſſe, vt non ſolũ non ſua deſtomachatione illarum mœſtitiã anxietatémq; augeat, ſed & conſolatione ſua dolorẽ eũ magna ex parte ſopiat, qui aliũde enatus illarum animos occupauerit. Nam quẽadmodũ neſcio quo pacto fit, vt quẽ contumelia affeceris, is non ſentiat pecuniarum acceptarũ ſubſidiũ ob inflictã contumelię plagam: ſic quem blande atq; humaniter appellaueris, quíq; donũ aliquod vnà cum ſui cõſolatione à te acceperit, exultat magnopere ac lætatur: tũ vero donũ ipſum donantis vultus geſtúsq; cõduplicat. Quæ ipſa nõ ex me pronũcio, ſed ex illius verbis, cuius illa ipſa eſt admonitio, quę præceſſit. Fili enim, inquit, in bonis ne des querelã, & in quocunq; dato ne des triſtitiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

stitiam verbi: nónne ros ardorẽ tollet? sic verbũ melius q̃ datũ. Ecce enim verbũ supra dona ipsa excellens bonũ: vtrunq; autem vir gratus præstat. Proinde non humanũ solũ ac patientẽ qui illatũ curã susc ipit, verũ nihilo etiam minus œconomicum esse oportet: quandoquidẽ si ipsum hoc abfuerit, rursum pauperũ facultates in idẽ damnũ recidunt. Pridẽ enim quidã, cui administrationis huiusmodi prouincia demãdata fuerat, magnã auri copiam cum collegisset, id ipse quidẽ haudquaquã deuorauit, sed neq; in indigẽtiũ vsum præter pauca quædã insumpsit: maximã autem pecuniæ illius partẽ terra obrutam asseruauit, donec tẽporis iniquitas superueniens hostibus in manũ illã totã tradidisset. Magna igitur prouisione opus est vt Ecclesiæ facultates neq; redundent, neq; rursus desint: sed quæ Ecclesiæ erogantur, cõtinuo indigentibus sunt dispertienda: cæterũ in subditorũ animis ac beneuolẽtia Ecclesiæ thesauri collocãdi. Enimuero quanta pecuniarũ impensa opus esse existimas tũ in excipiẽdis hospitibus, tũ in curandis ęgrotis? quantã autẽ tum diligentiã, tum prudentiã ad eã rem afferre debent, qui illi præfecti sunt? quãdo hanc ipsam impẽsam nequaquã ea, quã dixi, inferiorẽ, plerunq; autem & maiorẽ esse oportet: præfectúmq; ipsum largitorẽ esse decet circunspectũ, ac prudentẽ, vt eos qui bonis abundãt, animet ad certatim etiã atq; hilariter bona sua erogãda: ne dum cõsulit tollẽdę ab infirmis inopiæ, largientiũ animos percellat, offendátq;: atq; hac quidẽ parte animi propensionẽ, studiúmq; multo vehementius præstare conuenit. Sunt enim quodã modo q̃ ęgrotãt, morosi ac torpescẽtes: ac nisi summam vndiq; diligentiã curámq; adhibeas, vel tantillum, quod quidẽ à te fuerit neglectũ, eiusmodi est, vt ægrotãti mali plurimum afferre possit. Sed quod ad virginum curã spectat, tanto certe maior inibi timor inest, quanto virginitatis donũ preciosius: quãto virginalis grex cæteris regalior. Pridẽ enim factũ est, vt & in sanctarum virginũ chorum infinitæ eædémque vitiis refertæ infinitis inuaserint, debacchatæq; fuerint: quę res & luctũ multo acerbissimũ parit. Ac quẽadmodũ nõ ex æquo se res habet, puellãne liberalis, an illius ancilla peccet: sic paria inter se nõ sunt virginis ac viduę delicta. Viduis enim impune est & nugari, & cõuiciis inter se depugnare, & adulari, & fronte perfricta esse, & nusquam nõ apparere, & in foro frequẽtes esse. At virgo ad maiora sese accinxit certamina, vtpote quę cœlestis illius philosophię æmulatrix, profitetur se angelicã vitam in terris referre: cui item propositũ est illa eadẽ præstare, quę cœlestes illæ atque incorporeę virtutes præstant: quã ipsam non cõuenit, neq; frequẽtes ac superuacaneas inambulationes agere, neq; verba temere atq; inconsulte effutire: conuicij vero atq; adulationis ne nomen quidem agnoscere: ꝓpterea tutissima custodia, ac maiori præsidio indiget: nam sanctimoniæ aduersarius assidue astat, iisq; in primis insidiatur, deuorare parat᷒ sicubi virgo aliqua cadat labatúrq;. Propterea ex hominib᷒ insidiãtur permulti, cúmq; his omnibus naturæ insania: deniq; suus ille ordo in quem se adscribi voluit, bellũ cõduplicat, tum quod extrinsecus ingruat, tum quod intrinsecus obturbet. His igitur de causis efficitur, vt ei qui regẽdis virginibus præfectus sit, magnus timor immineat: sed maius tamen periculum, maior animi dolor, si quid forte præter animi sentẽtiã (quod deus auertat) eueniat. Nã si patri filia occultã in animo vigilantiã affert, si item cura de ea susc epta, somnum à paternis oculis excutit, vbi timoris illi tãtum incumbit, ne vel filia sterilis euadat, vel nubilẽ ætatẽ domi paternæ trãsigat, vel ĩuisa aliis negligatur: quid facturum putamus eum, cuius animũ nulla harum rerum quas dixi, cura tangat: sed qui de aliis quibusdã longe grauioribus solicitus sit? Neq; enim hic agitur de mariti, sed de Christi neglectu ac cõtemptu: neq; ipsa sterilitas probrum ignominiámq; tantum, sed & animæ tandẽ internecionem parit. Omnis enim arbor, inquit, fructum non faciẽs bonũ, exciditur, & in ignẽ mittitur. Iam virgini quã sponsus Christus oderit, nõ satis est accepto repudij libello abire: sed odij illius pœnas luit, suppliciũ æternum. Ac pater quidẽ secundũ carnem multa habet præsidia, quibus procliue illi sit filiam asseruare: ad cuius virginis custodiam opitulãtur, tum mater, tum nutrix, tum famularũ turba, tũ domus tutela. Neq; enim licet ei frequẽter in forum descendere: neq; si quãdo ea descenderit, occurrentium oculis conspicua esse cogitur. Præter hęc autem culpæ omnis atq; criminationis expers est, & nunquam cogatur in virorum prodire conspectum. Neq; enim rerum necessariarum cura, neq; iniuriorum hominũ improbæ molestiæ, neq; id genus aliud hominũ occursum congressũmq; necessarium illi efficit, cum illi pater pro omnibus sit, ipsa autẽ vnam duntaxat curã habeat, vt nihil scilicet vel faciat, vel loquatur, quod virginalẽ honestatem dedeceat. At si episcopi partes spectes, multa certe sunt, quæ illi virginis custodiã difficilẽ seu potius omni arte superiorem efficiunt. Neq; enim illã secũ domi habere possit, neq; illud sanè contubernium decẽs, aut periculo vacans fuerit: etenim vt nullũ vel hinc detrimentum ipsi patiantur, sed synceram cõstantémq; sanctimoniam seruent: nihilo tamẽ minus rationem reddituri sunt pro iis animis, quas offenderint, ac praua aliqua suspicione asperserint, q̃ si inter se peccasse eos cõtigerit. Porrò cum episcopo nõ liceat virginum contubernio vti, relinquitur, vt facile illi nõ sit virginalis animi motus perdiscere, & quę nimis exuberãt, ordinémq; excedunt, circũcidere: quæ autem intra ordinem ac numerũ consistunt, magis ac magis excolere, atque in meliorẽ profectum perducere: tum vero eidem non perinde procliue erit perscrutari curioséq; indagare, siquãdo virgines domo egressę foras eant, vagentúrque. Nam ꝓ virgo inops sit, atque imperio soluta, idipsum certe efficit, vt episcopus haud ita magnam diligentiam præstet in examinãda illius honestate: quippe cũ ipsa sibi omnia administrare cogatur, cõplures intemperate viuere volenti egressuum vagationúmq; tituli ac prætextus: quos quidem impedire eum oportet, qui illam iusserit domi assidue demorari, rebus necessariis suppeditatis, ac data pedissequa, quæ illi administret. Iam & virgini oportet funebres pompas, ac publica peruigilia interdicta esse. Nouit enim, nouit ingeniosissimus serpens ille, vel per bona opera suum virus disseminare: propterea virginem oportet vndique tãquam muro circunseptam esse, ac toto anno perraro domo egredi: idque demũ cum inexcusabiles ac necessarię vrgebunt causæ. Quòd si quis dicet episcopo opus non esse, vt res huiusmodi pertractet: nouerit is singulas virginalis studij curas, atque adeo criminationes omnes, quas in virgines coniici contigerit, in illum recidere: qua ex re vtilius multò fuerit, si ipse rem per se administrans

ministrans ab iis causis vacet, quas illũ per aliorũ delicta sustinere oportet, q̃ administratione ea relicta rationis reddendę iudicium reformidare, eorum delictorum quæ alij cõmiserint. Adde ꝙ qui per se ipse hoc munus exequitur, magna cum facilitate omnia transigit: qui autẽ necesse habet vicaria aliorũ opera defungi, præterquam ꝙ magnũ illi adest negociũ, vt omnium animos ad id munus gerendum sibi persuasos reddat: certe laboris remissionem tantam nõ habet ex functionis illius abstinentia, quanta negocia, quantósq; turbines sustinet ab iis qui resistũt, atq; ipsius sententiæ ac iudicio repugnant. Sed viriũ nostrarũ nõ fuerit eas omneis curas solicitudinésq; percẽsere, quas sibi studiũ virginibus impendendum vendicat: quæ ipsæ cum in album referendę sunt, mirum dictu est quãta illi negocia facessant, cui prouinciam hanc credideris. Iam pars illa, quã episcopum tractare in iudiciis cõuenit, infinita certe odia, infinitas offensiones parit: quę quidem præterquam ꝙ negociis permultis plena est, tã multas etiã difficultates affert, quàm multas ne forẽses quidẽ iudices subeunt. Nam cum iustũ ipsum inuenire labor est, tum eo inuẽto id non sequi inuidiosum. Neq; vero hic negocium tantum ac difficultas, sed & periculum nõ mediocre inest. Pridem enim ex infirmioribus quidam, molestiis cum premerẽtur, neq; haberent quorum defensione ac patrocinio subleuarẽtur, fidei naufragiũ fecerunt. Fit autẽ, nescio quomodo, vt qui iniuria afficiuntur, nihilo minus eos oderint, à quibus non adiuuantur, quàm eos qui iniuriã inferũt, ac neque negociorum distractionis, neq; temporum inclementiæ, neq; episcopalis magnitudinis, neq; alterius id genus rei cuiusquam rationem vllam habere volunt: quinimo iudices se ipsi præstãt inexorabiles, defensionem vnam prętendẽtes, malorum se premẽtium defunctionem: quam quidẽ qui præstare non potuerit, quãuis mille etiã causas afferat, nũquam effecerit quò minus condemnationẽ subeat. Et quoniã nos in patrocinij mẽtionem incidimus, age hic & aliam quandã querelarum speciẽ causámq; tibi patefaciam. Nam nisi quotidie episcopus omniũ domos circũierit, in hac parte vel eos superãs quibus nullũ aliud studiũ est, quàm in foro versandi deãbulandique: hinc omnino offensiones infinitę emergent. Neq; enim ij solũ qui ęgrotant, sed & qui sani sunt, inuisi se volunt. Id quod non religionis ac pietatis, sed honoris dignitatísq; potius nomine plurimi sibi vendicant: ac si quẽ forte contigerit ex ditiorib᷒ potẽtioribúsq; Christianis, Ecclesię vsu lucróque cõmuni ita vrgẽte, ab episcopo frequẽtius inuisi, hic ꝓtinus episcopus palpatoris atque adulatoris notã sibi inurit. Sed quid attinet patrocinãdi, inuisendiq; partes hic persequi, cũ & solę appellationes, salutationésq;, quib᷒ episcopũ vti oportet, tã magnum etiam criminationũ pondus afferant, vt & ille pondere ferẽdo incuruetur, atq; adeo præ animi mœstitia plerunq; succumbat? vt nihil hic agam, ꝙ & ob oculos illò potius q̃ illò cõiectos, ad calculos vocare illum volunt. Quæ enim ab episcopis temere ac simpliciter fiunt, pleriq; accurate ac diligenter excutiunt, pensitata etiã vocis mẽsura, aspectus habitu, ac risus quantitate. Illi enim, inquiunt, magnifice arrisit, eundémq; tum hilari vultu, tũ voce liberali, salutauit: me vero lòge parcius, atq; vt casus tulit. ac nisi multis vno in loco simul sedẽtib᷒ quoquouersus oculos ille circũtulerit, omnes appellãs, id ipsum contume-

liam esse vulgus dictitant. Quis igitur qui idẽ non sit admodũ fortis, tã multis accusatoribus sufficere poterit: vt vel ab illis prorsus nõ accusetur, vel accusatus crimẽ effugiat? Oportet enim primũ te ne reum quidẽ esse, accusatorésq; habere: deĩde si id præstare nequaquã potes, diluenda sunt crimina quę illi obiecerint. Quod si ne istud quidẽ facile erit, sed delectabũt quosdã temeratiæ, ac nulla causa subsistentes criminationes, tũ demũ generose ac fortiter animi doloribus huiusmodi occurrendũ, resistẽdúmq;. Etenim qui merito incusat, facile tulerit eũ, à quo incusatur: quippe cum accusator minus q̃ conscientia ipsa infestus sit, efficitur, vt quoties ab ea, quę omnium molestissima est, deprehẽsi, conuictiq; prius fuerimus, accusatores extraneos tanquã mãsuetiores facile postea patiamur. Porrò qui nullius sibi culpæ cõscius est, dum iniuste accusatur, continuo ad iram propensus fertur, necnon animum facile desponde: nisi idẽ sic se prius animo cõparauerit prępararitq;, vt multorum insipientiã patientissime ferat. Fieri enim vix potest, vt qui se temere calumniã pati, atque inique dãnari intelligit, non aliquo modo aduersus tantam hominum iniquitatẽ atque absurditatem cõmoueatur. Quorsum autem hic enumerare attinet reliquas illas molestias, dolorésque, quos tolerare episcopũ oportet, dũ necesse est amouere aliquem ab Ecclesiæ cœtu? quæ atrocitas vtinã intra molestiã dolorémque consistat, ac non etiã perniciem non mediocrẽ afferat. Timẽdum enim est, ne ille forte ad iniustius supplium adactus, dolore immodico, quod beatus Paulus ait, absorbeatur. Magna ergo diligentia hic opus est, ne dum prodesse illi cupis, maioris damni author sis: nam quęcunq; ille post huiusmodi curationẽ peccata cõmiserit, futurum est vt horum singulorũ pœna cum medico illo communis sit, qui vulnus probe nõ inciderit. Quàm multa igitur supplicia episcopos manent, cum ex eis vnusquisq; non solũ rationẽ redditurus sit suorũ delictorum: sed eorũ item omnium, quæ alij cõmiserint, ad extremum illos venire oporteat periculũ? Nam si horremus, dum iudiciũ id nobis subeundũ est, in quo peccatorũ propriorũ rationem reddituri sumus: vt qui sentiamus, nos ignẽ illũ æternum effugere nequaquam posse: quid illi expectãdum est, qui tam multorum nomine causas sit dicturus? Quòd autẽ hoc verum sit, audi beatũ Paulũ, seu potius non Paulũ, sed Christum Pauli ore loquẽtem: Parete iis qui præsunt vobis & concedite: nam illi vigilant pro animis vestris tanquã rationem reddituri. Hiccine exiguus tibi videtur comminationis terror? equidẽ illum quantus sit, verbis exprimere nõ possum. Vsq; adeo vt qui admodũ etiam animo duri sint, ac qui se facile aliorum oratione persuaderi non patiantur, quæ dixi abunde sufficiãt, vt persuasum illis sit, nos neque fastu, atq; contumacia, neque inani gloria adductos, sed tum nobis ipsis tantum timẽtes, tum rei ipsius magnitudinẽ emensos, fugę genus hoc quæsiuisse.

LIBER QVARTVS.

BASIL.

Hæc Basilius cum audisset, paululum cũctatus: tu vero, inquit, si ad huiusmodi dignitatem acquirendam studium intendisses tuũ: nimirum animi tui formido ista ratione aliqua niteretur. Nam qui se idoneum ad muneris alicuius functionem semel professus est hoc ipso, ꝙ functionem eam studiose arripuerit, hic certe si quid post creditã

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi muneris administrandi prouinciam aberrauerit, haudquaquā ad insciti prætextum confugere possit, vt qui anteuertēs, sibi ipse defensionem ademerit, vel ob id quod accurrerit, quódque administrationē eam sibi rapuerit: intantū vt qui sponte ac volens eò accesserit, iam non sermonem hunc vsurpare possit: inuitus peccaui, inuitus illum aliquem perdidi. Dicet enim ad eū qui tū illi hac in causa iudex futurus est: Et quo tandē nomine, cū animi consiliique tui vires pares non essent functioni huiusmodi inculpate pertractandæ, aduolasti, ausúsque es prouinciā humeris istis minime parē subire? quisnam, obsecro, te ad id coēgit? quisnā vi te attraxit detrectātem fugientémque? Tu vero nihil tale vnquam auditurus es: neque enim possis delicti cuiusquā huiusmodi teipsum dānare, éstque omnibus iam spectatū, te ne tantillū quidē laborauisse, vt honorē hunc assequereris, sed aliorum potius officiū beneficiúmq; id honoris tibi detulisse. Atque adeo quod illos delictorū veniam impetrare nō patitur, hoc certe abundās tibi apologiæ
CHRYS. argumentū suppeditat. Ad hos sermones caput cū mouissem, sensimq; arrisissem, hominis facilitatē simplicitatémque demiratus, hac ego ad ipsum oratione vsus sum: Equidē optarim vir omnium optime, hæc ita se habere vt dixti: idque nō vt id muneris amplectar, quod iam detrectaui. Nam vt mihi etiā nullum propositum sit suppliciū defunctorie atque adeo imperite Christiani gregis administrationē gerenti, tamē omni supplicio grauius fuerit, si cōstaret, me, cui tā excellēs credita fuisset functio, pro eius dignitate qui credidisset, sustinere eā non posse. Quamobrem igitur optarim tuam istam opinionem nequaquā falsam, sed potius verā esse. Nēpe vt miseris calamitosisq; (neq; cūm alio nomine ij digni sunt, qui recte nō aspirarūt ad muneris istius prefecturā, vt millies tute eos dicas vi pertractos fuisse, atq; ignorātia peccasse) vt miseris, inquā, illis effugere liceat ignē illum eternum: exteriores tenebras, ac vermem nūquā emoriturū: postremo vt ne dissecentur, ac perditi cū hypocritis partē habeant. Verum quid facias? certe longe aliter sese res habet. Ac si placet, à regno primū, cuius quidem studiū apud deum tāti non est, quanti est sacerdotij, verborū meorum fidem tibi faciam. Saūl ille qui patrē Cis habuit, nō suo ipse studio rex factus est, vt qui cū abiisset asinas peruestigatum, Prophetā super iis rogare cœpit. At ille cū eo de regno collocutus est. Porrò Saūl ne auditis quidē Prophetæ verbis, ad regni administrationē suscipiendā occurrendū sibi putauit, quinimo tergiuersatus deprecatúsq; D est, cum diceret: Quisnā ego sum? quænam item patris mei domus? Quid tandē? Saúlne posteaquam nō recte honore sibi à deo delato vsus est, potuere verba ista eximere ab eius ira, à quo rex creatus ipse fuerat? Atqui licebat illi aduersum Samuēlē increpātē insimulantémq;, verbis his vti: Num ad regnum ipse administrandū accurri? Num ad huius potestatis regimen profilij, atque aduolaui? Equidē in animo habui priuatam vitam viuere, quietā illam quidem, ac nolestiis vacantē: tu vero ad hoc me dignitatis authoritatisq; pertraxisti. In illa ergo vitæ humilitate, atque obsuritate versatus, facile offensiones huiusmodi deuitassem. Nam si ex vulgariū atque ignobiliū hominū numero vnus fuissem, mihi aduersus Amalechitas bellū deus non credidisset, quo mihi nō credito peccatum huiusmodi nunquā perpetrassem. Verum hæc

ignorantia

A quæ dixi, omnia ad defensionē sunt infirma, neq; infirma tātum, sed etiam vsque adeo periculosa, vt dei iram magis irritent. Eum enim qui magistratū meritis suis maiorē assecutus est, vt errata ipse sua tueatur, defendátq;, magistratus magnitudinē prętendere nō oportet: quinimo in maiorē virtutis profectum magna illa dei erga se benevolentia vti. Qui vero ob id peccādi licentiam sibi permittit, q̄ prestātiori dignitate ornatus sit, certe nihil aliud q̄ dei benignitatem, peccatorū suorum authorē facere conatur: id quod solenne quidē est impiis hominibus, iisq; quorū vita in ignauia ac socordia versatur. Nos autē sic animatos haudquaquā esse conuenit: neq; in parem cū illis insaniam prolabi, sed omni ex parte operam dare, vt vigilātiam nostrā omnē pro virili exhibeamus, bene vbiq; de deo ominantes, nūciantes, cogitantes. Neq; B enim Heli (vt misso regno ad sacerdotiū, de quo nobis sermo, veniamus) studiosé, ambitiosévé dignitatē eam sibi parauit. Hoc ipsum igitur quid illi post delictum profuit? Et quid dico parauit? cū ne illi quidē id muneris detrectare per legis necessitatē fas fuerit: vt qui vnus esset ex tribu Leui, ac quē ipsum oporteret dignitatem eā ad se iam à maiorū suorum retro origine descendentē, suscipere: qui idem tamē liberorū suorū petulantiæ non mediocres pœnas dedit. Iam quid dicas de primo illo Iudæorū sacerdote, de quo tam multa cū Mose deus verba fecit? nōne hic posteaquam vnus non potuit tanti populi insanię resistere, parum abfuit quin periret, nisi fratris patro ciniū dei iram auertisset? Posteaquā vero Mosis mentionē intulimus, cōsentaneum est ex iis quæ illi obuenere, orationis nostrę veritatem demonstrare. Hic quippe C Moses vir vere beatus, tantū abfuit à rapiēda Iudæorum prefectura, vt & oblatā recusaret, & deum etiam q̄ illi id iubenti non auscultaret, contra se irritaret. Quod quidem nō solū id tēporis fecit, verū & posteā cū iam præfecturā eam administraret: qua vt explicaretur, lubēs è viuis decessisset. Quid igitur posteaquam ad aquā peccauit? potuerēne assiduę illæ recusationes illū tutari, ac deo persuadere, vt veniā ei cōcederet? Quanā alia, quęso, de causa terra illa promissa priuatus est? certe nō alia (quod quidē omnib⁹ nobis notū est) quàm ex peccato huiusmodi, propter quod viro illi admirando haudquaquam licuit rebus iisdē potiri, quibus subditi eius potiti sunt. Quinimo post diuturnū tempus insumptum, post multas afflictiones, post immensum illum errorem, post bella ac trophęa permulta, procul ab ea terra mortuus est, cuius gratia tot tātósq; labores sustinuerat: ac qui pelagi mala atq; incōmoda grauissima perpessus fuerat, portus tamē fructus nullos capere potuit. Vides vt iā nulla peccatorū excusatio relicta sit nō solum iis qui rapiūt, sed ne iis quidē qui alieno studio huc euehūtur? Nam vbi qui vel deo decernēte, eligentéq; sępenumero honorē ipsum recusauere, tantas tamen pœnas luerunt, ac nihil quicquam à periculo huiusmodi eximere potuit, neq; Aaron, neq; Heli, neque virum illum perbeatum, sanctū, prophetam admirandum, mortalium omniū humanissimum, eundémque quasi amicum quendā cum deo colloquētem: nimirum vix nobis, qui ab illius virtute tantū absumus, satis esse ad defensionem poterit, conscios esse nobisipsis, q̄ ad honorē eiusmodi nullo ipsi studio, nulla ambitione aspirauerimus: idq; eò etiam magis, q̄ ex his ipsis electionibus pleraſq; humano studio acceptas refer-

re non

re non oportet. Iudā deus elegit, eundémq; in sacro-
A sanctum illud cooptauit collegiū, dignitate Apostolica vnà cum aliis ornatum, cui etiā maius quiddam quàm aliis dedit, pecuniarum dispensationem. Quid igitur? Num posteaquā duabus illis prærogatiuis cōtra quàm debuit vsus est, tum eo quem prædicādum susceperat prodito, tū pecuniis (illi hoc nomine creditis, vt recte eas administraret) male impēsis, impunitate donat⁹ abiit? Certe hoc potissimū nomine grauius sibi accersiuit supplicium: idq; perquam merito. Neq; enim prærogatiuis à deo acceptis sic abuti decet, vt per eas deū offendas: quinimo vt magis ac magis deo acceptus fias. Cęterū qui hoc nomine q̄ alios honore aliquo excellat, pro delictis pœnam cōmerentibus venia dignū se esse censet: perinde facit, vt si quis ex infidelibus Iudęis Christum audiens sic lo-
Ioan. 15. quētem, Nisi venissem, eisq; locutus fuissem, peccatū nō haberēt: ipsum seruatorē optime de humano ge-
B nere meritū, his verbis increpet insimulétq;: Tu vero cur venisti, ac locutus es? cur & signa fecisti, vt grauiorib⁹ in nos suppliciis animaduerteres? At vero de mētiæ ac summę adeo insaniæ verba hęc: neq; enim medicus, vt te magis cōdemnaret, curatum accessit, sed vt prorsus à morbo liberaret. Te autem vltro ipse ab illius manib⁹ summouisti. Igitur & grauius supplicium sustineto: nam quemadmodum si curationi paruisses, futurum erat, vt à pristinis morbis peccatisq; liberareris: sic quādoquidē medicum, quem præsentem habuisti, auersatus es, iam nō peccata illa abstergere potes. Quòd autem id nequaquam possis, propterea horum certe pœnas dabis. Idque eo magis, q̄ medicus, quod quidem ad te spectat, studiū operámque suam perdiderit: quibus de causis efficitur, vt nō C pares cōmunésq; pœnę eę sint, quas ante dignitatem à deo acceptā damus, cum iis quas dignitate iam accepta luere cogimur. Hic enim longe grauius, q̄ illic plectimur. Etenim quem beneficia accepta meliorē nō reddunt, is certe etiam grauius supplicium commeretur. Itaque cū defensio huiusmodi iam non satis firma esse videatur, ac nō solum eos non tueatur qui ad eam confugiunt, sed magis etiā prodat: nimirum aliud nobis præsidiū inueniendum, quo nos tueamur
Basil. ipsi. Qualénam, quæso, futurum hoc est præsidium (Basilius inquit) quādoquidem apud me iam esse ipse non possum, tantum mihi terroris ac formidinis tua
CHRYS. istæc verba incusserūt. Ne te, inquam, obsecro atq; obtestor, ne te ipse eò vsq; deiicias: est enim, est certe præsidiū: si qui scilicet infirmi sumus, cò nunquam descendamus. Rursum si qui firmi ac valētes estis, sa- D lutis vestræ spes non alibi sitas habeatis post gratiā à deo acceptā, quàm vt nihil committatis quod indignum esse possit tū munere, tum deo muneris ipsius largitore. Maxime autē puniendi illi fuerint, qui post eum honorē studio atq; ambitione adeptum, vel per ignauiam, vel per malitiā, vel per imperitiam re ipsa non recte vtuntur. Neque vero propterea paratā veniā esse dixerim iis qui nulla sua ambitione dignitatē eam obtinuerint: nam ne illis quidem quisquam relictus est excusationis defensionisq; locus. Decere eū arbitror vel si te eò sexcēti vocent, atq; adeo cogant, non illos spectare: verū animi tui dotes prius examinare, virésq; tuas oēs exacte perscrutari: atq; ita demum cogentibus cedere. Iam domū se aliquam ædificaturū polliceri nemo audeat, qui idem architectus non sit: neq; ægrotantia contingere corpora quisquā

Tomus quintus.

aggrediatur, qui medicinam non didicerit: quinimo vel pluribus vim afferētibus deprecabitur, neq; eum suæ pudebit ignorantię. Cui autē tam multarum animarū cura credenda sit, is non prius se ipsum examinabit, quin potius vel omniū imperitissimus munus ipsum susciet, posteaquā vel ille iubet, vel ille cogit, atque adeo vt ne illum offendat? Et quonā ille pacto sese vnà cum illis in præsentaneū non coniicit periculum? Nam cū illi liceat vt se ipse per se seruet, nimirum & alios secū perditos perdit. Vnde enim sperāda salus? Vnde venia expectanda? quinā tū nobis internuncij, deprecatorésq; existēt? illi ipsi fortasse, qui nunc nos cogūt, & ad necessitatē adigunt? Hosce vero quis per id tēpus seruaturus est? siquidē ipsi deprecatoribus indigēt, vt ignis ęterni suppliciū deuitent. Quòd porrò hoc dicā, non quò terreā, sed vt rem ita vt vere se habet, edoceā, ausculta quid beatus Paulus ad Timotheum dilectū ac vere germanū filium scribat: Manus cito ne cui imponas, neq; cōmunices cū 1. Tim. 5. peccatis alienis. Intelligis ne quāto non crimine modo sed & suppliciō (quod quidē in nobis fuit) eos liberauerimus, qui nos eò honoris perducturi fuerāt? Nam sicuti iis qui ad id dignitatis electi ab aliis fuerint, nō satis est defensionē hāc afferre: volūtarius ipse ad huiusmodi munus administrandum nō accessi: atq; ideo sanè non aufugi, q̄ non præscissem fore vt eligerer: sic neq; eos qui elegerit, subleuare quicquā poterit, si dixerint ignorasse se eū quē elegere. Verū vel hoc ipso crimen grauius efficitur, q̄ quem ignorauere, perduxerint: ac certè quę illis videtur excusatio, accusationē auget. Nam qui id absurdum nō sit, eos qui mancipiū aliquod empturiunt, id tum medicis ostendere, tū emptionis sponsores postulare, tum vicinos interrogare, ac ne tum quidē adhuc cōfidere, quinimo & diuturnū aliquod tempus poscere, intra quod probare illud possint: eos vero qui quēpiā ad episcopale munus huiusmodi cooptaturi sunt, si cui placitū sit, ad aliorū vel gratiā vel inuidiam testimoniū suum accōmodare, ita eum temere atq; vt casus tulit adlegere nulla prorsus alia discussione facta? Quis igitur nos tum deposcet, atq; à noxa eximet: cū præsertim qui patrocinari nobis debēt, patronis ipsi indigeant? Proinde illū oportet, qui aliquē electurus sit, rem diligenter admodū expēdere, sed multo etiā diligentius eum qui eligendus proponitur. Tametsi enim illi peccatorū suorum suppliciū commune est cum iis à quibus electus est, tamē ne ipse quidem hac ratione suppliciū euadit: quod quidem & grauius feret, nisi si electores rē confecerint morbo aliquo humano victi, reclamante etiā ipsorum cōscientia, neq; secuti quod illa dictabat honestius esse. Nā si in eiusmodi delicto deprehensi illi fuerint, & quē indignū esse certo scirent, per causam tamen aliquam elegerint: vtriq; illi pari digni sunt supplicio. Fortasse autē & maius suppliciū illū manet qui spōte adlegerit minime idoneū. Qui enim potestatem facit volenti Ecclesiam corrūpere, is certe author fuerit eorū omniū quæ perdita illius audacia turbauerit. Qui si nulli rei earū quas dixi, obnoxius fuerit, sibi vero à vulgi opinione fucū fuisse factū dicat, ne sic quidem impune tulerit, sed paulo tamē leuiores pœnas dabit, q̄ daturus sit qui ab ipso electus est. Quid ita? Nēpe q̄ verisimile videri potest, eos qui elegere, à falsa aliqua opinione deceptos ad dāda suffragia descendisse. Qui vero electus est, dicere vtiq; nō queat, se sibi vt & aliis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse incognitũ. Igitur sicuti is de quo grauiꝰ supplicium, q̃ de iis à quibus ascitus productúsq; est sumẽdum sit: ita debet sui ipse periculum accuratius q̃ illi facere, ac si eum illi ignorãtes traxerint, illis obuiam ire, docereq; diligenter causas eas, per quas tũ illi ab errore desistant, tum se ipse functione illa indignũ cũ ostenderit, tantarum rerũ molem effugiat. Quamobrẽ enim fit, vt de militia, de mercatura, de agricultura, cęterarúmq; ad humanũ victum pertinentium rerum ratione deliberatio ineunda cũ sit, neq; agricola nauigationẽ, neq; miles agriculturã, neque gubernator militiam suscipiat, etiã si mortẽ illis millies commineris? Nempe propterea q̃ illorũ vnusquisq; prospicit fore, vt periculũ sibi ab imperitia artis incognitæ immineat. Itáne ergo, vbi modicis in rebus periclitamur, tanta ipsi vtemur prouidentia, neq; cogentium nos violẽtiæ parendũ esse putabimus: vbi vero æternũ illos manet suppliciũ, qui episcopatus administrationẽ iuste pręstare nescierint, temere atq; vt casus tulerit in tantũ nos cõiiciemus periculum alienæ violentiæ causam opponentes? Atqui rationẽ huiusmodi admissurus haudquaquã est, qui causę istius iudicem aget. Decebat enim multo maiorẽ cautionem ac prouisionẽ spiritualiũ rerum, quàm carnaliũ præstare. Hic vero ne parem quidẽ nos exhibere cõstat. Etenim quæro ex te, si quẽ suspicamur fabrũ esse, ad opus vocemꝰ, sequatúrq; ipse: deindeꝰ manꝰ admouẽs materiæ ad ædificiũ paratæ, ligna itémque & lapides auertat, opus autẽ sic coagmẽtet, sic domũ ædificet, vt statim collapsura ea sit, nũ ille sese abunde hac defensione tutaturus est, si dixerit, ab aliis se coactũ, nõ etiam vltro ad ædificandum accessisse? Certe nequaquã, idq; iure optimo: oportebat enim vel aliis ad id vocantibus pedem referre ac tergiuersari. Itáne vero qui ligna ac lapides auertit faber, huic nullus prorsus suffugij locꝰ, quo minꝰ pœnas pẽdat: qui vero animas negligenter ædificãs perdiderit, hiccine alienã vim, abundans sibi suffugiũ prędidiúmque putabit? & quo id pacto non valde ineptum atq; absurdum? nõdum enim adiicio, nolẽtem à nemine compelli posse: sed & ipsum volo vim fuisse immodicã perpessum, artibúsq; variis circũseptum, vt in retia caderet. Hocine igitur illũ à supplicio eximet? ne obsecro, ne eò vsque nobis imponamus, neq; simulemus ignorare nos ea, quę vel admodum pueris nota esse possunt. reuera enim cũ rationis reddendæ tempus aderit, ignorãtiæ simulatio hęc nihil nobis allatura est prędidij. Principatũ huiusmodi nihil ipse ãbiuisti, imbecillitatis tuæ conscius? Probe id ac recte. Oportebat ergo cũ eodẽ hoc consilio vocantibus etiã aliis tergiuersari. An ne cum te nullus vocaret, imbecillus tu, ac minime idoneus eras: vbi primum vero cõperti sunt qui honorẽ ad te deferrent, derepẽte in valentem atq; idoneum euasisti? Certe huiusmodi res deridicula prorsus ac nugatoria est, eadẽq; extremo etiã supplicio digna. Nã hac vna de causa dominus admonet, ne qui turrim ædificaturus est, fundamentũ prius iaciat, q̃ suas vires expendat: ne qui illac transituri sunt, iis infiniti ludibrij ac risus ansam in se præbeat. Atqui illiꝰ mulcta sese intra derisum cõtinet, cum hic supplicium sit ignis ęternus, vermis nunquam emoriturus, dentium stridor, extremę tenebræ, dissecari atq; in hypocritarum ordine cogi: quorũ tamen omniũ nihil ij expendere volunt, qui factum nostrum accusant. Id quod si facerent, profecto cessaturos tandẽ putauerim ab eo accusando, qui se temere ac nulla causa perire noluerit. Nobis quidẽ haudquaquã nũc res est de frumẽto hordeóve dispẽsando, de bobus ouibúsve pascẽdis, aut aliis id genꝰ rebꝰ distrahẽdis: sed de ipsomet corpore Iesu curando. Christi em̃ ecclesia, ex beati Pauli verbis, Christi corpus est. At certe eũ cõuenit cui credidum corpus id fuerit, ipsum illud tum ad multã honestatem, tum ad pulchritudinẽ incredibilem perpolire, vndiq; circunspicientem necubi macula, aut ruga, aut næuus, vitiúmve aliquod huiusmodi, pulchritudinem honestatémq; illam labefactet. Et quidnã aliud pręstare oportet, q̃ vt capite illo immortali ac beato, quod ipsi superpositũ est, corpus ipsum pro humanarum virium captu dignum efficiat? Nam si quis suum corpus ad athleticã habitudinem cura adhibita componunt, iis necessarius est vsus & medicorũ, & pædotribarũ, & tẽperatæ diætæ, & exercitationis assiduę, & infinitę adeo obseruationis (etenim minimꝰ quisq; rerum illarum cõtemptus labefactare omnia atq; euertere potest) quibꝰ forte obtigit Christi corpus hoc quod dico curãdũ (cuius quidẽ exercitatio non corpora ipsa, sed inuisibiles potentias spectat) ij quibusnã artibus conseruare illud syncerũ atq; incolume poterunt, nisi omnifariã animæ curationẽ congruam, cõuenientem, atq; humana virtute longe superiorẽ calluerint? An ignoras corpus id quod dico pluribus tũ morbis, tum insidiis obnoxiũ esse, q̃ caro nostra hæc obnoxia sit? Itémq; & celerius corrũpi, & ægrius sanari? Certe humana corpora curantibus, diuersa suppetũt medicamẽta. Itémq; & instrumentorũ adparatus varij, & cibi ęgrotantibus congrui: plerunq; autẽ & sola aëris natura satis fuerit ad sanitatẽ laboranti restituendam: aliàs etiã somnus qui opportune obrepserit, medicũ ipsum labore omni leuat liberátq;. At vero hic nihil huiusmodi cõminisci licet, sed vna quædã post operũ præstationem ars accurationis via tenenda sequendáq; est: nempe per sermonem euãgelicum doctrina. Siquidẽ hoc demum instrumentum est, hoc cibus, hoc aëris tẽperamentum optimũ, hoc medicamenti instar, hoc ignis loco, hoc ferri vice: ac si vel vrere vel secare opus, hoc ipso vti necesse: atq; hoc si nihil ꝓfuerit, reliqua omnia euanida pereant oportet. Hoc & iacentẽ animam suscitamus, & tumescentẽ cõpescimus: hoc & superuacanea amputamus, & quæ desunt supplemus, cæteráq; omnia cõficimus, quæ ad animi cõferunt incolumitatẽ. Ac sanè vt vitã quã optime cõstituas, alterius hominis vita te ad idẽ exemplũ æmulationémq; parem pertrahere possit. At cũ humanus animus decretorũ minime verorũ, sententiarúmq; à fide abhorrentium morbis laborauerit, hic demum euangelici sermonis vsus magnopere necessarius, non solũ vt qui tibi domestici sunt, labores atq; confirmes: verumetiam vt cum externis bellum geras, ac manus cõseras. Nam si quis armatus foret tũ spiritus gladio tum fidei scuto, eò vsque vt miracula edere, vt per miraculorum editionem, impudẽtium maledicorúmq; hominum ora obturare posset, huic certe euãgelici sermonis prædiis nihil opus fuerit: quin potius ne tum quidẽ sermonis vsus inutilis est, sed admodũ necessarius: quãdo & beatus Paulus ab eo nõ abhorruit, tametsi à signis editis vbiq; in admiratione habitus. Et aliꝰ quidã ex Apostolis vnus hortatur vt huiusmodi sermonis vim studiosè amplectamur, inquiens: Parati semper sitis ad respondendum cuilibet petẽti, vt loquamini

mini de ea quæ in vobis est spe. Atque adeo vniuersi Apostoli, cũ vnà essent, nullo alio nomine Stephano eiúsq; collegis viduas regendas commisere, nisi vt in eiusdẽ sermonis ministerio versarẽtur. Veruntamẽ si cõtigerit nos aliquid posse in signis per nos edendis, sermonis huiꝰ studio nõ æquè erit nobis inuigilãdũ. Sin ne vllũ quidẽ virtutis illius vestigiũ in nobis relictũ est, ac multi vndiq; assidue imminent aduersarij: supereſt necessario vt nos hoc sermone armemus muniamúsq;, simul vt ne aduersariorũ telis feriamur, simul vt illos feriamus: Quapropter ingẽs adhibere studiũ oportet, vt Christi sermo in nobis largitet inhabitet: neq; cũ nobis pugnę species vna parata est, sed bellũ nobis variũ ac multiplex propositũ, variis multiplicibúsq; aduersariis constans atq; instructum, qui ipsi neq; iisdẽ armis vtuntur omnes, neq; vno codẽq; nos artificio adoriri meditantur, eũq; oportet, qui cũ illis omnibus prędio decertaturus sit, omniũ artes notas habere, eundémq; & sagittarium, & funditorẽ, & centurionẽ, & manipuli ductorem, & militem, & ducem, & peditẽ, & equitẽ, & naualis & muralis pugnæ peritũ esse. Etenim in militaribus prędiis quod quisq; opus peragendũ susceperit, hoc adoriẽtes hostes defendit. At hic haudquaquã sic se res habet: nisi enim qui victoriã reportaturus est, dimicandi artes ad vnã omnes figillatim percalluerit, nouit diabolꝰ vel parte vna aliqua, si ea fortè neglecta fuerit, piratis prędonibúsq; suis ĩtroductis pecudes diripere. At nõ ita vsuenit cum pastorẽ ille senserit omni sciẽtia esse præditum atq; instructũ, insidiarúmq; omnium suarum probe gnarũ. Qua de causa omnibus nos ex partibus munitissimos esse oportet. Nã & ciuitas quandiu muro vndiq; cincta est, eos irridet à quibus obsidẽ, prędisidio illo tutissima: vbi vero qui murũ diruerit ad portulæ tantum magnitudinẽ, tum longe illi abest septi prædidium, etiã si firmum alioqui ac tutum illud maneat. Haud aliter igitur & dei ciuitas, dũ ipsam vndique pro muro pastoris solertia atq; prudentia cingit, aduersariis suę omnes machinę, artésq; in opprobriũ risúmq; cedũt: euaduntq; qui eã incolunt, indemnes atq; illæsi: si autẽ eã parte aliqua demoliri quis possit, vt vniuersam non diruerit, à parte totũ, vt sic dicã, labefactatur. Quid enim profuerit aduersus gẽtiles viriliter aliquem dimicare, si illum populẽtur Iudæi? Quid item de ambobus vis victoriã reportare, si Manichæi illum deprædẽtur? Atque adeo vel his superatis, si qui dicũt fato omnia regi, pecudes intus iugulẽt? Et quid hic opus est omnes diaboli hæreses sectásq; cõnumerare? certe nisi omnes eas pastor recte nouerit, ꝓpulsare, poterit lupus vel per vnã ex eis tãtum, bonã pecudum partẽ deuorare. Iã in bellis militaribus ab iis qui stant ac depugnant, fore cũ victoriam, tum cladem expectãdum semper est. Hic vero res longe in contrariũ cedit. Perfæpe enim vsuenit, vt pugna aduersus alios cœpta, ad eos qui prorsus nõ congressi fuerint, quíq; nihil omnino pulueris bellici hauserint, quiescẽtes sedẽtésq; victoriã deferat: tum vt qui in iis non magnopere exercitatus fuerit, ꝓprio ipse gladio cõfossus & amicis & hostibꝰ ludibrio sit: Verbi gratia (pericli tabor enim tibi id exẽplo planũ facere quod dico) Legẽ quã Moses à deo accepit, qui Valentini ac Marcionis insanum dogma tãquam per manus traditũ accepere, atq; adeo quicunq; eadẽ cũ illis sentiunt, de sacrorũ scriptorum catalogo delent. Rursus illa eadem Iudeis tam sacrosancta est, vt contendant, tempore etiã id iam vetante, nihil in ea esse quod obseruari non debeat, præter diuinum etiã placitum. At dei Ecclesia vtrorumq; intemperãtiam vitans, mediã viam secuta est: quę neque censet collum illius iugo submittendũ: neque patitur vt illã calumnieris. Sed vel exoletã laudat, ꝙ ea scilicet ad tẽpus vsum atque vtilitatẽ pepererit. Oportere igitur puto eum qui aduersus vtroslibet depugnaturus sit, modũ huiusmodi adhibere. Nã si Iudęos docere volens, intẽpestiue nũc veteris legis ceremoniis impediri, acriter increpitare atque incusare illã cœperit, nimirum hæreticis oblatrare volẽtibus ansam nõ mediocrem dederit: qui si huiusmodi hęreticorũ ora obturare volẽs veterẽ legẽ laudibus extulerit immodicis, eã tanquam hodie quoq; necessariã cõmendans, fiet vt Iudæis ora laxet. Rursus qui Sabellij insaniã insaniunt, ac quos Arrij rabies inuasit, ij ꝙ modũ minime seruarint, à sana vtriq; fide prolapsi sunt: qui iidẽ Christianum etiã nomẽ obtinẽt. At si dogmata examines, alteros inuenies Iudęis nihilo meliores saniorésve, nisi quatenus appellatione tantũ inter se differũt: alteros maxime cõuenire cũ Pauli Samosatẽsis hæresi: cęterum vtroſq; lõge à veritatis tramite aberrare. Magnũ igitur hic periculũ, arctáq; & angusta via, præcipitiis vtrinq; intercepta: verẽdúmq; maxime, ne alterũ dũ ferire vis, ab altero vulnus accipias. Eteñ si quis deitatẽ vnã posuerit, hic Sabellius cõtinuo debacchabitur, vocẽ hãc ad suã insaniã impietatẽq; pertracturus. Sin vero diuisione quis facta aliũ patrẽ, aliũ filiũ, aliũ esse spiritũ sanctum dixerit, hic instabit Arrius, in diuersitatẽ essentiæ, personarũ differentiã trahens. Fugienda vero auersandáq; est tũ illius impia cõfusio, tum huius insana diuisio, ita vt patris, filij, ac spiritus sancti deitatẽ vnã fateamur, personas quas vocãt hypostaseis, tres addẽtes. Hac enim ratione vtrorumq; incursiones, quasi vallo obiecto impedire poterimꝰ. Sunt item & alij cõgressus insultúsq; permulti, quos hic colligere possemus, aduersum quos nisi diligẽter fortique animo decertaueris, fiet vt pugna decedas vulneribus confossus innumeris. Iam quis numerare queat domesticorũ nugas atq; contẽtiones? quę quidem externis insultibus inferiores cũ non sint, maiorem etiã ei qui docere illos velit, sudorẽ pariunt. Sũt em̃ alij, quibus præ curiositatis studio temere ac nullo cũ consilio solicite indagare ac scrutari ea placet, quæ neq; facile disci possunt, neque iis vtilia esse, qui ita edocti fuerint. Alij rursus iudiciorum diuinorum rationes ab eo postulãt, conati abyssum illã magnam dimetiri. Iudicia enim tua (inquit ille) abyssus multa. Item fidei, ac vitę institutionis paucos admodũ inuenias studiosos: plures autẽ curiosè ea indagantes exquirentésq;, quæ nequaquã inuenire queas, quorum item exquisitio deũ etiã irritat: nam quoties quæ ille noluit nos scire, ediscere conamur, ea ipsi neq; sciemus, (quí enim deo id nolente?) & periculũ vel ex ipsa tantũ indagatione ad extremũ reportabimus. Atq; hæc cum ita sint, tamẽ cum quis authoritate interposita huiusmodi curiosorũ hominũ ora obstruxerit: is sibi tum arrogantiæ, tum inscitiæ notam inurit. Qua de causa antistitem magnam huc adhibere prudentiam oportet, vt tũm illos ab huiusmodi quæstionibꝰ abducat, tum eas quas dixi criminationes à se amoliatur. Cæterum aduersus hæc omnia nullum aliud quàm euangelici sermonis suppetit auxilium: qua facultate si antistes spoliatus fuerit, fiet, vt eorum ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mę qui illi ſubditi fuerint (de iis loquor qui infirmiores curioſioréſq; ſunt) nihilo melius ſeſe habeãt, q̃ naues eæ, quas aſſidua maris tẽpeſtas exagitat. Quãobrem epiſcopũ oportet nihil nõ agere, vt ſibi facultatẽ hanc cõparet. Atq; hic Baſilius: Quid igitur, inquit, Paulus ille facultatis huius ſibi parãdæ ſtudioſus nequaquã fuit? qui ne eloquentiæ quidẽ inopiam diſſimulat, ſed aperte idiotã ſe eſſe profitetur. Idq; tũ maxime cũ ad Corinthios ſcribit viros ab eloquentia, in qua magnopere ſibi placerent, claros atque illuſtres. *BASIL.*

CHRYS. Hoc ipſum, inquã, hoc ipſum certe eſt, quod pleroſq; perdidit, remiſſioréſq; ad veræ doctrinæ ſtudiũ reddidit. Et enim cũ non poſſent illi Apoſtolicę mẽtis altitudinẽ exacte rimari, neque verborum ſenſum capere: totius ætatis tẽpus conſumpſere in ſomnolẽtia atq; oſcitãtia, inſcitiã eam amplexati, nõ quã ſibi ipſe Paulus tribuit, verũ à qua tanto ille abfuit interuallo, quanto nõ alius quiſquã eorum omniũ hominum qui ſub cœlo hoc viuunt, abeſſe poteſt. Cæterũ propoſitum hoc aliquantiſper à nobis intermittatur. Interim autẽ illud dicã: Sit nobis Paulus ex ea quidẽ parte idiota, quatenus illi iidẽ eum faciunt. Quid tũ, ſi illũ contuleris cũ noſtrę ætatis hominibus? Etenim facultatẽ ille obtinuit, orationis facultate multo prẽſtantiorẽ, ac longe potentiorẽ. Oſtendens enim ſeſe tantum, ac tacẽs, dæmonibus formidabilis erat. Noſtri omnes ſi vnũ in locũ ſimul cõuenerint cũ infinitis tũ precibus, tum lachrymis, nunquã certe tantum poſſint, quãtũ olim Pauli ſemicincta potuere. Paulus quidẽ precibus mortuos ſuſcitauit, prẽterea miracula alia edidit tã multa, vt apud externos pro deo haberetur: atque antequã vitã cum morte cõmutaſſet, dignus habitus eſt, qui vſq; ad tertiũ cœlũ raperetur, verborũq́ue particeps fieret, quę humanã naturã audire nequaquã fas eſt. Atqui hodie viuunt homines, ſed nihil ego eloqui poſſum quod moleſtũ inuidioſúmque ſit. Neque enim hæc dico, quòd memorię noſtræ hominibus inſultẽ, ſed q̃ admirer, quo pacto nõ perhorreſcãt, dũ ſeſe cũ tali viro cõferunt. Nã ſi miraculis omiſſis ad illius vitã deſcẽderimus, eiuſdémque mores ac ſtudiũ vere angelicũ excuſſerimus, per hoc demũ Chriſti athletã magis quàm per miracula victoriã reportare videbis. Quorſum enim dicere attinet zelum, manſuetudinẽ, continentia pericula, frequẽtes curas, perpetuas animi ſolicitudines Eccleſiarum cauſa ſuſceptas, cõmiſerationẽ affectúmq; in lãguẽtes ægrotãtéſq;, afflictiones permultas, alias atq; alias perſecutiones, quotidianas mortes? Quis enim locus orbis vniuerſi, quæ continens, quod mare iuſti illius certamina ignorauit? Illũ vel deſerta atq; inhoſpita tellus cognouit, atque adeo periclitantẽ identidem hoſpitio excepit. Nã & inſidiarũ genera omnia pertulit, & nullũ non victoriæ modũ expertus eſt, vt in decertando indefeſſus, ita & in reportãda victorię corona cõtinuus. Sed enim neſcio quo pacto eò ipſe perductus ſum, vt tanti viri laudes oratione mea eleuarẽ magis q̃ exornarẽ. Eximia enim illius facinora vt omniũ orationẽ excedũt, ita noſtrã tantũ ſuperãt, quantum ab iis relinquimur, qui dicendi facultate in primis excellunt. Atqui ne ſic quidẽ (neq; enim euẽtu, ſed animo potius conſiliũ noſtrũ ille metitur) ſuperſedebo, donec elocutus id fuero, quod tãto eſt iis quæ dixi prẽſtantius, quãto ille mortalibus omnibus excellẽtior. Hoc igitur quid eſt? Certe poſt tã multa egregia facinora, poſt innumeras coronas, in gehennam detrudi, & æterno tradi ſupplicio optauit, vt Iudæos qui ipſum crebro tũ lapidarant, tum etiã quantum in ipſis erat interfecerant, ſeruaret, & Chriſto lucrifaceret: quis mortaliũ ſic Chriſtum deſiderauit, ſi modo deſideriũ appellandum eſt, ac nõ potius aliud quiddã deſiderio maius? Etiãmne igitur noſipſos cũ illo conferemus? idq; poſt tantã gratiã quam partim cœlitus accepit, partim ex ſe ipſe prẽſtitit? Hoc vero quidnã eſſe queat audacius, ac temerariũ magis? Atqui quod vnũ reliquũ eſt, Paulum ſic idiotã nequaquã fuiſſe, vt iſti exiſtimant, id iam commõſtrare aggrediar. Iſti enim non eo modo qui in peregrinæ ac profanæ eloquentiæ prẽſtigiis tyrociniũ non poſuerit, ſed etiam eum qui pro tuendo veritatis dogmate depugnare neſciat, idiotam appellãt: & recte id quidem. At Paulus nõ vtrobique idiotam ſe profitetur, ſed in horum altero duntaxat. Id quod dum confirmaret, rem diligẽter admodũ diffiniuit: oratione nõ etiam cognitione idiotam ſe appellitans. Cæterũ ſi hîc exigere vellemus Iſocratis terſum læuorem, Demoſthenis amplã ſublimitatẽ, Thucydidis verendã maieſtatem, Platonis excellentẽ dignitatẽ, Pauli teſtimoniũ hoc adductũ eſſe oporteret. Nunc vero, ſi placet, omnia illa prætermittentes, ac peregrinæ eloquentiæ ornatũ vt ſuperuacaneũ ducentes, dictionẽ enunciationẽq́; negligamus: ac nobis orationis paupertatem ſic permittamus, vt rerũ verborũmq; compoſitio nuda nobis ac ſimplex ſit: modo ne quis incognitione, atq; adeo in dogmatibus diligenter excutiendis idiotam ſe præſtet: neque quò ſuam ipſius ignauiam protegat, Paulum illũ beatum ornatu ſuo maximo, tum laude quæ in eo ſumma eſt, diſpolier. Vndénam enim, obſecro, Iudæos eos, qui Damaſcũ incolerent, confudit, ignis miraculíſq; ab eo nondũ cœptis? Vnde Græcos idem ſupplãtauit? Quamobrẽ autem Tharſum relegatus eſt? nónne id factum eſt, poſteaquã vi dicendi victor ille euaſit: ſic, vt cum victos ſe illi ferre nõ poſſent, ad illius cædem inflãmati ferrẽtur? Nondũ enim miracula edere cœperat. Neque vero dicere quis poſſit: Paulũ ab editorum miraculorum gloria, apud multitudinem in admiratione habitum: eóſq; qui cum eo congrederẽtur, ab ipſius fuiſſe exiſtimatione oppreſſos. Ad id enim vſq; tempus non niſi ab eloquẽtia victoriã de aduerſariis reportabat. Aduerſus eos autem qui Iudaiſmũ ſequi in Antiochia cœpiſſent, quibus auxiliis pugnauit diſputauitq;? Rurſus Areopagita ille ſuperſtitioſiſſimæ ciuitatis illius ciuis, nónne vnà cũ vxore, audita tãtum Pauli concione illũ ſecutus eſt? Eutychus vero quomodo de feneſtra delapſus eſt? nónne poſteaquã vſque ad multã noctem Pauli docentis orationi intentus operam dedit? Quid vero in Theſſalonica atque Corintho, quin Epheſo & in ipſa Roma, nõne totos dies totáſque noctes inſumpſit, dum diuinas ſcripturas ordine exponeret? Iam quorſum percenſere opus eſt diſputationes eas quas cum Epicureis Stoicíſque palàm habuit? Nam ſi hîc omnia referre velim, profecto noſter ſermo in magnam ſeſe longitudinem producat. Cum igitur Paulum conſtet tum ante miraculorum editionem, tum in mediis ipſis miraculis magnam adhibuiſſe eloquentiam: qua fronte iam ſuſtinebunt idiotã illum vocare, cuius magna fuit apud omnes quà diſputantis quà concionantis admiratio? Quamobrem enim Lycaones ipſum Mercurium eſſe ſuſpicati ſunt? Nam quòd Barnabam ac Paulum deos eſſe crederẽt, id à ſignis editis fiebat. Quòd autẽ Paulũ Mercuriũ eſſe vellẽt, id iã nõ à ſignis, ſed ab eloquẽtia naſcebatur. Quãnã autẽ re prærogatiuã ille vere beatus vir inter cæteros apoſtolos obtinuit? Vnde itẽ per vniuerſum terrarũ orbẽ multus in omnium mortaliũ ore verſatur? Vnde nõ apud nos modo, ſed etiã apud Iudæos, ac gẽtiles in primis admirationi eſt? nónne ab epiſtolarũ facultate ac virtute: per quã nõ eos tantũ qui id tẽporis in Chriſtũ crederẽt, ſed eos quoq; qui ab eo tempore in hunc vſq; diẽ credidere, ac qui poſtea crediturí ſunt (tantiſperdũ ille de vnoquoq; iudicaturus aduenerit) adiuuit, adiuturúſq; eſt? Id quod facere nunquã ceſſabit, donec mortale genus duraturũ eſt. Cuius certè ſcripta inſtar muri ex adamãte cõſtructi omnes orbis vniuerſi eccleſias quouis in loco poſitas circumuallant. Idẽq; illi fortiſſimi ac generoſiſſimi bellatoris exẽplo medius etiã nunc ſtat, captiuã ducens omnẽ cogitationẽ ad obediendũ Chriſto: itẽq; & cõſilia celſitudinẽq; omnẽ aduerſus dei cognitionẽ ſeſe extollentẽ demoliens: quæ omnia ille perfecit per illas ipſas quas nobis reliquit epiſtolas admirabiles, eaſdẽq; diuina ſapiẽtia refertas. Sunt autẽ Pauli ſcripta nobis accõmoda, nõ ſolum vt notha atq; adulterina à nobis dogmata amoliamur, veríſque ac germanis muniamus, ſed etiã ad bene beatẽq; viuendũ maximopere cõducentia. Horũ enim antiſtites etiam hodierni vſu ac præſidio caſtã virginẽ quã ille Chriſto adaptauit, deſponditq;, concinnatã deformatãq; ad ſpiritualẽ venuſtatẽ pulchritudinẽq; perducũt. His itẽ ſimul irruẽtes in illam morbos propulſant, ſimul præſentẽ cõſeruant incolumitatẽ. Talia ſunt ea ipſa medicamina, quę nobis idiota ille reliquit, ac tantas certè illa vires obtinent: quorũ quidẽ experientiam probe admodũ norũt qui aſſiduũ eorũ vſum adhibent. Atq; ex his quidẽ liquido conſtat, Paulũ non mediocrẽ his in ſtudiis operam collocaſſe. Tu vero audi prætereà, quibus ille verbis diſcipulũ ſuũ hortetur: Lectioni, inquit, operã dato, exhortationi, doctrinæ: quarũ rerũ & fructũ addit, quũ ait: Nã ſi id feceris, teipſum ſeruabis, & eos qui te audierint. Ac rurſus: Seruũ domini non oportet pugnare, ſed placidum eſſe erga omnes, propenſum ad docendũ, tolerantẽ malos cũ manſuetudine. Ac progreſſus ait: At tu perſiſtito in iis quę didiciſti, & quę tibi cõcredita ſunt, ſciens à quo didiceris, & q̃ à puero ſacras literas noueris, quę te poſſunt eruditum reddere. Ac rurſus: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, & vtilis ad doctrinã, ad redargutionẽ, ad correctionẽ, ad inſtitutionẽ, quę eſt in iuſtitia: vt integer ſit dei homo ad omne opus bonũ apparatus. Audi autem quę ille addat, dum cũ Tito de epiſcoporũ cõſtitutione diſſerit: Oportet eñ, inquit, epiſcopũ tenacẽ eſſe eius q̃ ſecundũ doctrinã eſt, fidelis ſermonis, vt potens ſit etiã exhortari per doctrinã ſanã, ac contradicentes conuincere. Quo igitur modo qui ſic idiota erit, vt hi eſſe volunt, cõtradicẽtes cõuincere, eorúmq; ora obturare poterit? Quorſum vero opus eſt operã nauare lectioni, ac ſcripturis, ſi ea nobis imperitia amplexanda eſt? Crede mihi, nihil aliud eſſe omnia iſta poſſunt q̃ excuſationes quædã, quàm ſocordiæ atque pigritiei tituli ac prætextus. At vero, inquies, epiſcopis hæc Paulus præcipit. Et nobis ſanè de epiſcopis ſermo habetur. Quòd autẽ ea etiam ſubditis præcepta ſint, audi rurſus quid Paulus in alia quadã epiſtola alios cõmonefaciat: Sermo Chriſti inhabitet in vobis opulente cum omni ſapiẽtia. Ac rurſus: Sermo veſter ſemper cum gratia ſit ſale cõditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpõdere. Iam id quod Petrus vult, vt parati ſcilicet ſimus ad reſpõdendũ, omnibus quidẽ præceptum eſt. Paulus itẽ ad Theſſalonicenſes ſcribens: Aedificetis, inquit, ſinguli ſingulos, ſicut & facitis. Quũ autẽ de ſacerdotibus verba facit, Qui bene præſunt, inquit, preſbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime ij qui laborãt in ſermone ac doctrina. Hic enim demũ doctrinæ terminus cõſummatiſſimus, quũ ſacerdotes tum factis tum verbis eos quos erudiũt, ad beatã vitã à Chriſto inſtitutã conducũt. Neq; enim nuda facta ſatis ſunt ad hoc vt alios edoceas, niſi & cũ his verba accedant: quæ vox non mea eſt, ſed ſeruatoris noſtri Ieſu. Quiſquis eñ, inquit, fecerit ſimul ac docuerit, hic magnus vocabitur: quòd ſi is qui facit, idem & doceret: ſuperuacaneũ certe id foret, quod ſecundũ additũ eſt: dixiſſe enim ſatis erat, quiſquis fecerit tantũ. Itaq; q̃ vtraque illa diſtinxerit, oſtẽdit alias eſſe operũ partes, alias ſermonis, atque vtrunq; alterius ſubſidio indigere ad conſummatã ædificationẽ. An non audis quid Epheſiorum presbyteris ſcribat Chriſti organũ illud electũ? Propter quod vigilate, inquit, memores, quòd per trienniũ nocte ac die nõ ceſſauerim cũ lachrymis monere vnũquenq; veſtrũ. Quis eñ vel lachrymarũ, vel cõmonefactionis per verba præſtitæ vſus, vita in eo apoſtolica ſic radiante? Certe vt mandata obſeruet, poſſit vita huiuſmodi magna ex parte conferre: neque enim illi, quicquid belle ac præclare geſtũ fuerit, cõtinuo ſoli acceptũ retulerim. Quũ autẽ de dogmatibus exortũ fuerit certamẽ, depugnántq; omnes ab iiſdẽ ſcripturis, quámnã hic vitæ exemplũ facultatem præſtare, quámnã vim exhibere poterit: quidnam vero vtilitatis ſudores permulti allaturi ſunt, quũ vel poſt labores illos exhauſtos, à craſſa quadam inſcitia in hereſim quis delapſus, ab eccleſiæ corpore abſciſſus auulſúſque fuerit? quod quidem ſcio multis vſuuenire. Quod tándẽ illi tum fuerit tolerantiæ commodũ? certe nullum. Sicut neque fidei integræ neque incolumis vſus fuerit vllus, ſi perdite alioqui ac corrupte vixeris. Quibus de cauſis eum oportet, qui docendorum aliorum munus ſortitus eſt, in primis huiuſmodi certaminum peritia valere. Nam tametſi tutus ipſe perſtat, nihilq; prorſus ab aduerſariis lędatur, tamen ſimpliciorum hominum multitudo illi ſubiecta vbi animaduerterit ducem victum eſſe, ac nihil habere quo ſe cõtra aduerſarios tueatur, iã nõ victi infirmitatẽ, ſed dogmatis potius imbecillitatẽ vitiúmque cauſantur. Atque ita demum ob vnius hominis imperitiã, multus populus in extremã pernicię præceps rapitur, qui quanquam haud ſeſe penitus cum fidei aduerſariis coniungunt, tamen de iis ambigere cogũtur, de quibus cõfidere ipſi poterãt, & ad quos ſeſe eum fide inconcuſſa contulerant, iam non illis cum eadẽ conſtantia attenti eſſe poſſunt: verum tantus æſtus, tanta tempeſtas illorũ animas infeſtat ſuperato præceptore, vt malum ipſum in naufragium tandem erumpat. Quanta autem pernicies, quantus item ignis in infelix miſerúmque illius caput aggregetur, ſingulis quibuſque ex ſubditorum numero pereũtibus: nihil opus eſt vt te doceã, qui per te hęc ipſe omnia ad vnguem nouiſti. Hoccine igitur eſt

Coloſſ. 3. *1. Pet. 3.* *1. Theſſ. 5.* *1. Tim. 5.* *Matth. 5.* *Act. 20.*

2. Cor. 10

2. Tim. 4.

Tit. 2.

arrogantiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

arrogantiæ,hoccine inanis gloriæ facinus:quod mihi impingitur? quod scilicet recusauerim tã multarũ animarum interitus author fieri, ac mihi maius suppliciũ accersere,quàm præparatũ alioqui destinatũque post obitũ esset? Quisnã vero id mihi vitio verterit? certe nullus, nisi siquis insanire, ac nulla cũ ratione expostulare,inque alienis calamitatibus philosophum agere volet.

LIBER QVINTVS.

QVantum experientiæ atque exercitationis episcopũ ad agendas veritatis tuendæ causas afferre oporteat,satis supérque demonstratum nobis puto. Dicendum autem aliud quiddam supereſt, cuius causa infinita alia existunt pericula, seu, vt verius dicam, non eius certe causa, sed iis potius authoribus,qui eodem rectè vti nesciunt. Quandoquidem res ipsa & salutis, & plurimorum bonorum conciliatrix est, si illius administratio in studiosorum ac proborum virorum manus cecidерit. Id igitur quid est? Nempe labor ingens concionibus disputationibúsque publice ad populũ habẽdis impensus. Primum eũ bona subditorũ pars nolunt se ad concionantes episcopos sic accõmodare, vt se ipsi ad præceptores audiendos accõmodãt:sed discipulorũ ordinẽ conditionémque supergressi,spectatorum eorũ cõditionem vsurpant,qui in theatris stadiísve certamina spectaturi ociosè sedent.In quibus quemadmodũ solenne esse videmus,vt multitudo in contraria scindatur studia,aliis huic,aliis illi applaudentibus:ita sanè & hac in parte discíssi,alij cum hoc, alij cum illo sese cõiungunt,aliàs ad gratiã,aliàs ad inuidiã dicenti aures accõmodantes.Neque vero id solũ molestum est,sed & aliud quiddam, hoc ipso nequaquam inferius.Nam si quem fortè ex concionatoribus contigerit partẽ aliquã eorũ quæ ab aliis elaborata fuerint,suis ipsius cõcionibus intertexere, certe pluribus opprobriis obnoxiũ se reddit, quàm qui alienas opes suffurantur,quũ alioqui etiam sæpe fiat,vt concionator ne aliũde quidẽ mutuatus quicquã,sed ea de re tantũ suspectus, instar furis alicuius in ipso furto deprehensi habeatur.Et quid dico, eorum quæ ab aliis elaborata fuerint?Certè ne illi quidẽ licet suis propriis inuẽtis assidue vti. Aures enim suas vulgus assuefecere,non vt ad vtilitatẽ,sed ad voluptatẽ potius audiãt,quod faciũt qui vel de tragœdis,vel de citharœdis iudicaturi sedent: atque adeo dicẽdi vis illa quã haud ita dudũ explodebamus,hac in parte tantũ sui desideriũ præbet, vt ne in rhetoribus quidẽ ipsis,quũ illi inter se cõcertãt, tãta requiratur.Hic ergo generoso opus est animo, eoque qui longe exiguitatem hanc superet, vt multitudinis voluptatẽ illã immoderatã infructuosãmq; cõpescat, possitq; illorũ auditionẽ ad id quod vtilius futurum sit transferre,hac ratione,vt populũ se sequentem,ac sibi obsecundantẽ habeat,non etiã vt ipse à populi desideriis agatur:id quod præstare nemo potest, nisi idem simul popularẽ aurã aspernetur, simul dicendi vim obtineat.Quorũ vtrũque nisi adfuerit, certè alterũ alterius auxilio destitutum nulli vsui esse possit. Nam si is laudũ titillationẽ forti animo contẽnens, tamen non exhibuerit doctrinam sale ac gratia conditã,fiet vt à multis despicabilis habeat, nullo prorsus lucro cõmodóve ab animi magnitudine illa accepto. Rursum si dicendi partem optime præstare quũ possit, à plausu atque aura populari vincatur, tũ ipsi,tum multitudini quæ audit,dãnum detrimentũque idem propositũ,hoc ipso q; laudũ ille suarũ desiderio captus ad auditorũ gratiã magis q̃ vtilitatem dicendi vim exercet. Ac quẽadmodũ nescio quo pacto fit vt qui nulla ex parte popularibus laudib⁹ capitur,quiq; idem dicendi est imperitus,is neq; obsecundare multitudinis voluptatibus possit, neq; rursus auditoribus magno admodũ vsui adiumentóque esse,propterea q; nullis eloquẽtiæ doctrinæve præsidiis instructus est:sic qui laudũ desiderio trahitur, is quũ doctrina eloquẽtiáq; sua multitudinẽ reddere meliorẽ possit, mauult certe, dum laudes eas quas à multitudine accepit,cõpensare cupit,ea in mediũ afferre,quę auditores delectare possunt,his ipsis populares plausus clamorésq; captans.Eũ igitur qui optimus populi ductor futurus sit,vtraq; illa dote prędituũ esse cõuenit,vt ne altera si abfuerit, alterã subuertat.Quũ eñ in medio exurgẽs oránsq; populo,ea eloquutus fuerit,quæ ociosorũ hominũ ignauiã atq; socordiã perstringere possunt, ac deinde labatur & intercidat illius oratio,tum vero præ dicendi inopia erubescere ille cogatur:diffluit cõtinuo, atq; euanescit omniũ eorũ quę dixerit lucrũ.Nã qui ab eo perstricti fuerint,illius verbis succensi,dum alia repẽdere non possunt,ignorãtię scommatis eũ lacessunt,his arbitrati sua ipsorũ opprobria adũbrare. Propterea oportere episcopũ puto aurigæ optimi exẽplo vtraque illas virtutes diligẽter attẽperare, vt ipsi liceat illas simul rite atque ordine pertractare: quũ eũ talẽ se præstiterit,vt à nemine reprehẽdi possit,tum poterit cũ quãta voluerit libertate subditorũ suorũ omniũ delicta aliàs castigare,aliàs remittere: prius autẽ hoc illi haud facile factu fuerit.Porrò animi magnitudinẽ sic eũ præstare oportet, vt illã non solum intra popularíũ laudũ contẽptionem contineat,sed & vlterius promoueat, vt ne rursum lucrũ id quod captat,imperfectũ maneat.Quidnã igitur aliud contẽnere illũ cõuenit?liuorẽ, atque inuidiã. Intẽpestiuas autem insimulationes (quippe antistitem necesse est) absurdas etiã deuorare criminationes)neque præter modũ vereri,ac formidare: neque rursus leuiter despicere conuenit:sed te oportet vt falsę etiã existãt, vt à plebeiis ac cõtemptis hominibus in te contorqueantur, cõtendere eas statim vt extinguas. Nulla enim res alia magis famã auget vel bonã vel malã, quàm vulgus incõpositum : vt quod citra omnẽ delectũ ac iudiciũ & audire,& eloqui quũ assuefecerit, id omne quicquid occurrerit, temere proloquatur, nulla prorsus veritatis ratione habita. Quãobrem te nõ oportet vulgus ipsum contẽnere, quin potius suspiciones prauas statim atq; exortæ illæ fuerĩt intercidere:blãde itẽ appellare eos qui te insimulauerint, vt illi etiã iniquissimi sint:ac nihil prorsus omittere rerũ earũ,quæ prauã de te opinionẽ delere possint. Sinvero omnia quũ prẽstiterimus,noluerint qui nos accũsant quiescere,tũ demũ contẽnere eos licebit: quandoquidẽ siquis ob populi dicta huiusmodi,animo statim deiici cœperit, nę is nihil vnquã quod generosum admirandũq; sit,parere poterit. Siquidem mœstitia,itẽq; curę ac solicitudines perpetuę,animi vim maxime possunt,pśternere, eundẽq; ad summã etiã imbecillitatẽ perducere. Oportet igiẽ similiter episcopũ erga subditos affici,vt si pater erga liberos suos admodũ infantes afficeretur.Ac quẽadmodum illis neq; insolescentibus, neque cedentibus, neque lugentibus

lugẽtibus admodũ laboramus,ac ne quũ nobis quidem arriserint, cristas tollimus:sic nos oportet neq; vulgaribus laudib⁹ intumescere,neq; probris animũ despõdere,siquãdo ea intẽpestiue erũpere videas.Id vero ô bone difficile admodũ, ac fortasse tale,vt prę stari à nemine possit.Suis eñ laudibus audiẽdis nihil inde delectari,nescio an cuiquã vnquã mortaliũ obtigerit.Porrò consentaneũ quidẽ est,vt qui laudibus delectetur,idẽ illis etiã frui appetat: eũ autẽ qui frui appetit,omnino necessariũ est mœstitia ac dolore afici,quoties illas nõ potest assequi. Nã quẽadmodũ quos diuites esse iuuat,siquãdo in paupertatẽ incidерint,mœrore afficiuntur,& qui deliciis assueuere, tenuem ac simplicẽ victũ tolerare nunquã possint : ita qui laudũ amore capti sunt, non solũ quũ iniuste vituperantur,sed etiã quũ ab aliis assidue nõ laudãtur, quasi fame quadã animũ cõficiũt. Idq; maxime,si in ipsis laudibus educati fuerint:aut si alios apud se laudari audierint. Qui vero cũ laudũ appetentia huiusmodi in docẽdi certamẽ prodierit, q̃ multis illũ negociis,quàm multis animi doloribⁿ obnoxiũ putas? Certe neque mare vnquã potest vndis carere,neque illius animus curis atq; angustia.nam si is fortè fuerit magna dicẽdi vi prędituſ (hoc autẽ paucorũ quidẽ est hominũ)ne sic quidẽ ab assiduo labore expedire se potest. Etenim quandoquidẽ non natura, sed disciplina eloquentiã parit, quum ad illius etiam fastigiũ quis peruenerit, tum certe ab ea ipse destituetur, nisi cõtinenti studio atq; exercitatione vim huiusmodi excoluerit.quo fit, vt qui peritiores iã sunt, iis maior quàm imperitioribus labor sit propositus. Neq; enim par atq; eadẽ iactura hos & illos manet,si rem vterq; neglexerint.Verum tãto ea maior est iactura,quanto inter se interuallo possessio vtraq;, hoc est & peritia & imperitia dissident. Imperitos quidẽ nullus in ius vocet,si nihil illi attulerint quod eruditum atq; eloquẽs sit. At periti nisi semper è penu sua vberiora quędã,& quæ eloquentiæ opinione, quam vulgo iam receptã habẽt,maiora sint,protulerint,ne auditorũ omniũ criminationib⁹ obnoxij sunt. Adde q; illi vel à mediocri eloquẽtia magnas etiam laudes assequi possint:quũ horũ sermo nisi apprime admirabilis atque adeo stupendus fuerit, tantum abest vt laudatores inueniat,vt etiam accusatores permultos conciliet. Neq; enim auditorum consessus magis ex prę iudicata iam dicentiũ existimatione opinionéq;, q̃ ex iis quæ dicuntur,iudicium prolaturus est. Quapropter quũ quis cæteris eloquentia præstiterit,tum demũ illi in primis studio ac labore opus est: neque enim prætẽdere potest id excusationis genus, quod naturæ humanæ cõmune est:fieri scilicet non posse, vt omnibus horis sapias. Verũ nisi vbiq; dicta illius omnia existimationis ipsius magnitudini respondeгint,infinitis certe cũ sconmatis ac criminationibus à populo acceptis domum se recipiet. Quũ interim nemo existat qui secũ reputet, vel tristitiam aliquã, vel angorẽ,vel solicitudinẽ nonnunquã, item & irã quæ in animum irruerit,solere mentis acici tenebras offundere,neq; sinere ipsos animi fœtus puros syncerósq; euadere : prẽterea fieri omnino nequaquam posse,vt qui homo ipse sit,vbiq; eundẽ se præstet:ac quicquid tentauerit,id omne ,pśpere illi vt succedat. At consentaneũ quidẽ esse, vt & nõnunquã aberret, ac se ipse inferior appareat : quarũ rerũ omniũ nullã illi,quod iam dixi,cõsiderare volunt, quinimmo sic in illũ crimina impingunt,vt si angelo iudices essent. Quum alioqui etiã natura eõparatum videamus, vt alterius facinora atque officia quantũuis licet multa ac magna despiciamus:sin vel leue quippiã in eo desideretur,isq; vel ex longo interuallo aberrauerit, id plebs statim persentit,prõpte mordet,atq; vbiq; meminit.Atq; hoc ipsum paruũ licet ac tenue,multorũ eorúmque magnorũ facinorũ gloriã idẽtidem eleuauit.Vides ô bone maiori opus esse studio,ei potissimum,qui dicendi præstantia valeat, ac præter studiũ tanta itẽ tolerãtia,quãta ne illis quidẽ omnibus, quos tibi prius nominaui,opus fuit.Etenim illũ permulti temerè ac nullo consilio identidẽ adoriũtur, qui ipsi aliud habẽt nihil quod incusent,nisi q; illum ægre ferunt apud omnes inclarescere: quo magis illorũ fortiter ac generose ferenda est inuidia. Cuiusmodi odiũ execrabile quod temere illi collegere,occultare,ac dissimulare quũ ipsi non possint, clàm cõuiciantur,incusant,calũniantur:malitiæ etiã suæ virus palam diffundunt.Animus autẽ is qui ad illa singula doloгẽ aliquem cõcipere,atq; inde irritari cœperit,nõ potest quin eo statim dolore arrodatur, atque cõficiatur:neque enim illũ per sese ipsi vlciscuntur tantũ,sed id etiã aliorũ opera aggrediũtur:ac sępe fit,vt vnũ aliquẽ ex eorũ numero, qui dicẽdi facultate minime valeãt,eligãt: eundemq; laudibus in cœlũ extollẽtes,supra dignitatẽ admirẽtur: alios ad id insania,alios inscitia, alios inuidentia impellente: non quidẽ vt illius eloquentiã admirabilẽ reddant, quę talis etiã ipsa non sit:sed vt huius gloriã eleuent atque extinguant. Neq; verò cum huiusmodi aduersariis athletæ illi certamẽ modo propositum est, sed & sæpenumero cũ vniuersi populi imperitia. Nam quandoquidẽ ex elegãtibus eloquẽtibúsq; viris auditorũ in vnũ coëuntiũ consessus haudquaquã conflatur:verum bona cõcionis totius pars ex imperitis constat:sunt autẽ reliqui & ipsi illis quidem prudẽtiores,iidem tamẽ tanto iis inferiores,qui de dicendi facultate iudiciũ ferre possunt, quanto iisdẽ reliqui omnes. Sed quoniã vnus tantũ aut alter in concione assidet,qui dicendi virtutem huiusmodi obtineat:fit necessario,vt qui doctius atque eloquentius dixerit,minus plausus reportet:aliquoties autem, ne laudatus quidẽ discedat.ac certe necesse esse puto animũ cõtra huiusmodi ineptias atq; absurditates generose prẽparare,iisq; ignoscere,qui inscitia peccãt: eos vero qui inuidia adducti hoc facere sustinent, vt infelices ac miserabiles deplorare:neutro autẽ horũ exístimare episcopus debet, de sua dicẽdi facultate quicquã detractũ. Neq; eñ si pictor,qui optim⁹ quidẽ sit,quiq; omnes pingendi arte præcellat,imaginẽ accuratissime à se expressam ab imperitis artificij illius vellicari videat,cõuenire putauerim,vt animum statim despondeat,picturãq; ab imperitorũ iudicio ineptã cẽseat:quẽadmodum ne eam quidẽ quę verè inepta sit,ob eorũ stuporẽ,qui pingendi rudes ignaríq; sunt,admiratione,amore, atq; amplexib⁹ dignã censere debet.Sit enim optimus opifex suorũ quisque operũ iudex, atq; is qui opera ea quæ facit, hac ratione vel venusta vel inepta iudicet, quũ mens atque ingenium,cuius industria opera ipsa deformata fuerint,tale de illis suffragium iudiciũq; tulerit:aliorum autẽ opinionẽ errantẽ,atque arte carentem sic reiiciat, vt ne in animi quidẽ cogitationẽ descẽdere permittat.Haud aliter sane, qui aliorum edocendorum pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum prouinciâ ſuſceperit,is ne de aliorum laudibus dependeat,néve ab iis animũ deſpõdeat. Quin oratione hoc cõſilio meditat⁹,vt deo opt.gratę atq; acceptę ſint, hũc vnũ ſibi ſtatuat canonẽ, ac terminum optimi illarũ opificij,nõ etiã plauſus ac laudationes. Laudatur is ab hominib⁹, laudes ne reiiciat. Laudes ab auditoribus illi negãtur:eas ne ambiat, neu negatis indoleat. Abundãs enim illi fuerit laborũ ſolatiũ; idq; omniũ certe maximũ,ſi ſibi ipſe cõſcius eſſe potuerit,ad hanc ſe rationẽ,doctrinã,eloquentiámque ſuã cõpoſuiſſe atq; adaptaſſe, vt deo illa placens acceptáq; fiat.Eteñ ſi illi⁹ animũ iniquarũ laudum appetentia prius occupauerit, ei certè nihil ſudores laboréſq; illi improbi,nihil dicendi vis illa ac facultas profuerit.Humanus eñ animus is qui temeraria ac cæca vulgi iudicia ferre minime poteſt,ſtatim fathiſcit,ſtudiũq; ipſum literarũ abiicit. Quãobrẽ in primis erudiendus is eſt in laudum cõtemptu ac deſpiciẽtia:neq; eñ ſatis eſt eloquẽtia præditũ eſſe ad dicendi facultatẽ hanc conſeruandã,niſi hic ipſe, quẽ dico,laudũ cõtemptus adfuerit.Quòd ſi quis rẽ ad calculos exactè exigere velit, & illi quoq; qui facultate iſta caret,cõperiet nihilo minus op⁹ eſſe contẽptu iſto laudũ,q̃ ei qui admodũ eloquẽs ſit.Nam ſi à popularis auræ illecebris vinci ſe ille patietur, neceſſario fiet vt multis in rebus delinquat,vt qui quũ non poſſit claros illuſtréſq; illos docendo æquare, nõ recuſabit aliàs illis inſidias parare, aliàs inuidere, aliàs iniuſte detrahere,multáq; alia id genus præter decorũ cõmittere:quinimmo nihil nõ audebit, vel vſque ad animæ exitiũ,vt illorũ gloriã ad ſuę tenuitatis humilitatẽ deducat. Adde q̃ à ſtudiorũ ſudoribus laboribúſq; abſtinebit,tanquã torpedine quadã illius animo circũfuſa. Quiſquis eñ poſt immenſos labores ſuſceptos, laudis fructũ inferiorẽ reportat, is niſi ſe prius ad laudũ contemptũ gnauiter cõpoſuerit, nimirũ animũ ſtatim deſpõdere,eundémque ad altam quandã ſomnolentiã cõuertere ſolet: quando & agricola dum in ſteriliũ locorũ cultu ac labore verſatur,ac lapidoſam noualẽ arare cogitur,ſtatim labore ſuperſedit,niſi illũ vel agricolationis ſtudium vehemens, vel famis timor ingruentis vrgeat. Etenim ſi quibus dicendi facultas magna ineſt,vt donum illud conſeruent,tanta opus eſt exercitatione: qui facultatis illius nihil cõparauerit,ſed in mediis dicẽdi certaminibus,in ipſo concionũ agendarũ ſtadio meditari cogitur:is quantũ,queſo,ſubiturus eſt difficultatis,quantũ tumultus, quantũ turbulentiæ, vt magno ſuo labore tantillum auræ popularis ſibi cõciliet?ſin vero quis exiſtet qui vel inferiorẽ epiſcopo dignitatẽ atq; ordinẽ ſortit⁹,hac ſane in parte pl⁹ q̃ ille clareſcere poſſit, huic demũ diuino quodã animo opus eſt,vt ne vel inuidia vincatur, vel animi deſperatione opprimatur. Ab inferioribus enim dicendi gloria vinci eũ qui dignitate præcellat,rémque fortiter ac generoſe perperi:id vero nõ cuiuſlibet,neque noſtri ſanè fuerit,ſed adamãtini potius cuiuſdã animi. Porrò qui ſic excellit,hic ſi humano fortè ac modeſto animo præditus fuerit,malũ vtique vtcũq; tolerandũ. Sin & audaculus,& arrogans,& gloriolæ ſitiẽs, nimirũ mors aduerſario quotidie optãda: vſqueadeo amarulentã ei vitã riualis reddit, in propatulo exuperans,clam ſubſannãs, pleraq; de ipſius autoritate identidẽ vellicãs,omnia ipſe eſſe cupiẽs:quarum rerum omniũ maximũ ſibi præſidiũ facit tum eam quã in dicendo vſurpat libertatẽ, tum multitudinis in ſe ſtudiũ, tum ſubditorũ erga ſe omniũ dilectionem. Ignoras quantus iam ornate copioſeq; dicẽdi amor; quantũ ſtudiũ in Chriſtianorũ animos inuadat, ac tanquã debacchetur?quantóq; iam in precio habeãtur,qui ſtudiũ id excolunt,nõ apud externos tantũ, ſed etiã apud eos qui Chriſtianæ pietatis partes ſequuntur? Quî igitur tantũ dedecus quis ferat:quum ipſo ſcilicet dicente taceãt omnes, ac ſeſe interturbari exiſtimẽt,tum vero orationis finẽ, quaſi laborũ requiẽ quandã expectẽt:alterũ autẽ vel diu admodũ orantẽ patiẽter auſcultent, & dicendi finẽ facere volentẽ ægerrimè ferant: deniq; quo iam ſilere volente irritentur, cõmoueanturq;? Hæc enim etiã ſi tenuia tibi ac deſpicabilia inexperto videãtur,tamẽ eiuſmodi ſunt quę poſſint tum alacritatẽ extinguere, tum animũ eneruare atque diſſoluere:niſi quis à perturbationibus humanis omnibus ſeſe aſſerens, ad incorporearũ potentiarũ exẽplum animum ipſe ſuum compoſuerit:quæ quidẽ neq; inuidiæ,neque gloriæ ſtudio, neque alteri id genus morbo obnoxiæ ſunt. Proinde ſi quiſquã eſt mortaliũ omniũ talis, qui beſtiam hanc captu difficilẽ,indomitã, ac truculẽtam, aurã dico popularem,cõculcare,ac multiplicia illius capita excidere poſſit:imò vero ſiquis eſt, qui illam nullo enaſci modo permittat,hic ſanè facilè poterit cõplures inſultus iſtos à ſe depellere, ac ſereno quodam portu tandem frui:qui ſi ab ea ſeſe non afferuerit,idem hic multiplex bellum,tumultum perpetuũ, denique deſponſionis animi reliquorũmque morborum turbam aduerſum ſe depugnaturam præparabit. Quorſum attinet reliquas difficultates perſequi, quas quidẽ nemo neque docere, neque diſcere poterit,niſi qui in rem præſentem venerit,rerúmque ipſarum adminiſtrationem ſubierit?

LIBER SEXTVS.

ET certè hoc in orbe dũ viuitur, huiuſmodi res exiſtũt,cuiuſmodi ex me audiiſti. Vita vero defunctis quẽnam quæſo in modũ ea à nobis ferentur,quæ tũ ferenda erunt,quũ nos videlicet pro iis ſigillatim omnib⁹,qui nobis cõcrediti fuerint,rationẽ reddere cogemur? neq; enim dedecoris tantũ atq; ignominię pœna, ſed etiã æterna ſupplicij mulcta nos illic expectat.Illud eñ:Parete iis qui præſunt vobis,& cõcedite: nã illi vigilãt ꝓ animis veſtris, tametſi prius iam à me dictũ eſt,tamẽ ne nunc quidẽ reticebo. Huius enim cõminationis terror animũ mihi cõcutit. Nã ſi ei qui vnũ aliquem duntaxat offenderit,expedit vt mola aſinaria ſuſpẽdatur à collo ipſius,ac demergatur in profundũ maris: Itẽ qui fratrum ſuorũ conſcientiã offendunt, ij omnes in ipſum Chriſtũ peccant:qui nõ vnum, non duos,nõ tres tantũ,ſed tã multos etiã populos perdiderint,illis quid tandẽ fiet?ac quãnam illi pœnam ſunt pẽſuri? neq; enim licet imperitiã excuſare, neq; ad ignorantiã cõfugere, neq; aut neceſſitatis aut violentiæ ſpeciẽ obtẽdere: verum ſubditus potius aliquis,ſi modo id liceat,ſuis ipſius,quàm antiſtes aliorũ peccatis excuſandis,ſuffugio hoc vti poſſit. quãobrẽ? quandoquidẽ qui delegatus eſt vt alienã emẽdet ignorantiam,tum vero diabolicum inſtare bellũ denunciet,is profectò ignorantiam prætendere minime poterit, neque vocem hanc vſurpare: Tubam non exaudiui, bellum non prouidi. Quippe in hoc ſedet ille, vt Ezechiel ait, vt aliis ſignum tuba canens det, *Matth. 18.* *Ezech. 3.*

nens det,& quæ futura ſunt incõmoda prænunciet. Quo nomine ſuppliciũ nulla excuſatione depellere poterit,quãuis vnius dũtaxat animæ iactura acciderit. Si enim cũ rõphæa imminet, populo tuba ſignũ nõ dederit,neq; prænunciarit, inquit ille,ſpeculator, ac gladius animã inuaſerit:ipſa quidẽ anima à ſua iniquitate capta fuerit,ſanguinẽ autẽ ipſius ex ſpeculatoris manu exquiram. Deſine ergo nos obtrudere in ſic ineuitabilis iudicij aleã. Neq; enim nobis hic res eſt de ducẽdis militibus,aut de regno gubernando, ſed de functiõe angelicę virtutis indigẽte. Eteñ ſacerdotis animũ ſolarib⁹ radiis puriorẽ eſſe oportet: vt nequãdo ſpiritus ſanctus deſolatũ illũ relinquat,vt dicere illi liceat:Viuo equidẽ nõ amplius ego, viuit autẽ in me Chriſtus.Nã ſi qui eremũ inhabitãt, quíque procul tũ ab vrbe,tũ à foro,tũ à tumultibus illíc enaſcẽtibus ſecuri liberiq; viuũt, denique qui perpetua portus trãquillitate perfruũtur,toto vitę illius præſidio fidere nolũt, quinimo infinitas quoq; alias addunt cuſtodias,vndiq; ſeipſos circũſepiẽtes, magna adeo cũ diligẽtia & dicere & facere omnia adlaborãtes,vt cum libertate ac puritate quadã ſyncera,quantũ humanus captus ferre poteſt,ad dei cõſpectũ accedere poſſint:quantã putas ſacerdotẽ præſtare debere tũ vim,tum potentiã,vt animã ſuam ipſius ab omni vindicet fœditate, vt ſpiritualẽ pulchritudinẽ illæſam atq; incolumẽ ſeruet?Eteñ multo maior vitę integritas huic,q̃ illis neceſſaria eſt.Cui porrò integritas maior neceſſaria eſt, hic certè pluribus quàm illi iidẽ caſibus obnoxius eſſe cogitur, qui eũ conſpurcare poſſunt,niſi continentẽ ſobrietatem,ac vehemens admodũ ſtudiũ adhibens, animũ imperuium impenetrabilémq; præſtiterit. Nã & oris decor & motuũ exquiſita mollities, & inceſſus affectatum ſtudiũ,& vocis confractio, & oculorũ & malarũ pigmenta,& cincinnorũ cõpoſitiones, & capillitij tinctura,& veſtiũ ſumptuoſarum auratarúmq; diuerſitas,& gẽmarum pulchritudo,& vnguentorũ fragrãtia,& cætera omnia,quæ muliebre gen⁹ affectare ſolet:talia ſunt quę animũ cõmouere poſſint,niſi is cõtinẽtię auſteritate occalluerit. Proinde ab iis quę dixi cõmoueri mirũ nequaquã eſt:at per alia quædam, quę his cõtraria ſint,diabolũ ferire, humanáſq; animas miſſo velut telo cõfigere poſſe, id vero admirationis ac dubitationis plenũ eſt.Pridẽ enim nõnulli, qui retia illa quæ dixi euaſerant, à lõge diuerſiſſimis capti ſunt.Nã & neglecta oris facies,& ſqualida coma,& ſordida veſtis,& habitus incõpoſitus,& morũ ſimplicitas,& ſermo ſimplex,& inceſſus inaffectatus, & vox minime figurata,& paupertatis cõtuberniũ, & ſui cõtemptus,& libera itẽ ſolitudo ad miſericordiã primũ pellexerũt eum qui ea cerneret, poſt autẽ eundẽ ad extremã perduxere perniciẽ: permultíque inuenti ſunt,qui priora illa retia quũ effugiſſent, retia,inquam,ex auro,ex vnguentis, ex veſtibus ſumptuoſis,cæteríſq;,quę cõnumeraui,contexta, in hæc longe ab illis diuerſa facile inciderint,hiſq; perditi tandẽ fuerint. Quũ ergo & per paupertatem, & per opulentiã,& per habituſelegantiã, eiuſdémq;negligentiã,& per mores tum cõpoſitos tum incompoſitos,vno verbo quum per ea quæ dixi omnia in ſpectantis animo prẽliũ accẽditur: illúmque doli,fraudes,artificia vndiq; circũſiſtunt,vnde illi,quæſo, reſpirare dabitur inter tot laqueos medio?quaſnã porrò latebras nanciſci poterit? nõ dico ne vi ipſe captus ſuccumbat (hoc enim non admodũ difficile) ſed vt ſuum ipſius animum à fœdis cogitationibus incõcuſſum aſſerat. Et quidẽ nihil hic loquor de honoribus,malorum infinitorum authorib⁹. Honores enim ij qui à mulieribus deferuntur, tẽperantię cõtentionem eneruãt,ac peſſundãt ſępenumero, quoties quis aſſiduam vigilantiã aduerſus huiuſmodi inſidias afferre neſcierit.Rurſus honorẽs eos,quos viri largiuntur,niſi quis magna cum animi conſtantia admiſerit: morbis duobus cõtrariis capitur,quorum alter eſt adulationis ſeruitus,alter arrogantię amentia:dũ hinc ſui palpatoribus,adulatoribũſq; ſeſe ſummittere,hinc propter honores illos quos illi deferũt, aduerſus tenuiores criſtas tollere, atque adeò in faſtidij ac cõtumacię barathrũ pręceps ferri cogitur. Dicta quidẽ à nobis ſint hęc:ſed quàm detrimentoſa ipſa ſint,nullus planè,niſi qui expertus ſit,rectè nouerit.Neque enim ſolum hæc, verum longe his tum maiora, tũ periculoſiora ſubire illũ neceſſe eſt,qui ipſe medi⁹ inter homines verſetur.At q̃ ſolitudine delectatur, is omniũ horũ immunitatẽ cõſequitur:cui ſiquãdo abſurda quæpiã animi cogitatio ſimile quid oculis repręſentauerit,infirma tamen imbecillãque eſt imaginatio huiuſmodi,ac talis, vt ſtatim extingui atque interimi poſſit,propterea quòd extrinſecus materia nulla ſubeſt qua cogitationis flãma illa caleſcere poſſit. Ac monachus quidẽ ſibi vni tantũ timet: qui ſi quãdo aliorũ curã ſuſcipere cogitur,certe pauciſſimi illi ſunt.Illi autẽ ſi fortè plures erunt,tamẽ pauciores iis futuri ſunt,qui in eccleſiis viuũt: iidẽ ſuiipſorũ curas ſolicitudinéſque leuiores, ac minus moleſtas præfecto ſuo exhibentes,nõ tam propter paucitatẽ, quàm quòd omnes illi mundanarũ rerũ ſecuri viuunt, ac neque liberos,neq; vxorẽ,neq; aliud quicquã id genus animo verſare poſſunt:quæ ſanè res facit, vt qui illis præfectus ſit,eos ſibi facile parentes, ac cõmuni ſecũ cõtubernio vtẽtes habeat: intantũ vt illorũ lapſus exacte tum intueri,tum emẽdare poſſit. Affert autẽ non modicũ advirtutis ſtudia incrementũ, aſſidua magiſtrorũ cura. Eorum vero hominũ, qui epiſcopo ſubditi ſunt,bona pars vitę humanę curis vincti diſtringũtur: id quod pigriores ignauioréſq; illos reddit ad ſpiritus opera peragẽda. Vnde & epiſcopum neceſſe eſt in ſingulos,vt ſic dicam, dies ſementem facere:vt ipſa ſaltẽ aſſuetudine doctrinę, ſermonẽ auditorũ animi retinere poſſint. Nã & opulentia ingens,& potentiæ amplitudo, & languor à deliciis exoriens, itémq; & multa alia his addita ſemẽtes ſemel iactas ſuffocant:nonnunquã autẽ & ſpinarũ dẽſitas ne ad terræ quidẽ ſuperficiẽ ſementem ipſam decidere patitur. Adde quòd afflictionis magnitudo, & paupertatis vis, & moleſtiæ aſsiduæ,& alia id genus prioribus illis cõtraria humanos animos à diuinarũ rerum ſtudio abducunt. Peccatorum autem quæ ſubditorũ quiſque cõmiſerit, epiſcopo ne minima quidem pars nota eſſe poteſt. Qui enim nota foret, quũ illorum complures ne de facie quidẽ ille nouerit?Ac talẽ quidẽ,tantámque epiſcopo populi regendi cura moleſtiam difficultatémq; affert.Quòd ſi examinare ea quis volet,quę illũ præſtare erga deũ oportet:quæ dixi,præ illis nihil ,prſus eſſe cõperiet, tam ingens,tam ſolicitũ, tam exactũ ea ſtudium requirunt.Eum enim qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate?imò vero pro vniuerſo terrarũ orbe legatus intercedit, deprecatórque eſt apud deũ, vt hominũ omnium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

omniũ,non viuentium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitiꝰ fiat:qualẽ queſo eſſe oportet?Equidem neque Moſis,neq; Helię fiduciam fore vnquam ſatis putauerim ad ſupplicationẽ huiuſmodi peragẽdam:quandoquidem quaſi mundus illi vniuerſus cõcreditus,atque adeo omnium ſit pater,ſic ad deũ ipſe accedit,deprecans quicquid vbique bellorũ eſt extĩgui,turbas ſolui,atque in horũ locum pacem ac felicẽ rerũ ſtatum ſuccedere:denique celerem malorũ vnicuique imminentiũ qua priuatim qua publicè defunctionem poſtulans. Porrò illum ipſum oportet tanto omnibus in rebus iis præſtare, pro quibus intercedit, quanto par eſt vt ſubditos præfectus excellat.Quũ autem ille & ſpiritũ ſanctum inuocauerit ,ſacrificiumq; illud horrore ac reuerentia pleniſſimũ perfecerit,cõmuni omnium domino manibus aſſidue pertractato: quęro ex te,quoto illũ in ordine collocabimus? quãtam autem ab eo integritatem exigemꝰ ? quantã religionẽ? cõſidera enim quales manus illas adminiſtrãtes eſſe oporteat:qualem linguã,quæ verba illa effundat,qua deniq; re non puriorẽ ſanctioremve eſſe cõueniat animam, quę tantum illum tamq; dignũ ſpiritũ receperit?Per id tẽpus & angeli ſacerdoti aſſidẽt, & cœleſtiũ poteſtatũ vniuerſus ordo clamores excitat,& locus altari vicinus in illius honorẽ qui immolat, angelorũ choris plenꝰ eſt. Id quod credere abũde licet vel ex tãto illo ſacrificio quod tũ peragitur. Egovero & cõmemorantẽ olim quẽdã audiui,cũ diceret ſenẽ quendã virũ admirabilẽ,ac cui reuelationũ myſteria multa diuinitus fuiſſent detecta, ſibi narraſſe , ſe tali olim viſione dignũ habitũ à deo eſſe,ac per illud quidẽ tẽpus derepẽte angelorũ multitudinẽ conſpexiſſe(quatenus aſpectus humanus ferre poterat)fulgẽtibus veſtibus indutorũ, altare ipſum circundantiũ:deniq; ſic capite inclinatorũ, vt ſi quis milites præſente rege ſtãtes videat.id quod facile mihi ipſe perſuadeo.Itẽ & alius quidã mihi narrauit, non ille quidẽ ab alio edoctus,ſed dignus habitus, qui id & vidiſſet ipſe,& audiſſet,q; qui de vita hac emigraturi ſunt,ſi myſteriorũ huiuſmodi cũ pura ac munda conſciẽtia fuerit participes ſpiritũ efflaturi,ab angelis illorum corpora ſatellitũ more ſtipãtibus,propter aſſumptũ illud ſacrũ hinc rectà in cœlũ abducũtur. Tu vero nondũ exhorreſcis talẽ hãc animã in tã ſacroſanctũ introducens myſteriũ,eúmq; qui ſordidas
Matt. 22. veſtes induerit, in ſacerdotũ dignitatẽ collegiũq;coptans, quẽ tamẽ à reliquo cõuiuarum choro Chriſtus expulit ? Luminis inſtar vniuerſum orbẽ illuſtrãtis ſacerdotis animũ ſplẽdeſcere oportet:noſter autẽ tantũ habet tenebrarũ ex praua cõſcientia circũfuſarũ,vt vereatur ac reformidet,fixis intentiſq; oculis cum fiducia dominũ ſuũ obtueri. Sacerdotes terræ ſunt ſales:noſtrã autẽ inſipientiã omnibúſq; in rebus imperitiã quotus quiſq; eſt,qui facili patiẽtique animo ferat,extra voſipſos qui me nimia quãdã amoris abũdantia proſequi cõſueuiſtis?Neq; enim ſolũ,ſicut dixi, purũ mundũq; ſacerdotẽ eſſe oportet, vt qui tali miniſterio dignꝰ habitus ſit,ſed etiã in primis prudentẽ,atq; adeò multarũ rerũ experiẽtia inſtructũ ornatũq;,intantũ vt ſecularia mũdanáq; omnia nihilo minus noſcat , q̃ norũt ij qui in media hominũ turbaverſantur:rurſus rerũ omniũ mundanarũ ſecurior viuat, quàm monachi ij qui montes ipſos habitandos occuparunt . Nã cum illũ neceſſe ſit eorum hominũ conſuetudine ac cõgreſſione vti, qui & vxores habent,& liberos alunt, & ſeruos poſſident: quiq; & diuites admodũ ſunt,& publice negociãtur, & potentia pollent,certe variũ eſſe cõuenit. Varium autẽ dico,nõ ſubdolũ,nõ adulatorẽ, nõ diſſimulatorem, ſed magna tum libertate tum fiducia plenũ, ac qui ex re ſeſe ſummittere,atq; obſecũdare ſciat,quoties negociorũ vſus poſtulat , quiq; idem benignus ſit & auſterus. Neq; eñ vnũ duntaxat in modũ ſubditis omnibus vti debet,quando neque medicis cõuenire videmus , vt eos omnes qui morbo laborant, vno codémq; modo tractent, neque gubernatori,vt vnã tantũ artẽ calleat, qua aduerſus ventos depugnet.Etenim ſacerdotij nauem aſſiduæ tempeſtates circũſiſtũt.Huiuſmodi autẽ tempeſtates nõ ſolũ extrinſecus adoriũtur, ſed etiã intrinſecus enaſcuntur: quo fit vt ſacerdos diligenter accommodare ſeſe ad multos, ac de iure ſuo quodammodo cõcedere debeat:quę omnia vel inter ſe pugnãtia ad vnũ hũc finẽ ſpectãt,nimirũ ad dei optimi laudẽ, atq; eccleſiæ ædificationẽ.Monachorũ certamẽ ingens , ac labor multus eſt.Verũ ſi conferre quis volet inſtituti illius ſudores,cũ recte adminiſtrato ſacerdotio,certè tantũ eſſe inter illa duo diſcrimen cõperiet, quantũ eſt priuatũ inter & regẽ interuallũ. Nã illic quanquam magnopere laborandũ, tamen labor cõcertatioque huiuſmodi,corporis atque animi cõmunis eſt,ſeu,vt verius dicã, labor huiuſmodi maiori quidẽ ex parte corporis cõſtitutione abſoluitur.Quod quidem niſi valẽs fuerit, animi prõptitudo in ſe ipſa vertitur, ac veluti ſoliuaga & ieiuna manet,nõ habẽs quẽadmodũ in opus exeat.Quippe cõtẽto ſtudio ieiunare, humi decubare,aduigilare,illoto eſſe corpore,multum ſudare,& cætera id genus,quę monachi ad durandũ affligendũq; corpus ſibi exercẽda proponũt, ſtatim omnia depereũt,niſi corpus quod caſtigandũ eſt,ſuſferendis afflictionibus illis par fuerit.Hic vero nuda ſimplicis animi arte opus eſt,ac certè tali quę corporis habitudine nihil indigeat,vt ſuã ipſiꝰ virtutẽ prodat.Quid eñ nobis præſidij corporis robur ad id cõferre poſſit,vt neq; præfracti,neq; iracũdi,neq; procacesſimꝰ,ſed ſobrij potiꝰ,caſti,honeſti,aliiſq; animi virtutibꝰ inſtructi,per quas beatus Paulus ineffabilis *1. Tim.* ſacerdotis imaginẽ numeris ſuis omnibꝰ abſolutam eſſe voluit:quod ipſum itidẽ dicere non poſſis de ea virtute quã monachus præſtare debet. Ac quẽadmodũ præſtigiatoribus neceſſaria quidẽ eſt inſtrumentorũ,rotarũ, funiũ,gladiorũ copia, varietáſq;: cõtrà philoſophus vniuerſam artẽ in animo reconditã habet, externarũ rerũ nihil indigens : ſic & hic monachus eo ampliusalieno indiget officio,eáq; benignitate quæ vice aliena commoueatur:& conuenientia item rerum locorúmque ad vitã illã commodorũ,vt ij loci neque ita multũ ab hominũ cõſpectu remoti, ſolitudinis tamẽ ociũ quietémq; habeant: neq; iidẽ optima anni atque aeris tẽperie careant. Nihil enim eſſe poſſit intolerabilius ei,qui abſtinentiis ieiuniiſq; corpus ſuũ macerat,q̃ cœli atque aëris intẽperies,vt ſileam hic quàm multa monachis negocia neceſſariò exhibeant,tum veſtiũ confectio, tum vitæ curas quippe quũ certatim etiã contendant omnia per ſe opera peragere.Sacerdoti autẽ quod ad ipſius vſum pertinet,nihil his opus fuerit ,vtpote qui ſeſe cũ minime curioſum,tum promiſcuum omnibushis in rebus quæ damnum non afferant,præſtare: tum verò ſcientiam omnem in animi ſui theſauro reconditam habere

habere debeat. Quòd ſi quis exiſtet qui admireꝰ,laudetq; ſacerdotẽ eum qui ſibi ipſe viuens domi ſe cõtineat, ac multorũ conſuetudinẽ vſumq; auerſetur: equidem hoc patientię ſpecimẽ aliquod eſſe dixerĩ: nõ tamẽ idoneũ id argumentũ virtutis omnis eius quæ illius animo ineſſe debet,affirmauerim . Nã qui intra portũ ad gubernaculi regimẽ aſſidet,is non cõtinuo ſufficiẽs artis periculũ præbet.At vero qui medio in mari cum eſſet, nauem ſæuiente tẽpeſtate eripere potuit: hunc certè nemo eſt qui optimũ gubernatorem eſſe neget. Proinde ne monachũ quidẽ magnopere ac ſupra modũ admirabimur,quòd is apud ſe viuens,neque cõmoueatur,neque in multa ac magna peccata prolabatur.Neq; enim ei res illę adſunt, quibus ipſe animo irritetur extimuleturq; . Sin vero quis ſe ipſe turbisvniuerſis tradiderit ac multorũ delicta hominũ ferre coactꝰ cum eſſet, inconcuſſus immotúſq; perſtiterit,animum ipſum vel tempeſtate actũ tanquã in malacia ac trãquillitate gubernans: hic vero dignus eſt,quem omnes plauſu atq; admiratione proſequãtur.abũde enim ſuæ ille virtutis periculũ fecerit.Ne te igitur admiratio ſubeat,ſi qui à foro atque à populari cõſuetudine abhorremꝰ, accuſatores multos nequaquã habeamꝰ.Neq; enim ſi quũ obdormirẽ,nõ deliqui, neque ſi quũ nõ colluctater,nõ cecidi : neque ſi quũ non depugnarem , non percuſſus ſum,mirari oportuit. quis enim obſecro,quis,inquã, deferre poterit ac detegere flagitiũ meũ ? tectúmne cubiculumq; hoc? at in vocẽ erumpere nõ poſſit. an mater potius , cui vni in primis res omnes meę notæ ſunt? At ne cum illa quidẽ mihi quicquã cõmune eſt, neq; ipſi inter nos in rixam contentionẽq; vllam venimus.Id quod vt etiã acciderit, equidẽ nullam eſſe matrem exiſtimo ſic à pietate charitatéq; alienã ; ſic à liberorũ amore abhorrentẽ, vt quem parturierit, pepererit,educauerit,nulla cauſa impelliẽte,ac neminẽ cogẽte, eũ palã vituperare ac criminari ſuſtineat. Nã ſi quis alioqui hũc animũ exquiſite excutere velit, certè permulta in eo deſiderabit. Id quod ne tibi quidem incognitũ eſt,qui me tamẽ apud omnes laudibus in cœlũ efferre cõſueuiſti. Ac ſanè q̃ nõ extenuãdi mei nomine hoc pronunciẽ,recordare, ſi placet,quoties tibi dixerim,(cũ huiuſmodi ſermo identidẽ inter nos incidiſſet)ſi quis optionẽ mihi proponeret,vtrũ ego inſtitutũ ſequi,inq; eo clareſcere malem,in eccleſiæ alicuius præfectura,an in monachali ſolitudine , me prius illud vitæ genus mille calculis antepoſiturũ.Neq; enim ceſſaui vnquã illos apud te ſuſpicere ꝙ munere illo iuſte defungi poſſent : me vero id munus non detrectaturũ fuiſſe, quod tantopere magnifacerẽ, ſi modo illi probe pertractando par fuiſſem,nemo planè cõtradicturus eſt.Verũ quid facerẽ?Equidẽ nihil minus vtile,minúſque aptũ eſſe puto ad eccleſiæ præfecturã adminiſtrandã,q̃ animi mei pigritiam hanc atque ſocordiã , quã tamen alij exercitationẽ eſſe exiſtimant. At ego illã quaſi meæ imbecillitati velamen prætendo . Qua quidẽ ex iis quę in me deſiderantur,plura obtego,neq; ſeſe prodere patior. Quiſquis enim tanti ocij fructũ capere, multáq; in quiete vitã trãſigere aſſueuerit,vt magno etiã ingenio præditus ſit:is ſanè ſi quid agendũ eſt, in quo tyrociniũ non poſuerit, animo ſtatim turbatur, ac percellitur , obtũduntúrq; magna quidẽ ex parte facultates virẽſq; illius omnes , niſi eas priꝰ ad id ipſum quod facturus eſt,probe exercuerit. Qui ſi fortè ſimul & tardo ingenio natus,& certaminũ huiuſmodi expers fuerit:ſuſcepta iſta ſacerdotij adminiſtrãdi prouĩcia,nihil prorſus(quod noſtrate verbo dicitur) à ſtatuis diſtabit.Quamobrẽ pauci admodũ exiſtũt, qui in palęſtra illa in hæc certamina deſcẽdãt: quotquot autẽ deſcẽdũt, ex iis plures ſeſe quales ſint produnt,tum verò animis concidunt, denique inſuaues atque acerbas ſeſe res deuorare intelligũt. Nec ab re quidẽ illud. Quũ enim non eadẽ ſunt, neq; iiſdẽ de rebus propoſita certamina exercitationéſq; , tum fit vt qui decertat , ab eo qui prorſus inexercitatus eſt, nihil diſcrepet.Gloriã in primis contẽnere eũ oportet,qui in ſtadiũ iſtud decertaturus deſcendit,irã ſuperare,ac multa prouidẽtia abundare.Huic autẽ qui ſolitariã vitam amplectitur, nullus prorſus exercitationis campus propoſitus eſt.Nã neque irritãtes habet multos,vt hac ratione meditetur,ac ſeſe exerceat in coërcenda animi excandeſcentia:neq; rurſus palpatores,applauſoréſque,vt hac itẽ ratione populare aurã reſpuere diſcat. Propterea hoc hominũ genus nõ admodũ laborãt,eã ſibi parare animi prudentiã, quã eccleſiæ adminiſtratio requirit:quo fit,vt quum in ea certamina deſcenderint,quorũ nullũ antea periculũ fecerint,hæreãt ipſi,hallucinẽtur,ineũdi cõſilij inopia laborent, atq; adeò præterquã ꝙ ad virtutem progreſſionẽ nullã faciũt, eas etiam dotes quas ſecum attulerant,pleriq; plerũq; deperdant. Tum *BASIL.* Baſilius:Quid igitur?eos qui in media hominũ turba verſantur,qui vitæ huius cultũ,negocia, curas ſequũtur,qui ad rixas,ad pugnas,ad maledicentias occalluere,ſexcentis ingenij facultatibus artibúſq; inſtructi,deliciiſq; affluẽtes, eccleſię regimini præficiemꝰ? Bona verba,inquã. Huiuſmodi enim hominum in *CHRYS.* mentẽ quidẽ tibi venire debet,quũ de ſacerdotũ delectu agetur. At vero ſi quis exiſtet , qui vel multorũ hominũ vſum cõuictũq; ferens, poſſit item animi puritatẽ,conſtantiã,ſanctimoniã, tolerantiã , ſobrietatem,cæteráſque virtutes quæ monachis inſunt , magis etiã incorruptas atque incõcuſſas ſeruare , quàm ipſi etiã monachi ſeruent:næ hic tibi deligẽdus erit: quandoquidem quiſquis vitiis multis quũ laborat, eadem illa poteſt ſolitudine diſſimulare,atque obtegere,ſicq; intra ſe cõtinere ne in opus erũpant , propterea ꝙ nullorũ conuictu hominũ vtatur: hic certè ſi in mediũ acceſſerit,nihil inde lucri aſſequetur, niſi quòd tum ridiculus futurus eſt,tum etiã maius periculũ ſubiturus. Id quod nobis propemodũ accidiſſet,niſi dei optimi prouidẽtia ignẽ hunc à capite ſtatim meo defendiſſet. Neq; enim diſſimulare ſe ipſe poteſt,qui moribꝰ iis fuerit,cũ in luce hominúmque cœtuverſaꝰ.Verũ quoquò ſe illevertat,ſtatim proditur:ac quemadmodũ fit vt metallicas materias ignis probet,ita & cleri exacta probatio mortaliũ animos ſecernit,atq; internoſcit: ac ſi quis eſt vel iracundus, vel puſillanimis,vel gloriæ appetẽs,vel arrogans,vel alio quouis animi morbo obſeſſus,id omne detegit, ac latẽtes ſtatim morbos denudat:nec denudat ſolũ, ſed etiã tũ aſperiores,tũ impotentiores reddit. Nam vt corporis vulnera ſi atteris,curatu difficiliora reddis:ſic natura cõparatũ videmꝰ, vt animi morbi,ſi irrites exaſperéſq;,magis ac magis rebellẽt,atq; increſcãt,dominorũq; ſuorũ peccata augeant . Etenim ad ambitionẽ ſtatim attollunt impellúntque eũ qui ſibi cauere atq; imperare neſciat. Itémq; ad arrogãtiã auaritiámque:clàm autẽ ad delicias pertrahũt,ad animi de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

animi demissionẽ, ad ignauiã: ac pedetentim ad alia A deinceps indidẽ enascentia. Multa enim alia sunt vitia iis q̃ cõnumerauí interiecta, quæ animi vim eneruare, ipsumq; ad deũ cursum interrumpere possunt. Atq; in primis mulierum vsus consuetudóque. Neq; eñ potest antistes, qui gregis vniuersi curã suscepit, viris tantũ curandis operã dare, mulierum autẽ curã negligere, qua in parte magna profecto opus est prouidentia, q̃ facile ad peccandũ quisque procliuis sit, sed illũ oportet cui administrãdus episcopatus sorte obuenerit, pro illarũ salute si non maiorẽ, at parem certè curã studiumq; impendere. Nam & eas inuisere ægrotãtes, & solari lugentes, & increpare lãguentes, & adiuuare afflictas oportet, quę omnia dũ fiunt, plures irrũpendi aditus dæmon inuenire potest, nisi exactissima quis ac munitissima custodia sese vallauerit, quippe animũ ipsum ferit ac cõmouet non impudicæ tantũ, sed etiam pudicę mulieris oculus: prẽterea & palpationes emolliũt, & honores mancipãt. Et simul charitas feruens, eadẽ bonorum omniũ author, iis qui ea recte vti nesciũt, malorum omniũ author fit. Aliquoties autẽ & solicitudines assiduæ mẽtis acumẽ hebetãt, eumq; qui animo volucri ac pernici sit, plumbo graniorẽ reddunt: deniq; & ira quæ in animũ fortè inuaserit, fumi instar interiora omnia à se occupata inuoluit. Quis tandẽ reliqua enumeret incommoda, cõtumelias, violentias, incusationes, nõ solum quas viri prudentes, sed etiam quas tum tenuiores, tum imprudentes intendũt, quæ hominum pars quum recto animi sensu ac iudicio careãt, conqueri atq; expostulare nunquã cessant, excusationes quibus te defendas haud facile admittẽtes. Porrò & antistitẽ qui bonus sit, oportet ne istos quidem con- C temptui habere, sed multa cum humanitate, facilitate, comitate omniũ criminatiões diluere, iniustas potius accusationes cõdonantem, q̃ ob eas ægre ferentem ac succensentẽ. Si enim beatus ille Paulus veritꝰ est ne furti apud discipulos suspectus esset, quo nomine & alios in pecuniarũ administratione secũ assumpsit, vt ne quis, inquit, nos carpat in hac exuberantia quę à nobis administratã: quomodo nõ omnia à nobis agẽda sunt, vt malas à nobis suspiciões amoueamus, quantũuis licet falsas, iniquas, & ab ea quã habeamus opinione alienas? A nullo enim peccato tantũ absumꝰ, quantũ à furto aberat Paulus. Attamẽ tãtum ille cum abesset à prauo huiusmodi facinore, ne sic quidẽ negligendã sibi putauit cõmunem multorum suspicionẽ, etiamsi admodum iniquã atq; insanam. Insania enim mera tale quid suspicari de beato illo atq; admirabili Pauli animo. Nihilo tamẽ minus, quum huiusmodi suspicio sic iniqua atq; absurda foret, vt in nulliꝰ animum, nisi eius qui mẽte alienata esset, influere posset, causas ille à se omnes procul amolitur. Neq; vero hac se defensione tuet: Quis tandẽ vestrũ hoc ipsum de nobis suspicari sustineat, quum nemo vestrum sit qui nos tum ex signis miraculisque, tum ex vitæ honestate atq; integritate non reuereatur atq; admiretur? imò contrà & suspicatus ille est, & expectauit prauam hãc de se suspicionem, atque idcirco radicitus eam auellit, seu, vt verius dicam, prorsus ne exoriri quidẽ eam permisit. quã ob Roma. 12. rem? Procuramus enim, inquit, quę honesta sunt, nõ modo corã domino, sed etiã corã hominibus. Tantum certè oportet, imò vero longe maius studiũ adhibere, vt malas opiniones non solũ dum erumpunt, diuellamus arceamusq;, sed & procul vnde erũpere possint, prospiciamus, atq; adeò causas ipsas è quibꝰ enascantur, longo ante tẽpore interimamus, nõ etiã dũ coalescant, & in vulgi ore versentur, ac diuulgentur, expectemus. Tũ enim haud procliue fuerit illas delere, sed admodum difficile: fortasse etiã nulla eas arte tũ extinguere valeas, neq; vero tum res noxa careat, propterea q̃ hoc ipsum fiat, quo tẽpore multorũ conscientiã iam lęseris. Sedenim quousq; tandẽ immorabor in persequendis iis, quæ oratione quidem assequi minime ipse possim? quippe difficultates eas omnes recensere velle, quas episcopũ tolerare oportet, prorsus nihil aliud fuerit, q̃ maris altitudinẽ emetiri. Nam vt etiã ille ab omni animi perturbatiõe vacet (id quod assequi certè nemo potest) tamẽ emendandis corrigẽdisq; aliorum delictis, labores ęrumnásq; infinitas ferre necessariò cogitur. Quibus quidem si domesticos peculiaresq; morbos addideris, hic tu contemplare laborũ pelagus, curarumq; abyssum, & quę episcopo tolerãda erunt, volẽti & domestica & aliena mala edomare. Atq; hic Basiliꝰ. Nũc B. BASIL. vero, inquit, nullúsne tibi labor huiusmodi subeundus? nullæne animũ tuũ curę in solitudine ista excruciant? Excruciãt quidem, inquã, vel hodie. Qui eñ CHRYS. potest is qui homo quidẽ ipse sit, ac vitã hanc ęrumnosam viuat, à curis, à laboribus, angustiis sese expedire? Verum haudquaquam certe paria inter se sunt, immensum pelagus emetiri, & fluuium aliquẽ nauigio transmittere: tam ingẽs enim has inter & illas curas interiectũ est interuallũ. Equidẽ si hodie possim vsui aliis esse, id vtiq; desideriis votísq; omnibus cõcupiscam: sin id prestare nõ possim, at mihi certè factũ satis putabo, si me seruare atq; à tempestate eximere dabitur. Tu vero, inquit Basilius, hoc ipsum B. BASIL. magnũ esse cẽses? Prorsus autẽ & te seruatũ iri putas, qui alios nulla re iuueris? Beate ac recte, inquã, elo- CHRYS. cutus es: neq; enim id mihi persuasi, saluũ fieri quenquam posse, qui pro proximi sui salute nihil laboris impẽderit, quum neq; miserũ illum quicquã iuuerit, Matt. 25. talentũ sibi traditum non imminuisse: immo hoc ille nomine periit, q̃ illud non auxisset duplicassetq;. Veruntamen leuius mihi suppliciũ adfore puto, accusato cur & alios ipse non seruauerim, q̃ si & me itẽ vnà cum illis perdiderim, tanta ista sacerdotij dignitate susceptа, longe ipse deterior sceleratiorq; effectus. Equidem nunc mihi persuadeo fore, vt tantum mihi suppliciũ irrogetur, quãtum peccatorũ à me perpetratorum magnitudo postulat: qui si principatũ hũc susceperо, tum me sanè pœnã pendere oportebit nõ duplam, triplámve, sed lõge item grauiorẽ: hoc ipso quòd simul plures læserim, simul post maiorem honorẽ à me acceptum, deum optimũ qui me honore illo dignatus fuerit, offenderim. Propterea eũ deus Israëlitas accusans, ob hanc causam acrius ostendit maiori illos pœna dignos, quòd peccauerint post honores ab ipso acceptos, aliquoties in hæc verba eos cõpellãs: Atqui vos cognoui ex omnibꝰ terrę tribubus, propterea vindicabo in vos impietates vestras. Aliàs aũt: Assumpsi ex filiis vestris q̃ essent prophetę, itemq; ex adolescẽtibus vestris qui mihi sancti essẽt. Atq; adeò ante prophetarũ tempora, ostendere volens deus hominũ peccata lõge maiori supplicio expiari dum à sacerdotibus, quàm dum à priuatis fiũt, mandat vt tantundẽ pro sacerdotibus, quantum pro vniuersо populo sacrificiũ offeratur. Quod quidem Leuit. 4. quid

quid aliud signat, q̃ sacerdotis vulnera maiori medi- A camẽto atq; auxilio indigere, atq; adeò tãto, quanto coniũcta simul vniuersi populi vulnera indigẽt? Porrò maiori nequaquã indigerent, nisi ea grauiora forent. Atqui grauiora certè fiũt, nõ natura ipsa, sed sacerdotis qui ea commiserit, conditione ac dignitate. Cæterũ quid hic nos de viris verba facimus, qui mi- 1. Reg. 4. nisteriũ pertractantes sacris operarẽtur? quum & sacerdotũ filiæ, quibus ipsis nihil cũ sacerdotio commune est, propter dignitatẽ paternã eorundem peccatorum pœnã multo acerbiorẽ sustineant. Ac peccatum quidem par æqualeq;, tum quod illæ, tũ quod priuatorũ hominũ filiæ cõmiserint: mœchatio enim vtrunq;, at mulcta illis irrogata multo seuerior. Cernis quàm abunde deus declaret lõge maius sese suppliciũ à principe quàm à subditis exigere? Neq; eñ qui in filiã propter eius patrẽ grauius quàm in alias B quasuis animaduertit, à patre certè, qui ipse auctarij pœnę in filiã irrogãdę author sit, parẽ eandemq; cũ multis pœnam exiget, sed multo sanè grauiorem. Id quod vel maxime consentaneum est. Non enim dãnum inde exoriens, in illũ tantum recidit, verum & infirmorum, & eorũ item omnium quorum oculi in Ezec. 34. illum cõuersi sunt, animos tẽtat. Hoc ipsum & Ezechiel docere volẽs, separat secernitq; arietes ab ouibus. Ecquid tibi nunc videmur iusto terrore percussi fuisse? Nam prætet illa quæ à me dicta sunt, quanquã magnopere mihi adlaborandũ est, vt ne penitus ab animi huius morbis opprimar, tamẽ laborẽ ipsum sustineo, nec certamen quidẽ subterfugio. Etenim animus quidẽ meus ab inani gloria vel hodie capitur. Sed tamẽ exerto capite sępenumero resipisco, ac me captũ esse intelligo, atq; adeò aliquoties captũ seruilẽq; animũ increpo. Obrepũt mihi vel hodie absurdæ quædã appetentię, sed quę remissiorem incẽdant flãmã, propterea quòd oculis extrinsecꝰ materia nulla suppediter, qua ignis conceptus foueat. Vaco autẽ prorsus ab oblocutionibꝰ maledicẽtiisq;, quas vel in alios cõtorqueã, vel ab aliis in me cõtortas audiã, cũ nullos habeam quibúscũ sermones ipse meos cõferre possim. Neq; enim priuati hi parietes vocẽ edere valeãt. Sed nec iræ quidẽ moderari perinde possum: etiã si nullus adsit à quo irriter. Sæpe enim quũ mihi in mentem venit ineptorũ quorundã hominũ, facinorumq; ab illis perpetratorũ, tum certè fit vt animo intumescam, cõmoueárq;: qui tamẽ animi motus nõ ad finem vsq; decurrit. Statim enim excandescentẽ illum compescimus, persuadẽtes vt cõquiescat, prę- D sertim vbi illũ docuerimꝰ, insulsissimũ esse, extremęq; demum infelicitatis, domesticis malis commodisq; prętermissis, in alienis curiosos esse. Qui si in multitudinis consortiũ me conferam, perturbationumq; illarum infinitate occuper: iam nõ liceat admonitione huiusmodi perfrui, neq; rationes eas cõminisci, quibus animꝰ mihi meus sic instruaẽ, atq; erudiatur. Sed quemadmodũ fieri videmus, vt qui fluctu rapiente, aut alia vi in caput præcipites feruntur, possint quidem interitus sui finẽ prospicere, at salutis rationem inire non item: sic & ipse si ingẽtem illum morborũ tumultum irruero, potero quidẽ suppliciũ meũ contueri indies magis ac magis ingraescens: mihi autẽ constare, quemadmodũ & mihi nũc consto, ac morbos huiusmodi vndiq; rapientes increpare, non perinde facile atque antea. Mihi eñ animus imbecillis, exiguus, & captu admodũ facilis, nõ ab his tantum

morbis, sed & ab inuidẽtia, morbo omniũ lõgè molestissimo, qui animꝰ neq; cõtumelias neq; honores moderate ferre potest, quin potiꝰ supra modũ vt his attollitur, ita illis deprimit. Ergo quemadmodũ ferarũ immaniũ est, vt dũ læto saginatoq; corpore gestientes luxuriant, facile eos vincant qui secũ depugnẽt, præsertim si aduersarij imbecilli ac pugnãdi minime periti fuerint: sin vero eas quis fame macerarit, strigosasq; effecerit, tũ fiet vt illarũ furorẽ sopiat, ac viriũ bonã partem sic contundat, vt qui non admodum generosus fortisq; sit, possit cũ illis facile decertare ac depugnare: sic & animi morbos quisq; infirmos reddiderit, eos certè sub rationis gyrũ facile reducit. Rursus quisq; exquisite educauerit, molestiorẽ sibi aduersus illos pugnã constituit: atq; hac demũ ratione sic aduersum se terribiles efferasq; reddit, vt cogatur in perpetua tũ seruitute, tũ in formidine vitã transigere. Quænã igitur beluarũ istarum alimenta? inanis quidem gloriæ alimenta sunt laudes, atq; honores: Contumaciæ, potẽtiæ, atq; adeò licentiæ magnitudo: Inuidẽtiæ, alienę famę celebritas: Auaritię, largientium liberalitas: Intemperãtię, delicię atq; assidui mulierũ congressus: In summa, ne hic de singulis agam, alimentũ aliud, aliud peccatũ alit. Proinde beluę hæ omnes me, si in medium hominũ cœtũ accessero, magno impetu adoriẽtur, animumq; hũc cõturbabunt: tũ vero & terrorem afferentes, molestiorem mihi contra se pugnã efficient. Cæterũ tantisper dum solitudinem hãc colo, quanquã cum illis etiã luctãs, tamẽ dei optimi gratia adiutus, eas sic domo, sic subiicio, vt prẽter latratũ nihil habeãt. His de causis in hoc me ipse cubiculo cõtineo: his de causis alios querẽtes, nemini ad me aditum patere, cõtuberniũq; ac conuictũ meũ cũ nemine cõmunẽ esse, infinitasq; in me id genus criminationes congerẽtes, facile fero: quas equidẽ lubens abstergerẽ, sed quum id nõ liceat, quod proximũ quidem est, animũ hunc dolore compũgo, ac mœstitia exercucio. Neq; enim procliue mihi est vno eodémq; tẽpore tum hominũ consuetudine vti, tum hac in animi securitate ac præsentia persistere: quo fit vt te ego exhorter eũ potius miserari, quàm calũniari vt velis, qui tanta difficultate intercept⁹ est: At vero ipse tibi, quod video, nõdũ oratione mea persuasi. Itaq; appetere iã tempus reor, vt quod vnũ supereſt, mihi arcanũ, id in sinum tandẽ tuũ effundã, etiamsi multis id fortasse tale futurũ sit, vt credi minime debeat: me vero quicquid id est, ne hac quidẽ ratione euulgare pudebit. Nam vt illud à me euulgatũ, futurũ sit tũ malæ huius conscientię, tũ infinitorũ peccatorũ argumentum: tamẽ quum non alius quàm deus ipse (cui vni nihil certè occultũ est) de nobis iudiciũ facturus sit: quid nobis tandẽ lucri, quid emolumẽti ex hominũ ignoratione hac in parte accedere poterit? Quodnã igitur arcanũ hoc est? Ab eo ipso die quo tute mihi episcopatus suspicionem hãc iniecisti, factũ est identidem, vt corpus hoc ab anima propemodũ dissolueretur: tã ingens pauor, tam ingens mœstitia animũ meũ occupauit. Nam cũ apud me considerarẽ Christi sponsæ gloriam, sanctimoniã, venustatẽ spiritualẽ, prudẽtiam, ornatũ, tum vero animi mei vitia expenderem, fiebat vt assiduis tum illam, tum etiam me gemitibus luctibúsque prosequerer. quo in animi angore doloréq; dũ versarer, hisce memet verbis conueniebam: Quisnã consilij huius author fuit? quid tandẽ tantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccauit dei ecclesia? quęnã tãta res ipsi' ecclesię dominũ excitauit, induxitq; vt illã tanto cũ eius dedecore mihi mortaliũ omniũ ignominiosissimo regendam traderet? Hæc ipsa mecũ identidẽ reputans, dũ absurditatis indignitatisque huius ne cogitationem quidẽ animo sustinere valerẽ, fiebat vt eorũ exẽplo qui attoniti sunt, stupẽs, neque cernere, neque audire quicquã possem. Ab hæsitatia autẽ ac consternatione huiusmodi quũ animus tandẽ me' dimissus esset, (facessebat eñ intermittebátque illa nõnunquã) succedebãt lachrymæ ac mœstitia: tũ vero post lachrymarũ satietatẽ rursus insinuabat sese timor animum hunc cõmouens, conturbãs, concutiẽs. In tanto ego æstu antea vixi, cũ id tute ignorares, méque in tranquillitate victitare existimares. Ego vero tibi hic animi mei æstũ detegere tẽtabo: hinc eñ fortasse veniã mihi dabis, méque tandẽ insimulare desines. Qui igitur illũ detegã: Nã si eũ aperte oculis istis cernere velis, id nimirũ haud aliter liceat, quàm corde hoc tibi per me prius detecto, nudatóque. Quod quia fieri nõ potest, tibi hic ego per obscurã quandã imaginẽ, vtcunque potero, experiar mœstitię meę fumũ repræsẽtare. Tu vero ex ipsa imagine mœstitiã tãtũ nostrã colligito. Fingamus puellã aliquã regis filiã, & eius q̃dem cui terra ea vniuersa quę sub sole posita est, pareat, à proco quopiã expeti: tumvero demus nouam quandã in ea inesse formæ venustatẽ, quæ sic humanã naturã transcẽdat, vt p eã puella muliebre genus vniuersum magno admodũ discrimine superet: præterea tantũ illi inesse animi virtutem, vt virorum genus corũ, inquam, qui vel antea fuere, vel futuri olim sunt, lõgo post se interuallo relinquat: tum autem & morũ honestate tanta eandẽ excellere, vt vel omnes philosophiæ terminos excedat: denique talem esse, vt proprij aspectus gratia, oculorũque venustas vniuersam illã corporis totius elegantiã obscuret. Addamus itẽ, si placet, ipsius procũ, nõ ex iis tantũ quæ diximus, virginis amore ardere, sed furore itẽ nescio quo erga illam affici: quo quidem insanissimos quosque qui antea vnquam extiterint, amatores superet: postea procũ hunc dum hoc philtro ac furore deflagrat, alicunde accepisse, futurum vt puellã illam quã miro amore depereat, homũcio nescio quis humilis, abiectus, obscuro atque ignobili genere natus, quíq; idem corpore sit mutilo, denique mortalium omniũ nequissimus, in vxorẽ ducat. Tibi ne hic exiguã doloris nostri partẽ repręsentauimus? satin' tibi à me factum putas, vel finita hic à nobis imagine: Equidẽ satis me fecisse puto, quod ad animi mei mœstitiã repræsentãdam spectat, cuius vnius rei gratia imaginẽ ipsam adhibuimus. Atqui vt tibi itẽ hic metus stuporíq; nostri modũ oculis subiiciam, ad aliam rursus hypothesim descriptionémq; me cõfero. Ponito ante oculos exercitũ ex militib', tũ peditibus, tũ equitibus, tũ nauticis viris cõstantẽ, ac mare quidẽ obtegat triremiũ numerus. Rursum ipsas camporũ planities, ipsos montium vertices hinc peditũ, hinc equitum phalanges contegant: æs itẽ armorũ oppositum soli splendorẽ reddat, atq; à solarib' radiis & galearum & clypeorũ coruscatio vibretur: hastarũ fragor, equorúmq; hinnitus in cœlũ feratur, neq; mare, neq; terra appareat, vbiq; æs, vbiq; ferrũ. Tum sint contra hos instructi armatiq; efferi quidã ac truces viri. Instet iã & cõflictus tẽpus: postea rapiat quis derepẽte adulescentẽ aliquẽ in agro educatum, ac qui nullius prorsus artis alterius gnarus sit q̃ lyræ pastoricæ ac pedi, eundẽque armatura ęrea quũ induerit, per totũ illum exercitũ circumiẽs deducat, ostẽdátque manipulos, manipulorũ ductores, sagittarios, funditores, cẽturiones, duces, cataphractos equites, iaculatores, triremes, triremiũ ductores, milites inibi confertos, naualiũ machinarũ copiam: ostendat hostiũ procinctam aciẽ vniuersam, & auersandos formidolosósq; quosdã in illis aspectus, & armorum apparatum ab aliorũ apparatu diuersum, & immensam multitudinem, & conualles, & alta præcipitia & montium iniquitates: ostendat & aduersarios in equis volãtibus incantatione quadã insidere, & cataphractos p aërẽ ferri, explicata etiam ei incantationis illius vi ac forma: Recẽseat porrò & belli calamitates, missiliũ nubem, iaculorũ niuis instat ingruentium impetũ, multam illam caliginẽ & tenebras, obscurissimam nostem, quam sagittarũ multitudo efficiat, solis radios densitate sua auertens, puluerẽ tenebris non minorẽ omnium oculos obcæcantẽ, sanguinis torrentes, cadentium gemitus, stantiũ clamores, iacentium aceruos, rotas sanguine tinctas, equos prę cadauerũ multitudine vnà cũ suis sessoribus in caput præcipites, terram vniuersam mixtim hæc omnia continentẽ, sanguinem, arcus, sagittas, equorũ vngulas, hominũ capita simul iacentia, & brachia, & collũ, & tibiã, & pectus transfixũ, cerebella ensibus traiecta, iaculi cuspidem effractã, cui hominis oculus tanquam infibulatus hæreat. Recenseat item & classis mala atq; incõmoda. Triremes alias in mediis aquis conflagrantes, alias cũ cataphractis ipsis pessum eũtes, fluctuũ fragorem, nautarũ tumultuationẽ, militum clamorem, spumam tum vndarum tum sanguinis mixtam, eandémque in naues simul oẽs irrumpentem, cadauera alia super ipsa nauiũ transtra iacere, alia submergi, alia adnatare, alia ad littora æstuãtis maris impetu eici, alia intra ipsos fluct' sic obrui, vt nauib' iter velut obsepiãt. Postremo cũ exacte belli tragœdias omnes edocuerit: addat itẽ & captiuitatis calamitates, & seruitutẽ nulla non morte duriorem. At secũdum hæc omnia iubeat illũ continuo in equum ascendere, vniuérsique illius exercit' ducẽ agere. Hic tu adulescentulũ illum censes vel nudæ harũ rerum narrationi sustinendæ parem esse posse? ac nõ potius vel à primo statim aspectu animo defecturũ? Proinde ne me ipse hic putes rẽ oratione attollere, neq; hoc ipso quòd corpore sic vt carcere aliquo ẽcluso, nihil prorsus rerũ inuisibiliũ cernere possim', magna ea esse ducas, quę à me dicta sunt. Videas eñ eo prælio longe tum maius, tum horribilius, si tibi fortè caliginosissimã illam diaboli aciẽ, conflictũque insanum oculis istis cernere liceat. Non eñ illic aut æs, aut ferrũ, nõ equi, nõ currus, non rotæ, nõ ignis, nõ iacula ista quę cernimus, verũ alia quædam machinamenta iis quæ dixi lõge terribiliora: certè aduersariis istis nequaq̃ op' est thorace, nõ scuto, neq; ensib', neq; hastis. Sed vel nudus execrãdę illius militię aspectus talis est, vt humanã animã à corpore ipso dissoluere possit, nisi ea admodũ generosa fuerit, atq; adeò antequã à viribus ipsa suis auxiliũ petat, diuinæ in se clemẽtię prouidentiã senserit. Ac sanè si liceret corpore hoc exuto, aut vnà etiã cũ ipso corpore perspicue atq; intrepide vniuersam illi' aciẽ bellúmq; cõtra nos instructũ ipsis oculis corã contueri, videres vtique nõ sanguinis torrẽtes, neq; corpora demortua, sed animarũ lapsus

lapsus tã multos, sed vulnera sic grauia, vt tibi statim belli vniuersa illa pictura quã modo expressi, puerorum delectamenta, & ludicrũ potius, quàm bellũ videri possit: tam multi certè ac frequẽter ij sunt qui in dies singulos feriũtur, quorũ vulnera nõ idem mortis genus pariunt: sed quantũ inter se diffident anima atq; corpus, tantũ est certè inter mortẽ hãc atq; illã discrimẽ. Nam quoties plagã anima accipit, eadémque cadit, híc prostrata quidem iacet malę iam conscięntiæ cruciatu cõtabescẽs: postea vero quàm separata à corpore hinc emigrarit, per iudicij sui tẽpus ęterno cruciãda supplicio traditur. Quòd si quis existet q̃ diaboli plagas nõ persentiat, nimirũ illius morbus ex ea indolentia ingraueścit. Quẽcunq; eñ plaga vna inflicta nõ mordet, neq; attristat, is certè facile & alterã excipit: itemq; & hac accepta, tertiã: neq; enim intermittit ad extremũ vsque spiritũ feries nefarius ille, quoties inuenit animã supinam, priorẽsq; plagas contemnentem: qui si & congressus modum expendere velis, hunc vero longe acriorem, ac magis diuersum cõperies. Neq; enim quisquã est qui tã multas fraudis, doli, artificij formas norit, q̃ multas sceleratus ille hostis, qua quidẽ in parte maior illius vis ac potẽtia inest: neq; inimicitias quis tantas tãq; incõciliabiles aduersus hostes sibi infẽsissimos gerere potest, quantas ille aduersus humanã naturã gerit. Porrò si quis examinet quãta cũ inhumanitate is depugnet, tidiculũ certè fuerit homines hoc in loco cõferre. Sin iracũdissimas ac truculẽtissimas quasq; feras delegeris, quas cũ huius furore atq; insania cõferas, reuera mãsuetissimas humanissimásq; eas à cõparatione cõperies. tantũ ille in animas nostras furorẽ spirãs euomit. Adde q̃ & pugnę inter homines gestę tempus breue quidẽ esse solet, qua etiam in temporis breuitate multæ dantur inducię. Nã & natura sic cõparatũ videmus, vt & noctis superuentus, & iugulandi labor, & cibi capiẽdi tẽpus, & multa id genus alia militi respirãdi potestatẽ sic faciãt, vt & armaturam exuere, tum vero paulũ respirare, seq; & cibo & potu reficere, multísq; tebus aliis pristinas vires recuperare valeat: aduersus autẽ diabolum dimicanti, nunquam licet arma ipsa ponere, somnúmve vllũ capere, ei præsertĩ qui perpetuò inuulnerat' pręlio excedere volet. Ex duobus eñ necessario alterũ cõsequitur, vt aut cadat quis ac pereat armis spoliat': aut cõtinenter vigilet, armatúsq; stet. Siquidem ille contineñter cũ sua ipsíus acie stat, socordias nostras obseruans, ac maius quidẽ afferens studiũ ad nostram internecionẽ, quàm ad nostram ipsi nos salutẽ afferamus. Postremo vt semel finiã, quòd à nobis hostis ille minime cernatur, quodq̃; derepente atq; improuiso nos adoriatur (quæ res iis qui nõ assidue in excubiis vigilãtes fuerit, infinitorũ malorũ causa esse solet) facit nimirũ, vt bello hoc ægri' ac maiore cũ negocio, quàm illo defungi possis. In hoc ergo cãpo voluisti nos Christi militib' duces esse? Hoc ipsũ vero quid aliud erat, quàm diabolo potius duces esse? quũ eñ is qui cæteros debet tũ in ordines partiri, tũ militaribus armis instruere, omniũ simul infirmissimus, simul imperitissimus fuerit, fit nimirũ vt suæ fidei creditos prodat, & diabolo magis quàm Christo ducẽ agat. Tu vero quid ingemiscis? quid lachrymaris? neq; eñ rerum nostrarũ conditio lamentatione, sed gaudio potius ac lætitia prosequẽda. Mea vero, inquit, non perinde se habet, quin poti' infinitis digna ea est plã-

BASIL.

ctibus. Vix enim potui ipse vel hactenus animaduertere, quò me malorũ pręcipitem egeris. Siquidem ad te ipse eo solo nomine adierã, vt abs te edocerer, q̃d mihi tandẽ iis posthac respondendũ verbis tuis foret, qui te insimularent: tu vero me ipse emẽdas, curã aliã pro alia mihi iniiciens: neque enim solicitus iam sum, qua te ego apud illos, verũ qua tum me ipsum, tũ delicta mea apud deũ defensione excusationéq; tuear. Atqui abs te ipse iterũ atq; iterũ peto & cõtẽdo, si qua tibi rerũ mearũ cura, si qua in Christo cõsolatio, si quod dilectionis solatiũ, si qua viscera & cõmiserationes esse possunt (ipse eñ nosti tua potissimum opera me in hocce adductũ periculum) manũ mihi auxiliatricẽ porrigas, ea posthac in gratiã meã apud me tũ dicẽs, tum faciens, quibus vita mea corrigi atq; emendari possit, neu tute quęso, vel breuissimum tẽporis punctum nos deseras: quinimò sit tibi hoc ipso magis tẽpore quàm antea cõmune nobiscũ consortiũ, atque contuberniũ. Ego autem ad verba ista subridens: Et quanam, inquã, tibi in re Basili vsui esse valeã, qui te tanta ista negociorũ mole pressum subleuare atq; adiuuare possim? Enĩuero quãdoquidẽ tibi id gratũ acceptumq; video, bono amice animo esto. Id eñ tẽpus omne quo tibi à curis illis respirare dabitur, & tecũ ipse adero, & te consolatione mea reficiã, quantũ in me erit, nulla tibi in re defuturus. Quę verba quũ ille audisset, multo etiã quàm antea magis illachrymãs surgit. Hic ego illũ amplexus, capútq; deosculatus deduco, hortatus vti generoso fortíq; animo id omne perferat quod accidisset. Talis enim, inquã, mea est in Christo, qui tibi ad se vocato, ouium suarũ curam commisit, fides atque expectatio, vt tu tantam tibi olim ex huiusmodi functione fiduciam apud illum comparaturus sis, vt & me quoque in die illo periclitantem, æterni tui tabernaculi consortem efficias.

CHRYS.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE COMPUNCTIONE CORDIS LIBER PRIMUS, INCERTO INTERPRETE.

QVVM te intueor beate Demetri frequenter insistentem mihi, & omni cum vehementia exigentem de cordis compunctione sermonem, admiror valde, & beatam iudico synceritatem mentis tuę, atque animi puritatem. Neque enim possibile est cuiquam in huiusmodi sermonis venire desiderium, nisi ei qui semetipsum prius purgauerit à vitiis, atque omnibus secularibus curis superiorem sese celsiorémque constituerit. Cuius rei indicium haud difficulter assumitur inde præcipuè, quòd si quos forte amor horum exigua saltem ex parte contigerit, tanta in eis repẽte efficitur cõmutatio, vt confestim terrena relinquere, atque ad cœlũ properare contẽdant: & velut molestissimis quibusdã vinculis, seculi scilicet curis, animam resoluẽtes, volatu celeri ad propria redire eam sinãt, & ad cognita recurrere. Sed hoc aliis raro fortè accidit: te autẽ, ô venerabile caput, certũ est indesinẽter hoc igne succẽdi. Testãtur enim de his diur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na ſtudia tua,nocteſq; peruigiles, lachrymarũ fõtes, & amor quietis, ſilentiiq; deſideriũ, non ſolum iugiter permanens in animis tuis, ſed & ſæpe increſcẽs. Quid ergo tibi amplius addere poterit noſtri ſermonis oratio? Nam & hoc ipſum quòd cũ ad ſummum iam virtutũ verticem perueneris, tamen cum his temetipſum reputas,q adhuc humi repunt, & volantẽ profectibus animam lapideam vocas, ita vt frequẽter tenens dexteram meam,& deoſculans cũ lachrymis conteras & emollias durum & excæcatnm cor meum:quantæ religionis eſſe ducam, quantumq; in te exiſtimem diuini ignis ardorem? Et ſiquidẽ dormientes nos cupiens excitare,ad iſtud opus accire ac pertrahere voluiſti:conſilium ſapiens & mirabile tuũ miror,& amplector prudentiam tuã. Si vero aliquid tibi veræ ex hoc vtilitatis conferendum putaſti, etiã in hoc nihilominus docuiſti nos requirere,quid magis nobis quàm tibi deſit. Veruntamen quoquo modo id tibi viſum eſt parebimus,vel propter timorem & mandatum dei,ne quid poſcẽti negare videamur: vel propter amorem tuum, quem erga nos plurimũ geris. Tu tamen nos pro his inuicem orationibus remunera, vt & vitam noſtram poſſimus rectã ſeruare de reliquo, & in opere præſenti dignum aliquid dicere,quod poſſit remiſſa & diſſoluta genua conſtringere, & animas humi iacentes erigere. Vnde ergo nobis,vnde verbi huius ſumetur exordium? Quæ ei prima fundamenta,quæ crepido ponetur? Ego non alia puto huic digna eſſe fundamẽta & principia,niſi verba domini noſtri Ieſu Chriſti,quibus luget quidem ridentes,beatos autem dicit lugentes. Ita enim
Matt.5. *Luc.6.* ait in euangelio:Beati qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur:&,Væ his qui rident nunc,quoniã ipſi lugebunt & flebunt. Et meritò:Lugendum enim eſt, & C verè lugendũ præſentis vitæ tempus,in quo tantam malorum labẽ,tantaq; quotidie videmus flagitia cumulari:quæ ſi velis cõſiderare p ſingula,nunquã potetis à lachrymis temperare. Sic enim oĩa confuſa, ſic ſunt cuncta reſoluta,vt ne veſtigium quidẽ virtutis vſquã videas:nequitia vero & luxuria repleta eſſe cuncta perſpicias:& quod eſt infelicius,perurgentiũ nos malorũ iã nec ipſi ſenſum capimus,nec aliis prębemus,nec alios monem°:ſed ſum° velut corpus extrinſecus quidem indumentis adornatũ, intrinſecus vero tabe peſſimi lãguoris abſumptum: & contingit nobis quod illis ſolet,qui vel phreneſim patiũtur,vel mente capti ſunt,à quibus cũ multa turpia & periculoſa vel dicantur,vel etiam gerantur,nec pudoris tamẽ aliquid,nec pœnitudinis capiũt:quinimò & magnifici ſibi ac ſapiẽtiores ſanis vidẽtur & ſapiẽtibus. D Ita & nos, cũ omnia quæ ſanitati contraria ſunt geramus, nec hoc ipſum quidẽ quod deeſt nobis ſanitatem nominamus. Atenim ſi fortè in corpore parũ aliquid morbi pulſauerit,ſtatĩ & medicos adhibem°, & pecunias profundimus, & omni obſeruãtia quod cõpetit gerimus:nec prius ceſſatur,quàm quę moleſta ſunt,mitigentur. Anima vero cũ quotidie vulneretur,cũ per ſingula lanietur,vratur,præcipitetur, & modis omnib° pereat,ne parua quidẽ pro ea nos cura ſolicitat. Sed horũ omniũ cauſa illa eſt,quòd omnes pariter hic morbus obtinuit: & tãquã ſi accidat multis ſub vno morbo languẽtibus pręſto eſſe neminem ſanũ, certũ eſt quòd omnes pariter corrũpat & abſumat incuria,dũ nemo eſt qui vel opportuna prębeat,vel importuna prohibeat: ita & in nobis dũ ne-
A mo ſanus eſt,ſed oẽs languemus,alij maiore, alij minore ex parte,nemo eſt qui curet: omnes eñ indiget cura. Etenim ſi quis extrinſecus vndecũq; adeſſet,& præceptorũ Chriſti,ac noſtrę conuerſationis confuſionẽ ac perturbationẽ videret: neſcio ſi alios magis vllos quàm nos inimicos eſſe,& cõtrarios pręceptorum Chriſti iudicaret, & quaſi qui ſtudiũ quoddam habuerimus cõtraria in omnib° gerere quam ille mãdauit. Sed ne quis fortè putet exaggerationis cauſa à nobis hęc verba proferri, probamẽta iam nũc adhibebo,nõ aliũde quàm ex ipſis Chriſti mãdatis. Quid ergo dicit Chriſtus? Dictũ eſt antiquis: Nõ occides: *Matth.5.* ego autem dico vobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri ſuo,rhaca,reus erit concilio: qui autẽ dixerit fratri ſuo, fatue,re° erit gehẽnæ ignis. Hęc quidẽ Chriſtus. Nos autẽ pl° quàm increduli & infideles calca-
B mus hãc legẽ, & quotidie innumeris iniuriis fratres noſtros afficimus:quodq; magis ridiculũ ſit, nomen ipſũ fatuum dicere obſeruãtes, multo acerbiores, q̃ ex hoc nomine vidẽtur conferri,irrogamus iniurias, quaſi vero ille ſolus ſermo ſit, cui pœna deputata eſt, & nõ hui° ſermonis indicio omne dictũ quod ad iniuriã pertinet,reſecetur. Deniq; apoſtol° Paulus hũc eundẽ ſenſum latius explicãs,ait:Nolite ſeduci,quoniam neq; fornicarij,neq; idolis ſeruiẽtes,neq; adulteri,neq; molles,neq; maſculorũ cõcubitores,neque fures,neq; auari,neq; ebrioſi,neq; maledici,neq; rapaces regnũ dei poſſidebunt. In quo oſtendit, quia ſub generalibus nominibus vitiorũ, multæ ſpecies peccatorũ pariter concluduntur:& ſiue fatuum quis dixerit,ſiue vanũ,ſiue latronẽ, ſiue quolibet alio nomine iniuriã vel maledictũ fratri ingeſſerit, ex quo-
C libet horum vocabulo ſub maledicti titulo gehennę ignis ſupplicio condemnabitur. Fatue enim & rhaca quod ait:hoc eſt quod oſtẽdit, quia ne leue quidem & minimũ in fratrem collatum conuicium relaxabitur: atq; ob id de leuioribus ſententiã dedit Chriſtus,vt de grauioribus dubitare non debeas. Quòd ſi quis exiſtimat, ſicut ego quidẽ noui nonnullos putare,terroris cauſa etiam in paruis exaggerari minas pręceptis:ſupereſt vt de cæteris oĩbus mãdatis,quorum præuaricatorib° pœna adſcribitur,ſimilia ſentiant. Quòd ſi terroris cauſa,& nõ pro veritate ſupplicia promittuntur,conſequens erit etiã, vt bonorum pollicitationes adhortandi tantũmodo, & non veritatis gratia promittãtur. Et ſi ita de vtraq; parte ſentiam°, reſoluta ſunt omnia religionis noſtrę dogmata, ſi nihil aliud in omnibus mandatis ac præceptis
D diuinitus datis agi dicitur, niſi vt aut bonorum vana ſpes homines,aut pœnæ terror inanis aſtringat. Sed dicis,quid ergo? Maledic° cũ adultero, & auaro,& idola colẽte damnabitur? Si eandẽ quidẽ pœnã luẽt, nec qualitate,nec quãtitate diuerſam, alterius eſt requirere temporis. Quòd autẽ à regno cœlorũ ſimiliter arcebũtur, Paulo crede per ſpiritum dei loquẽti, cui omnes verè credere debemus dicenti Chriſtũ in ſe loqui. Illa enim diabolica deceptio eſt, quę hęc ad terrorẽ dicit hominibus ſcripta,vt reſoluat diuini iudicij ac futuri ſupplicij metũ,& remiſſiores nos erga obedięntiam reddat & cuſtodiã mandatorũ dei. Ob hoc enim tales diabolus ſuggerit ſenſus,& intelligẽtias huiuſmodi ignauas animas docet,vt præſẽtis interim temporis reſoluat vigorẽ, arguendas ſine dubio in die iudicij,vbi iã pœnitẽtia nihil ꝓderit. Quid enim

enim vtilitatis erit huic,qui nũc ſeducitur,ſi tunc intellexerit errorem ſuum, cũ pœnitendi iam non erit tempus? Nõ ergo inaniter decipiamus noſmetipſos, neq; circũſcribamur in pernicię noſtri, neq; aliã nobis pœnã incredulitatis crimine cõquiramus. Nõ eñ ſolũ ſi inobediẽtes ſimus mãdatis Chriſti,ſed & ſi increduli exiſtamus,ſupplicia nos manebunt. Non credere autẽ ex eo accidit, cũ reſoluimur ad explenda mãdata: & ne fortè rei videamur cõtẽptus,& cõſciẽtię põdere pręgrauemur, ad abiiciẽdũ pręuaricationis metũ aliis noſmetipſos prauę intelligẽtię laqueis irretimus,& deſperãtes de innocẽtia legũ pœnas putamus poſſe cõuelli, vt ſępe homines ægri cũ multis febrib° agũtur,ſi in aquas ſemetipſos frigidas iniecerint,ad præſens quidẽ aliquid videntur ſibi queſiuiſſe ſolatij,multiplicatas vero corpori ſuo flammas febriũ reparãt:ita & nos agimus,cũ ſtimulamur cõſcię
B tia peccatorũ, & in euripum nos vel lacus contritos prauæ intelligẽtię pręcipitamus. Ex hoc enim iã neceſſariò quaſi licitè peccamus, & non ſolũ præſentibus iraſcimur fratribus, ſed interdũ etiã eum abſentibus litigamus. Sic enim quaſi per licentiã feritas increſcit. Et maiores quidẽ noſtros,ac potentiores, etiamſi iniuriis nos & contumeliis agãt,ferimus,& cũ manſuetudine & ſubiectione portamus, verentes ne quid ab eis grauius patiamur. Erga æquales vero vel inferiores interdũ nec læſi commouemur & iraſcimur:intantũ humanus metus timori dei pręponitur. Et quæ tandẽ ſpes erit nobis ſalutis,tantũ defectum, tantumq; contemptũ gerentibus in mandatis diuinis? Dic tamẽ mihi, quid graue à nobis exigit Chri-
Matth.5. ſtus,aut quid oneroſum? Noli,inquit,iraſci fratri tuo ſine cauſa. Nõne hoc multo leuius eſt,quàm ſi tu aliũ C feras iraſcentẽ tibi ſine cauſa? Ibi enim iã ab alio cõgregata eſt iracũdię materia,hic vero qui vrgeat nullus eſt,ſi nõ ipſe tibi flãmas ſuccẽdas iracũdię. Nunquid ſimile eſt ab alio tibi ingeſtã facẽ iracundię tolerare,nec ſuccẽdi,& nullo inſtigante quieſcere & ſilere? Illud ferre poſſe,hoc eſt,alterius iracundiã,ſummæ philoſophiæ eſt: vt autẽ tu non inflammeris fruſtra ad iracundiã,laus quidẽ nulla eſt, quòd non iraſceris ſine cauſa: ſi vero iraſceris inaniter,hoc eſt ſine cauſa,ſummę vanitatis ac ſtultitię nota eſt. Cũ ergo, quod maius eſt, propter timorẽ hominũ feras, propter timorẽ dei ne minimũ quidẽ & exiguũ pateris? Et eſt qui in huiuſmodi cõmiſſis ſemetipſum nõ ſtatuat reum, aut iudicio diuino nõ decernat obnoxiũ. Noli,inquit,iraſci fratri tuo ſine cauſa. Omnẽ hominẽ fratrẽ tuũ iudica. In Chriſto eñ neq; Iudæus, ne- D que Græcus,neq; ſeru°,neq; liber,neq; maſculus,neque fœmina,ſed oẽs vnũ ſumus in Chriſto. Propter quod ne erga famulos quidẽ pręceptũ iſtud negligẽdũ eſt. Sine cauſa enim nec cõtra ipſos quidẽ debemus iraſci: quia & illi à Chriſto ſimili vt tu libertate donati ſunt. Vide ergo iam quis erit immunis ab hac culpa: aut quis eſt,qui nõ dicam penitus alienus, ſeu qui raro ſaltem nõ decipiatur hoc vitio? Et quando ad illud veniet, vt omnino nunquã in hoc incurrat? Hoc nanq; ſermo inſtitutionis expoſcit. Sicut enim qui fur nõ vult dici, nunquam omnino furatur:neq; adulteratur, ne fortè etiam ex vno adulterio adulter nominetur: ita & maledicus tanquã ab adulterio refrænare debet à cõtumeliis linguã ſuam,ne eum pro vno lapſu maledicũ faciat,& iniurioſum. Illud autẽ quod ſequitur, quis nõ infidelium etiã fabuloſũ iu-

dicet, cũ tamen æterna dei voce ſancitum ſit? Ait e- A nim: Si offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus *Matth.5.* fueris quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi mun° tuũ ante altare,& vade prius reconciliari fratri tuo,& tũc veniẽs offeres munus tuũ. At nos pugnas habentes adinuicem,& dolos tantum in corde verſantes,accedimus ad altare dei: & cũ deus tantam curã reconciliationis noſtræ habeat, vt patiatur munera ſua relinqui ante altare, & imperfecta manere atq; interrumpi miniſteria ſua, donec tu eas & reſoluas iracundiam,& diſcindas inimicitias cum fratre tuo: nos nec hoc ipſum erubeſcimus, ſed per dies multos patimur manere inimicitias,& trahimus ſicut funem longũ diſcordias. Non enim iracundos tantũ,& malitiæ memores punit deus, ſed & eos qui iraſcẽtes aut offenſos fratres negligũt & cõtemnũt: quoniã quidem hi qui paſſi videntur iniuriã,neceſſariò dolent & iraſcuntur:qui vero fecerũt, nec doloris aliquid nec iracundiæ gerunt. Ob hoc ergo hunc qui ab iracũdia liber eſt,adducit ad illum qui in dolore eſt,& liber nõ eſt: oſtendẽs quia criminis huius noxa penes hũc magis eſt, q & cauſas peccati dedit. Sed ne ſic quidẽ emẽdamur. Perſiſtimus enim etiam pro nihili rebus cõtriſtare fratres, & quaſi nihil mali fecerimus,ſatisfactionẽ negligimus,& obliuioni tradimus culpam, atque inimicitias in tempus longum protrahi patimur,ignorantes quòd tãto longior nobis erit pœna,quãto & diſcordia. Vbi enim amicitia permanet,nihil facile creditur, nihil facile ꝓcipitur quod diſſidium operari poſſit. Si vero inimicitiæ ſemel occupauerint animos,omnia quæ fiũt,quę dicũtur,quæ audiuntur:ita accipiuntur, & ita intelliguntur, vt ad maiores & lõgiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico,nõ creditur:ſi quid autem mali, hoc ſolũ creditur,& confirmatur. Iubet ergo domin° relinqui donũ ante altare,& prius reconciliari fratri,vt ex hoc diſcamus,quia ſi nec illo tempore quo ad miniſteriũ dei videmur accedere, reconciliationem diſſimulari ac differri non patitur deus:quãto magis curari hoc in aliis temporibus iubet? Nos vero imaginem quidem colimus præcepti, veritatem vero ipſam virtutemq; negligimus. Nam oſculũ pacis porrigere tẽpore quo munera offerunt, in vſu eſt: ſed vereor ne fortè plures ex nobis labiis hoc tantummodo faciant,cum Chriſtus pacem non ex ore,ſed ex corde deſideret, & affectu velit proximũ,nõ labiis ſalutari. Si eñ pax nõ habetur in corde, quaſi in ſcena res agi videt & ludo: vnde per hęc ex- D acerbari deus credẽdus eſt poti°,quàm placari. Puritas enim & veritas eſt quæ placẽt in cõſpectu dei; reſpuit autẽ & odit omne quod ſimulat & fingitur. Et hęc agim° homines,quib° neq; iraſci, neq; inimicos habere permittitur: aut ſi fortè iraſci accidat,mã datur vt ſub die vel iracũdias noſtras vel inimicitias finiamus. In hoc eñ cõſtringimur præcepto illo quo ait:Sol non ỏccidat ſuper iracundiam veſtram. Nos *Ephe.4.* contrà,ne hoc quidem contẽti ſumus, vt iracũdiam vltra ſolis terminũ producamus, ſed, quod eſt deterius,& inſidias inuicẽ ſtruimus,ſiue verbis,ſiue rebus ſupplantare proximos cupiẽtes, mordẽtes inuicẽ & comedentes:quod vtiq; apertæ inſanię eſt. Quid eñ aliud faciũt inſani,& dæmone repleti,niſi mẽbra ſua morſibus laniant? Iã vero nec facimus mentionẽ eorum quæ de aduerſario præcipiũtur,vel de concupiſcentia illicita, vel de viſione oculorũ. Oculus enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

dexter,& manus dextra nõ aliud indicãt,nisi eos qui
nos amant quidẽ,sed inutiliter amant.Sed & quę de
nõ relinquẽdis vxoribus præcipiũtur,quasi nec mã-
data nec scripta sint contemnũtur. Nam de non iu-
rando erubesco proferre in mediũ, non solum pro-
pter iuramẽta,sed & propter periuria.Si eñ verè iu-
rare,crimẽ est,& præuaricatio mandati:periuriũ vbi
Matth. 5. ponem⁹?Si,inquam,supra est & nõ, quicquid fuerit,
Luc. 6. à malo est:supra hæc iã quæ proferuntur,à quo erũt?
Post hæc ait,si quis te percusserit in dexterã maxillã,
conuerte ei & alterã: &, Volenti tecum iudicio con-
tendere,& auferre tunicam tuã, remitte ei & palliũ:
&,Si quis te angariauerit mille passus,vade cũ illo a-
lia duo milia:&,Petenti te da:&,Volẽti mutuari à te,
ne auertaris ab eo.Ad hæc quid dicem⁹?pro singulis
enim his lachrymæ tantummodo proferẽdæ sunt,&
confusio habẽda est. Apertè enim cõtra hæc omnia
militamus.Ad iudicia nãq; & rixas,ac bella cõsurgi-
mus.Pati autẽ aliquid ex his quę scripta sunt,ac ferre
tolerãter, neq; in verbis neq; in rebus amplectimur.
Sed & si in aliquo leuiter saltẽ pulsemur,cõtinuo ve-
lut ferę bestię insurgimus.Quòd si proferas mihi ali-
quos, qui fortè contẽpserint censum suũ, & paupe-
ribus largiti sint:post hęc vero despecti pro penuria,
multa passi sint mala: paucos & valde raros tales in-
uenies.Quòd & si ostẽderis aliquem,nõ tamẽ talem,
qualem euangelij sermo describit,philosophum de-
monstrabis.Hic enim euãgelicus philosophus, nõ is
tantũ qui spõtè dederit,describitur: lætus nanq; est,
& exultat qui spõtè largitur:sed qui inuitus & iniuste
direptus sit,& constanter toleret ac patiẽter.Et quid
dico,toleret patiẽter?Ampli⁹ aliq̃d & excelsi⁹ Chri-
sti sermo componit.Magnũ nescio quid, & immen-
sum est,quo sublimare animas voluit,quas ad perfe-
ctionis culmen inuitat.Non solum,inquit,iniuriã pa-
tiens, nihil iracundiæ moueas aduersus eũ qui iniu-
riam fecit: & nõ solum pro his quæ abstulit nõ indi-
gneris,sed & si quid tibi fortè subrelictũ est,id spon-
te largire ei qui abstulit totũ. Cũ enim is,qui ad di-
ripiẽda quę tua sunt,iniquo spiritu succẽsus aduenit,
si te proniorẽ reperit in largiẽdo, quàm ille venerat
in diripiẽdo:quamuis sit ille ferus,quamuis immanis
& barbarus,erubescet bonitatẽ tuam, mitigabitur à
furore,resipiscet cõtinuo,ac facti pigebit:& suũ qui-
dem peccatum exhorrescet,tui vero animi virtutem
mirabitur,& amabit.Sed hũc ego vbi nunc inuenio?
cuius talem vitã mirabor?cuius tales actus reperiam?
solum scriptũ fortassis hoc legere in diuinis paginis
potero:geri autẽ,vel operibus impleri nescio si vide-
bo. Nolo enim nũc mihi aliquẽ proferas passum in-
iuriam,patiẽter tulisse.Hoc enim potest fieri, pro eo
fortassis,quia vicem reddere qui passus est,ac similia
referre non potuit:aut etsi potuit,tẽpus fortasse non
habuit:aut etsi tempus fortasse nõ habuit,aut si tem-
poris fuit, & per oĩa potuit, sed propter dei timorẽ
continuit se,demus ei patiẽtię palmam.Nũquid nam
& hoc facere potuit, vt cupiditatẽ nocentis non ex-
pleret solũ,sed etiam superaret:&plus cederet,quàm
expetebatur:ac violẽter quæ sua sunt auferẽti, offer-
ret etiam reliqua,& volũtas etiam ea largiretur, quæ
iam cupiditas nõ quęrebat?Ampli⁹ adhuc aliquid,&
eminẽtius Christi philosoph⁹ docet à Christo. Hũc,
inquit,qui diripuerit quę tua sunt, qui lęserit,qui no-
cuerit,nõ solum donis largioribus cumula,sed & di-
lige,& amicũ habeto, & tota charitate cõstringe: in

A tantũ,inquit,vt & ores pro ipso,& deo preces pro a-
nima eius fundas,quod vtiq; indiciũ summæ & per-
fectæ dilectionis est.Verũ ne iterũ putes hæc cohor-
tatorie magis quàm verè dici,etiã necessariam huius
dicti causam sermo diuin⁹ exponit.Ait nãq;:Si enim Luc. 6.
dilexeritis eos qui vos diligũt, quę vobis merces est?
nónne & publicani hoc idẽ faciũt? & si salutaueritis
eos qui vos salutãt,quid ampli⁹ facietis?nónne & Gẽ
tiles hęc faciũt? Vides ergo quia volẽs discipulos su-
os Christus pręstãtiores esse cæteris hominib⁹,idcir-
co hęc eos facere docuit.Sed si nos in his nec publi-
canis nec Gẽtilibus efficimur meliores, nõne lugẽdi
& plangẽdi sumus?Quinimò tantum nobis deest, &
intantũ lõge sumus à diligẽdis inimicis, vt nec ami-
cis quidẽ amoris vicẽ charitatisq; reddam⁹:sed è cõ-
trario odio habeamus etiã diligẽtes.Cũ eñ æmula-
mur,& inuidemus bonis,& omnimode vel in dictis,
B vel in factis existimationẽ eorũ laudesq; obrui volu-
m⁹ & obscurari:quid aliud est,nisi summi odij,& ex-
tremę inuidiæ indiciũ? In quo vtiq; non solũ à Gen-
tib⁹ & publicanis nequaquã differim⁹,sed etiã multo
inferiores existim⁹.Christus eñ nos orare pro calũ-
niatoribus iubet:nos insidias & dolos etiã amicis cõ
cinnamus.Christ⁹ maledicẽtibus benedici iubet:nos
è cõtrario,aut priores maledicim⁹, aut maledictis al-
terius multiplicata maledicta restituim⁹. Nónne tibi
vidẽtur,vt dixi, oĩbus modis cõtraria esse præceptis
Christi,quæ gerimus: & magis pugnã esse nobis cõ-
tra eũ,q̃ obedientiã?Nã vanę glorię iactantiã, & su-
perbię tyrãnidẽ,quam ille quidẽ verbis suis destruit,
nos autẽ gestis nostris & operib⁹ ædificam⁹,quomo-
do exponã?cuius à nobis vexilla & in orationibus,&
in ieiuniis atq; eleemosynis præferunt,&cęteris om-
C nibus rebus gestísq; nostris aptãtur, cuiq; velut em-
pta mãcipia subiacemus, & ceruices nostras omnib⁹
eius ludibriis subiugamus.Tantus eñ hominibus di-
uinorũ pręceptorũ contẽptus inest,vt etiã si quid fa-
cere videantur ex mãdatis,ne hoc ipsum quidẽ deo,
qui mãdauit impẽdãt,sed deceptioni,vanæ iactãtię,
& inani glorię quę gesserũt consecrẽt: ita vt in vtro-
que modo pari damno feriãtur, & cum facere vidẽ-
tur quę mandata sunt,& cũ omnino non faciunt: sic
ex omni parte hominũ genus intra suos laqueos ma-
lign⁹ innexuit.Quod etsi quis potuerit ab istis se ne-
xibus exuere,cautiúsque & attẽtius quę mãdata sunt
adimplere: malũ ingens superbia continue obrepit,
in qua est lapsus diaboli.Hęc enim etiã angelum de-
iecit,quanto magis hominem? quam qui incurrerit,
non solũ ea quę operatus est,sed & semetipsum pari-
D ter perdet. Ego autem noui plurimos eorum præci-
pue, qui videntur distribuere indigentibus pecunias
suas,nõ solũ superbiæ vel iactãtię incurrisse laqueos,
sed & vitiorũ aliorũ multos. Nõnulli eñ ob hoc lar-
giuntur vt amẽtur,aut his certe quos amãt,aut quo-
rũ personas erubescũt. Sed & alias his similes occa-
siones incurrũt,per quas nõ iã mãdato dei op⁹ quod
factũ est assignatur, sed humanę volũtati. Cum ergo
tot & talia sint quæ corrumpãt actus hominũ, etiam
bonos:quis facile saluari potest,qui in hęc mala inci-
derit?Iã vero id quod scriptũ est: Dimitte nobis de- Matth. 6.
bita nostra,sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris:
quisnã est ex omnibus nobis, qui cũ fiducia hæc au-
deat dicere deo?Quia etsi nihil mali faciam⁹ inimicis
& debitoribus nostris,habemus tamẽ intra nos insa-
nabile vulnus offensæ.Christus vero non solum vult
nos

nos ignoscere delinquentibus,sed vt etiam amemus
eos,& oremus pro ipsis.Nam si tantummodo nõ læ-
das eũ qui te lęsit,auertas te tamen ab eo,nec libẽter
eũ videas:manet sine dubio vulnus in pectore,& do-
lor augescit in corde.Quod si ita est,nondum vtique
quod Christus mãdauit,impletur.Nũquid tu ita vis
tibi propitiũ fieri deum, vt non quidem te lædat, a-
uertat se tamẽ abs te,& peccatorũ tuorũ memoriã ge
rat,& te videre nolit? Igit̃ qualẽ vis erga te esse deũ,
cũ delictorũ veniã poscis:talẽ te exhibere debes his
qui deliquerunt in te,sicut & sapientiũ quidã scribit,
Eccli. 28. dicẽs:Homo homini tenet irã,& à deo quęrit sanita-
tem?Et si ipse erga hominẽ similẽ sibi non habet mi-
sericordiã, quomodo pro peccatis suis exorat deũ,
cũ ipse caro sit,& teneat iracundiã? quis propitiabit
peccatis eius?Vellẽ silere iam, & hucusq; progressus
finẽ imponere sermonibus meis:erubesco eñ & cõ-
fundor vltra ꝓcedere.Bellũ nãq; hoc quo impugna- B
mus mãdata Christi, & inimicitias quas aduersus eũ
gerim⁹,magis ac magis prodit sermo procedẽs. Sed
quid iterũ proderit tacere, cũ rebus ipsis arguamur
etiã tacentes?Quomodo autẽ latebimus eũ, qui no-
uit corda nostra,& iudicatur⁹ est ea? Quid ergo dicã
Matth. 6. de mãdato illo,quo iubemur non thesaurizare super
terrã?quod fortè quidẽ faciũt pauci,cęteri vero qua-
si è contrario audierint præceptũ,& quasi dictum sit
ad eos:thesaurizate vobis omni modo sup terrã: ita
relinquentes cœlũ,adhæserũt terræ, & insaniunt er-
ga pecunias congregandas,totoq; affectu deũ quidẽ
oderunt,diligunt autẽ mammonã. Quod autem di-
ctum est:Nolite cogitare de crastino,nec audire ego
scio aliquẽ,nec omnino seruare:& propterea de hoc
mandato dicere aliquid erubesco:sed cũ confusione C
prętereo.Etenim oportebat nos quocunq; pacto lo-
quente Christo & pronũciante nõ dubitare,sed cre-
dere. Nunc vero etiam cum & causas & rationes ad-
hibeat mandatorum suorũ, atq; exemplis ea validis-
simis muniat,ne sic quidẽ erubescimus.Propter hoc
enim & auiũ quæ nõ arant,neque seminant, & lilio-
rum quę nõ nent,similitudines posuit,vt nemo dubi-
taret:& tamẽ nos sicut Gentes,aut fortè etiã aliquid
despicabilius Gẽtibus de his singulis cogitãdo con-
sumimur:& cũ neq; ꝓ his orare iubeamur,nos omne
studiũ erga hæc impẽdimus.Sed de hoc,vt dixi,mã-
dato erubescẽs,plura dicere prętereo:ad sequẽtia ve
nio,si fortè alicubi solatiũ qualecũq; mei pudoris in-
ueniã. Quid ergo sequit̃ post hæc? Nolite iudicare,
inquit,vt nõ iudicemini.Ego solatiũ cõfusionis meæ
inuenire credebã,sed augmẽta nunc reperi. Si enim D
etiã nullũ peccatũ à nobis aliud fuisset admissũ, pro
hoc solo gehẽnę nos tradi, satis abundeq; sufficeret.
Quippe q̃ in aliorũ delictis seueri & amarissimi iudi-
ces residemus,nostras autẽ trabes oculis infixas pro-
priis nõ videmus:qui aliena etiã minima solicite per-
scrutamur,& ad cõdẽnandũ cæteros omne vitæ no-
strę tẽpus absumim⁹:à quo vitio neq; seculi hominẽ,
neq; monachorũ vllũ facile inuenies liberũ. Et qui-
dẽ cũ tanta sit in hoc posita comminatio, diuina eñ
sentẽtia dicit:In quo iudicio iudicaueritis,etiam ipsi
iudicabimini:& in qua mensura mẽsi fueritis, in ea-
dẽ remetiet̃ vobis. Cũ ergo mali huius pœna quidẽ
tãta sit posita,libido vero aut voluptas, vt in cæteris
solet peccatis,ex hoc nulla sumat̃:omnes tamẽ festi-
ni ac pręcipites huic se vitio subiugarũt, tanq̃ si stu-
diũ nobis&certamẽ esset propositũ,quis ad hoc ma-

A lũ prior omniũ perueniret. Sic ergo nõ per vnã, sed
per oẽs, vt ita dicã, vias, & per oẽs aditus currimus
& festinamus occupare gehẽnæ ignes:& nõ solũ pro
his quę laboris aliquid & continẽtię vidẽtur exige-
re,proni in ea ruim⁹,sed etiã pro iis quæ leuia sunt,&
neq; necessitatis aliquid,neq; illecebræ quicquã cõ-
tinẽt aut voluptatis,pari linea vtrobiq; pręuaricatio-
nis dãnamur.Arguimur eñ ex his facilibus & leuib⁹,
quòd etiã in illis quę vidẽtur laboriosa esse, propria
ignauia desidiaq; delinquim⁹.Nã,dic mihi, quid la-
boris habet vt nõ iudices alium, neq; peccata aliena
discutias,neq; condẽnes proximũ tuũ?imò vero ma-
gis in discutiẽdo & perquirẽdo aliena cõmissa labor
est,& iudicare de alteri⁹ mẽte sũma difficultas. Quis
vero hoc audiẽs credere aliquãdo possit, quòd cum
possimus sine labore seruare mandatũ, laboramus &
B nitimur vt præuaricemur?Si per ociũ & negligentiã
peccaremus,esset fortasse aliquid venię his qui labo-
rare nequissent. Vbi vero laboratur vt peccetur, stu-
diumq; adhibetur & cõtẽtio quaten⁹ prętereat mã-
datũ:quis est qui pro hoc malo veniã speret?Hoc eñ
est contẽdere aduersus eũ qui pręcepta dedit,&bel-
lum legib⁹ eius inferre:quia & reuera ipse pronũcia-
uit de pręceptis suis,quòd nihil in eis laboriosum sit,
& nihil onerosum,dicens: Iugum enim meum suaue Matt. 11.
est,& onus meũ leue. Et nos è cõtra grauia efficim⁹,
quę ille leuia cõstituit:&quę ille suauia posuit,nos fa
cimus amara peccando.Quòd si laboriosum aliquid
esset in præceptis, decẽter & merito virtutem labor
comitaret̃:pręmia eñ proposita sũt post laborẽ.Nũc
vero infelix anima ne hãc quidẽ reuerẽtiã diuinis le-
gib⁹ dabit,vt sileat & quiescat,ne ad pręuaricationẽ
C laborãdo perueniat, quãuis sint aliqua in quib⁹ pau-
lulũ laboris est adhibendũ,in his duntaxat,in quibus
Paulus dicit: Nam quod in pręsenti est momẽtaneũ 2. Cor. 4.
& leue tribulationis nostræ,supra modũ immensum
ęternæ gloriæ põdus operatur in nobis. Vides ergo
etiam quicquid in pręsenti est, leue esse, etiam si tri-
bulatio sit.Quomodo leue? Quia immẽsum pondus
futuræ glorię,leuẽ facit præsentis temporis tribula-
tionem,etiã si sensibus nostris grauius videatur. De-
nique & ipse causas in consequentibus exponit, vt
omne id duci leue debeat,quicquid passio præsentis
temporis intulerit.Ait enim:Nõ respiciẽtibus nobis
quæ vidẽtur,sed quæ nõ videntur.Quę enim viden-
tur,temporalia sunt:quæ autẽ non videntur, æterna
sunt.Sed videamus quid & alia domini mãdata con-
tineant.Nolite,inquit,dare sanctũ canibus,neq; pro- Matth. 7.
D iiciatis margaritas vestras ante porcos.At nos laudis
amore,& iactantię vitio corrupti,etiã huic pręcepto
contraria gerimus, atq; hominibus neque intellectũ
purum,neq; sanam fidem gerentibus, insuper etiam
peccatorũ maculis innexis,sine vlla discretione my-
steriorũ secreta nudamus,& priusquam mentis pro-
positũ à nobis,vel sensus capacitas explorata sit, di-
uinorum dogmatum venerãda eis arcana committi-
mus: & quibus prima rudimẽta vixdum tradi opor-
teret,interna eis adyta diuinę sciẽtię diuinæq; sapiẽ-
tiæ patefacimus. Propterea deniq; nonnulli vbi im-
mũdis, vt ita dicam, pedibus sancta nostra calcarũt,
& pleno sordibus pectore hauserũt purũ diuinę sciẽ-
tiæ poculũ: nõ solum euomuerunt quod hauserant,
sed & contradixerũt,& transuersi sunt, & insurgẽtes
in eos iniuriis&maledictis, atq; accusatiõib⁹ eos op-
probriisq; ruperũt:Et ita ne nobis quidẽ ipsis,& vitę

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; exiſtimationi noſtræ parcimus,dūmodo præua- A
ricemur diuina præcepta:& nō ſolū in hoc,ſed inter-
dū & in eo præuaricamur pręcepti huius vim,cū eos
quos nouimus immūdę vitę homines,violētos,rapa-
ces,impuros,& per oīa porcis & canibus ſimiles,di-
uini eos ſacramēti participes effici patimur.Multum
eſt,ſi velimus ſingula quæq; mandata diſcutere,quæ
oībus modis in contēptu habētur ab hominib⁹,vt il-
Matth.7. lud qđ in ſequentibus dicit: Quodcūq; volueritis vt
faciāt vobis homines,ita etiam vos illis facite.Nos è
contrario oīa facimus hominibus,quæ ipſi nolumus
perpeti:& rurſum, qui ſumus iuſſi per anguſtā viā in-
cedere,per latā ſęper incedimus.Et quidē quòd ho-
mines ſeculi latā viam ſpacioſamq; gradiantur, non
valde mirū eſt:eos autē qui videntur crucē ſuā ſuſtu-
liſſe,& ſequi Chriſtū,per hanc latā & ſpacioſam vel-
le incedere,nō tibi prodigioſum videt? Deniq; mo-
nachi cū de monaſteriis, & locis habitationū percō-
tantur,ante omnia requirunt, ſi requies ſit in loco,ſi
abūdent omnia,ſi aquarū copiæ fluāt. Sed etſi de e-
remo requirant, etiam ibi ante omnia de requie tra-
ctant,& de opportunitate miniſterij corporalis. Iam
vero ſi ad aliquam diſpenſationem vocaueris,aut ali-
quid miniſterij diuini iniungere volueris, prima ſta-
tim ſolicitudo eſt ei⁹,& prima iſta verba ſūt:Si eſt ibi
requies quò eundū eſt, ſi inueniantur quæ neceſſaria
ſunt abundāter,ſi nihil deſit eorū quæ lata ac ſpacio-
ſa via depoſcit.Quid ais ô homo,quid loqueris?arctā
viā & anguſtā iuſſus es ambulare: vt quid de requie,
vt quid de abūdantia percontaris?Per anguſtā ianuā
trāſire iuſſus es,vt quid amplos requiris ingreſſus?Eſt
aliquid iſta permutatione nequi⁹? Eſt aliquid iſta p-
uerſitare deterius?Verū ne exiſtimes me hęc dicentē
alios incuſare,iam nūc tibi de me,de meipſo inquam C
narrabo.Etenim cū ſediſſet in animo quondā relicta
vrbe trāſire ad habitaculū monachorum, ego ſcio q̄
ſolicite p̄ſcrutabar, vnde nobis in illis locis quę ne-
ceſſaria ſunt corpori præbērētur: & ſi poſſibile eſſet,
& recētis,& diurni panis habere quotidie copiā.Sed
&illud nō ſegniter requirebā,ne fortè eodē oleo ol-
la & lucerna eſſet aptāda, ſi non leguminis grauis &
ſolitari⁹ cibus ſumi iubereť. Sed & ne operis aliquis
grauis eſſet exactor,ne fortè fodere terram cogerer,
aut ligna deferre,aut aquā humeris portare,vel cętera huiuſmodi exhibere miniſteria:ita omni ſolicitu-
dine p̄ requie corporis percōtabar.Et quidē q̄ prīci
pib⁹ ſeculi miniſtrāt,ac reipublicę negociis inſeruiūt,
horū nihil requirūt,ſed tātū ſi aliquid lucri tēporalis
habeat eius militię loc⁹.Quòd ſi hoc ſolū eſſe cogno
uerit,iā nullus refugitur labor,nullū periculū vitatur, D
nulla indignitas excuſatur.Seruilia etiā ſi ab ingenuo
depoſcātur officia,nō negantur,peregrinationes lō-
giſſimas,periculoſiſſimāſq; nō reſpuet, contumelias,
cruciatus,permutationesq; temporū feret:omnē ſu-
ſtinet laborē ſpe lucri,nec timet ne fortè ab ipſa mi-
ſerabili ſpe decipiat ac decidat, nec immaturā pere-
grinis in locis mortē & ſubitā pertimeſcit:ſeparatio-
nem quoq; ſuorū, & coniugis etiā ac liberorum ab-
ſentiā tolerabiliter patitur.Nō deniq; patrię,nō cha-
rorū mollitur affectu,ſed deſiderio & cupiditate pe-
cuniæ velut amēs agitur,& amore eius incēſus, nihil
laboris ſentit,nihil doloris intelligit.Nos è cōtra,qui
nō pecuniā quęrimus,ſed ſapiētiā:nec terrā,ſed cœ-
lū petim⁹,& ad cœli diuitias feſtinam⁹, quas neq; o-
1.Cor.2. cul⁹ vidit,neq; auris audiuit,nec in cor hominis aſcē-

derūt:hęc,inquā,quęrētes,& p̄ his cœlo ipſi vim pa-
rātes inferre, de requie corporis percōtamur? Vide
quāto miſeriores illis ſum⁹ & molliores. Quid dicis
ô homo,q̄d agis?Cœlū paras aſcēdere,&regnū cœli
inuadere:& interrogas ne qua tibi difficultas occur-
rat in itinere, ne q̄d aſperū tibi in via accidat aut la-
borioſū:&nō erubeſcis,nō pudore oppreſs⁹ ſub ter-
ra temetipſum defodis?Si em oīa mala tibi occurre-
rēt,ſi cōuicia,ſi iniurię,ſi ignominię,ſi calūnię,ſi gla-
dius,ſi ignis,ſi ferrū,ſi beſtiæ,ſi p̄cipitia,ſi fames,ſi
ęgritudo, & cūcta quę vel dici vel excogitari poſſūt
mala,ſuper te irruerēt,dignum aliquid erat? Nō tibi
hæc omnia pro tātis ac talibus cauſis ridēda prorſus
& ſpernēda penitus videretur?Anilis animę eſt met⁹
hic & effœminatę. Erit ergo ita abiect⁹ aliquis & in-
felix,erit ita degeneris animi,vt cœlū cupiēs aſcēde-
re,de terrena requie cogitet: quā nō ſolū requirere, B
ſed etiā paratā recipere indecorū eſt?Aut nō tibi vi-
deť adſurdū,vt hi quidē qui humano amore flagrāt,
totā mentē ſuā, totamq; cogitationē in illis habeant
quos amāt:& ſi abſentes corpore ſint,cogitatione ta-
mē cū illis ſunt:nec aliud aliq̄d ſibi dulce eſſe in p̄-
ſenti vita deputāt,niſi aut ipſos videre ſi liceat: aut ſi
id nō poteſt,de ipſis abſentib⁹ cogitare:nos autē qui
amore ſancto incorruptoq; flagram⁹, omiſſa cura &
ſolicitudine eius quē amam⁹,requirim⁹ ea quę amo-
rē noſtrū nō ſolū nil iuuare,ſed & impedire plurimū
poſſunt?Nō video chariſſime, quòd aliquis noſtrum
vera & perfecta cupidine cœleſtiū teneatur,alioquin
omnia quę videtur eſſe grauia, vmbras putaret & ri-
ſum.Et hoc nō ego ex verbis meis,ſed illius q̄ huiuſ-
modi amore exarſit, incēdio ſalutari docere tētabo:
illū dico Chriſti amatorē, qui tāto igne amoris eius
exarſit, vt moras vitę hui⁹, & dilationē profectionis
ſuæ qua redire morabatur ad Chriſtū,ingemiſceret,
& doleret,& querelas ſuas p hęc verba ſignaret: Po- 1.Cor.5.
ſiti,inquit,in tabernaculo iſto ingemiſcim⁹. Et iterū:
Deſideriū habens diſſolui, & cū Chriſto eſſe,multo
em meli⁹ eſt. Sed quoniā, inquit,hoc placet illi quē
amo,p̄manere in carne neceſſariū ,ppter vos. Vt em
fides Chriſti p̄dicetur , & vt ipſe ab oībus ametur,
,ppterea & famē,& ſitim,& nuditatē,&vincula mor-
tesq; ſuſtineo,& maris pericula,& naufragia,cūctaq;
omnino quę inferūtur in me,libēs perfero,& nō ſolū
nihil mihi horū graue eſt, ſed & p̄ his oībus glorior.
Cauſa autē mihi gloriādi pro his charitas Chriſti eſt. Rom.5.
In his em,inquit,omnibus ſuperamus propter eū qui
dilexit nos.Quòd ſi amor hominū frequenter etiam
mortē ſubire perſuaſit, quomodo nō amor Chriſti,
nō ſolū laboris patiētiā,ſed & mortis tolerantiā per-
ſuadebit?ſicut & huic amatori ei⁹ quē ſupra oſtendi-
mus,oīa pro nihilo ducēti,dū nimis amori eius inhę-
reret.Neq; em videbatur ſibi eſſe in terris,neq; p̄ræ-
ſentē hanc vitā cū hominibus ducere , ſed tanquam
ſi iam eſſet in cœlis,& cū angelis haberet cōuerſatio-
nem ſuā,& quaſi facie ad faciē cōſpiceret bona futu-
ra:ita ſpernebat cūcta quę in p̄ſēti vita vel delecta-
bilia vel triſtia videbātur. Nulla ei cogitatio , nullus
ſermo de requie erat,quod nos & frequētius & ſoli- 1.Cor.7.
citius quęrim⁹,ſed clamabat dicēs:Vſq; ad hanc ho-
ram & eſurimus,& ſitim⁹,& nudi ſumus, & colaphis
cædimur,& inſtabiles ſumus,& laboramus operātes
manibus noſtris.Maledicimur,& benedicim⁹:perſe-
cutionē patimur,& ſuſtinem⁹:blaſphemati deprecā-
mur:tanquā purgamēta huius mūdi facti ſumus,omnium

nium peripſema vſque adhuc.Per ſingula em oculos
mentis ſuæ conuertens ad cœlū , & decore cœleſtiū
tractus reuerti ad terrena rurſum recuſabat:ſed ſicut
is qui in paupertate poſit⁹ intra vile & humile tugu-
riū vixit,ſi forte regē videat auro multo & margari-
tis ac purpura refulgentē,vltra iā nō vult tugurij pau
peris recordari,nec penuriæ ſuæ ad animū reuocare
memoriam,ſed agit omnia quatenus poſſit à ſplēdo-
re & gloria regis, quem cōtuens admiratus eſt & di-
lexit,inſeparabilis effici:ita & Paul⁹ vbi perſpexit illa
quę in cœlis ſunt,contēpſit iſta quę egeſtatis & ſqua-
loris in terra plena ſunt: & cum hominibus quidem
pro neceſſitate terreni corporis conuerſabatur,mēte
vero & ſolicitudine totum ſe illuc transferebat, quò
eum amoris ſui ducebat intentio:etiā ſi triſte hic ali-
quid perferebat,animo ibi occupato nō ſentiebat:&
ſi delectabile & ſuaue aliquid videbat,illa delectatio
& illa ſuauitas quam per ſpiritū contuebatur, dele- B
ctationes huius ſuauitatis obſcurabat. Intātum enim
ſuccēſus erat igne Chriſti,vt ei etiam ſi flāmas mor-
tales adhibeas,neſciat,nō ſentiat , non vratur.Multo
nanque vehemētior eſt ignis Chriſti quo vritur per
amorem . Non em Paulus erat ſicut nos mercenarij,
qui timore gehēnæ regnum Chriſti requirimus , ſed
ille alio quodā pacto multo præſtantiore, & beatio-
re deſiderio cōſtrictus , ita fert omnia,vt ex his quas
patitur pœnis,ſolatia magis amoris ſui capiat,quàm
dolorē corporis ſentiat . Ita enim totā eius mentem
deuinxit amor Chriſti,vt etiā hoc quod ei præ cæte-
ris omnibus amabilius erat,eſſe cum Chriſto:rurſum
idipſum,quia ita placeret Chriſto,contēneret:ſed &
cœlorū regno quod videbatur laborum eſſe remu-
neratio,pro Chriſto nihilomin⁹ carere pateretur,ab
ipſo etiā Chriſto anathema effici pro Chriſto opta- C
bile haberet. Sed fortaſſe minus planum videtur eſſe
quod dico:quod tamē ſi explanare voluero, tunc iā
non obſcurum,ſed incredibile fiet,his duntaxat ipſis
quibus prius videbatur obſcurum.Quod tamen etiā
Rom.9. beatus ipſe quia incredibile futurū eſſe proſpexit,cū
quadam id proteſtatione ſignauit,dicens: Veritatem
in Chriſto dico, nō mentior , teſtimonium mihi per-
hibente cōſcientia mea in ſpiritu ſancto, quoniā tri-
ſtitia eſt mihi magna , & cōtinuus dolor cordi meo.
Optabā enim ipſe anathema fieri à Chriſto pro fra-
tribus meis,q̄ ſunt cognati mei ſecūdum carnē , qui
ſunt Iſraēlitæ.Et tamen cū proteſtatus ſit,& cōſcien-
tiam ſuam ad teſtimoniū inuocauerit , adhuc minus
credibile videť apud homines, quòd ab ipſo velit a-
nathema fieri , pro quo vult & anathema fieri . Quid
vero illud, quod cū diſputaſſet de his quæ in hoc ſe- D
culo agerentur malis,addit & dicit:Quis nos ſepara-
bit à charitate Chriſti?tribulatio, an anguſtia , an fa-
mes,an nuditas,an periculū, an gladius?Et enumerās
oīa quæ in terris ſunt , aſcēdit etiam in cœlū : oſten-
dere volens quia nihil magnū eſt, ſi contemnat ter-
rena ſupplicia propter Chriſtum,adiecit etiam hoc:
Quia neq; angeli,neq; principatus , neq; poteſtates,
neque virtutes,neq; p̄ſentia,neq; futura, neq; alti-
tudo,neq; profūdum, neq; alia creatura poterit nos
ſeparare à charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu do-
mino noſtro.Quod autē dicit,tale eſt.Nō ſolū homi-
nes abſtrahere me nō poſſunt ab amore Chriſti , ſed
ne angeli quidē , neq; omnes ſimul cœlorū virtutes,
ſi cōueniāt in vnū,ab eius charitate ſeparare me poſ-
ſunt:nec ſi à regno decidere me neceſſe ſit,aut etiā in

A gehēnam trudi pro Chriſto, ne hoc quidē mihi me-
tuendū eſt.Quod enim ait,Altitudo & profundum,
vita & mors:nō aliud mihi indicare videť, quàm re-
gnum cœlorū & gehēnam.Hæc autem dicebat,non
quòd angeli affectare poſſent eū aliquādo à Chriſto
ſeparari, ſed etiā ea quæ impoſſibilia ſunt verbi gra-
tia fieri poſſe dixit,magis q̄ ſe à Chriſti amore ſeiun-
gi, vt per hæc,quāta in eo vis eſſet charitatis oſtēde-
ret,atq; omnibus ante oculos poneret.Hic em amā-
tium mos eſt,vt amorē ſuū ſilentio tegere nequeant,
ſed neceſſariis ſuis & charis efferūt,& produnt,& flā-
mas ſuas intra pectus cohibere nō poſſunt.Enarrant
frequentius,vt ipſa aſſiduitate narrādi amoris ſui,ſo-
latium capiāt,& refrigeria immenſi ardoris aſſumāt.
Sic ergo facit beatus hic & eximius amator Chriſti.
Omnia quę ſunt,& quę erūt,quęq; accidere poſſunt,
& quæ omnino nō poſſunt,ſimul ſermone vno com-
plectitur,viſibilia & inuiſibilia,omnem requiē, cun-
ctaq; ſupplicia , & quaſi non ſufficiētibus bonis ſolis
ad amoris ſui vim & magnitudinē complectendā,aſ-
ſumit & triſtia.Sed & ea quę nō ſunt, commemorat,
vt oſtendat quia etiā ſi eſſent ea quæ non ſunt, ſe ta-
men mouere à propoſito aut mutare nō poſſent.Nā
creatura alia vtiq; de his dicit quæ non ſunt.Quòd ſi
illi non ſufficiūt omnia quæ ſunt,vt moueatur à cha-
ritate dei,quæ eſt in Chriſto Ieſu , ſed & ea quæ non
ſunt,prouocat quodāmodo ad certamē, & ad tā ex-
celſa cōſcendēs:nos q̄ iubemur eius eſſe imitatores,
ne iſtas quidē ferimus tribulationes , quæ cōmunes
nobis habētur cū cæteris: ſed diſſoluimur & relaxa-
mur,& quaſi febrib⁹ defatigati deficimus,tanquā lō-
ga & diuitina ęgritudine cōſumpti, & de omni ſani-
tatis ſpe penitus deſperamus. Sed & ſi aliquis nobis
exēpla apoſtolorū adducat in mediū, & dicat, ſequi
nos debere & imitari vitę eorū propoſitū, geſtorūq;
regulas cuſtodire:reſpondebimus ſtatim,quia nobis
impoſſibile ſit illos imitari, & virtutis eorum tenere
mēſuras.Quòd ſi etiā cauſam percontet quis,nos cō-
tinuo ſtultā illam reſponſionem abſurdamq; profe-
rimus.Ille Paul⁹ erat,ille Petrus erat,ille Ioānes erat.
Quid eſt,ille Paulus erat,dic mihi: quid eſt ille Petr⁹
erat?Nónne eiuſdē naturæ erant cuius & nos? Non-
ne eadem via ingreſſi ſunt hunc mundū qua & nos?
Nónne eiſdem cibis vtebantur,atque eundem reſpi-
rabant aërem?Nónne eiſdem vitæ vſibus agebantur?
Nónne aliqui ipſorum etiam coniugia experti ſunt,
& liberos procrearūt ? Quidam vero ipſorum etiam
opifices communiū artium erant. Alij vero & lapſus
perpeſſi ſunt peccatorum, atq; in vltimum malorum
barathrum decidērunt.Sed multū, inquis,gratiæ illi
acceperūt à domino. Si quidē mortuos ſuſcitare iu-
beremur,aut oculos aperire cæcorū, aut mūdare le-
proſos , aut claudos erigere, aut dæmones effugare,
aliāſq; his ſimiles ſanare ęgritudines:ſi operationum
virtus quęrereť,locū haberet iſta reſpōſio:ſi vero vi-
tę à nobis obſeruātia cōuerſationiſq; requiriť,& obe
diētiæ ratio,quid facit ad hæc iſta narratio?Et tu em
accepiſti gratiam dei per baptiſmum,& participium
ſpiritus ſancti conſecutus es, etiamſi nō ad hoc vt ſi-
gna faceres,ſed quantū ſufficeret ad hoc, vt rectę vi-
tæ obſeruantiam cuſtodires.Et ideo perditionis no-
ſtræ cauſa nulla alia eſt quàm negligentia noſtra atq;
deſidia.Sed & Chriſtus in illa die remuneraturum ſe
promittit,nō eos q̄ ſigna & prodigia,ſed eos qui ſua
pręcepta fecerit,dicēs: Venite benedicti patris mei, Matt. 25.
percipite

Universidad de Deusto
Biblioteca

percipite regnum quod vobis paratũ est à cõstitutione mũdi. Nõ dixit, quia mirabilia feciſtis: ſed quia eſuriui, & dediſtis mihi mãducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: peregrin⁹ fui, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirm⁹, & viſitaſtis me: in carcere, & veniſtis ad me. Sed & beatos nõ dicet eos qui ſigna & mirabilia fecerũt: ſed humiles ſpiritu, mãſuetos, lugẽtes, eſurientes & ſitiẽtes iuſtitiã, pacificos & mũdos corde, atq; eos qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam. Nuſquam itaq; in ſignorũ opere & mirabilium beatitudo ponitur: ſed in expletione mandatorum, & perfectione virtutũ. Nam & illi ipſi beati qui hæc fecerũt, nõ ideo nobis in admiratione ſunt, quia ſigna oſtenderunt & prodigia, hoc enim totũ gratię dei fuit: ſed pro animi virtutibus magni habentur & clari. Quod vtique nutu quidẽ diuino, & gratia cœleſti, proprio tamẽ ſtudio ac labore operati ſunt. Nõ ego ſũ qui hæc dico, ſed ille ipſe imitator Chriſti. Cũ eñ aduerſum pſeudoapoſtolos ſcriberet, atq; indicia probę doctrinę, minuſque probæ, diſcipulos edoceret: nõ dixit ex mirabilibus & ſignis intelligi debere
1.Cor.11. miniſtros Chriſti, ſed ait: Miniſtri Chriſti ſũt, & ego, tãquam minus ſapiẽs dico, plus ego. In laborib⁹ plurimis, in carcere abundãtius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequẽter: à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cęſus ſũ, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ feci, die ac nocte in profundo maris fui, in itinerib⁹ ſępe, periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in labore & fatigatione, in vigiliis frequẽter, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinſecus in me cõcurrunt, quotidiana ſolicitudo omniũ eccleſiarũ. Quis infirmat̃, & ego nõ infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego nõ vror? Vides pro qualibus & quibus geſtis mirandi ſunt apoſtoli? nã qui ſignorum & mirabilium geſtis probari volũt, nõ poſſunt probi videri, quia & ipſe domin⁹ & ſaluator noſter nõ dixit, ex ſignis & mirabilib⁹ cognoſcetis eos,
Matth.7. ſed ait: Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. & iterum dicit: Multi dicent mihi in illa die, Domine, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecim⁹? & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tũc dicã eis: Quia nõ noui vos, diſcedite à me operarij iniquitatis. Propter hoc autem &
Luc.10. diſcipulos monebat, dicens: Nolite gaudere quoniã dæmonia vobis ſubiiciũtur: ſed in hoc gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo. Vita eñ bona & actus probi etiam ſine ſignis & mirabilibus merẽtur coronam: iniqua autẽ conuerſatio etiam ſi ſigna & prodigia fecerit, ſupplicia nõ euadet, & ideo ſuperfluò hæc quærũtur, imò & periculoſe. Nã poſſumus etiã ex his hęreticis occaſionẽ dare, ſi dicamus quia apoſtoli & oẽs ſancti nõ ex propoſito ſuo & labore mirabiles facti ſunt, ſed ex dei gratia ſola. Dicũt eñ: Et quid ergo prohibet omnes fieri tales? Si eñ gratia dei nihil requirit à nobis, ſed ipſa eſt quę facit vnumquenq; perfectum: cur non omnibus ex æquo infun-
Actu.10. ditur, & fiunt omnes repẽte perfecti? Nõ eñ eſt perſonarum acceptor deus. Sed quoniam nõ ſola gratia dei hoc agit: requiritur eñ vt & nos, quod in propoſito noſtro & virib⁹ noſtris eſt, expleam⁹: idcirco venit quidem ad vnumquenq; gratia dei, ſed apud eos qui digni explẽt ea quę mãdata in ipſis ſunt, permanet: & ab his vero qui minus digne agũt, cito diſcedit: ad eos autẽ qui nec initium faciunt conuertendi ad dominum, omnino non venit. Rectas enim mentes diligit, & ſine fuco propoſitũ. Quod etiã in Paulo proſpiciẽs, licet alio adhuc itinere videretur incedere, tamẽ quia, ppoſito recto, & zelo dei hoc agebat, dicit de eo domin⁹: Quia vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomẽ meum coram gentibus & regibus, & filiis Iſraël. Hæc autẽ teſtatus eſt de eo priuſquam ei gratia daretur. Nõ ergo noſmetipſos ſeducamus, dicẽtes, impoſſibile eſſe vt ſit aliquis ſicut Paul⁹. Siquidem ſignorum & mirabiliũ, ac ſapiẽtiæ gratiæq; eius contẽplatione nullus poterit eſſe Paulus: vitę autem ratione, & conuerſationis diligẽtia pręſtò eſt volenti imitari illum: quod quia nõ fit, volũtas in culpa eſt. Sed neſcio quomodo in hoc ſtultitiæ decidi, vt Paulo ſimiles aliquos ex his qui nũc viuunt homines requiram: vtinã vel tertio, vel quarto poſt ipſum loco inueniri poſſit aliquis. Et ideo lugẽdũ eſt, & ideo flẽdum, & per totã vitam plangendum, vt vel ſic occupata in luctu & lachrymis anima erubeſcat aliquando peccare. Deniq; requiramus à lugẽtibus, iſtos dico pro charorũ ſuorum amiſſione lugentes, & in egeſtate poſitos, & nõ qualeſcunq; homines, ſed illos ipſos potẽtes & diuites, & in deliciis agẽtes, qui vẽtri & voluptati viuũt, qui prædia vſque ad veſperam, cœnas in medium noctis extendunt, qui aliena diripiũt, & propria profundũt, iſtos ipſos interrogemus: ſi quando aut vnicũ pater filiũ, aut vxor ereptũ citò plangit maritũ, quomodo velut fulmine quodã icta anima, aufugiunt cõtinuo, nec vſquã apparẽt omnes illæ molles & diſſolutæ deliciæ: nuſquã ventris cura, aut ſolicitudo carnis habeẽ, ſed acerrimæ continẽtię introducitur philoſophia: abſtinẽ ab omnib⁹, agũtur extẽta ieiunia, iuges vigilię, humi requieſcẽ, ſummũ ſilentiũ, quies magna, humilitas vltima, mãſuetudo ineffabilis, miſeratio immenſa: etiamſi auferãtur omnia, etiamſi diripiãtur, nihil pro his animus curat, nihil mouetur: etiamſi igne cõcremẽtur vniuerſa, & cenſus pariter cũ domibus pereat, non indignatur, nõ iraſcitur. Multos ego noui poſt amiſſionẽ charorum, nec vrbes habitare voluiſſe, ſed cõmigraſſe ad agros, atq; ibi ieiunam & ſobriam duxiſſe vitam cum omni ſilẽtio & quiete. Alios memini in ipſis defũctorum ſuorũ ſepulchris habitaculũ poſuiſſe, atq; inibi vitam ſimilẽ mortuo trãſegiſſe. Sed hæc poſtmodũ. interim donec dolor in augmẽtis eſt, nihil curat anima, nihil cogitat, procul omnis illa inſania cõgregãdę pecunię, procul omnis cupiditas poſſidẽdi: honoris autẽ & ambitionis omnis apud eos gloria tũc vere vt fœnũ & velut flos fœni videtur, & talis quaſi quam flãma triſtitiæ in cinerẽ verterit: & ita ex omni parte anima trãsferẽ ad philoſophiã, vt deliciarũ atq; ſuauitatum vitæ huius ne ratio quidẽ vlla habeatur: immo potius ſi quid prius delectabile viſum eſt, ſi quid gratũ, id nunc amariſſimũ & odibile ducitur. Nullus famulorum, ſed ne amicorum quidẽ quiſquam & familiariũ aliquid in aurib⁹ ei loqui audebit de his quę huic vitæ videntur neceſſaria eſſe, ſed tantummodo de humanarũ rerũ caduco & fragili ſtatu, de incertis vitæ huius & lubricis rebus ſermo habetur, & varietas ac mutabilitas mortalis vitę philoſophicis aſſertionibus exponiẽ, atq; omni ex parte anima per dolorem luctus, tanquam in quodã ſacrario collocata, nouis nunc de natura humana imbuitur diſciplinis: vt

vt agnoſcere incipiat, & ſentire pręſentis ſeculi fragilitatẽ, quàm inſtabilis ſit, & quàm citò fugiat omne quod in eo magnũ videtur: quamq; fluxus & corruptibilis ſit mũdi ſtatus, vtq; omnia tanquam in ſcena agantur & mimo. Et quidẽ tunc vere miſeræ & probroſæ apparẽt diuitiæ, tũc fœda videẽ iactantia. Inuidia vero & ira & cõcupiſcentia ac libido ne ad extremas quidẽ ianuas lugentis accedit, ſed hæc omnia fugantur, omnia exterminãtur, ita vt ne odor quidẽ horum vll⁹ occurrat. Vna ſola cogitatio lugẽti, vnus intuitus imago defũcti eſt. Ille vultus ante oculos ponitur, ille aſpectus menti atq; animo exhibetur, ipſe ei cibus, ipſe potus eſt: quòd ſi ſomnus fuerit, ſomnia inde ducũtur, ibi omnis requies, ibi omne ſolatiũ, ibi gloria, ibi diuitiæ, ibi potẽtia, ibi omnes deliciæ collocantur. Sic oportebat & nos ſaluteẽ noſtrã lugere perditam, atq; animam noſtram mortuam lamentari, vt nihil amplius dicam. Exhibeamus animę noſtrę quod illi exhibent carni alienæ. Aut nõ extremæ miſeriæ eſt, vt hi quidem qui filios aut vxores lugent, ad nihil aliud occupẽt mentẽ ſuã, niſi vt defunctos ſuos quaſi intueãtur, & illos ſemper animo ac cogitatione conſpiciãt: nos vero quib⁹ ſalus mortua, & regni cœlorũ ſpes extincta eſt, omnia magis quàm inde cogitamus. Et illi quidẽ etiam ſi regij generis ſint, nemo tamen erubeſcit ſolẽnitatẽ luctus implere: ſed & humi reſident, & cũ amaritudine lamentantur, & veſtẽ lugubrẽ ſumunt, & omnia faciunt quæ ad afflictionẽ animæ & corporis ſpectant: & neq; quòd in deliciis nutriti ſunt cogitant, neq; florem ſui corporis reſpiciunt, neque metu futuræ ex afflictione agritudinis deterrentur, ſed omnia ferũt, & infatigabiliter perferunt, & non ſolum viri, ſed & multo magis fœminæ, etiamſi valde fuerint delicatę. Nos econtrà qui nõ filios, vt dixi, aut vxores, ſed animã lugemus, & animã non alienã, ſed noſtram, recogitamus ægritudinem corporis, & recordamur quòd in deliciis educati ſumus. Atq; vtinã hoc ſolũ mali eſſet: nũc autẽ ne hoc quidẽ eſt quod nos impedit aut retardat. Quid eñ, dic mihi, corporis viribus opus eſt, cũ cor conterere debeam⁹? Quid neceſſariæ ſunt vires corporis, vt pura deo fundatur oratio, vt peccatorũ fiat recordatio, vt humilitas aſſumatur, & ſuperbia depellatur? Quid requiro corporis firmitatẽ ad arrogantiã reprimendã? Iſta ſunt eñ in quibus placetur deo. Quid laboris iſta, quid afflictionis requirunt? Et iamẽ quaſi quidã intolerabilis labor ſit, omittũtur à nobis. Nõ requirit deus cilicioũ põdus, neq; concludi inter anguſtias cellulę, neque in obſcuris antris & tenebroſis ſedere iubet: hoc ſolũ eſt quod expoſciẽ à nobis, vt ſemper recordemur, & ad animũ reuocemus mala noſtra, & conſcientiam geſtorũ noſtrorum habeamus ante oculos, vt pro his ſupplicemus deo, vt gehẽnam ponamus in cõſpectibus noſtris, & angelos qui in die iudicij vbiq; diſcurrũt & congregant de omni orbe terrarum eos qui trudẽdi ſunt in gehẽnam, ac ſuppliciis tradendi. Ponamus etiã & illud ante oculos, quanti doloris eſt excludi ac proiici à regno cœlorũ, quod, vt mihi videtur, grauius eſt ipſa gehenna. Nam & ſi ignis ille nõ arderet, & immortalis illa pœna nõ eſſet parata, hoc ſolũ quòd alieni efficimur à Chriſto, & excludimur à bonis ęternis, nõne omni pœna crucia bilius diceretur? Quòd ſi non ſufficiũt hæc ad erigẽdas animas, & incitãdas ad ſpem, illud ſaltem ad memoriam reuocem⁹ exemplũ quod de virginibus refertur, quę excluſæ à thalamo ſpõſi ſunt propter olei defectũ. Ponamus noſmetipſos in illis quæ excludũtur, & videamus qui dolor, & quæ pœna ſit, ſi cogitemus idẽ poſſe & nos pati ſi negligim⁹. Eſtne aliquis ita lapideus qui hoc exẽplo nõ moueatur, & timeat ne ſimilia incurrat? Potuiſſemus quidẽ ſermonẽ prolixius producere, ſed quia obedientiæ magis, q̃ vſus alicuius cauſa hęc à nobis dicta ſunt, etiã vltra quàm debuimus, vagati ſumus. Bene enim noui, quia ſi quis cordis compunctionẽ requirat, hanc vere & integre apud te haberi inueniet, & à te melius doceri, etiamſi ſileas. Sufficit enim ad compunctionẽ cordis videri te, & intelligi erucifixã vitã tuam. Itaque melius docebo de compũctione cordis, ſi nunc quidẽ viuentibus habitaculi tui iter oſtendam, & eos ad videndũ te dimittã. Si vero de poſteris quæritur, ſufficiet ei ſi tua geſta cognoſcãt, propter quod obſecro te redde mihi iam obediẽtiæ meæ vicẽ orationes tuas, vt non tam loquamur compunctionẽ cordis, quàm patiamur. Quoniam docere, & non facere, nõ ſolum lucri nihil, ſed etiam damni plurimũ confert. Grandis eñ condemnatio eſt ſermonem quidem ſuum componenti, vitam vero ſuam atque opera negligenti.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de compunctione cordis, liber ſecundus.

QVOMODO fieri poterit ô homo dei, quod imperas Stelechi, vt anima infirma & frigida compũctionis verba pariat? Ego eñ puto quòd is qui in hac materia vult aliquid dignũ proferre, ipſe ante omnes debet hoc calore feruere, & ſalutari hoc incendio primus igniri, quò poſſint etiam ſermones qui ab eo proferuntur, ignire & accendere animas auditorum. Sed nobis horum nihil adeſt: procul enim procul à nobis ignis iſte, nec flãma vlla intra nos, ſed emortuus cinis eſt. Vnde ergo, vnde chariſſime accendimus in nobis hanc flammã, qui nec ſcintillam aliquã intra nos vigere ſentimus, nec ſpiritum quo perflari poſſit & accendi? Quomodo enim ſpiritus dignetur adeſſe animæ confuſionis plenæ, quam peccatorum multitudo contexit? Sed ego quidem non noui: ſed tuæ ſolicitudinis erit, qui imperare voluiſti, vt opuſculum noſtrum congruum mereatur effectum. Ego neſcio ſi dignum aliquid ex nobis poſſit exire, tu videris qui opus tantum minus validis imperas miniſtris. Nos quidem præbebimus officium linguæ: tu autem precare eum qui ſanat cõtritos corde, & qui dat afflictis patientiam, quique erigit de terra inopem, vt ipſe in nobis accendat ignẽ illum, per quem poſſit omnis infirmitas animæ decoqui, & omne quod aggrauat corpus exuri, quò ſubnixa pennis ſuis anima tendat ad cœlum: vtpote leuior reddita, atque in illo vertice poſita intueri de altiſſimis ſedibus, & deſpicere poſſit vniuerſam vitæ huius quæ in terris agitur vanitatem. Niſi enim quis ad illam celſitudinem volatu animæ diuino munere conſcenderit, non poterit terram deſpicere, neq; ea quę geruntur in terris. Liber eñ ei de ſupernis debet eſſe aſpectus, liber auditus, vt & lingua poſſit liberum verbo præbere miniſteriũ. Oportet ergo boni huius volentem adire principia, prius animo & mẽte ſecedere ab omni perturbatiõe ac fluctuatione viſibiliũ, atque ad illa conſcendere & penetrare ſilentia, vbi quies ſumma, tranquillitas iugis, pura ſerenitas, & nihil prorſus quod moueat, nihil quod intentũ ſolicitet animum, aut indaginẽ cogitationis irrumpat: ſed ſit im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit immobilis oculus mentis,& in desideriũ dei tota inetntione defixus, sit auditus silens,quietus,intẽtus, in hoc solũ directus,vt audiat verbũ dei, & consona diuinorum sensuũ modulatione lætetur: cuius tanta vis est,vt si semel obtinuerit animã ac possederit,neque cibum vltra,neq; potum,neque somnum requirat. Horũ enim omniũ voluptas ad desideriũ translata est diuinorũ verborũ, sensuumq; cœlestiũ. Hoc ergo esse decet animæ institutũ,volẽtis de compunctione cordis vel dicere aliqua, vel capere, vt aliena ab omni perturbatione & solicitudine vitæ huius effecta, spiritualis philosophiæ altitudinẽ, & cœlestis puritatis verticẽ teneat, quo nequaquã possit ab aliquo sensu eorum quæ gerũtur in terris,omnino pulsari. Nã corpus,vel corporis sensus animã,donec terrenis rebus intenta est,innumeris vinculis onerãt, & vndique ei nubes corporaliũ congregãt voluptatũ. Ad hæc ministrat auditus & visus,ad hæc odoratus, ad hæc etiã tactus & gustus: cũctorumq; quę extrinsecus gerũtur malorũ perturbationes, velut in sentinam,ita in animam conuectant. Quòd si subtrahere voluerit à terrenis,& studia sua ad spiritualia instituta cõuertere, excludet à corporalibus sensibus aditũ per quẽ sibi ministrare atq; introducere solebat imagines malorũ. Excludet autẽ nõ ipsis sensibus obturatis, sed intẽtionibus eorũ ad spiritualia cœlestiaq; cõuersis. Sicuti enim domina quędã terribilis,satisq; seuera,volẽs aliquod vnguentũ conficere necessariũ & pretiosum,plurib⁹ ad hoc indiget ministris, multásq; manus requirẽs suscitat famulas suas,atq; ad semetipsã cõgregat,imperat aliæ tenere librã,vt æquis ponderibus vnaquæq; species misceatur,& neq; amplius aliquid,neq; minus quàm oportet,habeat:sciẽs non posse vtile effici quod cõponitur,nisi summa librationis mẽsura seruetur: aliæ terere iniungit quæ duriora sunt,& summo cum labore lęuigare,ne quid durũ inueniatur aut asperũ:aliã discernere cũ cribellis quod tũditur iubet, vt crassiora quæq; pigmẽta a minutis & molliorib⁹ secernat ac segreget:aliã iubet miscere, & in vnũ cõspergere quę ex diuersis prępparata sunt:alia cũ alabastro adstare pręcipitur,& aliud aliæ iniungitur: atque hoc modo sensibus earũ & animis ac manib⁹ occupatis,& operi proposito affixis, non permittit sensus vsquã euagari,intẽtionemq; operis propositi irrũpi,imminẽs iugiter & insistẽs,nec prorsus indulgens oculũ saltem aspectumq; dispergi ministrantiũ famularum: ita ergo & anima quæ preciosissimũ vnguentũ istud, cõpunctionem dico cordis, cõponere ac seruare desiderat: oẽs corporis sui sensus ad semetipsam congreget, segnitiemq; ipsorũ ac negligentiã deturbans, tota solicitudine vigilare, & in hoc tantũ quod proposuit,cogat intẽdere. Deniq; si quãdo acciderit,vt ad semetipsam cõuersa deliberet agere aliquid eorũ quæ placita sunt deo,idq; prorsus profunda & intẽta satis cogitatione pertractet,neq; dicentẽ sibi aliquid audit, sed ne occurrẽtes quidẽ, & in oculis stãtes videt, nõ quòd caruerit oculus visu,aut auris auditu,sed quia in secretis agẽs anima,& in diuinioribus occupata,nũcios nõ recipit sensuũ,& corporaliũ ministrorũ. Et quid dico, quòd in his posita anima clamantem nõ audiat, aut nõ videat transeuntem:cũ sæpe etiã pulsantes se & trahẽtes omnino nõ sẽtiat? Per quod intelligi vtiq; datur, hãc esse animę virtutẽ,vt si toto affectu desideria sua extẽdat ad cœlũ,degere se obliuiscatur in terris,atq; inter homines cõuersari,etiã si trahat aliquis corpus, etiãsi propellat. Talis erat beatus Paulus,qui intantũ absens erat ab his inter quos cõuersari videbatur in vrbibus,quantũ mortuis corporib⁹ nos videmur absentes. Quum enim dicit:Mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo: emortuam mihi videtur in semetipso corporalium sensuum efficaciam protestari:imò non solum hoc, sed duplicare in semetipso istã, vt ita dicam, insensibilitatem. Nõ enim dixit hoc solũ, quia mihi mũdus crucifixus est:sed addidit. Et ego mundo. Ingentis nanq; philosophiæ est,vt & hunc ipsum mundũ sibi putet aliquis crucifixum:multo autẽ maioris est,vt & seipsũ quis crucifixũ putet mũdo, quẽ sibi mortuũ prius esse crediderat. Hoc ergo in semetipso Paulus ostendit,quia nõ tantũ abesset à terrenis sensibus,quantũ viuẽtes homines à corporibus mortuis:sed quantum absunt,nec sentire possunt mortui mortuos. Qui enim viuit,etiamsi ipse nõ potest,mortuũ cõspicere:tamẽ vel sentire potest, vel mirari adhuc speciẽ decoris defuncti,vel misereri potest,& lachrymas fundere. Qui autẽ & ipse defũctus est, ergo mortuũ ne hunc quidem habebit affectũ. Et hoc est quod mihi videtur dixisse Paulus,quia mihi mundus crucifixus est,& ego mũdo. Vides ergo quantũ lõge erat,& quãtum peregrinabatur ab his quæ agũtur in terris? Vides quomodo sup terras incedẽs, ipsum tenebat verticẽ cœli? Nolo emẽ putes quòd vel mõtes, vel deserta, vel inuia ita possint animę cõferre silentiũ,perturbationésq; perimere,vt ignis iste quẽ in ea Christus accẽdit. Hic ignis in anima Pauli p dies singulos flãte spiritu sancto magis ac magis accẽdebatur, & ad superna tendẽs, secũ eũ vsq; ad ipsum perduxerat cœlũ:imò,vt verius dicam,imposuerat eum non vsque ad primũ cœlũ, neq; vsque ad secundum tantũ,sed vsque ad tertium raptus est cœlum. Amor autem eius & desideriũ quod habebat erga charitatem Christi,non solũ tres penetrauerat cœlos,sed & omnes omnino trãscenderat, & vsque ad ipsum perenerat Christũ. Et puto quòd nõ delinquat aliquis, si sanctũ hunc tali cuidam cõferat similitudini, vt si, verbi gratia, flamma quædã immensa vniuersam repleret terrã,& inde ascẽdens repletis omnibus vsque ad ipsa peruenerit cœli fastigia,sed & inde superans oía,etiam illũ qui supra cœlum est aërem trãscenderet,siue aër ille dicẽdus est,siue qd aliud:atq; vbi etiã illa quę ibi sunt spacia cõpleret, ne illic quidem flãma hęc incremẽta finiret,sed ascẽderet adhuc vsque ad tertium cœlũ,& omnia hæc vno atque eodẽ igne cõpleret,ita vt nec terræ vllũ,nec cœli,imò nec cœlorum spaciũ relinqueret vacuũ. Et ne putes me hęc ad gratiã Pauli dixisse, relege quæ ad Demetriũ sup hac ipsa materia scripsimus,& inuenies hæc eadẽ rebus ibidẽ demõstrata esse, nõ verbis. Ita debet amari Christus,ita oportet animã à rebus affici præsentibus & visibilibus alienã. Tales erant animæ sanctorum prophetarum,quę ob hoc acceperunt etiã oculos alios quibus possent videre futura. Etenim renũciare pręsentib⁹ rebus,& alienũ effici ab eis, propriũ hoc humanę industrię op⁹ est: post hęc vero accipere oculos quib⁹ vẽtura prospicias,diuini muneris est donum. Talis fuit Heliseus,qui quoniam omnia mũdana reliquit negotia,& amauit propheticam vitam, regnum cœleste & supernam gloriã in terris adhuc positus vidit. Vidit enim quæ nunquã mortalis visus inspexerat,montẽ curribus igneis,atque equis flammeis

meis plenum,armatorũ turmas,& castra cœlestis exercitus. Nemo ergo potest eorũ qui delectantur prę-
sentib⁹ &caducis,cœlestia ac spiritualia cõtueri. Qui vero ista contempserit,& velut vmbrã hæc & pulueręm duxerit,velocius ad illa perueniet. Nã & apud homines hic mos est,vt tũ thesauros suos & reconditas diuitias patefaciant filiis suis, cũ eos iam adultos viderint,& puerilis lasciuiæ vitia respuisse:donec enim his dediti sunt,non possunt eis parentũ secreta committi. Ita ergo & anima,nisi pri⁹ didicerit terrena cõtemnere,cœlestia mirari nõ poterit:& ecõtrà donec terrena mirat,necessariò cœlestia spernit ac despicit. 1.Cor.2. Hoc erat quod beat⁹ Paul⁹ aiebat:Quia animalis homo nõ percipit ea quę sunt spirit⁹ dei. Vt ergo dicebamus,requirenda sunt silentia, requirẽda est quies, non solum locorum,sed & animi ac proposiri, & ad huiusmodi secreta inuitãda est anima. Si enim propositum quietis gerat quis,nec in vrbis habitatione turbabitur:sicut & beatus Dauid,qui nõ solũ in vrbe posit⁹ erat, sed & regni curas solicita administratione tractabat:& tamẽ multo ardentior in cõpunctione erat cordis,quàm hi qui solitudines vidẽtur habitare. Illas emẽ lachrymas eius,& illos tã vberes fletus, quibus & in die flebat, & in nocte nunquã cessabat: vix aliquis habet nunc eorũ qui Christo crucifixi videntur. Nõ enim solũ hoc consideres, quòd lugebat & flebat:sed quis erat ille qui flebat,& quid agẽs lugebat. Nõ emẽ æquale est in tanta positũ potestate humiliare se,& curuare in conspectu dei,tot adstãtibus atq; officia deferẽtibus, vbi qui timeat null⁹ est, oẽs vero prẽsto sunt metuẽtes. In hoc,inquã,statu positũ humiliare se, & incuruare in cõspectu dei, & indesinẽter affligere:nõ est tale, qnale si hoc faciat ille cui nihil horũ præsto est,sed ab omnibus his liber est & alienus. Etemũ in regno positus quis multa habet quę ad luxuriã atque effusionẽ prouocẽt. Necessitas ipsa conuiuij affluentis,& regij,quantũ segnitiei, quantũ putas resolutionis conferat animæ? Tum deinde vis potestatis, quantum elationis, & rursum quãtum rigoris imponit:Sed & glorię cupido erigit necessariò animos ad superbiã. Libidinis quoq; innumera cõfluunt incitamẽta, quam gignit quidẽ potestatis autoritas:nutriũt vero & fouẽt deliciarum fomenta, & super omnia regalis luxus inflãmat. Curarum vero, vt diximus,frequẽtia velut imbribus infundit & perturbat. Inter hæc ergo omnia, vbi habebit locũ cordis compũctio, tot obstaculis repulsa, tot murorum circumuallatione secluſa? Contrà vero q sibi vacat, ab oĩbus his perturbationib⁹ alienus est, nisi sit proposito ac volũtate peruersus: & tamẽ raro quenquã inuenies huius boni munere gaudẽtẽ. Interim,vt diximus,qui liber est,& vacat: facili⁹,si intẽdat animo, poterit adipisci,quàm ille q in potentia positus est,& in principatu ac negociis cõstitutus. Quia sicut impossibile est,vt ignis inflãmetur in aqua: ita impossibile est cõpunctionẽ cordis vigere in deliciis. Cõtraria enim hæc sibi inuicẽ sunt & perẽptoria. Illa enim mater fletus,hæc mater est risus: illa cor constringit, hæc dissoluit:illa animæ alas annectit,& volare facit ad cœlũ:hæc ei plumbi põdus imponit, & demergit in infernũ. Sed & illud cõmemorationem nostram non effugiat,quòd tãta cordis compunctio illo tempore etiam in regibus fuit, quo nihil ita magnum & eximium lex tũc posita à cultorib⁹ suis deposcebat. Nostri vero agonis tẽpus in quo adscripti videmur, etiã pro risu pœnam habet, laudẽ vero pro luctu, & pro tribulationib⁹ salutẽ confert. Et tamẽ ille beatus Dauid (ipsius emẽ proposuimus exemplũ) eũctis quæ eum circũstare & constringere videbãtur, abruptis, ita erat in potestate posit⁹, tanquã omnibus esset ipse subiectus,& in solio regali erat vt vinctus in carcere, & in purpura quasi in cilicio iacebat, cinere cõsperſus,& corde cõpunct⁹, aula regalis erat ei tãquã eremi vastissima solitudo. Hęc autẽ oĩa agebat in eo cordis cõpũctio. Sola emẽ est quæ facit animã horrescere purpurã,desiderare ciliciũ,amare lachrymas,fugere risum. Sola est,inquam, cordis cõpunctio, quæ sicut ignis omne animæ vitiũ perurit & adimit, & quãtacũq; in ea repererit mala,abstergit vniuersa,& penitus delet. Cõcupiscentiarũ flãmas si inuenerit,vt fluuius inũdãs extinguit & enecat:curarũ multitudines & perturbationes si videat, velut flagello quodã exturbat & effugat,& ꝓcul esse à domiciliis animæ iubet. Ac sicut puluis nõ potest stare ante faciẽ vẽti,ita nihil malarũ cogitationũ in anima residere potest, vbi cõpũctio cordis affuerit. Si emẽ corporalis amor ita deuinctã sibi tenet animã, vt ab oĩbus eã necessariis actib⁹ cogat abscedere, & illi soli quẽ amat operam dare,atque in eius cogitatione fixã teneri: quomodo nõ amor Christi ab omnib⁹ reliquis abstrahit animã,sibiq; cõsociat, ac desiderij sui vinculis stringit? Hæc autẽ ita inesse animæ suæ etiã Propheta testatur,cũ dicit:Sicut ceruus desiderat ad fõtes aquarũ:ita desiderat anima mea ad te deus. Et iterũ: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et rursus: Adhæsit anima mea post te. Sed & idẽ ipse iterũ dicit:Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Et nolo mihi dicas, quòd propter peccatũ suũ quod ei acciderat,hęc scripsit in hoc psalmo. Nõ est verũ. Nõ emẽ permittit intelligi ita ipsa psalmi attitulatio. Huius emẽ culpæ satisfactionẽ alius cõtinet psalmus. Hic autẽ aliã habet attitulationis suæ causam. Nõ cõfundamus diuinas literas,neq; sancti spiritus sentẽtias propriis sentẽtiis peruertamus. Huius etemẽ psalmi superscriptio habet,pro octaua. Quę est autem octaua,nisi dies illa domini, illa inquam dies magna & terribilis,quæ est vt clibanus ardẽs, quam tremũt etiã virtutes cœlestes? Ita emẽ scriptũ est:Quia virtutes cœlorũ mouebuntur: in cõspectu enim eius ardebit ignis. Octauam vero eam appellauit propter commutationẽ status seculi huius,ostendensq; in futura vita innouationẽ fore. Præsens nanque tempus septimanã habet deputatam. Omnis enim præsentis temporis cursus à prima quidẽ incipit die, & terminatur in septimã:& rursus iisdem circulis spacia prẽstita voluũtur,eidem initio reddita,atque in eosdem terminos reuoluta. Dominicã vero diẽ non octauã appellamus, sed primã: quia non potest in octauum numerũ reuolui circulus septimanæ. Cum ergo hæc omnia cessauerint,& cursus hic temporũ fuerit resolutus:tunc iã septimana depulsa,ogdoas, id est octaui numeri cursus,producetur in mediũ, qui non iam rerum causas reuoluat ad initia, sed omnia consequẽtibus tradat,& perurgeat in futurũ. Propheta ergo hæc intuens,& ex his omnibus corde compũctus, ac iudicij futuri intra se memoriam retexens, diem quoque illum semper in oculis habens, nunquam à tribulatione animi & compunctione cordis vacabat:quoniam quæ nos vix aliquando,& satis raro ad memoriam reuocamus, illius mens & cogitatio habebat

Psal.41.

Luc.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bebat sẽper intra se,& dei iudicia totis sensib⁹ intre-
Psa.6.& 37. mebat. Ob hoc ergo sic dicit in psalmo: Domine ne A
furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me:
irã dicẽs,& furorẽ pœnæ continuationẽ: scit em̃ diu-
inam naturam carere omni passibilitatis affectu: &
quidem cũ in multis conscius sit sibi, ex quibus non
pœnam sperare debeat,sed coronã. Erat nanq; in eo
fides tanta,vt muros ac turres destrueret alienigena-
rũ,& vniuersam gentẽ suã de portis mortis ipsius(vt
sic dicã)reuocaret. Erat in eo etiam inde grandis fi-
ducia cõscientiæ,quòd nõ reddiderat inimico malũ
pro malo,quinimò & beneficia pro iniuriis reddidit.
Sed & illa diuina sentẽtia,quæ dicit:Inueni Dauid fi-
lium Iesse, virũ secundũ cor meũ: nónne ab eo om-
nem suspicionẽ noxæ alicuius,aut reprehẽsionis ab-
stergit? & tamẽ post illud de eo dei iudiciũ, post tot
animi operúmq; virtutes nõ cessat tãquã reus & pœ-
Lucæ.17. næ obnoxi⁹ loqui,& quasi nihil habeat fiducię apud B
deum,vt illud euangelicũ compleat,quod ait: Cum
feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite:quia
serui inutiles sumus,quod debuimus facere,fecimus.
Quid tale locut⁹ est vel publicanus ille,qui verè mil-
le malis repletus, & neq; respicere ad cœlũ poterat,
neque orationis suæ prolixum continuare sermonẽ,
sed ne adstare quidem prope pharisæũ audebat. Ex-
probrabat enim eum pharisæus,dicens:Quia nõ sum
sicut cæteri homines,raptores, iniusti, adulteri, sicut
etiã publican⁹ hic. Ille vero quasi nihil horũ audiẽs,
in nullo indignatur,sed & amplectitur opprobriũ:&
non solum indignatur,sed & confitetur peccata sua,
pectusq; suum velut peccatorũ suorũ conscium tun-
dens dicit:Deus propitius esto mihi peccatori. Hęc
ergo peccatorẽ facere nõ est magnũ,quia põd⁹ pec-
cati,etsi velit etsi nolit, peccatorẽ humiliat & incur- C
uat: iustũ vero hęc facere qui sibi cõscius est bonorũ
multorũ,& ita de se pronũciare, vt pronũciabat ille,
qui verè multorũ reus erat malorum,hoc est mirabi-
le,& hoc est verè cõtriti & humiliati cordis indiciũ.
Imò vero & amplius adhuc in humilitate iusti,quàm
in confessione publicani peccatoris intueor. Ille em̃
quod ait:Propitius esto domine mihi peccatori,ser-
mo ipse videt esse quasi pœnã volẽtis effugere. Quod
autẽ dicit iust⁹,Domine ne in ira tua arguas me,neq;
in furore tuo corripias me: nõ est nolẽtis argui, neq;
corripi recusantis,sed orãtis,ne in ira,id est,vehemẽ-
ter arguatur,neque in furore,quod est absque venia,
corripiatur. Ex omni ergo parte animi ei⁹ humilitas
intuenda est, & ex eo quòd semetipsum cũ sit iustus,
pœna iudicat dignum, & ex eo quòd non audet hoc
petere à deo,vt ex integro sibi venia concedat:quod D
vtique eorum est, qui se ingentibus quidẽ suppliciis
dignos iudicãt,aliquid tamẽ in ipsis suppliciis optãt
adipisci,quod paululũ subleuet ac temperet pœnas.
Sed maiorẽ adhuc mentis suæ humilitatem docet,
quòd & hanc ipsam misericordiã,id est, vt paulò le-
uius crucier,ita petit à deo,nõ quasi qui releuari me-
reatur,sed quasi qui deficiat in tormẽtis,& ferre plu-
Psal.6. ra nõ possit. Ait enim:Miserere mei domine, quoniã
infirmus sum. Quid est hoc? Iste qui tale testimoniũ
meruit à deo,& qui iudicia eius nõ est oblit⁹, sic em̃
dicit:Iudicia tua nõ sum oblitus. Iste inquam,qui so-
lis ipsius splẽdore lucidior est, huiusmodi verba ꝓ-
loquitur? Ita est. Hoc enim vere magnũ & mirabile
est,quia is q; vere magn⁹ est, nihil de se magni sentit,
aut loquitur,sed omniũ se vltimũ iudicat, & salutem
de sola dei misericordia sperat:veluti si diceret, Di-
gnus quidẽ sum pœna,dignus æternis suppliciis:sed
quia iam ferre tormenta nõ possum,rogo mihi veniã
dari:vt sæpe famuli in multis cõprehensi delictis,di-
cere quidẽ quòd nõ peccauerint,nõ audent,sed pro
nimietate verberum,aliquantulũ sibi remitti flagella
rogant. Ego tamen puto de alia eum infirmitate nũc
dicere, illa scilicet quæ ex tristitia & mœrore venit.
Solet em̃ mœroris nimietas, si pertinacius incubue-
rit,consumere vires animi:quod puto accidisse iusto
huic,dũ nimis incusat semetipsum, & nihil sibi pro-
mittit lætum, & hoc arbitror indicari ex his quæ se-
Psal.142. quuntur. Ait enim:Miserere mei domine,quoniã in-
firmus sum:sana me domine, quoniã cõturbata sunt
oĩa ossa mea: & anima mea turbata est valde. Quod
si is qui tantorũ sibi bonorum cõscius erat,deprecа-
tur dominũ, ne intret secum in iudiciũ, néve discu-
tiantur opera ei⁹:quid faciemus nos,qui tot malis in-
uoluti sumus,& bonorũ nobis operum nulla fiducia
est,quibúsq; cum abundent delicta, nulla satisfactio
est,nulla cõfessio? Ob hoc igitur beatus hic tali vtitur
confessione. Sciebat em̃,& didicerat, quia nemo iu-
stificabit in cõspectu dei: sciebat quia iustus vix sa-
luus fiet, ꝓpterea dicebat:Miserere mei domine,quo-
niã infirmus sum. Sed & in omnibus intuere,quomo-
do nusquã bonorum suorum meminit,sed semper ad
misericordiã dei confugit,& in ipsa sola collocat sa-
lutẽ suã. Hęc est enim humiliati cordis vera compũ-
ctio,magna agere,& humilia loq:iusta operari,& su-
per peccatores timere ac tremere. Et vis scire,quãtus
in eo sit timor diuini iudicij? audi q̃d dicit: Iniquita-
Psal.129. tes si obseruaueris domine, domine quis sustinebit?
Nouerat em̃,& valde nouerat, quia in multis crimi-
nib⁹ obnoxij sum⁹ deo,& quia etiã parua peccata,&
ea etiã de quib⁹ nec suspicamur, deducẽtur ad iudi-
ciũ. Deniq; & ea quæ saluator postmodũ statuit, ille
iã in spiritu prævenies impleuit, & nõ solũ legis mã-
data,sed de iniuriis conuiciisq;,& cogitationib⁹ ma-
lis obseruãtiam tenuit. Risum etiã importunum, aut
scurrilitatẽ in iudicio dei cogitabat esse plectẽdam.
1.Cor.4. Propter hoc & Paul⁹ dicebat: Nihil mihi cõscius sũ,
sed nõ in hoc iustificatus sum. Cur autem hoc? Quia
etiã si nil mali operis egit,sicut certe nec egit:sed ho-
noris quantũ deferri deo debuit,scit à se nondũ esse
delatũ:quia & si millies moriamur, & si omnes virtu
tes animi expleamus,nihil dignũ gerimus ad ea quæ
ipsi percepim⁹ à deo. Vide em̃ quomodo cũ in nul-
lo ipse nostri indigeat,in omnib⁹ em̃ sufficit sibi: ta-
men eũ nõ essemus,esse nos fecit,animãq; inspira-
uit talẽ, qualem nulli ex omnibus animantibus quæ
sunt super terrã. Paradisum plantauit, cœlũ extẽdit,
terrãq;,substrauit,luminaria accẽdit in vniuerso mũ-
do splendẽtia, & terrã quidẽ fontibus fluminibusq;
& stagnis repleuit, cãposq; virgultis & florib⁹ ador-
nauit, cœlũ variis astrorum choris depinxit,vt nobis
noctẽ die ipso faceret gratiorẽ, simul & vt somnorũ
salubritas per quietẽ vires corporis repararet, quas
labor diurnus absumit. In tantũ autẽ muneris huius
necessaria humano generi dona collata sunt,vt absq;
cibo audeãt nõnulli plures trãsigere dies,absq; som-
no vero nec paucos. Idcirco deniq; & hybernis fri-
goribus lõgiora spacia noctiũ posuit,vt prolixior re-
quies intra tecta hominib⁹ fieret,& laboribus spacia
breuiora remanerẽt. Propter quod & conuenienter
tempora hęc,quę ad requiẽ dedit,tenebris inuoluit.
Sicut

Sicut em̃ piæ quæq; matres,aut nutrices cũ forte na- A
tos suos ad quietem prouocãt,in gremiis positos cõ-
plecti brachiis,& ad se cõstringere,ac tunica operire
faciem & oculos solẽt,vt obscurior eis aër redditus,
somnũ per quietẽ facilius inuitet:ita & deus tãquam
velamen quoddã per vniuersum mundum tenebras
obducẽs,hominũ genus ad silentiũ gratissimæ quie-
tis inuitat. Quòd si non ita tẽpus istud munisset deus,
vt est genus hominũ negociis & cupiditatibus atque
omni auaritię semper intentum, nõ solum subiectos
sibi læderẽt, sed & semetipsos laboribus operibúsq;
cõsumerent. Nunc vero & inuitos nos à nimiis labo-
ribus retrahit,& nõ solũ corporibus indulget, sed &
animos ipsa vicissitudo resuscitat. Nã inde quid di-
cã,quomodo noctis tempore cũcta trãquilla sunt,&
silent vniuersa,quies vbiq;,& per totũ orbẽ ducũtur
lõga silẽtia,nullus clamor,vt in tẽporibus diei,nullæ
voces quibus alij pro penuria,alij pro violentiis cla- B
mant, alij damnis & calũniis afflicti. Hæc oĩa quie-
scere facit nox,&velut fluctibus quibusdã atq; vndis
malorũ ereptos homines, ad portũ quietis adducit:
& hæc quidẽ noctis munera:diei vero tãta sunt,vt de
his dicere nec tẽporis nec styli huius sit. Quid vero
maris vsum,& nauigãdi vtilitatem loquar? per quam
omnem penè orbẽ,qui longis à semetipso dirimitur
spaciis,nõ solũ sibi inuicem notum,sed socium quo-
dammodo & communicabilem facit, vt vnusquisq;
si quid apud se gignitur boni, hoc etiã ad proximos
suos procul positos deferat: & cũ vnusquisq; paruũ
apud se possideat terræ cespitẽ, per istud mercandi
ministerium, quasi totius mũdi per omnia dominus
efficit,& vniuersæ terrę fructibus vtitur. Et quid plu-
ra dicam? Vniuersus orbis efficitur tanquã mẽsa vna C
omnibus, nullo prohibẽte sumere quod vbique est.
Sed parua sunt hæc in munerib⁹ dei. Quid deinde di
cam,quòd notam fecit deus sapientiam suã hominі-
bus,& capaces eos esse voluit huius tã ineffabilis mu
neris? Et hoc fecit cũ ipsi nõdum aliquid apud deum
meriti collegissent. Cumq; eis intellectũ concesserit
diuinorũ, rerumq; æternarum eis pręstiterit habere
notitiam:homo tamẽ erga tanti muneris autorẽ ex-
titit ingratus, & ne sic quidẽ eum respuit diuina cle-
mentia,sed & hoc ipsum quod videtur pœna præua-
ricationis imposita,remediũ fuit nolẽtis vltrà proce
dere malũ,sed feruorẽ temeritatis atque audacię re-
primentis. Hęc & horũ similia ex diuinis beneficiis
reminiscẽs iustus,& multo magis ea,quæ ad dispẽsa-
tionem spectãt vnigeniti filij dei,quæq; per eũ futu- D
ra promittuntur bona,per horas singulas & momẽta
cõsiderans,& in corde suo discutiẽs,atq; ad immen-
Psal.115. sum bonitatis & beneficiorũ eius pelag⁹ attẽdens,di-
cebat: Quid retribuã domino pro omnib⁹ quę retri-
buit mihi? Et peccata quidẽ propria sine intermissio-
ne diiudicat & retractat,iustitię vero suę in nullo pe-
nitus meminit: nõ sicut agimus nos,qui de peccatis
quidẽ nostris,quæ multa sunt & grauia, ne mentio-
nem quidem facimus,non dicã cogitamus aut inge-
miscim⁹: sicubi vero parũ aliquid boni operis agere
videmur,hoc sine intermissione & dici volumus, &
audiri, nec desinim⁹ prosus tumidi incedẽtes & ela-
ti,donec & ipsum parũ si fortè gestũ est boni operis,
per iactãtiã euacuetur & pereat. Hęc & horũ similia
intuens iustus,dicebat:Quid est homo quòd memor
es eius? Et iterũ humanæ vecordię ignauiã notãs,aie-
bat:Homo cum in honore esset, nõ intellexit,cõpa-
ratus est iumẽtis insipiẽtibus,& similis factus est illis.
Hic est affectus serui fidelis, vt beneficia domini sui,
quę cõmuniter data sunt omnib⁹, quasi sibi soli prę-
stita reputet,& quasi ipse sit omniũ debitor,& ꝓ omnі-
bus ipse solus habeat obnoxius. Hoc fecit & Pau-
lus,qui mortẽ domini & saluatoris nostri,quę ꝓ vni-
uerso expẽsa est mũdo,sibi soli præstitã dicit. quasi
enim de se solo loquẽs,ita scribit:Quòd em̃ nunc vi- Gala.2.
uo in carne,in fide viuo filij dei,q; tradidit semetipsũ
pro me. Hæc autẽ dicebat non coangustare volens
ampliſſima & per orbẽ terrę diffusa Christi munera:
sed quasi qui,vt diximus, pro omnib⁹ se solũ iudica-
ret obnoxiũ. Et reuera quid intereſt,si & aliis præsti-
tit,cum quæ tibi præstita sunt, ita integra sint, & ita
perfecta,quasi nulli alij ex his aliquid fuerit pręstitũ?
Ideo deniq; & in illa boni pastoris parabola non di-
citur,quia venit oues multas quærere,sed vnam. Vna
nãque est,quia sic omnib⁹ quasi vni diuina beneficia
cõferũtur. Hęc ergo sunt,pro quib⁹ affligebatur Da- Psal.34.
uid & lugebat. Etenim qui pecuniam mutuã sumũt,
si nõ habeant vnde restituant,sed multo fœnore op-
primantur,neque cibũ capere, neq; quietẽ possunt,
excruciati solicitudine,cõsumptiq; vigiliis. Quomo-
mo ergo iustus nõ excrucietur considerans nõ se in
pecunia,sed in morũ actib⁹ esse debitorẽ? Sed nos nõ
ita,imò vero si visi fuerim⁹ vel parũ aliquid ex mul-
tis debitis soluere,iã videmur nobis non tam soluisse
debita,quàm opes plurimas & largos in cœlis recõ-
didisse thesauros:imò quod est infelicius,nec hoc q-
dẽ parũ quod agere videmur, ita honeste & emẽda-
te gerimus,vt decet liberos:sed prius requirimus, si
mercedẽ habeamus,an nõ: & si grãdis sit merces in
eo quod facere videmur,& si reputet nobis ad mer-
cedẽ. Inuerecunda satis, & nõ tam libero digna vox
quàm mercenario. Quid agisõ homo? Quid ineptis?
Ad hoc creatus es,vt cõditori tuo placeas,vt domi-
no tuo seruias:& tu de mercedibus cogitas? Si em̃ te
agentẽ quod tibi præceptũ est,coniici iubeat domi-
nus tuus in gehennam:aliqua tibi datur contradicẽ-
di potestas: Tu em̃ seruo tuo operãti quę iubes,mer-
cedes paras. Si omnino dign⁹ fueris agere aliq̃d qđ
deo placeat:aliã adhuc præter hoc ipsum quòd pla-
cere meruisti,mercedẽ requiris? Verè ignoras quan-
tum boni sit placere deo. si enim scires,nunquã aliud
aliquid extrinsecus mercedis aut muneris expeteres.
Nescis quia maior auget tibi merces, quãdo nõ spe
mercedis operaris,sed studio placendi? Aut nõ vides
quomodo & apud homines illi maxime famuli dili-
guntur,qui nõ tam accipere aliud à dominis, quàm
placere eis,& obedire gestiũt? Et si homines ita erga
sibi similes agunt:tu qui tãta à deo beneficia cõsecu-
tus es,& alia nihilomin⁹ speras bona, si quid ꝓ salu-
te tua egeris,pri⁹ etiã penè quàm geras, de mercedi-
bus percontaris? Propter hoc miseri sumus in oĩbus
& frigidi,nec in aliquod opus bonũ parati. Ob hoc
neque compunctionẽ cordis vnquam meremur ac-
cipere, neq; colligere intra nosmetipsos animæ no-
stræ sensus,& humilitatẽ eius fragilitatẽq; perspice-
re,neq; peccata nostra ante oculos habere,neq; ecõ-
tra diuina beneficia considerare. Hinc est q, neq; ad
illos qui pręcipuã & districtã vitã ducũt respicimus,
neque ad studium boni operis incitamur: sed neque
hoc quidem quod frequẽter videmur nosmetipsos
peccatores pronunciare,cũ veritate & affectu animi
loquimur. Denique ex eo arguimur, quia si hæc ab

alio

Universidad de Deusto
Biblioteca

alio audiamus, quæ ipsi de nobis pronunciare videmur, statim indignamur & irascimur, & iniuriã nobis factã cõquerimur. Sic ficta in nobis & simulata sunt omnia, vt ne illũ quidẽ publicanũ possimus imitari: qui cũ peccata sua audiret sibi ab alio exprobrari, nõ solum patienter tulit, sed addidit cõfessionem suam. Vnde discessit ille iustificat⁹ magis quàm pharisæus qui exprobrauerat. Nos vero neque exomologesis ipsa quid sit nouimus, cum mille malis repleti simus. Sed oportebat nos nõ solum scire & confiteri, quia multa in nobis delicta sunt, verũ & vnũquodq; peccatum, & maius & minus, quasi in libro, ita in corde nostro habere descriptũ: idq; frequentius recensere, atque ante oculos ponere, & tãquam hæc nuper admissa lugere. Ita eñ & animæ arrogantiam frãgeremus, frequentius eã de malis suis & vitiis cõmonentes, & cautela nobis ne vltra in eadẽ delicta incideremus, acrior nasceretur. Tantũ etenim boni cõfert meminisse frequentius hominẽ peccati sui, vt etiam Paulũ apostolũ videamus ea quę abolita iam fuerãt & deleta, adducere tamen in mediũ: & cum culpam de præsentibus non haberet, tamen quoniã recordationes peccatorũ & luctũ gemitumq; sciebat animæ prodesse, etiam illa cõmemorat, quæ per ignorantiã cõmissa, gratia baptismi, & cõfessio fidei aboleuerat.

1.Tim.1. Sic denique dicit: Quia Christus Iesus venit in hunc mũdum peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Et iterũ: Et fidelẽ me existimauit, ponẽs in ministeriũ, qui prius fui blasphemus, & persecutor, cõtumeliosus supra modũ, persequẽs ecclesiam dei, & expugnãs eam, & qui nõ sum dignus vocari Apostolus. Etẽ licet reatu absoluamur, pro peccatis tamen prioribus si adducantur ante oculos, sufficiẽter incutere possunt animæ verecũdiam, & prouocare eã ad amorem eius qui tã multa & tam magna concessit.

Luc.7. Nam & Simõ cũ interrogat⁹ à domino, quis ex illis duobus debitoribus quibus fœnerator relaxauerat debitũ, pl⁹ eũ diligeret, respõdisset, quia ille cui plus dimisit, audiuit à domino: Recte respõdisti. Oportet ergo recordari nos priora delicta, etiã ea pro quibus veniam consecuti sumus, & intuẽtes quàm ingẽtem modum debiti remisit nobis deus, & amplius eũ diligere possimus, & verecũdiam pudorémq; cõcipere, atque ex his corde compũgi: considerãtes, quòd nisi miseratio ipsius subuenisset, tantũ illud peccatorum põdus sine dubio in imis nos inferni pœnis supplicissq; pressisset. Paulus etiã illa meminerat, quę peremerat indulgẽtia: nos vero nec ista recordamur, quæ post baptismũ cõmisimus, in quib⁹ vtiq; periculũ no bis saluũ est, & reos nos atque in vinculis positos tenet. Quòd si aliquãdo ad recordationẽ venerimus, & visi fuerim⁹ paululũ inde cogitare & esse soliciti, statim effugit cogitatio, & trãsimus ad alia: & nec integra quidem hora patimur animã nostram afflictione mœroris huius astringi. Hæc igit̃ causa est, quòd malis addimus mala, dũ priorũ memoria nõ permanet, nec dolor aliquis inuritur pro cõsciẽtia delicti. Hinc est vnde nec ad confessionẽ accedimus. Quomodo enim cõfitebimur, quorũ ne memoriam quidem tenemus? Et sic consuetudine cõtemnendi, dũ de præteritis dolor nullus est, facilius superueniẽtibus malis locũ damus. Quòd si omnis ex anima stimulus auferatur, & cuncta ei securitatis frena laxẽtur: quis eam post hęc tenebit, aut quis eã de præcipitiis reuocabit? Quid prohibet vbi nihil metuit, vbi nihil verecũdię, nihil pudoris admittitur, vt non in oẽs perditionis foueas dermergat? Pro his ergo lugẽt sancti, & gemitus suos cõferunt in cõspectu dei. Sufficit enim sanctis & magnis, sicut & vos estis, ad cõpunctionẽ cordis recordari diuina beneficia, & operum vestrorum gloriam non vobis ipsis assignare, sed deo. Sufficit sicubi vel parum aliquid vos latuit, quanto vos magni estis, tãto id velut à magnis viris commissum grauius iudicare. Sufficit considerare illorũ vitas, qui summã iustitiæ & sanctitatis regulã seruarunt, & per omnia placuerunt deo: sed & naturã peccati cogitare velocem, rapidã, subreptiuam, & ob hoc incerta esse quæ futura sunt, & valde dubia, & tã periculosa, vt ea etiã magnus ille metuat Paulus. Hoc enim iudicat, cũ dicit se timere ne forte cũ aliis prędicarit, ipse reprob⁹ 1.Cor.9. fiat. Et iterũ cum ait: Qui se putat stare, videat ne cadat. Sic autem & beatus Dauid beneficiorũ dei munerúmq; eius memoriã recolẽs, compunctionẽ cordis quærebat, in quo dicit: Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniã visitas eũ? Minuisti eũ paulo min⁹ ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eũ super opera manuum tuarũ. Cum vero operum meritorumq; suorũ ostẽdit confidentiã non habendam, dicit: Quis ego sum 2.Reg.7. domine mi, & quæ est domus patris mei? quoniã dilexisti me vsq; in his, & nõ sunt pro nihilo habita hęc in cõspectu tuo domine, & locut⁹ es pro domo serui tui in lõgitudine. Hæc autẽ lex hominis domine mi domine ad te. Et quid adiiciet Dauid domine adhuc loqui ad te? Sed & maiorũ memoriã facit, & semetipsum quasi longe ab eorũ virtute cõstituit. Cũ enim dixisset: In te sperauerũt patres nostri, de semetipso in posterioribus ait, Ego autẽ sũ vermis, & nõ homo. De futuris autẽ quasi trepid⁹ & incertus hoc modo semetipsum suscitat, & dicit: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in morte. Incusat autẽ semetipsum sup multitudine peccatorũ, hoc modo, & ꝓpitiaberis peccato meo: multũ est enim. Vobis ergo maioribus ista sufficiãt: nobis autẽ cũ his adhibenda sunt etiã alia medicamẽta fortiora: & quę possũt destruere quidẽ arrogantiã, inserere vero doloré cordis, & animi mœrorẽ. Recordandę nanq; sunt nobis multitudines peccatorũ, recordanda cõscientia maculata, quę vtiq; cũ stimulare nos cœperit, nequaquã elationi aut arrogãtiæ locũ relinquet. Propter quod rogo & deprecor per illã ipsam, quam pro vitæ tuæ merito acquisisti fiduciã apud deũ, vt porrigas nobis manũ, sæpius interpellãs pro nobis dominũ, vt possim⁹ lugere nosmetipsos, & peccatorũ nostrorũ põdus resoluere multitudine lachrymarum: & ita post hæc (nõ enim semper flendũ est, & nihil agendũ) apprehẽdere aliquam vitã deo placitam, & ad cœlum ducentem, ne forte cum malis nostris descendamus in infernũ, vbi nemo est qui cõfiteatur ei, & ibi patiamur ea quæ patiũtur impij, cum nullus fuerit iã qui exoret pro nobis. Dum enim sum⁹ in hac vita, & nos iuuari à vobis possumus, & vos potestis in nos conferre beneficia: eũ autẽ abierimus illuc, ibi neque amicus, neque frater, neq; pater idoneus erit ad liberandũ eũ, qui suppliciis deputetur ęternis. Quomodo enim qui in luce est, accedat ad eũ qui in tenebris graditur? vbi cum nullum sit nobis ex sanctorum collatione refrigerium, æternas tamen expendimus pœnas, effecti cibus inextricabilibus & immortalibus flammis.

DIVI

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE PROVIDENTIA DEI AD STAGIRIUM MONACHUM ARREPTITIUM, LIBER PRIMUS.

Portuerat quidem ô amantissime omnium Stagiri, fuerátq; sanè cõuenientissimum, nos tibi nunc adesse, atque in ęrumnarum tuarum consortium transire, ac partim verbis exhortando, partim fouendo ministerio, cunctáq; reliqua inferendo obsequia iuxta modulum virium nostrarũ, partẽ aliquam lenire mœroris: quoniã vero & corporis mala valetudo, & inuectus in caput nostrũ acerrimus dolor, domi nos manere cõpulerunt, nobisq; tanti lucri ministerium abstulerunt: iam quod reliquum est pro cõsolatione tua, & pro vtilitate nostra hoc inferre nõ negligam. Profuerit enim id fortasse magis ad præsentes aduersos casus fortissime ferẽdos. Sin vero nihil tale perfecerimus, certe vel in nullo nos officium deseruisse, nihilq; omisisse diligẽtiæ nos cõsolabitur, melioriq; animo esse in reliquũ faciet. Is eñ, qui cuncta impleuerit, queq; ad leuãdos dolores maxime cõferre arbitratus fuerit, etiamsi nihil aliud peragat, vel cogitationis saltem atq; conscientię accusatione liberatur, criminũq; onere depositio, sola mœstitiæ pondera perferre cogitur. Si igitur ex illorũ essem numero, qui deo familiarius cõiuncti, plurimũ apud illum possunt, nunquã profecto orare & obsecrare pro mihi cõiunctissimo charissimóq; capite desisterẽ. Quoniam autẽ huiusmodi vires atque confidẽtiam mihi scelerum meorũ multitudo abstulit, verborũ consolationem, ac fomẽta tibi afferre conabor. Nã & in his qui corporea mala valetudine laborant, cũ medicorum sit fugare dolores, infirmitatémq; cõpescere: nõ tamẽ famulis qui sunt in ministerio, interdicitur verborũ consolatio: imò vero hi maxime sunt, qui plurimis in cõsolãdo vtũtur, atq; eo pluribus, quo dominis suis maiore beneuolẽtia afficiuntur. Si quid itaq; dictũ fuerit à nobis, quod maximũ hunc atq; immẽsum dolorẽ tuum possit extinguere, factũ erit vt volumus, ac vehementer optamus. Sin vero huiusmodi nihil inuenire aut loqui potuerimus, voluntatẽ tamẽ nostrã, ac propositũ ille approbabit, qui per beatum

Rom.12. Paulũ flere cum flentibus, humilibúsq; consentire iussit. Videtur itaq; vna esse causa mœroris tui, nequissimi scilicet huius dæmonis insania. Verũ ab hac veluti radice plurima tristia oriri, si quis recte perspexerit, animaduertet. Quod non ex meipso modo colligo, sed ex verbis illis tuis, quę dum adesses corã, querimonię ac doloris plena familiarius exposuisti. Aiebas enim primò ea te consideratione turbari, ac fere in desperationẽ præcipitari, ꝙ cum priore tẽpore laxius & negligentius viueres, nihil huiusmodi perpessus sis: postea verò quàm teipsum mũdo crucifixisti, tunc demum iste morbus inuaserit. Secũdo, ꝙ quàm plurimos noueris dum delicatè viuerent, hac peste correptos: eos tamen paruo post tempore ita ea infirmitate liberatos, vt perfectæ integritati restituti & vxores ducerent, & plurimos procrearent filios, omnibúsq; vitæ præsentis voluptatibus diu ac iucunde fruerẽtur, nihilq; postmodũ tale paterentur: contrà,

tu cum tantũ tempus in ieiuniis ac pernoctationibus, & reliqua propositi & vitę austeritate cõtrieris, nullam ærumnarũ tuarũ liberationẽ, nullũ finẽ hactenus inueneris. Tertiò, ꝙ cum sanctus ille vir tantã in reliquis aduersus dæmones potentiam ostenderit, nihil eiusmodi potuerit in tua dilectione perficere, neque ipse, neq; hi qui cum illo erant, illo etiã in hoc genere potentiores, verũ omnes re infecta abs te cũ rubore discesserũt. Ad hæc alia ex parte nimiũ te angi dicebas, ꝙ ita animum tuũ incredibilis vis mœroris occupauerit, vt sæpius ad laqueũ ferè, fluuiúmq; & præcipitium proucharis. Quarto deinceps loco, ꝙ æquales tuos & contubernales, qui tecũ sacrã hanc, cœlestẽq; conuersationẽ inierunt, tranquillè agentes aspicis: te vero sæuissimæ procellæ expositũ, & quod omnium profecto miserrimũ est, carceri addictũ. Neq; enim his qui ferro vincti sunt, ita lachrymãdũ asserebas, vt his qui huiusmodi catena colligati fuerint. Aiebas & aliud esse præterea, quod maxime te turbaret: vereri enim ac tremere, ne si ista pater sentiat, maximis iniuriis atq; incõmodis afficiat sanctos illos, qui te à principio susceperunt. Quippe summis viribus atq; opibus fretũ, mœroréq; & indignatione concitatũ, cuncta aduersus eos summa audacia moliturũ, parciturũ nemini, qui sibi ex illorũ numero occurrerit. Et hactenus quidẽ potuisse matrẽ rem gestã notitiæ patris subducere, repulissẽq; illũ sæpe, ac fregisse cum de te solicite inquireret: fore autẽ vt processu tẽporis deprehendatur cauta hæc matris simulatio, iámq; ille & ipsi, & monachis omnibus acerrime immineat. Postremo quod omnium malorum supremũ culmẽ est, nullã tibi certam esse futurorũ confidẽtiam dicebas, neq; apertius scire, si quando futura sit morbi huius absolutio, neq; liberatio, cũ sæpius hac expectatione suspẽsus, rursus in eandẽ miseriã incideris. Dura sunt profecto ista, & quæ animũ maxime perturbare possint, ingentíq; implere tumultu, sed animũ remissum, imperitũ ac desidem. At vero nos si respiscere paululum, ac respirare voluerimus, cogitationésq; pacis admouere, has omnes mœroris causas veluti tenuissimum puluerẽ excutiemus. Caue autẽ putes me modo ista idcirco tanta facilitate polliceri, ꝙ extra dolorem hunc, vexationémq; persistam. Etsi enim quidusdã fortassis incredibilia dicere videbor, dicam tamen: neq; enim cum reliquis tu mihi quoq; fidẽ non adhibebis. Cũ inuasit animã tuã scelestus ille dæmõ ab initio, atq; orantẽ cum cæteris prostrauit, nõ quidem tunc ipse præsens aderã, gratiásq; ago clementissimo deo, didici tamẽ omnia diligentissime, nõ secus quasi ipse affuissem. Nam Theophilus Ephesius vtriusq; nostrũ amãtissimus, profectus ad me, cuncta mihi per ordinẽ tristis ac mœrẽs retulit, distortas manus, toruos oculos, oris spumã, horrendã illã & confusam vocẽ, diabolicũ tremorem, sensus per multam horam priuationem, visúq; terribile quod ea nocte ostensum est. Suem enim quendã ferocissimũ maximá viluti inquinatũ in te insilire iugiter, atq; infestissime peruadere visum aiebat. Cúmq; is qui iuxta obdormiebat, ea visione turbatus, experrectus esset, inuenisse te acriter concuti, atq; à dæmone vexari. Cũ igitur hęc ille nunciaret, tantã fateor mœroris nebulam mihi effudit, quantã hic ipse durissimus dæmon charitati tuæ. Postea vero q̃ me ex acerbo ac diutino dolore collegi, nihil mihi iam nisi tristis humanarum rerum, inanísq; occurrebat facies. Nam iam dura ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersa,non blanda læta quæq; videbãtur: sed cũ olim vanitatẽ ſeculi contemptui habuerim,ac reprehẽdere ſolitus ſim,tunc maxime id paſſus ſum,maiórq; affectus, ac deſideriũ ſubiit dilectionis tuæ: quippe ea eſt caſuum triſtiũ natura,quę amicitiã peraugere cõſueuit:idq; ex eo liquet,q; ĩimicitias quoq; facile reuocare in gratiã poſſit. Nullus enim ferè tam immanis,támq; lapideus ac ferreus eſt, qui ſi videat graui aliquo caſu angi inimicũ, aduerſus illũ ſeruare odiũ poſſit. Quòd ſi inimicis quoq; miſeremur,eóſq; amicorũ habemus loco, cũ graue aliquid atq; inſperatũ illos perpeti videmus: conſidera quæſo diligenter quid me pati,quóve eſſe animo neceſſe fuerit,dũ eũ, quẽ ex omnibus maxime diligo, quémq; non alium q̃ me alterum duco,vexari acerrime, ac mœrore deficere audirem?Noli itaq; putare nos vexationis tuæ immunes ac exortes,fomenta tibi conſolationis admouere. Etſi enim à perturbatione illa,ac deiectione, collisionéq; diaboli ſum dei gratia liber, huius tamẽ mœſtitiæ ac doloris æquas partes mihi tecũ vẽdico: atq; iſtud mihi credẽt,qui ita vt oportet diligere nouerunt. Age ergo excutiamus hunc puluerẽ:ita enim erit tolerabilis,ac leuis huiuſce vis mœroris,ſi noluerimus cedendo protinus perturbationibus trudi ad præcipitia,ſed reſpicere potius,atque vt cõuenit,vel tãtiſper vti ratione curauerimus. Plurima enim ex his quę videtur acerbiſſima,priuſquã examinãtur diligẽtius,grauia putãtur,& intolerabilia: ſi quis tamen ea admota ratione diſcutiat, inueniet eſſe lõge opinione leuiora:quod modò quoq; futurũ nõ deſpero, tu tantũ teipſum erige,neq; ſtultæ atq; inaniſſimi vulgi opinioni acquieſcens,fortiorẽ contra nos inimicum ſtatuas. Igitur ſi quidẽ ad aliquẽ infidelium mihi ſermo eſſet, qui fortuito vel caſu ferri omnia exiſtimãt, nequiſſimiſq; dæmoniis mũdi curã atq; prouidentiã aſſignãt,plus mihi negocij incũberet, repellendáque prius erronea opinio fuiſſet, atque veritate prouidẽtiæ oſtenſa,tum demũ admonitio ſalubris, atq; conſolatio ſubinferenda. Quoniã vero Chriſti gratia inſtructus ab infantia ſacras didiciſti literas,veráque & ſalutaria dogmata pius hęres ex maiorũ tuorũ ſucceſſione ſuſcepiſti, credis ꝓfecto abſq; vlla hęſitatione deo curã eſſe de omnibus,& de his maxime, qui ſibi fide iũcti ſunt.itaq; omiſſa hac parte aliũde ſumamus initiũ. Principio cum angelos crearet deus,imò vero vt priora cõplectatur oratio, antequã angelos cõderet,cœleſtéſq; reliquas virtutes,de' erat ſine vllo vnquam ſuæ ſubſtantiæ principio. Cum vero nullius rei egens ſemper eſſet,id quippe propriũ diuinitatis eſt, creauit angelos,archãgelos,omnéſq; reliquas incorporeas ĩmortaléſq; ſubſtãtias. Creauit vero ob aliud nihil,niſi ſola bonitatis ſuę cauſa. Quorũ enim obſequio non indigebat,nunquã eos profecto creauiſſet, niſi ſupreme bonus atq; clemẽs eſſet:poſt vero illorũ creationem fecit hominẽ,ipſa ſcilicet atq; eadẽ cauſa, mundúmq; hunc omnẽ,quẽ cum innumeris bonis,omníq; ornatu ac decore inſigniiſſet,paruum illũ atque viliſſimum puluerẽ his omnibus præfecit,hoc illũ in terra cõſtituens,quod ipſe eſſet in cœlo. Quòd enim ait:Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram,nihil aliud profecto,q̃ ſub ditione eius poſita terrena cuncta ſignificat. Cum igitur ita illum conditum in tanto honore locaſſet, veluti regi regiã paradiſum ſibi terrenorũ omniũ pulcherrimã ſedem aſſignauit,volens præterea ſibi alia quoque ex parte oſtendere, quantũ animantes reliquas honore tranſcẽderet: adducit ad illum omnes,ac nomina ſingulis imponere iubet,nullúmq; ex his in adiutoriũ dat ſibi,cauſámque protinus adiiciens:Nõ enim,inquit, inuentus eſt adiutor ſimilis ſibi. Cũ vero hæc per omnia mediũ vtriuſque naturæ eum ſtatuiſſet,vtque omnibus eſſet ipſe clarior & honoratior,nihílque ſibi eſſet ſimile,quod in tanta rerum multitudine illum decuiſſet:tunc iã & mulierem creat,& in hoc illum rurſus honorans,manifeſtúmq; faciens,q; illam quoque ipſius gratia creaſſet. Sicut & Paulus ait: Non,inquit, creatus eſt vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Non autẽ his tantum illum honorauit, verum & ſermonem illi ex omnibus largitus eſt, ſuíq; illum notione dignatus eſt, ac ſuo dedit frui contubernio, quantum frui homo poterat. Immortalitate præterea donandum promiſit, ſummáque impleuit ſapientia,ſpiritualem illi gratiam adiiciẽs, adeo vt nonnulla etiã prædiceret. Itaque illi omnia largitus eſt, cum tamen ab eo nulla ante rectè facta manauiſſent. Quid igitur ille?Poſt tanta,támque ſingularia beneficia,fideliorem parẽte ac donatore ſuo inimicum arbitratus eſt,ſpretóque mandato conditoris, fallaciam illius prętulit,qui ſe perdere omnino,boníſque omnibus eiicere,atque honore omni expoliare cupiebat. Prætulit autem, cum tamen nullum neque magnum neque paruum beneficium ab eo eſſet cõſecutus,ſoláque verbum eius aure percepiſſet. Num vero deleuit illum deus tanta ingrati animi ſigna ab initio ſtatim,atq; ab ipſis,vt ita dixerim,lineamẽtis præ ſe ferentem?Hoc enim iuſtitię ratio poſcebat,vt is qui innumeris antea affectus beneficiis ab inobediẽtia ſtatim atq; ingratitudine vitæ initia cepiſſet,deleretur, atq; de medio auferretur. Deus verò nõ minus q̃ antea bene illi facere perſtitit,oſtendens per hoc, & liquido comprobans,q; nos & ſi millies peccemus, illúmq; auerſemur,ipſe tamen ſaluti noſtrę proſpicere nunquam deſiſtit,vt ſi quidẽ cõuerſi fuerimus,ſeruemur:ſin autem in vitiis perſeuerauerimus,ipſe tamen quod ſuũ erat feciſſe aduertatur. Itaq; videtur quidẽ iectio illa paradiſi,ligníq; vitalis inhibitio,mortiſq; mulctatio,cruciantis eſſe,atq; punientis: ſunt autem profecto iſta omnia ſigna clementiæ,& quidem non minus quàm priora. Etſi enim mirabile id quod dicimus videtur,veriſſimum eſt tamen. ea quippe quæ fiebant,cum diuerſa viderentur, atq; diſiunctiſſima, vno tamẽ concordíque fine ſibi inuicem conſentiebant. Exempli cauſa:Quòd illũ excluſit à paradiſo,q; contra paradiſum collocauit,q; vetuit, q; mortem fecit,quòd interim ea ſententia ſuperbior aſperiórque viſus eſt:hæc omnia,prioráq; illa molitus eſt. Atque anteriora quidem illa ſola hominis cauſa condita fuiſſe,illíque & ad decus, & ad commodum adiecta ita manifeſtum eſt,vt inde verba facere opus non ſit: poſteriorum potius ratio reddenda eſt,vt ea quoque homini ſint vtilitati,atque ornamento. Quónam ergo modo ſcire id, & planè perſpicere poterimus? Si conſideremus diligentius quid illum pati neceſſe fuerit,niſi hæc ita contigiſſent:nam ſi pollicente diabolo æquales illos deo ſe oſtenſurum, poſt præuaricationis reatum in eodem honore perſtitiſſent, tria profecto incurriſſent ſuprema ſcelera. Primo enim deum maleuolum, & iniuſtum, ſeductorémque & mendacem exiſtimaſſent:ſecundo verò ſeductorem, maleuolentíæque & mendacij & inuidiæ, parentem beneficum

beneficum atq; amicũ putauiſſent: Poſtremo peccare immortaliter,& abſq; vllo fine perſtitiſſent. his autem hominẽ tunc omnibus eiectum paradiſo liberauit. Ita ferè & medicus ſi vulnus negligat,ac deſerat, purulentũ amplius reddit:ſin vero id contractũ iugiter depurare perſiſtat,vlteri' progredi ſanié ac morbi virus vetat. Quid igitur? Num his tantũ contentus fuit?Minime,imò &ſudores illi adiecit & labores: nihil enim minus ocio & quieti natũ eſt,q̃ hominis natura. Si enim his addicti,ne ſic quidẽ peccare deſiſtimus: quò ſcelerũ progreſſa non eſſet audacia noſtra, ſi nos affluere deliciis & ocio conſtituiſſet deus? Oĩa enim,inquit,mala ocioſitas docuit. Atteſtantur autẽ noſtrę huic rationi & quę quotidie fiũt,& quę maioribus noſtris cõtigerũt. Sedit,inquit,populus mãducare,& bibere,& ſurrexerunt ludere. Ac rurſum: Incraſſatus eſt & impinguatus & recalcitrauit dilectus. Cõſona his quoq; beatus Dauid loquitur,dicẽs: Cũ occideret eos,tũc exquirebant eũ,&reuertebãtur,& diluculó veniebãt ad eum. Ad Hieruſalẽ quoq; per Hieremiã loquitur deus:Per omnia erudire Hieruſalem,ne recedat anima mea à te. Quod autẽ non ſolũ malis,verum & bonis humiliari atq; incuruati ſalutare ſit, rurſum ſignificat propheta, cum dicit: Bonum mihi domine,quia humiliaſti me,vt diſcã iuſtificationes tuas. Poſt hunc & Hieremias hęc eadem ſed non eiſdẽ verbis exclamat:Bonum,inquiẽs,viro ſi iugum tulerit graue à iuuẽtute ſua,ſedebit ſolitari', & tacebit. & de ſeipſo deũ obſecrat dicens:Non ſic tu mihi parcens in alienationẽ,in die mala. Beatus item Paulus,qui tãto munere gratiæ cœleſtis effulſit,tãtúmq; naturam exceſſit humanã,boni tamen huius vtilitate indigebat, quocirca etiã dicebat: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meę,angelus ſatanę,qui me colaphizet, vt non extollar. Propter quod ter dominũ rogaui, vt recedat à me,& dixit mihi:Sufficit tibi gratia mea,nã virtus in infirmitate perficit. Poterat certe ſine perſecutionib',& preſſuris,laboribúſq; & ſudorib' prędicatio perfici:ſed tamẽ id noluit Chriſt',prędicãtibus parcens, ipſorúmq; commodis per omnia cõſulens. Quocirca dicebat illis: In mũdo preſſurã habebitis. Cupientibúſq; cœleſte regnũ ingredi, anguſtã viam arripiendã iubet,quaſi non aliter intrare liceat: ideo preſſuræ & tẽtationes,& quęcunque nobis triſtia cõtingunt,nõ minus dei prouidentiã, ſummãq; clemẽtiam inducũt,q̃ læta & iucunda. Quid autem dicam preſſuras huius temporis,cum non minus ipſa quoq; gehennæ cõminatio,q̃ promiſſio regni ineffabilẽ ipſius clementiã cõmendet? Niſi enim ille gehennam minatus eſſet,non facile quiſpiã cœleſtibus bonis potiretur. Neq; enim ſufficit ſola gaudiorũ repromiſſio ad excitandos ad virtutẽ animos,niſi etiã eos pœnarum timor impellat,qui negligentius affecti ad illam ſunt. Quocirca primũ hominẽ quoq; à paradiſo expulit, quia ex honore ſibi præſtito deterior effectus eſſet,ſi poſt ſpretũ violatúmq; mãdatũ immotus ille, ſtabiliſq; duraſſet. Iam vero vt Adã omittamus, quid non feciſſet Cain in paradiſo degẽs, tantíſq; deliciis fruens,quãdo his omnibus priuatus, patríſq; ſupplicium ante oculos habens,ne ſic quidẽ emẽdatus eſt, in tãtúmq; nequitiæ prorupit,vt homicidiũ ipſe primus inuenerit, auſúque nefario impleuerit?Homicidiũ vero nõ qualecunque,ſed omniũ ſceleratiſſimũ: neque enim paulatim, neque ex longæuo,diúq; meditatus nouum hoc facinus aggreſſus eſt:ſed repente ac ſimul verticẽ& culmẽ iniquitatis occupauit:eúmque qui ex eodẽ vtero proceſſerat, qui eadẽ ſuxerat vbera,qui in nullo ius naturę violauerat(niſi honorare deũ,id ſit violare ius)appetiit inſidiis, ac protinus necauit. Velim hic rurſus conſideres clemẽtiam dei. Patitur ipſe iniurias,& verbis iniuriam corripit, triſtémq; conſolatur. At vbi inſania fertur in fratrẽ, tũc iãm ſeuerus vlciſcit,cruciatũq; ſtatim infert. Et certe priora illa eodẽ digna erant cruciatu, imò vero lõgè grauiore. Si enim in hominibus cõſeruus aliquis qui meliora queq; ſibi ſeruat,ac domino ſuo deteriora offert,rem indigniſſimã, plenámq; contumeliæ facere arguitur,multo id magis in deo:Cain vero nõ in hoc ſolum,verum in alio quoq; deliquit,quòd fratris honorẽ ægre ac indigne tulit. Nam ſi ex prioris peccati pœnitentia vultũ demiſiſſet,accepta profecto fuiſſet hæc illius optima mutatio. Nunc vero nõ pœnitẽtiæ erat illa confuſio, vultúſq; deiectio, ſed zeli ac liuoris,quod rei exitus docet. Nã deo quodãmodo irascebatur,q; iniuriis affectus non ſe honoraret,q; moderato intẽperantem non præferret. Verum cũ hæc illius ſcelera vehemẽtiſſima animaduerſione puniẽda eſſent, large clementius q̃ merebatur delinquẽte vtitur,tumentéſque animos illius cõprimere nititur: erat enim indignatione plena illa deiectio: idcirco loquitur ad illũ:Quieſce. Hoc autẽ cum diceret,ſciebat quidẽ quò progreſſurus eſſet zelus, cæterum ingratis occaſionẽ omnẽ amputare volebat:ſi enim ab initio ille punitus eſſet, huiuſmodi multi plurima dixiſſent:Non poterat admonere verbis, & corripere, ac terrere prius, atq; tunc demum ſi perſeueraſſet in malis,iraſci,& ſuppliciũ inferre? Ingentis crudelitatis eſt iſte cruciatus. idcirco igitur ſuas æquanimiter iniurias tolerat,vt vnà & illorũ obſtruat os, & ipſius Cain parentem quoq; ſola bonitate ſe corripuiſſe oſtendat,prætereáq; vt eiuſmodi benignitatis exẽplo cæteros ad pœnitentiã prouocet. Poſtea vero q̃ ſecũdum duritiã ſuam,& cor impœnitẽs theſaurizauit ſibi iram,ille tunc iam vlciſcitur in criminoſum: ſin vero poſt ſcelus homicidij manſiſſet impunitus, etiã ad aliud maiúſq; flagitiũ progreſſus eſſet. Neq; enim dicere poſſumus per ignorantiam illum primo deliquiſſe:nam quod iunior intelligebat,ipſe maior natu quî ignorare poterat?Eſto autẽ per ignorãtiam peccauerit prius,poſtquã audiuit,quieſce,poſtquã prioris culpę venia potitus eſt,ex qua ignorãtia ad parricidium prorupit? Vidéſne vt prior etiã culpa non de ignorãtia,ſed de malignitate & nequitia, ſupremáq; ſceleris audacia venerit? Quænã vero fuit huius pœna?Profugus eris ac tremens ſuper terrã. Videtur tamen dirus & acerbus eſſe cruciatus: ſed ſi peccatum cõſideremus,nõ iam ita videbitur: & ipſum vero ſupplicium diligẽtius intueamur. Cũ enim ille offerret, mœſtus atq; demiſſus inceſſit: cum vero poſt iniuriã dei honoratus ab illo nõ eſt,corripientẽ reſpuit,parricidiúmq; primus inaudito ſcelere patrauit:imò vero facinus parricidio longe ſceleratius: parẽtes enim incredili dolore cõfodit, ac deo etiam mentitus eſt. Num enim, inquit, cuſtos ſum fratris mei? & pro his omnibus ſolo timore ac tremore cruciatur. Equidẽ dei benignitatem non ex eo ſolum manifeſtari dixerim, q; mitiorem pœnam tanto ſceleri adhibuit: ſed ex eo maxime,q; in ipſa pœna lucrum haud ſpernendum in ſe habere videatur. Id vero luctum eſt, quòd ex ea ipſius caſtigatione cuncti poſtmodum admo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niti ſunt reſipiſcere à malis fieriq; meliores. Idcirco ergo non occidit illũ, quia par vtilitas profecto non fuiſſet, audiri q̃ Cain fratre interempto, morte mulctatus eſſet, & videre parricidã ipſum pœnas exſoluentẽ. Fortaſſe enim id auditũ, ob immanitatẽ ſceleris creditũ minime fuiſſet. Nunc vero dum videtur, dum coram adeſt, longóq; ſuperſtes tempore, plurimos pœnæ ſuæ teſtes reliquit: manifeſtũ certe ac credibile, & ſuę ętatis hominib⁹, & poſtea futuris omnibus id facinus cõſtituit. Quid ergo, īquies, hoc illi cõtulit? Maxime quidẽ illius ſaluti proſpiciebat, cũ eius rabiem quantum in ſe fuerit, coërceret caſtigatione verborum. Verum ne ipſa quidem illata ſibi pœna, ſi quis diligentius inſpiciat, maxima ipſius vtilitate vacat. Si enim ſtatim illũ occidiſſet, nullum ſibi pœnitentię tẽpus, per quã melior euaderet, dediſſet. Nunc vero cum metu ac tremore vitam ducens, niſi nimis inſenſatus, ac belua potius q̃ homo eſſet, ex huiuſmodi vita plura capere potuit emolumẽta. Præterea futurum cruciatũ leuius atq; tolerabilius præſentis tẽporis pœna conſtituit: ea enim quę nobis in hac vita inferũtur ſupplicia, diuinitus futurorũ cruciatuũ partem haud exiguam ſuccidunt. Atq; harum rerum teſtimonia de ſcripturis diuinis afferre facile poſſum⁹. Nam Chriſtus dominus cũ diſcipulos alloquens, de diuite & Lazaro diſſereret, Abraham retulit, cum rogaretur à diuite vt mitteret Lazarũ, qui extrema digiti parte paululum aquæ ardenti linguæ inſtillaret, dixiſſe ad illum: Fili, recordare quia recepiſti tu bona
Luc. 16. tua, & Lazarus mala: nunc autẽ hic conſolatur, tu vero cruciaris. Paulus quoq; (Paulũ vero quoties dico, rurſus Chriſti præcepta replico: Chriſtus enim profecto, mea quidẽ ſententia, beatiſſimam illius mouebat linguam) dum Corinthiis ſcriberet, aliquãdo iu-
1. Cor. 5. bet eũ, qui grauiſſime fornicatus fuerat, tradi ſatanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Rurſúſque cum eoſdem de iis qui indigne ſacra & venerãda myſteria percipiebãt, admoneret: Propterea, inquit, inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Nã ſi noſipſos iudicaremus, nunquã profecto iudicaremur. Cũ iudicamur autẽ à domino, corripimur, vt non cum hoc mundo dãnemur. Vidiſtine ineffabilẽ clementiã, immenſãſque diuitias benignitatis? Vidiſti vt omnia agat atq; moliatur deus, vt poſt peccatũ quoq; mitiore quàm debuimus, plectamur pœna, aut etiã omnino liberemur? Porrò ſi quis id curioſi⁹ inquirat, cui⁹ rei gratia veteranũ illum ſeductorẽ non continuo deleuerit, id quoq; pro ſumma in nos cura factũ fortaſſe comperiet. Si eñ ſceleratus ille obtineret, eſſet fortaſſe irrationabilis iſta inquiſitio: ſin autem hac potẽtia priuatus, tãtum perſuadere atq; allicere poteſt: illius vero ſuaſionis illecebras renuere in nobis eſt: cur tu materiã abſcindis coronarũ, induſtriæq; probitatis occaſionẽ tollis? Ad hæc ſi illũ ſciens fore inſuperabilem, cunctóſq; deuicturũ, ita illum dimiſiſſet deus, ne ſic quidẽ iſta hæſitatio locum habuiſſet. Nam tum quoque q̃ ille obtineret, q̃ vinceret non reluctantes⁹, ſed ſponte ſibi cedentes atq; ſuccumbentes, à nobis profecto manaſſet. Quod ſi plurimi quidem illius potentiam ac vires frãgunt, complures item poſthac illum ſuperaturi ſint: quid tu futuros probatiſſimos, clariſſimáq; victoria inſignes, tanto priuas honore? Idcirco enim illum dimiſit, vt eum deiiciant qui fuerãt ab eo prius ſuperati, quod illi omni ſupplicio grauius ac durius eſt. An nõ omnes, inquiẽs, illũ ſuperaturi ſunt? Quid hoc ad rem? Profecto enim multo melius, multóq; conuenientius eſt iuſtis occaſiones ſuppeditari, quibus ad virtutẽ ſe exerceant, voluntatémq; oſtendant ſuam: eos vero qui non ſunt huiuſmodi, ex propria puniri negligentia, q̃ iſtorum cauſa illis etiã coronas ſuas adimi. Nam modo is qui malus & ſocors eſt, non aduerſarij viribus, ſed ſuo potius torpore ſuperatur: quod indicat vincentium illum multitudo. Tunc vero ſtudioſi quiq; atq; alacres malorum cauſa meritis honoribus fraudati fuiſſent, nõ habentes vbi vires exercerẽt ſuas: veluti ſi agonotheta quis athletas duos nactus, alterũ quidẽ aduerſario cõgredi paratum, omnémq; tolerantiã oſtẽdere, coronámq; ex certamine referre: alterũ labori illi & ęrumnę ocium deliciáſq; præferentem, comparet, atque aduerſario de medio ſublato, ambos re infecta dimittat. Sic cũ ſtrenuus ille, propter alterius ignauiã graui iniuria affectus videretur. Ignauus autem non fortiſſimi ſocij cauſa malus eſſet, verũ ob ſocordiã ſuam. Sed enim hæc iſtorum quæſtio, cum de diabolo agitari videatur, ſi ſuo ordine ꝓcedat, plurimis in rebus dei prouidentiam inſimulat, cunctámq; ſimul creaturam perimit. Accuſat enim oris atq; oculorũ factionem: quippe cum per hæc quęq; illicita concupiſcant, atque in adulterium corruãt plurimi: per hoc autem blaſphement alij, atq; pernicioſa dogmata proferant. Num ergo ſine oculis & lingua debuerũt homines fieri? Pedes quoq; abſcindere, & amputare man⁹ neceſſe erit, cum iſtæ plenæ ſint ſanguine, illi vero prõpti ad malum currant: nec ipſæ quidẽ aures immanitatem rationis huius effugere poterunt. Nam inania quæq; & praua percipiẽtes, corruptionem dogmatum ad animam mittunt: itaq; & iſtæ auferendæ erunt. Quòd ſi dabimus, cibos quoq; ac potus, cœlũ, terrã, mare, ſolem, lucẽ, lunam, ſtellarúmq; chorum, atq; omnium animantiũ genera tollamus neceſſe erit. Ad quid iſta enim omnia erũt neceſſaria, cum is cuius cauſa facta ſunt, adeo miſerabiliter trũcus cõſciſſúſq; iaceat? Vidéſne qui riſus, quę ineptiæ, quę deliramenta ratione iſtam neceſſario ſequantur? Diabolus nempe ſibiipſi, non nobis eſt malus. Nos enim ſi velimus, plura etiã commota per illum, pérq; illius nequitias conſequimur, illo etiã inuito ac renuẽte: quod eſt profecto mirabile, & in hoc diuinę bonitatis magnitudo cõſpicitur. Nam ſi cum meliores efficimur, mordet id quidẽ ac per ſe ſolum angit excruciátq; diabolum, quando hoc ipſum per eum, atq; illius cauſa nobis ſuppeditatur, ferre iã ſua detrimẽta, aut ſeipſum capere prędoloris magnitudine nõ poteſt. Quomodo autẽ ex illo proficimus? Dum illius aſtum, immanitatem, perpetuáſque inſidias, ac fraudes varias ſoliciti metuimus, ſomnum immodicum excludimus, vigilamus ſobrij, ſempérq; dei reminiſcimur. Quòd autẽ iſta mea ratio nõ ſit, ſed beati Pauli, ipſum audias licet, eiſdẽ ferè verbis fideles dormiẽtes excitantẽ. Nam Epheſiis cũ ſcriberet, ſic ait: Non eſt nobis colluctatio aduerſum carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum huius ſeculi, aduerſus ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Hęc autẽ cum diceret, non deiicere ſtudebat auditorũ animos, ſed potius erigere. Petrus itẽ: Sobrij eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus, tanquã leo rugiens circuit quęrẽs quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Promptiores profecto atq; fortiores nos iſta faciunt, perſuadẽtq; familiariſſimos deo fieri. Qui enim imminere ſibi cernit inimicũ, maiori ad illũ currit deſiderio, quò ſe tueri poſſit. Ita ferè infantes pueri, cum quid horrendum viderint, ad matrum ſinus protinus fugiunt, illarúmq; pendentes veſtibus, eis ſe tuentur ac protegunt, atq; ita vt ſępius retrahentibus plurimis inde auelli nõ poſſint. At vero quãdo nihil eiuſmodi perturbat, ne vocantes quidem illas exaudiunt, neq; trahi patiuntur: imò blanditiis allicientes reſpuunt, & cũ plurima illæ moliantur, vt ad ſe eos pertrahãt, ſemper eas auerſantur, appoſitámq; menſam deſpiciunt. Quocirca matrũ plurimæ, cũ nihil obſecrando proficere ſe viderint, larũas quaſdã horroríſq; figmenta parant, atq; illos demum ad reditum impellunt, perſuadẽtq; ad ſe iterũ recurrere. Hoc autem nõ in ſolis pueris cõtingit, ſed etiam in nobis. Quãdo enim malignus ille perterret nos atq; perturbat, tunc frugi efficimur, tũc noſipſos agnoſcimus, tunc ad deum omni ſtudio recurrimus. Quòd ſi deletus ab initio nequã ille fuiſſet, atq; ſublatus è medio, fortaſſe nec pręterita credidiſſent plurimi: puta q̃ hominem illum fefelliſſet, q̃ bonis illis innumeris eum eieciſſet, deúmq; hoc inuidia & liuore cõmotum feciſſe arbitrarẽtur. quando enim ne modo quidem deſunt, qui poſt tãta illius ſeductionis indicia id audẽt dicere, ſi nõ illius nequitiæ & aſtus experimẽta cepiſſent, quid non diciſſent? quid non oblocuti fuiſſent? Quod ſi penitus atq; diligẽter his quę fiunt, animũ intendere velimus, inueniemus minime ad omnia nos diabolũ impellere: ſed cum plurimorũ ille nobis lapſuũ ſit author, plurima item noſmetipſi per noſtrã ſolam ſocordiam ac negligentiã patimur. Vbi enim, vt ad priora reuertamur, ad Cain diabolũ acceſſiſſe, fraternámque cædem ſuggeſſiſſe legimus? Nam matri quidẽ illius viſus eſt loquens, fraudémq; concinnans: huic autẽ minime, niſi fortè quiſpiã malas illum cogitationes dicat immiſiſſe. Quod etſi nec ipſi renuimus, id tamen totum illius culpa contigit, qui ſuggerentem admiſit, illíq; paruit, atq; principiũ in ſe inuadendi præſtitit. Attamen nec ſic illũ dimiſit deus, verũ ex his per quæ punire videbatur, admonere potius atq; corripere non deſiit. Quid autẽ Cain
Gene. 6. viri vnius ſupplicium dico, quãdoquidem etiam diluuium, in quo tot periere viri, dei nobis prouidẽtiã aptiſſime poteſt afferere? Primum enim non repente neq; inſperate mortalibus vim illã inundationis induxit, ſed fore prędixit: idq; nõ ante breue tẽpus, ſed ante centũ & viginti annos. Tum vero ne ex lõgitudine prædictionis in obliuionẽ ac negligentiam inciderent, ædificari arcam in oculis omnium inſtituit, voce omni clarius clamantem, deíq; minas omnibus annunciãtem. Cain quippe ſanitate mẽtis exciderat: illa vero ante omniũ oculos poſita iugiter imminentium ſibi malorũ illos admonebat: nec ſic tamen illi emendati ſunt, ſed in vitiis perſeuerauerũt, ſupplicia ſibiipſi conſcientes atq; attrahentes. Deus enim diluuium ipſum neq; comminari, neq; inferre voluiſſet, ſicuti nec gehennã ipſam quidem. Verum iſtorũ omniũ noſipſi nobis cauſa ſumus, quod & ſapientiſſimus
Sapient. 1. quidam viderat, cum diceret: Deus mortẽ non fecit, nec lętatur in perditione viuentium. At deus ipſe per prophetã ait: Nolo mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. At vero nos niſi cõuertamur, dãnationem nobiſipſis vltro mortẽq; congerimus, nõ is qui nos perire noluerat, quíq; viã effugiendi nobis oſtẽderat. Ergóne id ſolũ habemus, quod de diluuio dicere poſſumus, nullãq; ex eo prodiſſe emolumẽta docemus? Dici profecto non poteſt, quantũ vtilitatis & his qui illa inundatione periere, & cęteris poſtea futuris inde compatatum ſit. Illi enim vlterius in vitiis ac flagitiis progredi permiſſi non fuerunt: qui autẽ poſt illos ſecuti ſunt, maiora etiã quàm illi, atq; excellentiora lucra retulerunt, fermẽto (vt ita dixerim) materiãq; malorũ è medio ſublatis extinctiſq; peccatoribus. Nã ſi etiã ſine exemplis mala homines per ſe facile inueniunt: quid nõ facturi exiſtimentur, ſi plurimorum exẽplo ad pernicioſos actus inuitẽtur? Quòd vtiq; ne fieret, ne tot ſcelerum magiſtros hi qui poſtea futuri erant, intuerentur, eos omnes vnà perdidit. Verũ enim vero, quænã eſt illorũ ſapiens, imò plena ſtultitiæ ratio, qui cũ nihil boni agere velint, omnia verboſis ac vẽtoſis quæſtionibus agitãt, vt ſuorũ delictorũ cauſas ad deum referãt? Niſi permiſiſſet deus, aiunt, nequaquã accepiſſet diabolus, nũquam decepiſſet ab initio, ſed neq; cognouiſſet Adam quãtum boni ante habuerit, neq; ſuam illam arrogantiam vnquam deſeruiſſet. Qui enim ſeipſum in tantũ culmen honoris erexerat, vt fieri ſe deũ expectaret, quò non ꝓpiſſet audaciæ, niſi digna fuiſſet animaduerſione caſtigatus? Dices nihil diabolũ cõſuluiſſe, nihilq; penitus Heuæ de ligno locutũ fuiſſe: num ſine peccato perſtitiſſent, ſi iſtud nõ ita contigiſſet? Minime vero: nam cui mulier tã facile quod volebat perſuaſit, ipſe etiã diabolo abſente, ex ſeipſo quamprimũ in peccatũ corruiſſet, quo maiori quoq; pœna mulctari meruiſſet. Præterea ne nũc quidẽ diaboli ſolius eſt omnis illa ſeductio, ſed ſua etiam concupiſcentia mulier corrupta corruit, atq; hoc ſcriptura ſacra indicat, quæ dicit: Vidítq; mulier q̃ bonum eſſet lignũ ad edẽdũ, *Gene. 3.* gratúmq; oculis ad videndum, ac ſpecioſum ad conſiderandũ, & accipiẽs de fructu illius comedit. Neq; vero ego nunc iſta loquor quaſi diabolũ inſidiarum criminibus purgare intẽdens, ſed indicare volẽs eos, niſi ſponte cecidiſſent, à nemine vnquã potuiſſe deiici. Nam qui tam facilẽ propinatã ſibi ab altera deceptionẽ ſuſcepit, is profecto & negligenter & laxi fuiſſe affectus oſtenditur. Neq; enim tantũ ille potuiſſet, ſi ſobrium vigilantémq; animum allocutus eſſet. Sũt autem plurimi, qui cum ad hanc partem diſſerendo peruenerunt, diabolo omiſſo ad mandatũ tranſeũt, & cum à peccãte homine abſtineãt, deo crimen impingunt, dicẽtes: Quid enim eis præceptum dabat, quos peccaturos nouerat? Iſta te vera ſunt diaboli verba, & impiæ mẽtis inuenta. Nam q̃ præceptum dare lõge maioris diſpẽſationis ſit, q̃ non dare, clariſſimè cõſtat. Si enim Adã voluntate, & animo tam negligenti, q̃ fuiſſe oſtenditur, nullũ ſuſcipiat mãdatum, ſed in deliciis, & ſecuritate perſiſtat: ex huiuſmodi licentia imbecillitas tanta atq; negligentia ad melioráne, an ad deteriora prorũpet? Liquet profecto illũ ad ſummum faſtigiũ vitiorũ euaſurum, ſi abſq; cura ſit. Nã ſi necdum immortalitate ſecurus, eámq; ſpem dubiã pendẽre non ignorans, in tantam arrogantiam atque amentiã elatus eſt, vt deus fieri ſperaret: iſtúdq; cum id promittentem nulla ex parte fidelem cerneret, ſi firmam ac ſecuram immortalitatem cõſecutus eſſet, quò non progreſſus eſſet arrogantiæ? quid non peccaſſet? quando ille deo obtemperaſſet? Tu verò dum iſta criminaris, idem profecto facis, ac ſi quis fornicationem & libidinem interdicentẽ ſimularet, ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd plurimi ista audiẽtes fornicaturi essent. Nónne sunt ista extremę demẽtiæ? Si enim nullo mãdato suscepto diabolus ad illũ accedens, recedere à deo cõsuleret, id quoq; illi & quidẽ facile persuasisset. Nam qui post acceptum mandatũ præcipiẽtem sic leuiter cõtempsit, si nihil ab illo penitus audisset, cito se etiã esse sub domino nesciret: idcirco anticipat deus, & ex his quæ præcipit, docet habere illũ dominũ, cunctáque illi parere oportere. Et quid amplius cõmodi est ex hoc secutũ, inquiunt? Etiam si nihil aliud secutum esset, non id docẽti deo esset imputãdum, sed potius nõ suscipienti homini optimã hanc saluberrimámq; disciplinam. Verum vsq; adeo inutilis fuit, etiam post pręuaricationẽ pręcepit exhibitio. Nõne illę latebrę, illa cõfessio delicti, illa viri ad mulierem, mulierísque ad serpentẽ studiosa causę traductio: illa, inquã, omnia metuentium sunt atq; tremẽtium, deiq; authoritatem agnoscẽtium? Porrò quãtum lucri inde consecutũ sit ex diabolica illa expectatione, in tantũ timoris illos fuisse trãslatos nullus ignorat. Qui eñ æqualitatẽ dei prius meditatus fuerat, ipse iam ita contrahebatur humiliter, vt pœnã cruciatúmq; tremẽs metueret, ac peccatũ confiteretur suum. At vero nõ absque sensu peccare, delictũq; recognoscere minimũ, non est negligendũ: sed via quædam est ad emendationem atq; ad mutationẽ in melius ducẽs. Omnem itaq; in nos dei benignitatem neq; cogitatione comprehendere, neq; narrare possibile est. Eorum tamen quæ nouimus, summũ dicturus sum. Nẽpe enim post adeò insignẽ cõtumaciã, post talem inobedientiam, post tanta scelera, cum iam orbis totus tyrãnide peccati premeretur, cum extrema iam luẽda pœna esset, cum delendũ omne mortalium genus, noménq; ipsum hominũ, merito expectari posset: tũ vero maximum omniũ beneficium & clemẽtiam ostendit vnigenitũ suũ pro inimicis, p alienatis à se, pro se odientibus atq; aduersantibus morti tradẽs, ac per eam reconciliationem nostrã operans, cœlorúmq; regnum & ęternã vitam, aliáq; bona innumera nobis se daturũ spondens, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Quid igitur huic dispensationi, huic clementię, huic bonitati cõparari aut simile excogitari possit? Propterea & ipse dicebat: Quantũ distat cœlũ à terra, tantũ distãt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meę à cogitationib⁹ vestris. Dauid quoq; mitissimus, cũ de clemẽtia illi⁹ loqueretur, aiebat: Secũdũ altitudinẽ cœli à terra corroborauit dominus misericordiã suã super timentes
Esaiæ.55. se. Quantũ distat Ortus ab Occidẽte, lõge fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timẽtibus se: quod non cõparans dicit. Quæ enim humana clemẽtia diuinæ bonitati conferri possit? sed quia exemplũ summę affectionis nullũ nos maius nouimus, q̃ patris ad filios: nisi fortassis Esaias maius aliquid docuit, qui matris potius exẽplo vsus est, quæ erga natos suos lõge misericordi⁹ afficitur, q̃ pater. Dixit enim: Nũquid obliuiscetur mulier infantuli sui, vt non misereatur filio vteri sui? sed et si illa oblita ei⁹ fuerit, ego tamẽ tui nõ obliuiscar dicit dominus: ostẽdens dei misericordiã affectus omnes naturales lõgissimé excedere. Et pro-
Matth.7. pheta quidẽ sic: Ipse autẽ dei filius cũ Iudæis loqueretur, aiebat: Si autem vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester cœlestis dabit bona petentibus se? Nihil profecto aliud

A per ista significãs, nisi tantã esse diuinæ prouidentiæ & gubernationis paternæ differentiã, quãtum interest inter bonos & malos. Verũ neq; hactenus iterum stes velim, sed mẽte ad interiora progredere. Nã id quoq; pro captu, & modo tuo dictũ est: quippe cuius est infinita intelligentia, bonitatẽ quoq; & clementiã fine nullo terminari necesse est. Quòd si hãc per singula quæ fiunt nõ perspicimus, & hoc signũ illius infinitatis est. Plurima enim & magna quotidie pro nostra salute disponit, quæ sibi soli sunt cognita. Quia enim sola bonitatis suæ gratia mortalibus per omnia prospicit, nihil nostris indigẽs laudibus, nullág; alia remuneratione opus habens, plurima nos latere permittit. Sed & si aliquãdo hæc reuelat, & illud nostræ vtilitatis causa facit, vt gratias illi semper referentes, ex hac gratitudine nostra amplius nobis attrahamus
B illius auxiliũ. Nõ igitur de his solũ quæ nouimus, grãtias illi referamus: neq; enim volẽtes solũ, verũ inuitos quoque, & nolentes beneficiis consueuit afficere. Quod Paul⁹ optime nouerat, qui semper & in omnibus gratias agere monebat. Quòd autẽ non communiter solum omniũ curam gerit, sed seorsum singulo-
Matth.18 rum, ipsum audias licet dicentem: Non est voluntas corã patre meo qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis, de his dicens, qui in illũ credũt. Cupit ipse quidẽ & eos qui non credunt saluos fieri, mutaríq; in melius, & credere, sicut Paulus ait: Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Et ipse ad Iudæos: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã: &, Misericordiã volo, non sacrificiũ. At verò si post tãtæ curæ ac prouidẽtię fruitionẽ noluerint meliores fieri, veritatémq; recogno-
C scere, ne sic quidem illos deserit: sed quoniam ęternę vitę participatione ipsi se sua sponte priuauerunt, vel præsentis vitę bona illis omnia largitur, solẽ suũ orti faciẽs super bonos & malos, & pluẽs super iustos & iniustos, aliáq; præstãs quæ ad præsentis vitæ consistentiam pertinẽt. Quòd si inimicis quoq; tanta cura & prouidẽtia prospicit, fideles suos, & qui totis ei viribus seruiunt, quomodo vnquã contemnet? Non ita, non ita est: Verũ istos maxime ex omnibus fouet
Matth.5. atq; complectitur. Vestri enim, inquit, & capilli capitis omnes numerati sunt. Quoties ergo tibi in mentẽ venit, parentes te, & patriã, domum, amicos, propinquos, opésque innumeras, & gloriã illã ingentẽ abiecisse, atq; excussisse, ꝓpter Christũ de manibus, póstque ista omnia huiusmodi vexationẽ pati: noli deiicere teipsum, noli mœrore deficere. Nã ex quibus co-
D gitationibus hęsitatio gignitur, ex eisdẽ rursus sopita restrĩgitur. Quonã modo? Impossibile est mẽtiri deũ, promisit autẽ ille vitã æternã ista relinquẽtibus. Reliquisti tu omnia ista, & abiecisti: quid igitur, phibet de huiusmodi cõfidere promissione, & esse securum? Num ea qua nũc probaris tẽtatio? & hęc ad promissionem quid? Non hic æternã repromisit vitam: imò verò si in terris quoq; eiusmodi promissio implenda esset, ne sic quidẽ ægreferre debueras: quippe ꝙ fidelem ac religiosum virum adeò cõstanter & firmiter promissa dei tenere cõuenit, vt quantũlibet effectus contrarios aspiciat, ne sic quidem perturbetur, neq; desperet euentum. Intuere denique fidelis Abraham cuiusmodi pollicitationem acceperit, & qualia facere sit iussus. Nam promissio quidem erat, ex Isaac implendum esse orbem vniuersum, iussio autem hũc ipsum Isaac immolare vrgebat, ex quo orbis totus erat

implendus.

implendus. Quid igitur? istúdne perturbauit iustũ virum? Minime vero, imò cum tanta dissonantia & repugnãtia esset præcepti & promissi, in nullo penitus turbatus est, neq; hæsitauit, neque aliquid huiusmodi locutus est: Quid hoc est? Alia, pmisit mihi deus, alia facere iubet? Ex puero isto nepotum ingẽtem multitudinem mihi promiserat, & hunc ipsum modo necare mihi præcepit? Quomodo igitur hoc erit excisa radice? Pefellit me igitur, atque delusit? Nihil prorsus huiusmodi locutus est, sed ne cogitauit quidẽ. Et merito sanè. Cũ enim deus aliquid pollicitus fuerit, etiã si milia sunt quæ pollicitationem huiusmodi obtundant, atque intercipiant, turbari minime cõuenit, aut de fine dubitare. Hoc enim maxime dei potentiã cõmendat, dum in rebus ambiguis finem certum atque exitũ reperit: sicuti tunc beatus secũ reputabat. Quo-
Hebr.11. circa fidẽ illius maxime admirãs Paulus, aiebat: Fide
B obtulit Abrahã Isaac dum tẽtaretur, vnigenitúmque offerebat, qui promissiones acceperat. hæc ipsa scilicet insinuans, atq; significãs. Non modo autem ipse, verum ipsius quoq; pronepos Ioseph, cum per longũ tempus, & varios casus promissionem periclitari perspiceret, rigid⁹ atq; immobilis perstitit: sola eñ promissa intuebatur, neq; humanis cogitationibus motus de fine desperauit. Nam & ostẽsa sibi visio, & fratrum & patris adorationẽ pollicebatur. Quæ vero illi cogitabãt, non erant huiusmodi, sed ab his longissimè remota. Primũ enim illiipsi fratres, quos se præuiderat adoraturos, in lacũ illum iniiciunt, ac barbaris hominibus vẽditum in alienam ac remotissimam regionem emittunt, atq; adeo contraria promissis ea quæ contingebãt videbantur, vt miseri illi dicerent:
Gene.37. Ecce somniator ille venit, nũc ergo venite occidam⁹
C eum, & proiiciamus in lacum, dicemúsq;: Fera pessima deuorauit eũ, & videbimus quid somnia sua sibi proderunt. Postea vero hi, qui illum emerãt, non saltem libero homini, sed seruo illũ regio vendunt iterum. Neq; hactenus aduersa steterunt, sed petulantis dominę calumniam incidit, damnatúsq; carceres annos plurimos habitat, & effugiẽtibus cęteris ampliore illic tẽpore ipse perdurat. Cúmq; tanta essent quæ illius animũ perturbare possent, constans tamen perseuerat, atq; inuiolabilis. Eiusmodi vero etiam nostra sunt, imò vero lõge perplexiora. Quę enim promissa sunt nobis, regnum cœlorum est, & vita ęterna, & incorruptio, & infinita illa bona atq; immortalia. Quæ autem interim contingunt, valde ab his remota, atq; aliena sunt. Mors eñ nos & corruptio sequitur, & pœna & supplicium, & tẽtationes variæ, atq; perpetuæ.
D Huius ergo rei gratia hoc facit deus, permittitq; contraria promissis aduenire. Non planè absq; ratione, verum ex hoc duo maxima bona elicit, dũ ex altero certissimũ potentiæ suæ argumentũ capimus, ꝙ scilicet possit desperatissima, pmissa sua, spe atq; opinione melius perficere. Ex altero autem nostros animos erudit, cũcta sibi credere fideliter, etsi dictis facta cõtraria videãtur emergere: quippe spei virtus eiusmodi est, vt eũ qui syncere sustineat, nunquam cõfundi permittat. Si eñ hi, qui promissa in hoc seculo acceperunt, ita insigniter affecti sunt: quid nos facere necesse est, qui nõ in præsenti vita, sed in futuro seculo bona illa sempiterna expectam⁹? In hoc enim seculo pressurę nobis angustięq; promittũtur. Quid ergo est qđ te perturbet? Qua ratione induci potes, vt suspecta habeas promissa dei? Nẽpe enim cum dicis te ab

A eo negligi, cuius causa mũdũ omnẽ despexisti, liquido ostẽdis te illi nõ credere, atq; suspectum habere, fallacémq; promissionẽ eius existimare. Id autẽ verẽ est à dæmone corripi, ac sempiternos ignes promereri. Sed sunt qui seculi negociis dediti, quiete ac licenter viuũt. Et istud quoq; prædixit Christus: Amẽ
Ioan.16. amẽ dico, inquit, vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mũdus autem gaudebit. Sed & in prioribus generationibus hoc fermè videas contigisse. Quippe Babylonij cum deum ignorarẽt, opibus potentiáq; pollebãt: Iudæi vero captiuitatis atq; seruitutis premebantur iniuriis. Et Lazarus ille, qui regnis cœlestib', ęternísq; gaudiis potiri meruit, vlceribus plenus canum linguis erat expositus, atq; perpetuo cũ fame pugnabat: diues vero in honore ac frequenti constipatione seruorum, & requie, & deliciis vitã ducebat. Verum
B vt huic nihil apud inferos profuere deliciæ, atq; illa omnia: ita nec Lazaro fames, aut vlcera, nec omnia simul cõgesta incõmoda vitæ præsentis obstiterunt: sed veluti quidam athleta fortissimus in ęstu grauissimo & algore luctans, & præclare vicit, & coronatus immortaliter est. Quocirca vir quidã sapientissimus
Eccli. 2. aiebat: Fili, si accedas seruire domino, prępara animã tuam ad tentationẽ, dirige cor tuum & sustine, & ne festines in tempore inductionis. Et post pauca: Quoniã, inquit, igne probatur aurũ, homines vero acceptabiles in fornace humiliationis. Rursúmq; alio lo-
Prouer. 3. co scriptum est: Fili noli negligere disciplinã dei, neque deficias quum ab eo corriperis. Qui enim aurum in fornacẽ mittit, nouit quatenus illud incendi atq; ignescere, & quãdo igne oporteat educi. Ideoq; alter ex his: Ne festines, inquit, in tẽpore inductionis. alter:
C Neq; deficias, inquit, quũ ab eo corriperis. Magnum reuera magnum, & excellẽs pressura est, ad probandum virum, atque ad docendum patientię virtutem. Quid ergo, inquies, si illius nos magnitudo conuellat, atq; deiiciat? Fidelis est deus, qui nõ patietur nos tentari supra q̃ possumus, sed faciet cũ tẽtatione exitũ, vt possimus sustinere. Nam si ex dilectione correptio, ex odio vero derelictio est: neq; eiusdẽ est quẽpiam simul & amare, & odisse, neq; corripere quidẽ & derelinquere. Quomodo ergo, inquiũt, multi corruerunt? Seipsos illi deo priuauerunt, non autẽ à deo derelicti sunt. Ecce enim, inquit, qui elongant se à te
Psal.72. peribunt. Elõgant se verò à deo, qui correctiones illius non sustinent, sed irascuntur atq; indignantur, ac veluti mali & peruersi filij, cũ à patribus traditi magistris, vel impatiẽtes laboris, vel fugientes verbera, pa-
D rentũ aspectus declinãt, ab eis resiliunt: nihil inde lucrantur, nisi q̃ plurimis & grauioribus incõmodis se implicant, atque in aliena regione famis & erroris, ac morborum, ignominiæq; & seruitutis iniurias subire coguntur: Ita & qui dei disciplinã ingrate suscipiunt, indignãtúrq; & grauiter ferunt, præterquã q̃ nihil ex ea lucrãtur, summis se calamitatibus afficiunt. Quocirca tolerare admonemur, & dirigere cor nostrum. At multo grauiora te perpeti dices. Ne pædotribæ quidẽ omnes æqualiter atq; eodẽ modo exercẽt, sed imbecillioribus imbecilles, fortioribúsq; sui similes comparãt. Nam qui suis viribus minorẽ comparem fuerit nactus, etiãsi tota die ille congrediatur, inexercitatus tamẽ permanet. Cur ergo, inquies, nõ omnes qui eãdem elegere vitã, eisdem etiam laboribus certare facit? Quia nõ vna apud deum est exercitationis species, neq; omnes qui eisdem opus habẽt, eiusdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtatus ſunt: quippe & plurimi cum eiſdē morborum incommodis laborent,nō eiſdē tamen indigent medicamentis,ſed alia quidē iſtis, alia illis apponuntur. Atq; adeo & flagellorū modi varij ſunt atq; differētes.Et alius quidem morbo perpetuo probatur,alius grauiſſima inopia,vi atq; iniuria alius, hūc iuges atq; perpetuę liberorū propinquorúmq; cæterorū orbitates excruciāt,hícq; ab omnibus abiicitur, nulliúſq; rei dignus æſtimatur:ille q̄ ſibi in his derogetur,quorum nihil ſit conſcius,grauiſſimū putat:atq; alius aliter affligitur. Neq; enim poſſibile eſt omnia nūc examuſſim numerare. Videntur tibi horū ſingula,ſi tuis ęrumnis cōferantur,leuia ac nulla eſſe. Verū tu ſi hęc expertus eſſes,addiſceres,pfecto quāto id quod nūc te angit,his omnibus leuius ac tolerabilius ſit.Sed & ſi qui ſunt quorum ſit leuior quàm noſtra caſtigatio, nihil penitus miremur,ac perturbemur. Nā adiectio laborum,incrementū meritorum eſt,ac firmiſſimum munimen noſtrū,quo freti nunquam ſiue ſponte ſiue etiam inuiti corruamus.Nanque faſtum ac tumorem animorum cōprimit, negligentiam auertit,prudentioréſque ac religioſiores efficit. Prorſus vero ſi quis omnia enumerare velit,plurima tētationū emolumenta reperiet nullúſq; vnquā ex his,qui deo maxime chari atque acceptabiles fuerunt,ſine preſſuris vixit, etiamſi non ita nobis videatur. Nam ſi beatus Paulus tantum negocij ſuſtinuit, nullus vero Paulo maior eſt,aut etiam æqualis: qua tandem ratione illi credantur huiuſmodi auxilio nō indiguiſſe? Sin autē quidam ex iſtis tribulationibus emendati non ſunt, non hoc illi imputādum eſt, qui cauſam emendationis prętitit,ſed illorum potius negligentiæ & ſocordiæ. Nam ſi illis non fuiſſet adhibitum medicamentum,per dei negligentiā periſſe viderētur. Nunc vero non parum actum eſt, cum nemo medicum accuſare poſſit,ſed ægrotos potius,ipſorúmque contemptū.Si quis vero antequam tentarētur gradientes recte,poſt tentationem corruerunt:aliíque cum omnibus eſſent peccatis inuoluti,nulla tribulatione vexati ſunt, atq; alij à prima ſtatim ætate vſque ad vltimam afflictionē animæ innumeris calamitatibus contriti: nihil horū nos penitus perturbet,aut noſtros animos deiiciat.Nempe enim ſi omnē prouidentię illius diſpēſationē ſcire valeremus, aut deberemus, iſta quoque ignorātes,mœroris ac perturbationis nō immerito cauſam habere videremur.Sin vero is qui tantorum arcanorū effectus particeps, ad tertiū cœlum raptus fuerat,ad hanc tamen abyſſum hęrens ſubſtitit, inſpiciénſque in profundum diuitiarum ſapientię ac ſcientię dei,obſtupuit ſolū,atq; inde reſiliit:quid nos ipſos fruſtra concidimus,perſcrutantes inſcrutabilia, atq; inueſtigabilia curioſe inquirentes?Certe cū medicus cōtraria his quę nobis ſalubria videntur prącipit,ſiue algens mēbrū profluo fonti ſubiicere iubeat, ſiue alia huiuſmodi efficere, nonnunquā reluctamur: ſed cū nobis antea perſuaſerimus, artis illum ratione cuncta facere,prōpte ac libenter cedimus, idq; cum ille ſæpius fallatur:Deum vero cuius viæ in omnibus incredibiliter à nobis diſtāt,qui eſt ipſa ſapientia,qui nunquā falli poteſt, punienda curioſitate perſcrutabimur?Cúmq; illi ſimpliciter cedamus,à quo facti ratione exigere iure noſtro poſſemus,ab illo,cuius ſolū cedendum eſt nutui,eorum quę geſſerit cauſas ac rationes requiremus,atq; huiuſmodi indigne ignorantiam feremus?Hæccine ſunt religioſæ mentis,ac pię? Ne, quæſo ac ſupplico, ne ad tantam veſaniam progrediamur,ſed in omnibus in quibus ambigimus, illud potius nobiſcum pia cogitatione voluamus: Iudicia tua abyſſus multa.Nam & hoc ipſum, quòd nō omnia aperte ſcimus,diuinę ſapientiæ atque prudētiæ profecto eſt.Si enim omnium quæ fiunt, cauſa & ratione cognita,ita demum deo pareremus,non magni meriti eſſet, neque fidei oſtēſio ea res videretur. Cum vero nihil horum penitus noſcentes, ita quoq; ſumma affectione mādatis eius omnibus cedimus,ex legitima obedientia fidéq; integerrima,maxima animabus noſtris emolumenta conquirimus.Hoc enim ſolū nobis perſuadere debemus, omnia nobis vtiliter à deo inferri,non iam dudum inquirentes, neque huius ignorationes grauiter vel cū mœrore ferētes. Neque enim poſſibile eſt iſta ſcire,neque vtile,illud, quia mortales ſumus: hoc, quia cito in arrogantiam extollimur.Plurima nos facimus,quæ cum liberis noſtris noxia eſſe videantur,vtilia ſunt tamen. Quorum neq; illi cauſas quærūt addiſcere,neq; nos illis antea perſuadere ſtudeamus,id expedire quod facim°: ſed hoc ſolum illos admonemus vt in omnibus cedant, quæcunq; prąceperint patres,nihilq; vlterius inquirāt.Quòd ſi parentibus noſtris, qui nobiſcū eiuſdem naturæ ſunt,ita prōpte,ita libere obtemperamus,neque vlla ratione indignamur: deo indignabimur,aut grauiter feremus,q̄ non illius omnia nobis explorata ſunt,qui tanta excellentia hominibus præcellit,quātam ipſi capere nō poſſumus? Et quid hac impietate grauiº ac duriº excogitari poſſit?Aduerſus huiuſmodi ſanè beatus Paulus indignās dicebat: Alioquin ô homo,tu quis es qui reſpondeas deo?Nunquid dicit figmentū factori ſuo,cur me ita feciſti? Equidē filiorum exemplar propoſueram,ipſe vero multo aliquid maius poſuit,figuli ſcilicet,atq; ab eo formati luti. Sicut enim lutum quocunq; manus ſe formantis duxerit,ſequitur:ita hominem quęcūq; deus iuſſerit,ea ſequi,& quę ille intulerit, grato animo pferre cōuenit, nihil omnino reluctādo,vel curioſe addiſcere quęrēdo.neq; enim nobis ſolis iſta ambigua ſunt:verum & his qui ante nos fuerūt ſanctis illis ac mortalibº viris. Ait enim Iob:Vt quid enim impij viuūt,diuitiiſq; veterāſcūt?Beatus autē Dauid:Paulo minus,inquit, *Iob.21.* eſt. *Pſal.72.* fuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos, pacē peccatorū videns. Quia non eſt reſpectus morti eorum,& firmamentū in plaga eorum.In laboribus hominū non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur.Poſt hunc Hieremias quoq;:Iuſtus es,inquit,do- *Hiere.12.* mine,veruntamen iuſta loquar ad te. Quid eſt q̄ via peccatorum proſperatur? Ambigebant iſti quidē atque inquirebant,ſed non ita vt faciunt impij.Neque enim accuſabant deum,neque ex his quæ fiunt,illius iuſtitiam reprehendebant. Sed alius quidem aiebat: Iuſtitia tua ſicut mōtes dei,iudicia tua abyſſus multa. *Pſal.35.* De alio,cum tanta paſſus eſſet,ſcriptum eſt:Non dedit inſipientiā deo.Et in libro ipſe ſuo incomprehēſibilem ſapientiam illius & diſpenſationē enarrans, cū de opificio diſſeruiſſet:Ecce,inquit,iſtæ ſunt partes viæ eius, & adhuc humorem verbi audiemus in eo.Idipſum quoq; Hieremias prouidens ne quis vnquam ſuſpicaretur,interrogationi iudiciū ſuum prąpoſuit,dicens:Iuſtus es domine,hoc eſt,ſcio quidem à te omnia fieri iuſte:modū autem ignoro,quo fiunt. Quid igitur amplius illi didicerunt?Nēpe de his nullum reſpōſum retulerūt,quod beatus Dauid indicat, cum

Pſal.62. cum dicit:Et exiſtimabā vt cognoſcerē,quia hoc labor eſt ante me: idcirco autē reſpōſa ſuper his non acceperūt,vt poſterioribus ſeculis futuros homines docerēt etiā ipſi interrogatione abſtinere. Atq; prio res illi quidē vnū tantū inquirebāt,cur ſcilicet impij in copia rerū omniū & proſperitate viuerēt,& ne ſic quidē didicerūt. At vero iſti longe plura, quàm illi temeraria curioſitate ſcrutantur. Ea cū quæ proponuntur,nūc multo grauiora & maiora ſunt. Itaq; manifeſta horū ratio illi permittatur, qui nouit omnia antequā fiāt.Si tamē pro captu noſtro his qui huiuſmodi curioſi ſunt,reſpōdere neceſſariū ſit,rationēq; aliquā afferre,illud primū dixerim,indignū eſſe quęrere,cur boni in preſſuris, mali cōtrà in requie perſiſtant,cœleſti iam reuelato regno, futuríque ſeculi præmio nobis oſtēſo. Nā cū in illa vita ſinguli digna ſuis meritis recipiant, quid iam eis rebus perturbamur,quę hic bonis aut malis cōtingūt?Eos nēpe qui ſibi intentius ac deuotius obtēperant,veluti fortiſſimos athletas huiuſmodi laboribus exercet: imbecilliores vero,vt qui nihil durorū laborū perferre poſſunt,prius ad bona opera hortatur. Quòd ſi contrà nōnunquā euenit,plurimíq; iuſti hic in requie vitam eū honore agunt: mali vero in ignominia ſummíſq; aduerſitatibus perdurāt,interim quidē prior illa obiectio,quæ affligi bonos, malos vero iugiter eſſe in deliciis conquerebatur,hac ratione euerſa profligat. Sin autē & huius rei cauſam inquirere velimus,id pfecto dicimus,deū noſtra omnia nō vno modo ſolitū eſſe diſponere,ſed cū ſit miſericordiſſimus ac potentia affluētiſſimus,plures nobis ſalutis vias ſcindere. Cum itaq; plures ſint,qui futuri ſeculi ac reſurrectionis rationē admittere pertinaciter renuāt:veluti in breui tabula hic iudicij futuri imaginem oſtēdit, cum punit malos,bonos remunerat. Quod cū in iudicio illo ſupremo generaliter futurū ſit, etiā nūc ex parte aliqua ideo fit, vt qui longinquū illud iudiciū fore deſperant,vel his quæ in hoc ſeculo cōtingunt admoniti,manſuetiores atq; meliores fiant. Siue em nullus hīc omnino puniretur malus, nullúſq; honoraretur bonus: plurimi ex his quibus reſurrectionis ratio incredibilis videtur,virtutē veluti malorū cauſam aſpernarētur ac fugerēt, vitioſitatē vero veluti bonorū lętorūq; omniū occaſionē perſequerentur: ſiue rurſum hīc ſinguli iuxta merita reciperēt, ſuperfluā iam falſámq; exiſtimaſſent reſurrectionis rationē.Itaq; ne huic nō crederetur, ne ingens vulgaríſq; turba & contēptu deterior fieret, nōnullos hīc peccatores vlciſcitur,quoſdāq; pro recte factis in oculis omniū præmiis donat,vt ex eo quòd nō in omnibus facit, reſurrectionis afferat fidem.ex eo verò quòd ante iudiciū quoque malos aliquos ſuppliciis afficit, profundiſſimo quaſi ſomno ſepultos excitat. Nā & malorū quidā punitione, plurimi timore corrigūntur,ne patiantur eadē.Ex eo autē quòd nō omnibus pro merito hīc retribuitur,cogitare cōpelluntur huiuſmodi prędmia in aliud tēpus eſſe reſeruata.Nūquā enim profecto cū iuſtus ſit deus, tot ſperneret, ſiue malos impunitos ex vita migrare,ſiue bonos hīc innumeris incōmodis & cruciatibus affici,ſi non vtriſque varia in futuro ſeculo prædmia pro meritis paraſſet.Quocirca nō omnes vel ſupplicio vel honore afficit,ſed quoſdā, ſicut & in Perſarū rege, & in Ezechia contigit, quanquā fuerint plurimi & Aſſyriorū impietate,& Ezechiæ pietate ac virtute pares. Cur autē nō in omnibus hoc agat deus,cauſa iam ſuprema memorata eſt,q̄ ſcilicet nondū adſit iudicij tempus.Quòd autē iſta mea ratio nō ſit,ſed eius qui nos tunc iudicaturus eſt,dominū ipſum audias. Nam cū profecti ad eū quidā,mortē illorū qui ſub turre occubuerāt,Pilatiq; veſaniā annūciaſſent,quā in his q̄ mortui fuerāt oſtēdit,ſacrificiis illorū ſanguinē miſcendo, cū ait, Putatis q̄ hi Galilæi peccatores præ cæteris Galilæis fuerint,quia talia paſi ſunt? Nō,dico vobis,ſed niſi pœnitentiā egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Aut illi decē & octo ſuper quos cecidit turris Siloë,& occidit illos,putatis q̄ ipſi prę omnibus qui habitant Hieruſalē,debitores fuerint? Nō, dico vobis,ſed niſi pœnitentiā egeritis,omnes ſimiliter peribitis.Hæc dilationis ratio,hæc cauſa eſt.Id circo nō omnes qui eiſdem ſuppliciis ſunt digni,vnà punire conſueuit, vt reliqui eorū caſibus admoniti, meliores fiant.Atq; iſta quidē interim expediſſe ſufficiat. Sedenim tu fortaſſis ea etiam quæ paulo antè propoſuimus, multo etiam perplexiora,vt ſimiliter enodemus,inquiris.Sed cū priora pro viribus patefecerimus,ad illa etiā ſoluenda, fundamenta quædā iacta fuiſſe arbitramur. Quid ergo illud eſt, in quo hæres & fluctuas? Quòd plurimi ex primordiis ætatis ad finē vſq; variis calamitatibus affecti.Ego & de his & de prioribus dixerim,prącipue quidē illos ob ꝓpria vitia puniri, deinceps vero vt alij quoq; illorū exēplo emendētur. Quod ſi nō in omnibus fit, nihil eſt quod miretis:nondū enim iudicij tēpus aduenit.Quid ergo de illis,inquies,qui antequā per ætatē bona vel mala diſcernere poſſint,quaſi maxima peccauerint,ſuppliciis ſubduntur?Huius quidem rei nō vna cauſa eſt,ſed plurimæ ac variæ. Nā & ex parentū intēperantia & ſcelere, & ex nutriciorū negligentia, & ex intēperie atq; inæqualitate aëris, & ex aliis plurimis huiuſmodi caſibus id cōtingere poteſt. Propterea cū plurimos illorū futuros nequā præſciuerit deus,omnes veluti cōpedibus quibuſdā huiuſmodi ſupplicio coërcet. An non vides & mendicorū plurimos inter preſſuras ipſas & anguſtias innumera perpetrātes ſcelera, quorū tamen omniū cauſa nō afflictio paupertatis eſt,ſed ſola nequitia? Audiui ego quoſdā aliquādo,cū dicerēt huiuſmodi homines mulierē quandā honeſtā & forma liberali in ſolitudine nactos,ei violenter ac petulanter illuſiſſe. Atqui cuius hoc neceſſitatis, cuius afflictionis opus fuit? Quæ iſti ſcelera non admiſiſſent,ſi non huiuſmodi quaſi nodis ac vinculis continerentur?Eorum vero qui carceribus incluſi ſunt,quis facile veſaniam & rabiē proferre poſſit?At hi qui à dæmone corripiūtur,nihilo minora his faciunt:non autē ea modò memoro que tunc agunt,cum ab eiuſmodi peſte apprehēdumtur, ſed poſteaquā illa vexatio ceſſauerit, admittunt.Nā & edacitatē ſequuntur & furantur,& inebriantur, & plurima huiuſmodi etiā flagitia turpiora admittūt.Deniq; ſicut malefactorū plurimos carcerē diutiſſime incolere permittit iudex, adeo vt plerūque vitā illic finiāt,& cū ex multis aliquos puniri vult,vnū ex illis,aut etiā duos eminentiori loco ſtatuens,circunſtantibus omnibus, ita demum ad mortem duci prącipit, atque ad terrorem cæterorum ſic vtendū ſibi omnibus cenſet: Ita deus quoq; cum nos emendare vult,nō omnes vnà malos punire neceſſarium exiſtimat,ſed aliquos rapiens ex eis quos nūquam corrigēdos nouit,potentiā atq; iram

oſtendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendit suã, plurima ex hoc vtilia moliés atq; cõficiens. Quippe & malos execrãda, si velint, vitia hortatur, & bonos intentiores atque cautiores efficit, & lõganimitatẽ ostẽdit suã, resurrectionisq; rationẽ, vt antè diximus, omnibus insinuat. Quid ergo hæc, inquies, ad eos, qui primã ætatẽ omnẽ nutriti in calamitatibus, priusquã bona vel mala per ætatẽ discernere possint, è vita migrant? Et quid mali, quæso, isti patiuntur, qui necdum quid patiantur, sentiunt: neque dolere aut gaudere didicerũt? Ego non hoc solũ pro huiusmodi soluẽda quæstione dixerim, verũ parentes ipsos etiã & fratres, & propinquos huiusmodi liberorũ cladibus emendatos noui. Id vero non minimi lucri est, ita quempiã affligi, vt ex his quæ nesciens patitur, alius maxima emolumenta consequatur. Fieri autẽ potest, vt sit alia causa & ratio secretior, quã solus nouit rerũ opifex deus. Vnũ video reliquũ est explicandũ, quã scilicet ob causam, hi qui recte priusquã tentarentur, incedebãt, post tentationem lapsi sunt. Quis, oro, planè nouit qui recte incedant, nisi qui corda nostra singulariter finxit, intelligítque omnia opera nostra? Fit eñ sæpius, vt plurimi ex his qui boni esse videbãtur, peiores omnibus sint, atq; id quidẽ & in hoc seculo manifestum est in nõnullis iã casu aliquo ac necessitate ingruẽte. Cum vero is qui corda & renes probat, viuus & efficax, & acutior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionẽ animę & corporis, artuũ & medullarũ, discretor cogitationũ & intentionũ iudicans federit: tunc vero nõ paucos ex pluribus, sed omnes omnino qui sunt eiusmodi videbimus: neq; tũc ouina pellis lupũ, neq; sepulchri dealbatio internã inquinationẽ tegere atque occultare poterit. Nulla creatura est inuisibilis corã eo, qui tunc iudicaturus est: sed nuda & aperta sunt omnia oculis eius, quod Apostolus indicat cũ Corinthiis scribit: Itaque nolite ante tempus quicquã iudicare, quousq; veniat dominus, qui illuminabit absconditа tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordiũ. Vt autẽ simulatoribus omissis, ad eos tandem qui recte reuera incedunt veniamus: vnde nobis cõstat q, etiãsi bona reliqua virtutésq; subierint, summũ tamẽ omniũ virtutũ culmen humilitatẽ non neglexerint? Quòd si dicat quis melius fuisse illos cũ recte agerent extolli, quàm post lapsum humiliari: is mihi maxime videtur iactantiæ detrimenta atque humilitatis lucra ignorare. Nosti enim planè hominẽ arrogãter bona operantẽ (si tamẽ bona facere arrogans possit) quãprimũ in summã perniciẽ lapsurum. Is vero qui labi permissus fuerit, atque ex ruina humiliari didicerit, resurget: ac si quidẽ voluerit, lapsus sui damna cito reparabit. Porrò is qui cum iactantia recte putatur operari, nihil patiẽs aduersi, ne sensum quidẽ vllũ propriæ iniquitatis recipiet aliquãdo, sed augebit scelera: atq; dum nescit, hinc vacuus proficiscetur: sicuti pharisæus ille qui ascẽdit in templũ, putans se bonis omnibus esse locupletẽ, descendit verò publicano pauperiorẽ meritis se esse percipiens. Est & alia species pestis, quę plurimũ roboris habet ad haurienda ac penitus euacuanda bona nostra, quã multo sudore colligimus, vẽtus scilicet inanis gloriæ. Nã reuera venti instar ingressa thesauros omnes virtutis exsufflat. En & secunda nobis occasio prolapsionis apparuit, recte, vt tu dicebas, gradientiũ. Plurimi enim ex his q, apud nos ingẽtes vidẽtur virtutis causa toleraſſe labores, ac reuera to-

Hebr 4.

1. Cor. 4.

Luc. 18.

A lerãt, cũ omnia ad honorẽ hominũ non pro dei gloria facerẽt, permissi sunt in tentationẽ labi, vt multitudinis opinione & gloria nudati, per quã detrimẽta omnia perpessi sunt, eiusque gloriæ naturã in nullo flore fœni esse meliorẽ addiscẽtes, iã deo soli vacẽr, atq; ipsius causa gerant omnia. Sunt præterea & alię causæ atq; rationes, & quidẽ lõge his plures, cæterũ, vt dixi, nobis obscuræ & incognitæ, sed omniũ opifici deo bene notæ. Non igitur in his quæ cõtingũt indignemur, nõ ea grauiter feramus, sed in omnibus gratias agamus. Hoc eñ gratorũ fideliũq; seruorũ est. At vero tu dũ admiraris, cur non antea potius cũ delicate viueres, excelsáq; illa seculi gloria ac pompa stipatus incederes: sed nũc potissimũ, quando abiecisti illa omnia, ac teipsum totũ deo deouisti, pessimus te ille dæmõ inuasit: idẽ prorsus facis ac si admireris, cur spectatoribus nullus molestus esset, sed qui in pugilũ numero adscriptus exercitatúsq; certamen descẽdisset, hunc solũ ex omnibus colluctator & cõpar expeteret, percutiẽs caput, faciémq; cõcidens. Nõ hoc ergo aut miraculo aut mœrore dignũ est, si nos ille tãtus aduersarius pũgit, premit, instat, angit, vrget: quippe ista est pugnantiũ lex. Verũ si ille deiiciat atq; prosternat, ac præmia laborũ tollat: hoc graue & intolerabile putãdũ est. Quãdiu vero ille nõ prævalet, nõ solum nobis nihil nocuit, sed profuit plurimũ, cõflictu illo suo summa nobis ornamẽta cõquirens. Nanq; & in castris ille præstare cęteris putatur, qui plura vulnera aduersa fronte susceptа præ se ferre potest, ac singularia certamina aduersus quoslibet hostiũ fortissimos susciꝑere. Eos itidẽ athletas maxime miramur, q, immũdis (sic eñ ap-
C pellãt cõtentiosiores quosq; aduersarios & cõpares) summis viribus cõgrediũtur. Sed & venatori illi maxime applauditur, qui ferocissimas beluas sustinens superat. Impudẽs est atq; imperterritus hic dæmon: at ego, ꝓpterea te mirari ac stupere nõ desino, q, huiusmodi aduersariũ nactus tã violentũ, lapsus nõ es, neq; in deditionẽ venire toleraſti: sed rectᵉ ac rigidᵉ perstitisti, nulla ex patre illius improbitati cedẽs, aut loco motus. Porrò q, nõ assentãdi studio nũc ista loquar, sed ex animo: atq; vt ostendã q̃ maxima ex huiusmodi afflictione ceperis emolumẽta, patere, quęso, nos fiducia tãtisper in loquẽdo vti: neq; eñ aliter huius rei documenta afferre possemus. Nosti sanè ac memoria tenes priorẽ tuã conuersationẽ, eam scilicet qua ante huiuscemodi tibi immissam tentationẽ degebas. Hanc itaque velim diligenter examines, ac
D præsenti, qua nunc viuis, cõponas: aspicies profecto quantũ lucri ex isto conflictu cõsecutus sis. Nũc eñ ieiuniis, vigiliis, lectioni, orationibúsq; perpetuis intẽtissime incumbis, grauitatémque & humilitatem excellenter consecutus es. Antea nulla tibi laborum ratio, nulla cura erat, sed studium omne & laborem hortuli curæ pomariiq; arboribus deouueras. Audiui ego tunc plurimos, qui te obiurgantes, arrogãtem ac superbum dicerent, atque in hac parte nobilitatem generis, patrisque claritudinem, & ꝓ in opibus plurimis nimia parentũ indulgentia fuisses educatus, causarentur. Vigiliarum vero q̃ tunc negligẽs fueris, ipse melius nosti. Sæpe enim aliis profunda nocte statim exurgentibus, ipse graui somno mersus dormiebas, & cum te alij ad collectas excitarent, indignabaris, ac molestissime ferebas: at nunc ex quo bellum hoc & pugnam subiuisti, illa omnia solu-

ta sunt

ta sunt atq; in melius mutata. Quòd si quęras ex me, quamobrẽ cum in deliciis ageres, ac mũdi rebus omnino intẽtus esses, nõ tunc tibi dæmonem istum instar fræni immiserit deus? illud ego respõdebo, hoc quoq; singulari illius actum esse prouidẽtia. Sciebat enim tunc te imbecillũ superãdum facile, ac mature periturum. Atq; ideo ne tunc quidem statim ad hãc luctã vocauit, cum ad monachorũ vitam accessisses, sed exerceri prius te permisit, ac prolixo tẽporis spacio durare: iam vero posteaquam robustissimus factus es, tũc ad laboriosum hoc studiũ pertraxit. Adhuc igitur eorũ qui sunt in seculo, mentionẽ facis, famulúmq; tuum in mediũ adducis. Illum enim te significare voluisse reor, cũ diceres plurimos seculares viros, cum in hunc morbũ incidissent, celeriter atq; integerrime fuisse liberatos. Verum enim famulus tuus, ó amãtissime, & quicunque huiusmodi cura cũ illo potiti sunt, non eadẽ ex causa cũ huiusmodi pe-
B ste congredi permissi sunt, qua tu modo. Illis enim ac cæteris similibus sola terrendi eos causa, vt ex huiusmodi timore meliores fierent, hanc beluã immisit deus. Tibi vero non ea quæ cæteris causa est, sed vt pugnares fortiter ac strenue, dũmodo vinceres, coronámque patientiæ referres. Porrò victoria tunc est, nõ cũ quis adhuc theatro cõstanter luctando seipsum aduersario subducit: sed cũ se prẽsentẽ iugiter exhibet, cõgrediq́; atq; luctatorẽ suũ susciꝑere paratũ, ac demũ cogitationes omnes nequã, quas ille per mœrorẽ suggerit, à se omnino excutit. Quòd vero res ita se habeat, sic collige. Constat profecto omnibᵒ, quantũlibet tu te per humilitatẽ deiicias, à serui tui vita tuã lõgissime differre, ac esse meliorẽ: deo itaq; maior tui q̃ illius cura sit necesse. Hoc autẽ da-
C to, id quoq; similiter cõstabit, nõ esse odij permissionem illã. Si enim esset odij, nũquam profecto quem magis diligeret, illi addixisset: cũ eum qui longe fuerat deterior, tam cito illi eripuisset. Neq; eñ ex hoc solũ id asseuerauerim, sed ex quibus à deo te desertũ putas, ex eis maxime illi curã tui summã esse conabor ostendere. Nã si non studiosissime cuncta hactenus egisses, quæ ad hanc liberationẽ pertinerent: si non peregrinationes longinquas, ac laboris plenas, vt sanctis illis viris, atq; ad eiusmodi soluẽdos nodos potentissimis cõgrederetis, assumpsisses, merito fortasse quidã dubitassent, cum non satis aperta videretur esse causa, cur tantũ temporis affligi te dominus permitteret: postea vero q̃ martyrum loca frequens adisti, vbi plurimi ex his quoque qui concitati rabie
D homines comedunt, sæpe sanati sunt: plurimúmque temporis apud viros illos mirabiles ac strenuissimos, quíque nunquam non potiri orationũ suarum fructu ante consueuerant, huius rei gratia fecisti: nihilque omnino omisisti, quod ad hanc absolutionẽ conferre posse vlla ratione videretur, reuersúsque es ferens tecum inimicũ, apertum ac certissimum diuinæ circa te prouidentiæ documentum, & eis quoque qui valde insipientes sunt & hebetes, conspicuũ retulisti. Nunquam enim profecto tantam impendisset deus gratiam, nunquam tot incassum labores effundi, nunquam seruos suos ita mœrore suffundi passus esset, nisi id & tuæ probationi & vtilitati vehementer expedire cognosceret. Itaque quod tu diuinæ derelictionis signũ putas, id in primis summi in te affectus & amoris certum argumentum est.

ad Stagirium monachum de angore animi,

Liber Secundus.

ET ista quidẽ de prouidẽtia dei, vtq; ille non auersans & execrans, sed & nimium indulgens ac diligẽs hoc te exercet modo, dixisse sufficiat. Quoniam vero alia etiam ex parte vehemẽter te angi quæstus es, vt fæpenumero dęmon vel pelago, vel præcipitio, vel alio quouis informis lẽti genere vitam tibi extorquere fere persuadeat: age de huiusmodi quoq; cogitationibᵒ, paucis differamus. Nempe enim solius dæmonis non est illud consiliũ, sed etiam mœroris: imò vero plus mœroris quàm dæmonis, fortasse vero mœroris solius. Quod ex eo profecto constat, quòd plurimi etiam ab huiusmodi
B insectatione liberi, dolore solo ac mœrore agitati mortem sibi vltro conscíuerunt. Hunc igitur ex animo tuo fuga ac penitus elimina. Videbis nullam vim restare dæmoni, non solum ad persuadendum ista, verum ne ad suggerendum quidem. Nam quemadmodum hi qui parietes suffodiunt, noctis tempore, extincto lumine, & furari opes, & carũ dominos cũ omni facultate iugulare possunt: ita & hic per cæcæ noctis horrorẽ ac tenebras mœrorẽ effundẽs, cogitationes omnes, quę ad munimẽ nostrũ esse possunt, subducere prius ac furari nititur, vt desertam & sine adiutorio animã inuadẽs, plagis eã innumeris cõfodiat. At vero cum quis summa & intentissima in deũ
C spe assurgẽs has tenebras discusserit, atq; ad Solẽ iustitiæ cõfugiens, clarissimũ illius iubar totis animę sinibᵒ haurire & recõdere studuerit, protinus cogitationũ suarũ tumultũ in latronẽ illũ impurũ trãsfundet. Nam & qui furta noctu aucupantur: cum quis illos deprehẽderit, ac lumẽ ostẽderit, tremũt, fluctuãt atque perturbãtur. Et quomodo, inquies, possit quis hoc dolore liberari, nisi prius eripiatur à dæmone agitatore, eiúsq; doloris incẽtore? Nõ dæmon est qui mœrorẽ mouet, sed mœror potius vires dęmoni administrat, cogitationésque malas suscitat. Attestatur huic rationi nostræ beatissimᵘ Paulus, q, cũ de lapsis
D in sceleris ruinã Corinthiis scriberet, nõ dęmonẽ ali quẽ metuere, sed mœroris magnitudinẽ timere deprehẽdit. Ne forte, inquiẽs, abũdãtiori tristitia absorbeatur qui talis est. Cæterũ vt cõcedamus dæmonẽ acriᵘ instare, pulso ex animo mœrore: quid iã erit ex hoc incõmodi, vel detrimẽti? Quid hic ꝓ ipsum aut paruũ aut magnũ possit cõtra nos? At vero mœror absente dæmone multa per se horrẽda efficit, plurimósq; eorũ q, sibi neglexerunt laqueos, cõscíuerunt gladios, vel fluuij se vndis, vel flãmis donauerũt, vel alio quouis genere perdidere seipsos sola doloris ac mœroris vi ad ita occumbẽdũ impulsos reperiemᵘ. Quòd si inter eos quispiã fortassis fuerit arreptus à dæmone, huius quoq; perditio nõ dæmoni, sed mœroris tyrãnidi ac violẽtiæ, meritò imputãda erit. Et quomodo, inquies, posſũ nõ mœrore affici? Si à multitudinis opinione, quã habeas de huiusmodi re, lõgissime recedẽs sola superna sentias. Nũc eñ idcirco ea res grauis atq; horrẽda videtur, quia vulgares tur bę ita existimant. Atq; si omissa inani fallaciq; existimatione ipsam rẽ diligẽtius cõsiderare volueris, inuenies nullã inesse ei mœstitię occasionẽ: quod iã sę pe superiᵘ ostẽdimᵘ. An vero æqualiũ tuorũ, & in religione sociorũ gratia afficeris? Reor eñ te intuentẽ illorũ lætitiam ac fiduciam cum fratribus confundi,

atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; ex triſtitia cõfundere. Atqui ego id veraciter di A
xerim, ſiquidẽ his in ſumma cõtinẽtia & ſobrietate,
atq; in reliqua vitæ philoſophia degẽtib⁹, ipſe in ludis & in aleis, & comeſſationibus tẽpus omne cõſumeres, rationabilis, ꝓfecto eſſet hic mœror tuus. Sin autẽ eandẽ incedis viã, eius cauſa quid angeris? quid anxius tabeſcis? Equidẽ ſi mihi ad aliquẽ ex his ſermo eſſet, qui facile extollũtur laudibus, ea quæ modo dicere intẽdo, ꝓfecto tacuiſſem. Quoniã vero ea mihi de te ſpes & cõfidentia eſt, q; quantũlibet quis te laudet atq; admiretur, nunquã humanitatẽ deſeres, ac ex eis laudibus potius humiliaberis, atq; inter extremos teipſum ſtatues: cũcta, nihil metuẽs aut diſſimulans loquar. Tãta didici tibi acceſſiſſe religionis incrementa, támq; ſingulares profectus, vt non iam cũ adoleſcẽtulis illis, ſed cũ magnis admirãdiſq; viris virtute cõtendas. In nullo te illis inferiorẽ aiunt. B
Nõ ratione ieiunij. Quo eñ pacto, cũ panẽ & aquã tantũ in cibũ ſumas, ſidq; poſt biduũ vel triduũ? Non vigiliarũ prolixitate, cum vt ipſi plures vnã noctes inſomnes orans tranſigas. Non diuturno inſtituto, quo te quoque plurimos illorũ tranſcendere fama eſt. Audio admirãs, vt tibi omne tẽpus in lachrymis perpetuiſq; orationib⁹ cõſumitur. Sic enim referũt, qui à te ad nos proficiſcuntur. Et quemadmodũ hi, qui ſilẽtio ſe deuouerũt, ſeq; ipſos tugurio breui incluſerunt, nihil loquũtur: ita & te aiũt in tãta conuerſantẽ multitudine ꝓſiſtere. Porrò cõtritionẽ cordis tui, ſqualorẽ ac dolorẽ, & hi qui enarrant exhorreſcũt, plurimóſq; hîc dũ tua narrarẽt inſtituta cõpunxerunt. Nullũ vnquã ingredientiũ, aiunt, reſpicit, nihil ex cõſuetis laboribus relaxat. Sæpius orauimus vt parceret oculis, ne eos perpetuis lachrymis cõte- C
reret, ne tẽpora vigiliarũ nimietate, irremiſſóque & iugi lectionis ſtudio fatigaret, neque id ſibi perſuadere potuim⁹. Hoc ergo te mœrore cõficit atq; perturbat, q; æquales tuos tãta excellẽtia ſuperas, q; acerrimũ & infeſtiſſimũ nactus aduerſarium, tanto ſpacio tecum pariter currentes exceſſiſti. Ergóne non merito dicebã mœrorem hunc præſumptæ ſolũ eſſe opinionis, quæſitũ vero & perſpicuũ ſummas nobis lætitiæ ac tranquillitatis materias præbere? Quæ eñ vtilitas, quæſo te, à dæmone nõ corripi, ſi omnis cõuerſatio & diligẽter exacta, & rite cõcluſa fuerit? At fortaſſe confunderis ac erubeſcis, cum te ſub oculis quorundã deiicit? ſed hoc tibi ex eadẽ occaſione cõtingit, q; multitudinis opinione negociũ hoc, nõ ratione metiris. Nanque cadere nõ id tãtum eſt, quod tu te pati dicis, ſed in peccatũ corruere. In hoc ſanè D
caſu dolere, in hoc erubeſcere conuenit. Nos contrà in his quę nullã habent verecundiæ rationẽ, cõfundimur: quę autẽ reuera ſunt turpia, execrationeq; ac ſupremo digna cruciatu, ea dum perpetramus, nihil nos mali pati arbitramur. Atque anima quidẽ ſingulis diebus corruente, nullus eſt qui lugeat: ſi quando vero corpus hoc aliquid patitur, id vero durũ atque intolerabile eſſe dicatur. Nónne id potius eſt à dæmone corripi, ſi adeo mirabiliter animus afficiatur, atque ita circa rerũ iudicia fallatur? Nam ſiquidem ex ebrietate patereris, confundi merito ac mœrere debuiſſes: quippe id volũtatis crimẽ eſſet. Sin autem alterius violentia id fit, nõ is qui deiicitur atque eam violentiam tolerat, ſed is qui illam infert, erubeſcere & confundi debet. Nam & in platea & ſi quando non commiſſa pugna alter alterum impellens deiicit, nõ cadẽtẽ, ſed impellentẽ cauſamur omnes. Vtile quidẽ eſt erubeſcere, ſed tum profecto, cũ aliquid geſſerimus quod ille dignũ cruciatu iudicet, qui nos iudicaturus in fine eſt. Quãdiu autẽ nihil huiuſmodi nobis cõſcij fuerimus, cuius rei gratia cõfundimur? Neq; eñ ſi quis ſine ratione, nihílq; abs te læſus cæderet, aut in terrã deiiceret, túq; omni manſuetudine tolerãs abires, cõfuſionis ea res eſſet, ſed ſupremæ philoſophiæ, maximarúmq; laudũ. Quòd ſi hominibus iniurias inferẽtibus, perferre glorioſum eſt, eo qui mortales oẽs aſtu & nequitia tranſcẽdit, hoc ipſum faciẽte, qui illius veſaniã fortiter tulerit, quaſi rẽ vituperatione dignã fecerit, rubore cõfuſus pfundetur? Et quid hac contrarietate dici irrationabilius poſſit? Siquidẽ eñ ex caſu illo exurgẽs turpe aliquid aut facere inducereris, aut loqui, ne ipſe quidẽ ſuper his te lugere ac dolere prohiberẽ. Sin autẽ omnia cũ gratiarũ actione toleras, atq; ad orandũ te ſtatim cõuertis: quid eſt quod tibi verecundiã aut confuſionẽ faciat? Sed fortaſis dura & dolenda iudicãrur probra ab aliis in os cõiecta. Et quid eiuſmodi hominibus dici vituperabilius poſſit, qui neq; digna exprobratione rite poſſunt diſcernere? Iſti eñ reuera inſani ſunt, ac dæmonio pleni, qui rerũ natura vt ſeſe habeat, intueri nunquã didicerũt: ſed ea quę ſunt laudibus digniſſima, vituperãt: & quę ſunt exprobrãda, in laudabiliũ trãſferunt ordinẽ. Plurimis & phrenetici præſentes maledictis inſectãtur: ſed hi qui illa audiũt, nullas ſe pati cõtumelias exiſtimãt. Et tu igitur cum amentes illos ita loqui audis, noli cõtumeliã aut confuſionẽ eã rẽ exiſtimare, ne tũc maxime probris te dignũ cõſtituas, dũ cõtra te deũ per tuã impatientiã prouocas. Quoties eñ ea quæ pro noſtra emendatione & vtilitate à deo inferuntur, probro tibi eſſe arbitraris, vide quò hæc peſtis emerget. Quod ſi vis q; ſint reuera cõfuſione & exprobratione digniſſimi perſpicere, paucos è multis tibi conabor oſtendere. Eos ergo inſpice, qui mulierũ formæ omni ſtudio addicti ſunt, qui pecuniis vſq; ad inſaniã inhiant, qui potentiæ ac gloriæ ſunt cupidiſſimi, dúmq; iſta cõſequãtur, agere omnia & pati ſuſtinẽt, qui liuore & inuidia tabeſcunt, qui inſontibus inſidiãtur, qui ſemper atram bilem patiuntur, qui vitę præſentis cõmoda ſumma rabie ſectãtur. Iſta reuera atq; his ſimilia veſaniæ ſunt opera, ſupremíſq; cruciatibus digniſſima. Iſta ꝓbris oĩbus & cõfuſione atq; irriſione inſectãda. Porrò ſi quis dũ perturbaẽ à dæmone, ſic quoque ſummã philoſophiã per omnẽ vitę ordinẽ oſtẽdit: nõ ſolũ nõ exprobrãdus, verũ admirãdus, laudibúſq; merito extollendus eſt, qui tot tantíſque præditus vinculis, curſum adeo laborioſum currit, arduãq; & aſperã conſcẽdit virtutis viã. Cęterũ neſcio quo pacto me penè & aliũ effugerit, quod ipſe plus habes q; fratres reliqui. Id autẽ eſt huiuſmodi: Si q; tibi antea peccatũ eſt, facile per hãc preſſurã id omne deletur ac remittitur. Atque à nobis hoc antea oſtenſum eſt, cũ de Lazaro, & de illo qui apud Corinthios fornicat⁹, ſermonẽ haberem⁹. Sed patri, inquies, timeo: etſi eñ omnia mea modeſte ac leuiter perferre poſſim, quomodo illi⁹ cladẽ ac veſaniã ferã, ſi quãdo quid horũ illũ explorare cõtigerit? Hactenus quidẽ nihil ꝓſenſit. Eſt autẽ maximę puſillanimitatis, eorũ gratiaq; necdũ cõtigerũt, ĩcertũq; eſt an euẽtura ſint, mœrore iã nos ac dolore conficere. Vnde eñ nobis cõſtet hęc ad illi⁹ peruẽtura notitiã? imò

imò vero ſit hoc planè perſpicuũ, cõcedamúſq; ſi vis A
euncta illũ noſciturũ, plurimáq; furioſe & atrociter facturũ. Laudo te equidẽ, ſi illius indoleas vicẽ, cæterũ nolo id cũ tuo detrimẽto facias. Quippe eos qui ſuperna, nõ terrena ſapiũt, nõ ſolũ ira & concupiſcẽtia, cæteríſq; perturbationib⁹, ſed mœrore etiã abſtinere cõuenit. Hic eñ lõge pluribus quàm perturbationes illæ nos incõmodis afficit: prorſúſq; neceſſe eſt aduerſ⁹ illũ nos fortiſsime inſurgere, niſi omnino perire velim⁹. Nã ſiquidẽ ipſe huiuſmodi calamitatũ patri author fuiſſes, recte ſanè trepidares ac tremeres qui tantę illi perditionis cauſa eſſes: ſin autẽ ipſemet ſummis malis atq; incõmodis affici vult, nihil te horũ penitus tangit, niſi inquantũ patri pie cõdolendũ eſt. Præterea neſcimus quomodo huiuſmodi rumores ille laturus ſit. Plurima eñ ſæpe cõtrà q; ſperabatur, emerſerunt. Toleraturũ autem illum ſine moleſtia præſumi facile poteſt. Cur id? Habet adulterinos filios, quos & plurimi facit, & maxime diligit. Porrò hæc illius amoris vis eiuſmodi mœrorẽ facillime lenire poterit. Ne igit̃ teipſum curis excrucies. Nam ſi dolendũ eſt, eius profecto rei gratia dolẽdũ eſt, q; irrationabilib⁹ ſumptib⁹, q; comeſſationib⁹, q; faſtu & tyrãnide, q; preſenti inceſtu, opinioni ſuę maculã inducit: & quod omnib⁹ grauius eſt, periculo ſe ęternę mortis exponit. An tu modicũ ſcel⁹ exiſtimas vxore illius matre veſtra viua atq; incolumi, alterius maculari concubitu, filióſq; ex illicito procreare matrimonio? Iſta luctu digna, iſta lachrymis & omni cõploratione miſeranda, quæ aperta ſunt, atq; in finem peſſimũ excedũt. Quę vero tui gratia futura ſunt, fieri poteſt vt grauia ſint: fieri itẽ, vt opinione leuiora. Summæ vero eſſet amentiæ in rebus adeo incertis certo ſe iam cruciatu cõficere. Vt autẽ concedamus interim illum vehementiſſima indignatione cõcitũ: at citiſsime illius iſta cõmotio ſedabitur, & antequã planè incẽdatur, extinguetur. Homo eñ tot deliciis accubãs, maximarũq; rerũ curis implicit⁹, parаſitos & aſſentatores nutriẽs, puellamq; illã tã vehemẽter ardens, ex qua filios habet, veſtros ex dimimũ capiet. Idq; nõ ex his ſolũ quę dixi, ſed ex preteritis cõiicio. Noſti eñ, planè noſti, cũ te ille nimium autea diligeret, totúſq; in te quieſceret, atq; ex te pẽdere videret, ex quo te ad monachorũ vitã atq; inſtituta intuliſti, affectus omnis ille q; refrixit. Rem eñ ille te facere turpiſſimã, & maiorũ ſuorũ gloria indignã, opinionemq; & claritatẽ generis obſcurare obteſtans clamabat. Itaq; (niſi tamẽ nimis ineptũ quod B
dicã videatur) arbitror illũ rem geſtã cum voluptate auditurũ, quaſi pœnas dederis, q; orante illo ſæpius, atq; à vitæ iſtius tolerãtia te remouere cupiente, cõfiliũ ipſius nunquã paſſus ſis admittere. Et de patre quidẽ ac timore tuo, q; de illo maxime ſolicitus es: iſta habui quæ dicerẽ, ſufficiẽtia, vt reor, ad omnem huiuſce metũ excludẽdũ. Quoniã vero malorũ tuorũ ſummã eſſe aſſerebas, q; neq; de fururis poſſes certius cõfidere, neq; ſcires huiuſmodi ne vnquam vinculis ſoluendus eſſes, an in finem vſque pugnare te ille decreuiſſet, qui tibi certamẽ hoc ꝓpoſuit, ne ipſe quidẽ exploratũ ac certũ aliquid dicere, aut futurorum euentus aperire poſſum. Illud tamẽ ſcio manifeſte, tibíq; perſuaſum cupio, vtrumuis horũ contingat, pro tua vtilitate & gloria futurũ. Quòd ſi hoc animo fueris, cito ſupremũ hunc malorũ, vt ais, verticẽ abs te arcebis. Adhęc illud quoq; tibi cõgitandũ eſt, præmiorũ & coronarũ tẽpus eſſe futurũ ſeculũ, colluctationũ vero ac laborũ preſens. Quod nobis apertius inſinuare volẽs beatus Paulus dicebat: Sic curro non quaſi in incertũ: ſic pugno, non quaſi aërẽ verberans: ſed caſtigo corpus meũ, & ſeruituti ſubiicio, ne forte aliis prædicãs, ipſe reprobus efficiar. At vero cũ ad finẽ certaminis veniſſet, tunc demũ beatiſſimam illã emiſit vocẽ: Bonũ certamẽ certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui, iam repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Oſtẽdens vitã omnẽ in certaminib⁹ & laboribus nobis eſſe agendam, ſi cupimus æterna requie boniſq; illis perfrui. Sin autẽ aliquis ita delicatus ac negligẽs ſit, vt putet ſe & huius vitę voluptatibus, & præmiis ac gaudiis cœleſtibus iuſtis præparatis frui poſſe, hic ſeipſum prorſus fallit ac decipit. Nã ſicut in athletis, q; intẽpeſtiue certaminũ requiẽ & abſolutionẽ quęrit, cõfuſionẽ ſibi atq; ignominiã parat: qui vero in ſtadio labores omnes fortiter tolerat, coronã & gloriã & laudes, & in ipſo certamine, & poſt ſolutũ theatrũ à ſpectatoribus cõſequitur: ita in nobis quoq; fit. Nã is qui laborũ tẽpus quieti dedicat, tũc immugiet & ſtridebit dẽtibus: quãdo inſeneſcibili illa & æterna requie debuiſſet requieſcere, extrema & immortalia ſupplicia luere cogetur. Qui vero preſſuras oẽs prõpte ac libẽter tulit, & hic & in futuro ſeculo clariſsim⁹ erit, veráq; & immortali gloria beatus. Nã ſi in ſeculorib⁹ qui retũ tẽpora cõfundit, omnibus ſibi ꝓpoſitis cõmodis excidit, atq; innumeris ſe calamitatibus exponit, longe id magis in rebus ſpiritualibus patitur, qui tẽporũ ordinẽ ignorat. Dixit eñ Chriſtus: In mũdo preſſurã habebitis. *Ioan. 16.* C
Beatus eñ Paulus: Et omnes, ait, qui pie volũt viuere *2. Tim. 3.*
in Chriſto, perſecutionẽ patiũtur. Nõ ſolas hominũ pſecutiões dicẽs, ſed & dęmonũ inſidias. Iob quoq;, Tẽtatio, inquit, eſt vita hominis ſuper terrã. Quid ergo angeris? quid grauiter ferſ? quid in ęrũnæ tẽporibus vexaris? Tũc eñ dolẽdũ, tũc ingemiſcẽdũ eſſet, ſi quod Chriſt⁹ preſſuræ tẽpus deputauit, id nos deliciarũ & quietis faceremu⁹: ſi quo tẽpore pugnare ac laborare iuſsi ſumus, eo torperem⁹: ſi latã incederemus viã, cũ ille per anguſtã pręceperit eundum. Ita eñ neceſſario iam nobis relinqueretur cruciatus ille ſempiternus. Quid ergo, inquies, de illis dicis, qui & in iſto ſeculo gradiũtur in latitudine, & in futuro æternis prẽmiis fœliciſſimáq; requie donãdi ſunt? Quẽ tu mihi talẽ dabis? Ego eñ ſolius Chriſti verbis acquieſcẽ dicẽtis: Anguſta & arcta via eſt, quæ ad vitã *Iob. 7.* *Matth. 7.*
ducit. Quòd autẽ per anguſtã viã late iri non poſſit, D
omnibus profecto liquet. Si eñ in exterioribus certaminibus nullus abſq; ſudoribus coronã referre poteſt, atq; id cũ eiuſdẽ naturæ cõſortẽ habeat aduerſariũ: vbi nobis virtutes illæ nequã obluctantur, quo pacto ſine ſummis laboribus preſſuríſq; & anguſtiis illarũ inſaniam ſuperare poterimus? Sedenim nos quandiu rationibus iſta ventilamus, cum liceat cõfugere ad beatos illos ac fortiſſimos qui prioribus fuere temporibus? Examina diligentius eos, qui fuerunt nominatiſſimi, videbis omnes primo aduerſitatibus probatos, ita demũ diuina familiaritate dignos habitos fuiſſe, maximámque ad illum habuiſſe confidentiam. Atque primo, ſi placet, primũ tẽporis inſpiciamus filium, agnum Chriſti ſecũdum Abel. Is *Gene. 6.*
cum in nullo ius violaſſet, ea paſſus eſt quæ merentur hi qui grauiſſime peccauerint. Nos enim dum

flagellis

Universidad de Deusto
Biblioteca

flagellis erudimur,peccatorũ noſtrorũ pœnas dam⁹.
At vero iuſtus ille nulla cauſa cruciatus eſt, niſi quia
iuſtus erat. Atq; is quidẽ quandiu nullũ excellẽs vir-
tutis ſuæ documentũ dedit,agnoſcebat illum frater:
vbi vero ex ſacrificio placuit,clarúſq; meritis eluxit,
tũ iã naturã quoq; ipſam ille ignorauit,inuidia ſcili-
cet cæcatus. Vnde vero noſti an modo quoq; eadẽ
cauſa diabolũ aduerſum te cõcitauerit,vitęq; tuę ful
gor illũ ad hãc pugnã euocauerit? Rideas placet iſta
loquentẽ, laudo equidẽ humilitatẽ tuã, non tamen
ab hac ſententia deſiſtã. Si enim ille adipẽ offerens
ita deo char⁹ acceptúſq; fuit,is qui nihil extrinſecus,
ſed ſeipſum totũ obtulit deo,multo profecto magis
aduerſum ſe prouocauit inimicũ. Deus autẽ te illũ
inuadere permiſit,ſicuti & tunc cædẽ illam tam im-
manẽ haudquaquã impediuit: ſed paſſus eſt ſanctũ
illũ atq; innocentiſſimũ virum in ſcelerati parricidæ
manus incidere,neq; eũ eripuit,qui propter ſe atque
ob gratiã honoris ſui mactabatur. Noluit eũ illi co-
ronas ſuas minui. Quocirca ad finẽ vſq; illũ excurre-
re permiſit. Et quis,inquies,cruciat⁹ eſt mors? Vtinã
quidẽ hũc & ego ſubirẽ cruciatũ. Iſta nũc dicis amã-
tiſſime. At prius resomniũ grauiſſima eſſe putabatur,
omniq; ſupplicio immanior. Deniq; in lege Moſi hi
qui maxima quæque deliquiſſent, ac venia indigni,
morte multabãtur. Sed & ipſos quoque externos le-
gũlatores, hi qui in maximis turpiſſimiſque flagitiis
deprehẽdũtur,nõ alio ſupplicio afficiũtur, ſed tamẽ
perditiſſimorũ hominũ ſuppliciũ iuſtus ille perpeti-
tur,imò vero eo grauius,quo & fraterna dextra per-
cuſſus occubuit. Quid autẽ de Noë dicimus? qui &
ipſe iuſtus ac perfect⁹ fuit,cũctiſq; corruptis ac per-
ditis,ſolus placuit deo, reliquis omnibus illũ offen-
dẽtibus. Innumera planè iſte aduerſa pertulit,preſ-
ſuráſq; plurimas ac varias. Neq; eñ vt Abel cõtinuo
mortuus eſt,neq; id paſſus quod tibi leuiſſimũ videt,
ſed longiſsimam vitã tolerauit,tot annos his qui fe-
rũt onera, grauiſſimóq; ſemper põdere premuntur,
nihilo leuius aut quietius affect⁹. Hoc autẽ ſtatim a-
pertiſſime probabo,hinc initiũ ſumẽs. Annũ integrũ
iſte carceri addictus fuit,carceriq; peregrino & hor-
rendo. Vt eñ ferarũ ſerpentiũ multitudinẽ omittã,
quibuſcũ tãto tẽpore cõmuniter vixit, in tantis re-
lictus anguſtiis: quid illũ animi habuiſſe putas inter
adeo ingẽtes tot tonitruorũ mugit⁹ fragoréſq; nim-
borũ? Quippe inferior abyſſus diſrũpebatur,ſuperior
ſumma impetus vi demittebatur, cũ intrinſecus ille
cũ liberis ſedebat ſolus. Etſi enim de fine quieto ſe-
curus erat,per eorũ tamẽ quæ fiebãt vehementiam,
metu ferè prẽmortuus fuerat. Vbi enim nos cũ ha-
beamus firmiſſimas ſedes, ac domos in terra altius
fundatas,vrbéſq; ſeptas mœnib⁹ inhabitamus: tamẽ
ſi videam⁹ pluuiã vel modice vehemẽtius ſolito de-
mitti,cõcidimus metúq; cõſtringimur: quid ille paſ-
ſus ęſtimetur,cũ ſolus intus eſſet,abyſſúmq; illã hor-
rificã,ac varia diſcriminũ genera conſideraret? De-
nique ſufficere ſolet ad feriẽdos ſummo pauore ani-
mos,vrbẽ vnã,vel domũ etiã vi aliqua inundationis
abſorptã vndíſq; opertã cernere. At vero quãdo id
orbis vniuerſus paſſus eſt,dici nõ poteſt,quãto vir il-
le iuſtus mœrore,quo metu,cum in mediis fluctibus
circũferretur,affectus ſit. Totũ ergo annũ illum in eo
metu ac dolore egit. Cũ vero tandem diluuiũ ceſſaſ-
ſet, paulatim quidem iam cedebat metus,ſed plenè
mœror augebatur,prodiẽtémq; ex arca tẽpeſtas alia
excepit priore nõ minor,cũ intueretur horrendã illã
ſolitudinẽ,necẽq; illam violentã: atq; interfectorum
corpora limo ac luto permixta,cũctóſq; pariter ho-
mines,& aſinos, & cætera his etiã ignobiliora ani-
mantium genera, vno prorſus miſerabili ſepulchro
obruta. Nã etſi nimium peccatores fuerant,qui talia
perpeſſi erant: homo tamẽ erat Noë,gentiléſq; ſuos
non poterat nõ miſerari. Quippe & Ezechiel cũ iu-
ſtus eſſet, ſcirẽtq; Iſraëlitas iniquiſſimos ex omnib⁹,
vidẽs tamẽ illos iugulari,& corruere, hoc idẽ paſſus
eſt,atque illachrymauit: & certe anticipãs deus om-
nẽ ſibi illorũ impietatẽ reuelauerat, atq; ipſis oculis
intuendã præbuerat,vt cũ illos puniti inſpiceret, eã
calamitatẽ fortiter perferret. Sed tamen cum tanto
præſciẽtiæ ſolatio præparatus eſſet,ita quoq; ange-
batur eorũ cladibus, corruénſq; pronus in terrã cla-
mabat: Heu mihi domine, deles tu reliquias Iſraël? Ezech.9.
Nõ ſemel autẽ ſolũ perpeſſus eſt, ſed & ſecundo cũ
Iechoniã regẽ gẽtis ſuę cerneret occiſũ. Itaq; & Noë
tametſi innumera ſciebat illorũ eſſe ſcelera, non ta-
men Ezechiele ſiue Moſe fortior erat: quippe & ille
ſæpe eadẽ quæ Propheta paſſus eſt, peccantes intuẽs
Hebræos,tunc eos maxime miſerabatur, quãdo pu-
niẽdi erãt,magiſq; ipſe q̃ q̃ puniebãtur,angebat. At
vero calamitas hæc lõge erat grauior: quippe dũ tot
premeretur anguſtiis,ſolitudine horribili,miſeria gẽ
tis ſuæ,pereuntiũ multitudine,mortis genere,terræ-
que totius deſolatione,atq; vndiq; mœror increſce-
ret,qui ſe vehemẽtiſſime cõcuteret: adiicit cõtinuo
conſolationis loco nati cõtumelia,res quidẽ intole-
rabilis,verecũdiæq; & doloris incredibilis. Quanto
enim amicorũ probra grauiora q̃ inimicorũ ſunt,tã-
to iniuriæ à filiis acceptæ, quaſlibet amicorũ quoq;
iniurias ratione doloris exuperant. Cũ emim quem
genuerat,quẽ educauerat,quẽ erudierat, cuius gra-
tia labores plurimos ac dolores curáſq; tolerauerat,
eum præ cæteris cõtumelioſiſſime ſe tractare cerne-
ret,ne ferre quidẽ animi dolorẽ poterat. Cõtumelia
quippe libero homini,tum per ſe eſt intolerabilis,tũ
ſi à filiis manauerit,in ſtuporem animi conuertit. Tu
velim non id modo facinus cõſideres,ſed ex eo ipſo
cõiicias,q̃ ille cõtumelioſe priori omni tẽpore patre
vſus ſit. Qui eñ ante oculos recẽtis timoris imagines
atque indicia verſabat, ac nuper horrido ex carcere
illo proruperat, orbíſque totius clades hauriebat o-
culis, ne ſic quidem correptus ſiue emendatus fue-
rat, ſed eum quem minime omnium debuerat, con-
tumeliis afficiebat,neque omnium mortalium nece,
neque ſolitudine, neque dei ira, neque alia vlla ea-
rum rerũ quæ tum contigerant melior effectus fue-
rat,cuiuſmodi ille ante diluuiũ fuit, cũ plurimos ha-
beret,qui ſuapte natura pronũ hortarẽtur ad vitia?
Tunc enim profecto, tunc moleſtiores fluctus iuſtus
ille pertulit, quàm fuerint qui pòſt in diluuio contigerũt,& huiuſmodi ipſius filij, & reliquorũ omnium
gratia. Nam in diluuio quidẽ ſola illum aquarũ mul-
titudo anguſtabat: ante diluuiũ autem vndique vi-
tioſitatis abyſſo cõprimebatur,vndiq; cunctis vehe-
mentius inſidiis nequiſſimorũ hominum, ac ſcele-
ribus collidebatur. Solus enim relictus in tanta ſcele-
ſtorum hominũ flagitioſorúmque multitudine, etſi
nihil aliud patiebatur,irriſiones tamen plurimas, ac
iurgia quotidie ferebat. Idq; cum aliàs antea,tũ ma-
xime quãdo illis de futuris cladibus verba faciebat.
iſtud vero quantam vim habeat ad perturbandos
animos,

Gene.6.

animos,teſtatur qui ex vtero matris ſanctificatus eſt
Hiere.20. Hieremias,qui propterea ꝓphetiã quoq; ipſam re-
linquere meditabat. Dixerat eñ, inquit,vt non pro-
phetem. Prẽterea id ſolũ,q̃ nullus illi erat vnanimis,
nullúſq; ſuis moribus conformis, quantum illi tẽdij,
quãtũ putas mœroris offuderat? Neq; hoc tantũ an-
gebatur vir fidelis,verũ ex illorũ miſeratione cruciа-
tus innumeros horis ſingulis patiebatur. Nõ eñ tunc
ſolũ mœrẽt viri iuſti,cũ iuſtos moriẽtes aſpiciũt,ſed
etiã cum peccãtes vident. Imò vero multo amplius
morte iſta animarũ q̃ corporũ angũtur, quod ex ꝓ-
Mich. 7. phetis facillime animaduerti poteſt. Alius quippe
illorũ amarè ingemiſcẽs: Vę,inquit,mihi,quia periit
pius ac religioſus de terra, nec eſt in hominibus,qui
Abac. 1. quod rectũ eſt faciat. Alius ad deũ loquebat⁹: Quare
oſtẽdiſti mihi labores & dolores? Et de his qui iniu-
riis opprimebãtur,nimiũ cõdolens lugebat dicens:
Facies homines vt piſces maris nõ habẽtes ducem.
Quod ſi tũc iſta cõtingebãt,cũ leges cõſtitutę eſſent,
& principes,& iudicia,& ſacerdotes,& prophetæ,&
cruciatus: cõſidera quãta impudicitiæ magnitudine
ſub Noë cuncta ſcelera immittebãtur, cũ nullo horũ
adhuc homines quaſi fræno cõtinerentur. Et ſub ꝓ-
phetis quidẽ nõ valde lõgæua erat vita ætáſq; mor-
talium: ſed ſeptuaginta vel octoginta annis termina-
batur: tũc verò vltra ſexcẽtos annos humana vita tẽ-
debatur. Vt igitur alia omittam, quot labores, quot
negotia ſubire cogebatur,qui adeo prolixũ iter gra-
diens currebat,ac viribus totis intẽdebat in tãta viæ
longitudine ne parũ quidẽ diuertere cũ plurima eſ-
ſent quæ prohiberent? Et quid dico plurima,cũ tota
prorſus vita à finibus ad fines terræ eſſet huiuſmodi,
tota ſcopulis,ſentibus,beluis,ſqualore,peſte,algore,
maleficiiq; omnib⁹ plena? Equidẽ facilius exiſtima-
uerim anguſtiſſimã ſemitã profundiſſima nocte ſem-
per incedere, q̃ illis tẽporibus virtutis viam: tot &
tãta erãt,quæ greſſus illius rectos conarenẽ euertere.
Cũ eñ omnibus quęcũq; velint agere licitũ ſit, vnus
vero ſolus cõtrariã omnibus incedat viã: quãdo is ad
finẽ peruenire poterit,cũctis illũ retro impellentib⁹,
atq; à cœpto excludentibus itinere? Cuius eñ diffi-
cultatis ſit cũ plurimis degẽdo recte operari, docu-
mẽto nobis ſunt hi,qui modo quoq; ſolitudines oc-
cupãt: cũ tamẽ recte viuẽdi formã vbiq; diſſemina-
tã,concordiãq; & ſummã ad inuicẽ beneuolentiam,
charitatíſq; conſenſionẽ cernere in pròptu ſit. Tunc
vero nihil horũ inueniri poterat, ſed aduerſum virũ
illũ omnes vnà feris omnib⁹ immaniores erãt. Quid
igitur hac vita triſtius,quid luctuoſius,quid laborio-
ſius dici aut fingi poteſt? Equidẽ oſtẽſurum me pro-
miſeram illũ nihilo meliore cõditione fuiſſe his qui
ſemper onera ferũt, nũquã requieſcũt, ſed ratio ali-
quid amplius efficit. Nõ ſolũ enim non meliore, ſed
& lõge grauiore ac deteriore cõditione fuiſſe nobis
patefecit. Videtur plurimis Abrahã ætatẽ omnem
proſpere ac tranquille vixiſſe. Quocirca fœliciores
quoſq; & vndiq; florentes illi cõparare ſolent. Age
ergo inquiramus diligẽtius,quæ illi cõtigerunt. Hic
mihi videri ſolet longe grauiora q̃ Noë,quãq; Abel
perpeſſus: ſed ego ſatius eſſe ac melius iudico nihil
interim dicere, q̃ rerũ diligẽs diſcuſſio ſententiã fe-
rat. Quę igitur igitur illi in Perſide & vſq; ad ſeptua-
geſimũ annũ cõtigerũt triſtia,nullus aperte ſcire po-
teſt: neq; eñ beatus Moſes eius nobis tẽporis hiſto-
riam tradidit,ſed omni ætate omiſſa,à ſeptuageſimo
anno narrationis ſuæ cepit initiũ. Quòd tamẽ & ip-
ſe non diſſimilia Noë perpeſſus ſit,valde rationi cõ-
ſentaneũ eſt,cum inter tot impios ac barbaros ſolus
pietatẽ coleret. Hoc ſanè incertũ, vt reliqua, obſcu-
rũq; nõ eſt: imò ita clarũ,vt id tardiſſimi quiq; facile
cõiectare poſſint. Verũ iſta quoq; modo omittamus:
atq; à peregrinatione ſua ordiamur, illud primo in-
quirẽtes diligẽtius,quãto itineris ſpacio Chaldæo-
rum prouincia à Palæſtina ſeparata ſit, aut quænam
fuerit viæ illius cõditio, quomodo tunc ſibi miſceri
illi potuerint: qui fuerit viuẽdi atq; cõuerſandi mo-
dus. Nõ eñ quia facile tũc iuſtus ille obediuit,res &
cõtinuo facilis exiſtimetur: neq; quoniã citò ac bre-
uiter Moſes rei geſtæ digeſſit ordinẽ, opus ipſum ver
borũ breuitate putes imitatũ. Iſta eñ dicere & nar-
rare facillimũ eſt: agere autem,laboris difficultatiſq;
pleniſſimũ. Viæ igitur iſtius lõgitudinẽ locorũq; in-
tercapedinẽ diligentius nobis enarrate poſſent, qui
inde ad nos profecti eſſent. Nos hactenus illorũ qui-
dẽ nemini cõgreſſi ſumus: vnũ vero ex his, qui ex ci-
teriore prouincia aduenĩũt nacti, cũ ab illo inquire-
remus quõ iter agere coactus eſſet,triginta & quinq;
dierũ numerũ audiuimus: & Babylonẽ quidẽ ille nũ-
quã ſe vidiſſe ait,audiſſe tamen ab his qui ibi fuerãt,
tantundẽ itineris reſtare conficiendũ, vt eò peruenі-
retur. Atq; huiuſmodi diſtantia locorũ & tũc erat &
nunc eſt. Porrò itineris cõditio nõ ea modo eſt, quæ
tunc fuiſſe creditur. Nunc eñ & mãſionibus perpe-
tuis diſtinctũ eſt,& vrbibus ac villis frequẽtibus or-
natũ, viatoréſq; plurimos offendunt, qui illuc ꝓfici-
ſcuntur, quod nõ minus ad ſecuritatis rationẽ valet,
q̃ mãſiones, vrbes atq; villæ. Præterea & ex prouin-
cia ciuitatũ principes deligũt viros, corporis magni-
tudine & robore cunctos excellẽtes, iaculóq; & fun-
da tantũ valentes, quantũ vel ſagittarij ſagittis, vel
armati pilis: ſtatutíſq; ducibus quibus illi obtẽperẽt,
hoc eis vnicũ iniungũt munus, ſolámq; itineris tuẽ-
di curã cuſtodiãq; permittũt. Ad hæc aliã longe his
omnibus diligentioręm curã excogitarũt. Habitacula
eñ mille paſſibus ab inuicẽ diſtincta, itinere toto fa-
bricãtes, nocturnos illic ſtatuẽre cuſtodes, per illorũ
labores & vigilias maximũ cõtra latronum impetus
munimẽ viatoribus cõſtituẽtes. Tunc vero nihil ho-
rũ erat, nõ villæ perpetuæ, non vrbes, non diſcretæ
dierum ſingulorũ mãſiones, non crebra diuerſoria,
non cõmeantiũ veſtigia, nõ aliquid denique huiuſ-
modi. Libet nunc omittere ſemitæ aſperitatẽ, aëríſq;
inæqualitatem, quæ & ſi deſint, & alia per ſe viatori-
bus ſunt moleſtiſſima. Teſtes mihi ſunt, qui cũ vehi-
culis iumentiſq; inuehũtur: & ne ſic quidem cõſueta
itinera audent incedere, niſi prius ea ſtrata lapidibus
viderint, foueáſq; impleuerint, atque cuncta cõpla-
nauerint. Cæterũ tunc inhabitabili regione erat via
illa deſertior, ipſíſq; mõtibus & collibus aſperior:
præruptíſq; omnib⁹ & præcipitiis periculoſior. Nõ-
dũ id quod eſt omniũ grauiſſimũ dixi, quo pacto Bar
baris feríſq; nationib⁹ nouus ſemper hoſpes iunge-
batur. Hoc eñ maiora illi atq; difficiliora indies ne-
gocia præbebat, cũ omnes tunc per gentes, imò ve-
ro (vt verius loquar) per ciuitates diuiſi eſſent atque
ſeparati. Neq; enim ſicuti nũc in maxima orbis par-
te fieri cernas, vni imperio, vniúſque ditioni morta-
les omnes ſeruiebant, eiſdémq; gubernabantur legi-
bus: ſed veluti corpus vnũ in multa mẽbra cõciſum,
ita hominũ genus diſperſum erat atque diſſipatum,
hoſtéſque

Universidad de Deusto
Biblioteca

hostéſq; ex hostib⁹ iuſtus ille mutare indies cogebatur,etiã antequã priores effugeret, rurſus in alios incidẽs, cum alibi quidẽ cõfuſe plurimi dominarẽtur, alibi null⁹ dominationis ordo ſeruaretur. Quid igit̃ hoc vitæ genere moleſtius? Nõ eũ ſibi ſoli metuebat ac pauebat, verũ patri & vxori & nepoti. Seruorum quoq; non exigua nec contẽnenda erat cura,etiã cũ domi requieſceret,nedũ tunc quãdo vagus per aliena ferri cogebatur. At ſiquidẽ exploratũ ille habuiſſet,quãdo hic error finẽ fuiſſet habiturus, non adeo graues illæ curæ fuiſſe viderẽtur: nunc vero cũ ſimpliciter atque indefinite audiſſet, In terram non iſtã, vel iſtã,ſed quã mõſtrauero tibi: omnia mente circũibat ac perluſtrabat, ingentéſq; tumultus animo accipiebat,cum nunquã ſiſtere cogitationẽ poſſet,ſed ſuſpicari plurima,curiſq; angi cogeretur. Credi eũ poteſt ad orbis terræ fines,Oceanũq; ipſum ſe profecturũ expectaſſe. Itaq; etſi non omnẽ perluſtrauit terrã,curã tamen huiuſce ſibi perficiendi itineris ſuſtinuit. Neq; enim animo ita paratus erat, quaſi ſolã vſq; Palæſtinã profecturus: ſed quaſi vbiq; iubentẽ ſecuturus, etiãſi orbẽ totum peruagari iuberetur, etiãſi ad eas quæ extra orbem ſunt inſulas accedere. Quòd ſi ſperare contrariũ præceptũ indefinitũ ſuaderet,id rurſus erat moleſtiſſimum. Is enim qui graue aliquid ac oneroſum toleraturus eſt, multo feret leuius,ſi aperte ſciat quid ſibi ſuſtinendum ſit, & ad quid ſeſe præparare debeat, q̃ ſi per omnia cogitationibus iactetur ambiguis,& nunc læta, modo triſtia expectet: nec poſſit cuiquã horũ firmiter hærere, cũ vtrũq; pariter ſperari aut credi poſſit. & iſta quidem antequã in repromiſſam terrã peruenirent. Cum vero tandẽ Paleſtinã veniſſet, & quaſi iactis ancoris ſe iam quieturũ ſperaret,tũc vero maior illũ in portu tempeſtas excepit. Eſt autẽ ea nõ minima doloris pars,cũ quis aduerſis ſe ereptũ putans,atque ad finẽ ipſum perueniſſe, cura iam omni & cogitatione ſolutus,rurſus initiũ aliud malorũ congredi compellitur. Nã qui ad ferẽda fortiter aduerſa adhuc paratus eſt,æquiore animo iſta cũ ſibi inferẽtur,excipiet. At vero ſi poſitis curarũ cogitationibus,dum ſe quieturũ ſperat,aliquid huiuſmodi cõtingat, duab⁹ ex partibus turbatur,ac facillime dolore capiẽ: quippe dũ præter ſpem & expectationẽ vritur curis, & animo iam ſolicitudine vacuo, ſeſe præparare deſiit. Quænã ergo iſta poteſtas fuit? Fames ita valida Paleſtinã occupauerat, vt inde cõtinuo exurgere coactus ſit, atque in Aegyptũ proficiſci. Quò cum perueniſſet, veluti malorũ finẽ inuenturus, alia illum rurſus fame triſtior atq; acerbior clades inuaſit, adeo vt periclitari de vita cogeretur: atq; eò timoris deductus eſt, vt quod humana exiſtimatione grauiſſimum eſt omnium, vxorẽ ſcilicet alienę libidini exponere, metu coactus eligeret. In tantã eũ tunc neceſſitatẽ deuenit, vt etiã hypocriſi ſubmitteretur: quo quid dici miſerabilius poſſit? Quo eũ animo illũ fuiſſe exiſtimas, cũ vxori ita cõſulere cogeretur, & diceret: Scio ego, q̃ mulier decora facie ſis. Erit ergo cum te viderint Aegyptij, dicturi ſunt, quia vxor illius eſt, & interficient me,& reſeruabũt te. Dic ergo, quia ſoror illius ſum, vt bene mihi ſit ꝓpter te, viuãtq; anima mea ob gratiã tui. His verbis vſus eſt, qui ꝓpter deũ, & patriã & domũ, & amicos, & cognatos, aliáque omnia dimiſerat, qui huiuſmodi ærumnã, tantúmque laboris tam prolixo tẽpore in itinere perpeſſus fuerat: & tamen nihil huiuſmodi locutus eſt, puta, reliquit me deus,& auerſatus eſt, ſuáq; cura & prouidẽtia excluſit: ſed fortiſſime ſolũ ac fideliſſime omnia pertulit: & qui maxime omniũ, vxore per ſummã vim cõtumeliis affecta, iraſci atq; indignari debuerat, agebat omnia ne cõtumelia tã grauis manifeſta fieret. Hoc vero cuiuſmodi mœroris ac doloris ſit, nego ego ſermone poſſe explicari. Norunt id omnes qui vxores duxerũt, atq; in zelotypiæ vnquã ſuſpicionẽ incideruũt. Sed & Salomõ quẽnã ſit hęc paſsio teſtatur, dicẽs: Plenus eũ zelo furor viri eius, non parcet in die iudicij, neq; vllo pretio inimicitias ſoluet, neq; donis plurimis recõciliabitur. Et rurſus: Fortis vt mors dilectio, durus vt infernus zelus. Quòd ſi zelotypus ita excãdeſcit: is qui tãtis preſſus incõmodis, vt cogeretur eis quoq; adulari, qui ſe cõtumeliis afficerẽt, & in quos vlciſci debuerat, cuncta facere, vt libidines explerent, ſuáq; vxore fruerẽtur, quo nõ dici poteſt miſerabilior? Interea cũ iſta quoq; triſtia finẽ accepiſſent, alia rurſus aduerſa gignebãtur, famíq; illi bella ſucceſſere grauiſſima. Omitto nũc rixas & iurgia paſtorũ, diſtributionẽ cũ nepote ſubſtãtiæ: quãuis iſta quoq;, ſi cũ cæteris examinẽtur, mœrorem facile inferre poſſunt. Cum eũ is qui ſeruatus ab eo fuerat, tãtíſq; per illũ potitus cõmodis, quẽ ſibi cedere per omnia, paſtoréſq; ſuos ſcrepare decuerat: hic optione propoſita, fertiliorẽ ſibi regionẽ elegit, incultã illi ac deſertiorẽ relinquẽs: quis oro, facile ferret, nõ dico detrimentũ, ſed iniuriã, cum videret ſe qui honoraſſet, parũ gratè atque honorifice tractari? Id quidẽ omni detrimento grauius cẽſetur: ſed hæc tamen vniuerſa prætereo. De Patriarcha enim, non de quo-
cuis homine nobis ſermo eſt. Succeſſit illi fami Perſicum bellũ, cogitúrq; aduerſus hoſtes victoria elatos militẽ ducere eis qui principio non affuerat belli, integris adhuc vtriſq; partibus: ſed victoria iam potitis hoſtibus, cum eos nemo ferre potuiſſet, ſed alij quidẽ paſſim interfecti eſſent, alij ſe latebris & fugæ dediſſent, & reliqui in ſeruitutẽ abducti fuiſſent. Sed tamen cũ tantæ vndique difficultates premerent: nũ illi vt domi maneret, quietémve ageret, perſuaderi poterat? Minime vero, imò rei geſtę nũcio perculſus, profect⁹ eſt, ipſe quoq; eiuſdẽ calamitatis particeps futurus, ſéq; ipſum haud dubiæ neci expoſiturus. Nã velle cũ trecẽtis ſeruis ſuis, vel modice pluribus, aduerſum hoſtẽ numeroſiſſimuũ, ac victoria ferocẽ dimicare: nihil aliud profectò erat, q̃ ſe & captiuitati, & ſupplicio, & morti acerbiſſimæ exponere. Profectus itaque eſt, vt ipſe quoque barbaricam immanitatẽ experiretur. Verum dei clemẽtia ſeruatus, confuſis hoſtibus, prędæ ac nepotis cõpos cũ remeaſſet, ſua rurſus incõmoda flere cogebatur, cũ ob defectũ liberorũ nullũ reliquerit hæreditatis ſucceſſorẽ. Noli eũ cũ eum audis conqueri, & ad deũ dicere: Quid mihi dabis? Ego autẽ ſine liberis pereo: hoc illi recẽs fuiſſe ac nouũ exiſtimare. Hæc enim cura & ſolicitudo cum ſpõſa vnà in domum iuſti illius introierat, imò vero ante ipſum ingreſſum ſpõſæ. Quippe omnes conſueuimus, cum incipimus de vxore cogitare, iam tunc rei ipſius curis omnibus tentari, quarũ omniũ ſuprema eſt, gignendorũ filiorũ ſterilitas, metúſque ille ex ea die noſtros animos excruciat. Quòd ſi contingat poſt matrimonium ſolenniter peractũ, primum & ſecundũ, ſiue tertium annum ſine liberis tranſire: tunc iam augetur dolor, ac læta ſpes minuitur.

Gen.12.

Ibidem.

minuitur. Rurſus alio adiecto anno omnino ſpes nos illa deſerit,ſolũq; mœror animũ occupat, per omnia vitæ iucũda ſimul obnubilãs, nullũ nobis voluptatis ſenſũ permittit. Itaq; & ſi nihil cõtigiſſet aduerſi, cũctáq; fœcundiſſime & ad votũ ſucceſſiſſent: iſta liberorũ deſideratio lętis illis rebus admota, cunctam illã proſperitatẽ obnubere ac deiicere ſola potuiſſet. Nam promiſſio illa diuina ad extremam ſenectutem, quãdo maxime deſperabatur impleri poſſe, facta eſt. Priori autẽ toto tempore à luctu & mœrore nunquã vacauerat: quãtóq; amplius augeri diuitias videbat, tanto lugebat vehemẽtius, cũ hæres illi non eſſet, qui his omnibus ſuccederet. Quid vero illũ tunc paſſum putas, quando audiuit: Peregrinũ erit ſemen tuum in terra nõ ſua, & in ſeruitutẽ eos redigẽt, & affligẽt, atq; humiliabunt annis quadringentis? Vxor autẽ ancillam ſuã nunc viri amplexibus iungens, nũc poſt eam cõiunctionem criminibus illum & querimoniis agitans, deúmq; aduerſus eũ inuocans: & quæ thori particeps fuerat, cũ iam filium paritura eſſet, domo deturbari cogens, quẽ conſtantis licet animi, in mœrorem ac dolorem acerbiſſimũ non pręcipitaſſet? Iſta ſi cui fortaſſe leuia vidẽtur, is cum cogitauerit familias & domos integras harum rerũ cauſa ſæpius euerſas, maxime iuſtum iſtum admirabitur. Etſi enim timoris diuini cauſa fortiter ferebat omnia, homo tamẽ erat, & his rebus non poterat non angi atq; cruciari. Rurſus autẽ in domini domum ancilla regreditur, illíq; filium parit, efficitúrq; Abrahã pater poſt illud adeo prolixum tempus: haberéq; ea res nõnihil voluptatis videbat̃, ſed ea ipſa voluptas maiore vi mœroris premebatur. Nothus ille filius legitimi cũ admonebat, maiúſq; illius deſideriũ iniiciebat. Quod enim illi dictum erat, Nõ erit ille hæres tuus, ſed qui egredietur ex te: de Hiſmaële dictum fuiſſe arbitrabatur: nullum enim eatenus de Sara reſponſum acceperat. Cũ vero iam clariorem ac euidẽtiſſimam de Iſaac promiſſionem accepiſſet, tempúſq; partus definitũ eſſet, rurſus antequã eius ſpei voluptatem vllam ſentiret, Sodomorum clades ingẽtem illi mœroris nebulã offudit. Nam q̃ res ipſa iuſtum virum immodice turbauerit, ex verbis illis ac prece quam pro eis fudit, omnibus profecto cõſtat. Cum vero lapſum cœlo imbrem illum igneum, atq; omnino terribilem cerneret, cunctáq; in puluerem & cinerem cõuerſa: neq; in ſeipſo iam erat. Nam ſi cũ de longe domos aliquas conflagrare incẽdio videm⁹, deficimus, ſtuporéq; & mœrore ac metu rigeſcimus: quid illũ paſſum arbitramur, vrbes integras & regiones cũ habitatoribus incẽdio non cõſueto ſed nouo ac terribili ardere conſpicientem? An tibi nõ videtur iuſti huius clades æquoreos perpetuóſq; fluctus imitari? Sicut enim in mari antequam fluctus alij quieuerint, alij rurſus montis inſtar intumeſcunt: ita & per totã viri vitam cõtigiſſe perſpicies. Nam cum adhuc Sodomorũ recens eſſet illa deſolatio, rex Gerarę eadẽ quę Pharao in Sarã committere conatus eſt, rurſúſq; mulier miſerandã ſimulationem cõfingere compellitur: atque in opus prorupiſſet ea contumelia, niſi prohibuiſſet deus. Cũ autẽ in partu illius & vxor ſimul & filius, ac tota familia lætaretur, ſolus ille in tanto omniũ gaudio triſtis eſſe ac mœrere cogebatur, ancillã cum filio eiicere vi cœleſtis oraculi cõpulſus. Etſi enim nothus erat, atq; ex ancilla natus Hiſmaël, naturalis tamen vis amoris ex ea indignitate nihilo minor erat, neq; imbecillio-

Gene.15.

rem paternorum viſcerũ doloré fecerat ignobilitas matris. Iſtúdq; ex ipſa hiſtoriæ ſerie poſſumus addiſcere. Ille enim fortis, ille ſeueriſſimus & qui vnigenitum propriis manibus poſtea mactãdum ſuſcepit, vxore ſibi hoc pręcipiẽte ęgre ferebat: nũquánq; illi ceſſiſſet, nũquam obtemperaſſet (etſi tunc maior acceſſiſſe videret autoritas, iuſtáq; ab eo poſtularet) niſi illum timor dei vehemẽter impuliſſet. Itaq; cum audis illum deo iubente ancillã emiſiſſe cum filio, caue putes doloris ſenſu caruiſſe. Hoc enim erat impoſſibile, verum illius potius ſingularem admirare obediẽtiam, q̃ cum etiam miſerationis affectu retraheretur, emiſit tamen cum filio matrem, quorſum profectura eſſet neſciens. Tolerabat autem atq; ſuſtinebat mœrens: neq; enim ille natura ſuperior euaſerat. Hoc autem & in legitimo paſſus eſt filio. nullus enim eũ non doluiſſe dicat, neq; paternis affectibus fuiſſe commotum, ne dum vltra modũ illius oſtendere nitatur philoſophiam, illũ ſumma laudũ omnium priuet. Nam ſi in flagitiis teterrimis quoſq; deprehenſos, ac longiſſimo tempore vita potitos, ignotóſq;, & quos nunquã antea vidimus, cũ repente conſpicimus ad mortem duci, miſericordia ac dolore conficimur, ſępe autem etiã illachrymamur: is qui vnigenitum atq; chariſſimum filiũ, qui pręter ſpem, qui poſt tantum temporis, qui ad extremam ſenectutem natus erat, (hæc enim omnia excitãt maiorem doloris flãmam) hunc iam adultũ ſuis manibus mactare & incẽdere iuſſus, nihil humanum paſſus exiſtimetur: quid iſta dicentibus ridiculoſius? Nãq; ſi lapis eſſet, ſi ferrũ, ſi adamas deniq;, poſſẽtne nõ molliri, non flecti, non frangi ad decorum amãtiſſimi filij aſpectum? Erat enim ad ipſum ætatis florẽ iam ſapientia maturus, & animi religione perfectus. Deniq; audiuit: deus prouidebit ſibi ouẽ in holocauſtũ fili mi. nihílq; perquiſiuit amplius. Aſpiciebat patrẽ ſe ligãtem, nec reiuctabatur: impoſitus rogo nõ reſiliebat: videbat gladium cõtra ſe vibrari, neque omnino terrebatur. Quid hoc animo religioſius, quid deuoti⁹ dici aut excogitari poteſt? Audebit ne ergo quiſquã adhuc dicere, nihil ĩ huiuſmodi omnibus perpeſſum eſſe Abrahã? Si enim inimicũ, ſi hoſtẽ interfecturus eſſet, etiãſi belua fuiſſet immanis, num iſta ſine dolore perpetraſſet? Non eſt ita, nõ eſt. Noli iuſtũ virum ita crudeliter arguere, dolebat profecto atq; diſtrũpebatur. Deus, inquit, prouidebit ſibi victimam in holocauſtum fili. Quanta miſeratione verba iſta plena fuiſſe arbitraris? Cõtinebat ſe tamen, ac premebat acerrimi doloris vim: atq; iſta oĩa ea deuotione & alacritate patrabat, qua facerent qui nullo iſtiuſmodi impedimẽto continerentur. Immolatum interea filiũ (quippe deuotione illum immolauerat) ſanum rurſus atq; incolumem reſtituit matri quem illa ſuſcipiẽs, antequã affatim dulci nato frueretur, exceſſit è vita: id iuſto illi maximo mœrori fuit. Etſi enim longo ſimul vixerãt tempore, nihil tamen perſuadere poterat, vt eũ caſum leuius ferret: imò vero hoc ipſum ampliore illũ dolore cõficiebat. Nanque conſueuimus eos, qui plurimo nobiſcum tẽpore vixerũt, ſummáq; virtutis ſuæ & amicitiæ nobis documenta dederunt, maxime omniũ ac ſummo deſiderio requirere. Quódq; iſta ſic ſe habeãt, ipſe Patriarcha nobis indicat, qui fletu ac lamẽtatione ſolenni illi debitas perſoluit ĩferias. Quis iã reliquas curas ꝓſequi poſſit, quas filij gratia ſuſcepit, vxorẽ illi ex remotioribus locis cõſciſcẽdo, ac per omnia illius or-

namentis

Universidad de Deusto Biblioteca

namẽtis & gloriæ proſpiciẽdo, quáſq; pro illius fra-
tribus neceſſario ſubiuit,aliáq; oĩa:quæ qui adamuſ-
ſim conſiderare velit atq; diſcutere, lõge laborioſio-
rem iuſti huius vitã, curiſq; cumulatiorẽ perſpiciet,
quàm ipſi nunc oſtẽdere poſſimus. Principalia nan-
que tantũ, ac magis neceſſaria ſcriptura reſtringens,
reliqua nobis omnia examinãda reliquit,quæq; die-
bus ſingulis veriſimile eſt in ea domo contingere,vbi
ſeruorũ erat multitudo,vir,vxor ac filij, multarúmq;
rerũ cura ac ſolicitudo.Ita ſanè,inquies, ſed illi ſola-
tiũ ferebat in ſingulis huiuſmodi aduerſis,ꝙ propter
deũ illa omnia patiebatur.Et teipſum igitur illud nõ
cõſolabitur?Nullus enim profectò,niſi deus tibi hãc
inferri tentationẽ permiſit.Nam ſi nec porcos quidẽ
inuadere nequiſſimi dæmones auſi fuerant,niſi prius
ille permitteret:multo minus mortalibus cunctis re-
bus excellentiorem animam.Sicut igitur omniũ for-
tis toleratio, atq; in omnibus gratiarũ actio maxima
cauſa pręmiorum fuit:ita erit tibi,tu modo non gra-
uiter atq; indignanter feras, ſed in omnibus gratias
referas clementiſſimo deo.Nẽpe enim & beatus Iob
ea quæ paſſus eſt,deo permittente perpeſſus eſt:coro
nis tamen nõ ideo donatus eſt, quia paſſus fuit: verũ
quia contra aduerſa omnia fortis atque inuiolabilis
perſtitit.Admiramúrq; illum omnes,non ꝙ priuatus
omnibus fuerit, ſed quia inter hæc omnia nõ pecca-
uerit,neq; in labiis ſuis. Quoniam vero de Iob men-
tionem fecimus,vellem quidẽ longa ipſius lamenta,
paſſionúmq; vehementiã perſequi:verum ne in lon-
giſſimum tendatur liber,ad Iſaac redeat oratio. Por-
rò ſi tu cupis illius omnia diligentius addiſcere,librũ
ipſum in manibus ſumens,aſpice in abyſſum altiſſimã
calamitatum viri,plurimáq; in conſolationẽ tuis ca-
ſibus inuenies.Quanto enim melior, quantóq; præ-
clarior meritis iuſtus ille eſt q̃ nos, tanto aduerſus eũ
numero & magnitudine maiori vi dimicauit, eóque
vehementius contra illũ tunc nequiſſimus ille conci-
tatus eſt. Cæterũ rectè facta non tam tentationũ nu-
mero & magnitudine,q̃ rerũ virtute æſtimantur.Ita-
que etſi inferius ac minus iſtud certamen eſt,nihil id
tuas coronas poterit minuere: nã & is qui duo talen-
ta tulit, nihil minus retulit, q̃ is qui obtulerat quin-
que.Cur id?Quia etſi non idem reditus,eadem tamẽ
Matt. 25. deuotio & alacritas fuit. Quocirca & eodẽ honore
vterq; potitus eſt,audiens:Intra in gaudium domini
tui.Quid ergo Iſaac? peregrinationẽ quidem illã lon-
giſſimam,ac difficillimam ſubire exemplo patris,ter-
rámq; ſuã derelinquere coactus nõ eſt: ſed planè ſu-
premũ malorum omniũ ipſe ſuſtinuit,metum ſcilicet
ne ſine liberis decederet. Poſtea vero q̃ oratione ad
deum fuſa,eo metu liberatus eſt,alius continuo eum
excepit timor lõge illo grauior & maior. Neq; enim
par metus eſt cõiugis pro ſterilitate,& pro radice ip-
ſa trepidare.Sic enim partus doloribus diſrumpeba-
tur,vt vita ipſa morte omni illi eſſet acerbior.Et hoc
Gene. 25. ipſum audias licet dicentẽ: Si mihi ita futurum erat,
ad quid mihi viuere?Famis autem & iſte experimen-
tum cepit,etſi non vt pater in Aegyptũ deſcẽdit: ſed
quod ille vere in Aegypto pertulit,& iſte pati pericli
tabatur,vxorẽ ſcilicet amittere.Et patrẽ quidẽ vene-
rabantur omnes,hunc vero non ſecus q̃ inimicum &
hoſtem exagitabant,neque propriis illum laboribus
perfrui ſinebant:verum cum illum anguſtiis vndique
concluderent,licenter ipſi laboribus ipſius frueban-
tur.Tandem vero cum ſibi illos amicos conquiſiuiſ-

A ſet,filióſque adultos cerneret,tunc iam,tunc quando
ſummã ſe conſolationẽ inuẽturũ ſperabat, optimóſ-
que ſenectutis ſuæ cuſtodes, ac nutritores habiturũ,
in ſupremũ corruit mœrorem. Primum enim maior
natu filius vxorẽ ſibi alienigenam contra patris vo-
tum cepit, & eo ipſo ꝙ pugnam & bellũ in domũ in-
troduxiſſet,illũ ſumma & incredibili vi doloris affe-
cit.Innumeris enim iniuriis mulieres illę ſoceros affi-
ciebãt:quę omnia ſcriptura deuitãs, vno verbo cun-
cta ſignauit,cũ diceret:Cum Rebecca cõtendebant:
reliquítq; id dictũ eis intelligendum, qui domos ha-
bent,ac filios iã vxoratos. Illi maxime omniũ noue-
runt diligenter quantũ mali ſit,quantúmq; detrimẽ-
ti,ſi ſocrus oderint nurus:ídq; maxime tunc,cũ ambę
eandẽ inhabitent domum. Hoc autem iuge illis erat
incõmodum.Ad hęc illi grauior quoq; moleſtia ad-
B iecta eſt,oculorũ caligo ſcilicet, ac luminis priuatio:
quę cuiuſmodi ſit,illi ſoli ſciũt,qui patiũtur.Pręterea
ne illud leue incõmodum exiſtimetur, ꝙ dum bene-
diceret filiis,contra q̃ volebat,matris aſtu & arte,mi-
norẽ pro maiore benedixit.Qua in re ita indoluit,vt
amarius q̃ is qui paſſus fuerat, clamaret, excuſarétq;
ignorantiam, ꝙ non illum ſciens benedictione frau-
daſſet,verũ fratris arte circũuentus.Hæc autẽ omnia
ſcenę tragœdiã præcurrebant,fabulámq; Thebano-
rum adoleſcentiũ ſignabant. Nam & hic etiam ſene-
ctutem,occæcationémq; patris maior natu contem-
nens,iuniorẽ fratrẽ deturbauit domo.Etſi enim non
ille necauit,id matris impediuit ſapiẽtia: & hic enim
cõminatus eſt cędem,patríſq; mortem operiebatur.
Quòd cũ mater cauta didiciſſet,patríq; retuliſſet, il- *Gene. 27.*
lum protinus eius manibus eripuit.Et eum quidẽ qui
C ſe venerabatur,quíq; ſibi ſumma beneuolẽtia ac pie-
tate iungebatur,parentes fugæ cõmittere coguntur:
improbum autẽ,per cuius intemperãtiam viuere illi
niſi in amaritudine ſumma ac dolore non poterant
(hoc enim ipſa Rebecca indicat) apud ſe iugiter te-
nebant. Igitur cũ ille effugiſſet, qui ſemper in domo
educatus(erat enim innocens habitans domi) pluri-
múmq; cũ matre conuerſatus fuerat:quibus lamẽtis,
quo dolore, quo gemitu Rebeccã iam affici neceſſe
fuit,mœrore ſemper chariſſimi ac dulciſſimi filij, vi-
rúmq; intuentẽ,& per ętatẽ,& per infirmitatẽ nihilo
meliore conditione,q̃ mortuum? Quibus item lucti-
bus ſenem detentũ putas, dum communes & ſuas &
vxoris clades flere cogeretur?Cum vero illa moritu-
ra eſſet,quid nõ dixit? quid nõ locuta eſt?Etiam lapi-
des ipſius verba liquefacere potuiſſe puto,cũ non vi-
D deret prope adſtantẽ filium,atq; illachrymantẽ,ocu-
lóſq; ſibi excæcantẽ, atq; mœrore ſuffuſa ora cõtra-
hentem,atq; alia omnia agentẽ,quę parentibus mor-
te ipſa vidẽtur grauiora.At vero Iſaac,dum illam ita
efflare animã cerneret:quo animo fuiſſe putãdus eſt
& tunc,& poſt ipſius mortẽ?Talis ille nobis fuiſſe o-
ſtenſus eſt, quem multis fuiſſe feliciorẽ putabamus.
Iam vero Iacob ipſius vitam cuiuſmodi fuerit, abſq;
diſcuſſione aliqua ipſius verba indicant, qui cũ Pha- *Gene. 47.*
raonẽ alloqueretur,aiebat:Dies mei parui & mali,&
non peruenerũt ad dies patrum meorum: hoc eſt, &
breuiorẽ, & laborioſiorẽ vixi vitam. Verum & abſ-
que hac illius ſententia ita ſunt apertę clades eius, vt
pauci admodum ſint, qui illas neſciãt. Auus nanque
eius etſi longinquiſſimam peregrinationem emen-
ſus eſt,iuſſu dei hoc fecit. Quæ res maximo ſibi ſola-
tio fuit.Hic autem fratrẽ fugiens inſidiantem,parri-
cidiúmque

cidiúmq; meditãtem,ſummos itineris labores paſſus
eſt.Atq; ille quidem neceſſario victu,& quidẽ abun-
danti nunquã indiguit:huic vero voti res erat, indu-
mento ac pane ſolo nõ indigere.Seruatus autem, at-
que itineris fatigationibus liber, cum tãdem ad affi-
nes ſuos perueniſſet,qui in tãta rerum copia nutritus
fuerat,ſeruire cogebatur.Nõ ignoras autem,ſeruitu-
tem cũ ſemper moleſta ſit,tum maxime videri mole-
ſtiſſimã, cũ quis propinquis ac paribus ſeruire cogi-
tur:ídq; cum eius rei nũquam periculum fecerit, ſed
priorem omnẽ ætatem in deliciis egerit. Quod cum
intolerabile eſſe videretur, forti tamẽ & magno ani-
mo ferebat.Porrò quid ærũnarum in vita illa ſua pa-
Gene. 31. ſtorali paſſus ſit,ipſum audias licet dicentẽ:Ego per-
ſoluebã à meipſo furta diei,& furta noctis. Per diem
vrebar ęſtu,& nocte gelu,receſſitq; ſomnus ab oculis
meis,iſta mihi fuerũt annis vigĩti.Hæc ille paſſus eſt,
qui vitam vixerat ſimplicẽ, qui ſemper fuerat domi.
Póſtq; tot labores,tot incõmoda, poſt longum illud
ſeruitutis tempus, fraudẽ illam amariſſimã pertulit,
qua ſibi altera alterius loco tradita vxor eſt. Nã ſi nõ
ſeruiſſet annis ſeptẽ,ſi nõ ea paſſus fuiſſet,quæ auun-
culo conqueſtus dixit:ſi nõ amauiſſet puellã,hoc ip-
ſum tamẽ ꝙ ſibi meliore ac formoſiore promiſſa,tra-
dita ſibi pro illa deterior fuit: quãtũ putas mœroris,
quid indignationis,quid doloris beato illi tũc pręſti-
tit?Sanè ſi quis alius id paſſus eſſet,nunquã eam frau-
dem atque iniuriã tuliſſet:ſed omni prius ſocerorum
euerſa domo, tunc demũ ſe ipſe cum illis vnà inter-
feciſſet,aut alio quouis modo perdidiſſet. Quoniam
vero patiẽtiſſimus ac lõganimis erat Iacob, nihil pe-
nitus huiuſmodi fecit, ſed ne initiũ quidẽ eiuſce co-
gitationi dedit:imò vero ſeptẽ annos alios iterũ ſer-
uire iuſſus prompte obediuit, adeo mitis erat ac mã-
ſuetus.ꝙ ſi puellæ amor manſuetudini morum obſe-
cundabat, rurſus mihi mœroris magnitudinem aſſe-
ris.Conſidera enim, quæſo, quãtum ille doloris paſ-
ſus ſit,cum eius quam ita vehemẽter diligebat, frau-
datus amplexibus, illiúſq; cõnubia deſiderans,ſeptẽ
rurſus annorũ dilatione cruciatur, frigora & ęſtus &
vigilias,& detrimẽta perpetua patiẽs. Ea tamen ipſa
potitus tãdem,viuenſq; apud ſocerũ vitam ærumnis
& laboribus plenã:ſic quoque inuidiæ patuit, ſecun-
dam fraudem in mercedibus paſſus,vt ipſe quoq; il-
lum arguerit,dicẽs:Immutaſti mercedẽ meam ſeptẽ
vicibus. Vnà vero cum ſocero affines reliqui, magis
etiam aduerſus illum efferati excandeſcebant. Quod
autẽ erat omnibus grauius, vxor illa tam dilecta, cu-
ius gratia bis ſeptẽ annis ſeruire delegerat,prę mole-
ſtia ſuffocabatur,cum ſororẽ ſuam parientem cerne-
ret:ſe vero omni pariendi ſpe deſtitutã, atque in tan-
tam tunc amentiam ex animi mœrore deuenerat, vt
criminibus & querelis agitaret virũ, mortémq; ſibi-
met conſciſcere minaretur,niſi pareret,Da mihi, in-
quiẽs,liberos,alioqui moriar ego. Quomodo igitur
ille lętari poterat,cum ea quam diligebat, ſic affecta
eſſet,fratréſq; illius ſibi inſidiarentur,omniáq; moli-
rẽtur,vt ille ad extremã deueniret inopiã? Nam ſi ea,
quæ ſine ſudore dotis nomine tradũtur vxoribus,cũ
quis tulerit,maximo mœrore afficimur:is ꝗpericlita-
batur ea quę ſummis laborib' quęſierat amittere,quo
animo ferre ea detrimẽta poterat? Cum autem haud
obſcure ſuſpectus eſſet,eóſq; ſe intuẽtes cerneret,clã
fugã iniens diſceſſit. Quo quid dici miſerabilius poſ-
ſit?Nã & ex paterna domo & ex aliena,cum metu ac

A periculis migrãs, in eadem prærupta rurſus cogeba-
tur incidere.Quippe fratrem fugiens, ſe ad ſocerum
cõtulerat,à quo iterum exagitatus,ad fratrem redire
cogebatur,propheticũ illud paſſus, quod de die do-
mini dicit Amos,Velut ſi quis fugiat à facie leonis,& *Amos 5.*
irruat in eũ vrſus,ingreſſúſq; in domum ſuã,& parie-
ti manus applicans,mordeatur à colubro. Quis autẽ
eum tremorẽ enarrare poſſit,quẽ perpeſſus eſt com-
prehenſus à Laban, itineríſq; anguſtias cũ ſe tam nu-
meroſum pecus filiíq; ſui ſequerentur?Cęterum cum
fratris faciẽ eſſet inſpecturus, nónne idem paſſus eſt,
quod apud poëtas,qui fictũ caput Gorgonis vident?
Nõne ita per omnia affectus erat, vt hi qui ad mortẽ
ducũtur?Audi ſanè illius verba,atq; ex eis inſitam il-
lius animo timoris flammam addiſce.Deus erue me, *Gene. 32.*
ĩquit,de manu Eſaü fratris mei,quia valde eũ timeo,
B ne fortè ſuperueniẽs interficiat me, ac matrem cum
filiis.Tu autem mihi dixiſti,quòd bene mihi faceres.
Quam non lætitiã hic metus excluſiſſet, etiã ſi priori
omni tẽpore tranquilliſſime vixiſſet? At nunc omnis
illi vita,ex qua die benedictionem accepturus, metu
penè fuerat mortuus, per calamitates varias ĩſidiáſq;
texebatur.Tantus deniq; tunc illum timor inuaſerat,
vt poſt congreſſum fratris, quantumlibet ille præter
ſpẽ benigne & humaniter eo vſus eſſet, confidere ne
ſic quidẽ poſſet,anxietatémq; deponere. Deniq; cũ
obſecraret ille,vt ſecum ſe ire permitteret,non ſecus
q̃ à fera aliqua liberari cupiẽs,vt recederet orabat,di
cens:Noſti domine,quia infantes teneriores ſunt, o-
uéſq; & boues mecũ fœtę,quas ſi plus in ambulando
laborare fecero,moriẽtur vna die cũcti greges.Præ-
cedat dominus meus ante ſeruum ſuũ, & ego ſequar
C paulatim veſtigia ei',ſicut videro paruulos meos poſ
ſe,donec veniam ad dominum meum in Seir.Reſpi-
ránſq; ex illis periculis modicum, in alium lõgè ma-
ximum timorẽ incidit. Rapta quippe illius filia,pri-
mum quidẽ puellæ iniurias & contumeliam ægre fe-
rebat: ſed cum id facinus leniſſet, ꝙ eam regis filius
ducturum ſe vxorem polliceretur, eámq; ſententiam
laudaſſet Iacob,fœdera violauit Leui fratribus adiũ-
ctis,ciuéſq; viritim ad vnum iugulantes,in id tremo-
ris patrẽ induxerunt,vt inde protinus migrarent, eò
ꝙ omnes aduerſum ſe bellaturos timeret.Dixit enim
(ait ſcriptura)Iacob ad Simeonem & Leui:Odioſum
me feciſtis,vt iniquus ſim omnibus habitantibus ter-
ram,Chananæiſq;,& Pherezæis.Ego autẽ ſum mini-
mus numero,congregatíque contra me ſimul obiur-
gabũt me,delebórq; ego,& domus mea.Quippe om
D nes illos vnà finitimi necaſſent, niſi illorum indigna-
tionem,dei clementia continuiſſet,finémq; cladibus
impoſuiſſet.Factus eſt,inquit,timor dei ſuper omnes
per circuitũ ciuitates,neq; perſecuti ſunt poſt Iſraël.
Quid ergo cum hoc metu liberatus eſſet? Num tãdẽ
vel parum reſpirauit?imò vero tunc ſupremus eũ ma
lorum omniũ vortex inuaſit, mors ſcilicet amantiſſi-
mæ coniugis & immatura ſimul & violenta. Peperit
enim,inquit,Rachel,parturienſq; laborabat.Factum *Gene. 35.*
eſt autem cũ parturiẽs periclitaretur, dixit illi obſte-
trix:Cõfide,& hic enim tibi filius eſt. Et cum efflaret
animã(moriebatur enim)vocauit nomen eius, Filius
doloris mei. Cúmq; luctus adhuc recens eſſet,adie-
cit mœrori Ruben,patris thorum contumelioſe im-
petens.Quod ille tam grauiter tulit,vt moriens quo-
que mala imprecaretur filio,tum ſcilicet, quando fi-
liis parentes miſericordius affici cõſueuerũt. idq; cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille primogenitus esset omnium, quod etiam affectus nomine non parum valet. Sed tamen hæc omnia vis mœroris exclusit, vocánsq; illũ dixit: Ruben primogenitus meus, fortitudo mea, & initium filiorũ meorum, durus ad ferendum, durúsq; & audax, effusus es sicut aqua, nõ crescas. Ascẽdisti enim in cubile patris tui, tunc maculasti stratũ vbi ascendisti. Cum autem adoleuisset amantissimæ vxoris filius, solarique illius desiderium huius præsenti & iugi cõtubernio speraret, tũc sibi multiplices parantur clades: fratres enim illius tunicam intinctam sanguine patri ostendentes, vario illum luctu confecerunt. Neque enim solam lugebat mortem, sed ipsum quoq; mortis genus: plurimáq; erant quæ illius animum cõfunderent, ac penè in desperationẽ præcipitarent, q amatę illius filius, q melior reliquis, q maximè dilectus, q in ipso ætatis flore, q ab eo missus, q neq; in domo, neque in lecto, neq; patre coram assistẽte, neq; dicens aliquid & audiens, q non communi morte omnium, q viũs à ferarum immanitate discerptus fuerat, q ne reliquias quidẽ illius reperire poterat, & humo condere: q ista illi non in iuuentute contigissent, quãdo melius ferre potuisset, sed senectute vltima. Erátq; miserãdum omnino spectaculũ, videre canos verendos puluere fœdatos, seniléq; pectus discissa tunica nudatũ, lamẽtáq; admittentia consolationẽ nullã. Scidit enim, inquit, Iacob vestimenta sua, & circumposuit cilicium lumbis suis, lugebátq; filiũ diebus plurimis. Congregati sunt autẽ omnes filij eius, & filię, & venerunt cõsolari eum: noluítq; consolari, dicens: Descendam ad filium meũ lugens in infernũ. quasi vero possibile nõ esset vacare à mœrore animũ ipsius. Cũ cœpisset ea plaga curari, fames valida incumbens, terrámq; vniuersam occupans, primũ quidẽ vehemẽti illum mœrore turbauerat. Cum autem reuersi ex Aegypto filij, rei frumentariæ copia famis incõmoda solati essent, aliã item consolationi mixtã doloris causam attulerunt, voluptatémq; quam ex famis leuamine tulerat, absentia filij premebat atq; obscurabat. Neq; id solũ, sed Beniamin ipsum postulabãt: quo ille vnico solatio & vxoris defunctæ, & à fera deuorati filij lenire mœrorẽ consueuerat. Erat autẽ non ea sola causa detinendi Beniamin secũ, verũ ætas quoq; ipsa, & educationis ratio. Nõ ascendet enim, inquit, filius meus vobiscum, quoniã frater eius mortuus est, & ipse solus derelictus est: contingétq; illũ lassescere & deficere in via qua vos pergitis, deducetísq; canos meos cũ dolore ad inferos. Primũ igitur omnino renuebat, illum nunquã se daturũ asserens. Cum vero vehementissima vis famis vrgeret, grauioríq; necessitate tangerentur, quanquã nimium mœrens: Quid enim, inquit, me afflixistis, nunciantes homini, q esset vobis frater? verbáq; illa miserãda locutus: Ioseph, inquiẽs, non est, Simeon non, & Beniamin hunc assumetis? in me venerunt ista omnia: dolẽs scilicet q post Ioseph & Simeon, etiã Beniamin à se niterentur auellere: ostendénsq; omnia se potius passurum, q dimissurũ à se filiũ: victus tandẽ suis eũ manibus tradidit, dicens: Et fratrẽ vestrũ assumite, surgentésq; descendite ad virũ. Deus autẽ meus det vobis gratiam in cõspectu viri, emittátq; vobiscũ fratrẽ vestrũ vnum, & Beniamin. Ego enim sine liberis effectus sum. Ita vehementer summis illis angebatur incõmodis, vt visceribus etiã discerptis, paulatímq; imminutis filiis, vniuersa deteriorũ metu toleraret. Maiore enim ex huiusmodi aduersi dolore angebatur, quàm antẽ ex Ioseph. Quippe ea clades, quę meliorum spe & expectatione caret, si vehementiore dolore nos cruciat, ille tamen ipse dolor protinus lenitur, dũ animo desperatio huiusce cladis corrigẽdę semper ingeritur: quę vero suspensa, hactenus animũ requiescere non sinit, futurorum incerto anxietatẽ iugiter nobis augens & reuouans: idq; ex beato Dauid facile animaduertere possumus, qui cum adhuc viuente plangeret filio, eoipso mortuo se à fletu continuit. quod cum serui illius mirarentur, causámq; requirerẽt, hanc ipsam rationem allegauit, quam ego modo. Merito igitur Iacob in his casibus metuebat magis atq; tremebat. Sed aspectus ille desiderabilis, ac Ioseph facies voluptatem illi & quietem postmodũ prębuit. Et quid inde voluptatis consecutus est? Sicut enim vehemẽtissimo igni adusta membra quantumlibet quis refrigerare moliatur, nihil proficit: ita & illius mœstum animum nimiíque doloris flãmis adustum, nihil erat quod recreare ac refouere posset, maxime cum ea ætate nullus ferè sit voluptatis sensus: quod Berzelai Galaadites excusans, dicebat ad Dauid: Quot dies annorum vitę meę illic erunt mihi, vt ascendam cum rege in Hierusalẽ? Filius octoginta annorũ sum hodie, num discernam inter bonum & inter malũ? Num gustabit seruus tuus quæcunq; comederit aut biberit dominus meus? Nũ audiet seruus tuus cantantium virorum aut mulierũ voces? Et quare seruus tuus grauis sit domino meo regi? Verum quid hoc ex aliis coniicimus, cum liceat ipsum audire de se profitentẽ? Postea enim quàm filium viderat, à Pharaone de vitæ suæ annis interrogatus: Parui sunt, inquit, & mali dies mei, & non peruenerunt ad dies patrum meorum. adeo viuacẽ rerũ gestarum memoriã secum semper gerebat. Sedenim filius iste charissimus & glorisissimus Ioseph, cuius clades non suarũ magnitudine gloriarũ operuit? Nẽpe enim pater eius vnum tantummodo insidiatorem passus est, hic autẽ porrò plures: atq; ille quidẽ priorem omnem ętatem in summa rerum copia & requie nutritus est: hic in alienam puer adductus regionem, itineris ærumnas perferre cogebatur. Atq; illi quidẽ mater, insidias leniens: hic adolescentulus quãdo illi matre opus erat, tunc maximè isto adiutorio destitutus & destitutus est. Ad hęc Esaü quidem vsq; ad cõminationem tantum Iacob perterruit: at vero Iosephi fratres insidias in apertum opus perduxerunt, atque ante insidias inuidia commoti detrahere illi nũquam destiterunt. Porrò quid acerbius esse possit, q eos quibuscum iugiter inhabitas, inimicos pati? Videntes enim q à patre cęteris liberis suis plus diligeretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Neq; enim ego, q sub negociatorum regiíque serui manu fuit, tam graue illi fuisse dixerim, quàm quòd in illorum impias incidit manus. Multo enim isti clementius illo vsi sunt, quàm fratres. Attamen nec sic quidem quieuit calamitatum sæua hyems, quippe vehemẽtior procella irruens, ipsum rursus ferè demersit. Fortasse me quispiam hoc in loco insidias dominæ dicturum existimet. Ego ante eam quoque tempestatem aliam sæuiorem dicam. Graue quidem, reuera graue atque intolerabile, calumnias huiusmodi criminum pati damnarique, & carcerem tam prolixo tempore incolere puerum, liberum, nobilem, eiúsque necessitatis hactenus ignarum. Sed sanè grauius his omnibus, ac difficilius illi visum puto, fluctus

Gene. 42.

Gene. 43.

fluctus ætatis cõpescuisse. Si enim nulla flagrãti concupiscẽtia turbatus, illius amores blãditiásq; respuisset, nõ mihi ita laudandus atque admirandus videretur, Christi scilicet sententiam tuenti. Neq; enim ille eos qui natura sunt eunuchi, sed qui seipsos abscidẽrũt, dignos regno cœlorũ dixit. Sin vero aliàs q̃ ille victoriã tulisset, aduersus quẽ dimicãs victoriam reportaret? Quonã hoste superato buccinaretur, si nullus esset qui obluctaretur, eúmq; summa vi niteretur deiicere? Neq; enim eos qui à domitorũ animãtium coitu abstinuerunt, castitatis ratione prædicamus, q naturæ insita nõ sit huiusmodi cõcupiscentia. Si igitur beato illi adolescẽti eiusmodi ignis nihil molest' fuit, quid est q illius castitatẽ ita admiramur? Quòd si eo tempore, quo vehementius huiusmodi flamma succenditur (agebat quippe iam fermè vigesimũ ętatis annũ) & cũ nullis admotis aliis fomentis incendij, intolerabilis per se est ista vis, tunc maxime impudica mulier castissimo adolescenti insidiata est, tantum huic flammæ virũ ex suis illecebris & ornamẽtis adiiciens, quantum illi erat per naturã: quis iam tum illius fluctus tumultus, & anxietatẽ enarrare sufficiat, cum intrinsecus quidẽ & natura illũ & ætas perturbarẽt, arsq; & decor Aegyptię extrinsecus pellicerẽt: istúdq; non vno die, vel duobus, sed plurimo tẽpore perferret? Equidẽ reor ipsum tunc nõ sibi tantum timuisse, sed illi etiã indoluisse, q ad tantum præcipitiũ tanto studio peruenire curaret festinarétq;. Atque illud ex verbis quæ mulieri plena grauitatis & modestiæ respõdit, nobis cõstare poterit. Etem licebat illi profecto iure suo, si voluisset, & contumeliosius & audacius ad illã loqui: siquidẽ illa per nimiam amoris vim facile cuncta tolerasset. Verum nihil huiusmodi locutus est, aut cogitauit: sed piis religiosisq; cogitationibus admotis, ea solũmodo locutus est, per quæ putabat à scelere illã posse reuocari, nihilq; amplius adiecit. Ecce eñ, inquit, dominus meus, pręter me nihil scit eorũ quæ sunt in domo sua: & omnia quæ sua sunt dedit in manu mea, nihilq; in domo sua plus habet q̃ ego: neq; aliquid quod non dederit in potestate mea, præter te, eò q vxor illius sis: & quomodo faciam hoc verbum malum, vt peccem coram deo? Et tamen post tantam modestiam, tantáq; castitatis indicia, falsi criminis calumniã subiuit, deúsq; istud fieri permisit. Vinctus est, nec sic prodidit insidias, iniustáq; mulieris calumniã coarguit. Studebat enim copiosiora prędia, coronásq; clariores præparare, atq; ideo ipsis quoque seruis regiis dimissis ipse inclusus perseuerabat. Tu nolo mihi custodis clementiã obiicias, verũ ipsius verba diligentius examines, inspicies profecto summũ animi dolorẽ. Nã cum somniũ interpretatus esset regio pincernæ, dixit: Sed memẽto mei per temetipsum, cũ tibi bene fuerit, faciésque super me misericordiã, & suggeres Pharaoni de me, & educes me de lacu isto, quia furto sublat' sum de terra Hebræorũ: & hic nõ feci quicquã, sed innocẽtem iniecerũt me in domũ lachrymarum. Etsi enim claustra carceris facile ferebat, cũ eis hominibus viuere, puta sepulchrorũ violatorib', furibus, parricidis, adulteris, homicidis, & reliquis eius generis hominibus (his enim atq; huiusmodi plenũ erat illud habitaculum) grauius illi ac molestius erat. Neq; id solum, sed q plurimos intueretur frustra & inaniter illic aggregari, atq; velut in salsurã mitti. Sed tamẽ id quod tute modo quereris, seruus quidẽ vinculis eripiebatur,

Gene. 39.

liber autem in ærũnis persistebat. Quòd si quis regni mentionem faciat, hic mihi rursus curarũ examen, vigiliarũ & mille negociorũ difficultates velim in medium adducat. Quæ omnia eis qui quietã curísq; vacuam vitam diligunt, non nimium iucunda, aut grata sunt. Præterea sanctis illis quidẽ si quid lætum cõtingebat, mirum profecto non erat, cum necdũ cœleste regnum planũ & apertũ esset, futurorúmq; bonorum manifesta promissio. Hic vero quãdo tãta bonorum copia, pponitur, résq; cũctis manifesta est, audebitne obsecro iam quispiã dolere, si in præsenti vita iucundis nullis perfruatur: aut prorsus in hac vita dulce aliquid existimabit, qui præmia futura nouerit? Et quid hoc animo dici abiectius potest, si sperãs & expectãs paulo pòst in cœlũ se migraturũ, huius mundi requiẽ inquirat, ac tranquillitatẽ membro nullo meliorem? Vanitas enim vanitatum, inquit, & omnia vanitas. Quòd si is, qui præsentis vitæ voluptates præ cæteris hominibus fuerat expertus, hanc aduersus illas sententiam tulit: multo magis nos ita affici & sentire conuenit, quibus nihil est commune cum terra, quibúsq; in superna inscribi ciuitate festinare, totúmque illuc animum transferre iussum atque imperatum est. Eccles. 1.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de Prouidentia dei, ad Stagirium monachum, Liber tertius.

SVfficere quidem & ista poterant, quæ dicta sunt, ad extinguendam mœroris flammam, atq; persuadendum meliore ac tranquilliore esse animo. Verum vt consolatio sit cumulatior, & hunc librum adiicere instituimus, illud abs te primum inquirens: Dic, oro, si quis te ad regnum terrestre & imperium vocaret, atq; ante ingressum eius ciuitatis, in qua coronandus esses, in stabulum diuertere necesse esset, vbi luti ac simi plurimum viatorúmq; tumultus esset, & latronũ perturbatio, summáq; pressura & angustia: num ad illa tristia cogitatione conuertereris, an illa omnia quasi nihil essent, gaudio & spe regni cõtemneres? Perquam igitur ineptum & indignum est, terrenis mortalibúsq; rebus potiturum, nihil his quę interim inciderint contrahi, æterni autem regni spe elatum & erectum atq; ad cœlos accersitum, per singula quæ in diuersorio contingunt tristia decidere atq; perturbari. Profecto enim in hoc diuersorio ac stabulo nihil præsentis vitæ status melior est, idq; cũ sancti patres nostri nobis indicare cuperent, hospites ac peregrinos seipsos appellabant, his verbis nos erudientes, & læta seculi præsentis, & tristia pari mentis altitudine contemnere, atq; à terra longissime remotos, toto animo cœlestia ambire, atq; ad ea totã trãsferre cogitationẽ. Age itaq; ad sanctos ipsos veniamus, à Ioseph ad Mosem orationẽ transferentes. Hic enim omnium, qui in terra versabãtur, mitissimus gignitur, gentilibus quidem suis vi durissimæ seruitutis oppressis: alienatus autẽ à parentibus, ignoránsque à quibus genitus esset, priorẽ omnẽ ætatem à Barbaris viris educatur. Quo quid grauius Hebræo, singularíque prudentia prędito adolescenti potuit cõtingere, & si millies regis filius esse putaretur? Nõ autem hoc solo angebatur ille tunc, verũ q intueretur gentẽ suã summis calamitatibus opprimi, grauissimũ sibi videbatur. Qui enim præter illorũ salutem ne viuere quidem, neq; in dei libro conscribi patiebatur, quando aulæ regiæ, regníq; bonis frui potuisset, cũ tanta omnes tempestate iactari gentiles cerneret? Nam si nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; post tã multa ſecuſa exortos, nullúmq; huiuſmodi priuilegiũ ad Iudæos habentes, tanta ſubiit miſeratio, cum infantiũ illam immaniſſimã iugulationẽ audimus aut legimus: quid beatus ille pati potuit, qui tã ſingulari affectu genti ſuæ adſtrictus, ipſas eorũ clades hauriebat oculis, ac eos præterea qui tantis illos incõmodis afficiebant, parẽtum titulo honorare cogebatur? Reor ipſum miſeros illos tunc infantes plus luxiſſe, q̃ fecerint parentes ipſi. Quod ex his liquet quæ poſtea geſſit. Cũ enim eũ qui pater eſſe putabatur, nec ſuadẽdo flectere, neq; cogere valeret, vt feralem tyrannicámq; iuſſionem remoueret, ipſe vnà malorũ communiũ pergit eſſe particeps. Neq; iſtud eſt quod ego nũc admiror, ſed ex cęde illa cõiiciens, quam præterito tẽpore mœroris flammã in intimis animi receſſib⁹ aluerit, ſtupeo. Nã qui ex maxima doloris vi ad homicidiũ ꝓtin⁹ erupit, ex eo opere quid prius animo doloris tulerit, apertius oſtendit. Neque enim tanta illos vehementia vltus fuiſſet, niſi plus q̃ patres ipſi eorum incõmodis tabeſceret. Quid igitur poſteaquam illos vltus eſt, num vel parum animus ex mœrore illo relaxatus eſt? Potuit ne diutius frui dulcedine illius iuſtiſſimæ vltionis? Vix dies altera illuxerat, cũ beatũ illũ dolor alius, & quidẽ priore longe grauior excepit, tãtúſq; metus, vt ipſum Aegypto tota deturbaret. Durum quidẽ ac moleſtũ eſt, à quouis homine maledictis laceſſiri: verũ cũ beneficiis quiſpiã affectus, beneficia ipſa exprobrauerit: nũquid occidere me tu vis, inquit, quẽadmodũ Aegyptiũ heri occidiſti? tũc iam tunc efficitur ea cõtumelia intolerabilis. At vero Moſę præter hęc aliud quoq; tertium inerat, regis videlicet met⁹, qui adeo iuſti occupauerat animũ, vt vniuerſa illũ regione exturbaret. Efficitur itaq; fugitiuus regis fili⁹, vt ſi quis regię illius educationis indulgentiã beatã arbitrabat, is modo mœrorẽ prioris abundãtiæ animaduertat, illũ iuſto viro doloris incredibilis ac difficultatis cauſam extitiſſe. Neq; enim idem quempiã in priuata nutritũ domo, plurimis iam laboribus multiſq; peregrinationib⁹ & ęrumnis exactis, longos iterũ labores, atque ea incõmoda quę extra patriũ ſolũ neceſſario ſubeũda ſunt, perpeti: & eum qui iſta nunquã vel breuiter fuerit expertus, ſed cõtra penitus in regia magnificẽtia omne tẽpus educatus, idipſum pati. Multo eñ grauior fuga videbitur, q̃ illi, ſi quando experiri hanc neceſſario cogetur: quod illi quoq; tunc cõtigit. Itaq; profugus effectus, alienigenæ viri hoſpitio fruitur, quod ratione mœroris haud exiguũ eſt. Dæmoniis quippe hoſpes ille ſuus ſacra exoluebat, diuerſatúſque eſt apud illum longiſſimo tẽpore. Tradita autem ſibi paſcẽdi gregis cuſtodia, quadraginta annis ita perſtitit. Porro ſi hoc durũ aut difficile non eſſe alicui videatur: is velim eos examinet, nõ qui metus, aut timoris cauſa peregrinãtur, latebris abdũtur, ſed qui ſpõte ſua domo ſe vel parum abdicant, quàm moleſte, q̃ grauiter eam peregrinationẽ ferũt, quantúmq; commodi ac dulcedinis in reditu reponũt. Cũ verò illi nec metus deſuerit, nec vita ęrũnis plena, iſtáq; onerоſa & moleſta reditu illo ſuauiſſimo leuiora iudicauerit: conſidera, quęſo, diligẽtius calamitatis eius varietatẽ. Neque enim ſimpliciter audias, paſcebat, ſed recole nũc Iacob verba, quę ad ſocerũ cõquerẽs dixit: Ego à meipſo reddebã furta diei, & furta noctis: die vrebar æſtu, nocte gelu, recedebátq; ſomnus ab oculis meis. Hæc enim omnia iſta illi etiã contigiſſe putandũ eſt, & annis plurib⁹, & maiori cũ difficultate. Quippe eſt ea regio longè deſertior atq; incultior, q̃ Meſopotamia. Quòd ſi nõ ita querebatur Moſes, nec beat⁹ quidem ille queſtus vnquã fuiſſet, niſi ſumma neceſſitate compulſus, atq; ſoceri ingratitudine in hæc verba prorũpere neceſſario coactus eſſet. Sufficit quidẽ & ipſa per ſe lõginquæ peregrinationis habitatio eum humiliare virũ, qui neceſſitatis tãtum cauſa peregrinatur. Sicut eñ auis cũ ex nido ſuõ auolauerit, facilius capitur: ita & homo cũ à ſedibus propriis lõgius profectus fuerit, in ſeruitio ſubiicitur. Tũc vero nec de ꝓpria ſalute ſecurus eſſe poterat ille, ſed vt ſeruus aliquis crudeliſſimũ dominum effugiens, pauet ſemper ac trepidat ne capiatur: ita & beatus Moſes nunquam ſine timore eſſe poterat. Idq; ex eo maxime liquet, ꝙ deo poſt tantum temporis præcipiente, vt rediret in Aegyptum, hæret ac titubat: idq; cum audiſſet, defunctus eſt qui quęrebat animam tuam. Poſtea vero q̃ vxorem ac liberos relinquere coactus eſt, rurſus querimoniæ & cõtumeliæ & minæ ab eo qui tũc regnabat in Aegypto, criminấq; & maledicta ab eis ipſis quos beneficiis fouebat. Ille enim aiebat: Quare Moſes & Aaron auertitis populum à laboribus ſuis? Iſraëlitæ autem: Videat, aiebant, deus, & iudicet vos, quia execrabilem feciſtis odorem noſtrum corã Pharaone & coram ſeruis ſuis, vt daretis gladium in manus eorũ ad interficiẽdum nos. Grauia quidem ſunt hæc & moleſtiſſima: ſed illud omnibus grauius, ꝙ ingreſſus ad ſuos, innumeráq; promittens bona, libertatem, incumbentiũ malorum ereptionem, fallax eſſe & ſeductor putabatur. Nõ ſolum enim illis tũc leuatum non eſt imminentis ſeruitutis onus, verũ grauius eſt adiectũ: & qui gentẽ omnem liberaturus ſperabatur, idq; promiſerat, is cruciatuũ & verberũ cauſa eſſe, inſidiator & corruptor putabatur. Quis nõ facile mœrore tũc fuiſſet abſorptus, cum pollicitus tot malorum ereptionẽ, poſt pollicitationem diriora videret cumulari? Dolebat quidẽ quantũ par erat, cum talia audiret & videret: non ea tamen perturbatione deiiciebatur, ſed manebat immobilis: & quidẽ cum promiſſionibus ea quæ cõtingebant, non ſolum non cõſentirent, verũ & maxime obluctarentur. Accedẽs autẽ ad deũ, & de his loquens, ac multũ ingemiſcens, Domine, inquit, quare tu afflixiſti populũ tuũ, & quare me miſiſti? Ecce eñ ex quo ingreſſus ſum ad Pharaonẽ, vt loquerer in nomine tuo, afflixit populũ tuũ, nec liberaſti eũ. Hęc ergo cũ ille lamentatus eſſet, atque eadem iterũ quę prius audiſſet, annunciat quidẽ ea rurſus Iſraëlitis: ſed illi minime tolerant, eo ꝙ animæ illorum labore premerentur, ac mœrore deficerent. Nõ, inquit, audierũt Moſem præ anguſtia & laboribus duris. Hoc autẽ haud parũ illum affligebat. Vt vero ad ſigna ventũ eſt, ſæpius à Pharaone deluſus, eam irriſionẽ fortiter tulit: cũ verò liberatus tandem ex Aegypto, atq; vnà cum populo iam ferè ſecurus videretur, antequã plene reſpiraſſet, peiore, imò verò lòge grauiore metu comprehẽſus eſt. Vix enim tertia effluxerat dies, cũ repente Barbaros omnes armatos cernunt ſuper ſe irruere: atq; idem paſſi ſunt, quod fugitiui ſerui, dũ in aliena regione repente dominorum oculos offendũt: vel certè quẽadmodum ſi illi ipſi aliquãdo ſomniaſſent ſe lætari, & eſſe ea ſeruitute liberatos, ac demum experrectos in Aegypto, atq; in eiſdem preſſuris inuenirent. Imò verò neſcio quid illi ſomnium reputaſſe exiſtimandi ſunt potius,

Exod. 2. *Gene. 31.*

tridui ne illã liberationẽ, an præſentem rerum faciẽ horrendã ac pauendã nimis: tãta oculis omnium offuſa erat mœroris nebula. Interea Moſes multo maioribus tenebris cõtinebatur. Nõ enim ſolos Aegyptios metuebat, vt reliqui, verũ ipſos vnà Iſraëlitas: vtraq; enim gẽs illũ iam vt ſeductorẽ ac verſutiſſimũ oderat, Aegyptij quidẽ irridentes atq; inuadẽtes, Iſraëlitæ verò carpentes ac mœrore cõfecti. Sed quid me neceſſe eſt dolores anguſtiáſque viri coniecturis colligere, cũ poſſimus ex illa ipſa ſuperna voce cunctum ipſius dolorẽ intelligere? Tacẽti enim illi, neq; labia reſerare præſumẽti, dixit deus: Quid clamas ad me? Tumultum animi ipſius nobis hoc verbo ſignificans. Poſtea verò q̃ is etiã ſolutus eſt metus, maiora iterũ pãrabantur aduerſa. Nã per omne illud iter ſæuius atq; immanius illo vſi ſunt hi qui ab eo regebãtur, innumeríſq; per illũ bonis fruebantur, q̃ feciſſet Pharao ipſe & Aegyptij: ac primũ quidẽ inſtabãt vehemẽtius illũ ſuffocantes, Aegyptiáſq; carnes requirentes, ingratíq; præſentia faſtidiebant, & præterita deſiderabãt, quod erat ſanè omniũ grauiſſimũ. Quid enim pati poterat acerbius ſi amentiũ inſaniẽtiúmq; hominũ gubernacula ſibi credita fuiſſent? Et tamen omnia beatus ille ſortiter ferebat, & niſi illos ſummo affectu dilexiſſet, toleraſſet æquanimis illorum aduerſos caſus, ac pro ſuis tantũ doluiſſet iniuriis: nunc verò cũ illis non ſecus q̃ filiis afficeretur, ex huiuſmodi affectu adeò eximio aliã rurſus moleſtiã ſubire cogebatur, cum illorũ peruerſitatẽ ac veſaniã auctioré indies fieri intueretur. Neq; enim illũ angebant contumeliæ, ſed ꝙ eas ab illis pateretur, quos tanta charitate diligeret. Graue quidẽ re vera fuerat, etiam ante cibi illius mirabilem largitionem ingratos eſſe: verũ illi inter media miracula nequitiã oſtendebant ſuam, iniquitatẽ & infrænatam cupidinem, quam legentes illum cibũ præferebant, atq; cum parũ proceſſiſſent, rurſus ingrati murmurabant, rurſus dei beneficiis ingrati querebãtur. Cũ verò per ſingula quotidie peccarẽt, beatus ille lugebat, ac mœſtus perdurabat. Nã cum vitulum fecerunt, ipſi quidẽ ludebãt ac laſciuiebant: Moſes autẽ lugens, ac mœrore affectus, maledictum illud terribile ſibi imprecabatur, nihílq; omnino perſuadere poterat vt à miſerationis affectu abſtineret. Cũ igitur ſic dilectus in deteriora ſemper progredi conſpiceret, quãto illũ dolore, quibus lachrymis iugiter obuerſatũ putas? Si enim vnum quis tantum habens filiũ, viuere ſine dolore non poteſt, cũ illum ſempet in vitia pronũ animaduertit, etiamſi ipſe omnibus nequior ſit: is qui tot milia hominũ in filiorũ ordine locauerat, imò vero pluſquã filios amabat: nullus enim pater cũ filiis vnà perire cupit, cum præcipue nihil peccauerit: is, inquã, qui tot habet filios, mala auerſans, ac bona ſtudioſe diligẽs, quid pati potuiſſe putandus eſt, cũ eos omnes veluti ex quodã ſigno & condicto, ad vitiorum prærupta & præcipitia currere intueretur? Profecto niſi obtenebraſſet vehemẽter, atq; ex intimis receſſibus animã ipſius mœroris ipſius magnitudo turbaſſet, tabulas de manibus nunquã abiecíſſet atq; contriuiſſet. Sed cito clades illa ſedata ab eo eſt. Quonã, quæſo, remedio? Nempe enim etiamſi curationis illo genere ſanatũ fuerat prę ſumptum facinus, ipſe tamen erat ſemper in lachrymis. Nullus enim ferè ita eſſet lapideus, qui nihil pateretur, fratres & cognatos à ſuis interfici, atq; ad viginti trium miliũ numerũ eam cædem progredi conſpiciens. Nos denique cum liberos noſtros in aliquo peccaſſe deprehendimus, tormentis quidẽ ac flagris illos ſubdimus: verũ id non ſine dolore facimus: imò vero magis ipſi, q̃ qui patiũtur, affligimur. Cũ ergo & illũ & caſtra omnia maximus luctus occupaſſet, alia rurſus anxietas adiecta eſt. Deus enim ſe nõ iam illis parciturũ, ſed eos derelicturũ, angelóq; daturũ eam curam minabatur. Id vero Moſi viſum eſt omnibus grauius atq; intolerabilius. Audi deniq; quid ille ad deũ locutus ſit: Niſi ipſe venias mecũ, non educes me hinc. Videſne vt timoribus timores mœroréſq; mœroribus ſemper ſucceſſerint? Neque tamen hactenus ſteterũt aduerſa, verũ cum id quoq; perſuaſiſſet deo, annuiſſẽtq; clementius, ac præſtitiſſet gratiã, aliis rurſus doloribus affligitur. Deũ iam propitiũ illi irritantes, ſeſe ſummis doloribus expoſuerunt: nã poſt cędẽ illã lachrymabilẽ ita deũ rurſus offenderunt, vt contra ſe incendiũ illud prouocarẽt, ex quo omnes ferè conſumpti periere. Moſem vero duplex ſemper mœſtitia angebat, quòd & illos perire, & reliquos corrigi nolle, nihílq; ex pereuntiũ caſibus lucrari cõſpiceret. Necdũ clades illa finẽ acceperat, cum hi qui reliqui fuerãt, ceparum memores, datas ſibi diuino munere eſcas ægre ferebant, dicẽtes. Quis nos cibabit carnibus? Recolimus piſces, quos in Aegypto comedebamus, cucumeréſq; & pepones & porros, & cepas & allia. Nunc autẽ anima noſtra areſcit, nihílq; oculi noſtri intuentur niſi manna. Hic iam non tulit ingratos Moſes, imò vero dolore ſuperatus, illorum regimen recuſat, moriq; optat potius, q̃ in tanta amaritudine viuere. Audi deniq; ipſius verba. Et dixit, inquit, Moſes ad deũ: Quare afflixiſti ſeruũ tuum? & quare non inueni gratiã in oculis tuis? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Nũ ego in vtero accepi omnẽ populum iſtum? quia tu mihi dicis, accipe illũ in ſinu tuo, veluti nutrix lactentẽ, in terram quam iuraui patribus eorũ. Vnde mihi carnes, vt dem omni populo iſti? quia flent aduerſum me dicentes: Da nobis carnes vt comedamus. Non potero ferre populũ iſtum ſolus, quoniã graue mihi eſt verbũ hoc. Quòd ſi non ita facis mihi, obſecro occide me, ſi inueni gratiam corã tẽ. Iſta ille locutus eſt, qui dixerat: Et nunc ſiquidẽ dimittis eis peccatũ, dimitte: ſin autem, dele me de libro quẽ ſcripſiſti. adeo illũ mœror auerterat. Quod & parentes ſæpe patiuntur, cũ his indignãtur, quæ à filiis fiunt. Nam ꝙ nec poſtea vnquam deſierit illorũ miſereri, liquet ex his quæ poſtea geſſit. Cum enim illum exploratores occidere tẽtarent, ipſúmq; lapidibus obruere, effugiens illorũ manus, rurſus ad orandũ pro eis conuertebatur, deúmq; illis propitiũ fieri, qui ſe necare cupiebãt, precabatur: adeo quoq; naturali amore vehementior illi inerat affectus. Itaq; exploratoribus mortuis, ac ingẽtis adhuc luctus necdum hora præterita, rurſus illi alias nectebant mœroris cauſas. Primo enim pugnare prohibenti non obtemperauerunt, ſecundo vero pugnantes ab Amalecitis conciſi ſunt, & ante bellum iſtud & bilis & gulæ cauſa maxime conſumpti ſunt. Nam occidit, inquit, plurimos eorum, cum adhuc eſca eſſet in ore eorum. Ingenti autẽ hac illorũ cæde inſpecta, cum necdum hic dolor quieuiſſet, alio rurſus inuaditur luctu, tãtáque neceſſitate cõſtrictus eſt, vt iſtos ipſos tã dilectos atq; amantiſſimos, nouo aliquo ac peregrino mortis genere vitã finire precaretur. Ita alij quidẽ erumpente igne repẽte incendio cõflagrauerunt, alij repenti-

Numer. 11. *Exod. 32.* *Pſal. 77.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

no terræ hiatu absorpti sunt: neq; pauci aliquot, sed plura quàm quindecim hominũ milia ista passi sunt. Quo facto, quo animo illorũ cognatos & amicos aduersum Mosem fuisse putãdum est? Quo item Mosem ipsum cum cerneret pupillos filios, & vxores viduas ex ea calamitate fieri videret: item fratrẽ suũ ac sororẽ vita excessisse, illiúsq; filios præuaricationis causa ignis vstione perisse? Horũ sanè singula, nihil etiam antea perpessum animum afficere dolore potuissent, nedum tot iam incõmodis, tot malis exercitũ & fatigatum. Vt autẽ Chananæo superato longum iter circumire cogebantur, rursum murmurauere Iudæi, rursúmq; periere, non iam quidem morbis vt prius, non igne aut hiatu terræ, sed venenatorũ serpentium morsibus: qui, pfecto omnes periissent, nisi rursus accedẽs deum Moses precib' suis eius auertisset iram. Postea vero quàm de hac peste liberati sunt, vastátsq; imprecationes effugerũt, rursum seipsos per durissima prærupta iecerunt, atq; post benedictiones Balaam, imò vero dei, (neque enim illius volũtatis ea verba fuere, sed implẽtis se atque mouentis diuini afflatus) fornicati sunt cum alienigenarum filiabus, & initiati sunt Beelphegor. At Moses huiusmodi scelus confusionémq; non ferens, eos rursus se inuicem cõcidere ac necare iussit. Interficite, inquiens, vnusquisq; proximum suum, qui initiatus est Beelphegor: non secus q̃ in vulnere horrendo, quod plurimis sectionibus vstionibúsq; susceptis, nihil meli' habuerit, iubet quisque rursus quod reliquum est secare atque uerere. Cæterum tu cum has difficultates audis, noli putare ista tantum contigisse: siquidem & ipse ex his quę scripta sunt non pauca prætereo, puta bella, inimicorum obstacula, longissima itinera, sororis contumeliam, eiusdem cruciatũ, quo mitissimus ille Moses tũc maxime indoluit. Sed ea tamen omnia si quis diligẽtissime in vnum congerat, ne millesimam quidem partem ex his quæ contigerunt, scriptã fuisse reperiet. Si enim qui in vna domo vel paucis præest seruis, innumeras quotidie & irritationũ & mœroris occasiones habet, qui tot milib' quadraginta annis moderari coactus est, idq; in deserto, vbi neque aër, neq; aqua erat: quot negocia singulis diebus, quas difficultates obire cogebatur? quot curas, quot mœrores & viuentibus illis, & vita functis? Vides enim omnes quos ex Ægypto duxerat mortuos, pręter duos viros solum: eósq; qui ex illis nati fuerãt, dignus habitus non est in terrã repromissionis inducere. Cæterũ vidit quidem eã terrã ex vertice mõtis Nabo, naturámque illius optime didicit, frui autẽ illa cũ reliquis Israëlitis permissus nõ est, sed extra eã mansit ac mortuus est, idq;
Deut. 4. ipse Israëlitis conquerens, dicebat: Et dominus deus irat' est mihi de his quę dicebãtur à vobis, iurauítq; vt non transeam Iordanem istum, vos autem trãsibitis, & hęreditate possidebitis terrã hãc optimã, quam dominus deus tuus dat tibi in hæreditatem. Quódq; omnibus erat acerbius, ipsum in infernũ deduxit, dũ illi scelera & futura Iudæorũ mala præostendit, idolorũ scilicet culturam, captiuitatémq; illas ineffabiles: vt non solũ his quæ intuebatur, sed eis etiam quę nec dum contigerant, affligeretur animo, ac penè deficeret. Deniq; à prima statim ætate ita dolere ac mœrere incepit, vt nunquã desisteret, vitámq; cũ mœstitia finiret. At vero successor eius Iosue, omniũ, vt ita dixerim, tristium cum eo vnà periculum fecit. Si quid tamẽ illũ, eo q̃ iunior esset, effugit: hoc sanè post mortẽ illius, in eo cumulatius impletũ est. Nõ solũ autem dum viueret Moses, vestimẽta scidit, cinerẽq; capiti aspersit: sed etiã postquã ille defunct' est; imò tũc lõge maxima necessitate id facere coactus est, nõ breui tẽpore, sed die tota, pnus in terra iacẽs. audi denique verba etiã illius & ploratus: Et scidit, inquit, Iesus ve-*Iosue. 7.* stimẽta sua, pciditq; in faciẽ super terrã cotã domino vsque ad vesperã, ipse & seniores Israël, miserũtq; puluerẽ super capita sua, & dixit Iesus: Obsecro domine, vt quid traduxit puer tuus populũ hunc trans Iordanẽ, vt traderes eũ Amorrhęo ad perdẽdũ nos? Vtinam permansissemus, & collocati essemus citra Iordanẽ. Et quid dicã postquam vertit Israël tergа inimico? Audiet Chananæus, & omnes qui habitãt terrã, & circũdabunt nos, & cõterent de terrã. Talia orantẽ audiens deus, causam illi cur superati fuerant, aperuit: quã ille cũ didicisset, perdidit vnà omnes, nõ eum qui peccauerat solũ, sed cognatos quoq; & propinquos, omnẽq; familiam cum pecorum multitudine. Id autẽ haud parum illius perturbauit animum. Nam si nos cum alienos quoq; puniri cernimus, nec videre quidem toleremus: quid ille passus est, qui cõtribules & cõmilitones tantis afficiebat incõmodis? Quid autẽ Gabaonitarũ fraus tribuũq; trãs Iordanẽ habitãtium suspicio? quid perpetua bellorũ atq; pugnarũ exercitatio? Quẽ ista statũ animi, rectissimũ licet, nõ euertissent? Etsi enim vincebat iugiter, victorię tamen voluptatẽ reliquorũ bellorũ cura obfuscabat: sortiúmq; distributio summos illi labores, ingẽtésq; difficultates pariebat. Norunt ista qui vel substantiã fratribus, aut quibuslibet alicuius aliàs hæredibus distribuendã susceperunt. Plebis autẽ reliquas deinceps calamitates nec referendas existimo. Neq; enim est propositi nostri, ærũnas singulorũ numerare, sed eorũ tantum, qui deo familiares & charissimi fuere. Quocirca, si videtur, Heli omisso, quippe & is per filioũ vitia, imò vero per suã negligentiã offendit deũ. Neq; enim ideo q̃ malos haberet filios puniebatur, sed quia vltra debitũ increpationi pepercerat: & cũ dei leges violarẽtur, seuerius in illos vltus non est. Cuius rei & ipse sibi cõscius, post ingẽtes illas & terribiles minas aiebat: Dominus est, quod bonũ est in oculis suis faciat. Eo, inquã, omisso, ad Samuelem ve-*1. Reg. 3.* niamus. Is à puero nutritus in tẽplo, deo semper charus & gratissimus fuit, tãtáq; virtutis indicia à prima statim ętate prætulit, vt antequã ad viriles annos euaderet, inter mirabiles pphetas inscriberetur: idq; cũ ea res tũc defecisse omnino videretur. Nõ enim erat, inquit, visio dirimẽs, verbumq; preciosum. Hic ergo Samuel qui post multas matris lachrymas cõceptus fuerat, primũ quidẽ cũ intueretur magistrũ in mortẽ illã miserabilẽ deuectũ, ita cõfusus atq; turbatus est, vt decebat gratũ amabilémq; discipulum. Interea & Iudaicas calamitates flere cogebatur. Porrò filij ipsi', cum iniqui & mali essent, atq; ad culmen iniquitatis peruenissent, & hoc ipso mœrore illũ incredibili afficiebãt, & sibi præstiti honoris hæredes esse nõ poterãt. Successit huic mœrori, imò vero nõ successit (quo enim pacto, cum prior nõdum quieuisset?) sed adiectus est alius, Israëlitarũ scilicet iniustissima petitio. Qua in re ita cõcidit, vt ingẽti cõsolatione indigeret: *1. Reg. 8.* audi deniq; quid illi dixerit deus: Nõ te spreuerunt, sed me. Post hæc tamẽ iste parcebat illis, & ita miserabatur, vt diceret: Mihi autẽ absit vt peccẽ, & desistã pro vobis orare. Istos igitur ita dilectos à se cũ opprimi

primi cõspiceret, atq; à bellis superari, deúmq; contra se prouocare: quam sentire voluptatem poterat? quod tẽporis absq; mœrore & lachrymis viuere? Cũ vero Saũl cõstituissetregẽ, alterni sibi perpetuiq; gemitus adiiciebãtur. Nanq; cũ sacrificium ille prẽter dei voluntatẽ obtulit, & cum superatis Amalechitis, illorũ pepercit regi, idq; cõtra iussionem dei: ita animo perculsus est, vt ex eo iam nõ viderit virũ, sed vsque ad vltimum diẽ luxerit, & lachrymatus sit, quã-
1. Reg. 19. do etiã ob doloris vehementiã à deo increpatus est: Quousq; eñ, inquit, tu luges Saũl, & ego repuli illũ? Si aũt his ita cõtingentibus lugebat, quo animo tũc fuisse existimãdus est, cũ tot sacerdotes frustra & sine causa interfecit? quãdo eum qui se multis beneficiis nulliséq; iniuriis affecerat, secundo vt interficeret profectus est: quando nondũ illum prophetantẽ, ac deridentẽ vidit, cum audiuit Dauid in familiari cõgressu multa contra illũ conquerentẽ? Postquã vero de Dauid mentionẽ feci, nescio quid agã, lamẽtáne illius longa & assidua quæ in Psalmis scripta sunt, in mediũ adducã: an ista tibi in ocio recẽsenda permittẽs, ipsius potius calamitates explicem? Is igitur plurima quidẽ cum greges pasceret, aduersa perpessus, aduersusq; aëris intemperiẽ, & beluarum feritatem reluctatus est. Quorũ alterũ ex his quæ Iacob contigerunt, alterũ ex his quæ ad Saũl locutus est, possumus animaduertere. Postea vero q̃ omissa vita illa pastorali, belli negocia intempestiuus miles arripuit, omitto fratrũ inuidiã, etsi molestissima ea res fuit, cũ clarissimã illam admirabilémq; victoriã adeptus esset, vehemẽtiorem deiecto Goliath inuenit inimicũ Saũl, eum scilicet, quẽ minime debuerat, cum à se beneficiis omnib' affectus esset. Neq; enim palam aduersus eũ prælіabatur, sed amantiũ sibi personã assumens, ipsiusq; honori & dignitati prospicere se velle simulãs, ita aduersus illum immaniora inimicis omnib' moliebatur. Porro q̃ graue, quàm molestúmve sit pro bonis mala recipere, audire licet beatũ Prophetã lamentantem iugiter, & ęgre ferentẽ ac dicẽ-
2. Reg. 24 tem: Sic redduntur mihi mala pro bonis. Illud erat molestissimũ, illud erat lachrymis & lamẽtatione dignissimum, q̃ dux exercitus suspectũ se cerneret regi, cum se ille minime lætis oculis intueretur. Quid autẽ timoris, quid solicitudinis, quid angoris ea res habeat, documento nobis sunt serui nostri: quos si modice suspectos habemus, ferre æquanimiter non possunt. Longe ergo id magis passus est fidelissimus dux, suspectus regi. Cũ vero insidiæ propterea cõtra suspecti caput adiectæ sint, quid hac eius grauius vita, atq; amarius dici potest? Ferebat tamẽ ille omnia & tolerabat, aderatq; illi iugiter qui se perimere meditabatur, atq; illius bella ducis præstãtissimi fide & virtute bellabat. Postea vero q̃ insidias regis declinans recessit, atq; à belli curis seipsum remouit, hoc ipso quidem q̃ se insidiis subduxerat, apertasq; inimicitias regis cõstituerat, habebat nonnihil aliud ratione fiduciæ: verũ cum aduersus tantas copias cum quadringentis viris dimicare cogeretur, metu ampliore q̃ prius tenebatur. Nam cui neque vrbes, neq; castella, neque socij, neque reditus inerãt: considera quo animo erat, cũ aduersus fretum his omnib' pugnare cogeretur: nec præter deserta & spelũcas, quò confugeret, reperire posset. Nã cum vrbẽ Ceila nomine occupasset, ex ea protinus resiliit, sacerdotis responsis admonitus: q̃ si illic manere pergeret, deus illum Saũlis manibus haudquaquã eriperet. At vero sacerdos ille ipse erat, qui impias regis manus effugerat, & qui cladem luctuosissimã quæ in Nobe cõtigerat, annunciauit regi, quando in amarissimã quoque illã erupit vocẽ: Ego eñ sum causa mortis cunctarum animarũ domus patris tui. Itaq; cum illo iugiter cõgressus, nihil aliud erat quàm luctus illius ac mœroris monimentũ. Cũ eñ in illũ intuebatur, semper versabatur illi ante oculos necatio illa sacerdotum. Porrò ipsius necis memor, ac tam sceleratæ cędis causam sibi imputans, reis omnibus ac damnatis infelicius degebat. Etsi eñ nihil aliud illũ perturbasset, sufficere id poterat ad vulnerandũ suffocandúmque animũ, quòd seipsum tot sacerdotũ peremptorẽ impium existimaret. Hac vero cogitatione saucius, quæ diu noctúq; pluspuã tinea ipsius corrodebat animum, & alia deinceps vulnera alterna ac perpetua suscipiebat: quippe cum Nabal per seruos suos contumeliis afficeret, fugitiuumq; ac refugũ atq; ingratum seruũ appellaret, non sine dolore verba tam iniuriosa percepit. Et cũ ad Achis profectus insanũ se simulans concideret, versarétq; oculos, atque spumę plurimũ ex ore dimitteret, longe profecto amplius cruciabatur, q̃ illi qui re vera corripiuntur à dæmone, cum secũ reputaret in quã ille se necessitatem deduxisset, quem summis beneficiis fouerat. Cum vero paululũ apud hostes quieuisset, essétq; in hostẽ illorũ deducendus exercitus, inuidia cõmoti aduersum eũ satrapæ, atq; illi apud regẽ suũ detrahentes, suo illũ exercitu deturbant, veluti inutilẽ sibi, & insidiatorẽ proditorémq; futurũ. Irati sunt, inquit, aduersus illũ satrapę alienigenarũ, dixerúntq; regi: Emitte virum, & reuertatur ad locũ vbi tu illum statuisti, nec veniat nobiscũ ad bellũ, & nõ sit insidiator in castris. In quo eũ iste reconciliabitur domino suo, nisi in capitibus virorũ illorum? Quibus ille verbis percussus, accepta summa cõtumelia recessit mœrens, ac domũ rediẽs, tanta mala, tot clades offendit, vt penè mœrore suffocaretur. Quæ enim tunc contigerunt aduersa, ea erant, vt possent præuisa etiam & premeditata illius animũ tenebris obducere. Porrò ex insperato superuenientia duplo q̃ erant, grauiora videbãtur, neque iam tolerabilia. Iuerat eñ ille quasi quieturus domi, mœroris præteriti consolationẽ inuenturus, vxores scilicet ac liberos: cum repente audiuit illos in seruitiũ ab hostibus abductos, hausitq; oculis ignẽ, fumũ, sanguinẽ, cadauera, atq; antequã istos lugeret captiuósq; defleret, irruunt ad eum feris omnibus immanius habitatores ciuitatis, quærentes singuli casuum suorũ consolationem ex illius capite. Et veluti cum venti contrarij in mari irruũt, ingens & sæua procella ex ea pugna cõcitatur: ita & tunc tristitia & metu iusti huius perturbantibus animum tempestas maxima, tumultúsq; harum passionum inuicẽ se collidentiũ iugiter inerat. Fretus autem copiis, & dolore cõcitatus, cũ vxores ac natos captiuitatẽq; omnẽ recepisset, antequã victoriæ illius voluptate frueretur, mœstissimo percussus est nũtio, mortẽ Ionathæ cõperiens: quæ illius animũ tanto dolore prostrauit, *2. Reg. 1.* quantus ex illius lamentatione cognoscitur. Incidit enim, inquit, super me dilectio tui, quasi dilectio mulierũ. Quid autem lamẽtationes prosequar? Qui eñ patrem illius insidiatorem suum atque inimicum, & qui millies illius mortem concupierat, ita fleuit & lachrymatus est: quid passus existimetur, cum illum

qui sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui sibi in illis periculis sęper adstiterat,ac sępissime patris insidiis eripuerat,secretorũq; suorũ particeps fuerat: q cũ pacta plurima inierat,ante vita defecisse cognosceret, q illi acceptorũ beneficiorum vicem restituere valeret? Cũ adhuc vrgeret illa pturbatio, alio rursus mœrore dux illum sue militiæ excruciat, dũ Abner qui sine dolore ac vexatiõe aliqua,immo & cũ facilitate omni totum illi exercitũ præbiturũ pollicitus fuerat,ante impletã pollicitationem occupans, fraude interimitur. Cui cædi intantũ condoluit, vt ex tũc mala Ioab imprecaretur, & ipso mortis suæ tẽpore filio imperaret, vt vltionẽ ab eo tanti sceleris exigeret:at præterita verba ipsa lamentationis suæ perturbationẽ animi illius facile nobis insinuare possunt. Eleuauit em̃ rex, inquit, vocẽ suã, ac fleuit super tumulo Abner.¶Si secũdũ mortẽ Nabal, morietur Abner,Manus tuæ nõ fuerunt vinctę,neq; pedes tui in cõpedibus,neq; audisti, sicut Nabal coram filio iniquitatis corruisti.Quid igit̃ post hæc? Dolo interficitur Miphiboseth, successitq; hic mœror: quippe & illũ ita luxerat,vt interfectores eius morte mulctaret:claudorũ adiecta reluctatio, quæ illũ immodice turbauit.Eis tamẽ aliisq; hostib⁹ nõnullis superatis,arcã ingenti cũ lętitia reducere instituit. Verũ cũ ea reduceretur, gaudẽtibus omnib⁹, in medio lætitiæ cõmunis res contigit, quæ voluptatẽ obscuraret omniũ, regisq; animum ingẽti metu ac dolore cõfoderet.Oza enim cũ vellet arcã labantem corrigere, dei confestim iracundia percussus ac mortuus est: atq; diutissime adeo regis animũ metus iste cõmouit, vt nõ prius auderet arcam ad se introducere q̃ addisceret quonam modo ea vteretur, qui illã susceperat ab Hedera.Interea mortuo Ammonitarum rege,rem boni ac benigni hominis faciẽs, misit qui consolarentur superstitẽ filium, persuaderentq; patris obitum patienter tolerare.Tum ille pro honore susceptо, summis iniuriis abeũtes prosecutus, atque turpiter dehonestatos remisit ad regẽ.Parúmne hoc tibi videtur ad feriendũ deiiciẽdumq; animũ? At inde secutũ vtriusq; bellum quanto dolore pertulerit, ostendit q nullum aliud initiũ cepit,atque in tãtum vehemẽtiæ progressum est,vt innumeris illũ incommodis afficeret.Sufficere quidẽ & ista poterãt,etiãsi eis quispiã ille iucunda permisceat,illius vitam inter eos numerare, qui semper in luctu & miseriis vixerunt.Nũc vero talia postmodũ secuta sunt,vt nec olim tristia pati cœpisse videatur.Quippe fabulas omnes, omnemq; tragœdiã vicerũt regis huius clades: adeo illi mõstruosa, & inuicem sibi succedentia, domuiq; suę contigerunt,cũ clades cladibus succedere semper pergerent.Cõsidera, quęso,Adamauit sororem Thamar Ammon frater,amatã vi oppressit,oppressam odiuit,eamq; violationẽ nefariumq; concubitũ,prior ipse patefecit alicui ex seruis mandans,vt inuitam pelleret domo,ac per plateam emitteret clamantẽ, ploratuq; & lamentis omnia implentem. Id cum didicisset Absalon, ad prandium fratres inuitat vniuersos, inter quos & stuprator ille sororius aderat,edentẽ illum atq; bibẽtem cum cæteris inter cõuiuandũ per seruos iugulat.Inde quispiã exurgẽs, nec plenè rei gestę ordinẽ noscẽs,regi mortuos omnes illius filios annũciat.Quo ille percepto,sedẽs filiorũ,quæ non erat,lugebat cędem.Postquã vero ille rẽ gestã apertius audiuit, filio quidẽ comminatus est,eumq; se morti addicturũ asseuerauit. Cũ vero ille effugisset, totumq; triennĩũ in aliena vixisset regione,toto illo tẽpore rex permãsit iratus: & ne tũc quidẽ illum accersisset, nisi eum ducis sui sapientia flexisset.Eo autẽ accersito,nec sic quidẽ extincta est doloris flãma, sed duos rursus annos illũ aspectu reniouit suo. Vixq; post adeo prolixũ tempus à duce exoratus,suis illũ aspectibus dignatus est. At vero ille harũ rerum memoria indignatus, siue aliàs tyrannidẽ gestiens,insurgit in patrẽ,illúmq; rursus ad fugas erroréq; ppetuos, quos perpessus erat sub Saũl, reuocat: immo vero multo illi molestior ea fuga, q̃ prior fuit.Nã prius quidẽ dux cum esset,ista perpessus est:nũc autẽ cũ annis plurimis regnasset,hostẽq; ferè omnes superasset,migrare cogebatur,ac profugus fieri. Qui autem illum cõditione tam miserabili profugũ agebat, nõ alienus quispiã,siue hostis erat: sed qui ex ipso natus fuerat, sicut & ipse cũ excederet à terra sua,lamẽtabatur plorans.Et tunc quidem cũ in feruore esset ætatis, ferre vniuersa fortiter poterat: nũc vero florido illo tẽpore emenso, quando senectutis suæ solatiũ scelestum illũ habere debuerat,tunc maxime insidiosum, sibiq; infestissimũ sentiebat. Egrediebatúrq; cũ paucis nudis pedib⁹ rex ille sublimis mœrẽs, ac lachrymas fundens, pudore ac dolore plenissimas.Bellũ quippe illud nõ calamitatis tantũ,sed cõfusionis quoq; materia illi & causa erat.Tanto enim cõtumeliosius q̃ Saũl, impius filius beato illo tũc vtebatur, vt patris quoq; thorũ violaret:idq; nõ clam, sed in tecto domus videntib⁹ omnibus, ac iura naturæ legẽsq; cõcubitus per nimiam qua in patrẽ ferebatur insaniã peruerteret:atq; amẽtia ebrius,bello necdũ confecto, quasi iã vicisset,captiuósq; duxisset aduersarios, ista audebat,ac præ se ferebat.Sic igitur mœstũ & metuentẽ Sibas cũ inuenisset, turbauit amplius, contra dominum mentitus suum, asserénsq;illũ tyrannice sentire. Huic successit Semei vir quidã sceleratus & ingratus, innumerisq; illũ probris respersit,verbis lapides admiscẽs. Egredere,inquiens,vir sanguinũ, & vir nequam.Cõuertit in te dominus omnẽ sanguinem domus Saũl,quiregnasti pro eo,& dedit dominus regnũ in manu Absalon filij tui,ostenditq; tibi malitiam tuam, quia vir sanguinum es tu. His ille auditis atque toleratis, tabescebat quidem: quod ex ipsis lamentis manifestè cõprobatur:verũ nihil vltra facere audebat. Sed cũ dixisset insurgẽti in illũ,ac domini sui iniurias vlciscicupienti,Dimitte illũ maledicere mihi:dominus enim dixit illi, vt videat humilitatẽ meã,retribuátq; mihi dominus bona pro maledictione viri huius, viuum ab se abire permisit. Ipse autem Chusi aduentũ prestolabatur, solicitúsq; ac tremẽs rei expectabat exitum. Vt autem & ista nunciata sunt,bellum instruebatur,bellis omnibus quæ vnquã contigerunt peregrinius, significationi quàm veritati similius.Eum enim qui causa fuerat malorum omnium, eiúsq; belli totam materiam prębuerat, & quo mortuo aduersa omnia finiebãtur, hunc ducibus suis tota prouidentia & cura commendabat,ista illis iugiter replicans: Parcite,aiebat,filio meo Absalõ.Quid hac hęsitatione & ambiguitate deteri⁹? Quid ea miseratione miserabilius?Suscipere bellũ cogebatur, in quo & vincere & vinci æque illi molestũ erat. Nam neque superari volebat, qui tantas copias emiserat: neque rursum superare, qui belli authorem necari prohibebat.Verum discreto bello,ac fine quẽ voluit deus

cõsecuto,ac parricida illo interfecto:reliquis omnibus in lętitia & gaudio agẽtibus,solus rex lugebat & lachrymabatur, ac seipsum includens defunctũ appellabat filiũ:ferebátque grauiter, q̃ pro illo ipse nõ
2.Reg.18. occubuisset.Quis em̃,aiebat, mihi mori pro te dabit Absalon fili mi? Quid hac clade perplexius vnquam auditũ est? Quãdo fratrẽ ille necauerat, ipsum interficere quærebat:quãdo autẽ contra se vesanus ferebatur,tunc filio parcebat. Neq; flere quidẽ destitisset mortuũ,nisi ingressus Ioab indignitatẽ rei arguisset,ac vehemẽtius alloquẽs erexisset illũ,exercitúmque deceuti facie & habitu suscipere persuasisset.Ne tum quidẽ clades suæ finem acceperunt, sed primo quidẽ aduersum se versi in seditionẽ milites diuisiq; sunt. Postea vero q̃ vix & per summas blanditias cessarunt,resilientes rursus adiecti sunt Sabee,bellúmq; aliud cõflari cœpit,cum adhuc prioris reliquię remanerent.Quibus rebus perturbatus Dauid,coactis copiis eas cũ ducibus misit. Ioab autẽ & ex hoc bello peracta victoria nõ permisit victorię voluptatẽ sine mœrore contingere. Nanq; ducem vnà secũ constitutum Amasan,qui omnẽ populũ subiecerat Dauid, innocentẽ,& qui in nullo se læserat,inuidiæ stimulis agitatus occidit. Quæ res ita grauis ac molesta fuit regi,tantóq; illũ confudit mœrore, vt filio moriens mandarit,eius viri sanguinẽ vlcisci,oraueritq; ne tãti sceleris authorẽ impune mori pateretur. Et quod lõge grauius est,ita affectus est,neq; mœroris sui causam dicere audebat,eo quòd aduersus innumera incommoda iam obluctatus esset.Etenim post bellorũ fremitus, fames cunctã prouinciã depasta est: & cũ eius incõmodi absolutionẽ quæreret, cogebatur filios Saũl ad mortẽ tradere.Quippe hoc cœleste oraculũ pręcipiebat:Super Saũl,inquiẽs,& super domũ ei⁹ hęc iniustitia, eo q̃ Gabaonitas morti addixerit. Quòd si quis recolat quantũ Saũl inimicissimi mortẽ defleuerit,animaduertet quid tum quoque passus sit,cũ filios innocuos tradidit Gabaonitis.Attamẽ & ista tolerabat,vlteriúsq; clades ꝓcedebãt.Nã post famẽ protin⁹ insurrexit pestis, ceciderũtq; in dimidio diei septuagĩta milia virorũ,quãdo miserãda illa verba locutus est rex. Cũ em̃ vidisset angelũ districtum gladiũ tenentẽ,dicebat:Ecce ego pastor peccaui, & ego pastor malefeci. Isti qui sunt grex,quid fecerũt? sit in me man⁹ tua, & in domũ patris mei. Deniq; ipsius aduersos omnes casus mœroríq; causas diligẽtius enumerare possibile nõ est:neq; enim omnes cõscriptæ sunt,verũ ex ipsius lamẽtis & gemitibus possumus coniicere calamitatũ quoq; omissarũ magnitudinẽ, vrque iustus ille nunquã plangere ac dolere
Psal.89. desierit.Quid enim ille ait? Dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta anni.Si autẽ in potentatibus octoginta anni, & quod in his est amplius, labor & dolor.Sin vero tu dixeris, per hęc illũ verba non suam solũ,sed communem vitam omnium deprehendisse: pl⁹ aliquid quàm ego velim cõcedis, plurimísq; nos cõtrouersiis liberas,ipse cõsentiẽs nõ illius solũ, sed ne alterius quidẽ cuiusquã vitam inueniri posse, cuius non multo sint plura tristia ac difficilia, quàm lęta & iucunda.Siquidẽ ille,vt tu quoque rite confiteris,non suas solũ calamitates, sed aliorũ quoque in commune considerans:ita demum hanc sententiam tulit,eadem ferè quæ patriarcha locutus,nisi iste maiori cum vehemẽtia. Quã enim ille de se,hic de omGen.47. nibus ꝓtulit.Aiebat ille:Parui & mali sunt dies mei: hic autem;Dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta anni:hoc est,omniũ hominũ,& quod plus his est, labor & dolor.Verum enim hæc vt dixi, tibi diligẽtius in ocio examinanda relinquens ego,ad prophetas reliquos veniam.Etsi nusquã vitam suam illi nobis conscriptã reliquerũt,ob malorũ tamẽ quæ illos obtinuerunt magnitudinẽ, vel ex vno verbo omnẽ illos vitam in laboribus,ærumnis,& doloribus egisse reor ostendi posse.Ac primũ,quod commune illis omnib⁹ fuit,ludibriis & verberibus affecti,lapidibus obruti,carceribus inclusi,serrati, in occisione gladij morientes, circumeuntes in melotis & pellibus caprinis,egentes & pressi,& afflicti per omnẽ vitã perstiterunt.Ad hęc aliã quoq; mœroris adiectionẽ his omnibus acerbiorem habuere,quòd illorũ nequitiã qui se ita afficiebant, semper ad deteriora progredi intuerẽtur. Qua ex re lõge plus q̃ ex incõmodis ac pressuris angebantur.Et alius quidẽ aiebat: Execra- *Osee.4.* tio & mendaciũ,& furtũ, & adulteriũ, & homicidiũ effusa sunt in terra,& sanguinẽ super sanguinẽ admiscent. per hæc verba malitiæ licentiam perplexitatemque & copiam nobis insinuans. Alius rursus clamabat: Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit *Mich.7.* stipulã in messe,& sicut racemũ in vindemia,cum nõ adsint botri:per hæc raritatem bonorũ hominũ deplorans. Item alius alia similia queritur. Porrò armentarius ille non eorum vitia lugebat solum, verũ plus in illorũ calamitatibus,quàm in suis tentationibus mœrebat,ac deũ obsecrabat, dicens: Propitius *Amos.7.* esto domine,quis suscitabit Iacob,quia paruulus est? Pœnitere domine super hoc.Et ne sic quidẽ precum suarũ effectu potitus est.Dixit enim,& non fiet,dicit dominus.Esaias vero cum audisset, quia deserta erit omnis terra, ne cõsolari quidẽ voluit, sed assidue lugebat,dicẽs:Dimittite me,amare flebo, non poteri- *Esa.22.* tis consolari me.Hieremiæ autẽ lamentationes & seorsum conscriptas,& per omnẽ prophetiæ textũ dispersas,partim de seipso cõpositas,quis possit sine lachrymis legere? Nã nunc quidem aiebat: Quis dabit *Hiere.9.* capiti meo aquã,& oculis mes fontẽ lachrymarũ, & plangam populũ istũ die ac nocte? nunc autem: Quis dabit mihi in deserto mansionẽ extremã,& derelinquã populum istum, & recedam ab eis? Omnes enim adulteri sunt. Nonnunquam vero indignans ac mœrens clamat: Væ mihi mater, vt quid me genuisti virum, qui discernat & diiudicet omni terræ? Aliquando diei quoq; natiuitatis suæ maledixit, dicẽs: Maledictus dies,in qua natus sum in ea.Sed & cœni lacus,& vinculorũ pressuræ,& verbera,& insidiæ irrisionésque perpetuæ ita illum excruciabant, vt iam pene desperaret.Quid autẽ quando capta vrbe,prouidentia & honore à Barbaris dignatus est? Nũ ista sentiebat? Imò verò tunc maxime amara illa lamẽta cõscripsit,mortuos & abeũtes lugens. Neque minora illi visa sunt sequentia mala præteritis, cum hi qui ex bello reliqui fuerant, rursus per sua scelera deum irritarẽt. Cũ em̃ pollicerẽtur se illi per omnia obtẽperaturos,nihilq; reluctaturos, in Aegyptum rursus descenderũt,oraculo cõtraria præcipiente: prophetãq; secũ deduxerũt,ac per suã ingratitudinẽ illũ sibi longe grauiora prioribus dicere atq; imprecari coẽgerunt.Quid vero Ezechiel? Quid Daniel? nónne in captiuitate tempus omne vixerunt? Quorum quidem prior fame ac siti pro alienis cruciabatur malis, vxoréq; defuncta eum casum absq; lachrymis perferre

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferre iubebatur. Porrò quid grauius dici possit, q̃ in
suis aduersis casibus ne flere quidē permitti? Omitto
Ezech.4. eū modo, q̃ super stercus bubalorū panē suū come-
dere coactus sit, & q̃ super vnū latus cētum & nona-
ginta diebus iacere, aliáq; huiusmodi tolerare sit
iussus. Etsi enim illi ex his quæ vel diximus, vel omi-
simus, nihil triste cōtigisset: certè id solū q̃ inter hos-
tes ac Barbaros impurósq; homines vir iustus & san
ctus iugiter versatus sit, omni erat illi supplicio acer-
bius. At verò Daniel videbat quidē summis honor-
rib⁹ frui, & quasi captiuitatis & seruitutis iniuriis nō
tāgi, cū in regia iugiter obuersaretur aula, essētq; po
tentissimus. Cęterū si quis illius orationē audiat, ieiu-
niūq; cōsideret, facieiq; immutationes, ac iuges pre-
cationes, agnoscatq; diligēter quorū gratia ista fa-
ciebat: animaduertet hūc ex omnib⁹ maxime in do-
loribus angoribúsq; vixisse. Neque eū illū p̃sentia
tantū mala exctuciabāt, verū & futura perturbabāt:
quę etiā cū necdū cōtigissent, prænoscere dignus est
habitus, atq; ppheticis oculis aspicere. Cūq; necdū
p̃senti seruitute liberatos Iudęos cerneret, aliā illis
rursus captiuitatē p̃uidere cogebatur: & quę nōdū
ædificata fuerat, cā vrbē capi cernebat, sacrificiisq;
cōtaminatū templū ac desolatū, omnemq; euersam
sanctificationē, idcirco lugebat & lachrymabat, di-
Baruch.1. cēs: Nobis autē cōfusio faciei, & regib⁹ nostris, quia
peccauimus tibi domine. Verū nescio quo pacto me
penè inter prophetas effugerat cœlestis ille animus,
qui sic in terra versabat, vt in cœlo semper esset. Ni-
3.Reg.19. hil eū illi terrenū præter meloten erat. Quid igitur
summus iste atque admirabilis vir, si virū illū vocare
oportet? Nā post ingentē illam fiduciam qua aduer-
sus Achab vsus fuerat, post ignis illā è cœlo demis-
sionem, post necē sacerdotum, posteaquā clauserat
& aperuerat cœlū quo tēpore vtrūq; voluerat, post
tāta ac talia recte facta & signa fiduciæ, ita metu mœ
roriſq; magnitudine detinebatur, vt hæc verba lo-
queretur: Tolle animā meam à me: non eū sum me-
lior ego q̃ patres mei. Ista ille, qui hodiéq; necdum
mortuus est. Neq; istud solū, sed in desertū profectus
obdormiebat, præ doloris ac mœroris onere lassus
ac fatigatus. Porrò huius discipulus non solū spiritū
4.Reg.2. magistri duplicē accepit, sed & pressuras longe etiā
maiores. Hoc deniq; paulo ante beatus Paulus ostē-
Heb.11. dens, illorūq; ærūnas enumerans, aiebat: Quibus di-
gnus non erat mundus. Peropportune nūc Pauli fe-
cimus mentionē. Qui eū per se solus inspectus ad
consolandum sufficere posset, hic post alios veniēs,
cuius nō dolorē ac mœrorē euanescere facit? Eius
nempe famē, sitim, nuditatē, naufragia, desertiq; ha-
bitationes, timores ac pericula, insidias, carceres, ver
bera, vigilias innumeras, mortes, & alia quæ prædi-
cationis causa perpessus est, ne referenda quidē ar-
bitror. Ista eū etsi pressuras illi exhibebant, non ta-
mē erat absque voluptate quadam. At vero quan-
do illum Asiatici omnes auersati sunt, quando Ga-
latæ peruersi gens integra, & eatenus grata, quan-
do ecclesiā Corinthij plurimas in partes sciderunt,
fornicatoriq; teterrimo per suas blanditias pudo-
ris quoq; sensum abstulerūt: quid illū perpessum pu-
tas, quantas illius animo tenebras obfusas arbitraris?
Sed quid nos ista cōiecturis colligimus, cum illius
verba audire liceat? Corinthiis enim scribens, dice-
2.Cor.2. bat: Quoniam ex multa tribulatione & anguſtia cor-
dis scripsi vobis per multas lachrymas. Et rursum:

A Ne fortè cū venero, humiliet me deus, & lugeā mul
tos qui ante peccauerūt, & non egerūt pœnitentiā.
Galat.4 Galatis vero: Filioli, inquit, mei, quos iterū parturio
donec formetur Christus in vobis. De Asiaticis ve-
ro scribens ad discipulū, queritur & ingemiscit. Ne-
que eū ista solum tunc illū mœrore afficiebant, sed
& datus illi stimulus ita eū vexabat atque affligebat,
vt sæpe pro huius absolutione deum deprecatus sit.
Quòd enim hic ait, ter, sæpius significat. Prorsus ve-
ro quādo ille respirare potuit, qui fratris quoque ab-
sentiam lugebat? Ex eo enim, ait, quòd non inueni
Titum fratrem meū, non habui requiem. In alterius
Philip.2. item morbo hoc idē passus est: Deus enim misertus
est eius (de Epaphrodito scribēs Philippēsibus) non
illius autē solum, sed & mei, ne tristitiā super tristi-
tiā haberē. Et de seductoribus, ac sibi reluctantibus
2.Tim.4. B grauiter mœrens, ad Timotheū scribit: Alexander,
inquiēs, ærarius multa mihi mala ostendit, reddat illi
deus iuxta opera sua. Quā igitur iste vel breuē mœ-
roris ac doloris habere requiē poterat? Neque eū ea
sola quæ dicta sunt, obsidere animū suū poterāt, sed
& alia quæ mœrorem illi assiduū præbebant. Et ea
rursus ipse aperuit, cū dicit: Præter ea quæ foris sunt
2.Cor.11. instātia, mea quotidiana solicitudo omniū eccleſia-
rū. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scāda-
lizatur, & ego nō vror? Si igitur ille per singulos eo-
rum qui scandalizabātur, vrebatur, profecto ea adu-
stio extingui ex illius animo nō poterat. Neque eū
vnquam deerant qui scandalizarentur, igníque illius
materiā subministrarent. Nā si & vrbes & gētes sæpe
integræ mœrore deciderūt, multo sanè magis vnum
semper & alterū qui hęc paterentur, inueniri necesse
C erat, cū tot essent eccleſię per orbē. Concedamus au-
tem, si placet, neq; scandalizatū fuisse aliquē, neq; ab
eo disiunctum aliquando, neque aliud aliquid huiusmodi tristium illi contigisse, ne sic quidem mœrore
vacuum inuenire poterimus. Qua in re nullus iterum
testis aptior ac fidelior occurrit, q̃ ipse qui passus est.
Rom.9. Quid enim ille ait? Optabā anathema esse à Christo
pro fratribus meis secundū carnē, qui sunt Israelitæ.
Quod autē dicit, huiusmodi est: Optabilius mihi erat
in gehennam incidere, q̃ Israelitas infideles & incre-
dulos videre. Hoc enim est, optabā anathema esse à
Christo. Is autē qui eligebat gehēnę cruciatū vt Iu-
dęos omnes ad fidē posset inducere, liquet profectò
quòd nō potit⁹ voti sui, grauius afficiebatur, q̃ hi qui
in gehēna cruciantur: quādoquidē hoc potius quàm
illud cupiebat. Tu velim per singula quæ dicta sunt,
D non solum materiam cogites, ex qua mœstitia viris
illis gignebatur, sed mensuram etiā doloris ac mœ-
roris, multo illū maiorē aspicies, q̃ tuus sit. Quod
enim modo quæritur, hoc est, grauiúsne, an leuius
illi angebantur: porrò mœstitiæ mensura non ex oc-
casione qua nata est solū, sed ex verbis etiā & rebus
probari consueuit. Nā plurimi cū solū amisissent pe-
cunias, magis quàm modo charitas tua doluerūt, ar-
que ex his alij se aquis suffocauerūt, alij laqueo sibi
vitam extorserunt, rei pecuniariæ detrimēta non fe-
rentes. Aliorū vero etiam oculos mœroris huius vis
ac magnitudo cæcauit. Et certè longe leuius ac to-
lerabilius videtur pecunias amittere, quàm pertur-
bari à dęmone: sed tamē plurimi cum hæc fortiter
tulissent, ab illo superati sunt. Neque enim velim
ista nunc ex animo tuo metiaris, neque quoniam tu
pecuniarum detrimenta irrides, alios etiam ita affe-
ctos

ctos arbitreris. Quippe earū amissio plurimos in stu-
porē animi, & summa detrimēta pduxit. At eū for-
tem & illustrē animū, neutrū horū deiicere pręualet:
imbecillis vero ac seculo addictus, illo potius q̃ isto
cruciatur. Cur id? Quia idē nō est, famē metuere, &
paucis diebus agitari hoc morbo. Nā hic quidē bre-
ui tēporis parte fit violētia omnis, nō secus q̃ febris
cuiusdā, aut rigoris, vel alterius imminentis pestis,
imò minus tēporis occupat, q̃ ista omnia. Sed fortaſ
se vicit vehemētia? Atqui plurimos tibi possem equi-
dē ostēdere laborātes febribus, qui cū eo igne corri-
piuntur, multo magis q̃ hi qui perturbātur à dæmo-
ne, stupēt atq; obrigescūt. At vero indigētiæ metus,
ne desint necessaria, veluti vermis assidu⁹ iugiter p-
turbās atque assidens, pauperū corrodit animum. Et
quid ego paupertatē dicā? Omnes hominum cala-
mitates si dinumerare velimus, non ipsi solum, sed tu
quoque lamēta tua ac ploratus fortasse ridebis. De-
B nique non solum omnes, sed ne breuissimā quidem
earum partem eloqui nobis possibile esset. Neque
enim scimus illas, neque si sciremus, tēpus omni nar-
rationi sufficeret. Verū paucas ex plurimis pro viri-
bus colligens, ex his tibi eas etiam quæ dictæ non
sunt, coniiciendas relinquam. Memēto, quæso, senis
illius optimi atque amantissimi, Demophilū dico, ex
magna illustrique familia. Hic iam quintū & deci-
mum annū agit, ex quo nihil agere pl⁹ potest, quàm
mortuus, nisi quòd tremit iugiter & loquitur, sen-
súmque disertissimū suorū habet malorum. Cæte-
rum in summa paupertate vitam agit, ministro tan-
tum vno adolescente comitatus, bono quidē, ac do-
mini sui studioso: nō tamen calamitatem illam seda-
re ac solari idoneo. Neque enim inopiam iuuare po-
C test, neq; resolutionis illius tremorē sistere, sed buc-
cellam tantū ori domini apponere (quippe neq; ad
hoc illum iuuare possunt manus) & offerre calicē, &
Ioan.5. purgamēta nariū abstergere pręualet, aliud autē plus
inferre nihil. Et iste quidem, vt dixi, quindecim iam
annos in eiusmodi ærūnis degit. Ego autē illum de
euangelio consīdero, qui triginta & octo annis hoc
morbo cōsumptus fuerat. Tu velim prēterea Aristo-
phemū quoque ex Bithynia cogites. Huic eū corp⁹
nondū resolutum est vt illi seni, verum languor alius
imminet, lōge paralysi illa molestior & grauior. Nā-
que alui cōtractiones quædā dolorésque tormentis
omnibus acerbiores, nunc quidem verubus omni-
bus acutius pungentes, nunc igne vehementius vrē-
tes, diebúsque singulis ac noctibus eum exagitantes,
apud ignaros eius morbi væsanum illum videri fa-
D ciunt, adeo torquent illius papillas, adeo manus pe-
déſq; contrahūt, mutúmq; illū per multam horā cō-
stituunt. Porrò clamores illius, ac gemitus (nam post
illam priuationem vocis nonnūquam in clamorem
erumpit) lamenta parturientiū superant, adeo vt sæ-
pius hi etiam, quibus longinquius ab illius habitacu-
lo remotis infirmi sunt, præ vigiliarum tædio & ni-
mietate turbati mittāt culpantes quòd ex illius cla-
moribus infirmis suis deterius sit: quod illi non ex
longinquis interuallis, sed sæpius diebus singulis ac
noctibus contingit. Sextúsque iam hic annus verti-
tur, ex quo molestissimo huic flagello permissus est,
neque seruus vllus adest, qui curā eius habeat, neque
medicus, qui consoletur: id, propter inopiam: istud,
quia superat omnem artis industriam is morbus. Plu
rima enim plurimi cum egerint (erat enim antea pe-

A cuniis fretus) nihil profeceruut. Quódq; his omnib⁹
grauius est, neque amicorum aliquis eum iam videre
vult, sed eum omnes deseruerunt, & hi qui plurimis
antea ab eo beneficiis fuerant affecti. Quòd si quis
vnquā ingreditur, protinus resilit: tanto fœtore do-
mus illa plena est, eo q̃ nullus adsit qui curā eius ge-
rat. Vna enim & sola illi ancilla assidet, tantū illi mi-
nistrās, quātū potest mulier, cū sit & sola, & ex opere
manuū viuens. Quænā ergo dæmonū vexatio illius
cladibus cōparari potest? Etsi enim cum horū nihil
perturbaret, quod non pateretur, considerans adeo
prolixū tempus, quo iam in lectulo decubat, ingen-
tésque sumptus, qui se in supremā iniecerūt inopiā,
amicorū contēptum, famulorum atq; obsequentiū
solitudinē: & id quod maxime te nūc perturbat, cer-
támq; nullam fiduciā habet, an finē clades istę habi-
turæ sint: imò vero summā confidentiā, quòd se vi-
B uente ac spirāte nunquā finiētur. Quippe eius mor-
bi vis, & quotidianus in deteriora progressus, hoc
pollicentur. Verū ne per singulos enumerās eos qui
huiusmodi aduersis casib⁹ afflicti sunt, fastidiū legē-
tibus faciā: perge quæso, ad illū cui xpedonochij cura
permissa est, ac iube te ad ibi iacentes introduci, vt
omniū morborū inspicias radicē, nouáq; infirmita-
tū genera, omnésque materias mœroris. Inde te ad
carcerē cōuerte, cunctisq; illius habitaculi diligēter
exploratis, proficiscere ad balnearū propylæa, quo
in loco, fimo & stipula pro vestibus vtētes, iacēt nō-
nulli nudi, frigore, morbo famēq; perpetua obsessi,
aspectúq; solo, ac tremore corporis, & sonitu se col-
lidētiū dentiū, prętereūtes ad misericordiā flectētes,
neq; vocē emittere, neq; manū extēdere valētes, eo
q̃ iā his malis penitus attriti sunt. Neq; hactenus per-
sistas velim: sed ad pauperū diuersoriū, quod ante vr-
bē est, egredere: ąspicies profecto eū quo nūc deti-
neris mœrore portū esse tranquillissimū. Quid enim
dicere necesse est, vel elephātia consumpta virorum
mēbra, vel cācro mulierū? Ambo eū isti & lōgi sunt,
& insanabiles. Horum vero alter quos occupauerit,
suis vrbib⁹ eliminat, neq; lauacri cos, neq; fori, neq;
alterius cuiuspiam illorū loci participes fieri fas est.
Neque istud solū graue & acerbū est, verū illud lōge
grauissimū, q̃ neque cōfidere certe possunt, necessa-
ria victui sibi nō defutura. Quid vero illos memorē,
qui frustra sæpius ac sine causa ad fodienda metalla
damnati sunt? Nēpe isti omnes multo grauiore do-
lore cruciātur, quàm qui à dęmone corripiuntur. Si
vero nō credis, nihil mirū est. Nō eū eadē sententia
D nostra, qua aliena incōmoda iudicare consueuimus:
cū illa quidē verbo solum & aspectu, nostra vero ex-
perimēto, ac sensu cū nostri ipsorū miseratione con-
iuncta didicerimus. Atq; idcirco ista grauiora esse,
minúsque tolerabilia. Sin vero quispiā omniū libere
illorū naturā diligentius consideret, & eos qui in illa
inciderunt animaduertat, hic profecto nobis de hu-
iusmodi fert incorruptam integerrimámq; senten-
tiā. Sed fortasse dicturus es, omnes illos morbos cir-
ca corpus versari solū, hanc autem pestem intimos
animi recessus attingere, illísq; omnibus esse diriorē.
Nēpe hoc ipso in primis eam inuenimus illis omni-
bus esse leuiorem. Neq; enim hæc vt illi corp⁹ iugi-
ter corrumpit & perimit, sed solùm animam breui
tempore excruciat. Cæterū illiipsi morbi quos mo-
do numerauimus, cum in carne gignantur, eam om-
nem pestem non eatenus sistunt, verum ad ani-

mam

Universidad de Deusto Biblioteca

mam emittũt,anguſtãtes illã iugiter, & per dolores ac mœroris aculeos ſummos corrũpentes. Vt enim, inquit,vlceri acetũ minime cõuenit,ita & morb⁹ inuectus perturbat cor. Nõ igitur id ſolũ dixeris, hos tantũ gigni ex corpore:ſed illiud potius oſtẽde,quo pacto peſtẽ omnẽ & corruptionẽ ad animã nõ mittãt.Quippe& fames cũ nõ gignat ex corporib⁹,corrũpit & perdit corpora, virúſq; ſerpentũ cũ ex eis ꝓdeat,perdit itẽ nos:ita & in his morbis ſentiẽdũ eſt, qui cũ gignantur ex corpore, malitiæ ſuæ venena in animæ noſtræ ſubſtantiam transfundunt, [& in] penetralibus effundũt.Omni deniq; actione diabolica potentior eſt ad nocendũ mœroris magnitudo.Nãque & dęmõ quoſcũq; ſuperat,per mœrorẽ ſuperat. Eũ ſi auferas,nihil à dęmone quiſquã lędi poterit. Et quo modo,inquies, fieri poteſt, vt mœrore vacem? Ego cõtrà te interrogabo,qua tu ratione mœrore afficí debes? Nẽpe em̃ ſi adulteriũ,ſi homicidiũ,ſi ſcelus aliquod huiuſmodi perpetraſſes, quod te regnis cœleſtibus excluderet: rectè mœreres,ac iuſta tibi cauſa lugẽdi eſſet,nullúſq; te à lachrymis & fletu ꝓhiberet. Quòd ſi per dei gratiã ab his omnibus longiſſime remotus es,quid fruſtra teipſum concidis ac perimis? Mœrorẽ quoq; deus inſeruit naturæ mortaliũ, nõ vt ab re & intẽpeſtiue illo in rebus contrariis vtamur,neq; vt noſipſos perimam⁹,verũ vt ex eo maxima emolumẽta conſequamur. Quonã vero modo illa conſequemur, ſi illum intempeſtiue aſſumamus? Porrò mœroris tempus non tunc eſt,cũ aliquid patimur aduerſi, ſed cũ male operamur. At vero nos ordinẽ peruertimus,tẽporáq; immutamus: qui cum innumera mala perpetremus, ne breuiter quidẽ dolore cõtrahimur: ſin vero quippiã à quoquã patiamur mali, protinus cõcidimus, hæremus, titubam⁹, liberaríq; & cedere ex vita feſtinamus. Grauis igitur & onerosa ea res videtur,non ſecus quàm iracundia & cõcupiſcentia. Nã & hæc niſi quis ea rite ac tẽpeſtiue vtatur, deiicit ac maculã inducit. Contingítque idẽ quod in medicamẽtis,quę à medicis traduntur: quippe & illa ſi nõ ſuo ordine & tẽpore,ac pro quibus morbis parata ſunt,ſed pro aliis imponãtur alia, non ſolũ infirmos languore nõ liberant, ſed infirmitatem potius aggrauant. Ita prorſus & mœror facit,ac merito ſanè. Nam cum auſterũ corrodẽnſque medicamẽtũ,atq;(vt ita dixerim) vitiorũ quæ in nobis ſunt purgatio,ſi admoueatur ocioſo ac delicato animo,ingentíq; peccatorũ põdere oppreſſo,maxima ſuſcipienti,curiſq; oppreſſo,& plurima perpeſſo adhibeatur: præterquã ꝙ nihil ꝓdeſſet, maxime nocet,imbecilliorẽ illũ faciens,atque ad deſperandũ facilem. Quocirca ſtãtibus & acriter pugnãtibus Pau-
Philip.4. lus cũ ſcriberet, dicebat: Gaudete in domino ſemper,iterum dico gaudete. Porrò diſſolutis ingẽtém-
1.Cor.5. que habentibus tumorẽ: Et vos,inquit,inflati eſtis,& non potius fleuiſtis. Itaq; is quidẽ qui peccatorũ ſagina impinguatur,extenuetur ac ſiccetur hoc medicamẽto. Qui vero bonæ habitudinis eſt,atque in decẽti ſtatu ſeipſum ſeruat dei gratia, per mœrorẽ bonam ſuã valetudinẽ nõ corrũpat. Adeo eſt enim ille ille acer atq; efficax,vt etiã ope ſua indigẽtibus,ſi pl⁹ temporis quàm neceſſe ſit immoretur, maximorum malorũ cauſa ſit. Quod & beatus Paulus metuẽs,cito illũ,poſtquã fecerat quod ſuũ erat,auferri iuſſit, cauſámq; protinus adiecit eam: Ne fortè, inquit, abſor-
2.Cor.2. beatur abundãtiori triſtitia. Porrò ſi nimius mœror

A irruens, eos etiã quibus erat neceſſarius, ſæpius perdidit: quid illis faciet,qui cũ nõ indigeãt,ſponte illũ ſibi cõſciſcunt? ita ſanè inquies, Noui hoc & ipſe: ſed quo pacto illũ excludã,atq; ab animę meæ receſſib⁹ amoueã neſcio. Et cuius hoc difficultatis, amantiſſime? Nã ſi cõcupiſcẽtia eſſet aliqua, ſi corporũ turpis atq; inſanus amor,ſi inanis gloriæ peſtis,vitiũ profectò ſuperatu difficillimũ, aut aliquid perturbationũ huiuſcemodi, merito hæreres,& eſſes de huiuſmodi liberatione ſolicitus. Eos em̃ qui his capti fuerũt, nõ quidẽ eſt impoſſibile, difficillimũ tamen ea retia diffugere. Cur id? quia voluptas his cooperatur, atque illa adiuuat. Ea vero eſt, quæ ſemel captis funes plurimos innectit. Iſtudq; primũ difficultatis pleniſſimũ eſt,perſuadere animo ſic irretito,vt plane ac penitus velit ac cupiat hiſce nodis liberari: ſitq; ſimillimum,
B veluti ſi quis ſcabiẽ ac pruriginẽ depoſitur⁹, morbo ſuo delectetur,ac paſſioni huiuſmodi expõſit⁹, ea liberari quærat. Cæterũ ad effugandũ mœrorẽ id parũ nõ confert,ſi interim ingrate illũ admittamus. Nã qui re aliqua grauatur,cito illã ab ſe excutere & abiicere ſtudebit. Porrò ſi quis eã ab ſe eiicere ſtudeat, nec poſſit: nõ remittat ſtudium,& cito poterit. Certũ eſt em̃, Chriſtianũ,ſi quando triſtetur, duas tãtum habere mœroris cauſas,vel cum ipſe,vel cum proximus offendit deum. Quũ vero præſens mœror tuus nullã huiuſmodi occaſionũ radicem habeat, cur teipſum fruſtra diſcrucias? Et vnde id conſtet,inquies, quòd nõ offenſionũ noſtrarũ pœnas exoluamus? Id quidem maxime liquet,ſed hoc interim non afferamus. Verũ ſit,ſi vis,id nõ incertũ, ſed maxime manifeſtum,vt tu dicis,hanc eſſe peccatorũ tuorum retri-
C butionẽ: Nũ,quæſo,idcirco mœres & doles? Atqui gaudere potius, & meliore animo eſſe debes, quod hic peccata tua tibi remittantur, ne cum ſeculo iſto damneris. Qui em̃ dolet,nõ quia cruciatur, ſed quia offendit deũ,dolere debet. Peccata enim ſeparant à nobis deũ,cõſtituúntq; nobis illũ inimicũ. Cruciat⁹ vero nobis illũ reconciliat,prępárątq; propitium ac propinquũ fieri. Quòd autẽ non ſit peccatorũ retributio, ſed coronarũ potius, præmiorúmque materia ſudor iſte tuus, ac dolor,hîc ſanè manifeſtũ eſt. Si em̃ prius ac turpiter luxurioſe vixiſſes, atq; ita te ad monachorũ conuerſationẽ contuliſſes, ne ſic quidẽ hæc ſuſpicio locũ habuiſſet. Nã ſi ob hoc pœnas infert,vt in malis perſeuerãtes ad pœnitentiã prouocet,oſtenſa pœnitentia,ſuperflua iam erit pœna. Intantũ enim abeſt,vt nos punire velit deus,vt cum ſę-
D penumero pœnis digna faciamus, ſummáq; conuerſione opus habeamus, cõminatione ſolũ, verbíſque terribilibus nos caſtigare malit: ídque facile quiſpiã animaduertet & in Iſraëlitica plebe,& in Niniuitarũ ciuitate. nõ ſolũ enim ſupplicia intẽtata non intulit,cũ pœnitentiam oſtenderent, ſed & minas ipſas remouit. Lõge enim vult ipſe nihil nos pati mali, quàm noſipſi,nullúſque ſibi ita parceret libenter, vt omnibus deus. Deinde is qui ſæpius peccantes verbis tantũ exterret, nec punit pœnitentes, eóſq; hac formidine liberat: te qui tanta religionis,tanta virtutis & probitatis indicia prę te tuliſti, nõ ſolũ his minis, atque hoc terrore non eripuit, verũ & opera ipſa ſuppliciis expoſuit. Et quomodo credi hoc poteſt? etiam ſi prior illa tua conuerſatio corruptiſſima fuiſſet ac perdita, vt dixi: quis id vel ſuſpicari auderet? Cumvero deterior illa fuerit quàm præ-

ſens

ſens ſit, ornata tamẽ & ipſa,ſummáq; honeſtate pollens,profectò nobis omni ex parte conſtabit colluctationes has tuas, coronarũ tibi,maioríſque gloriæ occaſionem eſſe. Oportet igitur,vt dixi,& has & huiuſmodi cogitationes amouere. Cõuenit item & cũ his vnà, immo ante has, orationibus perpetuíſque precationibus has tenebras diſpergere & diſſipare. Nam & beatus Dauid magnus ille vir atque mirabilis,his medicamentis ſemper vſus eſt,híſq; plurimos dolores preſſurarũ remouit ac repulit. Nũc quidem
Psal.24. orans,ac dicens, Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt,de neceſſitatibus meis erue me. Nunc piis ac religioſis cogitationibus admotis,inquiens: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo,quoniã adhuc cõfitebor illi. Rurſúmq; ex cogitationibus huiuſmodi ad orationes conuerſus: Remitte,inquit,mihi,vt refrigerer priuſquã abeam, & vltra iam non ero. atq; ab orationibus ad cogitationes. Quid em̃,ait,mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Ita & Iob vxori, quæ verba diabolica ſuggerebat, piis cogitationibus reluctabatur, il-
Iob.3. lámq; increpans,dicebat, Quaſi vna ſtultarũ mulierum locuta es: ſi bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem quare non ſuſtinebimus? Ad deum vero precibus vtebatur. Beatus vero Paulus vtriſque his armis eos qui in preſſuris ac tentationibus erant, iu-
Heb.12. uabat: nunc quidẽ dicens, Si autem extra diſciplinã eſtis,ergo adulterini,non filij. Quis enim filius,quem
1.Cor.10. non corripit pater? Nuncque orans, Fidelis,inquit,
2.Thess. deus eſt, qui nõ patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. & rurſum, Siquidẽ iuſtum apud deum eſt, retribuere retributionem his qui vos tribulant,& vobis qui tribulamini,requiem. Si igitur armis his ipſe quoque vſus fueris,ac teipſum perfectè vndique armaueris: cogitationibus piis mœroris retundens impetum,orationibus vero tam tuis,quàm aliorũ te veluti vallo fortiſſimo muniens, celeriter diſciplinæ iſtius percipies fructus. Non em̃ hoc ſolum lucraberis, quòd præſentia fortiter feres: verum his exercitationibus robuſtiſſimus effectus, nullis iam vitæ huius aduerſis caſibus frangi vel deiici poteris.

DIVI IOANNIS
CHRYSOSTOMI ARCHIepiſcopi Conſtãtinopolitani de prouidentia, Oratio prima, Ioanne Checo Cantabrigienſi interprete. Authore damnato.

MVltis referta eſt perturbationibus vita noſtra, & tumultuum plena præſens conditio eſt. Atqui non in eo moleſtia eſt,viri dilecti, ſed quod tumultus iſtos & perturbationes quũ queamus vel ad moderatiorẽ formã traducere, vel patienter & ſine dolore ferre, in neutro horum elaboramus, ſed iactatam multis curis vitam degimus. Atque alius quidem paupertatem, alius ægritudinem queritur: alius curarum magnitudinem, & rei familiaris procurationem: alius liberorum educationem, alius orbitatem. Ac vide ſanè inſignem amentiam: non enim iiſdem in cauſis, ſed in contrariis ſimiliter omnes lamentamur. Atqui ſi rerum natura nobis lamẽtationum cauſa eſſet, haud
A par eſſet, contrariis in rebus ſimiliter cõmoueri. Sed ſi paupertas malum, ídque intolerabile, qui cum diuitiis viuit,nunquã vexaretur: & ſi carere liberis,malum,qui liberis abũdat,tranquillo animo eſſet. Rurſus: ſi rẽpublicã adminiſtrare,honoribus vti, & multos ſubiectos habere,in bonis numeratur, vita hæc quieta & tranquilla fugienda eſſet, & ob omnibus hominibus aſpernanda. Nũc vero quũ videas locupletes ac tenues ſimiliter perturbari, diuitem vero ſæpe etiam plus: atque item honoribus vſum, & ſubiectum,& multorum liberorũ patrem, & qui nullos omnino habet liberos,nõ rerum confuſionẽ,ſed eos qui opportune iis vti,ac omni perturbatione ſeipſos liberare nequeant,accuſemus. Non em̃ in illarũ rerũ euentu perturbatio ac tumultus eſt, ſed in nobis atque in animis noſtris: qui ſi bene conſtituti fuerint,
B quamuis ſexcẽtæ vndique oriantur tempeſtates, in tranquillo ac portu perpetuo requieſcemus: Quamadmodũ contrà, non bene affectis, quamuis omnia nobis ſecunda flent, nihilo melius his qui in naufragio ſunt,comparati ſumus. Licet hoc & in corporibus cernere. Qui enim confirmato eſt corpore ad valetudinem,quanuis inæquabili cœli varietate oppugnetur,nõ modo nihil mali accipit,ſed etiã acceſſionem roboris exercitatione & intemperiei cõſuetudine facit. Sin imbecillũ & corpus habeat, quãuis optima cœli fruatur temperatione, nullus tamen illi fructus ex hac cœli æquabilitate erit, cũ hæc inteſtina imbecillitas,cœli etiã bonitate lædatur. Hoc quidem & in cibariis cernimus. Quando em̃ firmus & corroboratus nobis vẽter totus eſt, quodcunq; receperit,quãuis id graue,quãuis ad cõcoquendũ dif-
C ficile ſit,in bonũ illud transfundit ſuccũ, naturali tẽperatione,cibi malitiã ſuperante. Quãdo vero firmitas eius eneruata quodãmodo & lãguida eſt, quãuis cibũ optimi ſucci adhibeas,in peius illum vertit, ac corrũpit,imbecillitate vim eius omnẽ labefactante. Itaq; nos quãdo rerũ perturbationẽ cernimus, non deũ accuſemus,viri dilecti. Hoc em̃ eſt,nõ remediũ inuenire vulneri,ſed vulnus addere vulneri. Nõ dæmoniis attribuamus mundi gubernationẽ,non prouidentia vacare humana putemus, non originis cuiuſdã ac fati dominatũ, è prouidẽtia diuina extruam⁹. Hęc omnia, cõtumeliarũ plena ſunt,& vera perturbatio,atq; cõfuſio,nõ in rerũ eſt motu,ſed in animo ita affecto. Qui quãuis cęterarũ rerũ aptã deſcriptionẽ habet,vſq; dũ cõfuſionẽ ac perturbationẽ in ſeipſo coërcuerit,nullũ illi ex aliarũ rerũ apta deſcri-
D ptione præſidiũ erit. Sed quẽadmodũ oculus ægrotus,etiã clariſſimo meridie tenebras obtueẽ, atq; alia pro aliis,nullũq; radiorũ ſolis fructũ habet: ſanus vero,ac firmus,etiã veſpere poterit corpus quaſi manu ducere ſinę vlla offenſione: ſic & mẽtis noſtrę oculus,quãdiu firm⁹ eſt, multa quãuis cõfuſa,clare tamẽ videbit. Deprauat⁹ autẽ,quãuis in ipſum cœlũ attollas, multã ibi eſſe perturbationẽ & confuſionẽ rerũ iudicabit. Hoc ita eſſe, ꝑmultis tibi tũ antiquis,tum recẽtibus exẽplis adhibitis, cõfirmabo. Quot paupertatẽ tolerãter ferũt,& deo ꝓpterea gratias agere nõ ceſſant? Quot diuites,rebúſq; omnib⁹ affluentes, non modo nõ gratias agunt,ſed maledictis etiã dominũ figunt? Quot etiã nihil graue perpeſſi, vniuerſam prouidentiam accuſant? Quot in cuſtodia omne tempus ætatis degentes, hanc miſeriam ſedatius ferunt, iis qui omni terrore ſollicitudinéque

vacantes

Universidad de Deusto
Biblioteca

vacantes viuunt? Vides igitur animũ ita cõstitutũ, & ſuã cuiuſq; mentẽ, tũ horũ, tũ illorũ eſſe cauſam, non autẽ rerũ ipſarũ naturã. Itaq; ſi mẽti cultum diligentẽ adhiberemus, nulla perturbatio, nulla confuſio, nulla moleſtia inueheretur, quãuis euripo quouis turbulẽtius ſurſum & deorſum vita noſtra iactaretur. Age vero, dic modo, qua de cauſa Paulus gratias agit? Atqui is inter cęteros & optimã vitam traduxit, & virtutẽ omni tẽpore coluit, & minime moleſtias huiuſmodi pertulit. Nemo ex omnib⁹ qui ſolẽ aſpiciunt, illo iuſtior, neq; poſt hominũ memoriam aſperiora illo quiſquã perpeſſus eſt. Et quidẽ quũ videret multos cũ nequitia viuere, & læto animo eſſe, pecuniarum abundantia frui, gratias tum ipſe deo egit, tum cæteris hoc omnibus præſcripſit. In illum intueamini. Tu igitur, quũ animo ſecurũ, quũ elatũ, quũ hoſtes proſternentẽ, vexatores ſuos vlciſcentẽ, incõmodorũ minime patientẽ, quúmque vndiq; pecunias illi affluentes, omnes illũ adulatione, omnes honore proſequentes videris: te vero ipſum contrà, in ſtatu diuerſiſſimo, cõtumeliis, calũniis, inſidiis appetitũ, ne te abiectũ putes, ſed in Paulũ intuens, tecũ in eadẽ parte hærentẽ, erige animum, reuoca mentem, neq; vllo animi languore cadas. Amicũ deo, atque hoſtem, nõ ex rebus proſperis aut aduerſis æſtimabis: ſed ſi rectè viuere, ægritudine carere, pietatẽ ſpectare videris, bea illum, & fortunatũ iudica, quanuis ſexcentis vinculis cõſtringatur, carcere perpetuo includatur, hero indigno ſeruiat, inopia prematur, in latumias cõiiciatur, aut aliud quiduis graue patiatur. Beatus eũ hic, etiã ſi oculos effoſſos, corpus ambuſtum, aut paulatim abſumptũ habeat. Sin alterũ videas nequitia & luxu diffluentẽ, & in extremis ſceleribus viuentẽ, omni honore abũdantẽ, regium ſolium aſcendentẽ, diademate redimitũ, purpura indutũ, & vniuerſę cõtinẽtis dominum, ingemiſce, ac propterea talẽ etiam miſerũ ducito. Nihil enim miſerius animo ita affecto, quanuis vniuerſam ſibi ſubiectam continentẽ habeat. Quid enim vtilitatis adfert, maximis pecuniis locupletari, quãdo omniũ quę ad virtutẽ ſpectant, inanis fueris? Quod emolumentũ eſt tã multis præeſſe, quando tibi, tuiſq; affectionibus imperare nequeas? Atqui ſi corp⁹ videam⁹ male affectũ, & febre, aut pedũ dolore, aut tabe aliqua, aut aliquo quouis inſanabili morbo vrgeri, lachrymamus, etiãſi admodũ locuples ſit, imò vero tanto magis, quanto ille locupletior fuerit. Senſus enim aſperior malorũ eſt, quãdo quis in abundantia omniũ fuerit, quæ ſunt ad viuendũ neceſſaria. Hic enim cũ propter paupertatẽ, fructu eorundẽ caret, neceſſitate ipſa ſe conſolatur. Ille vero in cuius manu eſt omni affluentia vti, & infirmitate valetudinis prohibetur, animo propterea magis vritur. Quidni autem abſurdũ eſſet, corporis morbo cum vrgetur aliquis, infortunatũ iudicare, quãuis locuples fuerit: animo autẽ male affecto, quo nihil nobis neque par, neque præſtabilius eſt, beatũ ducere propter exiguam pecuniam, aut caducũ honorẽ, aut propter aliud quid ex iis, quæ hic nobiſcum permanent, & poſt hanc vitã, imò vero perſæpe etiã ante vitæ exitũ deſerunt? An nõ hęc quęſo perturbationis, hęc tumultus nobis efficientia ſunt? Propterea deũ accuſant multi, propterea mundum nullo cõſilio adminiſtrari, nulla ſapientia regi putant. Quòd ſi ſcirent, in hoc vitæ curſu nihil bonũ, niſi virtutem ſolam, non pecunias, nõ ſanitatẽ, non potentiã, non aliud quippiam, nihilque malum in hac vita, niſi malitiã ſolũ & improbitatẽ, & peruerſitatẽ animi, non paupertatẽ aut ægritudinem, contumeliã, aut calumniã, aut quę ſunt eius generis, quæ horribilia eſſe putantur: nõ hæc loquerẽtur quæ nunc faciunt, non ita animũ abiicerent, non ita beatos iudicarẽt, quos infelices putare oportuit, nec contrà infelices putarent, quos beatos exiſtimaſſent: Deniq; nõ ita de rebus humanis ſtatuerẽt. Nam propter optimũ habitũ corporis, & delicatũ paſtũ, & largũ ſomnũ, homines in beatis habere, quid aliud eſt, q̃ hic de illis vt de beſtiis cogitare? Quoniã in eo illarũ felicitas conſtituta eſt, imò vero etiã in beſtiis hoc nefariũ eſt. Multi enim tũ aſini, tum equi ceſſatione ac edacitate perierunt. Atque ſi in efferatis beſtiis, quarũ omnis virtus in corporis bona conſtitutione ponitur, hæc noxia ſunt: in hominibus, quorũ omnis ſtabilitas in animi nobilitate collocatur, virtutẽ ducemus? nec cœlũ ipſum, neq; animorũ noſtrorũ cognatos angelos reuerebimur? Non erubeſcis ipſam corporis naturã, & deſcriptionẽ? Non enim quemadmodũ feris, ſic nobis corpus deus figurauit: ſed ſicuti par fuit, quod animo rationis participi, atque immortali obedire poſſit. Cur enim beſtiis omnibus deorſum in terram deiectos fabricauit deus oculos, tibi vero in capite tribuens, eos quaſi in arce collocauit? An nõ quoniam illis nihil cum cœlo cõmune eſt, tibi vero tum à deo, tum à natura vt maxime cœleſtia ſuſpiceres, lege à principio ſancitũ eſt? Quare tibi corpus celſum & rectum fecit, illis vero contrà, ad terrã abiectum? An non hac via, & corporis præterea formatione, inſtruit te, vt nihil habeas commune cum terra, neque fluxis rebus adhæreſcas? Neque igitur nobilitatẽ noſtram prodamus, neque ad beſtiarum ignobilitatem dilabamur, vt ne de nobis dicatur illud: Homo quũ in honore eſſet, non intellexit. Deliciis enim atque opibus, & gloria, & rebus mortalibus, vitæ modum terminare, hominum eſt non ſuam nobilitatem inquirentium, ſed eorum qui equi aſiníque efficiuntur. Abſit autẽ vt hoc loco tales reperiãtur in ſancto cœtu, in theatro hoc ſpirituali, in conuentu hoc religioſo. Propterea enim quotidie diuini verbi auditione fruimur, vt hac oratione quaſi falce, ſylueſcentes animi affectiones præcidamus, frugiferæ arbores ſimus, fructúſque tẽpeſtiuos feramus in horreum regium reponendos, qui gloriã quidem dabunt cõmuni domino, cultori animarum noſtrarum: nobis vero vitam ſempiternam, quam vtinam nos omnes conſequamur, gratia & humanitate, &c

Eiuſdem de prouidentia Orat. II.

Exod. 21.

QVi maledicit patri, aut matri, morte, inquit, mulctetur. In veteri teſtamẽto hoc ſancitũ eſt, quãdo nõ abſoluta optimæ reipub. formæ perfectio, quando diuinitatis inductio fuit, quãdo puerilia præcepta, quãdo lac, quãdo pędagogus, quãdo lucerna, quãdo figura & vmbra. Quid igitur dicemus de his qui nunc ingratia, & rerum ipſarum veritate, & tanta in cognitione ſunt, nõ patri aut matri maledicentibus, ſed ipſi vniuerſitatis rerum deo? Quo eñ ſupplicio accipiẽtur? qualis animaduerſio, quis igneus amnis, quis vermis ſempiter⁹, quę tenebrę exteriores, quæ vincula, quis ſtridor, quis ploratus, ſcelerũ magnitudini ſatis eſſe poſſit? Omnes cruciatus qui nũc ſunt quíque futuri ſunt, minores iuſto ſunt

ſunt animo ita affecto, ac couſq; improbitatis prolapſo. Verborũ contumeliæ multæ, variæq; ſunt, itaq; neceſſe erit eas omnes hodierno die exponere, vt neque ſponte in partem eius aliquam incurramus, neq; aliquẽ vel amicũ vel inimicũ incurrere permittamus. Nõ eſt eñ, non eſt hoc, peccatũ vllũ deterius, ſed neque par. Nã in eo, & acceſſio omniũ malorũ eſt omnisq; confuſio, inexpiabile ſuppliciũ, & intolerabilis pœna. Qui ſunt autẽ qui deo maledicunt? Qui ex ſapientia prouidẽtiæ eius, fati confuſionẽ, & neceſſitatem rerũ extruunt. Atqui infideles, & in ligna ac lapides inhiantes, eaq; venerantes, hoc laborare morbo minime mirandũ eſt. Eos vero qui hoc errore, & ſeruitute liberati, & omniũ ſupremi, ac veri, re vera, dei cognitione digni habiti ſunt, quadã quaſi reciprocatione, in illud ſalũ atq; inſaniam animo trahi, hoc eſt grauiſſimũ & multis re vera lachrymis & lamẽtis ꝓpſequendũ, cũ qui Chriſtũ ſe dicant venerari, & tantis digne myſteriis effecti, & recõditarũ inſtitutionũ, ac ſapientiæ cœlitus nobis demiſſæ ſint participes, poſtantũ honorem quẽ acceperunt à deo, voluntarij ſeipſos de libertate prȩcipitẽt, quã deus illis cõdonauit, magnaq; cum temeritate ſeipſos deiiciãt, & ſeruituti aſperrimæ ſeipſos ſubmittant, & crudeliſſimũ dominatum qui nullus eſt, animo fingãt, omnem ſpem bonam prȩcidant, & neruos omniũ virtutis cultorũ elidere contendant. Quẽadmodũ in bello milites ſtrenuos, ac animã profundere paratos, inimicus aliquis intuens, qui illos nulla ratione lædere, neq; à ſtudio in regẽ auocare, neq; ad timorẽ traducere, neq; machinis ſuperare poteſt, hac via tamen ſuadẽdo corrũpit, fruſtra illos, ac temere, & nulla de cauſa tãtos ſuſcipere labores, vt ſic robur labefactet, animi ardorẽ extinguat, vt à bellicis curis amotos, nudos & inermes cernens, captiuos trahat: ſic & diabolus facit. Poſteaquã videt dei gratia, permagnã continentis partem, Græcorum errores irridere, omni animo ac volũtate ſermones de pietate antiquiſſimos habere, ex eoq; magnã virtutis cõſectationẽ, magnã improbitatis depulſionẽ fuiſſe: nõ auſus eſt procedere, ac palàm dicere: deſicite à Chriſto, illius inſtituta irridete: fabula illius ſunt atq; error omnia, mal⁹ eſt & crudelis. Nouit eñ ita magis à ſuo imperio receſſuros, & vehementius illũ exoſuros. Propterea recta via ad accuſandum non pergit, ſed circuitione quadã perreptans, venenũ impiarũ opinionũ clanculum ſpargit, hoc relinquens, vt videantur quidẽ homines in fide permanere, re autẽ vera radicitus eã extrahit, & omnia veritatis inſtituta perfringit, & multã apud homines ſibi obedientes, deo calũniam offundit. Propterea ab illo hoc venenũ, hęc mortifera fatalis neceſſitatis apparabãtur pharmaca, vt oĩa quæ dicit tectè inuehat, vt inanes cogitationes, inanẽ fidẽ faciat, & malã de deo ſuadeat hominibus ſententiã habere: quod initio etiã fecit apud Adã, quaſi maleuolum quendã ac inuidioſum deũ exagitans. His eñ penè verbis prȩcipiẽdo vſus eſt. Nouit de⁹ veſtros oculos aperiẽdos eſſe, nouit futuros quaſi deos, inuidit vobis, maiorẽ vobis honorẽ indignabatur. Quãuis enim hæc verba nõ adiecit, ex his tamen quæ cõmemorauit, hęc cõiiciẽda reliquit. Ac vide illius improbitatẽ. Cũ labefactaſſet dei decretũ, & dixiſſet maxima illis futura cõmoda, ſi ei non parerẽt, cuius generis ſunt apertio oculorũ, deo par eſſe, recti cognitio, non his adiecit, malũ eſſe qui hæc prohibebat, vt ne quaſi hoſtis atq; inimicus ſententiã dicere videretur, ſed perſonã cõſiliarij ac cognitoris ſuſcepit, vt malũ hoc conſiliũ redderet explicatius. Quòd etiam vſu venit. Nihil enim aliud his dictis cõfirmare voluit, niſi vt recederetis à deo fabricatore veſtro. Indignans eſt & inuidus. Maxima vobis bona inuidet. Hęc manifeſte verba nõ poſuit. Tũ enim illũ inimicũ ſuſpicati declinaſſent: ſed iſta prætermittens, atq; diſſimulans, hoc pernicioſum cõſiliũ dedit. Itaq; nũc nõ dicit à Chriſto recedite, quaſi diuina præcepta dãnatione digna eſſent. Quiuis enim illũ mentiri cognoſceret, ſed callide viđetur quidẽ nos in iis eſſe ſinere, & cũ veritate conſentire: ſed clã imprudẽtes ex æterna hæreditate eiicit. Quẽadmodum ſi quis puerũ ingenuũ ac liberũ, ſed ſimplicẽ & incallidũ, dextra prehenſa, è domo paterna nõ eiiceret, ſed ea præciperet faciẽda, quibus deſignatis volẽs nolẽs filius paternorũ bonorũ exhæres eſſet. Fieri, inquã, fieri nõ poteſt, vt qui fato animũ attẽtum habet, cœlum cõſequatur. Omnino vero fieri nõ poteſt, vt gehennã & ſuppliciũ effugiat. Nã cõtra dei decreta, omnibus obedire prȩcipit. Deus dicit: ſi volueritis, & me audiueritis, bonis terrę veſcemini. ſin nolueritis, neq; mihi auſcultaueritis, gladius vos cõſumet. Os enim domini hęc locutũ eſt. Vides quẽadmodũ deus loquitur, & quales leges ferat. Audi nunc & fatũ quẽadmodum etiã ipſum loquitur, & quẽadmodum contrariũ ſcitũ facit, ac attẽde vt illa à dei ſpiritu prolata ſint, hæc à malo, ac prȩterea etiã à dęmone quodã efferato. Dixit deus: ſi volueritis & ſi nolueritis, in noſtra poteſtate virtutẽ ac vitiũ collocãs, & in arbitratu noſtro ponẽs. Ille vero quid ait? Quod fato conſtitutũ eſt, vitari non poteſt, quãuis voluerimus, quãuis contẽderimus. De⁹ dicit: ſi volueritis, bonis terræ veſcemini. Fatũ dicit: ſi voluerimus, neq; nobis id datum fuerit, nulla vtilitas eſt hoc velle. Deus dicit: ſi nolueritis auſcultare verbis meis, gladius vos cõſumet. Fatũ dicit: ſi noluerimus, datũ vero nobis fuerit, oĩno ſeruabimur. An nõ hæc fatũ dicit? Quid fieri poteſt hac pugna clarius? Quid bello hoc euidentius, quòd tã impudẽter aduerſũ diuina oracula ſuſceperũt improbitatis magiſtri dęmones? Sed vt initio dixi, minime admirandũ eſt dęmones, & homines alios dęmonũ æquales, Græcos dico, iſtis reb⁹ fidẽ adiũgere: vos vero tã diuinę ac ſalutaris doctrinę participes, hęc refutare, & ad illa quę impuriſſima ſũt, & animi pernicię cõtinẽt, vos ipſos aggregare, hoc lõge eſt aſperrimũ. Quid eñ mea intereſt externos iudicare? Mihi apud vos ſermo eſt, q̃ mẽbra Chriſti, filij Eccleſię, paterna in domo cõſtituti, cœleſtis doctrinę participes, tãto honore affecti eſtis. Propterea ingemiſco, propterea lachrymor, ac lamẽtor. Digna eñ lamentis ſunt, quãdo quis in errores venia non dignos labitur. Quæ eñ venia, dic mihi, eſſe poteſt, vbi cũ deus affirmet, dęmones cõtradicãt, fide digniora viđetur etiã apud ſeruos dei, ea quæ ab illis, q̃quę à deo dicta ſunt? Neq; vero rationes cõturbemus nunc, ſed pauliſper animũ ad audiendũ proiectũ, eorum qui his obtẽperãt demõſtremus. Deus dicit: Apoſui tibi ignẽ & aquã, vitam & mortẽ, quòd volueris intende manũ. Dęmõ dicit: Nõ eſt in te ſitũ porrigere manũ, ſed neceſſitate quadã & vi hoc fit. Et fide digniora tamẽ hæc tibi videntur, neq; quàm longũ interuallũ ſit inter cõſultores animaduertis, dei, ac dæmonis, neq; conſilij differẽtiã exquiris, alteri⁹ ſalutaris, & ad virtutem vocãtis, alterius diabolici & ad nequitiam ac improbitatẽ impellentis. Non quæ à deo

Exod. 21.

Gen. 3.

Eccli. 15.

Universidad de Deusto Biblioteca

data tibi sunt,quæq; à dęmone cõsideras,quòd hic ita adamauerit, vt filiũ vnigenitũ pro te daret, quo nihil patri pretiosius est, atq; etiã nũc amat, vt & te per Apostolos quoque tua pro salute aduocet, deniq; oĩa faciat: ille vero tam magnũ odiũ habuit, atq; etiã adhuc habet,vt omnino te expugnare, & non modo nõ boni aliquid dare,sed etiã his quæ à deo acceperis,te exuere conetur. Hic quidẽ angelis te parẽ facere cõtendebat: ille vero humi serpẽtibus bestiis abiectiorẽ te effecit,& illos venerari persuasit. Hic ad regnũ cœlorũ & reliquos honores te euexit: iste vero hinc tibi datũ honorẽ inuidit,nec priꝰ desistit donec euerterit. Quãuis em̃ hæc decreta illius perspicere nõ potestis, quæ etiã sole clariora sunt his qui nõ admodũ degenerant,(ita illustrẽ habẽt illa virtutẽ,ac salutem, hæc improbitatẽ)ista tamẽ si per vos cognoscere nequeatis,ab his qui consiliũ vobis dant,noscite quid salutare,quidq; noxium sit. Quidni enim absurdum sit,aliarũ in rerũ delectu,hũc habere animũ, vt si medicꝰ cibũ alicui det,non in eo curiosus sit, sed quasi sanitatis efficientẽ accipiat:sin veneficus aut impostor sit, non multũ laboret,sed quasi venenũ ac pestem auertat,de deo autẽ hoc iudiciũ nõ adhibere?quãuis lõge maius interuallũ inter deum & dęmonẽ sit, quàm inter medicum & veneficũ:ac tale quidẽ,quale nõ modo verbis,sed ne mẽte quidẽ ac ratione cõprehendi potest. Extremæ enim amẽtiæ est, vbi minima differẽtia est, vt in his qui cibum adhibent,nõ multũ laborare, sed hominum cõditione vniuersæ doctrinæ loco vti: vbi vero tantũ discrimẽ est consiliariorũ,ibi adhortatione opꝰ habere,vt intelligatur quid salutare sit,& quid noxiũ. Ne,quęso,ne simꝰ bestiis ipsis immaniores,sed resiliamꝰ,neq; aures admoueamꝰ. Mores bonos,cor-
1.Cor.15. rumpũt sermones mali,neq; veniã assequẽtur qui decepti sunt. Cur enim si pestilentẽ locũ,& contagionis plenum videris,cõsuetudinẽ illius loci fugis,quanuis sexcenties ad domiciliũ illud traharis,& corporis valetudinẽ cæteris rebus omnibus anteponis: vbi vero opinionibus pestilẽtibus quidã cõplentur,ac ægritudinibus quæ non modo corpus corrũpunt,sed animã quoq; perimunt,ac deteriorẽ vilioremq; reddũt, nõ omnino refers te?Audi,inquit quidã sapiens vir: Ne steteris,resili,ne tardaueris,vel breuissimã hic metuas morã. Hæc dicimus nõ stabilitatẽ illarũ opinionum veriti,sed imbecillitatẽ vestrã metuẽtes. Nobis enim dei gratia fide fũdatis,imbecilliores aranearũ telis videntur. Et quanuis plus millies auribus nostris obgãniãt,à nobis quasi insani,atq; extra se positi,risu explodũtur. Neq; aduersum omnes hæc loquor,sed aduersus eos qui horũ rei sunt. Nã & Paulus qui cęteris anteibat, non doctrinã solum adhibendã præcepit, sed
1.Tim. 6. etiã discipulo Timotheo cõtra aduersarios tum verborũ certationes,tũ inanitates auferẽdas monstrauit. Exiguũ nostræ vitę tẽpus,breue salutis huius curriculũ. Si igitur breue hoc tẽpus,qđ ad discẽdũ vtilia nobis datũ est,in superuacaneas atque inutiles & noxias disciplinas insumamus: de cętero quã opportunitatẽ habebimus ad hæc necessaria atq; idonea cognoscẽda? Nã si vel lõgissimũ esset, vniuersum ipsũ ad vtilia conquirẽda cõsumendũ foret. nũc vero cum breue atq; exiguũ sit,an nõ extremæ demẽtię est,tempus tã breue in opiniones mentiũ nostrarũ corruptrices,insumere?Quid medicina opus est?ne omnino plagã accipias,ne tẽpus absumas in his sanãdis,quæ ab aliis & accipis,& habes vulnera. A diuinis scripturis sanitatẽ

A cõquire. Sin interuenerit quis, ac aliud quippiã attulerit, obstrue aures, resilito statim,ne cũcteris: si regũ cœtus sit,ne cõmittas vt eius cõsessus in societatẽ venias,vt quanuis nullus assensus tuus fiat, cõmmunitate tamen auditionis omnino pericliteris. Quando contra deum dicitur,& opinio plena reprehensionis illius affertur,non aufugies,non vexantem contumeliis linguã odio habebis,nõ impia ora obstrues?Quomodo enim poteris libera animi inductione deũ venerari,cũ contumeliarum omniũ quę cõtra illũ intẽtantur,sis socius?Quod ne fiat precor. Hæc à me non ad pręsentes,imò vero potius ad pręsentes dicta sunt. Si enim vos culpa vacatis,quos tamẽ ægritudine vexari intelligitis, eam his ac aliis cõpluribus exhaurietis verbis, vt radicitus hoc malũ extirpetis. Precibus vero sanctorũ,amicorum dei,quorum precãdi libertas multo plus habet, quàm sermones nostri, fiat, vt
B omnes nos, ac quicunque ad plenitudinem Ecclesiæ pertinent,his liberati malis,ꝓ tribunali Christi cum libera securitate stemus,cui sit gloria,Amen.

Eiusdem de fato, Oratio III.

NOui equidem,nuper apud vos de fato verba me fecisse, nihil tamen prohibet etiã hodie de eodem argumẽto sermonẽ instituere: nõ quoniam hæc affectio admodum insita sit in animis vestris, sed quoniã socordia vestra incredibilis quædam est,quæ vel minimas ęgritudines,permagnas facit. Nã & cęco natura,hoc perspicuũ est, fideli homini ad mali huiꝰ depulsionẽ neq; doctrina neq; verbis opus esse. Quẽadmodum enim qui eandẽ terræ cõtinentem nobiscũ incolit,& legibus nobiscum tenetur eisdẽ,& regibꝰ subiectus est eisdẽ,minus à nobis persuaderi debet, sed vetari solũ vt ne Persarũ reipubli-
C cæ formã quotidie inuehere conetur:sic hoc loco fit. Errorum em̃ quidã ratione ac disciplina egẽt, quidã ita manifesti ac plani sunt,vt timore ac supplicio solũ coërceri debeãt. Huius generis sunt occidere,adulterari,furari,quæ oratione nõ egent. Itaq; & legislator nõ doctrinã aliquã his de rebus explicauit, qua aures nostræ personarẽt,hæc mala esse (hoc em̃ quasi anticipatum animis nostris est)sed solũ vetuit,nõ adulte- *Exod.20.* raberis, nõ occides. Vbi vero de viduarũ despiciẽtia, ac depositorũ fraude,nobiscũ disputat,ibi etiã ratio- *Deut.5.* nes adiungit: Cõmiserare,inquit,viduam, & aduenã. *Exo.22.* etenim tu aduena fueras in terra Aegypti. Sabbatũ requiete cole,inquit. Deinde causã adfert. Atq; hoc,fatalẽ necessitatẽ aspernari,nõ eius generis est quod ratione egeat,sed ex illis perspicuis est. Quẽadmodum em̃ clare cernitur malũ esse occidere, & turpe neca-
D re:ita per se lucet,fato se adiũgere,malũ esse,& vetitũ. Neq; vero idcirco putetis,quod à quibusdã existimatur esse,ideo nõ vetitũ esse. Nã & cædes suscipit̃,q̃uis legibus prohibeatur, & adulteria ac rapinæ in vetitis sunt,quãuis à multis admittãtur. Quod vero etiam in legibus Græcorũ,quemadmodũ cędes,sic notationi diei natalis credere,vetitũ sit,ex eo liquet,quòd q̃ alicuius vxorẽ stuprauerit,&accusatꝰ in iudiciũ venerit, & dixerit:nõ ego hæc,sed stella natalitia: ego em̃ tẽperans esse volui,illa vero labefactauit,& deiecit. An nõ propterea asperiores dabit pœnas, quasi ridicule causã defenderit? An veniã impetrabit aliquã? Nihil minus. At illorũ sentẽtia maxime id oportuit. Si em̃ stella natalitia ac nõ arbitratu nostro omnia gererentur,hac nulla melior esset defensio. Si em̃ firmior valentiórq; q̃ natalitia stella, nostra esset electio, nulla esse

esse deberet natalis diei notatio. Sin quãuis res mille excogitet, cõplere illius pręscripta necesse esset, sine causa hic coërceret̃,& iure veniã ĩpetraret. Sed nemo illũ neq; defendentẽ, neq; veniã impetrãtem audiet: ita res ab oĩbus explosa est,& cõmẽtitia quędã fabula videt̃. Apud multos magistratus,si quis cui vim adferat,ad defẽsionẽ satis est reo,dicere se hoc inuitũ fecisse,atq; adeo nulla accusatio reliqua esse videt̃. Multi vero magistratꝰ ꝓpter sceleratas cædes accusati supplicio afficiũtur:carnifices vero administros cædis,q̃ morte homines mulctãt,neq; ad subsellia rapiũt,neq; de illis omnino quęrũt, necessitate pro illis causã dicente,& magistratꝰ authoritate,& subiectionis timore. Quòd si homini prudẽter ignoscũt,abs tribuli suo, & cognatione quadã iũcto aliquid agere coacto, an non multo magis cõdonare par est,si quis fato pellit̃? Atqui aufugere oportet. Illius vero,sicuti pręcdicãt,sic inexpugnabilis dominatꝰ est, vt quãuis in solitudinẽ,
B quãuis in mare,quãuis in alias quascũq; oras te cõferas,præscripta eius minime effugias. Quid ni igit̃ absurdũ est,eũ qui barbarorũ vi ad aliquid rapit̃,ita facilẽ veniã obtinere,vt ne omnino accusetur quidẽ:hũc vero q̃ violẽtiore quadã vi cõpellitur, pœnas persoluere,neq; orationẽ eius ad causã dicendã admittere? Nemo em̃ causam maleficij fatũ adferẽs,pœnas effugit,nõ in iudiciis maleficus,nõ in familia seruus,nõ in ludo puer,nõ in artificio discipulꝰ. Qua ratione igitur vel fatũ probant,qui id sic abiiciunt,vt ne necessitati quidẽ eius veniã dent?Ita veritate&cõsciẽtia sua freti, vehemẽter persuadẽt sibi vniuersam hãc rẽ fabulã esse. Quãdo vero in peccata inciderĩt grauia,tũ illud adferunt, quasi hoc modo cõstitutũ illis suppliciũ effugituri sint, & nõ grauiores pœnas daturi. Nõ em̃ tã tetra res est peccare,q̃ pòst peccati nõ pudere, & ꝓpter scelera sua ipsum deũ accusare. Hoc oĩ peccato funestius est. Hoc etiã diabolꝰ facere cõtendit, vt nõ solũ ad virtutẽ remissi, & ad vitia procliues simus, & omniũ causam deo assignemus, sed etiã vt animo ac lingua ad maledicẽdũ apparatis,defensione adferenda deũ accusemus,& à nobis hæc patrãtibus reprehẽsionẽ deoneremus,& in eũ qui author nõ est,culpam traducamus. Atqui si quis tale quid in hominibꝰ designauerit, ad accusationẽ eiꝰ & internicionẽ hoc satis esset. Quãdo em̃ alterũ calũniatur, etiãsi nihil pręterea mali patrauerit,hoc tamen facinus eodẽ supplicio plectit̃,quo reliquorũ sontiũ. Vide igitur quantũ mali diabolus è fato excitauit,virtutis cõtẽptũ. Labefactat em̃ animũ etiã satis incitatum ad sudores pro virtute suscipiẽdos,quãdo persuadet ex his quę fiũt,nullũ factum nostrũ pro vitio haberi posse. Quãdo em̃ aduertit quis,neq; adulterũ,neq; sicariũ,neq; murorũ effossorem accusatione dignũ, nõ desinit quasi in præcipiti loco cũ ĩpetu ruẽs,prouidẽtiæ calũniatores alios facere,& ipse quoq; calũniator dei esse,quo qđ quæso malũ perniciosius esse potest?Fugiamus dilecti hũc simulacrorũ cultũ. mors em̃ reuera in lebete est: omnéq; qui inde vel minimũ peruersarũ opinionũ haurit,omnino mori necesse est,nisi iterũ recurrat,& sanitate integra fruatur. Vt ne igit̃ postea hoc infructuose lamẽtemur,cũ pœnitẽtiæ nobis cõstitutũ tẽpus post nostrã hinc demigrationẽ pręcidat̃, dũ habiles sumꝰ quicũq; hoc morbo correpti sumꝰ,mutemus sentẽtiã nostrã,nosq; ipsi reficiamus. Qui vero sani sumꝰ,sanitatẽ incorruptã cõseruemꝰ,& hoc morbo affectis manum porrigamus. Si em̃ corporibꝰ laborãtibus tantã

A industriã adhibemꝰ,animi ægritudine ꝓposita an nõ omnia faciemus,oĩa sustinebimus, vt fratrẽ in societatẽ mẽbrorum eãdẽ cooptatũ,& in perfectionẽ corporis ecclesiastici ascitũ recuperemus? Omnia igitur huius causa suscipiamus, oĩa huius causa præstemus, canes,lupos abigamus, neq; nostri ipsorũ salutẽ satis nobis esse putemus. Quẽadmodum em̃ dictũ est, q̃ si videris furẽ,simul cõcurrebas,&in adulteris partẽ tuã *Psal.49.*
ponebas:ita hic quoq; audiamꝰ,quãdo aliquẽ è fratribus nostris circũuenientẽ rationibus,& susurrationibus decipientẽ viderimus,ista inaudiamus. Domꝰ herilis est Ecclesia,vasa pretiosa sũt fideles. Vbi igit̃ aliquẽ exterũ videris aliquid è vasis diripere conãtem, q̃uis hoc vitio captus nõ fueris, tu tamẽ q̃ furẽ vides suffodientẽ,&neq; per te,neq; per aliũ prohibes,reus necis illius es:tũ quia in periculũ venire permiseris,tũ quia nõ ad eos retuleris,qui ista corrigere potuissent.
B Neq; vero hęc dico,q̃ omnino ĩpẽdêre tibi periculũ putẽ,sed vt cautiores reddã alios,atq; efficiã tũ de sua ipsorũ,tũ de aliorũ salute magis sollicitos. Ita em̃ poterimus promissa consequi bona,gratia Christi,&c.

Eiusdem de fato, Oratio IIII.

EAdẽ ipsa dicere mihi quidẽ graue nõ est,vobis vero tutum. *Philip.3.* Quod si Paulo,qui cũ gratia spiritus docuit,& cũ imperio inimicos abegit,& perturbationes animi omniũ sustulit,q̃ summo in honore fuit, quẽ quasi angelũ de cœlo descẽdentẽ,imò vero quasi Christũ ipsum oẽs audierũt,perpetua doctrina opus fuit, & eadẽ continẽter dicere necessariũ:multo magis nobis qui nullo in loco aut numero sumus. Tutũ vero re vera est vobis, iisdẽ de rebus sæpe audire,neq; vero de iisdem rebus solum,sed
C eadẽ etiã de iisdem. Ne grauetur igitur aliquis, neq; vexari à nobis se putet,si de eodẽ argumẽto eadẽ iterũ dicamus. Si em̃ cõfidere liceret, vos semel ista audiendo,hanc animi ægritudinẽ deposituros,ne sic q̃dem ab hoc argumẽto recederemus, sed de iisdẽ rebus adhuc verba faceremus,& stabilem ac firmã efficeremus sanitatẽ,& cautos vos redderemꝰ,ne in hæc facinora iterũ dilaberemini. Quoniã vero quasdã huius mali reliquias in auditorũ animis esse suspicamur, necessaria nobis est & rationi cõsentanea,assidua harũ rerũ pertractatio. Hodie autẽ dicendũ est,quomodo ista effugiamus. Quomodo autẽ effugiemus? Primũ precibus & accessu ad deum : deinde rationibus piis. Si em̃ videris quæ futura & quæ præsentia sunt, & rectum de vtroq; suffragiũ tuleris, nunquã animũ tuum hoc malũ attinget. Quãdo enim videris, pręter
D dignitatẽ suã aliquem locupletem, ne fœlicem eum, ne beatum iudicaueris, ne dei prouidẽtiã cõdemnes, ne temere ferri aut incõsulto res humanas putes,quia hic pręter meritũ suũ locuples est. Veniat tibi in mẽtẽ Lazari & diuitis, vt hic ad summas opes & affluẽ- *Luca.16.*
tiam rerũ peruenerit,crudelis,præfractus & inhumanus, & ipsis canibus efferatior. Siquidẽ hi pauperem cõmiserabantur, & accurabant, & nõ grauate linguã vlceribꝰ per omne corpus fusis,admouebãt:Ille vero, ne micarũ quidẽ suarum participẽ faciebat. Tecum igitur reputa quẽadmodũ hic omnibꝰ opibus affluebat. Pauper ille q̃ re vera diues, re vera locuples fuit, in id extremę paupertatis incidit, vt & necessario victu destitueret̃,& ęgritudine ac fame ꝑpetua vexaretur. & hic quidẽ pauciora q̃ vsus tulit habebat:ille vero supra modũ oĩbus rebus abundabat. Non moleste ferebat tamẽ,nõ impium verbũ proferebat, non deũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

accusabat,cum nullo, ne secũ quidẽ hæc verba vsurpabat:Ego quidem qui nullũ insignite flagitiũ patraui,tales pœnas do,&extremum sustineo suppliciũ,fame cõtabefactus,morbo grauissimo absumptus,paulatim exhaustus & delet⁹:Hic ditat & deliciatur,alienis calamitatib⁹ oblectat,meas in miserias debacchatur,hũc autẽ tã inhumanum,immitem, crudelem,saxeũ,tãtæ pecuniæ dominũ fecit deus,me vero qui ne verbo tenus illũ prouocarim, tantis laboribus & dolorib⁹ excruciari permittit. Quomodo hæc iusto illi⁹ iudicio,quomodo hęc eius prouidẽtia& procuratione nostri digna sũt?Nihil horũ omniũ dixit ille.Quidni igitur absurdum sit,illos qui tãta mala patiũtur,ita de deo in oĩbus bene loqui: te vero qui extra istã penitus cõtrouersiã es, illorũ causa cõtumelioſe de deo loqui,quorũ gratia alij bene loquũtur?Qui enim malũ aliquod patitur,si verbũ aliquod odiosum aut molestum dixerit,quanuis non tantam quantã alius, aliquam tamen paruã veniã habet. Qui vero ipse extra pericula est positus, & aliarũ rerũ causa animam suã proiicit,quali venia dign⁹ esse potest in iis de deo male loquẽs,in quib⁹ qui mala ipsa accepit, gratias agit, & perpetuo illũ laudare nõ desinit? Quãdo igitur videris iustum mala patientem, hoc exmplũ animo repete. Neq; enim iustiorẽ illo quẽquam potes dicere, quod tum ex patientia,tũ ex præmio satis liquet. Nã & primum resurrectionis sortitus est locũ,cũ patriarcha Abrahã in honore posit⁹:neq; cõtrà maiora perpessum mala,neq; ita despectui habitũ.Quod em̃ maius malũ cõmemorare potes, cum neq; ex iis quæ demensa deciderunt,expleri potuit?Quãdo igitur summam improbitatẽ videris,quid em̃ crudelius isto qui hunc in tanta calamitate præterierit? vel quid affluẽtius esse potest mẽsa illa & vestitu,in quibus maximæ delicię splendidissimæq; fortunę fuerãt? aut cõtrà cũ summam videris iustitiã: quid em̃ deo amabilius esse potest animo talium patienti, & extremã miseriã generose perferẽti?aut quid miseri⁹ fame ac ægritudine tã insanabili?qualem dabis mihi veniã qui in aliis offenderis?Nũquid vitæ huius exitu res terminãtur?expecta finem,& tunc vitæ vniuscuiusq; dignã cõpensationem videbis. Ne ante præmiũ, ne ante coronã tumultueris.Quando igitur videris vtrunq; in iudicium venire,& sententiã iudicis accipere,tũ & ipse iudiciũ de vnoquoq; feras.Quot nunc in viis insidiãtur,quot muros effodiunt, quot mortuorum loculos diripiũt, quot toris insidiãtur alienis, quot mortiferis venenis cõplures perdidẽrũt?Nunquid in iis accusamus iudicem?nequaq̃. Si enim illos in iudiciũ veniẽtes sic abire sineret,vt cũ qui mala accepit puniret,qui vero intulit iniuriã honoraret, & corona imposita dimitteret, accusatione & extremis reprehẽsionibus re vera dignus esset:quãdo vero nõdum in iudiciũ adductus fuerit, neq; tẽpus iudicij instet, neq; dum ille pœnas repetit, tu anticipãdo cõdemnabis?Atq; oportuit,inquit,admissorum scelerũ pœnas dare. Vitã tuã ô homo animaduerte, in tuam ipsius cõscientiã descẽde, & hanc mutabis sententiam,iudiciũ illud non laudabis,sed perhumanũ deũ propter eius quasi lentitudinẽ admiraberis.Si em̃ ab vnoquoque propter flagitia sua, pœna admissorũ scelerũ poscereť,certatim genus nostrũ funditus direptũ fuisset. Quis em̃ gloriabitur se purũ habere cor,aut quis confidenter dicit,se purũ esse à peccatis? Sed cũ propter hãc dei quasi lẽtitudinẽ animo excruciaris,exquisite animo pertractes quę abs te patrata sunt flagitia, & de istac patiẽtia gratias illi habebis,&tolerãtiã illius admiraberis. Tumultuaris,angeris,omnia pertubationibus cõples, quòd hic prẽter dignitatẽ locupletať, & à multitudine colitur: An nõ audis Psalmorũ scriptorẽ dicentẽ: Ne timeas quando ditescit homo,quoniã in morte nihil ex omnibus accipiet,neq; simul descẽdet cũ eo gloria eius? An nõ audis Prophetã magna voce clamantẽ : Omnis caro fœnũ, omnis gloria hominis quasi flos fœni? An nõ vides Prophetarũ dictis attestantẽ rerũ ipsarum veritatẽ? an nõ vides experientiã & exitũ rerum iis dictis suffragantẽ, nihil illũ in morte ex oĩbus capturũ?Audi Iob,hoc idẽ dicentẽ, Nud⁹ exij ex vtero matris,& nudus decessurus sum.nihil em̃ in morte ex omnib⁹ quis captur⁹ est. Audi Paulũ in hac eadẽ materia philosophantẽ: Nihil inuexim⁹ in hũc mũdum, certumq; nihil nos deportare posse.Tu vero beas hominẽ,q̃ nihil hinc auferre potuit ex iis quę expediunt illi præsto esse in die iudicij.Sed quę alia maior miserię descriptio & infœlicitas esse potest, q̃ cũ summis in deliciis hic vixeris,sũma cũ ignominia hinc discedere?Tu vero si quenq̃ horum diuitũ superborũ,& in foro fastuose obãbulantiũ videris foris honorib⁹ abũdãtem,assentatione parasitorũ vsum,vbi domũ suam redierit,nihil istorũ habere,sed destitutum, inglorią, mendicis egentiorẽ vilioremq; esse:igitur hũc prędicabilẽ esse arbitraris?an nõ potius cõmiseraris, ac lamẽtaris?Hoc idẽ de locupletib⁹ facito.Sũt vero quidã,qui posteaq̃ hos de religiõe sermones cõmouerimus,suũ hircorumq; instar, abdomini affixi, & in res præsentes inhiãtes,nihil restare post nostrã ex hac vita demigrationẽ arbitrãtur. Alij quidẽ quędã restare putant,sed præsentia futuris anteponũt.Nã aduersum eos qui nihil remanere iudicãt,sed animũ nostrũ quasi extinctũ nullã redditurũ rationem, neque pœnas persoluturũ, ridiculũ fortassis esset, quẽadmodũ cõtra insanos,& è potestate sua exeũtes,dicere.Neq; enim si quis in die cõtendat diem nõ esse,& de rebus in prõptu positis dubitet,opportunũ erit ratione huic persuadere,& ad opinionẽ suã adducere. Atq̃ vestræ charitatis causa cũ illo disputabim⁹ quẽadmodũ nobis dei dederit gratia. Quid dicis ô homo? nihil esse putas post hũc vitæ cursũ?hoc em̃ dicere necesse est. Quomodo?Quasi malorũ quorundã gradibus ad deteriorẽ semper opinionẽ proiicit diabolus,quẽ semel à veritate auerterit. Ecce autẽ persuasit,temperantiã, æquitatẽ,reliquãq; virtutẽ negligere,improbè viuere fecit,de cætero perpetuã habere labem cõscientię,& pretiũ facinorũ improbe admissorũ in alios dimouere,cũ improbitatẽ ipsam potius dimouerẽt.Sed hoc nõ faciũt,& opinionẽ sibi falsam de fato,& sexcẽtorum malorũ plenã affingũt. Deinde in hoc reprehẽsi, & fateri tãdẽ coacti, nullius esse momẽti hęc prędictia:futura tollũt,omnẽ de resurrectione sermonẽ eludunt.Nũc vero quod in manib⁹ est cõfutemus.Nihil ne est ô homo post hanc vitã?&huic niteris opinioni? Multis in reb⁹ delirauerũt Græci,huius tamẽ opinionis veritati nõ restiterũt.Quòd si illos sequaris,dabis certe aliquã post hãc esse vitã:rationes, iudicia apud inferos,supplicia,honores,sentẽtias,iudicata.Sin Iudæos interroges,aut hęreticos,aut aliũ quẽuis hominẽ,reuerebitur opinionis huius veritatẽ,ac quãuis in aliis dissenserint,in hoc tamẽ omnes conueniũt,& dicunt rationẽ eorũ quæ hic gesta sunt, ibi debere reddi.Sed nulli horũ obtemperari vis, sed cũ impudẽtia quadam

quadã magno teipsum errori obiicis.Atqui sobriorũ hominũ causa de iis sermo instituẽdus est.Ei vero qui nihil deinceps fatetur esse, ne deũ quidẽ esse fatendũ est. Vides,quemadmodũ dixi, cõsequẽtes opiniones priorib⁹ deteriores esse,quod istis quoq; vsu venit.Si em̃ nihil est post hanc vitã,ne deus quidẽ est:sin deus est,iust⁹ est:q̃ si iust⁹ sit, ꝓ dignitate tribuet vnicuiq;. Sin nihil post hãc vitã sit,quomodo quod par est,recipiet vnusquisq;?Attende vero.Multi præter meritũ suum,quẽadmodũ ipsi initio confessi sunt,multa bona accipiũt in hac vita,& cũ honore sunt:alij vero supplicijs afficiũtur,qui cũ iustitia vixerunt.Quòd si nullus sit locus his post hanc vitã,iniuria affecti discedẽt iusti,& prẽter meritũ bonis fruentẽ iniusti.Quod si sit, quomodo esse iustitia possit ? Vel enim aliquem locũ esse necesse est,qui ꝓ meritis suis redderet vnicuiq;.in hac vita em̃ hoc nõ inuenitur:vel si talis locus nõ sit, quomodo ꝓ meritis suis recipiet vnusquisq;? Sin nemo secundũ merita recipiet,ne deus quidẽ tua sententia iustus est.Sin nõ deus iustus sit,ne deus quidẽ erit. Sed hęc loquẽdi cõtumelia,in caput illorũ qui hęc in nos cõferũt,reuertatur.Videte vero quò verborũ cõtumeliæ oratio illorũ prouecta est. Deũ esse res oẽs clamitãt,atq; adeo iustũ esse.Sin iust⁹ sit, ꝓ dignitate sua reddet vnicuiq;: sin pro dignitate sua reddat vnicuiq;,necesse est aliquẽ post hãc vitã esse locũ in quo pro dignitate sua recipiet vnusquisq;,& vel pœnas dabit,vel in honore erit ꝓpter illa quę ab eo gesta sunt. Sobrij igitur simus dilecti : ignorãtiam em̃ quidã dei habẽt.sobrij simus,vigilemus.Peccasti,ne insistas amplius peccare.Peccasti,desine.peccasti,ne cõnectas his peccata.Nos vero tripla atq; etiã quadrupla cõnectimus taliũ opinionũ onere mẽtibus nostris impositio. Peccasti.Agnosce dominũ misericordẽ,humanũ,bonum,medicũ,condonãtem,exorabilẽ, placabilẽ. An nõ audiuisti quòd decẽ milia quidã talenta cũ deuorasset,& herilia bona omnia vastasset,ac dissipasset,cũ vxor,cũ liberi ei⁹,proscribẽdi fuerãt,vt fleuit solũ, vt pedes illi⁹ solũ attigit,vniuersi debiti illius remissionẽ &dissolutionẽ inuenit?Sin dicas illũ postea tortorib⁹ traditũ,nouerũt qui historiã sciunt,te alterũ mihi dicere humanitatis argumentũ.Nã & tunc illũ cõmiseratus absoluit,& rursus eũ ipsum,alterius misertus, in carcerem cõiecit.Atqui hoc quidẽ vt huic opẽ ferret effecit:illud vero,vt illi præsidiũ afferret,cõstituit: vt hũc eruditet ne crudelis aut inhumanus esset:illũ vero,vt vi & crudelitate alteri⁹ liberaret.Videte dilecti, bene mihi inter dicẽdũ venit in mẽtem hæc cogitatio,vt non solũ cupiditas alieni, bonorũ direptio,verumetiã vacuitas misericordię,gehẽnæ nobis efficiẽtia sit.Hic em̃ nõ q̃ aliena iniuste acceperit,sed q̃ sua ipsius crudeliter repetierit,tortoribus tradebatur.Nã debitorẽ fuisse illũ scriptura cõmemorat. Quãuis ille debitor fuit,tu idem debitũ debebas,& eadẽ æquitas in vtrisq; cõseruãda fuit.Propterea tibi debitã pecuniam cõdonauit,vt suã humanitatẽ demonstraret, vt imitatorẽ herilis mansuetudinis te efficeret. Quoniã vero vbi bona acceperas,melior non fueras,altera te corrigit via,pœnę ac supplicij.Itaq; & hęc q̃dẽ beneficẽtiæ species est.Tortorib⁹ tradidit, vt quasi medię optimus nequitiã animi depelleret.Valẽti medicinę nõ cesseras,ferro tibi op⁹ de cętero& igne fuit.Nouit ille qui decẽ milia talẽta cõdonauit, te crudelẽ & inhumanum esse.Sed tardauit,vt ex rerũ euẽtu,quod sæpe facit,respõsionẽ adhiberet, sciẽs se iuste facere.

Matt. 18.

Tomus quintus.

Postq̃ respõdisset tibi, facit quod Sodomis faciebat. Nõ cõfestim iniecit ignẽ,neq; ciuitates illas diripuit. Sed q̃d?Clamor Sodomorũ&Gomorrhęorũ:&neq; adhuc,sed descẽdens videbo.Et neq; hic cõstitit,sed misit angelos,vt mõstrarẽt tibi incolarũ ciuitates improbitatẽ,vt ne impudẽs quisquã vllis possit verborũ contumeliis vexare deũ, q̃ inhospitos, q̃ crudeles, q̃ nefarios, q̃ æquitatis iura ignorãtes,cõmunes naturę leges euertẽtes,malitia plenos,iã deletur⁹ esset.Quid tã humano ac miti deo par cogitari potest?Nos enim cũ aliquẽ punimus,vix dignamur sæpe causas dicere. Ille vero,nisi pri⁹ te docuerit, nisi prius tibi p̃suaserit, nisi tuũ ipsius ceperit suffragiũ, illum iuste suppliciũ inferre,nõ punit eos qui iã diu supplicio atq; animaduersione digni erãt, & rationẽ sæpe reddere paratus est,&cum accusatur abs te,in iudicium etiã venire nõ grauat.Vides prophetas istorũ plenos sermonũ.Vbique cõtrouersia dei cũ hominibus,ac sępe ipsos iniuriosos vt causam diiudicẽt aduocat, iudiciorũ suorum splẽdorem demõstrans,cũ neq; aduersariũ suum,neq; res sensus expertes repudiet de⁹ ad diiudicandã rẽ vocare: q̃d nobis in cõsuetudine quoq; est positũ, quãdo iusta causa freti sumus.Audite valles fũdamẽta terrę, quoniã causa quędã domino est.Et rursum,Audi cœlũ,& auribus cape terra,quia dominus loquitur.Sępe vero illos ipsos,vt,Populę mi q̃d feci tibi, aut qua in re iniuriam tibi feci ? Et Hieremias. Quodnã inuenerunt in me delictũ patres vestri ? Neq; vero in ciuitatibus ac nationibus hoc solum facit, sed etiã in certo quouis homine.Cũ Dauide cõtendebat per Prophetam:& Ionæ repudiãti Niniuitis prædicare, respõdit deus per cucurbitam.Siquidẽ tu parcere volebas cucurbitæ,ego non parcam Niniuę? Et multorũ talium inueniemus scripturas plenas. Hæc cũ sciamus, adoremus illũ,admiremur,colamus quãtum à nobis fieri potest:digne enim nõ possumus.Curã habeam⁹ præsentis vitæ,& credamus deum pręesse,& prouidentia cuncta gubernare, & post hæc oĩa, ex hac vita demigrantibus,promissis nos bonis frui posse, quibus nos omnes precor gratia Christi,&c.

Gen. 18.

Matth. 6. Esa. 1.

Hier. 2.

Ionæ 4.

Eiusdem de fato, Oratio V.

NVlla est oĩno tã deprauata disciplina,neque tã insanabilis tabi plena, q̃ est hęc de fato & diei natalis notatione opinio. Prætereq̃ em̃ q̃ cõtumelioſam disciplinã,atq; impiã,& pernicioſã, in animis eorũ inserit,qui decipiũtur, atq; adducit vt de deo talia loquantur quæ ne de dæmonibus quidẽ quis diceret, & vitam confundit nostram, & omnia tumultu magnaq; perturbatiõe cõplet,& quęcũq; ad doctrinã & correctionẽ,à deo,& natura,per prophetas,& sanctos viros,introducta sunt,euertit & labefactat,ac superuacanea ea demõstrat,& perĩde facit,ac si quis corpore laborãti,ac medicina egẽti,prẽsentib⁹ medicis,& medicinã apparãtib⁹ persuadeat,nullo horũ vti,neq; ab ægritudine liberari, sed negligentia ac socordia languẽtem totũ miserabilissimã præstolari perniciem?An nõ hæc quęso dicit fatũ?Nemo pręcipiat quicquã vtile,nemo præcipientẽ audiat.Frustra leges,& iudices,frustra reprehẽsiones & admonitiones,frustra supplicij timor,frustra honores & præmia, frustra palma bene rẽ gerẽtibus cõstituit. Neq; em̃ si in aliquo elaboraueris,vtilitas erit: neq; si ociat⁹ fueris,offẽsio erit. Neq; ad ludũ literariũ puer ꝓficiscat, nec vir effect⁹ leges audiat,neq; cõsiliis atq; admoni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionibus vtilibus obtẽperet. Quid eñ poterit afferre labor? Quasi disiecta nauis, nautis & gubernatoribus destituta, tẽpestatis magnitudine, clauũ mẽtis suę relaxãs ita feratur. Cupis ne, quæso, obtẽperemus, & nihil efficiamus quæ ad vitæ nostræ custodiã pertinẽt? Prætermittatur autẽ ad tẽpus, quod ad mentẽ nostrã pertinet, de prẽsentis vitę statu disputem⁹. Obtẽperabimús ne fato hęc dicenti, & neq; seruos delinquẽtes puniemus, neq; lasciuia corruptos reuocabim⁹, neq; iniurioſos in iudiciũ ducemus, neq; legibus obediemus? Vellẽ quidẽ certè ad breue tẽpus hæc fieri, vt re vera pernicioſam istam & nocentẽ malorũ magistrã perſpicere possitis. Si eñ necesse sit omnino quę fatalia sunt, tũ laborãtibus, tum dormientibus nobis fieri, nullus agricola boues iungat, neq; aratrũ trahat, nullus sulcũ imprimat, nullus sementẽ faciat, nemo anni tẽpus accõmodatũ obseruet, nemo gelu toleret, aut perpetuam pluuiã, aut miserias, aut ærũnas, aut ad cõ- B stitutũ anni tẽpus falcem attingat, aut segetẽ demetat, aut spicas tribulet, nõ plãtet, non stirpes accuret, omnẽ agriculturę industriã abiiciat, domi sedeat, & omne tẽpus dormiat, omnino fatale illi hoc est & fixũ, suapte spõte domũ bona venient. Sin in contrariũ fusum traduxerit Clotho, quãuis sexcẽties laboretur, nullus tamẽ finis laborũ illi, nullus sudorũ erit. Cuius igitur rei gratia, nõ hęc prẽcipitis faciẽda, si prorsum fato cõfiditis? Cuius rei causa nõ prẽcipitis, vt re vera cognoscatis quæ bona ex fato oriãtur? Vis mihi quid re vera fato ſtabilitũ sit ostendere? Aufer agriculturã, tolle nauigãdi artẽ, abiice oẽs artes quæ ad vitę cultũ pertinẽt, nullus neq; architectus, neque ærarius, neq; textor, neq; alius quispiã, eorũ quæ ad vitæ vsum cõferũt, artẽ attingat, & tũc clare videbis, qualis fati effectus, & quale illud sit, exquisite cognoſces, tũ etiã illi⁹ immutabilitatẽ perſpicies. Sed quid artes dico quę vitam nostrã cõtinent? Stent artes, nullaq; labefactetur, sed omnes suo loco maneãt, & singuli quiq; nihil suorũ accurent, nullam partẽ familię administrẽt, sed fato permittãt res suas oẽs gubernari. Tũc illius vtilitatẽ intelligẽt, quãdo quęstionib⁹ ac plagis acceptis, vectigal ab illis quęritur, quod cum nõ habeãt, ad fati quidem defensionẽ cõfugiant. Illis tamẽ nemo attẽdit. Quãdiu pueri animo erim⁹, quousq; nõ cessabim⁹ delirare, quousq; nõ agnoſcemus cõmunẽ dominũ? Si malos ac bonos fatum facit, quare liberis prẽcipis, quare admones? Oĩa temere ac nequicq̃ fiũt. Si diuites ac pauperes facit, ne ad ludos literarios mittas, ne pecuniã ſuppedites, nihil agas ex iis quæ amplificare illorũ opes posſit, sed res eorũ oẽs fato permitte. Atq; hęc nõ in animũ inducis. Vides vt in rebus minori- D b⁹ illius poteſtati diffidas, in maioribus vero illius authoritati nitaris. Si enim re vera fatũ est, permitte vt puer cũ malis hominibus cõſuetudinẽ habeat, cũ deprauatis hominib⁹ deprauẽ: hoc eñ fato prorsus cõſtitutũ nexumq́; est, ac tibi cũ primis vtile est. Atq; fatũ ais re vera, fatũ re vera est. Quare igitur negocia tũ tibi faceſſis, tũ alteri? Sed q̃d de liberis loquor, quãdo ne in ſeruis quidẽ hoc toleras, sed minitaris, perterrefacis, oẽs rationes cõmoues, vt tibi bon⁹ atq; honeſt⁹ ſeruus sit, neq; diei natalis notationi cõfidis? Cur vero malũ verberas? Non est eñ illius hoc peccatũ, sed pellentis diei natalis. Cuius causa bonũ laudas? Non eñ hoc illius rectè factũ, sed diei natalis est. Atque adeo neq; bonus erit, neq; malus quiſq̃. Qui eñ per ſe nihil horũ facit, sed aliũde necessitate obiecta pellitur, neq; A hoc ille, neq; illud erit. Qua igitur de causa viros laudamus? qua de causa vituperam⁹? Quãobrẽ alios execramur, aliis vero bene precamur? Vides ad quas perſuaſissimas rationes nos prouexerit hęc de fato sentẽtia. Nullus modeſtus, nullus intẽperãs, nullus cupid⁹, nullus iuſtus. Tollitur omnis virt⁹ atq; improbitas, & temere ac sine causa in præsentẽ hãc vitã deducti sumus, imò vero nõ temere, sed ad malũ. An nõ, quæso, absurdũ est, propter diei natalis notationẽ, in improbitatẽ coniici, & hac iterũ eadẽ vi improbitatis extremas pœnas perſoluere, cũ cõmiserãdi ac potius lamẽtãdi essemus, & odio ac ſupplicio afficimur, vbi honore potius afficeremur? Cui eñ iniuria fit, & vis infert, nõ ſupplicio is, sed honore proſequẽd⁹ est. Nos vero simul & iniuria vexamur, & ſupplicio punimur. Quid hoc esse miseri⁹ potest, q̃ in quib⁹ miseri nos in improbitatẽ cõiicimur, propter hęc ſupplicio coẽrceri? Parricidã te fatũ fecit, & te morte mulctat, quia obtẽperabas ei. Quę hac opinio perniciosior esse potest? Quẽ admodũ ſi quis in prœcipitẽ locũ aliquẽ impellat, ac postea eundẽ prẽcipitatũ offendẽs, pœnã huiusce facti exposcat. Aut quẽadmodũ ſi quis efferatæ alicui dominę plectendũ aliquẽ, ac omni malorum genere coẽrcendũ tradat, hũc tamẽ ipſũ, ꝓpter hoc ſeruitiũ, & captiuitatẽ, deposcat iterũ ad ſupplicium. An vero vel immani⁹ vel miseri⁹, quęso, genere hoc quicq̃ potest esse? Hęc cũ ita sint, & inimici atq; hostes suis ipſorũ hoſtib⁹ norũt veniã dare, quãdo inuiti, & prẽter illorũ voluntatẽ, aliquid quod moleſtiã afferat faciãt: fatũ ſubiectis suis, ac penit⁹ obediẽtib⁹, imò vero coactis nullã dabit veniã, sed de his ad quę faciẽda illos cõpulit, pœnas repetet? Qualis colluuies, qualis Labyrinthus, quale ſalũ hãc imitari cõfusionẽ, quæso, po- C test? Nõ ſatis mihi est vn⁹ iniuſtitiæ modus, q̃ cũ nihil peccauerĩ, in improbitatẽ tamẽ cõiect⁹ sim, & q̃ ali⁹, qui nullũ habet rectè factũ, bonus est, & honorib⁹ vtitur: Nõ ſatis hęc est vna iniuſtitia, quòd ſimpliciter, q̃ temere fatũ me malũ fecit, & illũ bonũ, sed & aliam quoq; adiungit, neq; hominũ iuſtã iuriſdictionẽ imitatẽ: sed homines quidẽ ita humani benigniq; ſunt, vt volũtaria ab inuitis separẽt: hæc vero humanarũ rerũ gubernatrix furia, & mal⁹ quaſi genius oẽs res humanas cõfundit. Quod ſi de⁹ nõ est, qui in hæc intuetur, redargui vtrinq; hæc sentẽtia potest. Fieri eñ nequit, vt in tã constanti rerũ ordine prouidentia nulla sit. Quòd ſi deus nõ sit, quomodo tãdem hęc omnino cõſtent? Sin ſit, quomodo hæc desꝑicit? Si eñ ille hęc nõ fecit, vide quò impietatis, ac verborũ contumeliꝑcedat oratio. Sin fecerit, & quę facta sunt negligat, nõ minor iterũ hęc est, q̃ prior fuit reprehẽſio. Vides vt oĩ ex parte ſollicitat diabolus, vt pertrahat homines ad aliquã cõtra dominũ inſaniã. Vis mihi perſuadere q̃ ſuadere fatũ neceſſe est? & aliquid valere hanc opinionẽ putas? Ne accuſa adulterãtẽ mulierẽ, ne ira efferueſcas, ne ꝓ tribunali iudicis adulterũ adducas: ſi murũ ſuffoſſũ videris, ne cõprehẽdas eũ qui ſuffoderit, ne pœnã exposcas. Inuitus fecit, quẽadmodũ tu prędicas. Omnino eñ ſua ſpõte ad te fatũ affluit. Proiice quãtũ habes auri, familiã, forũ, mãcipia negligas, tua hac ſocordia, fati ignauia nõ lædetur. Atqui nihil horũ facis, quaſi re ipſa perſuaſus, hãc vniuerſã de fato opinionẽ cõdemnari debere. Cuius igit̃ rei causa, eam quã vbiq; condẽnas, in admiſſis facinoribus ad excuſationẽ adhibes? Vides certe, nõ aliũde hãc opinionẽ introductã, q̃ ignauia, contemptione, & animi

languore

languore ad laborẽ aliquẽ pro virtute capiendum. Si A diei natalis notatio aliquid valeat, iudicium nullũ est, fides nulla est, deus nullus, virtus nulla, nulla nequitia est. Si diei natalis notatio aliquid valeat, omnia temere, omnia nequicq̃ tũ agimus, tũ patimur. Nulla laus, nulla vituperatio, null⁹ pudor, nulla ignominia, nullę leges, nulla iudicia ſunt. Vnde hic, inquies, locupletaẽ, vnde ille in paupertate est? Si harũ rerũ causam ignoraremus, permanendũ potius in ignorãtia esset, q̃ noua aliqua opinio aſſumẽda. Melius est eñ bene ignorare, q̃ turpiter ſcire. Illud enim nullã reprehenſionẽ habet, hoc venia omni carere debet. Atq; nũc dei gratia nobis perſpicuũ est, vnde hic diues, ille pauper ſit: vel enim paternã hęreditatem adit: vel mercatura, aut quæſtu vtiſ: vel aliorũ bona diripit, & vim adfert: vel nuptias quæſiuit diuites: vel agriculturã, aut artificiũ, aut aliquid huiuſmodi coluit. Multę nanq; ſunt rationes vt diues quis fiat: alię iuſtę, alię iniuſtę. Eadẽ ratio B est paupertatis: vel eñ aliorũ calũniis, vel accuſationibus, vel direptionib⁹, vel ſua ipſi⁹ abliguritione, vel ocio, vel amẽtia, aut alia quauis eiuſmodi ratiõe (multæ eñ ſunt ad paupertatẽ viæ) eò peruenitur. At qua de causa, inquies, illi qui meretrices alit & paraſitos, & adulatores, & q̃ alienis ſeſe ingerit negociis, & diffluentem hãc & diſſolutam vitam traducit, quaſi è fonte quodã affluunt diuitiæ? Alter probitati tẽperantiæ & iuſtitiæ, & reliquis virtutibus perpetuo adhæreſcẽs, vix neceſſariũ victũ habet: cũ hic bon⁹ ſit, & laboriosam virtutis elegerit viã, ille vero malus, & diſſolutam hanc remiſſamq́; ingreſſus ſit nequitię viã. Cuius igit̃ rei causa malus hic diues, bonus ille pauper est? Vt hic maiorẽ habeat coronã, ſi iſta perferat, & patiẽtia vtatur: ille vero maius ſuppliciũ, maiorẽ pœnã, niſi vitã mutauerit, niſi melior fuerit, niſi dominũ ſuũ agnouerit. Dilatio enim à deo propoſita, eos qui in nequitia permanent, magis grauat, & rerũ affluẽtia à deo data, his qui nõ oportune vtuntur, magna ad dãnationem acceſſio est. Sic & aſperitas rerũ & anguſtiæ, bonis viris acceſſio coronæ ſunt, etiã ſi interdum prolabãtur. Mediocris enim venia tũ datur. Nõ enim ſimpliciter peccata iudicãt, ſed alio modo diues, alio modo pauper. Hic quidẽ cũ venia, ille abſq; omni venia. Ponaẽ autẽ fur & ambitioſus, tũ diues esse tũ pauper. Hic eñ q̃uis frigidũ, aliquod tamẽ habet ꝓfugiũ, paupertatis neceſſitatem. Ille vero nullã probabilẽ aut iuſtã habet excuſationẽ. Itaq; quãto inferior est pau ꝓ in hac prẽſenti vita, tanto ſuperior est in futura: hic quidẽ rectè factis, diues vero maleficiis. Ne igit̃ putes vel iniuriã pati pauperẽ, vel præſtare diuitẽ. Quemadmodũ vero in malis, qui pœnas hic perſoluũt, vel omnes penitus abſtergũt, vel minores pœnas dãt, qui hic magnã calamitatũ mulctã ſuſtinẽt: ſic & in bonis qui hic honoribus fruunt̃, & in nequitia tamẽ permanẽt, magnũ cõpendium ad ſuppliciũ, honorẽ habent. Vide igitur quẽadmodũ deus malis iſtos honores refutat. Dedit tibi, inquit, oĩa domini tui. Et rurſus, ſacerdotibus tẽpore Eli, honorẽ: & alibi, Dedi vobis ex adoleſcẽtulis veſtris in Prophetas, & ex filiis veſtris in ſanctificationẽ. Et ea quæ in ſolitudine facta ſunt, omnino repetit. Itaq; quando diuitem videris iniurioſum, cupidũ, diC reptorẽ, ꝓpterea magis illũ ingemiſce, quia diues cũ sit, hæc facit. Maiores eñ pœnas dabit. Cũ vero pauperẽ videris multã iuſtitiæ curam habere, propterea magis illũ admirator, quòd cũ paupertate talis sit. Si eñ hæc abs te exquiſite animo pertractata fuerint: ſi in futura intuearis: ſi nulli⁹ momẽti prẽſentia putaueris: ſi illa speres ſemper, ſi ab iſtis abhorreas, nunq̃ prẽſentibus rebus conturbaberis. Vt vero gratia Chriſti omnia nos bona aſſequamur, precor. Amen.

Eiuſdem de fato, Oratio VI.

EDamus & bibamus, cras eñ morimur: apud Prophetas multi è Iudæis dicũt. At Iudæos hoc dicere, quorum deus venter, & gloria in ignominia eorũ, haud mirabile est. Esse vero quoſdã, qui poſt acceptam gratiã, poſt præſentiũ rerũ deſpicientiã, poſt hanc perfectionẽ atq; abſolutionẽ, quãquam hoc verbis nõ efferãt, factis tamẽ hoc idẽ perſonent, quãta putas reprehẽſione dignũ est? Sunt eñ, sunt planè, qui propterea putãt ſe editos in hãc lucẽ esse, vt deliciis diffluẽtes, & corpore adipato, & abdomine diſtẽto, ita exeãt è vita, vermibus ſui ipſius corporis delicatius epulũ apparãtes. Vtinã vero hęc ſola offẽſio esset, quòd temere, ꝙ incõſulto, ꝙ nequicq̃ prẽſentia cõſumerẽt. Atqui hoc reprehẽſione & accuſatione vacare nõ poteſt. Quãdo enim quę ad corporis alimẽtum, & ad earũ rerũ quib⁹ egemus præſidia, pecuniæ nobis à deo dantur, per luxuriam & laſciuiã & extremam ſocordiã effũdimus, nõ integer esse poteſt hic effuſiſſimus ſumpt⁹, ſed reddituri planè rationẽ ſumus. Parabola vero quæ de quinq; talentis, duob⁹, & vno, habita est, ad pecunias & alias res accõmodari poteſt. Quod igit̃ initio dixi, ſi q̃ maxime temere, ac nulla de cauſa hic in vita verſaremur, ne ſic quidẽ integræ nobis tales actiones eſſent. Nunc vero etiã alia quędã iuſte cõſequẽtur. Qui eñ in deliciis perpetuo verſaẽ, & ebrietati indulget, & paraſitos alit, atq; adulatores, & cibo potionéq; cõpleẽ, nolens volẽs perſẽpe neceſſario peccat, tũ opportunitate quadã loci prẽſentis, tũ etiã poſt eius inde diſceſſum. Quãadmodũ enim nauis cũ maiorẽ mercium copiam habet, q̃ pro iuſta magnitudine, grauitate põderis oppreſſa demergit̃: ita anima, corporiſq́; noſtri natura, copioſiorẽ capiens cibũ, deprimitur, & onus ingeſtorũ ciborũ non ferẽs, in perniciei demergit̃ pelagus, & nautas, gubernatorẽ, proretã, & vectores, & vniuerſum onus cum omnibus perdit. Quẽadmodũ igitur in ita affectis nauibus, nõ tranquillitas maris, nõ ſciẽtia gubernatoris, non nautarũ multitudo, nõ apparatus commoditas, non anni tempeſtiuitas, nõ aliud quippiam ita periclitantem iuuat nauẽ: ita in his qui delicate ac molliter viuunt, nõ rationũ vis, non doctrina & inſtitutio, non admonitio & cõſilium, nõ aliud quippiam, nõ timor futurorũ, nõ pudor, non accuſatio prẽſentiũ, conſeruare poterit ita fluctuãtem animã, ſed immoderatio D omnia exuperat, & volentẽ nolentẽ de cętero eũ qui hac ęgritudine laborat, & madidũ deprimit, & naufragũ eò proiicit, vnde ſeſe referre difficile est. Neq; ad res futuras, & rationes ibi reddẽdas, ſed ne ad prẽſentem quoq; vitã, iſte vtilis aut ad quicq̃ idone⁹ est, ſed omnino deridendus tũ ciuilibus, tũ priuatis in rebus. Et ſi aliquid quod vrget cõficiendum ſit, nullã prouiſionẽ, nullã adminiſtrationẽ rerũ habere inuenietur, ſed facilè ab inimicis capitur, amicis autẽ & propinquis omnibus inutilis. Neq; ſolũ in periculis, & rerũ aſperitatibus facile euertitur, neq; in rebus pacatis & trãquillis tãtum intolerabilis, ſed etiã in reb⁹ afflictis & perturbatis, ꝓpter animi immodeſtiã, vnicuiq; obiectæ rei ſuccũbet. Hìc enim, in his rerũ perturbationibus dico, ignauia, exanimatio, & formido ingẽs, ac temeritas magna occupabit. Illic vero audacia, ſocor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dia,luxuria,immodestia,superbia,& arrogãtia,superioribus intractabilem facit. Nõ solũ em̃ corpora eorum qui sic afficiũtur,deformata,lãguida & fluẽtia,& odoris grauitate intolerabili vndiq; cõpleta sunt: sed anima multo magis corpore deformata est, multo maiores, quàm corpus, ægritudines ex hac mollitie suscipit. Quemadmodũ em̃ corpus,nõ modo secũdũ naturã excrementa emittit,sed omni ex parte vberrime multa profundit. Nã & oculi & nares,& ora eorũ qui hac abundãtia grauãtur, halitu teterrimo & corruptione cõplentur, & ipsa carnis natura flaccidior, quàm pro naturali tẽperatione, quasi cœno & inquinatissima illuuie expleta,putida & iners existit, atque ad omne bonum factum inexercitata. Nã & terra ipsa tali copia cũ superatur,calorem suũ ac naturalem deperdit,simul robur etiã amittit,&neq; ad culturã,neque ad fertilitatẽ suam idonea est. Ibi grauibus & insanabilibus morbis corripiuntur, qui in deliciis perpetuis viuebant,tremore, dissolutione membrorum, tabe,grauedine,pedũ manuumq; cruciatibus, & aliis compluribus, quibus medici asserunt illos obnoxios esse. Itaq; si neque gehẽna,neq; animaduersio,neque extrema dãnatio à deo essent, neque ab hominibus reprehẽsio, neq; sumptus importunus, neq; alia sexcenta quę à deliciis oriuntur,sed hęc sola adessent,an nõ satis esset ad omnes auertẽdos? Mortiferis em̃ venenis nihilo melius hę mẽsæ cõstitutæ sunt. Imò vero si verũ dicẽdũ sit,multo peius,multo deterius. Venenũ enim sumentẽ cõfestim è medio tollit, & ad vitæ exitũ sine vllo cruciatu deducit,vt neq; hoc ipso q̃dẽ crucieẽ moriẽs. Delicię vero vitã multis mortib⁹ miserabiliorẽ his afferũt,qui illas plurimi faciũt,nõ modo miserabilẽ,sed turpẽ etiã & aspernabilẽ. Reliquæ enim ægritudines permultos habẽt qui vnà mœreãt. Quæ vero ex deliciis & ebrietate oriunẽ,ne eos quidẽ qui intuẽtur permittunt vt velint mœrere propter ea q̃ ab illis gerũtur. Sed magnitudo mali ad misericordiã inflectit:materia ægritudinis sciẽtẽ exasperat. Itaque media quadã ægritudine tenemur,neq; cõmiseramur illos, causa em̃ malorũ hoc nõ permittit: neq; irascimur,magnitudo enim malorũ hoc nõ finit: sed inter reprehẽsionẽ & veniã statur. Neq; enim à natuta perturbãtur,quẽadmodũ illi,neq; ab hominib⁹ infidiis appetũtur,sed ipsi authores harũ ægritudinũ sibi sunt,& voluntarie seipsos in malorũ voraginẽ præcipitant. Quemadmodũ igitur eos q̃ laqueo gulã sibi frangũt, & qui per præcipitẽ locũ seipsos deiiciũt,& qui districto gladio seipsos cõfodiunt, non admodũ cõmiseramur:ita neq; istos. Quanq̃ si venia danda sit, etsi minimã omnino veniã merẽtur,facilius tamẽ illi, q̃ hi,eã assequerẽtur. Illi em̃ vel calũniis vel pecuniis mulctati,aut imminens malũ plagásve metuẽtes, aut aliud quippiã terribile expectãtes,vt maiorib⁹ se malis eripiant,quasi in tranquillũ aliquẽ portũ,ab imminentibus tẽpestatibus summa cum festinatione cõtẽdũt. Hi cũ nihil tale ꝓ seipsis afferre possint, vitę sexcentis violẽtis mortibus asperiori seipsos tradiderũt. Opportune igitur hoc loco cõmemorari potest illud Eccli. 12. Sapiẽtis,Quis cõmiseraẽ eũ qui incantat, si à serpẽte mordeat, aut vllũ aliũ qui ad bestias se accõmodat? Bestia em̃ quẽdã difficilis & intractabilis delicię sunt: neq; scorpi⁹ aut vipera in viscerib⁹ nostris inhęrescẽs ita perpetuo nos vexat, vt hæc deliciarum cupiditas oĩa euertit atq; cõsumit. Bestiæ enim illæ corpori tãtum insidianẽ,hæc ficubi se collocauerit, corpus vnà cum anima etiã vastat. Quare,vobis iã prudẽtibus loquor,fugiamus ab illa. Quòd si vtilitates cõtinet hæc opinio,ne istã orationẽ perferam⁹,ne persuadeamur. Sin vera sunt quæ dicunt, & omniũ pernicies in hac reponitur,& extrema illusio sequit, parcite iã vobisipsis,parcite corporis robori,parcite animæ, parcite sanitati. Nõ id prẽcipio,nisi tu id volueris, vt ad vitã aridã nosipsos adducam⁹. Tantũ quod superfluũ est detrahamus, quod supra vitæ vsum est,præcidamus. Quali enim hoc venia dignũ est,quãdo alij quorũ intereſt,ne reb⁹ quidẽ necessariis potiãtur,nos plusquã opus est omnibus affluẽtiis incedere? Nostri vict⁹ nobis terminus sit,quod nõ lędat, quod famẽ sine offẽsione depellat,ac nil vlteri⁹ requiram⁹. Quod si quid admirabile liceat dicere,& verũ,sed præter vulgi opinionẽ: si voluptatẽ quærimus,in eo q̃ satis potius q̃ in deliciis inueniem⁹. Audi quomodo in eo maior q̃ in his, & vberior voluptas est. Hæc em̃ moderati seipsam decætero nõ poteſt,neq; naturã sanguinũ idoneã sibi inuenit: illa vero cõtra sibi moderari potest. Prou. 27. Quis hoc ait? Qui maxime ex omnibus ea fruebatur. Animę,inquit,vacuę, quę armata sunt,dulcia vident: anima satiata,etiã cum fauo ludit. Vides vt illa tum in paucis,tũ in oĩb⁹,facile sibi ipsi moderari poteſt: hæc nullo modo possit. Si em̃ ne fauum quidẽ expetim⁹, quid potest esse volupe de cętero? si id q̃ suauissimũ est,afferre voluptatẽ nõ poteſt,quid poteſt nos in voluptate constituere? Quare si voluptatẽ quęrimus,hic magis illã inueniemus. Extremæ igitur amentiæ erit, voluptatẽ,quę sanitate & oĩbus bonis cõtinẽt,& deo amabilẽ mẽsam fugere:altera verò apparare, quę infinitis referta calamitatib⁹,iniucunda,molesta, morborumq; efficiẽs est,& quod omniũ est grauissimum, deum contra nos prouocat. Si em̃ vidua delicatior, 1. Tim. 5. etiã cum viuit,mortua est,quid de viris dicem⁹? Si in veteri testamẽto multa cũ cura hoc vetitũ est, & magna cõtra delicias affluentes vehemẽtia vsus est Propheta: quanquã genus ipsum deliciarum nõ admodũ sumptuosum,neq; opiparum posuit: dicit em̃,qui vescuntur hædis cum ouibus,& vitulis lactẽtibus: q̃ bibunt vinum defæcatũ,& pręcipuis vnguẽtis perfundunt: qui in lectis eburneis dormiũt, & in stratis suis lasciuiunt. Si hæc reprehẽsione tũ digna erãt, quãdo omnia carnalia, quãdo cœlestium rerum ratio nulla, quãdo Iudaica omnia introductio quædã erãt: quid dicemus de hac præsenti rerũ mollitie? Si em̃ hædorum & vitulorũ lactẽtium esus,profluentis & immoderatę vitę reprehẽsionẽ habet: quid dicemus de his, qui oẽs recessus maris,extremas terrarum oras indagant,& auium ac pisciũ oĩs generis venatores vndiq; cõquirunt? Si qui vinũ defęcatum bibunt,in reprehẽsione sunt: quid dicem⁹ de his q̃ peregrinationes maritimas pro vino suscipiunt,& oĩa cõmouent, vt nullũ gen⁹ vitis eos lateat,quasi si rationẽ reddituri essẽt, & extremæ impietatis condẽnarentur, si nõ oĩs generis vino cõplerentur? Si eburneo lecto vti,reprehẽsione nõ vacat: q̃ multo sese argẽto circũuestiũt,imò vero ex argẽto oĩa fabricãt,nõ lectos solum, sed scabella etiã,sed lebetes,sed vasa & matulas,qualẽ veniẽ locũ habebũt? quid vel minimũ ad defensionẽ suã afferre possunt? Ego vero etiã hoc adiũgo,quod ex alienis calamitatibus cõgregarunt. Atqui Propheta hoc non posuit,sed delicias solum reprehendit. Quando igitur culpa adest deliciis ipsis intolerabilior, quis ab extremo supplicio eos qui talia patrant,eripiet? Quis Nochus,

Nochus, quis Iobus, quis Daniẽl intercedere possit? Nullus omnino certè. Sed in eos dici potest: Exureẽ animus,quasi fumus. An nõ,quæso, iure quis ira atq; excandescentia efferuescat,ac cõpleatur,quando aliⁿ ne iis quidẽ quæ ad victum necessaria sunt fruitur: tu vero temere,ac nequicquã,ad nullũ vsum, imò ne ad ostentationem quidẽ,tantũ argenti fabricaueris? Neque em̃ ad hoc ipsum tibi cõducibile esse potest,imò vero in cõtrariam partẽ potius traducitur. Tu enim vt spectabilis atq; illustris fias, hæc facis,sed cõtrariũ illius tamen vsuuenit. Non enim spectabilis atq; illustris propterea es,sed propter crudelitatẽ ac plurimarum rerũ cupiditatẽ,& extrema flagitia,omnes te reprehendunt. Quanta enim inuidia,quãta indignatio, quantũ odium,quãta cõuersionis tuæ cupiditas apud omnes est? Verborum contumelias in deũ prętermitto,quas diuitiæ istæ pariunt. Atqui hoc lõge grauissimũ est: quod vero hoc antecedit, grauius etiã eo est, &vt ita dicam,quo magis progrederis,singula singulis deteriora inuenies. Sed non temperantem & modestam,quam nõ propheta illudit, non homo reprehendit,nõ deus accusat,nõ ignis punit,nõ quis auersatur,non odit,nõ inuidet,sed approbat deus,participant angeli, homines laudant, cœlũ capit. Hæ mensæ angelos recipiũt,his & nõ illis Christus adest. Tales prophetarum mensæ:tales apostolorũ:tales iustorum fuerant. Regũ vero mensę & aliorũ, qui in terris nefarie locupletãtur,quę saltatores habẽt,& alios qui ad labem & perniciem aliorum viuũt, hæ latronũ & præstigiatorum,& eorũ qui sepulchra suffodiũt, mẽsæ sunt. Quãdo igitur talem apponis mẽsam,angelus resilit:exasperaẽ de⁹:gaudet dæmonũ princeps:auersantur,oderunt,contabescunt nõ inimici solum,verũ etiã spectati atq; honesti homines, & inuidiæ cpulis potius complerẽtur, quàm hisce præsentibus fruerẽtur. Quando igitur illã quis apponit mẽsam,sobriam ac modestã,nulláq; efferuescentia contentam, suauis ea & oblectabilis omnibus,& deo,angelis & hominibus. Adest præterea dei vnigena filius. Quẽadmodũ enim fastum fugit, ac elationẽ, perturbationémque omnẽ: sic humili amicus est, & cũ illo perpetuo versatur,omni ex parte illum circumuallat,atq; vndique munit: Christo vero pręsente nil vlterius quęrendum est. Hoc quũ sciamus,dilecti,illa fugiamus, hæc persequamur,vt tum pręsentibus,tum futuris bonis fruamur, gratia &c.

AD LECTOREM.

Magna res & salutaris est effusa ad Deũ semper oratio,& deprecatio assidua,si de puro corde profluens ea postulet,non quæ humanus affectus identidem suggerit,sed diuina potius, & quæ in sanctis literis comprehensa atq; luculenter expressa mandantur. Hoc ipsum videlicet cum sit ægris mortalibus summè necessarium,& Christianis hominibus singulare præsidium,quo cœlum promereri debeant,paucos tamẽ reperias, qui sanctorum patrum erigantur exemplo, vtq; in diuinis literis ad imitandum proposita legimus complectantur. Vsqueadeò homines terrenis curis & lenociniis propè infinitis inuoluti detinentur, vt quæ sublimiora sunt & cœlestia prorsus ignorent,vel omnino præstare nolle videantur. Ac quanuis frequentes in sacratis ędibus ad orationem ex more conueniant,attamen perpaucos orationi intentos conspicias, vt verendum sit Esa. 29. d. maximè ne in eorum numerum referendi veniant, de quibus Mat. 15. a scriptum est, Hic populus labijs me honorat,cor eorum longè est à me. Ita passim videas & quidem perfunctorie sanctas orationes tractari,atq; obiter Deo opt. max. ab hominib⁹ exhiberi, vt vix agnoscas quorsum ea spectare possint, quæ adeò frigidè & sine mente prorsus enumerantur. Nam eò recidisse sancta & imprimis salutaris deprecatio,quòd ex animo ad Deum non depromitur, videri potest, vt quanuis multa quotidie efflagitemus, nihil tamen consequamur, eo quòd perperam & saluti nostræ contraria postulemus. Bene itaque Gentium Apostolus nos monet, vt si,quæ petimus,orando volumus impetrare, à vitiis primùm vt discedamus,& spiritualia quæ sunt, animi sensu cordisque puritate complectamur. Nam quid oremus(inquit) sicut oportet, ne- ad Rom. scimus: Sed ipse spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarra- 8. c bilibus: & adiuuat infirmitatẽ nostram: Vt pura,incorruptáque mente & voce Deum precando veneremur, & venerando tãdem ad eum qui nostra est vnica veráque felicitas, pertingere eiusdem spiritus beneficio promereamur. Huius autem muneris obeundi ratio (ne viarum forte ignari longius aberremus) optima fuerit, si doctorem ductoremque optimum ad hoc ipsum conficiendum consequamur. Is erit (si recte iudico) præcipuus,os illud aureum, D. Ioannes Chrysostomus, qui animo præcellenti ipse primùm hoc iter est ingressus,quod quidem post multos tandem labores felicissime peregit. Idem vnus vir omni ex parte mirabilis, non solum Dei sublimia mysteria acri semper nititáque oratione dicendo scribéndoque referat,sed ea potissimum quæ sancti Dei patres tam veteris quàm noui testamenti omnes,assiduis cum Deo colloquiis & indefessis orationibus præstiterunt, nobis imitanda vbique proponit. Quæ eadem ipse primùm studiosissimè intentóque semper animo exhibuit,ac duobus deinde vere aureis libellis de orando Deum inscriptis,ad posteritatem grauiter copioseque confectis transmisit: vt iam nullus planè ignoret quæ sit pia & assidua iustorum hominum ad Deum exorandum deprecatio,& quos fructus adferat salutares, si magna tamen fiducia ad eum conuertamur,qui dixit,Petite, & accipie- Mat. 7. a tis. atque illud,Omnia quæ petieritis in oratione, credentes acci- Mar. 11. c pietis. Hic tamen cauendum est, ne postulando frustremur, vt est apud D. Iacobum: Petitis, & non accipitis, eo quòd malè Iacob. 4. petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis. Cùm igitur tantam vim habeat oratio & piorum hominum deprecatio, si alacri animo & pura mente suscipiatur, meritò hi duo aurei libelli Diui Ioannis Chrysostomi diurna nocturnáque manu versandi sunt, vt quas preces ad Deum ritè fundamus, intelligere hoc doctore & vitæ duce possimus: ac fructum cœlo dignum referre, quem Deus opt. max. præparauit verè diligentibus se.

Bene vale.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE ORANDO DEUM, LIBER PRIMUS, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

Authore damnato.

DVPLICI nomine par est dei famulos & laudibus vehere, & suspicere. Primum,quòd spem salutis in sanctis precibus collocarunt: deinde quòd laudes reliquósque cultus, quos deo cum gaudio simul & tremore consueuerunt offerre,intercidere passi nõ sunt,sed literis prodita superesse voluerunt,quò suũ thesaurũ in nos velut hæreditaria successione transfunderẽt, quò videlicet omnem posteritatẽ ad sui prouocare possent æmulationem. Conuenit enim,vt & pręceptorũ mores ad eos dimanent,qui cum ipsis habẽt consuetudinem,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, & prophetarũ discipuli, eorũdem iustitiam referre videãtur. Id autẽ fiet, si per omne tempus, precationib⁹, ac dei cultui, studióq; pietatis dediti viuam⁹, hanc vitam, hanc sanitatẽ, hanc opulentiam, hãc bonorum omnũ summã existimantes, vota nostra offerre deo, syncero puróq; corde. Etenim quemadmodũ sol lucẽ præbet corpori, sic animæ lumẽ est precatio. Proinde si cæco damnosum est, nõ intueri solẽ: quanto grauius damnũ est homini Christiano, si non assidue deprecetur, neque Christi lucem orãdo in animũ suũ inducat? Iã vero quis non obstupescat & admiretur, tãtã benignitatẽ ac beneuolẽtiam, quã in nos homines declarat deus? qui mortalibus tãtũ honoris largiatur, vt dignos nos habuerit, qui cũ ipsó colloquamur, nostráq; vota apud ipsum deponamus. Nã verè profecto cũ deo confabulamur, quoties vacamus deprecationi, per quã simul & angelis copulamur, & societatẽ quã cum brutis animãtibus habebamus, procul effugere videmur. Angelorũ enim opus est deprecatio, superans interim etiam illorũ dignitatem, si tamen maius est angelorũ dignitate colloquiũ miscere cũ deo. Atqui quòd id sublimius sit, ipsi nos docẽt, multo quidẽ cum tremore vota sua offerentes, cęterũ nobis exemplũ præbẽtes, vnde sciamus ac discamus, quòd quisquis deũ adit, multo cum gaudio, multoq; rursum cũ tremore id facere oporteat. Tremore quidem dum metuimus, ne videamur indigni, qui deum precibus alloquamur: rursus gaudio repleamur, reputãtes honoris magnitudinẽ, quòd deus mortaliũ genus tãta ac tali sua cura dignatus sit, vt assidue diuino colloquio frui liceat: per quod etiã illud assequimur, vt & mortales tẽporarij esse desinamus, natura quidẽ mortales, sed colloquio conuictúq; quem agimus cũ deo, ad immortalẽ vitã trãseuntes. Necesse est enim, vt qui cum deo familiaritatẽ habeat, superior euadat & morte, & omnibus quæ corruptioni sunt obnoxia. Et quemadmodũ nullo pacto fieri potest, vt qui solis radiis fruitur, non effugiat tenebras: ita nulla ratione fieri potest, quin qui cum deo consuetudinẽ agit, desinat esse mortalis: siquidem ipsa dignitatis sublimitas nos ad immortalitatem trãsfert. Etenim si qui cũ Cæsare miscẽt sermones, familiaritérq; cũ eo versantur, & hoc honoris ab illo sunt adepti, nõ possunt esse pauperes: multo min⁹ fieri potest, vt q. deũ deprecãtur, cum eo familiariter colloquẽtes, animas habeant mortales. Nam mors animæ est impietas, ac vita pugnans cũ lege diuina. Ex quo consequitur animæ vitam esse dei cultum, ac vitã eo cultu dignam. Porrò vitam piam, ac dei cultu dignam, miris modis oratio conciliat, conciliatam auget, ac ceu thesaurũ recõdit animis nostris. Etenim siue quis virginitatis amore tenetur, siue quis studet amplecti honorabilẽ coniugij castimoniam, siue quis meditatur iniicere frænũ iracundię, & cũ mansuetudine familiaritatẽ habere, siue quis cupit ab inuidẽtię lue purus esse: deniq; si quis aliud quippiã facere studet, quod ad rectè viuẽdũ pertinet, duce precatione, ac huius vitę viam præparãte, cõmodum simul & facilẽ habiturus est pietatis cursum. Neq; enim fieri potest, non potest, inquã, fieri vt qui postulant à deo pudicitiã, iustitiã, mansuetudinẽ ac benignitatẽ, non assequãtur id quod petũt. Petite cũ, inquit dominus, & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Quisquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Et rursus alibi: Quis est, inquit, ex vobis à quo si filiꝰ petat panẽ, det illi lapidẽ? aut si piscẽ postulet ille, porrigat ei serpentem? Quòd si vos cum sitis mali, nostis bona munera dare filiis vestris: quanto magis pater vester cœlestis dabit spiritũ sanctũ his qui nunc ab ipso petunt? Talibus quidẽ dictis, ac tali spe prouocauit nos ad orandũ vniuersorũ dominus. Nos vero decet obtemperãtes deo, semper omnem vitã in laudibus dei precibusq; transigere, maiore studio curã agentes diuini cultus, quàm vitæ nostræ. Sic eñ contigerit, semper viuere vitam homine dignam. Quisquis enim nõ orat deum, nec diuino colloquio cupit assidue frui, is mortuus est, & vita carens, expérsq; sanæ mẽtis. Nam hoc ipsum euidentissimũ est argumentum amentiæ, non intelligere magnitudinem huius honoris, nec amare deprecandi studiũ, nec hoc habere persuasum, quòd animę mors sit nõ prouolui ad dei genua. Quẽadmodum enim corpus hoc nostrum, si nõ adsit anima, profecto mortuũ est ac fœtidũ: sic anima, nisi se ipsam incitet ad orãdum, mortua est, ac misera, & grauiter olẽs. Quin insuper quòd oporteat quauis morte tristi⁹ existimare, si quis deprecatione priuẽ, pulchre nos docet Daniel ille propheta magnus, qui maluerit emori, quàm triduo dũtaxat arceri ab orãdo. Nec enim hoc ab eo exigebat rex Persarũ, vt impietatẽ admitteret: tantum illud obseruabat, si quis intra triduũ quicquam petere deprehenderetur ab vllo deorũ aut hominũ, prẽterquam ab ipso. Sed propheta ne tantulum quidẽ temporis sustinuit ab orando cessare: propterea quòd nisi deus propẽsus sit in nos, nihil omnino bonorum in animas nostras venire possit: dei vero propẽsio simul adiuuat labores nostros, hosq; pulchre subleuat, si cõspexerit nos amare precãdi studium, si cõtinẽter orare deũ, si viderit expectãtes omnia bona nobis illinc defluxura. Itaque cum video quempiã non amantẽ orandi studiũ, nec huius rei feruida vehementiq; cura teneri: cõtinuo mihi palàm est eũ nihil egregiæ dotis in animo possidere. Rursus vbi quẽ conspexero, insatiabiliter adhærentẽ cultui diuino, idq; in summis damnis numerantẽ si non cõtinenter orauerit, cõiecto talem omnis virtutis firmũ esse meditatorẽ, ac dei templũ. Etenim si vestitus hominis, si pedũ incessus, si risus dẽtiũ declarat qualis sit, quẽadmodum sapiens dixit Salomõ: multo magis deprecatio cultusq; dei signum est totius iustitiæ, cũ sit ornatus spiritualis ac diuinus, multã pulchritudinẽ ac decorem concilians mentibus nostris, dũ vniuscuiusq; vitam componit, nec sinit quicquam sordidũ aut absurdum dominari nostro animo, dũ persuadet reuereri deũ, & honorẽ quem illi debemus, præstare, dũ docet vniuersam mali spiritus impostũrã reiicere, turpes & absurdas cogitationes profligans: deniq; dum cuiusque mentẽ constabilit in contemptu voluptatũ. Nam hęc superbia sola decet eos qui Christũ venerãtur, videlicet nulli seruire turpitudini, sed mentẽ seruare in libertate morũq; puritate. Arbitror itaq; eunctis esse manifestũ, q. simpliciter impossibile sit, absque precationis præsidio cũ virtute degere, cũq; hac huius vitę cursum peragere. Etenim qui fiat vt quis virtutẽ exerceat, nisi continẽter adeat, & supplex ad genua accidat ei qui virtutem omnẽ suppeditat ac largitur hominibus? Rursum qui fiat, vt aliquis concupiscat esse temperatus ac iustus, nisi lubens cum eo cõsuetudinẽ & colloquiũ habeat, qui cum hæc, tum his etiã plura exigit à nobis? Quin & illud paucis demõstrare volo, q. etiam si nos peccatis refertos precatio deprehenderit,

Matt. 7.

Lucæ. 11.

Eccli. 19.

deprehenderit, celeriter purgatos reddit. Quid itaq; maius aut diuini⁹ obtingere possit, quàm deprecatio, cum hanc animis ægrotãtibus pharmacum quoddã esse liqueat? Itaq; primi occurrũt Niniuitæ, quos clarum est, deprecationis præsidio, plurimorum scelerũ, quibus diuinam iram in se prouocarãt, remissionẽ accepisse. Simul enim atq; illos cepit deprecãdi studiũ, illico iustos reddidit, ac ciuitatẽ quæ iam assueuerat lasciuiæ, malitiæ, breuiter vitam exlegem & impiã viuere, statim correxit: nimirũ potẽtior diutina peccãdi consuetudine, cum ciuitatem illorũ cœlestibus legibus implesset, pariter secum trahebat temperantiã, humanitatẽ, mansuetudinẽ, curamq; pauperum. Nec enim sustinet deprecatio absq; his virtutibus versari inter pauperes: sed in quoruncunq; pectore sibi domiciliũ delegerit, eos reddit plenos oĩs iustitiæ, erudiens & exercens ad virtutẽ, ac malitiam omnẽ propellens: & sanè si quis tũ ingressus fuisset ciuitatẽ Niniuitarũ, qui prius eandem probe nouisset, nequaquã agnouisset eam: adeo repẽte à turpissima vita ad pietatem resilierat. Quemadmodũ enim si quis mulierẽ mẽdicam, sordidis pannis vestiri solitam, post aureis vestibus ornatã videret, nequaquã agniturus sit mulierculam: ita si quis eam ciuitatẽ prius nouisset mendicam, hoc est vacuã omnib⁹ thesauris spiritualibus, nimirũ ignorasset quænã esset illa ciuitas, in qua trãsmutãda tantũ valuisset deprecatio, vt & mores & vitam ad virtutẽ reduceret. Iam vero & mulier quædã, quæ totũ vitę tempus in lasciuia & impudicitia peregerat, simul atq; se proiecit ad pedes Christi, salutẽ assequuta est. Proĩde deprecatio nõ solũ purgat à peccatis, verumetiã ingẽtia pericula depellit: Siquidẽ ille rex simul & Propheta mirabilis Dauid, multos ac fęuos inimicos effugit precationis ope, nõ aliis armis exercitũ muniẽs, atq; ita tradidit suis militibus potiri victoria, quietis interim ac securis. Quẽadmodũ alij quidam reges incolumitatis suę spẽ ponere cõsueuerunt in militum peritia, & arte belli gerẽdi, in sagittariis, in cataphractis, in equitib⁹: ita magn⁹ ille Dauid, sanctis precibus mœniũ vice suum cinxit exercitum, nequaquam respiciens imperatorũ, tribunorũ, ac cẽturionum ferociã, neq; pecunias colligens, nec arma comparans, sed orando diuinã armaturã è cœlo deportãs. Nã vere cœlestis est armatura deprecatio, quę deo funditur, solaq; firmã custodiam præbet his qui sese deo tradiderũt. Siquidẽ cataphractorũ & robur & peritiam, tum sagittariorũ experientiã, atq; in prodẽdo hoste calliditatẽ, sæpenumero ludit ac frustratur vel ipsa belli facies, vel hostiũ fiducia, cũq; his alia permulta: cęterũ deprecatio armatura est inexpugnabilis, ac tutissimũ nec vnquam fallens munimentum, pari facilitate vel vnum repllens militẽ, vel innumerabilia hostium milia. Quandoquidẽ admirãdus ille Dauid, de quo modo diximus, Goliath illũ immanẽ, cum veluti dęmon quispiam formidãdus irrueret, nõ armis, neq; gladiis, sed precibus deiecit: vsq; adeo regibus quidem aduersus hostes in præliis valida arma sunt deprecatio. Quin eadẽ & nobis æque valida sunt arma aduersus dęmones. Sic & Ezechias rex superior euasit in bello quod illatũ est à Persis, nõ cum armaret exercitum, sed preces tantum opponeret hostium multitudini: itidẽ & mortẽ effugit, vbi cum qua decuit religiõe se deo ꝓsterneret, soláq; deprecatio regi dedit vt reuiuiscceret. Iã vero quòd animã peccatis obnoxiã deprecatio facile puram reddit, docet nos publicanus ille, qui petiit à deo remissionẽ peccatorũ, & impetrauit. Docet & leprosus, qui simul vt procidit ad pedes dei, mũdatus est. Quòd si deus corpus morbo corruptũ celeriter sanauit: multo magis animam, quę morbo tenetur, humaniter sanabit. Etenim quanto preciosior est anima corpore, tãto magis cõsentaneum est, hanc deo maiori curę futuram. Quanquam innumera recenseri possint exempla tũ veterã, tũ noua, si quis velit omnes enumerare, qui deprecationis beneficio seruati sunt. Verum aliquis forsitã ex eorũ numero, qui socordiæ segnitiæq; dediti nolunt attente ac diligẽter orare, persuasurus sit, in hoc deũ illa verba dixisse: Nõ oĩs qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorũ, sed qui facit voluntatem patris mei qui est in cœlis. Aqui ego si crederẽ solam precationem ad salutẽ nostram sufficere, non iniuria sermonem hũc nobis obiiceret aliquis. Nunc cum profitear deprecationẽ caput esse bonorũ omniũ, basim ac radicẽ vitæ frugiferæ, nõ est quòd quisquam illis verbis abutatur ad excusationẽ suæ socordiæ. Neq; enim sola temperãtia potest homini salutẽ adferre, si cętera desint bona, neq; cura pauperũ, neq; benignitas, neq; quicquam aliorum quæ cum virtute gerũtur, sed oportet vt omnia simul cõcurrant in animas nostras. Cæterũ precatio, ceu radix & basis omnibus cęteris substernitur. Neq; secus ac nauẽ & domũ, ea quæ substrata sunt, valida reddũt, ac ne soluatur, continent: ita nostrã vitam orandi studiũ & continet, & vbiq; firmam reddit, adeo vt absq; hoc nihil nobis boni possit cõtingere, neq; quod ad salutẽ cõducat. His de causis Paulus tanto studio nõ cessat huc adhortari nos, dicens: Deprecationi instate, vigilãtes in ea cum gratiarum actione. Atq; alibi iubet, vt citra intermissionẽ oremus, in omnibus gratias agẽtes: hęc est enim, inquit, voluntas dei. Ac rursus alio in loco: Orate omni tempore in spiritu in hoc ipsum vigilãtes cũ omni instãtia & obseruatione. Adeo multis ac diuinis vocibus ad orandũ nos assidue prouocat ille apostolorũ princeps. Decet igitur nos ab illo doctos, cũ precatione vitæ cursum peragere, atq; hac mentẽ assidue rigare: Siquidẽ hoc omnes homines non minus opus habemus, q. arbores aquarum humore. Neque eñ valent illæ fructus producere, nisi bibãt humorẽ radicib⁹: neq; nos preciosis pietatis fructib⁹ poterimus esse grauidi, nisi precibus irrigemur. Quapropter oportet & stratis relictis, diuino cultu prœuenire solis exortum, & cũ ad mensam accedimus, & cũ nos ad nocturnam quietẽ recipimus: Quin potius oportet singulis horis vnam precationem offerre deo, vt orãdi cursus dici cursum æquet. Cæterũ hyberno tẽpore decet etiã noctis maximã partem precibus impendere, ac flexis genibus, multo cũ tremore instare deprecationi, hoc ipso nos beatos existimãtes, quòd dei cultui vacamus. Dic mihi, qua frõte solẽ intueberis, nisi prius adoraueris qui lumen illud dulcissimum oculis tuis mittit? Quo pacto frueris mensa, nisi prius adoraueris eum qui tibi tantũ bonorũ largitur ac suppeditat? Qua spe trades teipsũ nocturno tẽpori, qualibus cũ insomniis putas tibi rẽ fore, nisi teipsum prœmuniueris orãdo, sed incustoditus ad somnũ accesseris? Nimirũ cõtemptibilẽ captuq; facilẽ teipsum prębebis sceleratissimis spiritibus, qui cõtinẽter obãbulant, obseruãtes nos, vt si quem deprehẽderint nudatum deprecationis præsidio, protinus abripiãt. Si nos cõspexerint deprecatione cõmunitos, illico resiliũt, non

Lucæ. 18.

Coloss. 4.

1. Thess. 5.

Eccli. 38.

1. Reg. 7.

4. Reg. 19.

Esa. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non aliter quàm prædones ac facinorosi,vbi conſpiciunt militis gladium in caput ſuum vibrari. Quòd ſi cõtingat aliquẽ eſſe nudum precationis præſidio,hic auulſus deportat à dæmonibus, & in calamitates variáq; mala impellitur.Oportet igit vt hæc omnia metuẽtes,precibus & hymnis ſemper noſipſos circũuallemus, vt deus omniũ miſertus dignos efficiat regno cœlorum per vnicum filium ſuum,cui gloria,&c.

DE PRECATIONE LIBER SECVNDVS.

QVod omnis boni caput ſit deprecatio, quodq; ſalutis ac vitæ æternæ conciliatrix, nullus eſt omnium qui ignoret. Attamen operæprecium eſt, vt adhuc pro viribus de hoc negotio diſſeramus, quo qui iã aſſueuerunt in precibus vitam agere, ac diligenter cultui diuino animũ aduertere, oratio noſtra reddat magis attentos. Rurſum qui hactenus incogitantius vixerunt, atque animum neglexerunt precationis præſidio deſtitutũ, ſimul & anteacti temporis iacturã cognoſcant,nec in reliquũ vitæ tempus ſeipſos pergant priuare ſalute.Protinus igitur illud occurrit omnium maximũ quod de precatione dicere poſſumus,quòd quiſquis orat,cum deo colloquitur.Quantæ enim dignitatis ſit,hominem cum deo miſcere ſermonẽ, neminẽ latet:cæterum eam dignitatem oratione conſequi, nemo prorſus valeat: quandoquidem hic honos etiam angelorum ſuperat maieſtatẽ: quod ipſi probe intelligẽtes,apud prophetas deſcribũtur omnes multo cum tremore laudes & cultũ domino offerentes, facies quidem ac pedes ob ingentem reuerentiã tegentes,volatu vero,dum nõ valent in quiete manere, magnum tremorem declarãtes:nimirum & nos illud interim docentes,vt tantiſper dum oramus, humanæ naturæ obliuiſcamur, ſed occupati mentis alacritate ſimul & tremore, nihil reſpiciamus rerum præſentiũ, ſed exiſtimemus nos in angelorũ medio conſiſtere, idémque ſacrificium cum illis peragere. Nam in reliquis multum diſcriminis eſt inter cõditionem illorũ & noſtram : ſiue naturam expendas, ſiue viuendi genus,ſiue ſapiẽtiam,ſiue intelligentiam, ſiue quicquid aliquis recenſere poſſit. Cæterũ orare commune eſt opus angelorum pariter &hominum,neq; quicquam intereſt inter noſtram naturam & illorum, duntaxat quod attinet ad deprecationẽ.Hęc te ſeparat ab mutis animantibus,hęc te ſociat angelis:Quin facile fiet, vt quis in illorum ciuitatem transferatur, in illorũ vitam & conſortium,ad illorum honorem, nobilitatẽ, ſapientiam,& intelligentiã, qui per omnẽ vitam precibus ac diuino cultui vacare ſtuduerit.Quid eñ poſſit inueniri ſanctius his, qui cum deo commerciũ habẽt?quid porrò iuſtius,quid ornatius, quid ſapiẽtius? Etenim ſi qui cũ ſapientibus viris colloqui ſolẽt,propter aſſiduam conſuetudinẽ breui ſic trãſmutantur, vt illorũ prudentiam referant : quid dicere conuenit de his qui cũ deo colloquia miſcent,ei ſua vota deferentes?Quanta ſapientia,quanta virtute, quanta prudentia,quanta bonitate,quãta ſobrietate, quãta morũ æquitate replet illos precatio & obſecratio?Proinde nequaquã aberrarit à vero, ſi quis affirmet deprecationem eſſe cauſam omnis virtutis & iuſtitiæ, neq; quicquam eorũ quæ conferũt ad pietatẽ,venire poſſe in animum,cui non adſit deprecatio & obſecratio. Sed quemadmodũ ciuitas quæ muris cincta non eſt, facile venit in poteſtatem hoſtium, propterea quòd prorſus abſit id quo fuerat hoſtiũ incurſus arcendus: ſic & animam non munitam precibus,diabolus facile in ſuam redigit ditionẽ,nec multo negocio omni genere ſcelerũ implet. Nam primum quidem ad animã precibus cõmunitã nõ audet propius accedere, metuens robur ac fortitudinẽ quam illi deprecatio ſubminiſtrauit, magis vegetãs animũ, quàm cibus vegetat corpora.Ad hæc,quia precantur ſério,nõ ſuſtinẽt quicquã admittere indignũ precatione,ſed reuerentes deũ, quicum modo collocuti fuerãt,cito repellũt omnem mali ſpiritus molitionem, apud ſe reputãtes quantum ſcelus ſit,eum qui paulo antè ſermonẽ cum deo miſcuerit,quiq; ab eo pudicitiam ac ſanctimoniã petierit,extemplo ad diabolũ deficere,fœdaſq; voluptates in animũ admittere,ac diabolo præbere aditũ in pectus, quod paulo ante deus inuiſerit, ac dæmoniis cõcedere irruptionem in animas,in quas ſpiritus ſancti gratia plurimam exercuit benignitatẽ ac ſolicitudinem.Veruntamẽ illud auſculta:ſupra vires hominis eſt,ferere cum deo colloquiũ,niſi adſit vis & actus ſancti ſpiritus:ſed oportet illo præſente,ſanctiſq; conatibus auxiliante,ita demũ ingredi,ac flectere genua,poſtremo orare ac deprecari.Poſtquam eñ maius eſt hominis viribus ſermonẽ miſcere cũ deo,opus eſt vt gratia ſpiritus veniẽs in nos, confirmet addatq; fiduciam,ac doceat nos honoris magnitudinẽ.Igitur vbi iam cognoueris,quòd&cũ deo loqueris,ac ſpiritus in te operantis vim ſenſeris,oratur° & cũ deo collocutur°,nullum diabolo præbebis aditum in animã per ſpiritum ſanctificatã. Etenim quemadmodũ qui cũ rege colloquuti ſunt,& ab hoc ſermones placidos honoremq; ſunt conſequuti, non dignantur in cõtubernium venire mendicorum & abiectorũ hominũ: ita qui cũ deo confabulatus eſt,eíq; ſua vota protulit, nequaquã dignabit̃ mali & impij ſpiritus familiaritatem admittere.Nã vere profecto quiſquis voluptatibus ſeruit,cum dæmonibus habet familiaritatẽ, atq; eorum inſaniã imitatus eſt.Sicut è diuerſo, qui tẽperans eſt, ac iuſtitiã exercet, cũ angelis habet cõmercium,& illorum æmulatur dignitatẽ.Iam vero ſi quis dicat animę neruos eſſe deprecationẽ,mea quidẽ ſententia videbitur verũ dicere : nimirum quemadmodum corpus neruis cohæret,currit,viuit,ſtat,& cõpactũ eſt,adeo vt ſi neruos incideris,vniuerſam corporis harmoniam diſſolueris : itidem animæ per ſanctas preces ſibi conſtant,& compingũtur,ac pietatis curſum facile peragũt.Quòd ſi teipſum deſtitueris precatione,perinde feceris, ac ſi piſcẽ ex aquis extraxeris. Vt eñ piſci vita eſt aqua,ita tibi deprecatio:per hanc datr̃ velut ex aquis ſubuolare,cœlũq; tranſcẽdere, ac proximũ fieri. Itaque quæ hactenus dicta ſunt, ſufficiunt ad declarandum quanta ſit vis ſanctæ deprecationis.Sed fortaſſe præſtiterit,vt ad diuinas ſcripturas veniã,vt ex ipſius Chriſti verbis diſcamus opes quas deprecatio comparat his qui ſtudẽt per omnem vitã in ea verſari.Dicebat autẽ,inquit, eis etiam parabolã huc ſpectantẽ,quòd oporteat ſemper orare.Iudex q- *Luc.18.* dam erat in ciuitate quadam,qui neq; deũ metuebat, neque hominẽ reuerebatur:vidua autẽ erat in ciuitate illa,& venit ad illũ,dicens:Vindica me de aduerſario meo.& nolebat aliquãdiu:poſtea vero dixit apud ſeſe,Tametſi deum nõ metuo, nec hominẽ reuereor, tamẽ quia mihi moleſta eſt vidua,vindicabo eam, ne tandem veniens ſugillet me.Dixit autẽ dominus.Audite quid dicit iudex iniuſtus:Deus vero an nõ faciet vindictam

vindictam electorũ ſuorũ clamantium ad ipſum nocte ac die,& patientiã habebit ſuper illis?Dico vobis quòd faciet vindictam illorũ cito. Diſcamus fratres ſapientiam in ſermone ſpiritus reconditã, perſcrutãtes pro virili noſtra,nõ quanta eſt, ſed quãtum nobis datur aſſequi.Itaq; qui vitam agunt in mari,in ipſum profundũ ſeſe demittunt,ac pretioſos lapillos his qui verſantur in terra deferunt. Nos vero diuinarũ ſcripturarũ mare ſcrutantes, in ipſum ſpiritualis ſapiẽtiæ profundum,quãtum quidẽ in nobis eſt,decurramus, & vobis adferamus theſaurum bonũ melius ornantẽ animas,quàm ornãt regũ capita è gemmis contextæ coronæ. Nam harũ quidẽ pulchritudo ſimul cũ ipſa vita marceſcit. Cæterũ qui doctrina ſpiritus coronat animã, cum hic interim cum omni mentis ſecuritate vitæ tempus exigit, tũ poſt huius vitę finem cũ fiducia accedit ad tribunal Chriſti,plen° virtute,& ab omni vitio purus.Quem igitur theſaurũ è profundo ſcripturarum adducimus?Non ipſum profundũ attingẽtes ſapientię, ſed eouſq; deſcendentes,quouſq; eõcedit Chriſtus,qui homines inuitans ad orandũ,&vtilitatem hinc proficiſcentem commendare volens animis noſtris,iudicem quendam inducit improbum ac ſæuum, qui pudorẽ omnẽ ex oculis abiecerat, quiq; dei timorẽ ex anima propulerat.Atqui ſatis erat iuſti clementiſq; iudicis perſonã propoſuiſſe, vt huius iuſtitia collata cum dei bonitate,demonſtraret quãtum valeat deprecatio.Etenim ſi benignus ac mãſuetus homo placide recipit,qui ſupplices accedũt:quãto magis idẽ facturus eſt deus,cuius tanta eſt erga mortaliũ genus benignitas,vt non ſolũ noſtram excedat intelligẽtiam, verumetiã maior ſit quàm vt huius magnitudinem angeli ipſius poſſint animo complecti?Itaq; ſatis erat,vt dixi, iuſti iudicis perſonã inducere. Nũc autem iudicem propoſuit immitẽ, impiũ & inhumanum:in cæteris quidem implacabilẽ, ad preces vero benignum ac manſuetũ,videlicet vt intelligas, quòd omnis precatio ingenium etiam malũ facilè ad miſericordiam & clementiã pertrahit.Quã igitur ob cauſam hoc fecit Chriſt°?Ne quis omniũ ignoraret,quãtam vim habeat deprecatio: atq; idcirco poſtquã iudici omniũ immaniſſimo adhibuiſſet viduam, eumq; præter naturam oſtendiſſet factũ ex improbo humanum,ad patrem ſuum parabolam trãsfert,ad illũ, inquam,bonum,manſuetum,mitẽ,humanũ,miſericordia ſua vincentẽ peccata mortalium,condonantẽ errata plurima, tolerantẽ quotidie in ſe dicta conuitia, diſſimulantem honorẽ haberi dæmoniis, ſe cõtumeliis affici,filium ſuũ innumeris inceſſi conuiciis,aliáq; ferentem atrocia,dicenda pariter ac ſilenda:&tamen ſic cõuiciis affectus adeo mãſuete tolerat.Quòd ſi viderit,eo quo decet tremore accedentes ſibi,an nõ ꝓtinus miſerebitur? Audite,inquit, quid iudex iniuſtus dicat:Tametſi deũ non timeo,nec hominẽ reuereor, attamen quoniam mihi negotium faceſſit,vindicabo illã. Quid ais?Quod nõ potuit metus, hoc potuit deprecatio?Ac minæ quidẽ,& vltionis expectatio, non commouerunt hominem ad iuſtitiã: cæterũ vbi prodiit vidua ſupplex,iudicẽ ex feroci mãſuetum reddidit.Quid igitur coniectãdũ eſt de benigno deo,ſi iudicem crudelem,adeo manſuetũ reddidit vidua ſupplicans?Quantam bonitatem,quantã humanitatẽ erga nos exhibebit deus, qui non modo ſemper cupit miſereri,punire nunquã,verumetiã ob inſignem erga genus hominũ charitatẽ, & ſupplicia cõminatur nobis,& ingẽtia prꝑarauit prꝑmia,vt & met° ſuppliciorum arceret à vitiis,& prꝑmij ſpes extimularet ad virtutẽ. Nõ poſſum ab iniquo iudice cogitationẽ auertere,contemplans in illius prꝑter naturam mãſuetudine,ineffabilem dei bonitatem.Etenim ſi is qui nũquã cogitarat quicquã humanitatis cuiquã prꝑſtare,ſubito mutatus,miſertus eſt viduæ rogantis: quantã erga nos dei ſolicitudinẽ è cœlo deportabit deprecatio? Ad hæc quantum valeat ac poſſit ſancta precatio, vel hinc cognoſcas licebit, ſi conſideres,quantũ bonorũ ſingulis dieb° ac ſingulis horis accipiãt hi qui iugiter deo ſupplicãt.Quẽ eñ fugit,q; ſolis lunæ ſtellarumq; lumen,quòd cœli temperiem, ac variam alimentorũ copiam,quòd opes,quòd vitam,deniq; quòd alia innumera bona cũcta ex æquo mortalibus largitur deus iuſtis pariter atq; impiis, videlicet ob immenſam ſuã humanitatẽ qua afficitur erga nos.Porrò ſi nec rogãtes nec poſtulãtes, tanta quotidie miſericodia proſequitur ac refocillat,quãtis bonis probabile eſt fruituros eos qui omnem vitã precibus & obſecrationibus vacarũt:Age iã & illud exponamus vobis,quàm multis ſanctis datũ ſit,deprecationis præſidio ſeruare nõ ſolum gẽtes ac ciuitates, verumetiam orbem vniuerſum.In mẽtione vero deprecationis primus occurrit Paulus, dignus cuius mentio fiat: Paulus, inquam,ille inſatiabilis dei cultor, & cõmunis pater ac progenitor ſeruorum Chriſti. Ille igitur cuſtos orbis terrarum,per deprecationem ac aſſiduã obſecrationẽ,omnes gẽtes ſaluas fecit,ſemper illud dicẽs nobis:Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri *Ephe.3.* Ieſu Chriſti,ex quo omnis cognatio in cœlo & in terra nominat̃, vt det vobis iuxta abũdantiã gratiæ ſuæ virtute corroborari per ſpiritũ ipſi°,vt in homine interno inhabitet Chriſtus per fidẽ in cordibus veſtris. Vides quãtam vim habeat precatio & obſecratio?Ex hominibus facit templa Chriſti. Et quemadmodũ aurum, lapides pretioſi,ac marmora cõſtituunt domos regum:ſic deprecatio tẽpla Chriſti: vt inhabitet, inquit,Chriſt° in cordib° veſtris.Quid ſublimius ad laudẽ deprecationis adferri poſſit, quàm quòd tẽpla facit dei?quem cœli nõ capiunt, is in animam ingreditur viuẽtem in precibus:Cœlũ,inquit,mihi ſedes eſt, *Eſa.66.* terra vero ſcabellum pedum meorum. Quam domũ ædificabitis mihi,dicit domin°,aut quis erit locus requiei meę?Quam domũ Paulus ædificat ſanctis obſecrationibus:Flecto,inquit,genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti,vt inhabitet Chriſtus per fidẽ in cordib° veſtris.Quĩ & illinc intelligi poterit,quãta ſit vis ſanctarũ precũ, quòd Paulus per totum orbem terrarũ velut alatus diſcurrens,in carceribus habitans,flagella ſuſtinẽs,geſtans catenam, viuẽs in ſanguine ac periculis,inſuper & dęmones eiiciẽs,ac mortuos excitãs,morbos abigẽs, in harũ rerũ nulla fiduciã poſuit ſeruãdi homines,ſed precib° cõmuniit orbẽ:póſtq; miracula,poſt excitatos mortuos,ad deprecationis prꝑſidiũ accurrit, non aliter quàm athleta à corona ad palęſtram: quandoquidem & mortuorum excitationẽ,reliquáq; omnia ſuppeditat deprecatio. Quam enim vim habent in arboribus aquæ, hanc in vita ſanctorũ habet deprecatio.Paulus,ac medio noctis,rigans animã,omnia facilè perpeſſus eſt quamlibet acerba,nõ aliter prębens terga verberibus,quàm ſi fuiſſet ſtatua. Sic in Macedonia carcerem cõcuſſit: ſic,ceu leo quiſpiã,precatione diſrupit vĩcula:ſic carceris cuſtodẽ eripuit ab errore,ſic dęmoniorũ tyrannidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nidem discussit. Quin & alia nouimus, quæ scribit ad A
vniuersos homines: Deprecationi instate, vigilãtes in
ea in gratiarum actione, orãtes simul & pro me, vt de-
tur mihi sermo in apertione oris mei, ad libere prolo-
quendum mysterium euangelij. Quid ais? Tantã no-
bis fiduciam deprecatio præbet, vt pro Paulo nõ ve-
reamur orare? Quis miles ausit ꝓ magno duce inter-
pellare Cæsarem? Quanquã sanè nullus dux tã cha-
rus est Cæsari, quàm Paulus deo: attamẽ ad tãtam dig-
nitatẽ nos prouehit deprecatio, vt ausimus ꝓ Paulo
supplicare deo. Sic & Petr⁹ ille magnus, ille cœlo splẽ
didior, carcerem effugit, maxime quidẽ ob propriam
virtutem, & communem hominum salutem, sed tamẽ
interi ecclesiæ deprecatio occlusas carceris fores ve-
lociter aperuit. Nec eñ temere addidit Lucas: Depre
catio autẽ fiebat assidua totius ecclesiæ pro Petro. ve-
rũ vt nos disceremus, quãtam vim in cœlis obtineat
deprecatio, videlicet vt Paulũ ac Petrũ à periculis li- B
beraret, columnas ecclesię, principes Apostolorũ, cla
ros in cœlo, murũ orbis terrarũ, cõmune præsidium
toti⁹ terrę ac maris. Dic mihi, quomodo Moses Israë-
liticum populum in bellis seruauit? An nõ arma qui-
dẽ cũ exercitu discipulo tradidit, ipse vero deprecatio-
nẽ opposuit hostiũ multitudini? Nos interim do-
cens preces iustorũ plus valere quàm arma, q̃ equita-
tum, quàm pecunias, quàm multas copias, eóq; vni-
uersus exercitus, & innumera militũ multitudo in de-
precatione prophetæ spẽ salutis habebat. Siquidem
orante Mose superabant Iudæi, eodẽ ab orando ces-
sante inferiores erant hostibus. Itidem & nos orãtes
facile diabolum superabimus, cessantes vero scelestũ
illum in nos instruimus. Iã & populum ad impietatẽ
prolapsum, orãdo seruauit Moses, orando meruit dei C
conspectu frui, aliáq; innumera bona consecutus est
non alia re quàm orando. Nam deprecatio & hoc illi
præstitit, vt vitam ageret adsimilem iis qui cœlũ inha
bitant. Deprecatio incẽdij vim exercuit, leones mites
reddidit, hoc quidem in Daniele, illud vero in tribus
pueris, per quos nimirũ declaratũ est omnibus, quod
quoscunq; deprehenderit in periculo constitutos, fa-
cile exurgẽtib⁹ malis eripiat deprecatio, salutis causa,
immortalitatis animę cõciliatrix, ecclesiæ murus, qui
rumpi non possit, munimentũ inconcussum, dæmo-
nibus quidem formidabile, piis vero nimirũ nobis sa-
lutiferum. Hęc eadẽ sanctum Prophetam Samuëlem
produxit. Etenim cũ natura matri esset aduersa ad gi-
gnendũ, exorta deprecatio mox correxit naturę im-
becillitatem. Talis est deprecationis fructus, talẽ edi-
dit deprecatio prophetam. Quapropter in cœlis illu- D
stre nomen consequutus est Samuël, supra quàm fert
humana conditio, quum homo sit potius angelorum
admirator. Nimirum talem decebat ostẽdi, deprecat-
ionis culmẽ & spicam, qui reliquos anteiret bonita-
te, virtutibus ac moribus, tantóque interuallo omnes
retro sanctos antecellere videretur, quantum in se-
getibus felices eminẽt spicę. Deprecationis auxilio Da-
uid tot ac tales hostes propulsauit, non arma mouẽs,
non hastam vibrans, non gladium educẽs, sed depre-
catione sept⁹. Hui⁹ præsidio Persarũ copias Ezechias
celeriter vertit in fugã: atque hostes quidẽ machinas
admouebant mœnibus, sed ille muros deprecationis
vallo sepsit: simulq; per deprecationẽ sine armis solu-
tum est bellum, cum tuba quidem nõ clangeret, exer-
citus conquiesceret, arma non mouerentur, nec terra
sanguine rubesceret, cæterũ deprecatio sufficiebat ad
terrorem hostibus incutiendũ. Quin & Niniuitis ea A
saluti fuit, quæ cito depulit irã cœlitus imminentem,
citóq; vitam corruptã emendauit. Tantam vim, tan-
tum robur habet deprecatio, vt cum Niniuitæ vitam
omnem turpiter ac sceleroſe peregissent, tamẽ simul
atque in ciuitatẽ ingressa est deprecatio, illico verte-
rit in diuersum omnia, ac temperantiam, iustitiam, a-
micitiam, concordiam, egenorum curam, deniq; vni-
uersa bona secũ induxerit. Etenim quemadmodum
vbi regina quæpiam ingreditur ciuitatẽ, necesse est
vt omnis opulentia patiter consequatur: sic videlicet
posteaquam deprecatio venit in animam, omnes vir-
tutes simul ingrediũtur. Nam quod in domo est fun-
damentum, hoc in anima est deprecatio: hãc vbi pri-
mum ceu basim ac radicem in anima fixerimus; tum
oportet diligenter superstruere pudicitiam, mansue-
tudinem, iustitiam, pauperum curam, breuiter omnes B
Christi leges, per quem & cum quo, patri cum sancto
spiritu, gloria & imperium in secula seculorũ, Amen.

Deum laudemus fide formata exemplo sanctorum: di-
gnus est enim omni laude, Sermo.

Mitemur & ipsi Patriarcham illum: nec secus
atque ipse solebat, deum laudibus prosequa-
mur. Quid enim ille deo gloriam dedit, nisi
cum diuinam iustitiam, infinitámque potentiam cõ-
memorasset? esseтq; de deo pleraque decentius me-
ditatus, de promissione fieri certior promeruit: idcir-
co & nos eundẽ tum fide, tum re & opere laudemus,
vt gloria tandem donati, id laudis huiusce præmium
vendicemus: inquit enim, Qui me fuerint venerati, &
ipse honorabo. Quòd si nulla esset alia nobis pro ea
re proposita merces, illud tamẽ vel maxime nobis ad
gloriam valeret, si diuinis in laudibus versari non in-
digni haberemur. Siquidem & qui principum laudes
eloquuntur, vel hoc vno, si nil reliqui esset mercedis,
quòd principem magnificiunt, satis videntur orna-
menti assecuti. Cogita itaque quàm sit gloriosum,
quámve magnificum, dominum nostrum per nos ve-
nerari: vti & cõtrà quàm detrimẽtosum illud & sup-
plicij plenum, cum reliquis in eum conuitiandi occa-
sionem damus. Exigit enim, etsi minus hoc munere
egeat, hanc ille à nobis laudem. Quantum ipse existi-
mas, deum inter hominémque distare? certè dixeris,
quantum inter vermiculos & homines ipsos. Verum
id dictu adhuc nihil est satis, si dixerim illos hoc pa-
cto differre, quando nequeat quantum inter se distẽt
explicari. Num optaueris gloriam tibi apud vermes
etsi magnam aut præclarã parere? Si ergo tu qui glo-
riæ es cupidior, velle te tale aliquid negaueris: quonã
pacto qui huiuscemodi cupiditatis vitio caret, & adeo
reliquis præstantior est, his tuis laudibus indigebit?
quarum etsi minus est indigens, laudari tamẽ à te cu-
pit. nam si tua gratia seruitutem tolerauit, quid mirũ
si pleraque alia eadẽ ratione patitur? nihil enim indi-
gnum se putat, quod nobis conferat ad salutẽ. Quo-
circa cũ ita se habere hæc sanè intelligamus, peccatũ
omne quo deus maledictis incessitur euitemus: inquit
enim, delicta nobis nõ secus ac serpentis aspectus de-
fugienda. Quippe appropinquantem te morsu petẽt,
quãdo nõ illa se nobis offerũt, quin ea nos vltro adi-
mus: quod deus ita fore cõstituit, ne violẽtia diabol⁹
superaret, si nemo illi⁹ conatibus obsisteret: eóq; illũ
quemadmodũ prædonem quempiã eiecit, qui nemi-
nem aggredi audeat, nisi quem suis in latebris nudũ
deprehenderit, & solũ: neq; inuadere audebit, nisi eũ-
dem viderit

dem viderit eremum peragrantẽ. Eremo nanq; & so-
litudine dæmones inuersãtur, quarũ interpretatio ni-
hil aliud exprimit, quàm malum facinus & peccatũ.
Opus itaque nobis cum fidei stabilimẽto & cardine,
tum salutis cassíde, & spiritus gladio: vt non solũ mors
non male per nos sit obeũda, sed quouis modo insul-
tãti illi desecãda est ceruix. Opus itaq; perpetua pre-
ce, vt nostris possit pedibus cõculcari: impudens nã-
que est & scelestus. tametsi de loco inferioti inferat
bellũ, victor tamẽ plerũq; euadit, cũ eius ictus paru-
facimus superare & plagas: neq; enim illi licet magnũ
in modũ efferri, quin humi serpit, cuius figurã vel an-
guis præfert: qui dæmõ & si ab initio ea fit conditio-
ne creatus, longe magis nos hoc tẽpore oppugnabit.
Quòd si ignoras quid sit de loco inferiori pugnare, e-
nitar id bellãdi genus interpretari. Bellũ itaq; de loco
inferiori gerere, à reb⁹ infimis est aliquẽ impugnare,
vti à voluptatibus, diuitiis, & prę̃sentibus his vitæ bo- B
nis: verũ si quem viderit subuolantẽ ad cœlũ, & supe-
riora tenentẽ, primũ neq; hunc subsequi sursum ver-
sus saliendo poterit: deinde si id facere fuerit enisus,
celerrime casurus est: caret eñ pedib⁹, caret alis, humi
reptat, terrenis in rebus versatur, in quibus si nihil erit
tibi cũ eo commune, eris sanè labore vacuus: nec eñ
nouit ille in aperto, vel in faciẽ pugnare, nec secus at-
que anguis latitans, diuitiarũ se illecebris occulit. Ita-
que desectis dumetis timore perculsus dilabet, ferie-
túrq; statim, si diuinis fueris illi carminibus impreca-
tus. Christi eñ Iesu domini nostri, & crucis virtus no-
stra sunt carmina, quæ non solũ draconem hunc suis
è latebris educent, in ignémq; impingent: verũ vel si
quæ nobis inhæserint vlcera, sanabũt: quę si quis hoc
pacto fuisse ad sanitatem redacta negauerit, exist imet
illud ob exiguã incantãtis fidem, non explorati car- C
minis impotentia euenisse. Siquidẽ q. Iesum vrgebãt,
nihil sunt vtilitatis assecuti: at quæ sanguinis fluxũ pa-
tiebatur, Christi corpore nec prętẽtato, cũ vestis dũ-
taxat fimbriã attigisset, sanguinis diutinos fontes cõ-
tinuit. Hoc Iesu nomẽ tum inferis, tum morbis & vi-
tiis terrori est: ex eo itaq; ornatum nobis, vitéśq; vẽ-
dicemus. Sic eñ & Paulus magnus euasit, qui etsi fue-
rat nobis natura proximus, fide tamen accepta longe
fuit à pristina cõsuetudine immutatus: nam adeo ille
gratia excellebat, vt vel eius amiculũ vim nõ media-
crẽ habere videretur. Qua igitur erimus nos excusa-
tione digni, quorum precibus nec vitia reprimuntur,
cum talium virorum vel vmbra & vestis mortẽ repel-
lant? Quid igitur in his causæ esse videtur, nisi perma-
gna quædam animorum diuersitas? nã quæ ad natũ-
ram pertinent, nobis cum Paulo & paria sunt, & com- D
munia, cuius ortus & educatio nostro haud absimilis:
siquidem terrã ille incoluit, & aërem eũdem spirauit:
in reliquis vero feruore, id est fide & charitate prę̃stã-
tior nobis fuit. Hunc itaq; imitemur, reddamúsq; nos
Christi colloquio nõ indignos, cuius rei lõge est ille
cupientissimus: siquidẽ sermonis huius habendi gra-
tia organũ in hoc corpore fabricauit: quod quidẽ vt
torpens inexercitatũq; maneat haud cupit, quod ha-
bere semper inter manus desiderat. Cur itaq; nõ illud
prõptum reddis, paratũq; vt capi per opificẽ ipsum,
tractaríq; possit? verum per lasciuiã adeo organi hu-
iusce chordulas & laxas & lentiores facis, vt citharã
planè omnem inutilem pares, cũ eius esset potius &
sonus obfirmãdus, & sale spirituali moderandus: quã
Christus citharam si concinnã hoc modo compara-

A tamq; conspexerit, per animam hanc nostrã edet vo-
cem. Deinde angelos, archãgelos conspicabimur &
cherubinos præ gaudio desilire. Precandũ ergo erit,
vt manib⁹ illis immaculatis esse tractabiles possimus,
& Christus ipse cor nostrũ oppulset. Atq neq; prece
est opus, si illud ipse ei tactu dignũ effeceris. sequetur
nanque ipse, & prior inuadet: solet nanq; futura acce-
leratius præuenire: siquidẽ nec Paulo cum nondum
eò esset magnitudinis prouect⁹, haud prius laudes cõ-
texuit, quàm eundem, magnũ in modũ profecisse cõ-
spexit: postea vero nihil reliqui fecit quod ei⁹ ad lau-
dẽ pertineret. Quòd si Christus nobis insonuerit, &
spiritus sanct⁹ præsto fuerit, erimus vtiq; cœlo potio-
res, neq; solẽ ipsum aut lunam effigiatos: quin horũ,
hominũ & angelorũ principem obambulantẽ nobis
habebimus, & cohabitãtem. Hęc autẽ dixerim nõ ea-
propter vt mortuos suscitem⁹, aut lepra affectos red-
damus mũdos: sed quod horum omniũ maius est, & B
præstantius, charitatẽ præferamus. vbi enim id boni
inerit, ibidem mox cũ patre vnà & Iesus aderit, & san-
cti spiritus gratia subsequetur. Vbi enim duo vel tres *Matt. 18.*
fuerint in meo nomine congregati, ibi & ipse adsum
inter eos medius. quę verba & vehemẽtioris prę̃ferũt
animi affectũ, & amoris nõ mediocre indicium, cum
eos quos amat, habere se circa cõcupiscit. Dicet quis-
piam, quis erit adeo calamitosus & miser, qui velle se
deum neget habere medium? Hi profecto quos inter
seditio est. Irridebit me fortè aliquis, dicétque, Quid
ais? nónne sub eisdẽ nos mœnibus cõspicaris, sub vno
eodem templo, eodem in grege concordi animo per-
manere? nostrum neminem vides dissidentem, sub
eodem pastore vocem vnà edimus, simulq; dicta hęc
tua audimus, simul etiam deũ comprecamur. quid er-
go discordias nũc & seditiones cõmemoras? Ipse ve-
ro & si dissidia narro, haudquaquã videor propterea
insanire, vel à meipso alienus. quod enim cerno, non
me fugit, nec clam me habet, vos sub eodem esse nunc
templo, sub eodémque pastore: sed eo magis queror,
tot rebus vos ad concordiam prouocantibus, discor-
des tamen & seditiosos esse. Dicet aliquis, quã hic se-
ditionem spectasti? hic equidẽ nullam: at hoc soluto
conuentu, cum erit abeundi facultas facta, tum is illũ
criminatur, alius in faciem cõuitiatur, inuidia flagrat:
rapit alius, aut vim infert: alius turpi amore irritatur,
& dolos nectit: quæ omnia rectius conspicerentur, si
retegi animus ipse posset. esset sanè hoc pacto apud
vos compertum, mecompotem mentis esse, non in-
sanũ. Nónne præterea milites conspicamini per pacẽ
& ocium armis depositis, & imparatos hostiũ castra
adire, in eisq; tutò versari? Verũ cum armis iidem mu-
niũtur, & custodiis dispositis noctes insomnes ducũt,
ardentq; ignes continenter: bellũ, non pacem, præ se
ferunt. Possunt sanè in nobis hæc recognosci, siquidẽ
ab inuicẽ nobis cauem⁹, nec deest suspicio aut timor,
cum quisq; proximi auribus verba insusurrat, obtice-
túrq; statim si quis propius accedat, & de medio tol-
litur occeptus sermo: quod certè non fidentiũ est, sed
planè cauentiũ. Dicet aliquis, non alios fallendi gra-
tia id agitur, sed ne ipse fallar: eóq; magis id mihi cẽ-
seo deplorandum, quando & vitã vnà ducẽtibus cau-
tione opus sit, tantúmq; ignis incẽdimus, vnáque &
item alteras locamus excubias, ne fallaciis circumuẽ-
ti, iniuriam patiamur. Quorũ omnium causa menda-
cium est, fallacię plurimę, charitatis interit⁹: & sine in-
duciis bellum, vnde cõplures reperies gentili potius,

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm Christiano se credere. Proh pudor, quo hæc A
sunt rubore, quib⁹ lachrymis, qua lamẽtatione digna? Dicet quispiã, Quonam id pacto duxerim tolerandũ, si fuerit aliquis peruerse instructus? vbi ergo sapientię studiũ, vbi & apostolicę leges, quibus cauetur alterius tolerari onera oportere? Si cũ fratri præstare te morigerũ nescies, quid facies alieno? vel si propriis mẽbris facere satis haud noueris, quo pacto poteris externa pellicere, pellectáq; corpori tuo copulare? proh dolor, non facilis sum lachrymas fundere, abundãtissimos equidem (vt inquit Propheta) lachrymarũ fontes ex oculis laxarẽ: video cũ in nostris hisce regionibus prælia geri infinita, & his proculdubio grauiora quæ Propheta pręuiderat. Is nanq; cũ barbaros Iudæam inuasuros longe ante vidisset, vẽtris dolore angor clamitabat. Ipse vero cum homines sub eodẽ duce constitutos sibi inuicem insurgere, conuerterẽq; in B
seipsos morsus & laniatus, idq; partim pecuniarũ cupiditate, partim gloriæ, frustra nonnunquam & occasione nulla factitare, ignominiis seipsos notare, vltro citróq; inferri vulnera infinita, morte insuper affici & horridiori quàm qui bello trucidãtur, fraternúmque nomẽ tenue admodũ & exile reliquum esse videam: nullus profecto huiusce tragœdiæ occurrit cõdignus luctus. Vereamini, inquam, vereamini mensam hanc, cuius omnes sum⁹ participes, quæve desuper victima illa iacet, Christus scilicet, qui nostri causa occisus est. Prędones enim vt primũ apud quempiam salem degustarint, prædari desinũt, apud quos sal ille præsumptus sit: quinetiam perditissimorũ hominũ mores hęc mensa immutat, efficitq; ex his qui feris bestiis sęuiẽdo fuerint immaniores, ouibus ipsis mansuetiores. At nos talis mensæ & cibi participes facti, in nos inuicẽ C
arma conuertimus, cum potius id in nostrum illum & communẽ hostẽ moliri oporteret. Qua ex re ille nobis infirmioribus effectis, fortior redditur: non enim nosipsi eum aduersis communimus: quin mutuo quodam insultu, potius ipsi nos iuuante aduersario oppugnamus: eodémque vtimur ad huiusce modi in nos aciem instruẽdam duce, cum bellũ illi inferre esset decentius: nunc vero hoste omisso, in fratres sagittas intendim⁹. Quas, inquiet aliquis, sagittas narras? illas dico, quæ ex ore emittuntur & lingua: siquidẽ non solũ telis & spiculis, verum & verbis acriora vulnera infligũtur, quàm solent sagittis infligi. Dicet aliquis, quonã pacto poterit istiusmodi per me bellũ dirimi? poterit vtique, si intellexeris, cũ fratri fueris cõuitiatus, cœnum ex ore profudisse: si noueris, inquam, cũ in illum contumeliã dixeris, Christi te membrũ vitupe- D
rasse: quippe cum in carnem tuã voracitatẽ exerces, integerrimũ illud cõcitas acrius & horribile in te dei iudiciũ. emissa nanque sagitta, destinanti tibi, nõ saucio futura exitio est. Fuit tibi quisquã iniurius, aut malo affecit, ingemisce, ne maledictis incesseris: fũde lachrymas, non iniurię gratia, sed ob iniuriam inferẽtis interitum: quẽadmodum & dominus tuus Iudã deplorauit: nõ em̃ quòd cruci suffigeretur deflebat, sed quòd se ille esset ad sui pernicię proditurus. Læsit te quispiam, aut contumelia insectatus est, deũ precare, vti mox illi concilietur & parcat: frater enim est, tuũ est membrum, eodem quo tu partu genitus, ad eandẽ vocat⁹ est mẽsam. Dicet aliquis: At si id egero, maiorem mihi in modũ aduersarius insultabit. Ergo & maiora te, & plurima manebunt præmia, cóq; iustius ira mittenda est, cum illum videris vulnere mortali affectum. Dæmõ enim plagam illi inflixit: idcirco neque erit rursum per te exulcerãdus, vel aliquo modo calcandus, quem videris per dæmonẽ consternatum: siquidẽ licebit tibi, stanti illi & erecto opem & salutem afferre. Quòd si in reddẽda iniuriarũ vice & ipse corrues, cui erit vos subleuãdi facultas? nũ saucio illi? Minime. Num tibi æque atq; ille concidisti? Quo em̃ pacto qui tibiipsi facere satis nequieris, opẽ alteri tuleris? Consiste itaq;, & animi quadã magnitudine scuto prælato, fratrẽ vel mortuũ è prędio subtrahe, percussumq; ita haud irritabis, quin potius affixũ ei spiculũ auellito. Cuiusmodi vitæ cõsuetudo si fuerit per nos seruata, statim optima erimus valetudine communiti. Verũ si fuerimus in nos semper armati, nulla erit dæmonum industria ad nostrũ exitum necessaria: etenim si ciuile bellum existimandũ est, magis tamen nostrũ hoc eò molestius esse apparebit, quòd nostrę huius societatis humanę vel potius necessitudinis iura potiora sunt. Necauit Cain quondã germanũ Abel, & propinquitatis sanguinẽ fudit, quæ cædes tanto iniquior habenda est, quanto consanguinitas ipsa sublimior. Is vtique corpus ferro transfodit: tu vero in animã gladium acuis. Cain fortè prior malo affectus est: at non male pati, sed facere improbe, hoc est male perpeti. Attendite itaq;: occidit Cain, Abel enecatus est: vter horum extinctus est? illéne qui post mortẽ ad deum clamitãs questus est, Vox, inquit, sanguinis fratris tui Gen. 4.
clamat ad me de terra: an is qui vitam omnem transegit trepidus? Is sanè, is erat quouis mortuo calamitosior. Vides itaque quàm longe præstet illatæ iniuriæ tolerantia, vel si fuerit aduſque interitum peruẽtum. Ediſce præterea quàm sit conditione inferior, qui illam intulerat. Percussit germanum Cain, è vitáq; sustulit: horum tamen coronatus est alter, alter pœnas pro scelere luit: iniustius Abel occisus est, mortuus tamen cædis fratrem insimulans vexabat, & comprehensum manibus tenebat. Cain vero tacens, & à deo increpitus pudore afficiebatur, contráque quàm speraret effecit. fratrem enim quem deo gratum spectasset interemit, existimans hoc pacto diuinum illi amorem, quem auxit magis, intercludere: siquidem mortuum deus diligẽtius conquirebat, dicẽs. Vbinã Abel frater tuus? non enim dei desideriũ extinxit inuidia, quin potius auctum reddidit. non enim tua hac cæde Cain sunt Abel honores imminuti, sed aucti magis & ampliati: quia etsi antehac illum tibi subiecerat deus, nũc tamen de te vel extinctus suppliciũ sumet: plurimũ em̃ is deũ colebat. Vter igitur horũ de cęde sentẽtiã laturus est, qui sumpserit, an qui dederit pœnas? q tanto fuerit apud deũ dignus honore habitus, an qui noua quadam sit & exquisita pœna affectus? Viuentẽ Abel nihil es Cain veritus, mortuũ ergo pertimesce: cũ ferro hũc esses inuasurus, nihil trepidasti, formidine tamẽ sanguine profuso perpetua capiere. Hunc cũ in humanis ageret, tibi vel morigerum haud toleraſti, mortui ergo acerbior huius erit in te dominatus. His itaque omnibus cognitione perceptis, inuidia cauenda erit, & nequitia extinguenda, reddẽdáque mutuo charitas, vt per eam nobis tum vitæ huius, tum futuræ bona vendicemus.

De amore dei, & tolerantia in aduersis, Sermo.

SECTEMVR & nos supernas illas potestates, neque solum vt throno adstare propinquiores possimus enitendum, quin illum potius qui eo insidet, nobis habeamus inhabitãtem: ille nanque

nanq; se odiẽtes dilexit, & in amore perseuerat. Solis em̃ vt probis, ita & improbis ortũ præbet, iustisq; æque atq; iniustis pluuiam dimittit. Tu ergo amantem te deũ cole: ob hunc em̃ in te amorẽ, inquit, gehennã cõminatus est, & supplicia. Nequitiã quidẽ intercidens, ac tanquã frẽnis sistens tuũ ad peiora prolapsum, prospera aduersáq; obiiciendo, nihil intermittit quatenus te cõprimat ruiturũ: nam & te nõ solum sibi adiũgit, sed omni improbitate, quæ quauis gehẽna grauior habẽda est, liberũ reddit. Quòd si hęc dicta irriseris, libueritq; nequiter potius vitã ducere, q̃ ad diẽ vnũ tormentis vexari, nihil est mirũ: id enim est tum mentis non integræ, tũ temulẽtiæ & insanabilis morbi indiciũ. Nã & pueri minutiores cũ medicum spectant vel vstionẽ vel incisuram aliquã illaturum, diffugiunt gemebũdi, & se lacerãtes exiliũt, malunt q; sanie cõtinua & tabe interire, quàm momẽtaneũ dolorẽ ferre, vt in reliquũ conualescãt: verũ qui B
mentis sunt cõpotes, nõ ignorãt aduersam eam corporis valetudinem fore cauterio quouis & scissione grauiorẽ: nec minus improbũ esse, quoduis suppliciũ malignitate exceedit. Sanitas illã medelã cõsequitur: at morbi incuriã & neglectũ, interitus vel assidua valetudo. Quod autẽ sanitas languore sit potior, latet neminẽ: siquidẽ prędones haud tãtũ sanè cum latus trãsfodiũtur, sunt deplorãdi, sed cũ muros perforãt, & homines enecãt. Nã si anima corpore præstãtior est, eius potius est deplorãdus interit⁹: idq; eò magis dolendũ, quo nullũ ex vulnere dolorẽ sentit. Enimuero & qui perdito detinẽtur amore, maiore sunt venia digni, q̃ qui grauiori febri vexantẽ: vinoq; graues q̃ qui torquẽtur amore. Dicet aliquis, si adeo hęc (vt inquis) grauia sunt, cur illa optam⁹? Respõdebo equidẽ, quoniã plerosq;, vt aiũt, hominũ peiora delectãt, C
ita vt malis electis potiora prętereãt: quod & in epulis rebusq; publicis, ac vitę huius actionib⁹, fruẽdiq; voluptatib⁹, in fœminis ipsis, ędibúsq;, & mãcipiis, agris, & reliquis in rebus spectare licet. Quid em̃ delectabilius, mulierine an maribus cõmiscri? fœminis an iumentis? inuenies tamen nonnullos fœminis reiectis cũ beluis habere cõgressum, mariumq; corpora summa iniuria consputcare: tametsi quę naturã sequuntur, multo magis, quàm quæ cõtra fuerint, voluptatẽ afferũt. Sunt tamẽ pleriq; qui res supplicio & irrisione dignas, minúsq; delectabiles pro suauib⁹ & amœnis cõsectãtur. Dicet aliquis, at istiusmodi res consueuisse nõnullis esse voluptati. Idcirco magis ac magis eos dixerim calamitosos, quòd ĩsuauia ꝓ suauibus ducãt, pœnamq; acerbiorẽ quàm peccata ipsa D
constituãt: quod longe aliter esse cõstat: nam si peccãtibus pœna obesset, neq; mala de⁹ malis ingereret: nec em̃ diuinæ fuerat volũtatis; quos creasset, malos fore: neq; is nequitiã auxisset, q̃ eã extinguere maximum sit in modum enisus. Nõ igitur illata peccanti pœna pro malo habenda est, quin male cũ eo fuisset actũ, si nullo esset supplicio affectus: foretq; ægrotãti illi haud absimilis, cui nulla pro eius valetudine cura adhiberet. Nihil itaq; adeo officit, q̃ absurda & immoderata libido: absurdã autẽ dixerĩ deliciarũ, inanis glorię, potentatus, & reliquarum rerũ quę frustra appetuntur, cupiditatẽ. Qui enim molliorem hanc solutámq; vitam duxerit: etsi omnibus appareat esse beatior, cunctis tamen est profecto miserior, quãdoquidem graues animæ suæ heros tyrãnosq; inuexit. Eò nanq; deus vitam laboriosam effecit, vt eius nos seruitute liberaret, absolutamq; in libertatẽ induceret, propterea q; & supplicia cõminatus est, & labore mollitiẽ comprimẽdo, vitę huic cohæredes effecit. Nam & Iudæi cũ luto essent & lateribus operandis astricti, & humiles erãt, & deũ frequẽtius inuocabãt: postquã vero libertate fũt vsi, dominũ queruli ad irã concitarũt, & malis sunt innumeris circũuenti. Quid igitur de his dixeris, q̃ calamitatibus & pressuris nõ nunquam succumbũt? respondebis fortasse illos non ob calamitatẽ, aut aduersã fortunã, sed propria quadam imbecillitate succubuisse. Nam si quis adeo lãguenti sit stomacho, vt amarã aliquam medelã, quæ illum sanare queat, nõ patiatur, ita vt hausta offeciſſe potius quàm profuisse videaẽ: nõ est profecto potio ista, sed affecti stomachi valetudo culpãda: nec secus ea in re animi leuitas quædã incusanda est: nam qui fuerit aduersis animo cõsternatus, eãdem vel maiorẽ in prosperis iacturã patietur: quippe qui vinctus cõciderit (id enim pressurã & infortunium dixerim) facilius cũ solutus fuerit & liber, lapsurus est: si cõstrictus itaq;, & calamitate pressus conuincitur quispiã, lõge magis cũ ea vacuus aut missus fiet. Quo, inquiet aliquis, pacto potuerim nõ vinci, infortunio & calamitate oppressus? Poteris quidẽ, si te nõ fugerit, volẽ ti tibi vel inuito aduersa oĩa esse tolerãda: quę si animo patienti tuleris, plurimũ lucri feceris: si iniquior, contumaci, & maledico, calamitate nihil imminuta maiorẽ in te procellã cõcitabis. Quę cũ ita sint, faciamus ex necessitate voluntatẽ seu virtutẽ. Exẽpli gratia, Propriũ quis amisit filium, substantiam alius omnem, & fortunæ bona: si noueris, quod semel peractũ est, nec deleri ampli⁹ nec solui posse, licebit ex ea insanabili calamitate vtilitatis aliquid cõparare: si magno ac virili animo aduersos tuleris fortunæ casus, próq; maledictis domino laudem referas, hoc pacto quę spẽ pręter obuenerint mala, in volũtatis officiũ commutabis. Spectasti filiũ immature ereptum, dicito: Dominus dedit, dominus abstulit. Vidisti rem tuam imminutã, illud in ore habeto: Nudus exiui de ventre matris meæ, nudus decedã. Verũ si improbis videris rẽ bene succedere, iustos autẽ infelices esse, multaq; & grauia pati, & eiusmodi infelicitatis causã ignoras, dices: Bestia factus tũ apud te, verũ ego semper tecũ. At si quęsieris cur res hoc pacto ferri permittat de⁹, intellige statutũ esse per eũ iudicij diem, quo mundũ sit iudicaturus: hoc modo nihil posteà hęsitabis, nihil amplius: tunc em̃ pro meritis quisq;, non secus ac Lazarus & opulẽtus ille, recepturus est præmiũ. Reminiscere quemadmodũ apostoli cum cæsi essent, & diuersis tormẽtis pleriq; affecti, sũmopere lætabãtur, quòd dignarẽtur pro Christi nomine iniurias perpeti. Ipse vero cũ in aduersam incideris valetudinẽ, feres æquo animo languorem, deoq; ob id gratiã dices: hoc modo parẽ illis recipies mercedẽ. Poteris præterea valetudine & dolore affectus deo gratias reddere, si cum ex animo colueris. nam si in ignẽ tres illi pueri coniecti, aliiq; carcere & vinculis detẽti, vel malis innumeris obducti, nihil intermitebãt deo gratias laudésq; referre: multo magis qui corpore fuerint insano & affecto. Nihil est em̃, nihil inquam, tã horridũ tamq; tremẽdũ, quod hi qui vel morbo, aut pœnis discruciantur, nõ superent, si diuino sint amore incẽsi, & ita vt neq; ignis, neque ferrũ neq; inopia, neq; lãguor aliquis, neque mors, neque aliud quippiã istiusmodi, graue aut molestũ appareat

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei qui hunc sit erga deum amorem consecutus: quin etiam aspernatus cuncta, & irridens subleuabitur ad cœlum, vbi pari cum reliquis eodem diuersantibus vtetur beatitudine: terris insuper & ponto repudiatis, in diuinæ gloriæ splẽdorem duntaxat & pulchritudinem firmabit obtutum: illíque adeo animum intendet, vt rebus vitæ huius haudquaquam aliquam in partem aduersis flecti queat, vel prosperis & iucũdis efferri. Afficiamur itaque amore eiusmodi, quem æquiparare nihil potest, nec solum præsentium aut futurorum bonorũ gratia, quin his omissis ob ipsius amoris naturam. Sic enim sumus tum in hac vita, tũ in futura supplicia cuasuri & pœnas, ac regnum cœleste illud vendicaturi. Verum neque gehennę euitatio, neque cœlestis imperij fruitio, pro magnis habẽda sunt, si cum his quæ dicturi sumus, conferantur: siquidem omnium præstantius est deum colere, eundémq; tui habere amatorem, cuius amor etsi mutuo inter homines esse contigerit, omnem superat voluptatem. At si idẽ & deo inesse comperitur, quæ mens concipere, vel quę eloquẽtia poterit concupitæ animæ beatitudinem, quam vel sola tolerantia promerebitur, explicare? Vt itaque experiẽtia ipsa tum spiritalis iucunditatis huius, tum vitæ beatioris, & dei in quo vniuersę sunt opes, haberi per nos cognitio possit, relictis cæteris, diuino huic amori, & nostri oblectandi causa, & dei qui & colendus & efferendus est gratia incumbamus.

De gratiis reddendis deo non solum verbis sed etiam operibus, Sermo.

GRATIAE sunt per nos deo habendę, quando cum his qui salui sunt facti, & ipsi annumeremur: & eã quam ex nostræ vitæ actionibus haudquaquam essemus salutẽ emeriti, dei sumus munere singulari consecuti: idcirco vt gratias illi reddamus, non solum verbis, verum erit & opere enitendũ: poteritq; tum vera quędã gratitudo dici, si nostris ex actibus deus laudẽ cõsequaꝫ, cauerimusq; ne in eadẽ illa recidamus, quę ante improbata euasimus. Nam si ipsi fortè imperatorem aliquẽ fuerimus cõuicio & probris insectati, isq; nos cõtrà pro pœna emerita honoribus auxerit: nõne & merito supplicia prioribus acriora essẽt ferẽda, si rursum quemadmodum ingratitudinis & procacitatis conuicti, eundem conuiciis incesserimus? Neq; eũ adeo nos prior illa in principem illata cõtumelia, quàm quę post susceptos honores & cõmoda iniuria ingratos argueret. Quocirca fugiẽda erũt, quib⁹ antehac liberati fuerimus discrimina: neq; ore dũtaxat sunt gratię deo habendæ, ne fortè de nobis illud pronũcietur: Populus iste labiis me honorat, corde autem lõge à me abest. Verũ quo pacto nõ absurdum illud videri debet, cũ & cœli ipsi dei gloriam prædicent: ipse vero cuius ob gratiã sunt illi effecti, ita te gesseris, vt tui & fictor & creator deus te ꝓpter male plerũq; audiat? cui sceleri nõ solũ qui maledixerit erit obnoxius, verũ & ipse qui maledicẽdi causam dederis, fores pœna mulctãdus: vtq; & cœli etsi nõ magis taciti deum laudibus prosequuntur, q̃ eius cœlesti facie ad diuina præconia mortales inuitant, dicũtur tamẽ deo laudẽ pronunciare: sic & qui vitã dixerint puriorem, vel ore silenti deum extollere videbũtur, quãdo sui quodam exẽplo & reliquos homines eundẽ vt laudibus efferãt, pelliciũt. Siquidẽ deus nõ tantũ admirationis & laudis ex cœlesti hac formata machina vẽdicat, quã- A tũ glorię sibi ex optimis vitę huius humanę actionib⁹ cõparat: quippe cũ de fide aduersus gẽtes oritur disceptatio, nullũ cœlum, quin homines ipsos proferimus, qui cũ antea fuissẽt feris bestiis truciores, angelorũ sint diuino impulsu imitatores effecti: qua vitæ immutatione producta, cõfestim illis ora occludim⁹: eo magis cũ homo sit cœlo prẽstãtior, liceatq; cũ animo parere cœlesti quouis splẽdore micãtiorẽ. cœlum enim etsi tandiu sit ad visum expositum, nõ eam habet persuadẽdi vim, quã Paulus est tã breui Christi fidem vulgãdo assecutus, vt ad se terrarum orbem traheret vniuersum: cui⁹ & anima vel cœlo digna est habita, cum nostra nec terra dignãda sit: cúmque & cœlum suis terminis præstet, huius tamẽ animi celsitudo vel cœlũ superans Christo obuersatur: tantúmque decore prẽstat, vt vel diuina sit laude dignat⁹. Itẽ & angeli cum essent creati, astra sunt ipsi & stellas demirati: hũc vero ille qui protulit, Vas mihi electionis est iste, mirandũ effecit. Cœlũ præterea hoc nebulæ plerunq; obducũt: at Pauli animũ nulla vnquam rerum obtexit angustia, quin aduersantibus cũctis trãquillior quauis meridiana luce videbatur, eãq; animi constantiã & nitorẽ in turbida tempestate seruabat, quã in sereno seruasset: siquidẽ sol q̃ in eo fulgebat, nec tam infirmos radios emittebat, vt ex molestiarũ concursu hunc sineret obũbrari, quin eapropter magis ac magis clarescebat. Vnde respõsum illi est: Sufficit tibi gratia mea: virtus eũ in infirmitate perficitur. Imitemur itaq; & ipsi Paulum: nõ enim (modo libeat) cœlũ ipsum & sol, vel orbis vniuersus alicuius esse momẽti apparebunt, si nobiscũ conferãtur. Hæc quippe nostri sunt gratia effecta, nec ipsi sumus illorũ causa creati: idcirco ostẽdamus non immerito cũcta C hæc extitisse nostri contemplatione edita, quorum si nec creationẽ, nec cœleste videbimur emeruisse imperiũ, nec solẽ ipsum intueri, his proculdubio indigni erunt quotquot in dei cõtumeliam vixerint. Ergo rebus ad dei laudẽ enunciandam creatis indigne fruentur, qui fuerint in opificem rerũ contumelios⁹: siquidem & filius si patrẽ lacessit, nec dignus quidẽ iudicabitur, qui seruis anteponatur in dispẽsando nõ improbis. Cur id? quoniã creata hæc cũ plurima sint gloria potitura, nos supplicia & torméta merebimur. Quantæ igitur illud ærũnę fuerit, cum ea quę ad nostri sunt gratiam cõdita, & dei filiorum, & libertatis figuram præ se ferãt: nos vero in dei liberos & habitos, & creatos prę ignauia quadam iri perditum, per quos reliqua quę fuerint creata, cœlestẽ sint beatitudinẽ habitura? Ne igit illud eueniat à nobis, qui animo fuerimus puriori, curãdum erit, vt idem ille status perstet integer & immotus, augeaturq; splendore, & lumine illustretur: nec nobis tamẽ desperãdũ, si illũ simus sordidum & squalentem sortiti. Quãdo, vt ille inquit, si fuerint delicta vestra vt coccinũ rubentia, quemadmodum niuem dealbabo: si rubra, in velleris speciem candida reddã. Nil itaq; erit de diuinis pollicitationibus hæsitãdũ, quin ita viuendũ, vt pellectæ in commodũ cedãt, cui sunt grauius pleraq; cõmissa. Quorsum hæc? nondũ tibi paratũ spectaculũ dimissum est, nõdum vallum excessisti & fossas, licet adhuc extremę palęstrę victoria priorũ certaminum damna sarcire: nondũ eò peruentũ est, vbi & diues ille cruciaꝫ, vt audire queas, Chaos inter nos esse immẽsum. Nondum sponsus aduenit, vt oleũ quis vereatur impartiri, datur adhuc illud emẽdi & seruandi facultas, nondum

nondum quispiã est qui id dixerit: Ne fortè nobis & A vobis sit haud satis. Extant enim adhuc opulenti cõplures, supersunt nudi, famelici, valetudinarij, & carceris incolæ: hos ale, illos induito, iacẽtis & ægri curã suscipito, fluet hoc pacto & tibi oleũ quibusuis fõtibus vberius: nondũ rationis reddẽdæ aduenit dies, vtere hoc ad opportunitatẽ tẽpore, præcide debita, ac missa facito, debentíq; olei cados centum, dicito: Accipe librũ, quinquaginta inscribe: itidem tum in re pecuniaria, tũ dictis fastisq; tuis, & reliquis actionibus egeris velim, optimum illum dispẽsatorẽ imitatus: eadẽ hæc vt teipsum, sic & necessarios, sanguinéq; coniũctos commonefacito: dum loquendi facultas suppetit, dum nulli sint in tui locũ necessitate aliqua, vt id exequantur, surrogãdi: dum habes vt tibi, sic & cæteris, consulendi arbitrium. Quippe cũ illò aduenęris, neutrũ horum facere cõmode licebit, B & merito quidem. qui enim tantum temporis spaciũ acceperis, nec tibi interea, nec alteri cuiquã profueris: quo pacto cũ fuerit in iudicis man⁹ peruentũ, cõsequi istiusmodi gratiã quiueris? Quæ omnia si in vnum contulerimus, enixius erit nostrę saluti inhęrẽdũ, neq; vitę huius opportunitas intermittẽda. Possunt, inquã, possunt vel in ipso vltimo spiritus efflatu gratiæ deo haberi, licebitq;, & si nõ pari facilitate, ex testamento cũ deo in gratiam redire. Dicet quispiam, quonã id pacto fiet? fiet quidẽ si Christum tuis hæredibus cohæredẽ adscripseris, & portionem illi hæreditatis totius imparties: quem & si viuens nõ alueris, moriens saltẽ è tuo aliquid illi relinquito, vel tum maxime cũ desinunt tuę esse ditionis quę possides. Nam vt ille natura clemẽtissimus, nec paruo per te oblata pensabit: quamuis qui eum viuẽs aluerit, & C meritis maiorib⁹, & amore ampliore sit dignus: quod si nõ egeris, saltem quod reliquũ est aggredere, eundẽ scilicet tuis facito cohæredẽ: vel si id facere pigebit, animaduerte hĩc te per eius genitorẽ hęreditatis effectum esse participẽ, eoq; inhumanitatẽ hanc tuã, & sæuitiam perdẽdam centebis. Qua enim ipse fueris ratione excusandus, si eum ad hæreditatis cũ filiis vnà nõ admiseris communicationem, qui tibi & cœlos communicauerit, qui mortem tui ob causam nõ obligatus, sed gratiã facturus subierit, pro quibus suis immensis in te beneficiis magnũ es illi in modũ obnoxius? hæc cũ ita se habeant, nõ vt debitum exacturus corona te & palma donabit, sed vti mun⁹ à te aut gratiam susceptur⁹. Præbe itaq; illi abũde pecunias, nec vsui tibi futuras in posterũ, neq; vltra in tua potestate permansuras: vt tibi imperiũ largiatur perpe- D tuo valiturũ, & donet item præsentibus his fortunæ bonis. Proinde cohæres per te cõstitutus, & liberorũ leuabit orbitatẽ, insidias soluet, & molestias propulsabit, & calumniantiũ ora occludet: quódque vel filij nequeunt, testamentũ tutabitur, corrumpiq; haud sinet: vel si permiserit, quę fuerint ꝓ te ex scripto relicta, propriis facultatibus compensabit, liberalitate summa & munificẽtia, eo magis quò fuerit per te huiusmodi honore dignat⁹, vt hęres adscriberetur. Cõscribe itaq; hunc cohæredẽ: is enim est cum se adieris, omniũ quę viuẽs gesseris causam cogniturus. Eò accedit, quòd hominum pleriq; miseri quidẽ & calamitosi, cũ nullos susceperint liberos, id tamẽ facere nec patiũtur, quin parasitis malint, assentatorib⁹ huic illíve eorũ fortunas, quàm Christo optime de se merenti impertiri. Quo quid fieri potest à recto magis

alienũ? Cuiusmodi homines siue cũ beluis, siue cum lapidib⁹ ipsis cõtulerit quispiã, nihil profecto afferet, quod horũ hominũ socordia sit & insensibilitate dignum, neque quauis rerũ similitudine istorum quiuerit vesaniã & furias explicare. Quam igitur hi veniam assequẽtur, qui cum in humanis agerent, nullã Christo alimoniam dederint, nec demum vita excesserint, ex his pecuniis quarũ nulla est eis amplius certa aut futura possessio, aliquid velit illi vel tenue & perexiguum dono deferre: quin adeo se maleuole in eũ & hostiliter gerũt, vt ne ea quidem quæ nulli sunt sibi vsui obuentura, Christo impertiantur? Num haudquaquam aduertis plerosq; hominum ne tali quidẽ fuisse viuendi fine dignatos, quin repẽte morbo correptos excessisse è vita, cũ tibi de⁹ & propinquos cõsulendi, & propalãdi fortunas, domui etiam vniuersę dispõnẽdi facultatem concesserit? Quam ergo afferes, quæ purgare hanc tuã possit pertinaciam, rationẽ: siquidẽ pro accepta gratia dei sis beneficio abusus, longoq; abs is interuallo tum tua, tũ maiorũ tuorum fide? Illi enim dũ viuerent, cuncta quę habebãt, ad pedes apostolorum conferebãt: tu vero vel moriens tuarũ rerum partem egenis demanda, idq; si facere neglexeris (tametsi alienæ inopię subleuatio potior sit, dũ spiritus hos regit artus, & fidentiorẽ facit) morti tamẽ proxim⁹ ede aliquid, quod animi prę- ferat magnitudinẽ, amorisq; erga deũ, etsi nõ immẽsi, mediocris tamen indicio sit futurũ. Ita fiet, quòd si primas non fueris cũ agnis sedes habiturus, nõ parui possit existimari si post eos secundas obtineueris, nec tibi sit ad sinistram cũ hœdis commorandum. Quòd si ne id quidẽ erit per te peractum, qua poteris ratione excusari, quãdo nec dei timor neq; inuidia & superuacanea pecuniarũ futura possessio, neque liberis relinquenda securitas, ampla illa, & proposita tibi & seruata venia reddere te humanum queant? Quas ob res vos equidẽ hortari velim, vt vestras hasce facultates & bona, maiorẽ in partẽ dum auram hanc spiratis, facereq; id viuẽdo licet, egẽtibus relinquatis. q̃ si fuerint nonnulli adeo pusillo animo, & abiecto, qui exequi id optimũ facinus minime patiantur: in re tamen vrgente, & vitæ discrimine pietatem seruent, eo magis, quòd cum vitam hanc ducerẽt, nõ secus atq; immortales futuri, his bonis fortunæ inhærebãt: nũc vero certiores facti, ea fuisse se conditione natos, vt morianẽ, desinãt id opinari, cõsulãtq; rei suę vti mortales. Ipse vero etsi graue tibi illud, horribileq; videbitur quod sum dictur⁹, dicendũ est tamẽ, parẽ facito vel tuis Christũ mancipiis: quæ vt per te nonnunquã libertate donãtur, ita & is inedia erit & vinculis, inopia & nuditate soluẽdus. cõtremuisti id forte audiẽs, vel hisce perculsus es verbis, quin potius si ea nõ egeris, magis erit contremiscẽdum: siquidẽ moriens illò concesseris, vbi & grauiora his multo exaudies, & insanabilia torméta spectabis. Quid tũ inquies? ad quẽ confugies? quem tibi in auxilium, vt opem ferat, deposces? nũ Abraham? Non te audiet. Num virgines illas? ne hę quidem olei tibi quicquam impartientur. num genitorẽ? num proauos? non certè quiuerit horum quispiam, vel si sanctimonia præstet, latam in te sententiam soluere. Quæ omnia tecũ animo reputãti, ille & solus precãdus erit, & exorãdus, qui & scriptã in te delere damnationẽ potest, & incendium restinguere: quod proculdubio assequẽris, si inopẽ cõtinuo & alimonia iuueris, & amictu: ita fiet vt hĩc spei

Universidad de Deusto
Biblioteca

plen° abscedas,& illo profect° bonis futuris potiaris.

EX MATTHAEO, CAP. V. DE FVGIendis iuramentes, & quòd deo gratias agere debemus &c. Vide,hoc tomo ad populũ Antiochenum,Homil.XXVIII.

De oratione Dominica Homilia.

DOMINICA oratio ex pontificali doctrina electis ad fidem debetur. Et quia debitũ ex debito à nobis exigit̃,vltro vobis reddimus ore,quæ à nobis exigitis corde. Oratio dominica ita dicta est credẽtibus,vt operib° & moribus cõueniat: & ne in multiloquio incurreremus peccatũ, collecte voluit dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare. Alia est em̃ propria oratio,alia dominica. Vos ergo qui accepistis orationem in cõfessione, assignãdã deo,debetis corde credere,opere perficere. Dictũ
Eccli. 18. est enim, Ante orationẽ præpara teipsum. Quid est, Ante orationẽ prepara teipsum,nisi expoliatus cogitatione parua sic accedas ad dominicam orationem?
Matth.6. Sic ergo orabis, *Pater noster qui es in cœlis*. Magna dignatio patris,magna dignatio creatoris, vt creaturã captiuatam peccatis faceret liberã, ille qui ascendẽs in altum captiuam duxit captiuitatẽ,dedit dona hominib°.Ergo vide,quis rogas,quid rogas,quẽ rogas. quis? homo: quid? indulgentiam: quem? deũ. Ego patrem nostrũ dicimus deũ.Non quærit iste pater proprie se vni dare, & alij se negare, sed quomodo dicim° nostrũ,sic & nos debemus effici ipsi°. Qui serui eramus,facti sumus liberi:cæci,videntes:febriẽtes,salui.Quia ergo pater & mater carnis huius creauerunt nos,ille veniẽs dignat° est regenerare nos.Ergo patrẽ deũ habemus,ad honestatẽ patris ambulate,in volũtate eius proficite,vt eius promissionẽ accipiatis. Indignum est em̃, vt si aliquis sit adulter, bilinguis, inordinatus,subdolus,male agẽs,à fide recedens, tepidus in religione,sine studio viuens,captiuatus errore, dign° sit dici filius,aut ille audeat dicere,Pater. Ergo habete charitatẽ dei,vt sit in vobis cor & anima vna, vt digne dicatis ei,Pater noster:& videte vbi vocatis pattrem,vtiq; in cœlo.Ideo clamamus in cõspectu sacrificij, Sursum corda.Vbi cõfessio nostra teneẽ,cor quotidie ibi repræsenteẽ.Cũ cõsurrexeritis cũ Christo,quæ sursum sunt,quærite:vbi Christ° est in dextera dei sedens,vt cum fiducia dicatis,Pater noster,qui es in cœlis.Sequitur oratio. *Sanctificetur nomen tuum.* Quę est ista sanctificatio dei,nisi vt sanctis morib° viuentes in nobis deus sanctificetur?Nã quicunq; puro corde & pacifico cũ omnibus hominib° viuit,loquitur veritatem in corde suo, & doloſe nõ agit sub lingua sua:in hoc videntes homines bona opera,clarificãt patrẽ qui est in cœlis.Dixit ipse dominus noster, Sancti estote,quia ego sanctus sum. Quid est,Sãcti estote,nisi præcepta mea implete,voluntatem meã facite,in viis meis ambulate?Cũ ista feceritis,sãctificatur pater noster,qui est in cœlis.Sequitur dicẽs. *Adueniat regnũ tuum.* Necessaria postulatio, quãdo fragilitatẽ carnis nostrę regit rector & creator noster.Adueniat regnũ eius,sed in nobis,non ad iudiciũ,sed ad redemptionem.Nam quę conscientia est,quæ sit præparata ad regnum illud iudicij? Et quare dicebatur, Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo, quoniã nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs?Ergo quomodo intelligimus, Adueniat regnũ tuũ? Adueniat, id est in me veniat,vt & ego efficiar rex regẽs limũ carnis meæ,terrã meã quę fuit maledicta,spinis & tribulis plena.Ideo dictũ est:Et nũc reges intelligite, erudimini oẽs qui iudicatis terrã. Qui iudicat terrã carnis sue,rex est carnis suæ.Sed nõ potest homo regere carnem suã,nisi rectus fuerit à rectore suo.Nam quãdiu cõcupiscit spiritus aduersus carnẽ, caro aduersus spiritũ:quia hæc duo sibi inuicẽ aduersanẽ,vt non ea quæ volumus faciamus, nondũ venit regnum dei in nobis.Sed quãdo subdita est caro spiritui,aduenit regnum dei in nobis. *Aduenias ergo regnum tuũ,fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra.* Quæ est volũtas eius,nisi dominus dei filius,qui ait patri,Nõ veni facere volũtatem meam, sed voluntatẽ eius qui misit me? Quæ est volũtas eius, nisi quòd dominus cecinit patri,Pater hoc volo,vt vbi sum ego,& isti sint mecum? Quæ *Ioann.* est volũtas eius,nisi obedientia, charitas, humilitas, mãsuetudo,benignitas,castitas,lõganimitas,pudicitia, simplicitas? Hę virtutes ex volũtate dei descẽdũt. Quid est, *Fiat voluntas tua?* In anima mea, & in carne mea,in cœlo mentis meæ fiat voluntas tua, in carne corporis mei impleat volũtas tua. Est & alius sensus, Fiat volũtas tua,sicut in cœlo & in terra:Sicut in angelis tuis,quos fecisti in spiritu:Quia tu facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignẽ vrentẽ. Ita dona nobis spiritualiter viuere,quomodo angeli qui carnẽ non habent,vt fiat volũtas tua sicut in cœlo & in terra. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Magnus iste panis,qui replet mentẽ & non ventrẽ. Iste panis & noster est,& angelorum:iste panis manducatur, & non finitur:iste panis totum mundum replet, & integer manet.De ipso comedim°,inde viuim°, inde pascimur,inde nutrimur,inde peruenim°.Et tamẽ quotidie illum quærimus,ne deficiat fides nostra,ne vires animę nostrę in ista arcta & angusta via fatigatę non perueniant ad patriã. Ergo domine pasce nos quotidie pane cœlesti, verbo tuo sancto quod carnẽ fieri voluisti,vt habitaret in nobis.Ipse panis est,qui fractus est illis ambulantibus in via, quem agnouerũt in fractione panis.Quid est em̃ frãgere panẽ, nisi secretum aperire, agnoscere deũ & hominẽ? Ergo domine da nobis istũ panẽ quotidianũ. Nã primo mater ecclesia ex vberibus doctrinæ suæ lacte potat, dicẽs, Lac vobis potũ dedi,nõ escam: nondũ enim poteratis,sed nec adhuc quidẽ potestis,adhuc em̃ estis carnales. Accipe lac,vt puenias ad panẽ: accipe orationem,vt peruenias ad perfectionẽ. Ergo panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie.Hodie dei intelligit̃,hodie dei noctẽ nõ habet,hodie dei lux lucis est,& fons luminis.Ergo domine illumina corda nostra, vt mereamur quotidianũ panẽ.Hic modo versicul° qui sequitur magnã habet conditionẽ,magnũ nobis incutit timorẽ. Excutite ergo pigritiã de animis vestris, non est res leuis quam audituri estis. Sequitur dicẽs, *Et dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quę sunt debita? fortè cautionũ debita, fortè aliquid debemus deo.Quid debem° deo,nisi imaginẽ & similitudinẽ eius seruare illęsam?Quid debem° deo? honore mutuo prœuenire. Sũt alia debita, quę debem° deo.Peccauim° illi grauiter, iniuste egimus,iniquitatem fecimus.Aut quis castum se gloriat̃ habere cor, aut mũdũ se esse à peccatis? Si dixerim° quia peccatũ nõ habem°,ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.Ergo ista sunt debita:quia nõ est sine peccato, nec infans vnius diei natus super terrã. Nam quomodo potest mũdus esse de immundo cõceptus semine? quia in iniquitatib° cõcepti sumus, & in de-

in delictis mater nostra in vtero nos aluit. Exíde cõtraximus peccata,nõ tantũ originalia,sed & propria commissa.De ipsis debitis clamamus:Dimitte nobis debita nostra, & profitemur professionem periculosam,vt dicamus deo,Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.Ergo dimittis peccata peccãti in te,discute conscientiam tuam. Si sol nõ subiit cum iracũdia tua,si maledicentẽ te nõ remaledixisti, si iniuriã passus non es comminatus:si ista feci sti,in errorem te nõ induxisti: nec enim deũ fallere potuisti,qui est iu-
Rom.13. dex conscientiæ tuæ.Ergo nõ aliqua debita attendẽda sunt,sed peccata peccãtibus in se.Cõcludat Apostolus propositionẽ nostrã: ipse dixit, Nemini quicquã debeatis,nisi vt inuicem diligatis.Ecce si diligẽ-
Eccli. 28. do dimisisti,vera erit confessio tua. Nam cõsidera alibi quid dicit.Homo homini seruat irã,& à deo quę-rit medelam?Si vis ergo vt dimittãtur tibi à deo quæ commisisti,dimitte peccanti in te, ne si nõ dimiseris,
Matt. 28. dicatur tibi,Serue nequam & piger,omne debitũ dimisi tibi,quia rogasti me,& te nõ oportuit dimittere
Marc.11. conseruo tuo?& eris non dimittẽdo inutilis seruus,& particeps pœnę perpetuę.Dimittite ergo de cordib° vestris fratrib°,vt dimittat vobis pater vester,q est in cœlis.Vltima est ista orationis sentẽtia, quam dicturi sumus: *Et ne patiaris induci nos in tentationẽ, sed libera nos à malo.* Quę est ista tẽtatio,nisi illa,de qua rogat Apostolus,dicẽs,Fidelis est deus,qui nõ vos patietur tentari supra quàm potestis ferre, sed faciet tẽtationem etiam cũ exitu,vt possitis sustinere? Tentatio grandis est,fratres chariſſimi, impatientem patiẽtia vincere: non vinci à malo, sed vincere in bono malũ: cibare inimicũ,necessaria ei subministrare, orare ꝓ illo magna tentatio,magna exagitatio est.Est alia tẽtatio hæ reticorum, qui colloquio suo corrũpunt bonos mores.Est tentatio tertia,quãdo se transfert diabolus in angelũ lucis,vt decipiat, vt per bonũ operetur mortem, vt fiat supra modũ peccator peccãs per mandatũ.Ista tentatio est:vbi est legis prohibitio,ibi est magna tẽtatio.Ideo ergo clamat ecclesia, Ne nos inferas in tentationẽ,sed libera nos à malo.Sed quia viribus nostris nullus potest ista implere,dicam° adiutori nostro, libera nos à malo. Quid est perfectũ malũ, nisi diabol° prĩceps hui° mũdi & author operis mali? Cũ ab ipso nos liberauerit,vere liberi erimus. Tenete orationẽ,vt non intretis in tentationẽ,& dicite voce angelica de vestra liberatione:Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM EXPOSITIO. *Homilia I.*

NIVERSALIS ecclesia gaudet in vna regula charitatis Christi, & in fide nominis Christi exultat, maximè quando credẽtium lucris locupletatur. Crescẽte ergo populo peculiari, dilatatur cor credentium ad iustitiam, ore autem celebrant confessionem ad salutem. Vos autẽ genus electum,grex nouellus dei, qui cõperitis à rege regum,& domino dominorum munus gratiæ:qui baptismum salutarẽ speratis vobis affuturum, audite professionis vestrę verba.Regularis ista doctrina cõfirmat credentes,adiuuat proficiẽtes,consolatur viatores,confortat perseuerantes,coronat peruenientes. Ergo audite hanc,vt dixi, regulam vestræ confessionis: *Credo in deum patrem omnipotentem.* Videte qui,cui, & quid loquamini.Dixistis,Credo. Quàm breue est, quàm modicum est? si ad latitudinẽ literarũ redigatis,quinque literæ sunt:si ad syllabarum numerũ,duę sunt syllabæ. Hæc credulitas si conquadret moribus & vocibus, fructũ inuenit salutis. Credulitas hæc in toto mundo sparsa est: credit Christianus in ecclesia dimitti sibi peccata, credit moribus compositis deo placere,credit indulgentiã mereri,credit vitæ ęternę promissionẽ,credit pœnã promissã peccatorib° : ergo creditis deo oĩpotẽti, qui posse ipsius non potest inuenire nõ posse:tamẽ aliqua nõ potest:vtpote falli, fallere,mẽtiri,ignorare,initiũ & finẽ habere,nõ præuidere præterita,obliuisci prędẽtia,nõ attẽdere futura,nescire:ad vltimũ negare seipsum nõ potest. Ecce quanta nõ potest:tamẽ est omnipotẽs,quãuis ſuperi° cõprehẽsa nõ potest.Ergo credo in deũ patrẽ omnipotentem.Ecce patrẽ deũ vocatis.Ad honorẽ patris venite,mores patris custodite,eius volũtatẽ implete, si vultis hæreditatem eius accipere.Quis est filius cõtemnens patrẽ,qui mereatur eius accipere hæreditatẽ?Ergo si desideratis ea quę promittit,mereri,viuite pro voto eius,in prœceptis eius permanete:quę iubet fieri,facite:& quæ prohibet ne fiãt,facere nolite.Ecce isti qui hoc faciũt,libere dicũt,Credo in deũ patrẽ omnipotentẽ.Sequitur, dicens: *Et in vnicum filiũ eius dominum nostrũ Iesum Christũ.* Iste quare vnicus? quia alter filius nõ est. Quare primogenitus? quia in seculo nemo sic natus est.Istum vnicum dei filiũ de substantia patris natũ & genitum confitemur, & initium de patre habere dicimus.Patri coæqualis in deitate,de° & deus:sed tamẽ nõ duo dij,sed vnus deus. In potestate vna potestas,in esse vna essentia,in substãtia vna virtus,vna maiestas. hoc credite, ne hæreticorũ colloquia mala corrũpant mores vestros bonos. Dicũt enim patrem maiorem,filiũ minorem. Hoc anathematizat ecclesia catholica: æque dicũt spiritum sanctum creaturam.Etiam hæc abominatur talẽ doctrinam. *Ego iste natus est de spiritu sancto ex Virgine Maria.* Iste spiritus venit ad Mariã,ingressus in eam,verbum caro factũ est.Creuit aluus virginis,virgo erat,& prẽgnans creuit,& virginitatẽ nõ amisit. Iste ergo natus creuit,ad passionem peruenit, *Crucifixus est sub Pontio Pilato.* Eia fratres in hac prædicatione nullus piget inueniatur.Quis ei repẽdat vicissitudinẽ? Crucifixus est innocens pro nocentibus:non reus pro reis, non indigens indiguit lucra acquirere patri.Iste Pontius Pilatus præsidatũ gerebat, iussit eũ crucifigi. Sepultus est postquã mortuus,vt nobis vitã donaret. Moriẽdo mortẽ occidit, leo de tribu Iuda rugientẽ leonẽ superauit:pro peccatoribus pati voluit,ne in peccatis mundus totus morereẽ:alapis cęsus,flagellatus, aceto & felle potatus:in iis omnibus ostẽdens patiẽtiã,nõ est iratus, sed ecõtrario mãsuetudinẽ demonstrãs clamauit patri,dicẽs:Ignosce illis,quia nesciunt *Luc.23.* quid faciũt.Videtis quale exẽplũ nobis patientię dimisit. Et vos fratres chariſſimi q̃ suspiratis ad gratiã peruenire,q̃ clamatis: Anima nostra velut terra sine aqua tibi,cito exaudi nos, imitamini caput vestrum Christũ,q̃ cũ malediceretur,nõ maledicebat: cũ iniuriam pateretur,nõ cõminabatur: tradebat autẽ iu-

Universidad de Deusto Biblioteca

dicāti se iniuste. Ergo iste crucifixus, sepultus, tertia die à mortuis resurrexit. Ecce quāta potētia. Et in ista potētia eius, mētiti sunt ei inimici eiꝰ, vt dicerēt, Nobis dormiētibꝰ venerūt discipuli, & furati sunt eū. Impletū est quod dictū est. In multitudine potentiæ tuę mentiētur tibi inimici tui. *Sedet ad dexteram patris.* Cū auditis, sedet, nolite credere sessionē humanā. Genus est locutionis. Sedere dicit permanere. Nā dicimus, Ille sedit tres annos in illa ciuitate, id est mansit. Ergo manet ad dexterā patris. Aeque cū auditis, patris ad dexteram, nolite putare deū corporeū esse, aut membris humanis cōpositū: sed scitote quia deus ita de se voluit dici, quod possimus intelligere, non quod ipse est. Nam si dexterā habet corporeā, habet & sinistrā: & si habet manū, est vbi nō tāgit: si oculos habet, est vbi nō videt: si aures habet, in lōginquo nō audit. ergo hoc nolite credere. Cū auditis, Sedet ad dexterā patris: Dextera eius, potētia eius: brachium eius, magnitudo eius. Nā deus noster spiritus est, vbiq; totus, totus in cœlo, totus in terra, totus in cordibꝰ sanctis, pudicis, simplicibus, sobriis, immaculatis. *Ergo sedet ad dexteram patris, inde venturus est iudicare viuos & mortuos.* Hic geminum intellectū parit. Viui agnoscuntur, qui in corpore erūt in aduētu eius: mortui, qui ex hac luce migrauerunt. Aeque alio intellectu viuos agnoscimus, sanctos: mortuos, peccatores. *Credo in spiritū sanctum.* Iste spiritus vbiq; totus est, vbi vult spirat. Ipse *Acto.13.* est qui dixit, Separate mihi Paulū & Barnabā in opus ad quod assumpsi eos. Iste est spiritus procedens de patre & filio, qui diuidit propria dona singulis prout vult. Ergo iste spiritus cōsecrat, sanctificat, benedicit, honorificat, gubernat, protegit, consolatur, perducit ad sanctam ecclesiā. Quia velut nauis est in mari posita hæc ecclesia, portat epibatas, portat credentes in vna charitate, in vna modulatione, in vno remigio sāctitatis, in funibus charitatis, in velo orationis, in arbore crucis, in pice pœnitentiæ, in stuppa castitatis, in tabulis pacis, in anchora fidei. Ista ergo ecclesia in vna modulatione cantans peruenit ad portū æternitatis, ad ciuitatē pacis. Ipsa est quę dimittit peccata, exonerat omnia pōdera, eliquata corda perducit ad palmā promissam supernę vocationis. Promittit carnis resurrectionem, promittit vitam æternam: Quia mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionem. Credite carnis resurrectionē, credite quia staturi sumus ante tribunal Christi, & reddituri rationem, quæ per corpus gessimus, siue bonum, siue malum. Credite vitā æternam promissam pro ista gratia data, vt gratuita gratia accepta perseueret in vobis: vt cum perseuerauerit, quę audistis & vidistis, didicistis à nobis, hæc agite, & deus pacis erit vobiscum. Amen.

IN SYMBOLUM APOSTOLORUM *expositio alia, Homilia. II.*

SVPER fabricā totius ecclesiæ nihil aliud in fundamento ponunt sapiētes architecti, qui sunt verbi prædicatores, nisi Iesum Christū, de quo fundamento credulitas surgit. Et quia fides totum sibi vendicat, de deo vos habere conuenit hāc fidem dei electi, qui nuper ad veram credulitatē cōfessionis acceditis. Sed quia corde creditur ad iustitiam, ore vero confessio celebratur in salutem, fides primo nobis prædicanda est, secūdo spes, tertio charitas. Nam de ipsa credulitate fit initium cōfessionis. Quid enim dicturi estis? Audite & intelligite: quia cū audieritis & intellexeritis, lętitiā vobis acquiretis, dicēte Propheta: Auditui meo dabis exultationē & lętitiam. *Psal.50.* Dicite ergo quod à nobis auditis, *Credo in deū patrem omnipotentē.* Videte vnde cœpistis, Credo dixistis. Hæc credulitas cōfert vobis præsentis vitæ securitatē, & futuræ vitæ æternitatē. Ergo ponite in fundamento cordis hanc credulitatē. Sed in quo? Videte in patre, quod dixistis in capite orationis, Pater *Matth.6.* noster, qui es in cœlis: hoc dicitis & in symboli confessione, Credo in deum patrem omnipotentē: totus in cœlo, totus in terra, totus in miraculis, totꝰ in cordibus, totus in virtutibus. Omnipotēs dicit, quia posse ipsius nō potest inuenire nō posse, dicēte Propheta: Omnia quæcunq; voluit, fecit in cœlo & in terra. *Psal.134.* Ipsa ergo omnipotentia, vt totū quod vult, possit. Nā si dicimus de nō posse ipsius, nihil dicimus: quia tantæ pietatis est, vt negare se nō possit, pręsertim credētibus. Ecce quia de fide diximus dei patris omnipotentis, dicamꝰ & de spe, vt fides credat, spes accipiat, charitas iungat. Ergo creditis in vnicū filiū eius dominum nostrum Iesum Christū: Iste vnicus, qui semper fuit apud patrē, æternitatē habet cū patre, minor non potest esse à patre, sed vnā habet cum patre potestatem. Iste vnicus, quē confitemur genitū sine initio de patre, qui semper fuit apud patrem, & prodidit illum verbo suo, qui fuit apud deū, & ipse erat deus, hoc fuit in principio apud deū. *Ioan.1.* Nō dicatis minorem esse filiū de patre genitū, sed istū qui natus est de spiritu sancto, & Maria virgine. Non intelligatis patrem Christi secundū carnē spiritum sanctū esse: quia non omnis qui filius alicuius dicitur, de eo generatꝰ intelligitur. Nam dicimꝰ filios adoptiuos regeneratos ex aqua & spiritu: nūquid filij sunt aquæ? Dicimus filios regni, filios ecclesiæ: sicut ait apostolus: Per Euāgeliū *1.Cor.4.* ego vos genui: nūquid filij sumus apostoli? Nā si velimus de rebus indignis loqui, iniuriā facimus tanto sacramento. Dicimus filios gehēnę, qui sunt filij iræ, apostolo dicente: Fuistis aliquādo filij iræ, sicut & cęteri: licet talia tantę magnitudini comparanda non sint. Ideo diximus ista, quia dictū est: Natus de spiritu sancto. Itaq; credendum est spiritum sanctum patris esse, & filij. Et quia deus spiritus venit in Mariam, dicente angelo: Spiritus sanctus superueniet in te, & *Luc.1.* virtus altissimi obūbrabit tibi: propter hoc quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Natus de spiritu sancto. Istum spiritū sanctum dicimus patri & filio esse coæqualē, & procedētē de patre & filio. Hoc *2.Tim.2.* credite, ne colloquia mala corrumpāt mores vestros bonos. Sunt enim hæretici, quorū sermo velut cancer serpit, qui filium minorē à patre æstimant, spiritum sanctum inter creaturas esse ordinatum. Sed cū hæc audieritis, à puersis nolite puerti. Quod accepistis & didicistis à nobis, hoc tenete, hoc credite. Hęc credulitas cōfirmata sit in vobis, vt deus pacis regnet vobiscum. Ergo credite in vnicum dominū nostrum Iesum Christū, natum de spiritu sancto & Maria virgine. Sed dicturi vobis sunt Gentiles, deprauantes fidem vestram: Quomodo potuit virgo cōcipere, virgo parere, virgóq; manere? contra naturam est hoc, dicturi vobis sunt: & vos econtrario respōdebitis eis, Credulitas nostra quod verbis explicare nō potest, fide tenet. Nec enim ei qui ex nihilo fecit mundum, cunctam creaturā disposuit, elementa constituit, mari terminū posuit, impossibile illi erat introire in viscera hominis, & carnē fieri, & possidere pudica vi-

scera matris. Nā homines nati de masculo & fœmina, si interrogentur quomodo coagulati sunt in secreto matris, quomodo ossa durata sunt, omnis compago membrorū, artusq; omnes ordinati sunt in harmonia corporis disposita: quis exinde rationem reddit? Si ergo de natiuitate, quę semper in isto fluuio seculi venit & transit, rationem nō reddis, de singulari natiuitate Christi rationē reddes? Quid dicturi sumꝰ? si dicamus testimoniū fidei nostræ, fortè nō credunt Gētiles: sed quod illis nō proficit ad salutē, nobis credētibus proficiat. Quomodo introiuit Christꝰ ianuis clausis ad discipulos suos, super mare ambulauit, imperauit vēto & tēpestati, & facta est tranquillitas magna? quia ergo ista super nos sunt, & rationē de talibꝰ miraculis reddere nō valemꝰ, fide tenemꝰ. Ergo hoc credite, deum in vnanimitate vnici filij sui facere qđ nos cogitatiōe inuestigare nō possumꝰ. Ergo natꝰ de spiritu sancto, & de virgine Maria, crucifixus est sub Pontio Pilato. Quare hoc passus est innocēs pro nocentibus, liber pro seruis? vt quia nos in transgressione per Adā primū hominē mortui eramus, in patibulo crucifixi resuscitaremur. Fixus est cruci. Magnū sacramētū, magna altitudo crucis, magna latitudo, magna profūditas. Altitudo, vt ad patrē clamaret, Pater, *Luc.23.* ignosce illis, quia nesciūt quid faciūt. Latitudo, quia *Ioan.15.* maiorem charitatē nemo habet, quàm vt animā suā ponat ꝓ amicis suis. Profundū, vt ecclesia ad deū cla- *Psal.129.* maret, De profundis clamaui ad te, domine exaudi vocē meā. Et exaudiretur pro filiis vox eius. Iste Pōtius Pilatus præsidatum gerebat apud Hierosolymā ciuitatem: ibi & Herodes erat, qui inimicitiā tenebat cū Pontio Pilato. Sed illa pietas Christi fecit ex inimicis in morte sua duos amicos, scilicet Pōtiū Pilatū, & Herodē. Fecit etiā & nos amicos patri, tollens parietē inimicitiarū, qui erat inter nos & deū, vt recōci- *Ioan.15.* liaret nos patri. Nā ipse dixit: Si feceritis ea quæ mādo vobis, iam nō dicā vos seruos, sed amicos. Ergo iste crucifixus sub Pōtio Pilato sepultꝰ est, vt in morte sua nos viuificaret. Ipse mori voluit, ne nos moreremur. Ipse se obtulit, seipsum pro nobis hostiā & oblationem in odorē suauitatis, vt de captiuis liberos faceret, de superbis humiles, de inimicis amicos. Descēdit ad infernū, vt & ibi à miraculo nō vacaret. Nā multa corpora sanctorū resurrexerūt cū Christo, quę postea mortua sunt, sicut Lazarꝰ, sicut filia archisynagogi, sicut filius viduæ. Quod fecit in istis tribus, hoc fecit per propriā resurrectionē in multis sanctis. Nā multa corpora sanctorū resurrexerunt cum Christo, de quibꝰ dixit apostolus: Ex quibꝰ plures manēt vsq; adhuc, quidā aūt dormierūt. Tertia die à mortuis resurrexit: ne caro eiꝰ videret corruptionē. Resurrexit, iā nō corruptibilis caro, nō passibilis, sed talis caro resurrexit, qualis hodie cū patre permanet in cœlo. Videte vbiq; sacramētū trinitatis. Ecce & in spiritū sanctū credimus, qui spiritus sanctus procedēs de patre *1.Cor.13.* & filio charitate coniungitur. Manent eṁ fides, spes, charitas. Hæc fides in patre, vna virtꝰ in filio. Iste spiritus ipse est, qui propria dona singulis tribuit prout vult. Ecce videte alia tria. In carnis resurrectione fides, in vita ęterna spes, in sācta ecclesia charitas. Cre- *Ezec.37.* dite carnis resurrectionē. Nā in Ezechiēle Propheta ossa arida legimus fuisse collecta, quæ sparsa fuerant, & accepta carne membra singula se agnouerūt, acceperūt spiritū, & resurrexerunt. Nullus vos seducat inanibus verbis, dicens: Qui à feris comesti sunt, qui cōbusti sunt, qui in mari à piscibus deuorati sunt: vnde resurgunt, qui tumulati nō sunt, qui sepulturam non meruerunt? Ne mireris ad potentiā dei: quia nō est impossibile ei restituere quod erat, qui fecit id quod non erat. Credite ergo vitā æternam, vbi mors non nominatur, corruptio, varietas, miseria, & tentatio non accidit. Erunt homines in resurrectione in vita æterna, sicut angeli in cœlo, per sanctam ecclesiam peruenientes, quæ mittit perfectos, quæ dimittit peccata, quæ candidatos in martyrio acquisiuit, quæ castos & pudicos perfecit, quę nesciētes ad perfectam scientiam perduxit. Nam vox eius est, Imper- *Psal.138.* fectum meum viderunt oculi tui: sed quoniam ipsos perfectos fecit, in libro tuo omnes scribentur. Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus credentes, vt deus pacis sit nobiscum, Amen.

Ad Neophytos Homilia.

BEnedictus deus. Ecce stellæ etiam de terra micuerunt, stellis cœlestibus clariores lucētes, in terra stellæ propter eum qui in terra de cœlis apparuit. Nec sufficit stellas in terra mōstrari, sed & die suo luce lucente fulgescunt: & hoc plus admirationis affertur, quòd fulgore stellarū noctium ministrarum, à præsentibus lumina clariora redduntur. Illæ nanque Solis aduentu suo perfunguntur officio: hæ luce Sole iustitiæ properante maiore lucescunt, & illæ seculorū cōfusione depereūt, hę temporū fine sese clariores ostendunt. De illis etenim dictū est, quòd stellæ de cœlo cadent, sicut cadūt folia de *Marc.13.* vite: de his autē, fulgebūt, inquit, iusti sicut stellæ cœli. Quid sibi vult quod dixit: Sicut cadūt folia de vite, sic stellę de cœlo cadent? Sicut enim vites cū vuarum fructibus prægrauantur, foliorū auxiliū necessariū vt protegātur, exposcunt: cum autē deposuerint fructum, necesse est vt foliis denudentur: sic se habet hoc seculum: quandiu habuerit in se humanū genus, tenebit & cœlū stellas, sicut & vitis folia. Nam nocte pereunte, sine dubio stellarum vtilitas simul cum nocte deficiet. Illarum ignea natura stellarum est, & istæ edocētur igneā sortiri naturam. Sed ibi quidē ignis, quem humanus sensus inuenit: hic autē, quem secreta mentis ostendūt. Ipse nanq; vos, ait, baptizabit spiritu sancto & igni. Vultis & vtriusq; nomina partis au- *Matth.3.* dire? Illis quidē stellis nomina hæc sunt, Orion, Mazaroth, Arcturus, Vesperus, Lucifer. In his vesperus nullus, sed Luciferi vniuersi. Benedictus deus, iterū dicamus: qui facit mirabilia solus, qui facit vniuersa & conuertit vniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruuntur, qui tenebantur paulo antè captiui. Et ciues ecclesiæ sunt, qui fuerunt in peregrinationis errore: & iustitiæ in sorte versantur qui fuerunt in confusione peccati. Non enim sunt tātum liberi, sed & sancti: non tantum sancti, sed & iusti: nec solum iusti, sed & filij: nec solum filij, sed hæredes: nec solum hæredes, sed & fratres Christi: nec tantum fratres Christi, sed cohæredes: nō solū cohęredes, sed & mēbra: nō mēbra tantū, sed & templū: nec tantū templū, sed organa spiritus. Benedictus deus, qui facit mirabilia solus. Vides quot sunt baptismatis largitates? Sed multis qdē videtur cœlestē gratiā in peccatorū tantū remissione cōsistere: nos autē honores cōputauimus decē. Hac de causa etiā infantulos baptizamus, vt nō sint coinquinati peccato, vt eis addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, vt eius mēbra sint omnes, vt spiritꝰ habitatio fiat. Sed vos dilectissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi fratres,si tamẽ mihi cõceditur fraterno vestro no A
mine gloriari. Et me quidẽ similis beatitudo conce-
perat,similis ornauit gratia:sed posteriore negligẽtia
firmum nexum cognationis amisi: sed date vos mihi
fraterno vocabulo nuncupari, propter nimiam scili-
cet charitatem:& vos rogari permittite,vt tantę glo-
riæ honorem animositas consequatur.Et tãto magis
vos dignos gratia properetis ostẽdere, quãto vos in-
spicitis in culmine positos gloriarũ : etem trãsactum
tempus palæstra fuit, atq; concio,& lapsus facilè ve-
niam merebatur:ab hodierna vero die campus patet
virtutũ exercitationibus dedicatus.Agõ instat,thea-
trum præparatur,& ad spectaculũ conuenit non tan-
tum hominũ genus, sed & cœlestis etiã cœtus ange-
1.Cor.4. lorum.Spectaculum enim,inquit,facti sumus mũdo,
non hominibus tantum,sed etiã angelis. Angeli spe-
ctant,angelorum dominus præsidet coronę certami-
nis:hoc non tantũ honor,sed & magna cautela,quã- B
do is qui pro nobis animã suã posuit, ipse sit proba-
mẽtum iudiciumq; certaminis.Olympiaco nãq; cer-
tamine,& friuolo perditoque spectaculo, impositor
coronarum, in ipso contẽtionis examine præesse cõ-
sueuit,& in medio certantiũ loco cõsistẽs, nulli parti
fauorabili nutu subuenire procurat,sed ipsi' certami-
nis expectat incertum, & vt mente sic & loco medio
continetur: inter nostrũ autem & diaboli certamen
Christus nõ media lãce cõsistit, sed totus noster fau-
tor expectat.Et vt scias nostrarũ partiũ spectatorem,
peruide quomodo nos tãquã suos vnxit oleo lętitiæ,
illum vt impenderetur nobis instrinxit,vt cum illum
Luc.10. peruiderit cecidisse,calcate,inquit,super ipsum.Nos
autẽ & si cecidisse peruiderit,auxilio suæ releuat ma-
Psal.40. iestatis,& dicit:Nunquid q decidit, nõ adiicit vtre-
Ephe.5. surgat?Et dormiẽtes excitat.Exurge,inquit,qui dor- C
mis.Vis amplius admirationis inspicere?Nobis deus
cœlũ post victoriã præparauit, illi post victoriã præ-
parauit gehennam,minatur &pœnam.Ego si vicero,
coronabor:ille si vicerit,punietur. Et vt scias maiora
ei cũ superauerit pręparari tormẽta,vicit Adã & sup-
plãtauit.Quid igitur meretur victoriæ suæ?Supra pe-
Gen.31. ctus,inquit,& ventrẽ ambulabis, & terrã mãducabis
omnibus dieb' vitæ tuę.Si igitur sensibilẽ ita puniuit
damnauitq; serpẽtẽ,qua pœna inuisibilis punietur, si
tãtis minister eius tormẽtis cruciatibusq; succubuit?
Incuctãter authorẽ maiores stimuli atq; eculei cõse-
quẽtur.Etem si piissimus pater sui filij repetire value-
rit occisorẽ:nõ solummodo dolorẽ suum,iramq; cõ-
uertit in eũ, sed etiã ipsum gladiũ quo filius perierat,
particulatim cõminuit:ita & Christ' noster cũ à dia-
bolo hominem interemptũ esse peruiderit : non solũ D
eum tormentis afficit, sed etiã eius gladiũ obtundit,
& ad nihilũ redigit. Cõfidẽter igitur nos reparemus
ad pugnam:etenim nobis arma suppeditãt vltra splẽ-
dorẽ totius auri fulgentia,& fortia, adamãtis robore
firmiora,totius ignis ardorem vincentia, cunctarum
pondere leuiora pennarum. Nec enim quisquam hęc
arma portãdo quassatur,sed subleuant membra, & in
excelsa perducunt:& in cœlum,si cupieris,cũ his sine
dubio perfereris, penitus impedimẽto cessante. Ru-
dis nanq; natura horũ armorũ videtur, quia noualis
nouus quotidie exercitat, homo factus cũ dęmonib'
litigare cõpellor. Natus in corpore incorporales ini-
micos agnosco. Hac de causa mihi thoracem diuini-
tus non ære confectũ,non arte compositum, sed iu-
stitię simplicitate pręparauit,fidei clypeo roborauit,
Armat me gladius meus, verbum teneo spiritus san-
ctitatis.Ille suis sagittis armatus est, ego meũ gladiũ
teneo:ille sagittarum iaculatione confidit,mihi arma
diuersa non desunt. Et vt eius formido monstretur,
comminus litigare non audet. Iaculorum longitudi-
nem semper affectat, vt mittat si peruiderit negligẽ-
tem.Et aliam mihi deus vltra tutelam donauit armo-
rum.Quid illud?mensam præparauit, cibum satieta-
tis ostendit,vt post epularum refectionem inimicum
possim robustius superare. Cũ em te egredientẽ post
conuiuiũ dominicum viderit inimicus,post cœlestes
epulas tanquã ignem leonis ore flammantẽ fugit, &
deserit omni vẽto velocior,nec approximare contẽ-
dit : & cũ cruentã linguã tuam de longe ille crudelis
perspexerit,mihi crede non stabit:& cum os tuũ sen-
serit rutilare, gressum suum retro cũ timore torque-
bit.Vis huius sanguinis audire virtutẽ?Redeamus ad
eius exemplũ,& priorẽ typum recordemur,& pristi- Exod.12.
nam scripturam narremus: In Aegypto nocte media
Aegyptiis deus plagam decimam minabatur,vt corũ
primogenita deperirent,qui primogenitum eius po-
pulum detinebant.Sed ne amata plebs Iudæorũ vnà
cum illis periclitaretur, quia vnus locus cõtinebat v-
niuersos,remedium discretionis inuẽtum est. Proin-
de exẽplum mirabile,vt discas in veritate virtutem,
ira diuinæ indignationis sperabatur, & mortifer do-
mus singulas circũibat.Quid igitur Moses?Occidite, Exod.12.
inquit, agnum anniculum, & sanguine eius linite ia-
nuas.Quid ais Moses?Sanguis ouis rationabilem ho- Leui.
minem liberare consueuit?Valde,inquit:nõ eo quòd
sanguis est,sed quia dominici sãguinis per eũ demõ-
stratur exemplum.Nam sicut regnantium statuę,quę
sine causa sunt atq; sermone, nonnunquam ad se cõ-
fugientibus hominibus anima atq; rationibus deco-
ratis subuenire consueruntnõ quia sunt ære cõfectę,
sed quia retinẽt imaginẽ principalem : ita & sanguis
ille qui rationalis fuit, animos habentes homines li-
berauit,nõ quia sanguis fuit,sed quia huius sanguinis
ostendebat aduentum. Et tunc angelus ille vastator,
cum linitos postes atque aditus peruideret,transiecit
gressus,& non est ausus intrare. Nunc ergo si videri-
inimicus non postibus impositum sanguinẽ typi, sed
fidelium ore lucentem sanguinem veritatis, Christi
templi postibus dedicatũ, multo magis se subtrahit.
Si enim angelus cessit exemplo,quãto magis terrebi-
tur inimicus,si ipsam perspexerit veritatẽ? Vis & aliã
huius sanguinis scrutari virtutẽ? Volo,vnde primum
currit incipias,& de quo fonte manauit. De ipsa pri-
mum cruce processit,latus illud dominicũ initiũ fuit.
Mortuo em,ait,Iesu,& adhuc in cruce pendente ap-
proximauit miles,lat' lãcea percussit,& exinde aqua
fluxit,& sanguis.Vnum baptismatis symbolum,aliud
sacramenti : ideo non ait, exiit sanguis & aqua, sed
exiit aqua primum,& sanguis: quia prius baptismate
diluimur,& postea mysterio dedicamur.Latus miles
aperuit,& templi sancti parietẽ patefecit.Et ego the-
saurum præclarũ inueni,& fulgentes diuitias me gra-
tulor reperire. Sic & de illo agno factum est. Iudæi
ouem occiderunt,& ego fructum de sacramento co-
gnoui.De latere sanguis & aqua.Nolo tã facile audi-
tor trãseas tãti secreta mysterij.Restat enim mihi my-
stica atq; secretalis oratio.Dixi baptismatis symbolũ
& mysteriorũ aquam illã & sanguinem demonstrari.
Ex his enim sancta fũdata est ecclesia per lauacri re-
generationẽ,& renouationẽ spiritus sancti: per bap-
tisma

tisma, inquam,& mysteria quæ ex latere videtur esse
prolata.Ex latere igitur suo Christ' ædificauit eccle-
siam, sicut de latere Adã eius coniunx Heua prolata
Ephe.5. est.Nam hac de causa Paulus quoq; testatur, dicens:
De corpore eius,& de ossibus eius sumus:lat' videli-
cet illud significans.Nã sicut de illo latere deus fecit
fœminã procreari : sic & de suo latere Christus aquã
nobis & sanguinẽ dedit,vnde repararetur ecclesia:&
sicut in sopore quiescentis Adæ deus lateris membra
patefecit : sic modo post mortẽ aquã nobis donauit
& sanguinem. Et sopor ille nunc mors est, vt discas
mortẽ nulla soporis separatione discerni.Videte quẽ
admodũ spõsam sibi Christus coniunxit, videte quo
nos cibo satietatis enutrit. Ipse nobis cibi substantia
est,atq; nutrimentũ.Nam sicut mulier affectionis na-
tura cogente,genitũ alere sui lactis fœcũditate festi-
nat:sic & Christus quos ipse regenerat, suo sanguine
semper enutrit.Igitur quoniã nos tantis bonis agno- B
uimus esse perfunctos,vitam congruã peragamus, &
symbola illa atq; pactiones quibus sumus constricti,
cordibus nostris inhæreant.Vobis proclamo,cautio-
nes vel chirographa peccatorum nostrorũ scindun-
tur:quia nunc estis recẽti lumine illustrati.Sed & vos
hac admonitione constringo,quos olim quoq; simi-
lis beatitudo susceperat.Cõmunis etenim hęc ratio no-
bis est,idem sermo,communis obligatio : quoniã æ-
què & fœdera nobis cum illis cõmunia: nõ atramẽ-
to,sed spiritus recordatione cõscripta: non calamo,
sed linguę puritate firmata.hoc enim calamo cũ deo
Psal.44. pactiones cõscribi cõsuerunt.Et ideo Dauid ait:Lin-
gua mea calamus scribæ velociter scribẽtis.Confessi
sumus huius imperium,diabolicã negauimus tyrãni-
dem.Hoc chirographum,hoc pactum,hoc symbolũ
docetur esse conscriptum:videte ne chirographario C
inueniamur iterũ debitores.Venit Christus,& pater-
nis nos cautionib' inuenit adstrictos,quas cõscripsit
Adam.Ille initium obligationis ostẽdit,peccatis no-
stris fœnus accreuit:ibi maledictio fuit,& peccatũ &
Coloss.2. mors,legisq; condẽnatio:& hæc omnia Christus de-
leuit atq; concessit, & clamat Paulus dicens : Chiro-
graphum peccatorũ nostrorum quod erat aduersa-
rium & ipsum tulit de medio,affigẽs cruci : nõ dixit,
delens, non cataractans:sed cruci affigens,vt prorsus
eius nec vestigia remanerent:ideo nõ deleuit,sed cõ-
scidit.Crucis enim claui dissipauerunt illud, vt in eo
nulla de postero remaneret vtilitas.Et hoc nõ in an-
gulo,nec secretim,sed in mundo medio omnium vi-
dentibus oculis, in excelso ligno nexũ eius euacuat.
Inspiciant quidem angeli,considerent archangeli,&
cũ omni admiratione cœlestes peruideãt potestates. D
Nec aduersarios hoc lateat,nec dęmones,nec ipsum
diabolũ,qui nos debitis obnoxios effecerũt.Scindũ-
tur sub fœneratoribus cautiones,ne nobis in posterũ
molestiæ præparẽtur.Quoniã igitur prius chirogra-
phum omnibus viribus caret,inuigilemus ne nos alia
obligatio alterq; nexus adstringat. Crux em secũda
non est,nec altera remissio peccatorũ:per lauacri re-
generationem est nanque remissio,sed non concedi-
tur per lauacrũ.Et ideo inuigilemus,& arripiam' so-
licitudinẽ. Propter hoc em de Aegypti finibus emi-
grastis.Nc illius terræ iterum seruitia cogitemus, ne
veluti lateris cõmemoratio habeatur:later etenim est
istius vitæ demẽtia. Nam & ipsa species auri fulgẽtis
nondum arte cõposita,nihil aliud nisi terra monstra-
tur.Vidisti mirabilia lõgè maiora, quàm Iudęi in illo
tempore Aegyptum relinquentes: nõ vidisti armatũ A
Pharaonem suffocatũ, sed vidisti diabolũ mole sup-
pressum.Illi fluctus & pelagus transierũt, tu mortem
transisti:illi Aegyptiorũ separatione alienati sunt, tu
dęmonũ liberatione gratularis : illi iugum amiserunt
barbaricę seruitutis,tu quod durius est, à peccatorũ
seruitute liberatus es. Vis aliunde quoq; cognoscere
vnde honor tibi est amplior attributus? Iudæis tunc
Mosi vultum glorificatum nõ fuit videre cõcessum, Exod.34.
Adæ cõserui,& Adæ sanguinis necessitate coniuncti:
tu autẽ Christi vultum in sua gloria peruidisti.Et cla-
mat Paulus dicens:Nos autem omnes reuelata facie 2.Cor.3.
gloriam domini speculamur. Illi tũc habuerũt Chri-
stum subsequentem:sed nos hodie plus meremur ha-
bere protegẽtem.Et illos quidẽ propter Mosi gratiã
Christus dominus sequebatur: nobis autẽ hoc nõ tã-
tum nouelli Mosi causa conceditur, sed etiã propter
obedientiam vestram. Illis post Aegyptũ cuncta de-
serta serpentibus plena,sed nobis cœlum post Aegy-
ptum præparatur diuersis mansionibus plenũ.Illi ha-
bebãt ducem Mosem,nos dominum saluatorẽ. Hoc
de isto Mose si quis dixerit,mihi crede, nõ errat.Nã
& huius labia spirit' lenitatis amplexus est,huius ani-
mæ spiritus mansuetudinẽ tenet. Moses tunc manus
ad cœlum leuauit,& manna panem protulit angelo-
rum:iste Moses dexteram tetendit ad cœlũ,& protu-
lit panem cœlestem. Ille percussit petrã,& fontes a-
quarũ protulit : iste proximãs mensæ petrã percussit
spiritualẽ,& fontes spirituales ostendit.Ideo nanque
mensa,vt fons in loco medio collocetur, vt vndique
circumstantia satientur armẽta: & salutaris ille mea-
tus abundanti largitate decurrens, nullum sitis rabie
deperire permittat. Quoniã igitur talis nobis hic fõs
est,taliq; vita nostra conceditur,& omnibus bonis
mẽsa completur, vt vndiq; nobis affluat largitio spi-
ritualis : accedamus cũ corde veritate suffulto, cum
pura conscientia, vt accipiamus gratiã & misericor-
diam,& auxilium opportuno tẽpore, gratia & mise-
ricordia domini nostri Iesu Christi,per quem,& cum
quo gloria patri,cũ spiritu sancto, & nũc & semper,
& in secula seculorum,Amen.

AD BAPTIZANDOS HOMILIA.

Quod sacramentorum traditio catechumenis adstantibus recitari non debet. Et cur lauacrum iterum regenerationis, & non remissionis dicitur peccatorũ. Et quia non solum peierare non conuenit,sed & bene iurare periculosum est.

QVAM dulcis ista fratrum caterua conue-
nit.O quam suauis dilectissimorũ cœtus in-
spicitur.Fratres em vos & ante dolores par-
tus nomino: & ante cognationis affectionẽ,vocabu-
lo charitatis appello. Noui etenim, optimẽque non
nescio, quãtum vos paulò post beatitudinis culmen
excipiet, & quantã tenebitis potestatem. Quemad-
modum autẽ eos precibus multi ambiunt supplices,
quos spes est ad dignitatũ fastigia eleuandos,& futu-
ri potẽtatus gratia,adulationibus eis sese commẽda-
re festinant:& ante potestatis tempus se sociãt, vt fu-
tura mereantur:hoc & ego facio,hoc mihi præparo,
hoc diligenter excogito.Non enim ad simplicẽ glo-
riam eleuari speratis,sed ad ipsam imperij potestatẽ:
imò nec simpliciter ad ipsum imperium,sed cœleste.
Et ideo vos peto,ideo omni deprecatiõe vos posco:
vt quando ad illud regnum veneritis, mei memores
esse velitis.Et sicut Ioseph pincernarũ principi dice-
bat:

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat:Memento mei,cum benefactū tibi fuerit.Hoc & A
ego nunc peto.Hoc dico,Memētote mei,quādo vo-
bis benefactū fuerit:nec vicē sicut ille, somnij inter-
pretationis exposco.Non enim sum somniorū inter-
pres,sed cœlestiū secretorū, qualia nec oculus vidit,
nec auris audiuit,nec in cor hominis ascenderūt : ta-
lia sunt,quę pręparauit deus diligētibus se.Et Ioseph
quidem ad Archicœnum dicebat: Adhuc triduum,&
restituet te Pharao ad Archicœniam : ego autē nō di-
co,post triduum ad officium tyrannici ministerij ve-
nietis:sed post triginta dies non vos Pharao, sed cœ-
lorum dominus ad pristinā patriā reuocabit,& Hie-
rusalē cœlesti restituet.Et ille dicebat, quia à te cali-
cem manus tyrāni suscipiet:ego autē dico,quòd ipse
imperator,ipse dominus,tuis manibus terribilem ca-
licem ministrabit , qui honore vtranq; superat crea-
turan,& omni virtute decoratur. Norūt istius calicis
virtutem,qui sunt diuinis consecrati mysteriis: sed & B
vos paulò post poteritis addiscere. Memētote igitur
mei,quādo vos illud suscipiet regnum , quādo rega-
le vos proteget indumentū , quando purpura domi-
nico sanguine tincta decorabimini, quādo coronam
Solis radiis splendidiorē sentietis in capite . Talia e-
nim illius sponsi dona esse cōsueuerunt,quę nostrum
quidem meritum vincunt : sed dantis sunt congrua
pietati.Et ideo vos ante ingressū sancti thalami bea-
tos appello.Nec solum beatos nomino , sed & beni-
gnitatis laudo,quòd non sicut nonnulli , ad baptismi
perceptionem finem vitæ expectare voluistis:sed tē-
poris formidantes incertū , tanquam boni serui do-
mini præcepta seruastis: eisdē animæ colla cum om-
ni benignitate supponitis , & iugum Christi cū omni
suauitate suscipitis,& sarcinam leuē sentitis . Nam li-
cet similem etiam illi consecrationē mereantur : sed C
non illis similis est voluntas , nec rerū similis præ-
paratio. Nam illi iacentes in lectulo percipiunt:vos au-
tem in ecclesiæ sinibus,quę mater omnium est,mere-
mini consecrari.Et illi flētes,vos lęti & exultantes:il-
li vlulantes, vos autem deū glorificantes : illi valetu-
dinis omnino calētes ardore, vos spirituali suauitate
completi.Hic omnia conueniūt gratię,ibi nihil con-
uenit gratiæ.Nam ibi fletus,ibi lamentario,& ipsa sa-
crorum traditione circumstantiū lachrymæ, fletusq;
cunctorum.Adstant vlulantes filij, coniunx brachiis
laceratis ingemiscit,amici tristantur, lugēt seruuli,&
ipsa domus tristitia quadam imitatur infernum. Et si
ipsius cor iacentis inspicias: adstātibus eum reperies
tristiorē.Nam sicut pelagus diuersis flatibus agitatū,
in multas diuiditur partes:ita & languentes diuersis
cogitationibus occupati,multis solicitudinibus præ-
grauantur . Quando enim infantes viderit filios , eo-
rum imbecillitate stimulatur annorū:quando matro-
nam paulò post relicturus inspexerit,viduitatis cogi-
tatione conteritur:quando familiā cogitauerit , eius
separatione laceratur:quādo seipsum inspexerit mo-
riturum, omnibus nebulis solicitudinū circundatur.
Talis illius animus est,& in illa turbela domos sacer-
dos ingreditur,ipso languore circunstātibus execra-
bilior.Nam medici voce,qui iacentē desperatū nun-
ciat, putaſ illo tēpore desperatior sacerdotis ingres-
sus:& mortis æstimatur indicium,quod æternæ vitæ
materia est.Sed nondū molē calamitatis edixi: non-
dum malorum cacumina demōstraui.Nam nonnun-
quam cum necessaria præparātur,anima separatur,a-
nima diuelliē è corpore. Sæpius & adhuc in corpore
constituta nihil magnū cōmoditatis agnoscit. Nam
quando nescit adstantes, quādo vocē prolatam non
audit,quando illa verba, quæ sponsionem communi
omnium domino facere consuerunt,proferre nō po-
test,sed tanquam lignum aut lapis immobilis actiue-
tur:quid vtilitatis sacrorum traditione præstatur:Et-
enim in tanti perceptione mysterij , vigilare vos cō-
uenit, & totius solicitudinis vincula laxare, & mūdā
domum tanquā ipsi regi aduenienti præparare . Ta-
lis mētis vestræ perceptio sit, talis animositas inuite-
tur.Et dignam quidem vicē de cœlesti sperate subsi-
dio,qui repēdere cōsueuit eis,qui eius audire præce-
pta festināt.Sed & quia conseruū condecet, quæ sua
sunt conferre conseruis,& nostra vobis conferamus:
imò non nostra,quia & ipsa dominica sunt . Quid e-
nim,inquit,habes,quod nō accepisti? Sed & si acce-
pisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Et vellē hoc
quidem primū meo declarare sermone, cur maiores
nostri totius anni diebus præteritis hoc in tēpore ec-
clesiæ filios consecrare voluerunt: & cur post nostrū
magisterium imbuti,pedibus nudis,vno tātum vesti-
mento concesso, ad voces exorcizantium accedunt.
Non enim temere nec sine ratione & hunc habitum,
& hoc tempus illi cōstituerunt. Sed hoc vtrunq; ha-
bet mysticam & secretam rationem.Sed,vt dixi,vel-
lē vobis hoc antè mōstrare . Sed quia necessario ser-
mone prouocamur , necessariū est hæc interim prę-
terire . Nam primo necessariū est dicere, quid sit ba-
ptismus,& cuius causa hoc ad nostrā vitam peruenit,
& quāta nobis bona præparat.Sed si vultis,de ipsius
mysticę purificationis vocabulo dicamus.Non enim
ei vnum vocabulū est, sed multis & diuersis nomini-
bus nuncupatur.Nam hęc ex expurgatio lauactrū ite-
rum regenerationis dicitur:Saluauit em , ait apostō-
lus , nos per lauacrū regenerationis & renouationis
spiritus sancti.Dicitur & illuminatio:& ita illud Pau-
lus apostolus nuncupauit.Recommemorate nanque,
ait,priores dies,quibus illuminati multā colluctatio-
nem sustinuistis passionū . Et iterum , Impossibile est
eos qui sæpe illuminati sunt,& gustauerūt donū cœ-
leste,& participes facti sunt spiritꝰ sancti,& lapsi sunt:
iterum renouari ad pœnitētiā . Vocatur & baptisma:
Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum
induistis. Vocatur & sepultura : Consepulti enim,ait
idem , sumus per baptismū in mortem . Vocatur cir-
cumcisio: In quo,inquit, & circūcisi estis circūcisio-
ne nō manu facta in expoliationē corporis peccato-
rum carnis.Vocatur crux:Vetus eteñ, inquit, homo
D crucifixus est,vt cōuertatur corpꝰ peccato.Est & alia
vocabula multa proferre: sed ne omne tēpus diuinæ
gratiæ nūcupationibus erogemus,ad prius dictū no-
men redeamus, & huius significatione mōstratū ser-
monē finiamus.Sed interim paulò superius dicta tra-
ctemus.Est omnium hominum lauacrum commune,
quod sordes corporis lauare cōsueuit. Est & lauacrū
Iudaico illo quidē lauacro melius , sed quod cœlesti
gratia superatur . Nā & ipsum sordes corporales ex-
tergit,sed nō simpliciter corporales, sed & imbecillē
conscięntiam tangit.Nam multæ res sunt, quæ natura
quidem ipsæ nō sunt immūdæ, sed imbecillitate cō-
scientiæ efficiuntur immūdæ.Nā veluti personæ tra-
gicæ arte quidē feras repræsentant, quum nullū suā-
pte natura incutiāt terrorē:infantulis tamē formida-
biles conspiciūtur esse,idq; imbecillitate naturæ cō-
tuentium,ad eum modū quæ iam diximus , puta si iā
emortuum

emortuū corpus cōtingatur,id suapte cōditione im-
mundū non est:verū si pusillanimi occurrit,iam eum
reddit immundum,qui tetigit. Nam quia nō ipsa rei
natura est immunda,ipse Moses,qui ista cōstituit, de-
monstrauit:qui Ioseph mortuū secū portabat,& mū-
dus nihilomin⁹ permanebat. Ideo & Paul⁹ de ista nō
Rom.14. immūditia quę nō sui natura, sed ex pusillanimi con-
scientia venit,demōstrans,dicit:Nihil commune per
se:nisi,qui cogitat commune.Vides immūditiam nō
ex ipsa rei natura,sed ex conscięntię imbecillitate pro-
ferri.Et iterū.Omnia quidem mūda : sed malum illi
homini,q cū offensione māducat.Audis & hic quòd
non edere,sed cū offensa edere,causa immūditiæ est?
Nūc igitur sordes corporis Iudaicum lauacrū emū-
dabat.Diuinę autem gratiæ lauacrū nō corporis,sed
animæ maculā,sordęsq; mūdare consueuit. Non eñ
eos qui mortua corpora tetigerunt, sed eos qui ope-
ribus mortuis prægrauantur,efficit mūdos.Etsi mol- B
lis,etsi fornicator,etsi idolis seruiēs,& si q̄d aliud hu-
iusmodi gerēs quispiā reperiatur, etsi omni humana
detestabilitate fuerit prægrauatus, etsi totius malitię
nodis adstrictus: cum ad illā natatoriam venit , cum
illius fontis diuinos senserit riuos , Solis radiis mun-
dior eleuaſ . Et ne putes ambitionis gratia hęc verba
proferri , audi Paulū de huius lauacri virtute dicen-
1.Cor.6. tē:Nolite errare,nec hi qui idolis seruiūt , nec forni-
catores,nec adulteri,nec molles, nec masculorū cō-
cubitores,nec ebrij,nec auari,nec fures, nec susurra-
tores,nec rapaces,regnū dei possidebūt. Sed inquis,
Quid hoc ad tractatum propositum? Nā hoc quæri-
tur,si omnia lauacri mundātur virtute . Et ideo accī-
pe quæ sequuntur.Et hæc,inquit,quidē eratis,sed la-
uati estis,sed sāctificati estis,sed iustificati estis in no-
mine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu domini C
dei nostri. Nos quidē pollicemur vobis ostēdere to-
tius malitiæ vinculis absolui, & omni immunditia li-
berari eos,qui hoc lauacrū promerentur : verū ratio
longè maiora declarat.Non enim mūdos tantū , sed
& sanctos & iustos effectos ostendit. Nō enim dixit,
lauati estis tātum:sed & sāctificati,& iustificati.Quid
hac re mirabilius,quid inopinati⁹ demōstratur: quā-
do sine certamine,quādo labore cessante,quādo mi-
nimè sudore decurso , iustitia procreari conspicitur?
Talis etenim diuinæ gratię misericordia est, vt iustos
faciat sudore cessante . Nā si imperatoris præceptio
paucis cōscripta literis multorū criminum reos libe-
rare consueuit,aliis quoq; præstare culmina dignita-
tum: multo magis dei spiritus sanctus & cūcta potēs,
omni vos malitia liberabit, & multā iustitiam largie-
tur? Et sicut scintilla ignis exigua in profundi maris D
pelagus cadens aquarū copia nō paulatim,sed statim
extinguitur,& illico nihilum esse demōstratur: ita &
omnis humana malitia quādo ad natatoriam cœle-
stium fontiū valuerit peruenire,illius scintillę facilius
extinguitur ardore.Et ob quam causam, inquis, hoc
quod nobis peccata cōcedit , nō lauacrum remissio-
nis peccatorū dicitur,nec lauacrū purificationis,sed
lauacrum regenerationis? Quia nō nobis simpliciter
peccata cōcedit , nec simpliciter nos purificat malis
actibus implicatos,sed tanquā è cœlo generatos effi-
cit.Nam de cœlo nos cōdit,& inde conficit: non de
terra componēs iterum,sed alio nos elemēto, id est,
per aquarum naturam progenerat.Nō enim vas sim-
pliciter purgat, sed integrū nouat iterum. Nam cum
vasa purgantur,& si diligētia multa terguntur, quæ-

A dam vestigium nihilominus retinēt vetustatis,& pri-
stinam maculam nō amittūt . Illa autem quæ conflā-
torio committūtur,cum flāma fuerint renouata,omī-
nem maculā prętęritę fœditatis amittūt,& nunc pri-
mum confectis nō dissimilia proferuntur æquali ful-
gore micātia. Vt igitur statuā auri metallo cōfectam
aliquāti temporis metis fumo & puluere & æruginis
sordibus coinquinatā cū artificis manus acceperint,
renouant fornacis ardore, & splendidam nobis luci-
damq; demonstrāt:ita & nostrā naturam deus erugi-
natam mole peccati, & malorum gestorū fumo vio-
latam,& omni pulchritudine, quā primo ei donauc-
rat,denudatam,in illos aquarū fōtes, tāquam in pur-
gatorium mittit:&pro flamma,spiritus gratiā submi-
nistrat,& exinde rudes effectos etiā solis radiis eleuat
clarius lucentes,veterē hominem conterens, nouum
autem ostēdens longè meliorē: & istam nobis quas-
sationem & mysticam purificationē obliquo sermo-
ne olim Propheta demonstrabat,dicēs: Sicut vasa fi-
guli,cōteres eos.Nam quia de fidelibus loquitur, su-
perius nobis manifestè declaratur,quū ait:Filius me⁹
es tu, ego hodie genui te. Postula à me , & dabo tibi
gētes hæreditatem tuam,& possessionē tuā terminos
terræ. Vidisti quemadmodum ecclesiam gētium cō-
memorauit,& vbiq; extētum Christi nominauit im-
periū.Et propterea ait:Reges eos in virga ferrea, nō
graui,sed forti:sicut vas figuli cōteres eos.Ecce & la-
uacrū sentitur mysticè.Non eñ dixit, sicut vasa fictī-
lia:sed sicut vas figuli.Et ideo attēdamus,& diligen-
tius audiamus. Nā cōfracta vasa fictilia iā nulla emē-
datione corrigūtur,semel figurā per flammas sortita:
vasa autem figuli nō sunt fictilia,sed argilla cōposita.
Inde & si quo fuerint casu peruersa , facile ad figurā
pristinam artificis reformātur industria.Et ideo quā-
do calamitatē sine remedio dicit : non vas figuli, sed
vas fictile nominat.Nam quādo Propheta monstra-
bat Iudęos cū ciuitate suppliciis extremis traditos,&
nullum eis remediū promittebat , iussit accipi vas fi- Hier.18.
ctile,& ante omnem confringere populum: & dicit, & 19.
quia ita ciuitas peribit.Quādo autem spem eis polli-
cetur,prophetā ad figuli vas adduxit:& illi nō ostēn-
dit vas fictile,sed argillam ei in manibus positam de-
mōstrat artificis,quæ etsi ceciderit,reformatur tamē.
Ideo sequitur,dicēs:Si iste figulus,ait,hoc vas lapsum
iterum renouat , nō multo magis ego vos potero la-
psos corrigere? Et possibile quidē deo est nō solū de
argilla factos corrigere per lauacrū regenerationis,
sed & spiritus accepta virtute, & lapsos post pœnitē-
tiam veram ad statum pristinum reuocare . Sed non
nūc temporis est de pœnitētia nobis proferre sermo-
nem:imò nunquā necesse sit talia vobis remedia de-
monstrare,sed cōtingat semper vos pulchritudinem
quam estis accepturi,intactam inuiolabilémq; serua-
re.Sed vt semper tales durare possitis, de cōuersatio-
ne vobis pauca narremus . Nam in palæstra athletis
sęper cessāte periculo exercitatio est, & lapsus facilè
veniam promerētur.Nam suis certatur, & magistro-
rum corporibus meditātur . Sed quādo agonis dies,
quando certaminis tempus aduenerit, quando sta-
dium patet , quando omnes ad spectaculum fuerint
congregati,quādo agonotheta presidet, quādo mō-
stratur corona virtutis:tūc necesse est aut lapsum pu-
dore infamatum,pœnas dedecoris suę negligētię su-
stinere , aut solertiæ palmā sustinere vincentem : Ita
& vobis horum dierū triginta spaciū exercitatio &
meditatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

meditatio est. Sed exhinc discam° euincere, & aduersarium dæmonem superare properemus. Nam cõtra illum, magnũ nobis est certamen. Post lauacrum igitur, cum iam supplãtare discamus: & vnde nobis insidiatur, inuenire curemus: & vnde facilè poterit superari, vt in agonis ipso certamine, nulla nouitate terreamur, sed eius insidiis agnitis, arte, fraudéq; cõperta, securi cũ omni fiducia dimicare possimus. Vndiq; nobis insidias præparare cõsueuit, sed facilius lingua & ore peccante. Nullum em æquè congruum illi organũ in ministeriũ est interitus atque peccati. Nam inde nobis mors, inde lapsus, inde perditio, inde naufragium præparatur. Nã & mẽtium lapsus ex linguæ garrulitate veniẽtes quidam declarans, ait: Multi ceciderunt per gladium: sed nõ tanti, quãti per linguã. Et grauem casum demõstrare festinãs, ait: Lapsus de pauimento, aut lapsus de lingua. Quod dicit, tale est, Cõducibilius est, inquit, ruere & corporis sentire iacturam, quam verbũ tale proferre, vnde anima poterit deperire. Et suadet multã ori adhibere cautelam, dicẽs: Fac ori tuo ostium & serã. Nõ vt portas cõpori faciamus, sed vt non facilè verba proferantur, & ad incongrua dicẽda sese lingua cũ omni cautela cõtineat. Et alibi ostendẽs, quia ad hanc seram retinendam solertiæ nostræ, etiam diuinũ necessariũ sit auxilium: vnde & ad deum manum protendens, dicebat: Eleuatio manuum mearũ sacrificium vespertinum. Pone domine custodiã ori meo, & ostiũ circunstantiæ labiis meis. Et qui priora persuasit, ipse iterum ait: Quis dabit ori meo custodiam, & labiis meis sigillũ astutiæ? Vides hoc lapsos singulos formidare, vides omnes lamẽtari, omnes suadere, omnes orare, linguã suam cautela custodire ac retinere? Et cur, inquis, hoc membrũ quod tantum nobis periculum adfert, deus ab initio dedit? Quia & multum nobis hinc commoditatis est, & volentibus nonnunquã prodesse consueuit: nec mortem habet, nec peccatũ concedit inuito. Et audi qd ille ait: In manu linguæ vita & mors. Et Christus significans ait: De sermonibus tuis iustificaberis, & de sermonibus tuis adiudicaberis. Media nanq; vtriusque partis lingua est, & si vtriusque est, tu dominus es. Nã & gladius in medio positus, siquidẽ fuerit aduersus hostes arreptus, salutaris accipiẽti reperitur: si vero tenẽtis visceribus inferatur, mortem præparat inferenti: nõ quia talis ferri natura, sed quia vtentis tale consilium est: ita & lingua æstimetur gladius in medio positus. Armeẽ aduersus peccata tua, non ad fratris plagam præparetur. Et ideo deus eam velut muro duplici voluit circundari. Nam dentium tegmine, & labiorum custodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferãtur. Refrẽna igitur linguã: & si nõ patitur reticere, dentiũ morsu quiescat, & tanquã carnifici tradatur dentibus. Nam hoc est eam cõducibilius sustinere, quàm postea aquæ stillationem nullatenus promereri. Et alia quidem multa peccata admittere consueuit: vt cum blasphemat, cũ turpia verba componit, cũ calumniatur, cum iurat, cum peierat. Sed ne hodie vniuersa tractantes, mẽtes vestras latius occupemus: vnam interim vobis indicimus legem, nequando vestrum quispiam iuret. Nam hoc prænuncio atq; prædico, quod si quis non dico periuria, sed etiam iurationes iustas decætero nõ declinet, non promerebitur sermonem nostrũ. Nam vt stultum est magistros quidem puerilĩ studiorum infantibus ante secunda magisteria narrare, nisi priora

Eccl. 28.

Psal. 140.

Prou. 18.
Matt. 12.

corũ cordibus inhæsisse cognouerint: ita & nos nondum mẽtibus vestris nostro sermone affixo alios vel tractat° offerre & facere, vt putid° è dolio liquor hauriatur. Ne igitur vos amara prohibitione tristeminidate operam, vt præceptis cõmodetur effectus. Nã hoc peccatũ valde crudele est, nec adeo valde crudele putaẽ: & hac de causa illud timeo, quia nullus illud pertimescit: sed sicut simplex sermo prolat° reatũ nõ videtur afferre, ita & iusiurandũ esse putaẽ, si cũ multa fiducia hoc profertur illicitũ. Et si quis increpauerit, risus mouet, iocos narrare putaẽ: & ideo de hac re sermonẽ lõgius protraho. Funditus etenim hoc amputare festino: & multi tẽporis malũ radicitus euellere cupio, nõ tantum periuria, sed ipsas quoq; iurationes. Sed ille, inquis, iurat homo, q̃ mitis est, & cui est sacerdotium commendatũ, & qui in multa castitate & reuerentia conuersatur. Nolo mihi hunc sanctũ, hunc mitem, hũc pudicum, hunc proferas sacerdotem: sed si Petrũ mihi, si Paulum, si de cœlo angelum narres: nec sic personarũ dignitate terrebis. Nã legem nõ seruilem, sed dominicam de iureiurãdo lego: & quando imperiale constitutũ recitatur, omnis seruilis dignitas cõquiescat. Etenim, si Christum hoc mãdasse poteris approbare, aut quia hoc Christus nõ punit, ostendere: acquiesco. Sed si cum tãta prouisione hoc fieri prohibet, vt iurantem malign° sociaret (nam superfluũ, inquit, horum, diaboli est) quid mihi alium atq; alium commemoras, quid aliquorum nominas facta? Nõ enim ex seruorũ negligentia, sed ex sua præceptione sortẽ tibi de° attribuit. Iussit, inquit, præceptis obtemperare. Congruum est & nõ cuiuslibet facta memorare: nec aliena mala conuenit imitari. Nã & magn° ille Dauid peccauit, & grãde peccatũ. Quid ergo? Ideo nobis sine periculo peccare cõceditur? Nõ. Nã hac de causa cauere debemus, & facta fortia imitari sanctorum. Et si aliqua negligentia, legis præcepta violata sunt: cũ omni festinatione trãsire nos cõuenit Non em ad conseruos nobis, sed ad dominum ratio est. Huic omnium gestarũ rerum necesse est nos reddere rationes. Ad illud igit nos iudicium præparemus. Nam licet magnus & admirabilis ille sit, qui hanc legẽ respuit, pœnam sine dubio calcatæ huius præceptionis exoluet. Non em est deus personarũ acceptor. Quo igitur modo, quóve subsidio, hoc poterimus declinare peccatũ? Non enim solum cõuenit crimẽ crudele mõstrare, sed potius criminis vltione liberari. Est tibi cõiunx, sunt filij, est amicus, est seruulus, est vicinus, & sanguinis cognatione sociatus: festina omnibus hui° legis præcepta narrare. Sed, inquis, Dura res consuetudo, & quæ facilè mutari nõ possit: & quæ nos nõnunquã & inuitos trahit, & nolentes cõmittere cogit illicita. Igitur tãto te huius mali reatu liberare festina, quãto cõsuetudinis vim necessitatemq; cognoscis, & ad aliã consuetudinem migrare propera. Nã sicut te praua consuetudo possidet, ita poterit melior obtinere, vt & volentẽ te iurisiurãdi lapsibus nõ permittat euinci. Nam reuera multum consuetudo prævalet, & iura didicit immutare naturæ. Vt igitur non assiduè doleamus, ad aliã consuetudinem demigremus: & ab omnibus tibi singulisque coniunctis hoc postula, hoc pete beneficiũ, vt te iurantem arguant, vt confundant. Nam cum te afficiunt tua confusione autorem, & sibimet similia largientur. Nam qui alterum, ne iuret, arguit: nec facilè se præcipitare patietur in periurium. Etenim est iu-

est iurandi peccatum: & non solũ cũ de rebus friuolis, sed etiam cum de maioribus celebratur. Nos autẽ & cum vilia comparamus, & cũ de vno nummo cõtendimus, & cum aduersus seruulum commouemur, deum testem inuocamus. Et hominis quidẽ ingenui & aliqua dignitate muniti, in publico ad huiusmodi res non audemus testimoniũ postulare, ne & iniuriarum contra nos vindicta procedat: deum autẽ cœlorum regem, angelorum dominũ, & cum cõtrahis, & cum loqueris, & cũ quibuslibet sermonibus delectaris, aduocas testem? Vt igitur hoc crimine liberemur, inuicem admoneamur, insitum tempus cõstituamus, & tempus dierum decem. Volẽtibus enim & vigilantibus & hi sufficiũt dies, quò penitus hoc crimine cõsuetudinis liberemur: & post decẽ dies nihilominus si illaqueati reperiamur, pœnam nobis cõstituamus. Sed inquis, Dicito pœnam, propone vindictã. Hoc iam non meum, sed vestrum est: & si ita circa nos nõ solũ iureiurando, sed & in aliis cõuersationibus præcauere voluerimus, cõstituentes tempora, pœnas indicentes, mundi ad nostrum dominũ ire poterimus, vt de ignis gehẽna liberemur, & cũ omni fiducia tribunal Christi videbimus, quã omnes liceat obtinere per Iesum Christum dominum nostrum, &c.

DE MILITIA SPIRITVALI, Homilia.

BOna quidem sunt & vtilia regis ad eos, qui imperio eius subiecti sunt, legũ statuta: sed maiora, & angustiora illa præcepta sunt, quę militantibus obseruãda decernit. At ergo nũc ad militiam spiritualem cœlestis regis mandata prædicantibus nobis diligenter attendat omnis qui magnę & supernę dignitatis est cupidus, qui & semper Christo adstare desiderat: quíq; magnificę illius & diuinæ vocis nõ ociosus auditor est: Si quis meus minister est, me sequatur: & vbi ego sum, & minister meus est. Vbi ergo est Christus rex? Vtique in cœlo. Illo ergo terreę consuetudinis, & omnis carneę delectationis, nemo qui militiæ accingitur, domum sibi construit, neque possessiones agrorum comparat, aut vilibus humanorũ negociorũ commerciis implicatur. Nemo, inquit, militãs deo, implicat se negociis secularibus, vt ei placeat à quo probatus est. Escas miles regius habet, & imperatoris annona pascitur. Non oportet eum emere sibi cibum, neq; in eius prouidendi solicitudine occupatum, studiis militaribus auocari. Vbiq; illi domus omnis prouincialium ex præcepto regali patet, vt nihil eum de priuata domo laborare necesse sit: cui mansio in castris, & cibus ad expeditionem modicus, & aqua potui, & tantum somni, quãtum naturæ necessitas expetit. In vigiliis, in itineribus multi labores, & pro temporum vicissitudine, in æstibus aut frigoribus confirmata patiẽtia: pugnæ ad hostes, pericula vsque ad mortem: verum & si mors bellãti accidat, glorioſa est: vincentem vero honores & dona regia subsequũtur. Huic laborioſa in præliis vita, in pace autẽ splendida & honorata transigitur, & pro certaminibus prospere decertatis gloriæ corona defertur, promotio dignitatis apponitur, iuxta regẽ familiariter stare conceditur, de manu imperatoris assidua remuneratione donatur. Cæteris principibus suæ gratiæ comitibus eminentem præponitur interuenire, & iam extrinsecus pro amicis suis, si velit libẽter auditur: & tantum proprtia dignitate pro meritis virtutis exuberat, vt etiam sodalibus honorandis autor existat. Nũc ergo tu miles Christi modica hęc de humanis actibus exempla tibi sumẽs, maiorũ rerum, hoc est, diuinorum bonorũ conceptionẽ mẽte suscipe: vt libera tibi & expedita mortalibus curis vita ducatur. Non te domus auocẽt, nõ possessio impediat, non ciuitas & patria cõstringat: exutus enim & absolutus omni terrestrium rerũ solicitudine, melius diuina curabis. Non te illiget coniugis amor, neq; filiorum cura solicitet: impedimẽta enim sunt diuinę militiæ carnalium necessitudinum vincula. Arma enim nunc militiæ tibi non carnalia, sed potentialia à deo. Scito autem, quia te nõ vincet natura corporis, neq; strãgulabit inuitum, neq; te obnoxiũ faciet ex libero, nisi voluntaria declinatio. Longè diuersa est spiritualium affectionum conditio. Nõ queras in terra relinquere filios, sed in cœlũ perducere. Nõ ergo carnalibus te agglutinari nuptiis, sed spiritualib° oportet inhiare. Sume tibi coniugẽ sapiẽtiã veritatis, vt scriptũ est, & eã dispositã dotibus cœlestibus toto corde cõplectere. Filios genera spiritualiter, & æmulare cœlestẽ spõsũ, per quẽ debellare possis insurgẽtes aduersus animam tuam inuisibiles inimicos. Dimicandum est enim tibi cõtra potestates, & principatus harũ tenebrarum, cõtra omnem diaboli virtutẽ, & aërcum nequitię spiritualis exercitum, qui te occultis machinis & gladiis impugnare nõ desinunt, vt in teipso resistas eis, & eiicias eos primũ de anima tua, vt nullam sortẽ habeant in te: deinde vt his, qui ad te confugerint, téq; sibi elegerint ducẽ & propugnatorem, eadẽ virtute possis adesse qua tibi ipse profueris: id est, vt proximos tuos instruas verbo veritatis, conuersationis exemplo dirigas, orationũ interuẽtu destruas cogitationes extollentes se contra fidem Christi, & omnem impium malignũq; sermonem verbo pietatis exurgẽtes, doctrinæ apostolicæ armis potẽs. Cõsilia, inquit, destruentes, & omnem altitudinẽ extollentem se aduersum sciẽtiam dei: maximè autem cũ fide summi regis inuicta manu, quę facilè deterret, & in fugam vertit inimicos, si tantũ vel appareat eis. Si vero dominus & periculi certamen agitare velit, & exercitum suũ iubeat congredi exercitui aduersariorum, hic tibi ad omnem laborẽ præparatio firma cõsistat, & contra omne periculum interritę mentis cõstantia maneat: & si necesse sit, de terra in terrã, & de mari in mare libenter emigra, & patriam peregrinatione commuta. Quando em, inquit, persequentur vos, fugite de ciuitate in ciuitatem. Et si in iudicium pertraheris, vt necesse sit te sisti ante principes, & potestates, & plebeiorũ seditiones excipere, & dirũ carnificis vultum videre, & duram vocem sæui persecutoris audire, ipsarumq; pœnarũ horridam faciem sustinere, adhibitis etiam tormẽtis tentari: stare te fortiter, & vsq; ad finem mortis certare oportet, nõ cedente constãtia mentis armata, terroribus inimici, & doloribꝰ corporis: quia nisi legitime certauerit quis, non coronabitur. Vtinam præter hæc omnia ipsum ante oculos habeas, pro te in passionis prelio dimicãtem Christũ, sciens quia propter te & Christus in isto agone versabitur, & tu per ipsum agonis ipsius victor existis: victorem em regem sequeris, eum qui te victorię suę vult habere participẽ. Neq; enim etsi mortuus fueris in hoc genere certaminis, victus videris: sed tunc magis palmã capies, si vsq; ad finẽ incõuertibilem veritatis fidem, & confessionẽ in corde tuo conseruaueris, & pro veritate cõstantiam immobilẽ tenueris,

Matt. 10.

Iean. 12.

Universidad de Deusto Biblioteca

tenueris, à morte transibis ad vitã æternã : & ab hominibus iniuriam passus, ad dei gratiã trãsfereris : & à tẽporali, quam in hoc mũdo pertuleris tribulationem, in æternam requiem transuolabis, & sanctorum angelorum cõsortio perfrueris. Terra te ciuem non suscipiet, sed cœlũ: non incolam te suscipiet mundus, qui te persecutus est, sed angeli te portãtes præsentabunt Christo, & amicus dei vocaberis, & desiderabi-

Matt. 25. lẽ laudẽ ex ipsi' domini voce audies: Euge serue bone & fidelis, euge miles strenue, & imitator domini tui, & regis æterni comes : ego te meis remunerabo prẽmiis, ego verba tua libẽter exaudiã, quia & tu me diligenter audisti. Si petieris pro fratribus tuis similẽ patientibus persecutionẽ, sociis fidei tuę, & sacramẽti charitatis custodibus, vt saluentur & viuant, percipies à rege cœlesti omniũ bonorũ communionem: & hymnum dicens choris mixtus ęternis, & inter angelos sanctos accinctus lætitia, regalẽ coronã portabis in cõspectu regis domini, & coæternalis domino tuo factus, cum ipso æternę beatitudinis largitore lętaberis. Si vero in hoc mũdo adhuc dimittere post acta certamina palmarũ tuarum superstitem velit, vt plures varios agones dimices, vt multiplicẽtur coronę tuæ de multitudine præliorũ, multiq; exẽplo tuo ab inuisibilibus & visibilib' saluẽtur inimicis: magna erit tibi & in hoc seculo gloria, & apud amicos Christi eris honorabilis omnibus, qui te & præpositũ, & adiutorẽ, & legatũ bonum inuenerint. Isti pascent te sicut militem bonum: isti honorabunt te sicut virum fortem: isti dexteras dabunt tibi, & cũ magna gratulatione suscipient te, sicut angelũ dei excipientes, vt ait Paulus: Sicut Christũ Iesum. Hęc & alia huiusmodi monita atque prẹcepta sermo diuinus annunciat. Neque enim tantum de viris differit, quia apud deũ etiam fœmineus militat sexus. Multi ẽm sexus fœminei virili animo militiam spiritualem gerunt, nõ pro corporis infirmitate reprobãtur, quòd interioris hominis virtute viros æquant, & in agonibus martyriorum multæ pares, quædam fortiores viris extiterunt: quibusdam virorum & à fortiore sexu ignauia muliebri degenerantibus, infirmum corporis sexum virili mente vicerunt: & amissas negantibus viris obtinuerũt coronas, quæ in testimonio virtutis victrices pœnarum viris labentibus constiterũt. Ex ipsis sunt quæ angelicum sacratæ virginitatis splendẽt chorum, ex ipsis & illæ quę gloriosis confessionis præliis, & martyriorum triumphis coruscant : sequebãtur autem & ipsum dominũ in præsentia eius non solum viri, sed & mulieres, & ex vtroq; sexu comites, sicut scriptura

Mar. 15. designat: Et obsequebantur, & ministrabãt domino. His igitur talibus tantisq; virtutibus & honorib' militię Christi adiacẽtibus certatim omnes, & patres filios, & matres filias offerunt Christo, & suam quisq; progeniem regi cœlesti ad militandũ probare festinant: gaudentes in spe æterna, quæ nõ cõfundit: quia charitas Christi diffusa est in cordibus nostris. Talia enim pignora non solũ in consortium salutis & gloriæ, sed etiam in ornamentum, & in patrociniũ perenne deuoti parentes habebitis. Et nõ simus circa filios nostros pusillanimes, neq; timeamus, si nunc in militia spirituali laborẽt, sed magis lætemur : quia si impẽsius laborauerint, illustrius glorificabũtur. Nos tantũ repræsentemus domino, quos ab ipso accepimus, vt & probatorum ac militantium Christo filiorum efficiamur participes, nobiscũ eos adducẽtes, &

A statuentes corã domino. His autem qui ita exhibere se studẽt deo, & agonem iustũ militiæ spiritualis legitime certare nitũtur, vt apprehendant brauium supernæ vocationis, cõpetenter illud ex psalmis dicimus, Benedicti vos à domino, qui fecit cœlum & terram. *Psal. 113.* Dignè etiam pro his secũdũ Mosem orabimus, Benedic domine opera ipsorũ, & depone lũbos aduersariorum eorum. Viriliter agite ô probati milites, currite fortiter cursum vestrũ, & decertate certamen bonum, vt capiatis æternas coronas, in Christo Iesu, per quem deo patri gloria, cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

DE MILITIA CHRISTIANA Homilia.

OMnes homines, qui se student humo tollere, & inserere cœlestibus : quique naturã mortalitatis euincere angelicę cõuersationis æ-

B mulatione nituntur, vt studio bonæ voluntatis angelorum incorruptionem sequentes, appropinquent deo: (incorruptio enim, vt scriptũ est, hominem deo proximum facit) remoueant se quantum possunt spiritu virtutis à corpore, & penitus absistant à carnali concupiscentia, morientes quidem super terrã huic vitæ secundum imitationem passionis Christi : viuẽtes autem angelicam vitam iuxta communionẽ vitę domini, & resurrectionem mortuorum. Qui enim Christi sunt, inquit apostolus, hi carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscentiis. *Galat. 5.* His ergo talibus olera pro carnibus, aqua pro vino, & cibus modicus pro dapib' opimis est. Propter quod & vigiliæ gratiores, quàm somnus : & noctes pro diebus aguntur, & crebriora apud deum per orationes colloquia, & hymnis excubiæ, & verè (vt apostolus di-

C xit) in carne ambulantes, non secundum carnem militant. *2. Cor. 10.* Qui autem ad plenã huius exercitij perfectionem, sicut in verticem montis ascendere non valent, saltem in secundo virtutis gradu consistere studeant, vt immoderatam carnaliũ concupiscentiarum abũdantiam circuncidant, vt sanctæ ad dominum vocationis non penitus alieni sint : & de his quæ circa hunc mundum sunt occupationibus non omninọ teneantur. Vbi enim voluntates multæ, ibi & vacationes plurimæ, quę à deo separãt, gula & ebrietas, quorum & comes est corporalium permixtionũ delectatio. Hæc autem vitia magnas auaritiæ causas attrahũt, quia exuberãtem rerũ copiã exigit vita luxuriæ. Et ideo multa acquirẽdi necessitas strãgulat animas corpori seruiẽtes, ne desit effusis afluẽs sumptus im-

D pendiis. Ergo imitemur Loth illum beatũ fratruelẽ Abrahæ, q de terra Sodomę & Gomorrhę cũ igneis imbribus ardere cœpisset, manib' angelorũ eductus exiuit. Et cũ iuberetur in montẽ cõfugere, & illic ab incẽdio damnatarum vrbiũ tutus manere, pigebat vt senex, ne deficeret in fuga, in mõtis ascẽsu, & ignibus apprehenderetur. Metuebat autẽ & angelos, ne contradicẽs præcepto dei, quod per ipsos acceperat, perimeretur ab ipsis, quia in montẽ cõfugere colluctabatur. Vnum ergo minimũ de Sodomiticis vrbibus oppidũ ad salutis refugiũ donari sibi poposcit à domino. Et qui altiora petere vitauit, minima autẽ pro multis poscere elegit: dat ei primũ quidẽ in ciuitate modica de magnis illis & optimis, & deliciosis vrbib' liberata: salutẽ in magnis periclitãs, in exiguo obtinet: ꝓpter qđ & ipsa ciuitas, quę pri' Balath vocabatur, Segor appellata est, id est saluatrix: ex hoc autem munere

munere dei, quo parvę ciuitatis habitaculũ meruerat à domino, assumens audaciam, ascendit in montem.

A Tales quidẽ & nos efficiamur, vt primũ effugiamus copiosas, & circumfluentes huius mũdi delicias, quę similes sunt Sodomitarũ corruptis ex vbertate mo-

Ezec. 16. ribus terrarũ, de quibus dicit deus: Quia in saturitate panum luxuriabant. Coarctemus autẽ multa in modica, vt nõ incendamur ex multis epulis, & comessationibus, & distentionem ventris subsequẽtibus intemperantiis: sicut incensæ sunt Sodoma & Gomorrha, & confines earum. Post vero moderata virtutis nostrę fragilitate nutriemur, anima procedẽte in melius refrẹnandi corporis consuetudinẽ : ascendamus ad perfectam abstinentiam castitatis, sicut in ipsum montem salutis, & verticẽ virtutis confugientes à seculi huius incendiis. Metue ergo delicias Sodomitarũ, ne Sodomitica patiaris incendia: fuge fornicatio-

B nem, discede ab omni luxuria, respue gulam, abdica ebrietatem, & omnem ignium Sodomiticorũ fomitem in temetipso victo extingue. Si enim, inquit, accenderis ignem, inflammaberis, & ipse tibi eris autor exitij, cum te voluntariis libidinibus excitata vitiorũ flamma consumpserit. Non agamus similem infidelibus vitam, sed à quibus fide discernimur, ab eorũ studiis etiam & moribus diuidamur. Declaret fidẽ tuã quotidiana actio tua, confirmet tuã ad Christũ charitatem euidens à carnalibus cõcupiscẽtiis discessio tua, ne quis te contra disciplinam, & decus nominis Christiani in deuiis ambulantẽ videns, dicat: Iste est ille, qui cœlestis vitæ sectator, qui deniq; summæ ipsius pudicitię magistri discipulus habebatˉ. Iste est ille selectus à mũdo, qui iam cœlestibus angelis cõparabatˉ, qui se in aduẽtũ cœlestis regis præparabat, seq; eius lateri cominus adhæsurũ prẹsumebat. In hęc er-

C go post laudẽ opprobria deuenire prẹcauẽs, ita age,

Marc. 8. vt glorificetur per te magis, quàm blasphemetˉ Chri-

Luce. 12. stus, qui dicit: Honorificãtes me honorificabo, & annullantes me depreciabũtur. Quem vtiq; despicere, & pro nihilo habere conuinceris, etiã si verbo honorare iudicaris, quãdo non secũdum nomen fidei tuæ viuis, per operum tuorũ prauitatem blasphemari cogis in eum, cuius nomẽ prẹferre audes, & volũtatem agere detrectas: sicut ecõtrà hi qui dignã Christo vitam agunt, manifestã virtutem eius, & admirabilem gratiam apud omnes faciunt, vt illud domini verbũ

Matth. 5. impleant, Luceant opera vestra corã hominibus, vt videntes ea, honorificent patrẽ vestrum qui in cœlis est. Memento quia Christo sacrata sunt mẽbra tua, nõ misceãtur membris meretricis. Nõ polluas tem-

D plum sacratũ domino, ne fias ab spiritu eius alienus. Non enim capit quod sanctũ est in templo polluto. Quæ, inquit, communicatio lumini ad tenebras? Nõ abutaris natura contra naturã : filiorum enim generationem nouit lex naturę, & propter sobolem procreandam coniungit mulieri: concubitum autem superfluæ voluptatis etiam nuptię profugiunt, fornicationum sunt ista. Et mulier data est tibi in adiutoriũ. Ergo licito honestóq; consortio ob hoc tantum vtere, vt commerciũ in honestæ permixtionis effugias. Neque contẽnas quòd non iam hodie in opera pec-

Psal. 7. cantium vindicat Christus. Quanta enim patiẽtia sustinet, tãta & seueritate restituet. Nunquid enim irascetur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum vibrauit. Et quantum te peccantẽ vt conuertaris expectat bonitas indulgentis dei, tantũ in te, nisi

A conuersus fueris, eiusdẽ iudicis cẽsura procedet. Patientiæ quidem præsens tẽpus, sed futurum iræ est. Noli ergo de huius temporis spacio remissionẽ non *Iacob. 2.* timendi tibi ad peccãdi licentiam sumere. Sic loquimini, inquit, & sic facite, sicut per legẽ libertatis iudicandi estis. Et si secundum carnem viuatis, vt alter Apostolus dicit, Si secundũ carnẽ vixeritis, morie- *Rom. 8.* mini: si verò spiritu facta carnis mortificetis, viuetis. Adiungere itaque, & colloquere spiritui, & non tibi prẹualebit caro. Nolite, inquit, inebriari vino, in quo *Ephe. 5.* est luxuria: sed implemini spiritu sancto, cantantes & psallentes in cordibus vestris deo. Ecce remedia animæ domesticæ deo. omnia autẽ hæc frequenter audiamus, sicut verba sacra spiritualium canticorum. Reddamus vota, & impẽdamus orationes domino, vocanti nos ad vitam æternam. Omnis ergo homo dei indutus Christũ, fuge omnia quæ sunt incentiuã

B carnalium cupiditatũ, vel conuiuia, comessationem, & temulentias crapularum : & non dico secundum humanum prouerbium, ne substantiam tuã perdas: carnalis enim hæc cura est, & secundũ humanam vtilitatem familiare consilium, sed dico ne spiritualem, quæ multo potior est, substantiam salutis amittas, & spiritualium diuitiarũ inopem te facias. Non solum autem hęc baptizatis dissero & prædico, sed etiã baptizandis præcipio. Sicut enim is qui illuminatus est gratiæ dono, dignũ se debet præstare accepto diuinitatis munere: ita qui adhuc eiusdẽ gratiæ candidatus est, & in eadem spe simili fide currit, dignũ se facere debet gratiæ cõsequẽdæ. Timeat enim, ne post agnitionẽ dei, cuius signaculo iam prænotatus est, si non dignus agnitione percepta inueniatur, indignus etiã sanctificationis munere iudicetur. Ideo, inquit, *1. Tim. 1.*

C misericordiam consecutus sum, quia ignorãs feci in infidelitate: superabũdauit autem gratia domini nostri Iesu Christi cum fide & charitate. Tu itaq; si sciẽs peccasti in fide posit', metue ne gratiæ dono priueris, sed magis prẹpara te quotidie per omnẽ diem & noctẽ domino. Quis enim regẽ suscepturus, non parat & exornat domum, vt digna sit introitu & mansione regali? Nã quis audet in sordida & inculta domo regium aduentũ suscipere? Nec sanè sub vna die domus adornetur Christo, sed per totam vitę nostræ ætatem, æterno principi in reserãda humani pectoris aula cõponatur. Sed peccasti? pœniteat te. Emundat enim pœnitentia peccatorẽ, & reparat ad sanctificationem. Ideo præuenit & Ioannes, prẹparans viã do- *Luca. 3.* mino, & prẹcipiens dignos fieri fructus pœnitẽtię, vt fugerent ab ira ventura, reconciliati per donum ba-

D ptismatis in spiritu sancto, quod quia adeptus es, ne recurras ad peccata, quę remissa sunt tibi: neq; in delictis frequẽter offẽdas, relinquẽs ea, & rursus recurrens in ea. neque enim vt canem ad suum vomitum, aut suem in volutabrum contraria humanitati, irrationalium & immũdorum animantium natura te ducat. Hoc enim profecto dicẽs tradit te verbo dei, & sanctarum precum studio, vt naturæ carnalis immoderatas ad appetẽtias dei sermo contineat, & assidua ad deum oratio arceat, vt & naturam tuã opere diuino bonam competẽter in sua mẽsura custodias, sicut equum eam temperãs & refrẹnãs, agitatoriis disciplinis: atq; ita & domino nõ execrabilẽ facturam suam, in teipso iuxta naturã suam compositus exhibebis. Non enim vult opifex creaturæ nostrę corruptũ in nobis videre opus suũ. Itaque sanctitatibus, & remediis

Universidad de Deusto
Biblioteca

remediis spiritualibus integrũ te cõserua, vt & nunc & in illud infinitũ seculũ domino creatori placitus assistas, & nõ per modicam & breuẽ in hac vita corporis voluptatẽ æternæ beatitudinis detrimentũ capias. Ipse autem dominus fabricator naturæ nostræ, & omniũ accidentium modo languorũ medicus, & futurorũ bonorũ dator, dirigat voluntates vestras in bonum, & perficiat cursum vestrũ in salutẽ, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

DE ERVDITIONE DISCIPLINAE, Homilia.

ERuditio disciplinæ, custos est spei, & vinculum fidei, & dux viæ ad salutẽ ferentis, quæ fouet & nutrit animam ad profectũ sensuũ, & spiritualiũ magistra virtutũ est. Ipsa igitur in Christo manet semper, & indeficienter secundum deum viuit, & ad cœlestes repromissiones perducit, & ad diuina præmia facit peruenire. Hãc ergo nos sectari oportet salutem, & auerti ab omni malitia. Dicit enim *Psal.2.* in psalmo spiritus sanctus, Apprehendite disciplinã, ne quãdo irascatur dominus, & pereatis de via iusta, cum exarserit in breui ira eius. Et iterũ: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meum per os tuum? Tu vero odisti *Sapien.3.* disciplinam, & proiecisti sermones meos post te. Et iterum legimus. Qui abiicit disciplinã, infelix est. Et *Prouer. 3.* Salomonem ita nos admonentem accipimus: Fili, ne fias pusillanimus, neq; deficias cũ increparis à domino. Si autẽ dominus quem diligit, arguit & castigat, vt emendet ac dirigat vias eius: proculdubio fratres, & maxime sacerdotes non odiunt, sed diligunt quos corripiunt: ideo enim hoc faciunt, vt emendẽt quos arguunt. Quoniam & deus per Hieremiam prædixit *Hierc.3.* hæc tempora nostra, significans & dicens: Dabo ipsis pastores secũdum cor meum, & pascent eos pascentes cum disciplina. Et quidem cum sanctis scripturis frequenter, & ferè vbique disciplinæ mandata seruantur, & omne fundamẽtum pietatis, & fidei nostræ per custodiã mandatorum confirmatur, vt radicibus nostris fortiter complantatis, & domibus nostris super petram firmiter fundatis, inconcussi procellis & fluctibus istius seculi resistamus, & ad diuina dona per obseruantiam mandatorũ eius peruenire possimus, cõsiderantes simul quia membra nostra templũ dei sunt. Ab omnibus ergo veteris vitæ inquinationibus purgemur, mundati lauacro immortalitatis & vitę: quoniam qui templum dei violauerit, disperdet illum deus. Huius ergo viui & rationabilis tẽpli nos sacerdotes & ministri sumus. Et ideo seruiamus ei, sicut beatissimi Pauli sermo est, in mandatis eius, per quem nos ad beatũ amorem cœlestis vitę præceptis *1.Cor.6.* salutaribus introduxit, dicens: Non enim estis vestri: empti enim estis precio magno, glorificate & portate deũ in corpore vestro. Ergo glorificem⁹ & portemus deum mũdo & immaculato corpore, & cõuersatione bona, & redẽpti sanguine Christi, in omni obseruãtia mandatorũ redẽptori nostro pareamus, & studeamus nihil sordidũ & immundum in domum dei inferre, ne quãdo ipse q̃ fecit te, indignãs relinquat domum quã prius libenter habitabat. Hi sermones viuificãtes dei sũt, quib⁹ docemur simul & curamur, & in memoriã castigationis redim⁹, vt de cætero fla- *Ioan.5.* gellari caueamus. Ecce enim, inquit, san⁹ factus es, noli vltrà peccare, ne quid tibi deterius contingat. Cõfirmat & acuit nos ad curã & studiũ disciplinę. Propter assequẽdam & obtinendã salutem, legẽ dat, vt posteaquàm reddiderit hominẽ sanitati, nõ sinat eũ in eadẽ reuolui, propter quę fuerat infirmatus: & neque resolui eum in securitate sanatũ, neque euagari fiducia sanitatis permittit: sed ex quibus eũ diligẽter curauit, per eadẽ ipse curato homini vehemẽtius cõminatur: quoniã quidem minus est peccatum ei qui peccat priusquã agnoscat disciplinam domini: nulla autem venia est peccanti post agnitionẽ domini: nisi pœnitens reuertatur, quia deus mortẽ non fecit. Et non vult mortẽ moriẽtis, sed vt reuertatur & viuat: ne sit spiritus vadẽs & non reuertens: quorum damnatio iusta hęc. Hoc autẽ omnes simul viri & mulieres, pueri & puellæ, & omnis omnino ætas obseruẽt, soliciti sint pro fide, & pietate, cuius vnusquisq; debitor est deo: ne quando hoc sanctũ & mundum quod misericors de⁹ gratię suę dono in nos cõferre dignatus est, sine cura & timore habẽtes amittam⁹. Ab hoc fratres dilectissimi periculo, cõsulẽs nobis dominus, ne quis zelãs fratrẽ suum, in laqueos mortis caderet, interrogãtib⁹ discipulis, quis in ipsis maior esset: Qui *Matt.18.* minor, inquit, fuerit in omnibus vobis, ipse erit magnus. Ecce fratres vbi præscidit omnẽ zelum respõsione sua, quia omnẽ causam & substantiam inuidiæ sustulit & abscidit. Didicim⁹ vnde possumus placere. Vnde & beatus apostolus Paulus adhortãs & docẽs nos, vt quicunq; illuminati sumus Christi lumine, tenebras nocturnæ cõuersationis effugiamus, & in factis & in operibus luminis ambulemus: Nox, inquit, præcessit, dies aduenit: abiiciam⁹ opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sic vt in die decẽter & honestẽ ambulemus, nõ in comessationibus, neq; ebrietatibus, neq; cubilibus & lasciuiis, non in rixa & zelo. Si autem discesserũt à pectore tuo tenebrę, & nox inde expulsa est: si illustrauit sensum tuũ splendor dei, & homo lucis esse cœpisti, quę bona sunt, Iesu Christo gratias age, quia lux & dies Christus est. Quid teipsũ mũdi huius caligine rursus inuoluis? Quid ad diabolum cui renũciasti, reuerteris? Quid Cain similis efficeris? Homicidij enim crimine reũ teneri eũ qui zelat & odit fratrẽ, Ioãnes apostolus manifestat in epistola sua, dicens: Omnis qui odit fratrem suũ, homicida *1.Ioan.3.* est: & scitis quia omnis homicida nõ habet vitam ęternam. & iterũ: Qui dicit se in lumine esse, & fratrẽ suũ odit, in tenebris ambulat, ipso scelere cęcat⁹. Vadit enim nescíens in gehennã ignis, & pręceps fertur ad pœnã, separatus à lumine Christi docentis & dicentis, Ego sum lux mũdi huius: qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vitæ. Sequitur autem Christũ, qui insistit mãdatis eius, qui per viam doctrinæ eius ambulat, q̃ per vestigia & per vias eius currit, qui imitatur illa quę Christ⁹ fecit & docuit: sicut & Petr⁹ apostolus suadet & pręcipit, dicẽs, Chri- *1.Pet.2.* stus passus est pro nobis, relinquẽs vobis exemplũ, vt sequamini vias eius, & in vestigiis eius ambulemus. Meminisse prętereа & cõsiderare debemus, quo nomine populum suum nuncupauit: Oues nominat, vt mãsuetudo Christiana ouib⁹ æquetur. Agnos vocat, vt agnorũ simplicitatem castis innocentiæ sensibus æmulemini. Quid ergo in vestitu ouium lupus latet? Quid Christianũ se esse mẽtiens, gregem Christi infamat? Christi enim nomẽ induisse, & per viam Christi ambulare, quid aliud est, q̃ quod ipse docet, dicens illum ad salutẽm venire, qui seruauerit mãdata eius, & illum esse sapientem ædificatorem, qui verba eius

eius audiat & faciat, & illũ magistrum maximum in regno cœlorum appellandũ, qui faciat & sic doceat? Docet enim hic ordo doctrinę magistri, vt primũ ip se perferat, quod docet esse faciẽdũ. Si eũ videatur in actu eius quod, pbabile sit, prõptius recipitur quod prędicat. Adiicit eũ doctrinæ authoritatẽ bona vita doctoris. Vnde frequẽter discipulis suis dominus salutiferam & cœlestem doctrinam annunciat, vt quæ audiẽdo percipiunt, agẽdo custodiant. In primis ergo obseruandũ & custodiendũ præcipit, vt ea charitate qua ipse dilexit nos, inuicẽ diligamus. Sic eũ inquit Apostolus, Firmũ & incorruptũ charitatis vinculũ custodiam⁹. adiecit & dixit: Charitas patiẽs est, charitas benigna est, charitas non æmulatur, charitas non inflatur. Docẽs vtiq; & ostendens illũ posse charitatem tenere, qui sit lõganimis, & mũdus ab æmulatione liuoris. Et alio loco itẽ cum prædicaret & doceret vt homo repletus gratia spiritus sancti, & regenerationis cœlestis filius dei fact⁹, nihil nisi spiritualia & diuina sectet, ita dicit, Et ego fratres nõ potui vobis loqui vt spiritualib⁹, sed vt paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, non escã: nondũ enim poteratis, sed neq; adhuc potestis, adhuc enim carnales estis. Quãdo enim in vobis inuidiæ & contẽtiones sunt, nónne carnales estis, & secũdum hominẽ ambulatis? Et rur- *Rom.8.* sus idẽ Apostolus prouidenter & salubriter docens, dicit, Itaq; fratres debitores sumus nõ carni, vt secũdum carnẽ viuamus. Si enim secũdum carnem viuatis, moriemini: si autẽ spiritu facta carnis mortificetis, viuetis. Quotquot enim spiritu dei agũtur, hi filij dei sunt. Si ergo filij dei esse cœpimus, accipientes spiritũ sanctũ, sancte & spiritualiter viuamus. Si de terra in cœlũ oculos eleuauimus, si ad excelsa & diuina repletũ deo & Christo pectus ereximus, digna deo & Chri- *Coloss.3.* sto agamus, sicut & Apostol⁹ exhortat, & dicit, Si ergo cũ Christo resurrexistis, quę sursum sunt quęrite, vbi Christ⁹ est in dextera dei: quę sursum sunt sapite, non quæ super terrã. Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est in Christo. Cũ autẽ Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cũ ipso in gloria. Deus autẽ omnium det vobis spiritum compunctionis, vt percipiatis quæ dicuntur à nobis secũdum euãgeliũ Christi dei nostri, per quẽ deo patri honor, gloria, cũ spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

DE VIRTVTE HOMILIA.

EVrtur amatrix eremi, quãdo in desertis degit locis, delectabilibus blandimẽtis arcessit cõparem vocis suæ, conuallia penetrans, & suum masculũ in amœna & nemorosa pascentem conuocat, & hinc auolare prouocans, hortatur ascẽsionem sui celerem facere. Vnanimi autem mente ad inculta & prærupta rupium cubile fundantes, exinde suos sine timore volare prouocãt pullos. Assueuerant quidã turturem castã, & amatricem comparis esse: ita vt si quando euenerit eius masculũ ab aquila, siue aucupe capi, nõ se cõmiscere alteri, sed ipsum cupere, & ipsius præstolari aduẽtum, & in amore eius expectatione pendẽre. Idcirco audite mulieres, quæ castitas in volucribus reperiatur. Quotcunq; igitur figuram turturis in vestra mente portatis, huius sobrie imitamini castitatem: talis etenim est omnis casta ecclesia: viro quippe eius Christo crucifixo, & in cœlis ad dexteram patris sedente, alteri viro non cõmiscetur, sed ipsum desiderat, ipsum expectat, & desiderio eius cõmori cupit. Sed ne forte videamur charissimi scriptu-

ræ authoritatẽ prætergredi, turturẽ nominãtes, vera ipsius scripturę verba texamus: testatur nanq; beatus Dauid, & dicit: Etenim passer inuenit sibi domum, & *Psal.83.* turtur nidũ, vbi reponat pullos suos. Videamus ergo quem dicit passerem. vt ego arbitror, hominẽ intelligi voluit: Anima nanq; nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtium. Quod & dominus idipsum volens ostendere discipulis suis, quantũ alios sanctitate prælleret, dicit eis: Nolite timere, multis passeribus *Matt.10.* meliores estis vos. Propterea & Salomõ proclamat, dicẽs: Vt euadas sicut damula ex cassibus, & sicut auis à laqueo. Simile est regnum cœlorũ grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod quidem minimũ est omnibus seminibus: quãdo autẽ creuerit, maius efficitur vniuersis olerib⁹, & fit arbor, ita vt veniant volatilia cœli, & sedeant in ramis eius. nam & hoc innumerabile hominũ genus volatilibus coęquauit. Etenim passer inuenit sibi domũ, & turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos. Turturi cõparauit omnẽ castam ecclesiam propter multiplicem sapientiæ gratiã. Et quia verum est quod dicimus, audi Dauid loquentẽ, Omnis gloria filiæ regis ab intus in *Psal.44.* fimbriis aureis circũamicta varietate. Etenim passer inuenit sibi domũ, & turtur nidũ sibi, vbi reponat pullos suos. Hoc in confessione trophæi crucis enutriẽs illuminatos filios suos. Huius turturis Hieremias mẽtionem facit, dicẽs, Turtur & hirundo & cicada agri *Hiere.8.* passeres cognouerũt tẽpus aduentus sui. Turturẽ dicit omnem castam ecclesiam, hirũdinem vero Ioannem hominum amatorẽ, cicadam autem eloquentissimum Paulum, ecclesię organum. De ista nanq; turture præcepit Abrahæ deus, dicẽs, Accipe mihi vac- *Gene.15.* cam trimã, & arietem trimũ, & capram trimam, turturem & columbã. Huius turturis meminit scriptura in Cantico canticorũ, dicens, Vox turturis audita est in *Cant.2.* terra nostra. Vox turturis hui⁹ cœlestẽ Christi nobis verni temporis significauit aduentũ. Vox turturis audita est in terra nostra. Audiamus igitur huius turturis vocẽ melleã decantantẽ, Nigra sum, inquit, & speciosa filię Hierusalẽ. Nigra propter priorem pręuaricationẽ, speciosa propter celebrem pœnitentiam: nigra propter luctũ ruinæ, speciosa propter splẽdorem baptismi gloriosum. Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalem. Filias Hierusalẽ sanctas patrũ animas dicit. Nigra sum & speciosa ex gẽtibus ecclesia, ne cõsideretis me vos animę sanctę, ne aspiciatis in me, quoniã ego nigerrima sum, quoniã despexit me sol propter priora mea delicta. Et quis est sol qui eã despexit, videamus. Ille nimirũ de quo Ecclesiastes dicit, Oritur *Eccles.1.* sol & occidit sol, & ad locũ suũ reuertitur. Ortus est nobis sol iustitiæ Christus de sancta Maria secũdum carnem genitus. Oriens quippe nomẽ est illi: occidit vero quando post crucem ad inferna descendit. Oritur sol & occidit, & ad locũ suum reuertitur, ipso dicente, Cũ exaltatus fuero, vniuersos trahã ad me. De *Ioan.12.* hoc sole iustitiæ & Esaias pronũciat, dicẽs, In diebus *Malac.4.* illis orietur sol iustitię, & sanitas erit in pẽnis eius. Veniente enim sole iustitię Christo, ad tactũ fimbrię vestimẽti eius fons ꝓfluuij sanguinis exiccatus est. Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalẽ. Si qua hic peccatis anima denigrata est, ne timeat, tãtũmodo pœnitẽtiã agat, & dicat, Nigra sum ego, & decora. Et si in no uissimo spiritu est, & (vt ita dicã) si in extremo halitu positus, ne formidet, tantũ cum fletu pœniteat, & cõpuncto cõfiteatur corde. Ad vesperũ enim demora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitur fletus,& ad matutinũ lætitia.Imitare itaq; Ezechiã regẽ,qui ægrotatione conſtrictus,& lectulo decumbens,audiuit ſanctũ Eſaiam dicẽtem ſibi,Diſpone domum tuã,quia morieris tu,& nõ viues. Cõuerſus ad parietẽ amariter fleuit,&precib' ſuis pœnitẽs, deum ad miſericordiã prouocauit, & quindecim ad vitam annorum tẽpus illico à deo promeruit.Si quis eſt hic catechumenus,cõfiteatur peccata ſua,accedat ad deũ,baptizetur in nomine Chriſti : lauacro aquæ regenerationis ablutus,adoptabit in filiũ dei. Si quis eſt hic fidelis per negligentiã peccator effectus,naturali lachrymarũ fonte abluat ſemetipſum, & per bonã pœnitẽtiæ cõfeſſionẽ prouocet,imò inuitet miſericordiã dei.Si ſic temetipſum adornaueris,ſi ſic animã tuã ad pœnitentiã prẽparaueris,& cõtemptã red dideris:ſi correptionibus iuſtis fueris delectatus,amplectetur te ſermo diuinus, & inflãmabit mentẽ tuã, & ad deſideriũ te attrahet dei,& tunc dices & tu,Væ mihi,vę mihi,vulnerata charitate ego ſũ.Lege Eſaiã, & in ipſo inuenies quomodo ipſa ſagitta loquatur. Poſuit,inquit,me ſicut ſagittã electam deus: verbum dicit,& in pharetra corporis abſcõdit me.Iſta ſagitta vulneratus Hieremias dicebat ad deũ,Ego autem nõ laboraui ſequi poſt te,& diẽ humanum non cõcupiui.Iſta ſagitta vulneratus mẽte Dauid dicebat,Adhęſit anima mea poſt te,me autem ſuſcepit dextera tua. Iſta ſagitta vulneratus Petrus, dicebat Chriſto, Domine,tu noſti quoniã diligo te.Iſta ſagitta vulneratus Paulus,&cõuinculatus Chriſto dicebat,Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?Iſta ſagitta vulnerata omnis caſta eccleſia dicebat,Væ mihi,vę mihi,vulnerata charitate ego ſum. O gemitus de medio cordis amabilis,bonitatis pullulãs fontes, ô gemitus cœleſtẽ ſponſum Chriſtũ ad ſemetipſum adducẽs:propterea dicit,Oſculetur me ab oſculo oris ſui,deſpõſata ſum cœleſti ſpõſo per legẽ & prophetas. Ego eccleſiã ex gentibus nõ iam volo per Moſem & Eſaiã,aut Hieremiam,& cæteros vates : ſed ipſe veniat, cũ ipſo volo ore ad os loqui:ipſe veniat, & oſculetur me ab oſculo oris ſui.Audio Hieremiã dicentem de ipſo,Graue cor eius præ omnibus,& homo eſt,& quis cognoſcet eũ?Ipſum deſidero,veniat,& oſculetur me ab oſculo oris ſui.Audio Amos dicentẽ de eo,Ecce homo ſtãs ſuper murũ adamantinũ,& in manu eius adamas: ipſum quęro,veniat,& oſculetur me ab oſculo oris ſui. At ſicut cõiunx amatrix viri abſente marito ſuo per feneſtras circũſpicit,ipſum requirẽs, & vbiq; ſpeculãs in mari,& in terra:& ſi viderit nauẽ venientẽ, ibi ſuũ putat eſſe virũ:& ſi viderit viatores procul veniẽtes,inter ipſos adeſſe exiſtimat, & occurrẽs eis interrogat,dicẽs,Dicite mihi vbi eũ dimiſeritis,in qua regione,aut in qua ciuitate,quid dicẽtem, aut quid facientẽ,aut quando venientem?In hunc modũ omnis ſancta eccleſia cõſtricta amore Chriſti,ĩterrogat prophetas,Vidiſti eũ?putas venit?putas non venit? putas adhuc in cœlis eſt?putas adhuc nonaginta & nouem oues quæ nõ errauerunt,paſcit in cœlis,& non venit ad erroneã ouem?Dicite mihi, vbi paſcit, vbi cubat, quẽ diligit anima mea ? Interrogati ꝓphetæ per vnũ reſpondẽtes Eſaiã,dicunt,Vidimus eũ,ſi tamẽ ipſum expectas:ſiquidẽ vidimus eũ,& nõ habebat ſpeciem, neq; decorem,ſed viſio eius inhonorabilis, & minorata præ filiis hominũ.Reſpondit omnis caſta eccleſia, Ipſe eſt, ipſum deſidero, ipſum quæro, veniat & oſculetur me ab oſculo oris ſui. Reſpondet ad eam Eſaias,Ipſe eſt,veniet cũ dominatione, ecce merces eius cũ eo,& opera in cõſpectu eius, ſicut paſtor congregat gregẽ ſuũ,& in manu ſua cõgregabit agnos,& in vtero habẽtes cõſolabitur.Audiens hęc omnis caſta eccleſia,qđ manifeſte de eo narrauerit Eſaias,dicit ad eum, Vbi paſcit, & vbi curat quem diligit anima mea?Mittit eam ad Ioannem,Vade,inquit,interroga eum, quia ipſe eſt præcurſor eius, & vox clamãtis in deſerto,parans viam domini, & dirigẽs ſemitas eius. Pergit ad Ioannẽ in deſerto. Dicito,inquit,mihi,ſi tu es Chriſtus?Reſpõdet Ioãnes,Nõ ſum ego Chriſtus. Denuo interrogat, Si tu nõ es Chriſtus, quare baptizas?Reſpondit ille,Ego quidẽ Chriſtus non ſum,ſed poſt me veniet qui fortior me eſt,cuius nõ ſum dignꝰ corrigiã calceamẽti ſoluere.Et adhuc tardãte eo,dicit ad eum,Vę mihi,vę mihi, vulnerata charitate ego ſum.Et iterũ dicit Ioãnes ad eam, Suſtine pauliſper, noli ingemiſcere, expecta, iamiámq; veniet, ego illũ tibi oſtendã. Videt Ioannes eminus venientẽ dominum,& dicit ad eã, Iam noli triſtari, nec ingemiſcas, quia venit:Ecce agnꝰ dei,ecce qui tollit peccata mũdi.Et quũ audiſſet agnum ab Ioanne,& paſtorem ab Eſaia,hæſitat,& putat,dicẽs ad ſemetipſam, Cui credam?putas huic,aut Eſaiæ? Videt dominus quoniam dubitat,clamat & dicit,Ego ſum paſtor bonꝰ.Et vno ſermone ſoluit omnẽ hæſitationem eius.Accedit illa ſponſum,amplectitur,& oſculatur eum. Et cõpletur quod in Dauid ſcriptum eſt, Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi,iuſtitia & pax oſculatæ ſunt ſe. Vt autem manifeſtius addiſcamus, quoniam ſpõſo ſponſa coniuncta eſt,& ſpirituales factæ ſunt nuptię:ipſe Ioannes epithalamiũ dicit : Qui habet ſpõſam,ſponſus eſt:amicus autẽ ſponſi,qui ſtat , & audit vocem eius, gaudio gaudet propter vocẽ ſponſi.illũ oportet creſcere,me autẽ minui. Neceſſe,inquit,erat,ſicut in nuptiis dotalia ſcribi ſponſæ,charta quęrebatur,& ſcriptor,& calamus. Dicit ſpiritus ſanctus ad Eſaiã: Accipe tu calamũ nouũ,& grandẽ,& ſcribe in eo.Quærebatur calamus,inuẽtus eſt apud Dauid.Dicit enim de eo:Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.Speciosus forma prę filiis hominũ,ipſe eã deſpõſat,ipſe eam adornat,ipſe eã hortatur & docet , ſicut mos eſt doceri hominibus à pronubis . Audi filia & vide,& inclina aurẽ tuã,& obliuiſcere populũ tuũ,& domũ patris tui: hoc eſt diaboli , cui prius ſeruiebas variis deſideriis & voluptatibus irretita. Ne deſperes,inquit,quoniã ſimilis tui eſt, quoniã dignatus eſt coniungi tibi:ꝙ ſi temetipſam conſideraueris , vnde, quò veneris,cõcupiſcet rex decorẽ tuũ, quoniã ipſe eſt dominus deus tuus,& adora eũ. Si me audieris filia,vultũ tuũ deprecabũtur diuites plebis. neceſſariũ quippe erat etiam quæ ab vnoquoque offerebantur ſcribi,ſeruos videlicet & ancillas,& à Chriſto quidẽ ſeruus veniet Paulus,& Siluanus,& Timotheus ſerui Ieſu Chriſti:expetũtur & ab ipſa ancilla.Tranſit Dauid,& dicit:Adducentur regi virgines poſt eam,proximæ eius afferentur tibi.Fiunt igitur nuptiæ . Venit dominus myſtice in Cana Galilææ.Cana interpretatur poſſeſſio : poſſeſſio autem dei omne ſeculum eſt. Hic iam ſpirituales celebrat nuptias,hoc eſt Cana Galilææ . Et conueniunt omnes ſancti , & vnuſquiſque ſecundum vires ſuas dona offerunt ſponſo.Abraham offert vitulũ,Sara panes ſimilaceos , Iſaac ligna portat, Iacob hœdos defert,Ioſeph frumẽta diſpergit,Moſes lampadem accendit, Eſaias canit, Dauid chorum

chorũ ducit. Et quia neceſſe erat ad tales nuptias & ſanctas intereſſe mulieres,& ipſas quoq; congratulari & canere:Venit Iudith cõpoſita,& Heſter, & Maria ſoror Moſi tenens tympanũ,& dicens:Cantemus domino , glorioſe enim honorificatus eſt . Neceſſe etiã erat vt in talibus ipſis laudes & prœconia ſcriberentur.Paulus collaudãs nuptias,dicit: Honorabiles nuptię,& cubile immaculatũ. Et quia myſticum erat quod dicebat,audi quemadmodũ verba Adæ interpretatur,dicẽs:Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ,& adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna:Myſteriũ hoc grande eſt . Ego autem dico in Chriſto , & in eccleſia : quod ergo ille interpretatus eſt,nos dubitare non conuenit:ſed oremus deũ, vt & nos gloriam ipſius videre mereamur,in Chriſto Ieſu domino noſtro,cum quo eſt deo patri vnà cũ ſancto ſpiritu honor,gloria,& poteſtas per immortalia ſecula ſeculorum.Amen.

Quod nemo lædatur niſi à ſemetipſo, Homilia.

SCio quòd craſſioribus quibuſq;, & præſentis vitæ illecebris inhiantibus, atque his qui per omnia terræ adhęrent & voluptati,propriæq; libidini deſeruiũt,nec ſpiritualẽ ſenſum capere quærũt,nouus videatur hic ſermo noſter ac mirus: & deridebũt nos fortaſſe,ꝙ in ipſa ſtatim tituli fronte inepta ſatis, & quę nulli videantur veriſimilia proponamus:ſed nõ ob hoc nos à propoſito ceſſabimus, quinimò & eoipſo ad conſignãda,& omnimodis cõprobãda quæ ꝓmiſimus,perurgebimus,ſi tamẽ paululum nobis in principiis patientiæ tribuant hi quibus abſurda videtur eſſe quæ loquimur, nec in exordiis obturbent dicentẽ, ſed finem propoſitæ orationis expectent.Scio enim quia poſt hoc nobiſcũ ſtabunt notantes ſemetipſos prioris erroris: & (vt dicitur)palinodiã canent,ac veniã poſtulabunt,pro eo ꝙ minus rectã minúſq; veram tenuere ſententiã : inſuper & gratiã nobis habebunt, ſicut ægri quiq; medicis recuperata ſanitate.Nolo ergo mihi ingeras opinionem nunc illam quæ apud te hactenus inueterata permãſit.Sed expecta paululũ orationis huius noſtrę luctamen:& tunc ſcio ꝙ rectã propoſito negocio ſententiam dabis,vbi ſpinoſis opinionibus,quæ apud te ſunt,rationum quæ à nobis dabuntur falce reſecatis, rectũ iudicandi tramitem potueris intueri.Quoniam quidẽ & iudices ſeculi huius negociorúmq; communium,etiãſi vehementer viderint eum qui primas negocij partes proſequitur perorantẽ,& largiſſimis dicendi fontibus inundantẽ: expectant tamen etiã reſpondentis ad hæc proſecutionẽ,& audiũt eum cum patiẽtia:nec prima allegatione mouẽtur ad ſentẽtiã proferendã, etiãſi iuſtiſſima videantur eſſe quæ dicta ſunt.Seruatur enim apud audiẽtiam eorum ſecundo quoq; integer dicendi locus : quoniã quidẽ hæc eſt iudicũ diſciplina,prius ex vtraq; parte cauſam diligẽter agnoſcere,& ita ſententiã promulgare.Igitur quia & nobis in præſenti negocio prima orationis pars proſecuta eſt, inueterata apud plurimos, & radicata multi tẽporis opinio quę omnẽ pene orbẽ terrę perorat,& adſtruit dicẽs,cõfuſa eſſe omnia, nec aliquid recte iuſtéque ſeruari inter homines poſſe. Quotidie enim videmus lædi quãplurimos, & affligi, & opprimi cũ omni iniuria: humiles & infirmos à potẽtibus & fortibus,&pauperiores à ditioribꝰ inuadi: & ſicut non eſt poſſibile numerare fluctꝰ maris,ita nec hi qui affliguntur,& iniuriã patiuntur , poſſunt numero cõ prehendi:quibus neq; leges vllæ ſubueniunt,neq; iudicum metus , neq; vlla vis alia morbũ hunc ac pernicię poteſt cohibere , quinimò & augetur per dies ſingulos,fletúſq; & gemitꝰ malorũ ſemper increſcit. Ipſi eñ iudices qui ad hæc reprimẽda cõſtituti ſunt, grauiores tẽpeſtates , & pernicioſiores ſuſcitãt morbos.Et in tantũ labes mali huius augetur,vt nonnulli infelices & ſtulti in id inſaniæ proruperint,vt etiã diuinã pro his prouidentiã culpent, videntes eum quidem qui honeſtũ & placidum vitæ propoſitũ gerit, interdũ trahi ad iudicia,vinciri,& perturbari, & pati extrema omnia:proterũ vero & improbũ,& peſſimi propoſiti virũ augeri diuitiis,potentia, & honoribus cumulari,terribilẽ omnibus fieri,& innumeris modis excruciare & affligere,ac pedibus(vt ita dicã) conterere bonos & honeſtos viros.Hæc autẽ iniqua atque iniuſta inæqualitas nõ ſolũ in vrbibus,ſed & in agris: & non ſolũ in terra,ſed & in mari cõmittitur & exercetur. Quum ergo huiuſmodi apud plurimorũ mentes feraẽ opinio,oratione vetuſtę perſuaſionis aſſerta, neceſſariò cõtra hęc hic noſter nũc introducitur ſermo,agones habiturus , quatenus falſæ huius opinionis quanuis antiquas deiiciat & ſubruat ſedes . Licet ergo,ſicut ſuperius diximus,nouum quod aſſerimus, videatur ac mirũ,hoc tamẽ pollicemur, ꝙ volẽtibus diligenter his quę dicuntur intẽdere,& vera hęc noſtra & vtilis inuenietur aſſertio . Hoc ergo eſt quod hic ſermo noſter pollicetur oſtẽdere(ſed quæſo vos, nullus primo turbetur auditu) neminẽ poſſe lædi ab alio,niſi à ſemetipſo. Verũ vt planior ſermonis intelligẽtia & apertior detur , primo diſcutiamus quid ſit hoc ipſum lædi,& erga quã materiã, quámve ſubſtãtiam lędi contingat vnicuiq;.Sed hoc ita demũ lucidius fiet,ſi prius quę ſit in homine virtus,& vbi ſit,requiramus.Tunc enim verius apparebit,vnde & quomodo ei accidat lædi:& in quo quidẽ videatur lędi, nec tamen lædatur.Idq; etiã exemplis adhibitis clarius demõſtrabimus. Omne quod eſt in rebus,habet aliquid quo corrũpi poſſit ac lædi.Verbi gratia: Ferrũ rubigo lædit,lanã tinea,ouiũ greges lupus , vinum aceti permutatio,dulcedinẽ mellis amaritudo corrũpit:loliũ ſegetibus nocet,grãdo vineã lædit,virgulta ac diuerſa plãtaria locuſtę ac bruchi exercitus vaſtãt, & ſingulis quibuſq; corporibus(vt ne in enumerãdo omnia lõgius producatur oratio)varię morborũ ſpecies inferunt corruptelã:ſic eñ corruptela erga vnũquodq; eorum habet,quo noceri poſſit,& ſtatus eius incolumitáſq; corrumpi.Requiramus ergo nũc quid illud ſit , quo virtus quoq; animi lædatur ac vitietur humani.Alij quidẽ alia opinãtur. Oportet enim nos etiã falſas opiniones adducere in mediũ, cõfutatíſq; eis,vt ſe veritas habet,edocere & oſtẽdere euidẽter, ꝙ nocere nobis vera noxa nemo alius poteſt,niſi noſmetipſi.Alij ergo putãt,ꝙ noceat homini paupertas, alij damna aut calumniæ,alij mors,& in his eſſe cunctas hominũ miſerias iugiter deflẽt, multáq; miſeratione dignos ducunt eos qui in his poſiti videntur, ac lachrymabiliter cõqueruntur,dicẽtes adinuicem: Quid mali perpeſſus eſt ille? Subito direpta eſt eius vniuerſa ſubſtãtia.Et alius rurſus de alio:Ille ægrotat grauiſſima ægritudine , & deſperaẽ à medicis.Et aliꝰ eos ꝙ in vinculis habẽtur,deflet:& eos aliꝰ qui patria carẽt,& ad exilia ꝓpulſi ſunt:aliꝰ eos qui in ſeruitutẽ ex libertate redigũtur:alius eos qui ab hoſtibꝰ deprędati ſunt,atq; in captiuitatem ducti:alius eos qui nau

Universidad de Deusto
Biblioteca

fragio decerpti sunt, vel incēdio cōflagrarūt, vel ruinis oppressi sunt. Isti omnes plāguntur, lugētur & deflētur ab omnibus: hi vero qui male agūt, & nequiter viuunt, à nullo penitus flētur, sed quod est infelicius, frequenter etiā isti laudātur ab omnibus, & beati dicuntur: quod certè totius mali causa est. Age iā nunc, si tamē (vt ab initio deprecatus sum) nemo obturbet dicentē, ostendamus quomodo nihil horum quæ suprà diximus, nocere prudenti viro potest, nec corrūpere animi virtutē. Quid enim, dic mihi, eum qui facultates calūniatoribus, vel furib⁹, vel latronibus obsessus amisit, huiusmodi damna læserūt in animi virtute? Sed, si videtur, pri⁹ describamus vt ꝓposuimus, quæ sit animi virtus, eáq; vt euidētius possit agnosci, coniecturā & similitudinem ex corporeis substantiis capiamus. Et videamus prius, verbi gratia, equi quæ sit virtus. Nūquidnā videbitur in argēteis frēnis, pulchrisq; tapetibus ac sericis flāmulis, phalerisq; gēmatis, iubáq; aureis intexta funiculis, equi virtus & magnificētia iudicari? an in velocitate cursus, & fortitudine pedū, gressūsq; cautela ac pectoris firmitate, cēterisq; quæ aut cōficiendo itineri apta ducuntur, aut præliis peragēdis, vt vel interritus hostē petat, vel in aduersis perniciter propriū possit ab exitio liberare sessorē? Nónne certū est in his potius equi virtutē, q̄ in illis de quibus supra dictū est, declarari? Quid autem & reliquorū animalium? nōne in eo omnis probitas habebitur, si vel ferre onera fortiter, vel robusta possunt mouere carpēta? Nūquid volēs aliquis probare animal, ad ea respicit quę ei superposita viderit: an (vt diximus) si mēbris, si pedibus, si vngulis validū sit, inspiciet? Et item si vineam probare volumus, nūquid ad hoc inspicimus, si latos habeat pāpinos, aut flagella diffusa, an illud magis aspicimus, si densior ei fructus sit, & vua fœcūdior? Similiter & de oliua, atq; aliis huiusmodi arboribus contēplamur. Igitur eodē modo etiā de hominibus agamus discutientes quæ, aut vbi sit vera hominis virtus, & tūc eum lædi putemus, quū in ipsa fuerit læsus. Quæ ergo est virtus hominis? Nō sunt diuitiæ, ne timeas paupertatē: nec sanitas corporis, ne languorē metuas: nec fama & existimatio humana, ne te hominū maledicta terreant: nec vita hæc cōmunis, ne fortè metuas mortem: nec libertas, ne seruitutē perhorrescas. Sed quę est virtus animi? Recte sentire de deo, & recte inter homines agere. Illa cm̄ omnia quæ suprà diximus, auferri ab homine possunt, etiāsi nolit: hęc vero si habeat, auferre ab eo nullus omnino, nec ipse diabolus potest, nisi ipse ea qui possidet, perdat. Sciebat hunc rerū ordinem
Iob. 1. diabolus, & ideo quum expetisset beatū Iob, omnem substātiam eius perditum dedit, non vt eum pauperem faceret, sed vt pro his dolens, impium aliquem sermonē proferret in deū. Propterea deniq; & omne corpus eius afflixit, nō vt eum faceret ęgrū in quo nihil lędebatur, sed vt per ęgritudinis cruciatū, si fortè constātia eius fatigari potuisset, animi virtute nudaretur. Ob hoc eū numerosa orbitate percussit: ob hoc & corpus eius tormentis multo grauioribus, q̄ si carnifices adhibuisset, afflixit: nō cm̄ ita tortores vngulis latera sulcarēt, vt ille ea vermib⁹ fodit. Ob hoc, inquā, hæc omnia, vt male aliquid de diuinitate sentiret. Ob hoc etiā amici qui ad consolandū venerāt, instigantur ad exacerbandum: aiunt enim, Nondum digne secūdum ea quæ peccasti, flagellaris. Et multa alia huiusmodi incusantes eum, loquūtur. Ille autem A vrbe extorris & domo, & facultatib⁹ simul affinibúsque nudatus, sterquiliniū pro domo, pro stramentis humū, simū pro indumentis habebat. Sed in his omnibus nō solum nihil lædit Iob, verū & clarior per hæc ac magnificētior redditur. Cū enim cūctis eum facultatibus atque ipsius sanitate corporis spoliasset, immensas ei virtutū diuitias per patientiā congregauit. Neq; enim tantę fiducię apud deum erat Iob, antequam in hoc agone desudaret. Quòd si iste qui tāta perpessus est, & ab eo perpessus qui omnes homines nequitia & crudelitate præcellit, lędi in animi virtute nō potuit: quis erit iam cuius videatur digna excusatio, cū dicit, Ille me læsit, ille offendit, ille nocuit, ille impediuit? Si enim diabolus qui omni malitia repletus, cōmodis vniuersis viribus suis, atq; omnibus telis armisq;, vel in domū iusti, vel in corpus eius directis, B lędere omnino non potuit: sed magis eū, vt dixi, gloriosum, & spectabilē reddidit: quomodo digne quis vllum hominem culpabit, ꝙ ab eo lædi quiuerit, aut nōceri? Quid ergo, inquies, nō est læsus Adam à diabolo, & nō est supplantatus atq; eiectus de paradiso? *Gen. 3.* Non diabolus eū, sed ignauia sua læsit, dum erga obseruantiā mandati nō vigilauit. Nam hic qui tot machinis aduersus beatū Iob, tótq; fraudibus pugnauit armatus, nec tamen eū valuit superare: quomodo vllis horū in Adam prolatis decipere potuisset, nisi per ignauiā suā semetipsum spōte perdidisset? Sed dices: Quid ergo? qui calūniis circumuētus proscribitur, & amittit vniuersam substantiā, non est lęsus, quum paternis nudatus bonis, vltima egestate cruciatur? Nō: imò vero nō solum læsus non est, sed & lucri aliquid C capiet, si vigilauerit. Quid enim, dic mihi, apostolos Christi penuria rerum corporaliū lęsit? Nónne in fame & siti & nuditate degebāt, & pro his clari magis & magnifici habebātur, atq; ingentem per hæc fiduciam quęsierunt apud deum? Quid autem & Lazarū? nónne ægritudo & vlcera, & egestas vltima ad beatitudinem perduxit? Et afflictio huius mundi coronas *Genes. 37.* ei in æternū parauit? Quid vero Ioseph? nónne ꝙ opprobriis domi & peregrè repletus est, eousq; vt adulter putaretur, & ꝙ seruituti subiectus est, parentibus & domo extorris effectus? Nónne ob hæc singula in admiratione est omnibus apud homines, & in magna gloria apud deum? Sed quid de exiliis, & paupertate, & opprobriis illatis loquor? & q̄ in seruitutē redacti sint mirabiles viri? Mors ipsa, dic mihi, quid nocuit iustissimo illi Abel, & mors amara, & acerba mors, parricidio illata, non homicidio? Nónne ob hoc in D omni orbe terrarum canitur & celebratur Abel? Vides quomodo amplius ostendit nostra hæc etiam q̄ promisit oratio. Non solum enim hoc aperuit, quod promisimus, quia nullus lædatur ab alio, sed & ꝙ lucra maxima capiant sancti homines in his quibus videntur affligi. Cur ergo, ais, pœnæ & supplicia, cur gehenna, quam ob causam minæ tam multæ, si nemo lædit, & lædit nemo? Noli confundere & permiscere sermonem: neque enim diximus, quia nemo lędit, sed quia nemo lædit ab alio. Et quomodo, inquis, erit istud, si lædunt aliqui, vt nemo lædatur? ita vt iam ostendimus. Nam & Ioseph læserunt fratres sui, & iniquè egerunt in eum, sed ipse læsus non est: & in Abel iniquè egit Cain, insidiatus est enim ei, sed ipse non est læsus, nec mali aliquid passus, ob hoc ergo pœnę & supplicia. Non enim patientię virtus eorum qui patiūtur, illorum crimen abstulit, qui impio proposito

posito iniuriam proximis irrogarunt. Quanuis enim A ipsi clariores effecti sint per tolerantiā, non tamen illi eximuntur scelere per propositi sui malitiā. Et ideo quidem illos virtus animi extollit ad gloriā: istos vero malitia animi demergit ad pœnā. Meritò igitur à iusto iudice deo illis quidē qui cōstāter philosophati sunt, & ad palmā victoriæ peruenerūt, regnum paratur: his autē qui in nequitia propositi perdurarunt, gehēna deputatur. Propter quod, si ablatę tibi sunt facultates tuę: dic, Nudus exiui de vētre matris meę, nudus & hinc abscedā. Adde & illud apostolicū, Nihil intulimus in hunc mundū, sed ne auferre quidē quid possumus. Audisti te maledici, infamari apud homines, & cōtumeliis onerari: recordare & ante oculos
Luc. 6. pone verba domini, quibus ait: Vę vobis, quum bene vobis dixerint oēs homines. Et iterū, Gaudete & exultate, quū ciecerint nomen vestrū tanquam malum propter filiū hominis. Expulsus es patria & domo, re- B cordare quia nō habemus hic patriā manentem, sed futurā inquirimus. Quid ergo te putas patriā perdidisse, qui in tota terra peregrinus es? Sed & si ægritudinē incurristi grauissimam, vtere illo apostolico ser-
2. Cor. 4. mone, quo ait: Nā & si is qui foris est homo noster, corrūpatur: sed qui intus est, innouatur de die in diē. In carcere cōclusus es, & mors crudelis imminet: intende adhuc ante oculos Ioānem in carcere ceruicibus cęsum, & tāti prophetę caput saltatrici puellæ in mercedem libidinis datum. Hæc ergo singula quum inferuntur iniuste, tu non cōsideres eorum quæ inferuntur iniuriam: sed eorum quæ pro his retribuētur, perpende gloriam. nō solum enim peccatis absoluitur qui hæc patitur, sed & iustitias acquirit: tātum est vt fides eos constātiáq; non deserat. Quum ergo ne- C que damna facultatum, neq; calumniæ, neq; opprobria, neq; exilia, neq; ægritudines & cruciatus, neque ipsa mors quę videtur omniū horū esse grauior, lędat homines, quinimò & iuuet, clariorésq; reddat: vnde iam probabis lędi aliquem posse, quum ex his omnibus non lędatur? Verū ego & amplius adhuc quid assignare tentabo: quia illi soli læduntur qui lædunt, & nulli alij nocet noxa quam cæteris inferunt, nisi ipsis qui inferūt. Quid enim, dic mihi, infelici⁹ erat, quàm Cain? Mors cm̄ illa quę manibus eius fratri illata est, illum quidem iustum reddidit per secula: ipsum vero qui intulit, haberi fecit per secula parricidam. Quid etiā Herodiade miserius, quę caput Ioannis exhiberi sibi desiderauit in disco, vt suū caput perpetuis gehēnæ ignibus flāmisq; demergeret? Quid etiā ipso diabolo deteri⁹, qui nequitia sua ita clarū reddidit Iob, D vt quāto illi gloria, tanto huic crescceret pœna? Vides quomodo & in his plus multo, q̄ polliciti fueramus, ostenditur? Claruit enim non solum neminē lædi ab his qui iniurias inferunt, sed & illos tantūmodo lędi, & male pati, à quibus irrogātur iniuriæ: quoniā quidem neq; diuitię, neq; libertas, neq; sanitas, neq; alia huiusmodi quæ supra memorauimus, propria bona hominis sunt, sed sola virtus animi. Et ideo quū erga ea quæ extrinsecus sunt, damnū, aut amissio, aut afflictio vlla superuenit, nō lædit homo: quia omne bonum eius in animi virtute consistit. Quid ergo, ais, si in ipsa quis animi virtute philosophatur, & lædit? Nequaquā: in his enim si lædatur, nō ab alio lędit, sed à semetipso. Quomodo, ais, à semetipso quis lędi-tur? Si quando verberatus ab aliquo, vel facultatibus spoliatus, aut alio quolibet modo afflictus, blasphe-

mum & impium ex ore suo protulerit verbum: læsus in hoc, & valde læsus est, non tamen ab alio, sed à semetipso, per impatiētiam scilicet suam. Intuere enim (sicut & superius diximus) quāta perpessus sit Iob, nō ab homine aliquo, sed ab eo qui omnium hominum scelestior est & crudelior. Quòd si ille immanis & cruentus, tot machinis, tot fraudibus adhibitis, tótq; suppliciis non potuit cogere vt peccaret Iob labiis suis ante dominū, & hoc quū neque legem dei accepisset Iob, neq; redemptionis Christi ac resurrectionis eius fuisset gratiam consequutus: quāto magis tu his omnib⁹ munitus, si velis, & ex fide auxiliū dei implores, non poteris superari? Vide enim Paulū quanta passus est, quę etiā enumerare difficile est, carceres, vincula, verbera, flagella, supplicia, à Iudæis lapidatur, virgis cędítur, præcipitatur, latrones incurrit, ab inimicis & à falsis fratribus insidias perfert: intus timores, foris pugnas patitur: famē, nuditatem, calumnias, insidias, tribulationes, bestias tolerat: & quid opus est multa dicere? quotidie moritur, & tamē in his omnibus nō solum nihil blasphemū ex ore suo profert, sed & gaudet, & gloriatur, atq; exultās dicit: Gaudeo autem in passionibus meis. & iterum, Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Si ergo hic tāta patiēs gaudebat & gloriabatur: quæ erit venia, quæ excusatio his qui pro paruis iniuriis, vel verberibus, aut qualibuscunq; tribulationibus, quę vtiq; illis longe inferiores sunt, blasphemant? Sed aliter, inquis, lædor. si enim non blasphemauero, facultates meæ auferētur, & ero iam inutilis ad misericordiā faciendam. Occasiones sunt istę, & non bonæ. Si tibi opera misericordiæ & eleemosynæ cordi sunt, audi: quia paupertas non impedit hominem ad misericordiā faciendam, hominem dico misericordem. Quanuis enim pauper C sis, erunt tibi duo minuta, quæ quum obtuleris, super omnem diuitum censum reputabūtur tibi: & erit tibi manus plena farinæ, quæ sufficiat tibi ad pascendum prophetā. Quòd si defuerint etiam hęc, nunquam tibi, crede mihi, deerit calix aquę frigidę, ex quib⁹ omnes diuitias effusas pro misericordia superabis. Mētē nanq; misericordē deus requirit, non pecunię quantitatem. Vides ergo quia nec in hoc quidē damnum passus es, ꝙ perdideris facultates, quinimò & lucri plurimum: nam & coronas immortalitatis, quas alij multa largiēdo mercantur, tu duobus minutis (vt diximus) aut precio aquæ frigidę comparasti. Hęc quidem his qui veritati studunt, & salutis suę curā gerūt, manifeste euidentérq; patuerūt: apud eos autem qui voluptatis vinculis alligati sunt, & quos obtinet libido captiuos, quibúsq; omnis vita in luxuria teritur, superflua videtur hęc & inepta, quoniamquidē summa auiditate amplectūtur vmbras, & stringunt ventos. Hæc enim quæ eis videtur carnis & seculi bona, è manibus eorum tanquā ventus & vmbra effugiunt ac labuntur. Et ideo, si videtur, aperiamus etiam ipsis interiores rerū causas: & imagine hac qua decipiuntur, ablata, ipsam eis interiorem impuræ huius & immundæ meretricis, quam cōplectuntur, faciē reuelemus. Meretricē nanq; ego appello vitam hāc, quæ in deliciis, & affluentia diuitiarū, & huius seculi potētia ac voluptate transigitur. Et non solū meretricē eam nomino, sed & turpissimam atq; obscœnissimā meretricem, cuius facies fœda, horrida, aspera, amara, crudelis, & in hoc maxime est, in quo sine venia habendi sunt cuncti quos decipit. Quòd cum tam tur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pis sit vultus eius,& ferus,& tã barbarus ac truculentus:multi tamẽ ab ea capiuntur. Et cum videãt apud eã cruenta omnia periculis,mortibus,pręcipitiis plena:cúmq; stipari cã cernant sodalibus pessimis,cõtumeliis dico,opprobriis,liuore,inuidia,insidiis,crimi nationibꝰ,& pernicio sissimis curis,metu iugi,tremore frequenti,& mille aliis huiusmodi infaustis cõsortibus,velut anguium corona circũdari:fructum vero in his nullum alium, nisi interitum esse, & perniciem pœnámq; perpetuam:expetitur tamen à pluribus,& amabilis habetur atq; exoptabilis. Tanta nanque est eorũ qui decipiũtur stoliditas, vt cum eos ratio nulla ab hoc interitu reuocet:nec euidentia quidẽ indesinẽter pereuntiũ exempla deterreãt.Non ergo istos stolidiores multo,q̃ paruulos iudicem, quos puerilis ludus,vbi aut circulus voluitur, aut turbo vel trochꝰ verberibus agitatur, & longis porticibus per curua spacia rotatur, ita intẽtos & inhiantes puerilibus annis tenes,vt auelli inde nullatenus queant, ignorãtes penitus per ætatis fragilitatẽ, nihil in illo ludo vtilitatis,nihil perfecti operis haberi? sed pro illis satisfacit ætas immatura. Isti quid habebunt excusationis, qui in ætate perfecta puerilẽ, imò & puerili imbecilliorẽ sententiã tenẽt?Cur ergo quæso te,videtur appetẽdę diuitię?Hinc nanq; incipiendũ puto:quia,inquit,& sanitati,& vitæ ipsi,& famæ, & patriæ,& propinquis,& amicis,& omnibus omnino quæ sunt,cõmodiores eas esse pluribus visum est. Et ista sentẽtia nõ solum terra mariq; seruatur, sed vsq; ad ipsas iam nubes ascendit ac sydera.Noui & egò ꝙ non tam ista sententia,q̃ flamma est,quæ & istum vastat orbẽ terrarũ:& qui extinguat quidẽ,nullus est: qui accendãt vero,& magis magisq; inflãment,multi sunt. Omnes enim fauẽt huic malo, non solum illi qui ab eo capti sunt,sed & qui nondũ illuc videntur ingressi: & vnũquenq; hominẽ videas,seu vir sit ille,seu fœmina,seruus aut liber,diues paupérve, pro viribus suis incendio huic materiã atq; onera cõportare, & die ac nocte in eius ministeriis vigilare. Onera autem dico nõ ligni aut fœni:non enim talis est flamma quæ ista cõsumat, sed animæ suæ & corporis iniqua & iniusta ei opera deferunt:his enim accenditur ignis iste, & his pascitur.Nam & ipsi diuites,etiã si totũ orbẽ possibile esset possideri à singulis,adhuc tamen in desiderio eius arderẽt. Pauperes vero dũ cupiunt diuitibus exæquari,insanabilẽ rabiem patiuntur, insaniunt,furiunt,& idẽ morbus diuersos singulis generat lãguores.Intantũ amor pecuniæ omnẽ animam fatigat, vt neq; amicitiarũ, neq; propinquitatis, interdum etiã nec coniugis aut filiorũ amori det locũ, quibus affectibus inter homines nihil præfertur: amor tamẽ pecuniæ omnia hæc humi deiicit,& pedibus cõculcat, ita velut fera quædã,& crudelis domina omniũ corda possidet,& tyrãnica dominatione deuincit.Sæuit vt barbarus,feruet crudeliter vt tyrannus,debacchatur impudenter vt meretrix,nusquam miseretur,nusquam pudet:adest vbiq; dura,vbique terribilis, dira, inclemẽs,impia,truculenta:& cũ lupis,&vrsis ac leonibus ferocius sæuiat,suauis tamen hominibus videtur,& amabilis.Et quid dico suauis?Melle ipso, & fauis dulcior. Cúmque his, qui eam desiderant & exoptant,gladios acuat, quotidie foueas & præcipitia paret, scopulisq; eos mille & mille naufragiis illidat: expetitur tamen ab eis,ac desideratur,& quæritur,ac per innumeras mortes suas lætantur se aliquando ad eius saltẽ ianuã peruenisse.Volutari nanque in cœno eius tanquã sues delectãtur,& vt cãthari stercus eius euoluere.Tales quodammodo oẽs,qui auaritię huic manus dederint,infeliciores& turpiores etiã istis immũdissimis animalibꝰ fiũt.Et hæc est maior rei huius infelicitas, ꝙ quãto magis in his sordibus volutãtur, tanto maiorem in his capiunt voluptatẽ:idq; non rei natura,sed volũtatis vitio patiuntur.Quomodo ergo sanabimus mentes huiuscemodi lãguoribus occupatas,nisi vellent nobis aurẽ paululũ commodare, atq; animos ad audiẽda dare,& susciperę quę dicũtur?Irrationabilia nãq; illa quæ diximus,vt muta animalia, quę se in huiuscemodi sordibus volutãt,transferri ab his nõ possunt, vtpote intellectu & ratione carentia. Nobis vero sermo nunc ad homines habetur,quibus intellectus,& ratio diuino munere data est:tantũ est, vt audire velint,facile,& absq; multo labore de cœni huius fœtore & indignitate stercoris poterũt liberari.Age ergo iã nunc quasi ad homines loquentes, & percõtemur ab eis, cur expetẽdæ videãtur esse diuitiæ.Respõdebunt sine dubio,propter voluptatẽ primò vitę & delicias corporis,tũ deinde & propter honorem,qui habetur in vita,atq; officia quę ab hominibus diuitiarũ contẽplatione deferuntur: & pro eo ꝙ potest facile vlcisci qui dives est, in eos qui iniuriã inferre tentauerint, vt & timori sit cæteris. Puto ꝙ alias,exceptis his,causas nõ habeas, voluptatis dico, honoris,officiorũ,timoris,vltionis. Nam neq; sapiẽtiorem,neq; temperatiorẽ,neq; clementiorem, neq; prudentiorẽ diuitiæ facere hominẽ possunt: non benignum,non placidũ reddunt:non deniq; iracũdum aliquando in mansuetudinẽ commutarunt,nec incõtinentem cõtinentiã,nec voluptuosum sobrietatem, nec inuerecundũ verecũdiam docuerunt: neq; aliud aliquando virtutis genus animæ per diuitias acquisitum est.Quòd si virtutibus animi nihil cõferunt, nec meliorem hominẽ secundum virtutũ titulũ reddũt: dic quæso quam ob causam expetendæ videãtur esse diuitiæ?Imò vero non solũ nihil virtutis animo conferunt, sed & si paratũ aliquid & recõditum inuenerint,subruunt,& ecõtrario vitia pro virtutibus introducunt:ipsarũ enim pedissequa est luxuria,ira,intemperantia,furor,iniustitia,arrogantia,superbia,omnisque irrationabilis motus. Sed de his suis locis referemus,quoniamquidẽ nõ libenter hi qui huiusmodi ægritudine innexi sunt, sermonẽ de virtutibus ac vitiis audiũt.Partes enim luxurię agunt,& nihil aduersus eam patiuntur audire. Hinc ergo interim sermo moueatur: si est omnino in diuitiis aliquid quod delectare possit,aut si est in illis aliquid honoris. Incipiamus itaque,si videtur, à conuiuiis, & à mensarum affluentia.In his enim diuitiarum magnificentia prędicatur. Conferamus mensam diuitis, & mediocris, & discutiamus vtrosque conuiuas: qui magis quæso sint, qui puram verámque vtriusque mensæ capiunt voluptatem. Illi nanque tota die attritis & lassescentibus cubitis recumbunt,& cœnas prandiis iungunt, quique ventris distentione rumpuntur, atq; oppressione ciborum suorum premuntur: in quorum corpore vini inundatione, velut naufragij cuiusdam fluctibus obruta anima necatur, vbi neque oculus,neq; lingua,neque pes propriis deseruit officiis: sed omnia membra corporis vini vinculis iacent vincta grauius,quàm catenis:vbi non sopor eis ipse ad quietem datur,neque ad salubritatem cedit,sed exterriti somniis in-

niis insanientibus & furẽtibus deteriores fiũt,& quasi spõte dęmones superducãt animę suæ,risus,& spectaculum omnibus, etiã ipsis famulis suis fiunt: nihil agnoscũt eorũ quæ videntur,nihil sentiunt,nihil norũt,dicere aliquid & audire nõ possunt,sed latera fœdissima portãtur de accubitis ad lectos. In talibꝰ igitur cõuiuiis magis voluptas est,an in illis vbi cibꝰ potúsq; tantus est,quãtus famẽ depellat ac sitim? Hunc modũ vitæ natura docuit, illum corruptela libidinis inuenit.Ideo deniq; in hoc etiã sanitas adest, & ratio permanet, & honestas cum sobrietate perdurat, nec grauatũ corpus atq; oppressum leuatur de conuiuio, sed adiutũ potius atq; auctũ viribus, totáq; alacritate subnixum surgit incolume. Quòd si tibi parum fidei habere sermo noster videtur, vtrorúmq; corpora & animos cõsidera:& inuenies illa magis robusta,& valida,ac succi plena, quæ mediocribus ac simplicibus vtuntur alimoniis. Nec mihi nũc adducas in mediũ, siqui fortè ex accidẽti ęgritudine,aut qualiber debilitate fatigãtur. Alia est ista causa,&alio in tẽpore requirẽda. Hi vero qui in deliciis, & luxuria vitam ducunt,resoluta quidẽ corpora, & omni cera molliora circumferunt,atque agmine quodã infirmitatum repleta,quibúsq; ad cumulum malorum podagræ, tremor,& immatura senectus accedit,& est eis vita semper cũ medicis & medicamentis: sensus autẽ ipsi tardi,graues,obtusi,& quodãmodo iam sepulti.Et si aliquid voluptatis,aliquid iucũditatis habent:quis hæc iucunda dicat & grata, qui tamẽ nouerit, quid sit iucũditas & voluptas?A prudẽtibus enim ita definitur, quia hæc sit sola voluptas,cũ quis desideriis suis fruitur.Vbi vero frui desideriis nõ potest,dum vel ægritudo nõ sinit,vel satietas ipsa desiderari nõ facit, quę onerosa efficit abũdantia: sine dubio & voluptas eis pariter & iucũditas perit.Deniq; cõsidera ęgros,qui fastidio perurgẽtur: quomodo quãuis suaues eis & lauti apponãtur cibi, horrori tamen eos magis accipiunt q̃ voluptati.Sic ergo eum per abundantiam cupiditas fuerit extincta, pariter & voluptas ac iucũditas perimitur: quia nõ tam ciborum gratia,q̃ desiderij gignit satisfactio voluptatẽ.Vnde & sapiens quis, atque in horum disciplina philosophari bene sciens, aiebat:Anima in satietate posita,fauis illudit. Ostendens etiã ipse,quia voluptas nõ in natura,vt diximus, ciborũ,sed in desiderij vigore cõsistit.Propter hoc& Propheta mirabilia enarrans, quæ in Aegypto gesta sunt,quæq; in eremo,inter cætera etiã hoc dicit: De petra melle saturauit eos. Equidẽ nusquã inuenimus mel fluxisse de saxo: quid ergo est quod dixit? Quoniam quidẽ post multã itineris fatigationẽ & laborẽ sitientes, aquis frigidis è saxo fluentibus fruebantur, eáq; multo cũ desiderio hauriebant.hoc ipso ergo ꝙ dulcissime & desiderabiliter potãdi cupiditas explebatur,aquas illas mel appellauit:non ꝙ natura aquarũ fuerit cõmutata,sed ꝙ dulcedo poculi,instar mellis sitientibus & desiderantibus obtineret dulcorem. Igitur cum hæc ita sint,nec dubitari à quoquã de his possit,nisi sit aliquis aut contẽtiosus,aut stultissimus: nónne palam est,& in propatulo,ꝙ simplicior victus, & mensa mediocris plurimum iucũditatis habeat & voluptatis:ecõtra vero diuitũ mẽsæ execrabiles quidem & horridæ, ac morborũ & cõtaminationis plenæ:& sicut ait quidam prudentiũ, in quibus molesta sunt etiã ea quæ delectabilia videntur?Sed honores, inquiunt, conferunt diuitiæ, & in inimicos vltiones facilius præstant: & ob hoc videbitur necessariũ esse opus diuitiarũ,quia vitiis ministrãt,& irę tribuũt effectum,atq; inanes ambitionum bullas inflant amplius, & extollunt in maius, quódq; superbiæ malũ tumidius erigunt: imò potius pro his omnibus maxime erant fugiendæ diuitiæ.Hoc est enim feras quasdam bestias in animis suis homines sponte collocare,& in pectoribus suis nutrire.Et iterũ diuitiæ suadẽt,vt honore quidẽ vero cœlestíq; careatur:falsum vero hũc veri illius colore solũ quodã & simulata imagine fucatum requiri honorem nõ veritate sed nomine. Sicut enim plerunq; meretricis vultus, cũ turpis & fœdus est per natutã,fucis & coloribus pigmentatus ꝓstituitur ad decipiendos eos qui ignorant quę fœditas sub velamine fuci illius contegitur: ita & diuitiæ faciunt,cum adulationẽ volunt honorẽ videri. Neq; enim voces illæ populi, per quas iudicibus acclamatur, ex veritate proferuntur, sed & ipsæ sunt quibus fucatum nomen honoris depingitur.Nã si conscientias interroges acclamantiũ tibi, inuenies apud vnũquẽq; eorũ mille te capitibꝰ accusari.Deniq; vbi metus cessauerit potestatis, & publicæ põpæ fuerit scena resoluta:tunc videas quanti oblatrãtes,quanti obloquentes, quanti insimulantes: & hi omnes ex illis sunt,qui prius acclamabant, & immensis te laudibus extollebãt.hæc tu honorẽ dicis?& hæc diuitiis quærenda credis,quæ etiamsi spontè adessent,recusanda erant?plus enim odij q̃ amoris acquirũt.Sed si vis tibi ostendã honorẽ verum.Honor verus,virtus animi est.Hic honor neq; à Cæsaribus præstatur,neq; adulatione conquiritur, neq; pecunia præparatur: nihil fucati in se habet, nihil simulati, nihil occulti: huius honoris successor nullus est, accusator nullus, nullus ingratus: hic honor tẽporibus nõ mutatur, nec tyrãnos patitur,nec picturã tabulę metuit aliquando delendã.Sed vindictam,inquis,inimicorum sumere nõ possum.Hęc vero est maxima causa & pręcipua:quia execrandæ diuitiæ sunt, & amanda paupertas: istum enim gladiũ,quẽ dicis, aduersum te acuunt: faciunt enim te præuaricatorẽ mãdati illius, quo dicit: Mihi vindictã,& ego retribuã,dicit dominus. Vis autẽ videre quantũ mali habeat vindictæ cupiditas? misericordiã dei aufert ab homine, & cõcessam iam gratiã infringit ac reuocat.Scriptũ est enim in euangelio,ꝙ is qui multorũ talẽtorũ debitor fuerat, & veniã precatus à domino impetrauerat, cũ conuersus ad seruũ suũ,qui ei parum pecuniæ debebat, hoc est qui in eũ parum peccauerat,exigere eũ cœpit,vindictam scilicet sumere,& ob quòd immitis fuit erga indulgentiã conserui,ipse de se sententiã tulit, vt non solũ iam cõcessa non frueretur indulgentia, sed & tortoribus traderetur,atq; vniuersam debiti summã cum suppliciis pœnáq; persolueret:& ita pro vindictę desiderio munus diuinæ perdidit indulgentiæ. Pro his, quæso te, videntur expetendę diuitię,vt tibi facilior via pateat ad interitum? Nónne pro his maxime oportebat eas veluti inimicũ grauissimũ & hostem pessimum,ac totius mali authorẽ vitari?Sed paupertas, inquis, difficile negocium est: interdũ enim & blasphemare cogit homines per penuriã, & multa inhonesta & indigna cõmittere.Non paupertas hæc, sed pusillanimitas facit:nã & Lazarus pauper fuit, & valde pauper, cuius paupertati addebatur etiam ægritudo,& ægritudo amarissima, quæ ipsam paupertatem redderet duriorem, cum & vis morbi solatia multa deposce-

Prou. 27.

Psal. 80.

Deut. 32. Rom. 12.

Luc. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret,& nullũ penitus paupertas posset adhibere.Horũ enim alterũ etiamsi solum sit, graue est, & doloribus plenum:cum autẽ simul iungũtur, nec adest qui subleuet,intolerabile efficitur malum.Ignis inextinguibilis,&dolor sine remedio,tẽpestas plena naufragiis, animæ simul & corporis flãma.Erat tamen huic beato his omnib⁹ malis aliquid adhuc amplius,vicinitas diuitis epulantis luxuriosẽ: & adhuc magis ac magis etiam inde in eum tormenta cumulantur, q; & ad ianuam iacebat epulãtis,vt cum multo amplius excruciarent opes in oculis positæ,quæ vetabantur, q̃ illæ quę per penuriam deerant.Multo enim grauius affligit animam,q; cogitur carere bonis quæ videt,quàm his egere quæ nõ videt.Verum ne his quidẽ flectitur dies ille crudelis,sed sibi quidem præparari mẽsam solitis copiis iubet,& ornari ministeria, vina diffundi,coquorũ exercitus &alios ministrorũ cum parasitorum turmis duci,& cãtorum statui cateruas,nec in aliquo luxuriã temulẽtiámq; fraudari: pauperẽ vero Lazarũ dira fames,& amaræ ægritudines vastabant, minister vero nullus,nec vllũ misero solatiũ ex mensa diuitis, quæ parasitos & luxuriosos vsq; ad distensionem & crapulã satiabat.ne micæ quidẽ quę proiiciebantur,ad Lazarum veniebant fame perielitantẽ: & tamen ita pertulit hanc tã dirã, támq; teterrimam paupertatẽ,vt neq; amarũ sermonẽ,neq; blasphemię verbũ proferret & illicitũ:sed sicut aurũ vehemẽtius ignitũ,purius &syncerius redditur:ita etiã ille passionibus & cruciatib⁹ examinatus, clarior & splẽdidior per patientiã reddebatur.Etenim si videntes tãtummodo diuites quosq; affliguntur humiles,&tabescũt ac distendũtur inuidia,& vita ipsa amarior redditur, etiãsi necessarius eis non sit cibus,etiamsi mediocria videantur habere ministeria:quid vero passus Lazarus,qui ita erat pauper,vt nullus alius fuit: & nõ solũ pauper,sed æger,vt nullus alius æger fuit?Et qui nullum omnino non dicam ministrum,sed nec solatium quidẽ habuit in medio ciuitatis, vt in vltimis agens desertis,famem patiens, omniũ rerum penuriam habens,sed plus ex abundãtia vicinitatis esuriẽs?Videbat enim diuitem copiis tanquã fontibus & fluminibus inundãtem, se vero ab hominibus quidem refrigerium nullũ capiẽtem:solis vero canibus iacere miserandũ:ita enim erat ęgritudine resolutus, vt nec ipsos quidẽ canes valeret abigere. Hic ergo nisi fuisset summę philosophię,quomodo hęc omnia tã patienter,támq; fideliter pertulisset?Vides quoniã qui seipsum nõ læsit,à nullo potuit lædi. Iterabo & repetam promissionis meæ sermonem . Quid ergo, dic mihi, morbus corporis?quid penuria rerũ omniũ? quid irruẽtes vlceribus canes?quid vicinitas auari diuitis ac superbi lędere potuit athletã dei?aut in quo ex iis omnibus resolutus,aut fract⁹ est ab animi virtutibus? Nihil omnino,quinimò & angustiis rerũ magis solidatus est,& hinc illi coronę paratę sunt,vnde infelicior putabat̃,inde ei palma victorię,inde æterna remuneratio,vnde cruciatus multiplicabat̃ & iniuria.Fames illa abundãtiam præparabat futurorũ bonorũ,ægritudo illa vitã conciliabat æternã: vlcera illa quæ canes lambebant, splendorẽ gloriæ per angelos ministrandũ ferebant.Inhumani & crudelis diuitis despectus,atque ad ianuas eius cubile contẽptum,patris ei Abrahã piissimos simus,& beatudinis eius consortia promittebãt. Quid vero apostolus Paulus(non enim absurdum puto iterum viri huius facere mẽtionem)

A nónne innumeris tentationũ subactus est imbribus? & quid ex his omnib⁹ læsus est?nõne per hęc gloriosior factus est?Quid eũ fames,quid frigus, aut nuditas,quid flagella,quid verbera,quid saxa nocuerunt? Quid detrimẽti in naufragiis, quid in ꝓfundo maris passus est?Nónne permãsit semper idẽ Paulus, & idẽ vocatus apostolus?Ecõtrà autẽ Iudas vnus fuit & ipse de duodecim,& vocatus apostol⁹ Christi:sed neq; q; vnus ex duodecim fuit , neq; q; vocatus apostolus dictus est,prodesse ei quicquã potuit,nõ habenti animũ virtutibus deditũ . Sed Paulus quidẽ cũ penuria & plagis cucurrit cursum,qui ducit ad cœlũ:ille vero cũ & prior vocatus esset in apostolatũ,& simili cũ eę teris gratia donatus,cœlestẽq; edoctus esset philosophiam,& sacræ Christi mẽsæ,venerandiq; sacramẽti
B particeps extitisset, habuisset etiã donũ spiritus sancti,ita vt mortuos suscitaret,& leprosos curaret ac dæmones effugaret:cúmq; de cõtemptu rerũ secularium frequenter fuisset edoctus,adhærens lateribus Christi,atq; ingentiũ sibi esset cõmissa dispẽsatio,quòd scilicet auaritiæ per horum latens in eo vitiũ sanaretur: erat enim fur:tamẽ nec sic quidẽ proficere in melius potuit,cum erga eũ tot tantisq; prouisionibus dominus vteretur . Sciebat enim Christus, q; auarus esset Iudas,& pro amore pecuniæ periturus:& nõ solũ nõ arguit eũ pro hoc vitio,sed & latẽtibus medicamẽtis curare voluit,ipsi cõmittens dispensationẽ pecuniæ, vt habens in manibus quod desiderabat, pernicioſa passio expleta cupiditate cessaret : nec decideret in illã mortis foueã,sed minoribus malis maiora reprimeret. Sic in omnibus qui semetipsum nõ læserit,ab alio nõ potest lędi:& rursus,qui seipsum corrigere &
C emẽdare noluerit,& quod in ipso est atq; in potestate eius explere,nullus ei extrinsecus proderit.Prętera deniq; scriptura diuina tanquã in imagine quadã latissima & amplissima veterum vitas & gesta depingit,ab Adam vsq; ad Christũ generatione producta, vt tibi ostẽderet aliorũ lapsus,& aliorum coronas,& ex vtroque eruditet docerẽtq; te:quia nisi quis seipsum læserit,ab alio nõ potest lædi:etiãsi omnis cõtra eum cõiuret orbis , etiãsi permutatio rerũ ac temporum fiat,etiãsi potentiũ & principum cõtra eũ furor sæuiat,& insidientur omnes,siue noti siue ignoti,siue amici siue inimici,siue dolo,siue vi,vel fraudibus impugnantes,insidiantes: tamẽ commouere ne parum quidẽ poterunt eum,qui constantiam tenet,& animi virtutibus vigilat : sicut econtrario ignauum & desidem,& qui semetipsum prodit ac deiicit,etiãsi mille
D adhibeas medicinas, mille munimẽta cõquiras, meliorem facere & emendare nõ poteris, nisi ipse prius quod in se est,ꝓponat ac proferat. Hoc est quod nobis indicat & illa parabola quæ de illis scripta est, quorum alius supra petram ędificauit domum suam, alius super arenam : non vt arenam vel petram intelligamus,neq; vt ædificium ex lapidibus & lignis cõsideremus extructum,neque vt flumina & imbres,& ventos,qui impingunt in domos illas materiales putemus:sed vt hæc esse intelligamus vel virtutem animi vel ignauiam : & vt ex his aduertamus , quòd nisi qui se ipse læserit,ab alio non potest lædi. Non ergo pluuia, neque flumina cum impetu descendentia, neque venti validissimi commouere potuerunt domum supra petram fundatam : vt ex hoc intelligas, quia qui seipsum nõ prodiderit,nec à semetipso fuerit motus,nulla superueniẽs tẽtatio deiicere eũ poterit aut

Matth.7.

rit aut mouere.Illudvero aliud ędificiũ facile subuer A titur,nõ pro tentationum violentia,alioquin & illud aliud ędificiũ deiecissẽt : sed ꝓpter fundamẽti, id est ꝓpositi infirmitatẽ. Arena eñ est res mobilis&fluẽs, quę sine dubio instabilitatẽ atq; incõstantiam designat animorũ. Non ergo, vt diximus,lapsus & ruinę causa tentatio est, sed instabilitas animi & ignauia, quæ etiã sine tẽtatione interdũ spõte deiicitur : sicut & illa fabrica,quæ super arenã fundata est, etiã si flumina ventiq; nõ vrgeãt, ipsa tamẽ paulatim effluẽs, instabilis arena ædificij crepidinẽ subruit & euertit. Nã & arenæ spõte rũpuntur: adamas vero nec malleis cæsus infringitur : ita ergo qui à semetipso non lædit̃,etãsi tundatur,ab aliis nõ potest lędi:qui vero animi sui ignauia proditur, etiã nullo perurgente sponte desluit & resoluitur:sicut & Iudas ille,nõ solũ nullo extrinsecus impellẽte delapsus est, sed ecõtrario pluribus adiutus remediis stare nõ potuit. Vis vt B hęc nõ solũ per singulos gesta, sed etiã per populos doceã?Quãta erga Iudæorũ populũ cura extitit diuinæ prouidẽtiæ? nónne omnis, vt ita dicã, creatura erga emẽdationis eorũ ministerium præparata est? Nónne præ cæteris omnibus hominibus noua quę-
Exod.14. dã & magnifica eis vitæ instituta sunt tradita? Nõne in medio mari siccũ iter apertũ est eis,& in quo ipsis fuit salus,ibi inimicis eorũ venit interitus? Quadraginta annis in deserto nõ arando,neq; seminãdo vixerunt:laborẽ messis & areæ nescierũt,vsus molę eis & coquẽdi panis necessitas nõ fuit : fœminas quoq; eorum nulla texendi solicitudo cõstrinxit,mercandi causa non institit, macellũ nemo pro comparandis carnibus requisiuit : sed hæc omnia fuit eis verbum dei,& parauit eis mensam in deserto laboris & sudoris expertem.Hęc eñ fuit natura mannę,cibus quo- C tidie nouus, & saporẽ sui pro desiderio vescẽtiũ submini ſtrans.Sed & indumẽta eorũ,& calceamenta,& ipsorũ etiam corporũ natura oblita est infirmitatis suæ.Omni nanq; illo tẽpore neq; indumenta attrita sunt eis,neque fuit in illis infirmitas , medico nullus indiguit, medicamenta nemo quæsiuit. Eduxit eos in argẽto,inquit,& auro,& non erat in tribubus eorum infirmans.Sed quasi qui iam reliquissent mundũ hunc, & ad aliũ meliorẽ præstantiorẽq; transissent,ita eis cibus & potus absq; labore & solicitudine ex verbo dei præbebat̃: & quod fuit super omne miraculũ, ne forte acrior eos radius solis adureret, vmbra nubis per diem desuper tegebantur : & cum ipsis quocunque abiissent,circunferebãtur tecta illa cœlestia.Sed nec noctis quidẽ tenebrę absq; solatio relinquuntur. Lampas nãque eis ignis verbo dei ac- D censa lucebat, quæ non solũ illuminandi,verũetiam & itineris ostendẽdi ministeriũ prębebat in deserto. Quid vero de sequenti dixerim petra aquarũ fluuios emittente?Quid multitudinẽ auiũ,quæ densitate sui terrã texerũt vniuersam ? Nã in Aegypto quæ facta sunt mirabilia,quid repetam?quid etiã virtutes quæ cõsummatæ sunt in deserto, bella orationibus gesta, & victorias sola dei inuocatione quæsitas ? Non eñ vt pugnantes, sed vt choros agentes manũ protensione triumphabant. Illud autem quomodo narrabo, quòd qui Aegyptum aquis pro se pugnantibus transierãt, muros Hiericho in voce tubarũ psalmorũmq; deiiciunt:ita vt aduersariorũ psallentiũ magis chori, q̃ exercitus videntur hostiles, & qui mysteria magis putarentur consummare,quàm bella. Hęc autem cũcta signa & prodigia nõ ob hoc solũ fiebant, vt vsus populo tantũ videretur expleri,sed vt doctrina agnitionis dei,quã Mose tradente didicerant, firmius eis & tenacius adhęreret. Hęc enim omnia voces erant quædã, deũ cœli, & vniuersitatis dominũ prædicãtes. Nam vt mare hoc clamabat, cum pedibus trãsiretur:hoc etiã cum extingueret aduersarios, hoc illæ aquę in sanguinẽ cõuersæ, hoc irruptio ranarũ prædicabat,& exercitus locustarum,hoc eruca & cyniphes,omnia illa quæ gesta sunt, siue in Aegypto,siue in deserto prodigia nunciabant. Manna ipsum,& columna ignis,& coturnicũ multitudo,atque omnia illa liber quidã erat eis, & literæ quæ deleri nũquã possent, nec de cõscientię eorũ paginis aboleri,quas legerent & haberẽt semper in cordibus suis: & tamen post hęc omnia tam cuidẽtia diuinæ virtutis insignia,& post vniuersam gloriam,quæ eis supra cunctos mortales data est,infideles extiterunt & ingrati. Caput nanq; vituli adorauerũt,& deos quę fierunt sibi alios fieri,cum tãtæ talẽsq; dei virtutes,aliæ adhuc in oculis haberẽtur, aliæ vero recentẽ & nuper gestã seruarẽt in corde memoriã. At vero Niniuitarũ populus alienigena & barbarus, adhuc nullis prius diuinæ prouidẽtiæ beneficiis assuetus, nõ legibus,nõ mirabilibus,nõ prœceptis vllis aut operibus illuminat⁹,hominẽ vidit habitu naufragũ, vultu peregrinũ , nec vnquã sibi prius cognitũ, primo statim ingressu dicentẽ, Adhuc triduo,& Niniue subuertet. *Ionæ 3.*
Et ex istis solis sermonibus cõuersi sunt ad timorem dei,abiectisq; continuo prioris vitę malis,ad virtutẽ se & iustitiã per pœnitentiã cõtulerunt,tã fideli satisfactione, vt diuinitus iam promulgatã sententiã reuocarent, & vrbem sisterent nutantẽ metu excidij, ac iamiámq; periturã. Vidit eñ,inquit,deus,quia recessit vnusquisq; à via sua pessima. Quomodo recessit, dic mihi?magna erat malitia eorũ vsque ad cœlũ, immẽsa iniquitas,vulnera insanabilia. Hoc eñ indicat Propheta,cũ dicit,Ascendit malitia eorũ vsq; ad *Ionæ 1.*
cœlum.Per hæc quippe spacia,magnitudinẽ peccatorũ designat:sed tamẽ tanta hęc eorum malitia,quę vsque ad cœlum fuerat extensa,à tribus solis diebus, vno peregrino ignoto & naufrago homine paucissimis sermonibus commonente,ita extincta est & deleta,vt tale à deo testimonium mererentur accipere, dicente, Et vidit deus,quia discessit vnusquisq; à via sua mala,& pœnituit à malitia quã dixit vt faceret eis.Vides quomodo qui intentus est,& vigilat, suiq; meminit, non solum ab hominibus non potest lædi, sed & imminentem cœlitus irã repellit : qui vero semetipsum prodit & lædit , etiamsi mille extrinsecus diuinis beneficiis fulciatur,nõ ei sufficit ad salutem: quia neque Iudæis tanta mirabilia , quæ in eos collata sunt,profuerunt:neq; alienigenis,q; nihil horum adepti fuerãt,obfuit. Sed quoniã animo propositóque recto semetipsos dederũt deo , parua occasione sumpta plurimũ profecerũt, & quidẽ cum essent, vt diximus,barbari & alienigenæ, atq; ab omni diuina institutione peregrini. Quid vero de tribus pueris dicimus,in quos tot illata mala , virtutẽ tamẽ animi eorum nequaquã lædere aut infringere potuerunt? nónne pueri erant teneræ ætatis ? & in primis statim vitæ initiis captiuitatẽ dominationémque perpessi, exules patria , & domo templóq; extorres , alienari patriis legibus,aulsi diuinis altaribus, sacrificiis purificationibúsque solennibus , & ab ipsa iam psalmi

voce

Universidad de Deusto
Biblioteca

voce detracti,ad peregrina ducũtur,&dominationẽ barbaricã patiũtur, feris magis bestiis q̃ hominibus traditi,nullã paternæ doctrinæ vocẽ, nullũ ꝓpheticæ cõmonitionis sermonẽ, nulla sacerdotũ aut pastorũ solatia capiẽtes. Sic em̃ ipsi dicũt,Quia nõ est in hoc tẽpore princeps,neq; Propheta,neq; dux,neque locus ad sacrificandũ in conspectu dei, ad inueniendũ misericordiã. Sed & hoc accessit eis ad difficultatẽ rerũ,vt intra aulã regiam tenerẽtur, & essent quasi in mediũ pelagus abducti,vbi tẽpestates,& turbines,& procellæ,& immaniũ fluctuũ ruinæ,sine gubernatore,sine nautis, sine velo & remis nauigantes pelagus immensum:& tamẽ quia erat insita mẽti eorum diuina philosophia, & præsentiũ rerũ sciebant contẽptui habẽdas esse caducas fragilẽsq; potẽtias, ac tumidã calcãdã esse iactantiã, pennisq; fidei subnixi,volare nouerãt ad cœlestia, aulã regiã velut ergastuli squalorẽ ducebãt.Et rex quidẽ iubet eos mẽsæ suæ participes fieri, mensæ illius affluentis, & tumidæ, & immũditiis atq; execrationibus plenæ:sed ipsis hæ abominationi erant, nõ honori,& tanquam agni inter lupos positi videbãtur,ꝙ aut moriendũ sibi fame ferróque esset, aut ex his quæ execrabantur vescendo.Quid ergo faciũt adolescentuli? quid agit ætas immatura?quid capriua conditio?Non dicunt, quia necessitas nostra nõ latet deũ,ꝙ sub tyrãno positi sumus,ꝙ in captiuitate,ꝙ in seruitute retinemur, non possumus obsistere crudelibus dominis, superbisq; victoribus.Nihil horũ meditati sunt,sed intenderunt animo vsq; ad mortẽ venire, tantũ ne peccarent deo,& facerẽt quod fieri nõ licebat. Erãt ergo eis cuncta quæ extrinsecus sunt,aduersa & cõtraria. Neq; em̃ captiuis & nudis erãt pecuniæ,quib⁹ lenire possent imperantiũ ferocitatẽ: nec amicitiæ vlla fiducia,vtpote peregrinis:neq; potẽtia aliqua,vtpote seruis:neq; multitudine obtinere poterãt,tres em̃ soli erãt. Quid ergo faciũt? Quod solũ in potestate habere videbãtur,verbis precãtur Eunuchũ, qui super eos acceperat potestatẽ.Sed & ipsum inueniũt metuentẽ,& pro salute sua trepidũ, ne forte si poscentibus eis præstare gratiã voluisset,suũ caput traderet morti, & ait:Timeo ego dominũ meũ regẽ, ne forte videat vult⁹ vestros tristes prę cęteris pueris,& coętaneis vestris,& condẽnet caput meũ in mortẽ. At illi sapiẽtibus respõsis adimũt ab eo omnẽ timorem, & præstare gratiã suadẽt. Cúmq; ipsi omnia quæ in se erant,& in potestate sua fecissent, adest continuo etiã deus,& quæ in ipso sunt,ipse iã cõplet. Nõ ergo solius dei est opus istud,sed initiũ datũ est ex proposito ipsorũ. Ipsi em̃ posuerũt in corde suo, ne gustarent de illicitis cibis: & cũ hoc cõstanter & fortiter custodirẽt,affuit eis cõtinuo etiã dei nutus, & bonũ propositũ puerorũ ad finẽ perduxit gloriosum. Vides ergo quoniã qui seipsum non læserit, ab alio nõ potest lædi.Ecce enim in his pueritia,captiuitas, solitudo,seruitus,potestas perurgẽs,imperia dura,metus mortis,vis tyrãnica,terrórq; barbaricus.Vicinus vero nõ aliquis,ꝓpinquus,proximus, aut ciuis nulli⁹, nulla bonorum monita, nulla solatia,& horũ omniũ nihil omnino fuit quod eos læserit, quos propositũ & animus proprius nõ lædebant: quinimo & econtrario cũ omnibus his,quæ suprà enumerauimus, in patrio adhuc solo positus ille populus vteretur,prodesse ei tot extrinsecus adminicula nequiuerunt ad animi virtutẽ,eo ꝙ eum propria ꝓdebat & deiciebat ignauia. Sed interim pueri nostri primò omniũ glorioſum istud obtinuere certamen, ne cõraminarentur cibis immũdis. Et hoc subacto & calcato tyranno,ad alia producũtur celsiora & nobiliora certamina.Proponitur nanque eis multo dirior sceleratiórq; illa priori cõditio. Fornax igne succenditur, barbaricæ in eos turmæ ipso tyranno sæuiente consurgunt, cõmouetur omnis fera Persica, & ad decipiendos pueros natio implacabilis & dira cõsurgit, musica diuersa præparantur instrumẽta,nouóq; genere crudelitatis inuento, musicis ignis & flãma cõiũgitur:pœnarũ minę,terrórq; mortis cũ voluptate miscetur:& tamẽ qui semetipsos nõ ꝓdũt, sed quod in sua potestate est exequũtur & peragũt,lædi à nullo alio potuerũt:quinimo & clariores ex hoc reddũtur,coronásq; nũc nobiliores sumũt multo q̃ dudũ. Vinxit quidẽ eos Nabuchodonosor, & misit in fornacẽ ignis,sed lędere nihil potuit, imò & magnifice profuit. Maiorẽ nanq; eis gloriã tyrãnica crudelitas acquisiuit.In medio em̃ fornacis positi,& barbarico in eos incẽdio plus q̃ flamma fornacis ardente, clariſſimã, magnificãq; de hoste sumpsere victoriã. Et tres pueri captiui totã gentẽ cum rege pariter mirabili magnificẽtia duxere captiuos. Quorũ gloria seculis omnib⁹ canitur & canetur. Sic ergo qui sib.ipsi nõ nocuit,alius ei nocere nõ poterit. nõ em̃ cessabo frequẽtius professionis meæ titulũ recensere. Si em̃, vt suprà iam diximus, neq; captiuitas, neq; seruitus, neq; solitudo,neque patriæ amissio & proximorum, neq; mortes,neq; incẽdia,neq; exercitus,neq; tyrãnus crudeliſſimus tres pueros teneræ adhuc ætatis, captiuos,seruos,peregrinos lædere potuit aut deiicere:quid est quo possit aliquãdo animi virt⁹ infringi?Sed dicis, De⁹ affuit,& ipse eos de incẽdio liberauit.Et tu quidẽ si facias omnia quę in te sunt,sperare debes ea quę à deo sunt.Aderit nãq; & tibi,si tu ipse prius nõ defueris tibi.Verũtamẽ ego pueros istos nõ ꝓpter hoc admiror,& beatos dico,quia ignis incendia calcauerũt illęsi:sed quia pro patriis legibus vinciri voluerunt,& in fornacẽ mitti, atq; ignib⁹ tradi. In hoc est eorũ virtus & meritũ.Statim nanque vt in ignẽ cõiecti sunt,coronę eis necti cœperunt, ex illis sine dubio verbis, quib⁹ cũ omni fiducia & libertate respõderunt regi,dicentes: Non opus habemus nos de verbo hoc respõdere tibi:est enim deus noster in cœlis,cui nos seruim⁹, qui potest liberare nos de camino ignis ardẽtis:& de manibus tuis, ô rex, liberabit nos.Quod et si nõ voluerit,notũ tibi sit rex, quia diis tuis nõ seruiemus: & imaginẽ aureã quã statuisti nõ adorabimus.Ex his verbis illi iã coronati sunt, & in hac cõfessione victoriæ suæ palmã acceperunt. In hoc fuit cursus eorũ,quẽ in confessionis martyrio consummauerũt.Quòd vero corpora eorum tradita sibi ignis erubuit,& vincula dissoluit,atq; oblitus naturæ suæ,in medio fornacis exhibuit eis cœlestis roris refrigeria:hoc iam gratiæ dei fuit, qui voluit per magnificẽtiã mirabiliũ notã facere potentiã suã. Illi vero in cõfessiõe sua,& fidei cõstãtia coronati sunt, & martyrij sui gloriã cõsecuti.Quid tu ad hęc dicere poteris,etiã si patria expulsus es,vt isti,& etiã si in captiuitatẽ ductus es, & barbaris dominis seruisti? Hoc & istis accidit.Si sine solatio,si sine doctrina,si sine commonitore vixisti,& istis cuncta hæc defuere.Vinct⁹ & exutus ad mortẽ ductus es,sed & isti per omnia transeuntes,ex vnoquoque horum clariores nobiliorésq;

Dani.3.

Dani.1.

Dani.3.

nobiliorésq; digressi sunt.Et Iudęi quidẽ habẽtes tẽplũ,& sacrificia,& arcã testamẽti,Cherubin quoque & propitiatoriũ, & omnia illa quibus quotidiana sacrificia cõsummabãt:habentes etiã Prophetas, alios defunctos,alios adhuc superstites, qui eos & de actibus præsentibus informarẽt,& de antiquis dei beneficiis cõmonerẽt,quę in Aegypto fecerat cũ eis quę in deserto, quæ etiã cũ terrã repromissionis ingressi sunt:& in his omnibus non solum nihil profecerunt, sed & in ipso tẽplo ad insignia prætuaricationis suæ idola collocarũt,filios suos eis & filias suas immolãtes,sub arboribus etiã & in montibus profana sacrificia cõsummantes.Hi vero in terra barbarica,in hostili solo sub tyrãnica potestate positi,flãmis & mortibus traditi,nõ solũ nihil lædũtur,sed & maiorẽ gloriã capiunt. Hæc ergo scientes, & horũ similia colligẽtes de diuinis scripturis:multa em̃ similia inueniet qui requiret exẽpla,quibus agnoscat, alios quidẽ sine vlla difficultate temporũ,& necessitate causarum, nulla vi,nulla tyrannide cogente, collapsos: & alios his omnibus aduersantib⁹ sibi,ne leuiter quidẽ à virtutis proposito fuisse cõmotos, indubitata sententia tenere debemus: ꝙ si quis lædit, candẽ nanq; quã in principiis ꝓposuimus, in fine firmauimus: si quis, inquã,lædit,à semetipso lædit, nec ab vllo alio, etiã si innumeri sint qui noceãt. Et si omnes qui terram & mare habitant,conueniãt ad lædendũ, nocere nequaquã poterunt ei qui à semetipso nõ lędit.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Virtutibus & Vitiis Sermo.

SVnt quidam huius loci homines,virtutis illi quidem studioſi,quib⁹ relicta vrbe occupare montes præcipuũ fuerit. Eorum autem si quis rogetur,quidnã ita ab vrbe secedant, haud sanè ignoscendã excusationẽ inueniet:ne peream,inquit, néve ad virtutẽ obtusior efficiar, me ab vrbe disiungo.Et quãto melius erat obtusiorẽ te fieri, & in aliis potius lucrũ facere,q̃ in alto sedentẽ pereuntes fratres despicere? Cum igitur virtutẽ cæteri quidẽ penitus negligãt,eius autẽ qui curã agunt, aciem deserere parent: quónã pacto delere hostes poterimus? Et si enim diuina nunc signa prodeant, vbi vitium adeo latè patet,quis nobis credere,aut animũ externus aduertere volet?Hoc em̃ vulgo,si recte viuimus, multo quidẽ fide dignius videtur.Signa videlicet apud homines pudoris & probitatis expertes,improbam quoq; suspicionẽ admittunt:at vero integra hominis vita,ipsius etiã ora diaboli potissimũ obstruere poterit.Si ergo in terris esse,ac nõ esse modo,hac institutione vitæ perficitur:licet autem Pauli exẽplo non esse:nosmet igitur rapiamus è terra, cœlúmque ipsum cõtinuo petam⁹. Nihil est em̃,nihil est, inquã, quod nos omnes,si vtiq; velim⁹,superare possit. Nã si artes quibus multi insistũt,vehemẽti industria plerunque percipimus:id nimirũ facilius cõsequemur, quod tãti laboris nequaquam indigeat. Quid enim, dic age, quid difficilius est, q̃ in fune extento super eum quasi per solum incedere,subire etiam,ac redire veluti strato insidentem? dic obsecro, quid difficilius est quàm in fronte contũ erigere, superimposito dehinc pugione motus innumeros dedisse, quibus spectatores applaudant? Nónne horrẽda nobis adeo videtur,vt nec spectare quidem patiantur oculi, sed ipso etiam visu timeamus, formidemus? Verũ his omnibus facilior est virtus, si & cœlum ipsum conscendere velimus. Nec mihi illud dixeris, vellẽ ego quidẽ,sed nequeo: si enim rem quampiã consequi optantibus,non solũ voluisse sed opera quoque simul adhibenda sit:multo magis cupientes scandere cœlum, virtutis actione indigemus. Quòd si virtutem prædiscere velis, nec laboriosam esse,quæq; facile comparari possit: eia, si lubet, considera mecum degentes in montibus viros: hi nanque domos relinquũt,vxores,liberos,dignitates omnes,& denique mundo sibi interdicunt,obsiti sacco, sibi ciuerẽ substernũt,stola cohibẽtes collũ,parua se cellula includũt,nec ad hoc vsq; peruenisse contenti, iciuniis assiduáq; fame seipsos deducunt. Nec mihi illud dixeris,potuere illi quidẽ.Multi em̃ te multo infirmiores,ditiores,meliores,durã illã tetricámq;vitã subiere.sed magnũ est tamẽ illud summúsq; scopulus, & cœlo proximus apex, tu vero ad summũ nequaquã euadere potes.Non igitur si humilia tenes, interiora etiã pete. Pecunias exuere non potes: age vero hoc saltẽ,ab alienis man⁹ abstineas. Ieiunare difficile est, at effluere deliciis vel hoc vnũ libẽter omittas. Cum enim tanta Christus pro nobis passus fuerit, pro nobis,inquam,inimicis:quid nos vicissim perferre possum⁹, vbi ab eo patientiã pręstitisse videamur? Nulla igit necunde nobis erit illa die loquẽdi libertas? An ignoratis militẽ vbi vulnera & plagas aperiat, illustrioré tũ deniq; apud imperatorẽ haberi: ꝙ si nullũ possit egregiũ facinus ostẽdere,quanquã nihil perfidiose fecerit,in postremis tamẽ solere cõstitui? Sed non belli tẽpus est,inquit: quod si esset, obsecro te, quis pugnã iniret,quis hostib⁹ insidiaretur,quis aciẽ disrumperet?fortasse nullus.Cum enim te videã nec pecunias quidẽ pro Christo contẽnere posse:quónã pacto vulnera credã contẽpturũ esse?dic age, cõtumelias fortiter pateris,& meliora dicis. Nõ facis,inquã,sed offenderis.Vbi periculi nihil est, refugis: & vulnera quæso, feres, vbi doloris & angustiæ plurimũ?Ne nos igit fruſtremur ipsi pollicẽtes nobis suauem tãtisper huius vitæ fructũ,vt breui deinde labore vniuersi tẽporis vsurã capiamus.Nã si terris imperantẽ post multa deinde pericula, multáq; exhausta bella,vix vllus cõfidẽter aspicere potest:quidnã cœlestẽ quisquã regẽ aspiciet,qui per omne vitę suę tẽpus alteri obnoxius fuerit,sub altero militiã gesserit? Cepisti à deo nobile genus,quid vim naturæ ꝓdidisti?quid agis?respõde quæso.Habẽt cęteri artes quibus quantũ permittitur,aues etiam in hominũ genus trãsformare possint:pśittacos& picas in vocẽ humanã erũpere docent. Violãt arte naturã, leones mansuescere faciũt,per forum vndiq; trahẽtes eos.Mansuetũ reddis leonẽ, & teipsum lupis ferociorẽ instituis.Iam vero id ægrius ferẽdũ,beluarũ quidẽ vniuscuiusque vitiũ est:improbior vero omnis homo ita: neq; em̃ vno sæpius vitio laborat,sed in animã suam multarũ simul beluarũ vitia congerit. Nec mihi igitur persuadeas humanã tibi animã esse. An tu,inquã, siquid hominis sapias,beluarũ vtiq; dominus,beluarũ cupiditatib⁹ seruire patieris?Quomodo igitur appellẽ ego te hominẽ, qui nulla regis insignia teneas? Veniat in mentẽ, veniat plerunque tibi cuius imaginem geras:haud ita credo poteris in beluarum adeo viliſſimũ genus corruere. Vt enim in theatris qui per sublatũ funem scãdere ac descendere exercẽt, si parum aliquid oculorũ acies errarit, præcipites cõtinue ruunt:ita qui spiritualẽ grassantur viam, si breui segnitie

Univerſidad de Deusto Biblioteca

ſegnitie tẽpus cõceſſerint,per anfractus quoſdã pro-
ni ſæpe trudũtur.Et fune illo quidẽ hic limes angu-
ſtior eſt erectus magis & arduus,multóq; celſior,cu-
ius ad apicem terminatur cœlũ.Et cũ ſupremũ illud
faſtigiũ tetigerimus,tũ vero gradus nobis incertior.
quippe in edito ſtantẽ plurimus circunſiſtit horror,
cui ſpes certe vna relinquitur,ne flectat ad ima aciẽ,
néve terrã humilẽ deſpiciat.Inde caligo prorſus in-
gens grauiſq; obuerſatur oculis:& ſicut in cithara nõ
vnius tantũ fidis melodiã excitaſſe ſatis eſt, ſed om-
nes pari quodã numero percurrendæ: ſic in virtute
animi nõ tantũ lex nobis ad ſalutẽ ſufficit,ſed omnes
ęque diligẽter obſeruãdæ ſunt.Quid eñ obſecro te,
quid prodeſt attẽtius orare,ſegnius miſereſcere, vel
etiã miſereſcere quidẽ,ſed cupere cuiquã vim infer-
re:vel nec cupere, nec vim inferre,ſed ad oſtẽtatio-
nẽ hominũ, & ambitionẽ ſpectantiũ omnia facere:
vel denuo miſereſcere, ídq; omni diligentia, & pro
volũtate dei miſereſcere,ſed hoc ipſo cõfidenter in-
niti, & in animi quandã ſublationẽ efferri: vel rurſus
humilem præſtare ſe quidẽ,& impẽſius vacare ieiu-
niis:auarũ autẽ eſſe, negociatorẽ eſſe, terræ penitus
infixũ eſſe, & in animã ſuam malorũ omniũ parentẽ
auaritiam vexiſſe? Ob hoc ipſum videlicet etiã ama-
tor hominũ deus ita diſpoſuit omnes homines coa-
leſcere,& in vnũ ſine diſcrimine bonos & malos, vt
& horũ vitiũ reſecetur, & illorũ virtus illuſtrior red-
datur.Magnas vero ex cõſuetudine bonorum ignaui
homines,modo velint,vtilitates conſequũtur. Quẽ-
admodum eñ boni ac probi viri duplici honore di-
gni ſunt,quòd & frugi ſcilicet fuere, & ab improbis
nihil quicquã vitij traxere:ſic & mali duplici pœna
mulctandi,q cum boni eſſe poſſent,& per vitia im-
probi fuere, & à bonis virtutis nihil adipiſci volue-
re.Pari ratione,ſicuti bonos non improbi ſolum,ſed
probi quoque admirantur: ita & improbos nõ boni
ſolum, ſed mali etiã odere. Atqui vulgus improbos
admiratur,vt qui nocere aliis,& iniuriã potiſſimũ in-
ferre poſſint: ignarũ quippe vulg' quod neſciat eos
quãto cæteris miſeriores habendi ſunt, qui dũ aliis
nocere exiſtimant,ſeipſos gladio trãſuerberãt:quod
ſuprema prorſus amẽtia eſt,ſeipſum ꝑcutere, & hoc
ipſum neſcire, ſed cũ aliũ iniuria credat afficere,tum
vero ſeipſum omnino iugulare.Nec malũ eſt eñ affi
ci malo,ſed afficere alios,& contumeliã pati neſcire.
Quid enim iniuriæ dicã paſſum fuiſſe Dauid? Quid
vero intuliſſe Saül?vter igitur infœlicior fuit,vter mi
ſerabilior?& rurſus,vter illuſtrior,vter fœlicior?Nón
ne hic moleſtia & iniquo dęmone angebatur:ille au-
tẽ vel ſole clarior erat trophęis,& qua deũ pręcipue
colebat, ingenti pietate ſuper æthera notus?Nónne
hic tabeſcebat inuidia:ille vero dũ tacite omnia ter-
ret,omnes ſibi charitate vinciebat? Et hic ſæpius ea-
dẽ aggreſſus eſt: ille vero dum fugit, hoſtẽ in mani-
bus cepit,capto deinde pepercit. Ex his igitur vter
infirmior,vter ignauior apparet? nõne q alterũ agi-
tabat iniuſte?nec id ſine ratiõe: quia hic milites pre-
mẽdos armis,ille vero iuſtitiã innumeris legionibus
validorẽ ſociã ſibi & auxiliarẽ aſciuerat. Poſtquã ve
ro hic ita affectus iniuria & victor,ipſe deinde alium
affecit,en vide vt protinus infirmior efficitur. Iniuſte
læſerat Vriã,permutata rurſus acies,trãsfugere cõti-
nuo robur & infirmitas:hæc ad exercitũ nocẽtis, il-
lud viciſſim ad caſtra lęſi. Et hic quidẽ mortuus etiã
illius vaſtare domũ potis erat:at cõtrà rex ille, & ſu-

A perſtes nihil omnino poterat. Hic vero & miles,&
caſſus miles res illi' omnes,ſuáq; ſéq; habebat. Quẽ
igitur bene viuere perſpicias,& omnia ad diuinũ cul
tũ referre intelligas, hic ſi innumeris etiam catenis
obſitus fuerit,ſi ſemper in carcere vixerit,ſi apud in-
dignos ſeruitutẽ tulerit,ſi pauper ſepulchro reuulſus
cõbuſtúſq; fuerit, ſi tractim perdendũ corpus præ-
buerit,ſi denique graue quicquid dici poteſt,paſſus
fuerit:hũc beare,hũc fœlicẽ dicere,hũc ad ſidera tol
lere memineris. Quòd ſi aliũ per flagitia videas,per
ſcelera, ꝑ ſumma vitia viuere, multis vero honorib'
fungi regio ſedentẽ ſolio,diademate ac purpura in-
ſignẽ: ſuper eo lachrymas funde,miſerabiliorẽ ante
alios,eũq; onmi lamẽtatione dignũ exiſtima. Nihil
eñ reuera miſerius anima ſic affecta.Iã & ſi totus ei
paruerit terrarũ orbis,quid prodeſt affluere diuitiis,
B cum virtute omnibus inferior exiſtat? Quid lucri di-
xerim,tot tantíſq; reb' imperare,cũ ſibiipſi paſſioni-
búſq; ſuis imperare nõ poſſit? Si eñ ad ſalutẽ noſtrã
nobis virtus haudquaquã ſufficiat, ſed alios etiã vir-
tute pręditos adire neceſſe ſit:quãdo nec noſmetip-
ſos, nec alios itidẽ ſeruemus, quónã plectemur ſup-
plicio?vnde nobis erit ſpes reliqua ſalutis? Et hoc ſi-
mul accipias,ſi deo placuiſſe hoc demũ eſt hominẽ
eſſe,is qui nec parum quidẽ audiens dicto præſtite-
rit,quid aliud eſſe q fera cenſebitur?Cogita q ſit ini-
quũ ex hominib' velle nos Chriſtũ in angelos con-
uertere,nos ex hominibus in feras deſcendere.Nam
vẽtri parêre,pecuniarũ cupiditati ſuccũbere, ira ex-
candeſcere,morſus infigere,calcibus ſęuire:horũ ni-
hil quicquã hominis, ſed ferarũ mos iſte omnis cõ-
probatur.Vt igitur ſi ad deſidiã inclinare cœperim',
C quouis impediẽte cõtinuo deſiſtim':ita ſi reſipiſcere
velimus, quanquã innumeri ſint qui nos ad vitia de-
ducant,nihil prorſus tamen ſtudia noſtra corrũpere
poſſit. Quòd ſi perdiſcere cupias fundamentis natu-
ræ leges ſtatuiſſe deũ, quibus quid bonũ ſit, quídve
malũ diſcerni poſſit,hoc ipſum ex animi noſtri con-
ſenſu requiras. Cur qui mala cõmiſiſſe gaudẽt, ma-
lorũ omnes nomina refugiũt? Vocatur ſiquidẽ mœ-
chus, & tamẽ hoc ipſum audire mœch' ille ipſe eru-
beſcit.peruulgato etiã mœcho dixeris:ô mœche:te,
inquã,appello mœche. Et oblectat ſanè flagitiũ qui
ipſe cõmittit,& tamen ipſius rei nomen aures offen-
dit. Quo periurũ nomine appellaueris, ille ꝓculdu-
bio in cõtumeliæ locũ ſui ſibi operis appellationem
accipiet. Si bonũ igitur exiſtimas peccatũ, quid no-
men refugis peccati? At cõtra modeſto dixeris mo-
D deſtũ,haud ille reor cuius opere delectatur, appella-
tionem erubeſcet.Iſtũ quoq; appellaueris iuſtum, &
opere is ipſe triumphat,& nomine exultat.Etſi enim
pudore quodã tantũ nomen repudiet, bonam tamẽ
animo famã nõ veretur accipere. Et nullũ poſtremo
vitiũ quiſquã inueniet aperta frõte in mediũ prodi-
re,niſi mutuũ prius à virtute vultũ acceperit. Quod
quomodo fiat,ſic iam accipias. Qui mẽtitur,nuſquã
mendacium fatetur, ſed veritatem memoriter ſimu-
lans, fefelliſſe conatur.Falſus homo falſitatem tegit,
amicitiam fingit,& odium exercet. Calũniator cum
in iudicium venit, idipſum quidem eſt haud ſanè
expoſiturus: venit, ſed falſa fronte teſtem veritatis
obiiciens,ſuo ſibi mendacio teſtem iniquitatis oſtẽ-
dit. Sed anima noſtra quanquam vitiis volutetur in-
numeris, tamen virtutis dulcedine capta, nomen
eius vltro complectitur:potentes enim perſæpe mul
ti, aua-

ti,auaritiæ illi quidẽ nimium dediti, & quibus nihil
aliud cordi,q rapina atq; iniuſtitia, ſic adeo in miſe-
ricordiã plerũq; adducũtur & mouẽtur, vt pauperẽ
aut vrgenti neceſſitudine liberẽt, aut alieno ære cõ-
flato nonnihil releuẽt: vel quod admirabere magis,
nec vlciſcãtur eos à quibus moleſtia vexati aut ſunt,
aut eſſe prorſus exiſtimãt. Et qui legationẽ apud ini-
quũ principẽ expoſiturus venit, nõ ſtatim à veritate
orſus,rem ipſam cõtinuo narrat, ſed virtutis nomen
hoc pacto præloquitur: Vir bonus es,inquit,tua om-
nes beneficia canunt,tuum vbiq; diuulgatur nomen:
& multa generis eiuſdẽ oratione cõtexit, vt & bona
eum fama demulceat,& in odiũ iniquitatẽ rapiat vel
ducat. Aſpice porrò,vt vitiũ decora virtutis appella-
tione vincatur. Nemo vult malũ hoc ipſum audire
malum,quippe quod ſuum eſt,natura complectitur,
tametſi quidẽ cõtraria poti' vltro ſectetur.haud igi-
tur illud dixerimus,Hic natura bon',ille natura ma-
lus.Nã ſi quis natura bon' fuiſſet, certe nunquã ma-
lus effici potuiſſet:ecõtrà vero,ſi natura mal', nũquã
ꝓfecto bonus.Etenim ſi noſtro nõ eſſet arbitrio reli-
ctũ,qualis eſſe quiſq; malit, bonus an malus, nec ſui
iuris noſtrã naturã cõdidiſſet amator hominũ deus:
neceſſe etiã erat omnes quicũq; huius participes na-
turæ fuiſſent,aut malos eſſe,& perturbationibus eiſ-
dẽ ſuccũbere,aut certe bonos.Cũ igitur conſangui-
neos noſtros videamus his ipſis quib' & nos pertur-
bationibus agitari, nec tamen eaſdẽ nobiſcũ ruinas
incidere,ſed naturã valida ratione aurigari,& motus
eius incõpoſitos moderari, omnéſq; vitæ huius ille-
cebras ludibrio habere, & ad verã gloriã incenſos
toto animo ferri: perſpicuũ eſt hæc omnia poſſe di-
uina ſuggerẽte gratia,ſuo cuiq; ſtudio ac labore cõ-
parari.Et nos quidẽ inertiæ dediti,prodimus noſtrã
ipſi ſalutem, ſuperna illa charitate noſmetipſi deſo-
latos fecimus. Nemo igitur accuſet alius aliũ, quaſi
ad labores virtutis impedimẽto fuerit,ſed ſuæ ipſius
deſidię rem omnẽ adſcribat. Quid aliũ dixi, nec ip-
ſum quidẽ diabolũ putet aliquis,qua eſt ad virtutem
iri,viã intercludere poſſe.Seducit ille quidẽ & offen
dit ignauos:ſed tamẽ nec coërcere quenquam, nec
violare poteſt,& hoc quidẽ ipſa rerũ experiẽtia do-
cet.Cũ enim reſipiſcere volumus,ita plerunq; animi
vires intendimus, vt cũ vitij captare viam nobis in-
numeri perſuadeant,nihil tamẽ ipſi conſilio noſtro,
nec parua quidẽ remiſſione deſiſtamus,ſed omni du
riores adamante ſimus,& ab his qui turpia cõſulunt,
ſtipatis aurib' auditus noſtros amoueamus. At ſi lã-
gueſcere cœperimus, tũ vero nihil cõſultore opus,
nihil perſuaſore.In vitiũ ipſi à nobis perſuaſi conti-
nuo ruimus. Eſt igitur per ſeipſam virtus admirãda,
q ſi quis in medio nequitiæ collectus, ſtrenue inde
prorũpens virtutẽ adierit,hanc quidẽ illo multo ad-
mirabiliorẽ oſtendit: neq; eñ virtutẽ locus, ſed lo-
cũ virtus natura ſua digniorẽ præſtat. Et vnius qui-
dẽ virtute mali etiã vtũtur perſæpe multi: vitiis ve-
ro multorum, ſi vel vnus multo in populo ſtrenuus
fuerit, nunquã tamẽ ille in perniciẽ collabeẽ. Et vir
quidẽ vnus recte viuens, diuina ira populũ omnem
liberare ſufficiet: ecõtrà vero ciuitas omnis corru-
pta, in ſuã pœnã atque ſupplicium imminens trahe-
re ac rapere non poterit:quod quidẽ ex Noë liqui-
Gen.7. dius patet,pereuntibus ſiquidem omnibus liberatur
Exod.14. vnus:& ex Moſe hoc idẽ videre licet, potuit ſcilicet
vnus tantã reſtituere gentem.Ego vero quod dicam

A & aliud habeo diuinæ humanitatis exemplũ. Quan-
do enim viuos homines quibus loquendi fiducia ſit,
quiq; peccatores reſtituere poſſit,nullos prorſus in-
uenerit,tum vero ad mortuos ille ꝓfugiens:Per eos,
inquit,peccata remitto. Quomodo eñ fatur? Hanc
ego,inquit,mea ipſe gratia tutor vrbẽ, Dauid etiã fi-
lij mei cauſa,qui ab hac iãpridẽ vita diſceſſit. Aſpice
ſanctorũ quãta ſit virtus. Neq; eñ ſua verba tantum,
aut corpora, ſed ipſa etiã corporis tegmina ſemper
omni ſunt poſſeſſione auguſtiora. Helię ſiquidẽ leo-
nina pellis Iordanẽ diſcindere fecit. Triũ puerorũ
calcei per ignes ambularũt. Heliſæi lignũ potuit vn-
darũ mutare naturã, quas quidẽ ſuperficie ſua quaſi
tergo ferrũ ſuſtinere coegit. Moſes virga mare rubrũ
dehiſcere iuſſit,petrã diſrumpere valuit. Pauli veſtes
morbos fuderũt,Petri vmbrę mortẽ fugarũt. Sãcto-
rũ martyrũ cinis improbos dęmones expulit. Sũma
B igitur cũ poteſtate omnia faciũt,ſicut Helias. Neque
eñ diadema ſolũ, & exteriorẽ regis cultũ ſpectabat,
ſed animã quoq; indutã lacerna,ſqualidã,ſordidam,
quouis damnato miſerius affectã. Et cũ captiuũ,tót-
que morbis obnoxiũ vidiſſet,illum cũ ſuo regno cõ-
tempſit,quẽ veluti in ſcena fictũ regẽ ſpectare cenſe-
bat. Quid igitur refert exteri' tot affluere diuitiis, cũ
interius tanta recõdita ſit inopia? Contrà vero,quid
nocet exterius pauperẽ videri,cũ interius tãta ſit re-
poſita copia? Talis nimirũ leo beatus & ille Paulus
erat. Is eñ carcerẽ ingreſſus, ſola voce fundamenta
omnia cõcuſſit, nõ dẽtibus, ſed verbis vſus vincula
contriuit. Quapropter nõ leones illi,ſed maius quip-
piã aliud etiã ſupra leones appellandi ſunt. Sæpe eñ
leo vbi in laqueos inciderit, captus reſedit: at vero
coniecti in vincula ſancti,fortiores inſurgũt: leo fre-
C mit,& feras omnes in fugã auertit,ſanctus exclamat,
& improbos dæmones vndiq; fugat. Quę vero Pauli
bene geſtis rebus ſatis vnquã fuerit oratio, aut quæ
lingua vehemens poterit illius planè aſſequi laudes?
ſiue quid egregiũ edidere Prophetę,ſiue patriarchę,
ſiue iuſti,ſiue Apoſtoli,ſiue martyres,hæc ſimul om-
nia cõplexus tãta ipſe excellẽtia poſſidet,quãta illo-
rum quicquid virtutis cuiq; fuit, nullus ꝓfectò poſ-
ſederat. Quãdo igitur quæcũq; in hominibus bona
fuere,ſola vnius anima cõplectitur: & cũ exceſſione
quidẽ non hominũ modo,ſed angelorũ quoq; om-
nia cõplectitur, quonam pacto verbis tantarũ laudũ
cumulum adæquare poterimus? Quãta igitur ſumus
animaduerſione digni, qui cũ vnus omnia in ſe cõ-
plecti bona potuerit,nos nec minimam quidẽ illius
partem imitari ſtudeamus?Ex multis quidem & aliis
D bene geſtis rebus Abraham patriarchã omni admi-
ratione proſequũtur, maxime vero q filiũ ſuum im-
molare nõ recuſarit. Iſaac autem innocentia admira-
bilem reddit,qui cũ propriis finibus pelleretur,nihil
ipſe renitens,ſuis vndique poſſeſſionibus ceſſit: nec
prius cedere deſtitit, quoad inimicorũ hominũ libi-
dinẽ explerit. Et Iacob itidẽ fortitudine & patiẽtia
inſignis: at mãſuetudine Dauid: ingẽti ardore deinde
flagrabat Helias. Horũ autẽ quid ſimile Paulo, qui
cũcta hæc maiorẽ in modũ cõplexus eſt? Neque eñ
filium ipſe immolauit, ſed ſeipſum millies ſacrifica-
uit:nec propriis ſolum finibus ceſſit, ſed terram,ma-
re,Gręciã,Barbaráſq; nationes,& quicquid ſol aſpi-
cit vbiq; terrarum, id omne ipſe quaſi volucris per-
errauit, raptatus,cæſus, lapidibus pulſus,ſingula die
moriens: nec bis ſeptem annis ſeruitutẽ geſſit diur-
no æſtu

Universidad de Deusto
Biblioteca

no æstu & frigore noctis exust⁹,sed virā omnē fame, nudo corpore,catenis,custodiis,insidiis,periculis,pseuerāter exegit. Molestiā vero & māsuetudinē quis Paulo magis,quisve æque prestitisse videatur? Quòd si ardorē eius inspicias,tāto Helia superiorem inuenies,quāto ipse cęteris omnibus prophetis excellit. Locustis quippe Ioannes, & agresti vescebaī melle. Hic ita in medio terrarū orbe,sicut ille in deserto viuebat. Locustis quidē & agresti melle nō vescebaī, sed mēsam hic multo tenuiorē statuebat, cū sibi docendæ gentis studio,nec ad cibū quidē necessarium quæ suppetere possent,parare meminerit. Relinquitur nobis hūc deinceps angelis cōponere. Nec quisquā prorsus orationis nostræ audaciā reprehēderit. Nā si angelū dicere Ioannē scriptura nō dubitat: q̄d nouū adeo nitimur, si talē virū vnū generis humani præstantissimū virtutibus illis æquare studemus? Etenim quid penitus sit homo,quāta naturæ nostrę nobilitas,quātę virtutis hoc animal capax, omniū maxime Paulus ostendit,qui nunquā ex quo natus est, accusatores nostros palā repellere,& nos pro domino acriter defendere destitit. Cū & illud simul doceat īter angelos & homines,si nosmet quidē noscere velimus,haud multū profectò interesse: neque eīm ipse alterius naturæ particeps, neq; externi cuiusdā mūdi colonus,sed in eadē terra & regione eisdē legibus & moribus educatus: omnes qui vbique fuerūt, ex quo nati sunt homines,cōtinuo superauit. Et quē admodū cadaueri cadauer adiectū,nihilo secius immobile efficitur: ita qui tumidos naturæ motus victor sedauerit,nulli vnquā vlla in re humana passioni succūbet. Nā sicut in pecuniis duorū aureorū lucrū feciſſe, maiorē interea ad denos, vel etiam vigenos duobus illis cōgerēdos animū facit: ita in virtute bonū aliquod facin⁹ gessisse, adhortationē simul & admonitionem quandā ingenerat,vt alia deinde plura similiter aggredi animus velit. nec illud mihi quispiā dixerit,multi recte fecerūt: neq; enim id agimus, sed omniū pariter æquitatē atque iustitiā exquirimus. Nónne & corpus nostrū intuētibus, hoc idē intelligere facile est? Etenim si forte pedē offensus,vnguē modo retorseris,omne repēte cū mēbro corpus dolor incēdit. Nō igitur dixeris illud,qui nō recte fecerint,pauci admodū relicti sunt, sed hoc potius cōsidera,plures paulo pòst & alios ipsi corrūpēt. Etenim
1.Cor.5. apud Corinthios q̄ lenociniis operā daret,vnus tantūmodo inuētus est: nec securus tamen Paulus ingemuit, quasi ciuitas illa omnis fundit⁹ perisset, nec id quidē maxima ratione caret. Sciebat eīm nisi ille flagitio desisteret,descēdentē ordine morbū alios omnes vastaturū esse. Nā si mēbrorū quicquid labefactū fuerit,afficiénsq; dolore,cōfestim recidimus,veriti ne forte & in reliquū corpus labes illa descēdat: & id profecto facimus, non q̄ illud sanè paruipēdamus,sed reliquo corpori diligēter cautū volumus. Si ergo hoc facimus in mēbris, quanto magis idipsum in his facere oporteat, qui vitiis corrupti nobiscum vixerint? Et si quidē sine dolore ipsos curare possumus,eò cōferre studiū nostrū omne debemus: quòd si forte & ipsi incurabiles fuerint, & nos præterea cōtagione lęserint,tum demū resecandi sunt omnes, & prorsus abiiciēdi. Nā si à nobis liberos nihilominus plerunq; alienamus,nullo naturæ pudore impediti: multo magis familiares, & notos, vbi improbi esse cœperint,vitare atq; adeo aufugere debeamus.

A Scandalizantur,inquit,& male suspicantur. Et quid hoc tua refert? Teipsū honestes,& à nullo affici ignominia poteris. quòd si teipsum dedecores, quanquā omnes tibi pariter habeant honorem, nunquā profecto honestaberis honore. Nā qui bonus fuerit, si forte vulgo malus habeatur,nihil inde damni faciet, quin idē ipse sit,cū alius à seipso penitus esse nō possit. Qui vero temerariā & inanē cuiuspiā suspicionē induerit,hic postea supremū omnino suppliciū dabit: q̄ si malus recensetur in bonis, nihil inde lucri faciet. Exīstimationē sanè maiorē habebit, sed propterea ignarus ipse sui,plus aliquāto desidię ac marcoris incurret. Qui vero malus erit,& ita esse cēsebitur,hic saltē dimittat animū,& sua aliquando peccata cognoscet. At si latuerit sibi ipse nimiū indulgēs, nihil omnino doloris admittet. Si enim peccatores
B accusantibus fermè omnibus vix adducūtur vt doleant: vbi non modo nō accusari eos, sed à plerisque laudari etiā cōtigerit, quādo putas illos resipiscere tandē,& seipsos corrigere incipient? Fieri igitur nō potest,vt qui virtutibus dediti sunt, ab omnibus bene audiant semper,& illud præterea ne virtutis curā agētibus viris,multi vbiq; detractores insurgāt: bona eīm apud omnes fama signū certe vel maximū est, haud multā sanè virtutis haberi rationē. Quomodo eīm à cūctis laudetur,si quis affectos iniuria homines ab improbis eripere studeat? Rursus vero si peccatores castigare, iustos laudare velit: nónne (vt par est) laudabit hos quidē,vituperabit illos? Ita qui virtutis exquisitus imitator esse voluerit,nec vllius præterea nisi dei laudē quærere,is ab omnibus laudari, & bene semper audire nullo modo poterit: quippe in vir-
C tutē multa vsq; vitij cōgelascit insania. Eā autē non modo nihil deterit,verumetiā bello fortiorē reddit. Virtutis eīm vis magna est, quæ dū læditur, lædētes superat: dum profligatur, profligentes tunc maxime debellat. Iā etenim mihi cogites Abel. nónne impiis Cain manibus occubuit? sed cæsus ille ad hoc vsq; tēpus præconiū laureámq; meretur, nec illius memoriā tanta deinde secula obscurare potuerunt. At vir parricida ille post victoriā, tū etiā grauiorē morte vitā trahit: & ex illo protinus tot per ætates nunc vsque reprobatur ab omnibus, & cōuitiis vndiq; laceratur,& hęc præsentis vitæ quidē. Illa vero futuri seculi quænā oratio cōprehendere poterit, quæ vero mens cōtinere? Audi vero & Christū ita loquentē: Simile est regnū cœlorū mulieri, quasi iustis velit *Matt.13. Luc.15.*
fermēti vim quandā inesse, qua possint in speciē suā
D improbos cōuertere. At pauci sunt iusti,parū etenim fermenti: sed paucitas illa mistā sibi massam omnem in seipsam trāsformat. Eodem pacto non quantitate numeri, sed gratia spiritus vim suā iusti homines tenent. Id autem quomodo fiat, accipe iam. Apostoli quidē fuere duodecim: fermenti q̄ parum vides. Expers vero fidei totus terrarū orbis: massa quanta sit. Conuertēre in se autem duodecim illi totū terrarū orbem. Etenim fermentum massāq; illa eiusdem naturæ: naturæ prorsus, qualitatis autē minime. Quod si aliunde etiam cognoscere velis, tyrānica vi quanto potentior sit iustorum loquēdi libertas, audi quid dicat Herodi Ioannes: Non licet, inquit, tibi fra- *Marc.6.*
tris adhærere vxori. Rex erat Herodes, satellitibus vndique stipatus, diuitiis præpotens, regium tenebat imperium. At cōtrà pauper Ioannes, tecto, vrbe, copia, cibo carebat. Locustis ille quidē ex herba discussis,

discussis, agrēsti simul vescebatur melle. Sed pauper A iste deserta pererrās, multarū vrbium regi imperiose adeo iubet: Nō licet, inquit, tibi. Vides vt natura sua vitio dominetur? Sed propterea iustus coniicitur in carcerē. Fit protinus amarū cōuiuiū illud. Prodit in mediū puella saltatrix, Herodi placet atq; cōuiuis. Iurat Herodes, Pete quid velis, tradā ego tibi ad dimidiū vsq; regni mei. Vides quódnam regnū abiecerit? Quicquid ipsa petieris, inquit, tradā ego tibi ad dimidiū vsq; regni. Miser & infœlix, itáne tibi mētis oculi cęcutiūt? Tāti regnū facis? Semel puella saltauit, & regni dimidiū tradis. Quid si secūdo saltauerit? Votis exopta, ne denuo saltet: vel si saltauerit, ne denuo placeat: sin autē, porrò vnū relinquitur, vt tibi postea sit mendicandū. Quicūque igitur bonis præsentibus inhiāt, quanquā innumeræ sibi diuitiæ fuerint, eos tamē in seruorū numero, præditi virtute viri ponere B nō dubitāt. Si eīm rex hinc improb⁹ quidā, priuatus inde quispiā bonus: horum quis cuius dominus sit, videamus, vbi regis insignia fulgent, quis inferior, quisve superior. Quomodo igit id scire poterimus? Priuato rex imperet tetrū aliquod flagitiosúmq; facinus, quid igitur vir bonus priuatus ille & subditus? nō modo nō cedet imperio, neq; parebit, sed imperantē quoq; à sentētia remouere studebit, idq; etiā si millies oppetendū fuerit. Quis ergo libet? Vtrum qui quod velit, persequitur, nec regē propterea veretur? Atqui impotēs à subdito ipsius ita pro nihilo habeī. Vt eīm captiuus, tametsi copias ingentes habeat, vel ex hocipso in primis omnib⁹ capi aptus fuerit: sic & illecebris irretitus homo, quanquā diademate præcinctus fuerit, omni tamē aranea abiectior esse cēsetur. Quid ergo mirabilius fuerit omnibus vitio dedi-
C tis? qui & ipsa hominis appellatione iure priuantur, quinetiā pœnas meritò luūt: q̄ cū multa naturę commoda acceperint, ea ludibrio habētes, vltro ꝓdiderunt, & ad vitiū vere ipsi transfugæ & imbecilles cōtinuo defecerūt. Etenim si quod accepit reddēs dominī seruus, id quia nō geminauit, improb⁹ habetur: quid qui illudipsum etiā perdiderit quid audiet, inquā? Si ille in tenebras cōiiciī, vbi stridor est dentiū, quid nos luemus, quos ad virtutē mussitantes, tergiuersantes innumeri hortātur, atq; adeo trahūt? Nónne vides quāta sit abiectio vitæ, quanta ambiguitas, quātus etiā in rebus præsentibus labor? nec illud est quidē vt cū labore virtus paretur, sine labore vitiū petatur. Si ergo vtrinque labor, quid non hanc potissimū deligimus, vbi vtilitatis inest plurimū? Itaque si videris sacerdotē indignū, nō ob id etiā calumniari sacerdotiū debes: neq; enim calumnianda res, sed
D ille solum meretur onerari cōuiciis, qui tanto bono abutatur. Non eīm si Iudas proditor fuit, hoc Apostolicæ professionis crimē, sed vnius tantū viri mens improba fuit. Et medici quidē multi carnifices sunt, qui pro medelis venena propināt, nec tamen artē vitupero, sed q̄ arte sua iniquus abutitur. Et nautæ cōplures nauigia amiserūt, nec ars nauigādi tamen, sed
Luc.17. eorum peruersa volūtas iure dānanda. Necesse quidē exoriri scandala, inquit salutare verbū dei: verūtamen væ homini illi per quē scādala nascētur. Quid igitur? præfatúmne esse id forsitan scandalū inducit? Non q̄ præfatū fuerit, apage inquam, nec quia prædixerit, ob id scādala nascūtur: sed quia omnia futura erant, idcirco prædixit. Ita qui scandala tulerunt, siquidem mali esse noluissent, exorta nunquam scā-
A dala fuissent: q̄ si futura nō erant, nunquā prædiceret: sed quia perperā illi fecerūt, & iā corrupti pertinaciter erant, idcirco scandala venerūt, & quod futurū erat, prædixit. Quòd si illi emendari paterentur, inquit, vt qui scandala fereret, penitus nō fuisset: nónne verbū illud mēdax deprehensum iri oportebat? Minime, inquā, neq; eīm dixisset. Nam si omnes emendari posse cerneret, id profecto nunquā prędiceret, necesse quidē scādala exoriri: sed quia præuiderat eos suopte ingenio haud emēdabiles fore, idcirco ita præfatur. Exorientur omnino. Et cur non, inquit, occidit eos? quia nō inde lęsi homines perēūt, sed sua ipsi desidia vincūtur. q̄ si propter scādala perirēt, pereundū vno ordine omnibus erat. Quinetiā si resipiscere velimus, non parū inde vtilitatis cōsequemur, vt scilicet nobis semper vigilandū esse arbitremur. Si eīm inter hostes, cū tot vndiq; doli nobis immineāt, somno indulgemus: quid si nullo vrgente pauore securi fuerimus? Et sic primū quoq; hominē, si velis, inspicere licet. Etenim si cū parū tēporis, nec totū fortasse diē in paradiso vixisset, deliciis hic ipse vsus eò vitij peruenit, vt etiā æqualem se deo cogitaret, veteratorē benefactorē putaret, nec vllū præterea imperiū magnificaret: hic si reliquā eodem pacto vitā egisset, quod nō ille flagitij genus perpetrasset? Verum enimuero vbi semel solutus quis malo, semel non emendatur, multo prorsus grauiora prioribus luet. Et hunc enim pluribus de causis emēdari oportuit, quòd prius suppliciū dedisset, q̄ nisi solutus fuisset, q̄ nisi mutaretur, grauiora expectaret. Cui vero tot emendādi causæ fuerint, si necunde melior efficitur, quid rei esse dixerim, cur nō grauiora prioriB luat? Etenim Pharao siquidē priori ex plaga emendari voluisset, posteriores certe nūquā expertus fuisset, nec deinde cū toto pariter exercitu obrutus periisset. Sed qui fuerit sub vinculo bonus, nunquā erit profecto bonus: simul ac enim vi nulla cogetur, liber ipse ad ingeniū subito conuersus, iterū descīscet. Hoc illud igitur quispiā rogarit, qui nec boni quicquam, nec mali fecerit, quémnā locū is ipse sit habiturus? Hoc enim ipsum non feciſſe bonū, nihil aliud est q̄ fecisse malū. Nam si seruū habueris non furem, non ebrium, nō cōtumacē, sed sobriū, modestum, & omni flagitio vacuum: hic si domi quotidie otiosus sedeat, si quorū à seruo vsus debetur domino, nihil efficiat, dic obsecro, nónne flagellabis eum? nónne tormentis afficies? Et tamen nihil quicquam flagitij commisit. Satis est igitur mali hoc ipsum, nihil feciD se boni. Sit nobis agricola quidam, nihil porro peculij nostri dissipet, neq; dolis furto surripiat, tantū suas ille manus cōpressas tenēs domi sedeat, semina nō spargat, rura non scindat, vites nō colat, & quod præterea ad agriculturam pertineat, nihil prorsus efficiat: nōne ab eo supplicium sumemus? Et tamen nihil intulit iniuriæ, nec habemus omnino quod illum accusare possim⁹: sed illudipsum arbitramur iniuriā. Et nostro quidē in corpore abstineat capite manus, non linguam excindat, non oculos euellat, nihil denique tale faciat, ociosa tantum fuerit, nec sui quicquid est officij toto corpori sufficiat: nōne ipsam potius fuerit abscindere, quàm nihil agentem & inutilem toto corpori manū circumferre? Quid autē os, si neque manum absumpserit, neq; pectus momorderit, quę vero ad se pertineāt, omnia prorsus omiserit, nónne illud obsignasse melius fuerat? In his igitur si

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non modo aliquid feciſſe mali,verumetiã aliquid omiſiſſe boni,magna cõprobatur iniuria: porrò diuinis in rebus idipſum multo magis apparet.Vtinã fieri poſſet me provobis certamẽ bene gerere,vos autẽ bene geſtę rei prędia ferre: nunquã profecto vobis tantũ turbationis ingererẽ.Vt eñ cũ febreſcit puer, grauato aſſidens filio mater, queribũda voce ſæpius imprecatur,vtinã hoc mihi daretur: poſſem ego tuã fili ſuſcipere febrẽ,& hãc omnẽ in me ipſam haurire flãmã: ſic etiã ego vtinã perduellis ipſe rem pro vobis bene gerere poſſem.Sed non licet hoc nobis, nõ licet,inquã.Quocirca ſi quis & alios ſanare poteſt,in his ipſe potiſſimum verſetur,quibus videat opus eſſe medela, & ita eos pro virili parte meliores facere ſtudeat.Si quis vero infirmior eſt,malos aufugiat,ne forte illorũ cõtagione tabeſcat.Sic eñ præſens tutò exiget æuũ,& futura deinde conſequetur bona:quæ quidẽ vtinã cõſequi poſſimus omnes,gratia & humanitate domini & dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto gloria & poteſtas,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorũ,Amen.

A

B

C

D

DE CHARITATE QVAE CVNCTA dirigit & perficit, Sermo.

CHaritatem optimũ amoris genus inter nos ſanciamus, quãdo nihil eſt boni & honeſti, quin ortũ ex ea ducat. Charitas eñ, vt Paulus inquit,legis eſt adimpletio:ita fit,vt ſi mutuo fuerimus amore detenti, facile omnia ſint ſucceſſura. Siquidem charitas,via quędam eſt ad virtutem procliuior: nam quemadmodum qui callem fuerit non obliquum ingreſſus,nullo egebit ad progreſſum duce,tramite ipſo rectà ducente: ſic charitas vbi initiũ dederit,ad rectum deferet. Charitas enim nec proximum lædit,nec praua meditatur. Quocirca qui id facere nouerit, vt qualem ſibi ſeipſum præſtiterit,vt ſcilicet ſine iniuria ad ſuum commodum comprecetur, ducátq; ſe neminẽ inferiorem, & ſuæ vtilitatis cauſa facere omnia cõnitatur,eundẽ in alios præſtet:omnis erit è medio ſublata moleſtia, deeruntq; tum odia,tũ & habendi cupiditates. Quis enim propria bona diripiat?profecto nemo, quin cõtrà rebus in medium quæſitis in vnum conuenietur: quod cũ fiet,nullus erit reliquus ad malcuolentiã locus. Quis enim ſeipſum odiat, aut ſuccenſeat ſibiipſi & iraſcatur?nónne ſolemus omnes in nos ipſos eſſe,quàm in cæteros indulgentiores?qua indulgentia ſi in proximũ quemq; vtemur,odiũ erit prorſus omne ſublatũ. Quæret aliquis,quo pacto id fieri poteſt, vt pari beneuolẽtia,qua & noſipſos, vel ꝓximũ cõplectamur? Nẽpe ſi nulli antehac hominũ id egiſſent, iure forte exiſtimares eoſdẽ animi affectus in alios ſeruari non poſſe:at cũ pleroſq; illud egiſſe cognoueris, perſpicuum erit,præ ignauia potius quadã te id facere nequire,quod factitent multi:neq; enim deus cuius iuſſa cõplures bene agendo exceſſerunt, aliquid oneris imponit,quod factu nõ facile ſit. Petis forſitan quis ille fuerit,qui hæc fecerit?nempe Paulus, Petrus, & reliqui ſanctorũ cœtus:quos ſi dixerim fuiſſe in proximũ beneuolentia affectos,nihil magni aut præclari videbor enunciaſſe,quãdo tãto ſunt illi vel hoſtes amore proſecuti,quãto alius quiſpiã ne coniunctiſſimos quidẽ.Quis eñ optauerit amici cauſa gehennam & incendiũ illud adire,cum liceat ad regna cœleſtia proficiſci?,pfecto nemo.Paulus tamen pro lapidãtibus & infenſis ac ſe affligẽtibus ſubire gehennã cupiebat.Quæ ergo nobis erit vel venia, vel excuſatio cõcedenda,quãdo vel tenuẽ amoris partẽ,quem Paulus in hoſtes vel ardẽtiſſimũ de ſe præſtabat, nec in beneuolos ipſi oſtẽdamus?Sic & Moſes ille beat⁹, qui multis Paulũ ſeculis anteceſſit, eorũ cauſa qui ſe hoſtiliter lapidibus inuaſiſſent, de libro vitæ abolere malebat.Dauid etiã eos qui ſibi inſultaſsẽt cũ profligatos & extinctos vidiſſet,his vſus eſt verbis,Ipſe qui paſtor ſum peccaui:hi vero quid cõmiſeruut? Saũlẽ præterea cũ inter manus haberet, perdere tamẽ nõ modo recuſauit,quin etiã ſeruauit illęſum,præſertim cum ex eius ſalute haud parũ ſibi diſcriminis impenderet. Quòd ſi in veteri hæc teſtamento ſunt geſta, quis nobis erit veniæ loc⁹,qui cũ in nouo verſemur, nil prorſus priſcorũ aut magnitudinẽ attigimus aut conſtãtiam? Si enim,vt Chriſtus inquit,noſtra iuſtitia, phariſæorum & ſcribarum nõ exceſſerit æquitatem,dei regnũ haudquaquã ingrediemur: at cũ illis ſimus iuſtitia inferiores,quo pacto nobis eò patebit acceſſus?Colite,inquit,qui vos oderint: idcirco erit hoſtis amore proſequendus.Non enim id illi,ſed tibi in beneficiũ cedet,fiẽſq; hoc pacto dei ſimillim⁹: ſiquidẽ quem ipſe coleueris, nihil erit ex tuo in ſe amore maioris quippiã lucri aſſecutus, quippe qui à conſeruo adametur:at ſi hunc ipſe amaũeris, fueris hoc pacto dei nõ abſimilis.Vides itaque vt tibi gratiæ plurimũ cõpares, non illi qui tuo ſit amore affectus,ſic & præmiũ vendicas. Quæret aliquis, quid ſi improbus fuerit is quẽ ipſe amandũ cenſes?Nempe maiorẽ ex eo laudem aſſequêris, erũntq; illi pro eius improbitate per te vel gratiæ habẽdæ: qui etſi innumeris ſit tuis in ſe beneficiis obſtrictus, ſe tamen ingratũ reddat & improbũ.Nõ eñ tibi accumulate increſcerent præmia,niſi magnũ in modũ illius augeretur iniquitas. Fiet itaque, vt eiuſmodi improbitas, quam odij cauſam fore exiſtimas, amoris occaſio ſit futura.nam ſi aduerſitatẽ ſuſtuleris, & præmiorum cauſam tollas neceſſe eſt. Nónne & certatores ſpectaſti, qui exercendi ſe gratia vel vtres arena complent & geſtãt?quod tamẽ vt agas,haud ſanè neceſſariũ fuerit: abũdat enim hæc vita eo hominũ genere qui & exercere te poſſint,&fortiorẽ reddere.Sic eñ & arbores ſpectare licet, quæ vt validioribus ventis agitantur,ita & maiori robore obfirmari ſolẽt,& ramis fieri & frõdibus denſiores. Quocirca & nos ſi animi magnitudine præſtamus, magis ac magis inualeſcimus:inquit eñ,Vir cõſtãs,animo lõge ſapit: timidus vero,ſtultus admodũ & vecors. Vides q̃ ſit animi puſillanimitas incuſanda? non eñ ſimpliciẽ illi, ſed ingentẽ ineſſe aſſerit ſtoliditatẽ.Nõ erit itaq; inter nos eiuſmodi mutuò tolerãtia exercenda,aut tali incõſtãtia vtẽdũ: cũ id nõ ex odio aliquo aut maleuolẽtia, ſed ex animi puſillanimitate quadã abiectio ris fieri cõtingat:qui quãdiu ſtabilis & immotus ꝑſtiterit,omnia facile tolerabit:neq; ſolum ipſe nullo impulſu in profundũ mergetur, quin homines eius tolerantia ad tranquilliſſimos portus tranſuectabit.

Matt.5.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de manſuetudine Sermo, quodam docto interprete.

OMnibus vobis perſpicuũ arbitror,q̃ conueniat his qui diuina audiunt eloquia, vt mores bonos, & cõuerſationẽ virtute prædità exerceant. In hoc eñ ſerui dei eos qui veritatẽ ignorant, potiſſimum antecellunt, ſi in manſuetudine

Eccli. 12.

ſuetudine conuerſentur,& vitam agant religione ſua dignam.Qui Chriſtum ignorant,haud mirum ſi mali ſint,moribuſq; damnatis. Seruus aũt Chriſti magis à morũ mititate, quàm à nomine quod ei parentes impoſuerunt,vocandus eſt.Neq; deus homines ita diligit propter virginitatem,ieiunium, contẽptum diuitiarum,hilarem eleemoſynarum dationẽ, vt propter mites beneq; cõpoſitos mores:tametſi&illud alacriter ſuppeditare indigẽtibus nõ aliunde proficiſcitur, & cõceditur his qui Chriſtum diligunt,quàm à mititate.Vt enim à fonte riuus, ita à morũ ſuauitate cura pauperum profluit. Facilè eñ ad miſericordiã manſueti & ęquabiles trahũtur omnes, neq; ferre poſſunt contemni pauperes, ſed aliorum inopiam ſuam arbitrantur calamitatẽ, & propterea inuidiam peſſimam omnium affectionum credũt. Neque vnquam grauẽ illum morbum in ſuam animã admittit vir benignus & mitis:ſed ſi viderit fratres honoratos, cõgaudet ac gratulatur,aliorum gloriam ſuã putans. Alioquin amicorum omnia communia cenſens, in bonis quidẽ congaudet,in triſtibus vero cõdolet.Hęc enim manſuetudinis dona ſunt, & talis eſt mitiũ vita. Mitis orphanorũ pater eſt,viduarum pręſes,paupertatis procurator,iniuria affectorũ adiutor,ſemper ſtrenue agit quod iuſtum.Mitis,reuerẽdus pater pueris,& obſeruandus dominus eſt ſeruis. Nihil eñ ita cõciliat domino familiares,vt quòd illum vident tranquillũ ſeſe offerre, & manſuetudine iucũdum. Nã & talem maioris faciũt & admirãtur,habentq; pro patre, nõ pro domino.Age, pro virili noſtra diligẽter inquiramus quænam ex morum ſuauitate bona mauſuetis prouenient.Gratus & amabilis eſt videntibus, gratus itẽ & his quibus tãtum nomine notus eſt:neq; facile vllum inuenies,qui audiens laudari hominẽ manſuetum,illum videre,& exoſculari nõ deſideret, & non habeat in aliquanta lucri parte eius amicitia poſſe diu frui. Quòd ſi cõtingat aliquos propter opes inter ſeſe diſſidere, mox ad benignum & manſuetum illũ properatur,bona ſpe, quòd eius bonitate quicquid litiũ & contentionum eſt,è medio tollatur. Atq; ſi capitales inter ſe inimici ſint,mãſueti viri correptione placantur & mãſueſcunt, etiamſi natura in iram & furorem propenſi ſint. Qui vero per manſuetos conciliari neqeũt,intractabiles planè ſũt, nullóq; honore digni. Sed in quauis cauſa aptior & magis idone⁹ ad perſuadendũ & conſulendũ eſt:& primus & præ aliis quicquid aſſequi cupit,impetrat. Inſuper quoniã exemplo ſuo magiſter eſt manſuetudinis, & ipſe opere ſuo ſtabilit quæ tradit,& mox, vt videtur, mitigat etiam furibundos. Neq; multis ei verbis vel admonitionibus opus eſt,ſed pacem priuſquã loquitur,perſuadet. Quemadmodũ & ſolis iubar vt primum apparet, fugat tenebras:ita manſuetus & benignus ſua pręſentia res turbulentas componit, quietáſque ac tranquillas reddit.Eſt autem & hoc dignũ recenſeri,quòd Chriſtus ſolũ pacificos,filios dei vocat.Et quare ſuum vocabulum mitibus communicat? Solus ille filium dei pro viribus imitatur,qui pacis & amicitiæ autor aliis fit.Nam ſicut Chriſtus deus & omnium dominus, in carne diuina nobis apparens, ſanctos angelos cum hominibus concordes effecit,qui quaſi bello quodã à nobis diffidebant:ita & manſuetus homo fratres & cognatos,qui inter ſe diſcordes ſunt,conciliat: & reuereri leges & præceptũ dei, abiectiſque inimicitiis in gratiam mutuam redire facit.Porrò quod in cor-

1. Cor. 12.

Ephe. 4.

Matth. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus pœnam ſumere? Si oēs peccatores punire vellet, perquā pauci ſaluarētur, nec ſufficerēt ad ſepulturas
Pſal.129. homines. Vnde & Dauid dicit: Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? quoniā apud te propitiato. Et in illo oſtēdit miſericordiam ſuam, eo quòd nō ſeueriter punit. Igitur quiſquis aſſimilari vult deo, pro virili māſuetus ſit ac mitis, feratq; fortiter, ſi quid grauius aliis patiat. Diligite, inquit, inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderūt: orate pro
Luc.6. his qui vos lædunt & inſectātur, vt ſitis filii patris veſtri qui eſt in cœlis, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Et multæ quidem ſunt virtutes, quæ Chriſtianū virum bene decent: maxime autem omnium manſuetudo. Nam eos ſolos, qui hac cōſpicui ſunt, dei imitatores Chriſtus nominat. Proinde congruum eſt, vt quando quis cōtumelia nos afficit, vel verberat, vel alia ratione affligit: ſuſtineamus omnia māſuete & patienter, cōſiderātes quòd dei imitatores mititas facit. Etem ipſe dominus & ſaluator noſter contumelia affectus, verberatus, cruci clauis affixus, leniter tulit Iudæorū furorem: & licet poſſet de eis vindictā ſumere, nō ſumpſit tamē: ſed virtutē ſuam oſtēdit, eo quòd cōcuſſit terram, & mortuos ſuſcitauit, & obſcurauit ſolem, & noctē ex die fecit. Manſuetudinem autem & miſericordiam declarauit, quia nullū ex his qui impiè agebāt, puniuit. Vt diſceret omnes, qui impias manus intulerāt domino, quàm nō fuiſſet ei difficile ipſos punire, qui tam facile terram commouit, & ſolem repēte obſcurari præcepit. Et quia tam māſuetus fuit ipſe, vt non ſolum manſuete tulerit eos qui crucifigebant & blaſphemabāt: ſed & patrē obſecrauerit, ne cœleſtibus aduerſus impios telis vteretur: idcirco cū & tibi graue aliquid & durum ferenti, ſubrepunt furor & ira, recordare manſuetudinis Chriſti, & ſtatim manſuetus eris ac clemens: & non ſolū tibi ipſi benignitate tua plurimum lucri facies, ſed & inimicis proderis plurimum, erudiens illos vt ipſi benigni fiant. Videntes enim te extrema ſuſtinere, & iram māſuete ferre, ſtatim poſito furore manſueti & lenes ipſi fiēt, manſuetudiniſq; tuę imitatores. Proinde quiſquis furibūdos vincere voluerit, fortiter ferat iniurias & verbera, magnāq; eius qui verberibus in ſe ſeuiebat, cōuerſionem videbit. At ſi etiam ipſe ab ira vinceris, ſtudēs inimicum pari inſania vlciſci, nullus vnquam irarum & pugnarum erit finis: ſed ſemper qui inſaniūt & rabidi ſunt, & vincere alios conuiciis & verberibus cogitant, in immenſum bellū & pugnā erumpunt, mutuùm inſidiantur, calumnias ſtruūt, peierare audent, & accuſationes meditantur eorum quæ neque viderunt, neq; audierunt: & in die quidem ſicut canes rabidi, & quærentes inimicum, noctem autem cogitādo inſumentes, quomodo malū aliquod machinentur, & inſidias parent. Talibus neque ſomnus vincula deponit, ſed putāt quòd adhuc aſſint apud inimicū, & criminentur & percutiant: & è ſomnis repēte euigilantes, magis cædem mutuā, quàm epulas diligūt. Alij vero ira ebrij calūniatores mercede conducunt, infandaq; inter ſe agunt opera: & quāto pluribus malis ſeſe irritarunt, tanto maiore inſania furiunt. Nam quòd ebrios dicunt ob inſatiabilem ebrietatē ardenti° ſitire, hoc & iracūdis vſu euenit, quia in pernicioſiorem ruunt inſaniam propter inexplebilem contendi libidinem. Hic vocauit ſeruilem, alius ſcorti filium: ille inſipientem, iſte inſanū: eſt qui furem & iuſtum, & alius plenum omni malo. Dein ira ebrij conſligunt inter ſe, beſtiarumq; mores imitātur, percutiunt, calcitrant, mordent, concidunt inuicem corpora, nulli parti parcunt: non oculis, nō auribus, non naribus, nō faciei, nō alij cuipiam membro, ſed conflictātes inter ſe concidunt, & peſſundāt inuicem. Et quod malū non faciunt? Secedunt à pugna, ille amiſſo oculo, ille aurib°, ille labiis, ille alia corporis parte, magis tamē anima quàm corpore corrupti, furibundi, nugaces, rabidi, ignorātes legem domini & ſaluatoris, q̄ præcepit vt alapa percuſſus & verberatus, atque alia paſſus, placido animo fortiter omnia ferat, vincatq; manſuetudine furorē iniquè agentium. Sanè qui hoc facit, laudatur ab hominibus, & coronat à deo & ſeruatore. Et propterea perſeuerandū eſt, ferendo leniter iratos, & reſpiciendum ad coronam, quam præparauit deus manſuetis & mitibus. Abſurdum em eſt, quòd athletæ in gymnicis agonibus & pulueribus verbera & vulnera ferunt propter vanam gloriam, coronam nullius momenti ſpectantes: nos autem coronandi à Chriſto, nō imperamus iræ, non omnia fortiter toleramus: ſed breuem voluptatē, & iniuſtum furorem cœleſti honori & gloriæ præferimus. Enimuero & hoc manifeſtum, quòd cum multi magniq; fuerint, qui ornatam ac iuſtam vitā egerunt, manſuetudine tamen clariſſimi euaſere: quia placidi erga eos fuerūt, qui ſe iniuriis afficiebant. Hac enim virtute Moſes Iudæorum inſaniam moderate ferens, & precibus ſaluans inimicos, honorē & gloriam cœleſtē præ aliis obtinuit, deiq; amicus vocatus eſt. Hac quoque virtute & Dauid parcēs inimicis & hoſtibus, deum ſibi amicum & beneuolū effecit. Hæc cm cum oēs homines ornare valeat, in primis tamen eos qui in poteſtatibus agunt. Nā cū principibus omnia permittuntur, ſi ſeipſos continent, & ſuorum operū ducem habent legem dei, nonnihil inde eorum celebritati & glorię accreſcit. Enimuero Paulus & Petrus q̄ cœleſtem tangebant apſidem propter virtutem qua conſpicui erant, humanitate tamen & manſuetudine magis claruerunt: quia honorē exhibuerunt his qui ſe conuiciis inceſſebant, inimicis benefaciebāt, & læpe lapidantes precibus ſaluabāt. Sciebāt em hęc maxime grata deo, & præ aliis bonis admirabilia: & idcirco ipſi vitam ſuam in manſuetudine tranſmiſerunt, alioſq; ad illam allexere. Quin & Stephanum periclitantem pro pietate, videmus pro inimicis orare, & miritatē in certaminibus admiramur. Reliquū, quia tantos ac tales duces manſuetudinis ſortiti ſumus: adhortemur nos mutuùm, vt illorū veſtigia ſequamur, & in manſuetudine deo miniſtremus: quandoquidem miniſteriū iſtud aliis virtutibus eſt ei longe gratius. Et diuiniſſimus apoſtolus virtutem apoſtoli commonſtraturus, Chriſti miniſtrum manſuetudine potiſſimum clareſcere voluit. Et quamuis multa potuiſſet dicere, ſiquidem voluiſſet, vtpote dæmonū fugam, mortuorum reſurrectionem, atque alia: ſed omnibus illis prætetitis, æquabilitatem morum ſurſum ac deorſum verſat ac tractat: quo perſuaderet nobis, vt ſua veſtigia ſequamur, benigniq̄ue ſimus ac mites. Iuſtū eſt enim ſanctos illos imitari, & in exemplar vitæ proponere: vt bonis omnibus refulgentes, promiſſa bona aſſequamur à magno deo & ſaluatore noſtro, per quem, & cum quo patri cum ſancto ſpiritu ſit omnis gloria, honos & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

DILIGA-

DILIGAMVS OMNES, ETIAM PERſequentes, Sermo.

VNgamus nos ipſos inuicem, volentibus vel cæteris ab hac animorum coniunctione diſcedere, conſtans ipſe in officio permanebis, neque noſtrū quiſpiam dictum illud vulgatum & frigidū vſurpet, quo dici ſolet: Amore ꝓſequar me colentem: & illud, Vel dextrum mihi oculū excuſſerim quē norim me habere infenſum. Dęmonū dicta ſunt hæc, publicanoq; potius, vel gentili diffidente digna: tu vero qui ſis ad ampliorem quandā rempublicā accitus, & cœlo inſcriptus, maiorib° videris eſſe obnoxius legibus, idcirco erit his verbis temperandū: quin & homines à tui amore abhorrentes, plurima ſunt in gratiam beneuolentia reducendi. ſunt enim & hi in membrum dati, quod membū ſi fuerit à reliquo corpore reuulſum, enixe omnia facimus, viréſque & animum magis intendimus, vt ad priorem copulā reuocemus. Maioris enim eſt præmij cū quempiā nec volentem ad nos amandum pellicimus. nā ſi iubet deus eos fore ad prandium inuitandos, qui nequeant vicē reddere, vt collatum illud in alterū augeſcat munus: longe magis id erit in amicitia ſeruandū. Siquidem qui alienam in ſe beneuolentiam mutuo amore compenſat, vicem rependit. At qui alienum in ſe amorem promerebitur, vel ſi nullam reddet amoris viciſſitudinem, deū conſtituet pro ea in ſe beneuolentia obligatum. Vtq; iſta omittam, nihil videbitur aliorū opera in fungendo officio indigere: vnde & hi iuuandi erunt, & ad amādum etiam cōpellendi, qui te oderint. Ne igitur vbi ſtudium præſtandum eſt, negligentiam inferas: neque id dixeris, eo fore quempiam negligēdū qui ſit & corpore affecto, & valetudine correptus: ſiquidem cum amor refrixit, morbus eſt, quin refoue algentem, vt incaleſcat. Quid ſi ne fotus quidē, dicet aliquis, incaluerit? tum rei tuæ vacabis. quid ſi magis algore contrahatur? rurſus is præmia tibi maiora ſuppeditabit, eoq; magis dei te ſectatorē arguet. Quod ſi ex amore mutuo Chriſti diſcipuli dignoſcūtur: (in eo
Ioan.13. enim, inquit, dignoſcemini omnes eſſe mei diſcipuli, ſi vos adinuicem dilexeritis) cogita quantæ illud ſit laudis, ſi odiū amore compenſes: quippe & dominus tuus amore ſe oditēs cōplectebatur, proq; his & patrē precabatur: quantoq; illos infirmiores ſpectaſſet, tanto magis illorum curā ſuſcipiebat, dicenſq; exclaLuc.5. mabat: Nō opus habēt qui proſpera ſunt valetudine medico, ſed qui mala. Quin etiam mēſa eadē & peccatores ęquē & publicanos dignabatur: quātoq; magis ſe Iudaicus populus ignominia & probris inſectabatur, eo maiori ſibi & curæ fuit, & honori. Hūc itaq; & ipſe imitare: non enim parui hęc virtus faciēda eſt,
1.Cor.13. qua ſine, vt Paulus ait, neq; martyres ipſi multum deo placere potuiſſent. Ne igitur dixeris, nequire te eum colere, cui ipſe fueris exoſus: id em vel maxime debes odienti amorem: accedit & quòd nemini licet amantem ſe odiſſe ſtatim: quin etſi beluarū ſit quiuis ſimilMatth.5. limus, amabit qui ſe beneuolētia proſequitur. Hoc enim, inquit, ethnici faciūt & publicani. quòd ſi quiſq; colētem ſe colit, quis nō eum adamarit, qui pro odio amorē rependat? Id igitur velim cæteris ad exemplū proferas, habeaſq; in ore frequentius iſtiuſmodi: Nō deſinam te amādo inſectari, quādiu me odio habueris: hoc pacto controuerſiās ſedabis: nā ſiue ex phlegmate ſiue ex quadā naturæ frigiditate eiuſmodi morbus ortum duxerit: vtrunq; tamē amoris potentia &

vis eius feruore moderabitur. Nónne etiam ſpectaſti vnquā, qui turpi libidine detinētur, vti ab adulterata mulierecula innumeris contumeliis affecti; cæduntur plerunq; & conſpuūtur? quid igitur? num amor ignominiis ſoluitur? Minime, quin magis incenditur. Hæc ſanè humili & infimo genere fœmellæ poſtquā libidinatæ ſunt, factitāt: qui vero iniuriis afficiūtur, poſſunt perſæpe maiores ſuos recēſere illuſtres, & claros viros, & familiæ nobilitatē prædicare nō medocrē: nō tamen ideirco vel libidine extricantur, vel deſerunt quam amare occeperint. proinde nihil nos pudet, eā quā dæmoniacus amor habere vim credit, nō exiſtimare in diuinū poſſe deſiderium transferri, expugnariq̄ue hoc pacto vel dæmones poſſe: nónne etiā noſti dæmonem illum impurum inſtare, vt vel eum qui ſit odio habitus ad ſe trahat, & membrum vendicet noſtrum, quod quempiam oderit: quo neglecto, victorię palmam prodis, id eſt, fratrem qui in palmæ morē in medium adſtat, & tibi ſi viceris futurus in præmiū: ſi vero negligētior fueris, ſine palma abibis? Deſine itaque dæmoniacū illud pronūciare, ſi me ſcilicet oderit frater, haudquaquam hunc mihi ſpectandū tulerim. quo dicto nihil eſt fœdius: cumq; nōnulli eam animi cruditatem ſummis ingeniis adſcribāt, nil tamē ipſe exiſtimauerim vel abiectius dici, vel inſanius & immitius poſſe: eoq; mihi ingemiſcēdū cenſeo, quòd vitia ducitis virtutib° potiora, & inſoleſcere & cæteros aſpernari, magni apud vos eſſe appareat, & clari officū: quod equidē nō ſecus ac pro magnis dæmonū laqueis habēdum duxerim, eo magis quòd velint plerique de animi malignitate bene opinari: ita fit, vt deleri eiuſmodi nequitia haud facile poſſit. Audiui ego nōnullos iactare ſolitos, ſeſe nō vltra ad eos adiſſe, qui vel ſemel nullā ſui habuerint rationem: quod tamē ſibi dominus tuus glorię duxit. quoties nanq; hūc homines conſpuerunt, quoties aſpernati ſunt, quibus nihilominus ipſe & opē ferre, & ſubuenire non intermiſit? Ne itaq; illud in ore habueris, min° ſcilicet poſſe odio te habēres conuenire: quin illud vſurpatū habeas velim, nequire te tui paruifacere cōtemptores: quorum alterum Chriſti diſcipulū decet, alterum dęmones. vtq; primū illud claros homines facit & illuſtres, ita ſecundū hoc obſcurat, & ridiculos reddit: eóq; & Moſes admirationi habetur, q̄ deo dicēte: Mitte
Exod.23. me, vt iratus conteram illos: nō eſt paſſus eos reſpuere, q̄ ſe fuiſſent ſępius aſpernati, qui reſpōdebat: Si dimiſeris eis peccatū, dimitte: ſin aūt, & me perde. Erat is ſanè & dei amic°, & imitator. Ne itaq; nobis id laudi demus, quod potius foret ob turpitudinē occultādum: neq; illud vſurpem°, quod dici vulgò ſolet: Noui ego contemptui habere quamplurimos. quin erūt omnes & irridendi per nos, & comprimēdi, qui verbis iſtiuſmodi vtuntur: quandoquidē in his ſe iactāt, quib° pudere oportuiſſet. Quid inquis, dic mihi, Chriſtianum hominem cōſpuendum cenſes, quem neque infidelem Chriſtus conſpuiſſet? at quid, cōſpuiſſet, dixerim? quin adeò hunc etſi ſordidum & informē dilexit, tātóq; eſt amore proſecutus, vt eius gratia mortem ſubierit: tu vero eundē decorum admodum impræſentiarū effectum, & cūctis admirabilem reſpuis? dic mihi, nōdum aduertis, qualia in eum verba iactes, aut quod audeas facinus, qui & Chriſti ſit membrū, & eiuſdē ac tu domini corpus gerat: eúmq; pro capite habeat, pro menſa & veſte, próq; luce & ſponſo, ac demum vniuerſorum loco ducat: neque hunc ſolum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quin & alios pleriſq; maledictis offendis? Contine te A
iam,& deſine inſanire,recognoſce fratrẽ, diſce furẽtis hæc dicta eſſe,& animi valetudine laborãtis: quin longe his aliena hunc in modum profare: Nunquam deſiſtam beneuolentia te complecti,vel ſi centies à te patiar repulſam.hoc pacto & fratrem lucrifeceris,viueſq; hanc in dei laudem vitam, & futuræ beatitudinis non eris immunis.

VT BENEDICAMVS MALEDICENTIbus, Chriſti & ſanctorum exemplo, Sermo.

INgemiſcendi mihi cupido inceſſit, quando & nobis liceret Chriſti legibus decenter ſeruatis,non minus præſentia hæc quàm futura illa vendicare,ni rebus nimiis & ſuperuacaneis ſtudẽtes,diuinis præceptis offenſi,his bonis excidiſſemus. Chriſtus ſanè legibus in vſum nobis & vtilitatem cõditis,quid glorioſos,quid ſordidos& abiectos efficiat oſtendit:neque id iniunxiſſet haudquaquam, ſcilicet B
malefacta fore maleficiis compenſanda, ſi ſuos diſcipulos ob id futuros ridiculos comperiſſet:quin eò indixit,quòd noſſet id illis ad gloriam ceſſurũ non mediocrem. Quòd ſi maledicentem maledictis non inſectari à deo probatur, quanto magis qui fuerint maledicos laudibus & maleficos beneficiis proſecuti, gloriam merebuntur? Dicet aliquis, Cur igitur Chriſtus huiuſcemodi leges promulgauit? Id quidem dixerim,indulget enim ſuis diſcipulis,calletq; quid hominum poſſit augere, quid imminuere dignitatem, quòd ſi indulgere ſolet nouitq;, quid illi contentioſe litigas,cupiens aliò iter diuertere? velle nanque alios male agendo ſuperare,non diuinæ id legis eſſe, quin dæmoniacæ conſtat. Siquidem in Olympiacis certaminibus Inferis dedicatis,hoc pacto victoria comparatur,quin & vincendi modus nullus eſt ſanè in Chri- C
ſti ſtadio ſimilis,quin longe diuerſus eſt ritus. Sanctum nanque eſt, percuſſum,non percuſſorem corona donari oportere.talis eſt apud deum exercitandi cõſuetudo, cui & ſtatuta ſunt omnia cæteris longe diuerſa,adeo vt non ſolum ipſa victoria,quin & vincendi modus admirationis habere plurimum videatur: ſiquidem qui ſuccubuiſſe videntur, palmam retuliſſe creduntur.hæc dei eſt potentia, tale cœleſte illud eſt ſtadium,hoc angelorum ſpectaculum. Videre videor vos ad hæc dicta incaluiſſe, fuiſſeq; magis quauis cera emollitos:verum cum hinc fuerit abſceſſum, nulla erit horum apud vos recordatio:idq́ue eo magis iniquo animo tulerim, quòd horum nihil quæ dixerim facturos vos intelligam,præſertim cum non ignorem haud mediocre ex his lucrum referri poſſe. Nam ſi D
manſuetudinem ac benignitatem prætuleritis, inofenſi omnium eſtis manº euaſuri:vel ſi inceſſerit quiſpiam maledictis,in autorẽ conuitia reditura ſunt omnia. Nónne & in iudiciis homines iniuria affectos ſpectaſti,quo vultus ſplẽdore,quáve inſtent audacia,vtq; ore libero eloquantur: contrà, qui eam intulerit, capite demiſſo, pudore multo offuſus & trepidus terrã ſpectet? Verum quid criminatores commemorauerim, aut calumnias, quando ſi vel in tuam perniciem quiſpiam gladiũ acuat, vel ſuas è tuis ceruicibus ſanguine manus reſperſerit, te inoffeſo ſeipſum peremerit?cui rei teſtimonio eſt,qui prior fraterna manu occubuit:is enim gloriam adeptus immortalem,in tranquilliſſimum portum ſeceſſit:qui necẽ intulit, quauis morte vitam tranſegit miſeriorẽ: gemebundus ſiquidem & vagus ac trepidº, ſemper rei geſtæ crimẽ præ ſe feret:quocirca Cain ſceleri obnoxius,inferior erit. Nam qui mala illata tulerit patientius, domi nõ erũt nec diu apud ſe illa mãſura, quando nullum ab ſe ortum habuerint,quin aliunde iniecta excipiens,in bonum praua commutauit:improbus vero ſuę malignitatis plagas domi ſeruat. Nónne & Ioſeph erat in carcerẽ cõiectus,cum interea meretricula,quę illi paraſſet inſidias, in ſplendida ac magnifica domo diuerſaretur:quò ſi alterum è duobus daretur optãdum,vter horum eſſe malles?crederem equidẽ Ioſeph te potius partes ſuſcepturũ in carcere detenti,quàm Aegyptiæ in tectis ampliſſimis diuerſantis. nam ſi vtriuſq; liceret animũ inſpectare, cerneres Ioſeph late & fidẽtius diuagantem:illam vero anxiam pudore, triſtitia, dolore, & mentis perturbatione magnum in modum, etſi viciſſe ſit viſa, vrgeri. Quibus omnibus cognitione perceptis,ad malorum nos tolerantiam paremus, B
vt hac tandem patientia liberati, futura beatitudine potiamur.

NE SCANDALVM CVIQVAM FRAtrum ponamus, Sermo.

ANimaduerte quantum Paulus curę & diligẽtiæ præſtiterit,ne ſui exemplo quempiã perturbaret.inquit enim. Si cibi gratia frater tuus triſtitiam ceperit, nondum ſecundum charitatem incedis:qui ſi mœrore afficiẽdus non erit,eo minus per te nec irritandus. & rurſus idem: Neque propter cibum deſtrues opus dei.nam ſi ſacram aliquam ædem ſubuerris,graue & nefarium exiſtimatur,quanto magis ſpirituale hoc templum,ſi ruinam patiatur? quando & homines conſtet ſanctitate ſacris ædibus longe præſtare,quippe non parietum gratia,ſed noſtri huius templi mortem Chriſtus oppetiit. Circunſpectemus C
itaque ipſi nos vndique, nulliq́ue vel tenuem querimoniæ cauſam præbeamus.poteſt etenim vita hæc noſtra cũ ſtadio conferri,& nos ipſi quàm multis oculis abundemus neceſſe eſt: neq; quoquam id pacto credere,ignorãtiam ſcilicet ſatis nobis ad excuſationem valituram,pro qua & pœnas daturi ſumus, cum ea nec veniã mereatur. Conſtat ſanè & Iudæos per inſcitiam deliquiſſe, quamuis eiuſmodi illorũ ignoratio, nulla ſit venia dignãda. Gẽtes præterea nouimº fuiſſe ignorãtia captas,nec tamẽ propterea poſſunt excuſari. nã ſi ignores quę ſciri nequeũt,aut cognoſci,culpa vacabis:contrà vero ſi te cognitu facilia lateant, extrema ſupplicia feres. quinetiam ſi haud omnino nobis ipſi deerimus, ſed conãtibus quę abſtruſa ſunt & recõdita cognitione attingere, opem deus & auxiliũ feret, D
quod quidem & Paulũ dixiſſe Philippenſibus patet, hoc modo: Et ſi quid aliter ſẽſeritis, id deus vobis reuelabit. At cũ ea quæ factu nobis facilia ſunt,perficere recuſamus: neq; illum ſumus adiutorem habituri, quod & Iudæis accidit: Ideo eñ, Chriſtus inquit, eis in parabolis loquor, vt videntes nõ videãt. Dicet aliquis, Quo pacto viſũ carebunt, qui vident? maxime: ſiquidem cum ſpectarent abigi per Chriſtũ dæmones, nec tamen temperabant illi obiicere: Dæmonium habes,cum à mortuis cernerent excitatos, non eũ adorabant,quin morte afficere conabãtur. Cornelius vero nihil iſtorũ ſimilis videbatur, cui pro viribus omnia factitanti,ſupplebat deus quod defuiſſet. Neq; id quæras,quo pacto ex gentibus aliquem,cũ probus ſit & ſimplex,aſperneẽ deus. Principio dixerim,nulli hominũ poſſe,niſi creatori,cuiuſpiam patere probitatẽ: deinde nullã gentilem illum aut curã adhibuiſſe, aut

ſtudium,vt dei haberet notionẽ. Dices fortaſſe, quónã pacto dei quiſpiã cognitionẽ aſſequetur, qui nulla ſit ſapiẽtia inſtructus? At hunc quem ipſe nec ſapiẽtem iudicas,nec prudẽtem, ſed incautum appellas & inutilẽ:ſi fuerit in bonis externis perielitatº, cerneres longe rei ſuæ intentũ,& circa eiuſmodi adprimè diligentẽ:q ſi ſpiritualibus rebus incubuiſſet,quò cęteris ſolet,nõ adeo foret apud deũ deſpectus.nam cum veritas ipſa ſit ſole ſplendidior,quocunque ſe quiſq; cõtulerit,eodem ſibi,ſi paulò fuerit attentior,ſalutẽ cõueniet:quod ſane ſuperuacaneum videri nõ debet:ſiquidẽ & Chriſti res geſtæ haudquaquã Paleſtinis locis, vel anguſto aliquo orbis terrarum angulo circũſcribũtur. Nónne & ipſe Prophetã audiſti iſtiuſmodi Hier.31.
de Chriſto prędicãtem, Me oẽs viſuri ſunt à minimo vſque ad maiorem? Nónne etiã intelligis hęc dicta veris fuiſſe rebus confirmata? Qua ergo hi ratione veniã ſunt habituri, qui cum videant veritatis leges cunctis eſſe ad perdiſcendum expoſitas,nec tamen his imbui ſtudeãt? Dicet aliquis, iſtiuſmodi ab homine ruſticano & barbaro duxeris exigẽda? Non equidem à barbaro ſolum, & ruri verſato,quin ab eo exegerim,qui omnes barbarie ſuperet,& feritate. Cur eñ,dic mihi, ſi qua de re agatur,ruſticanus is,ſi reus fiat, & obiecta cõfutare nouit,& aduerſario,ſi vim paritur,obſiſtere, factitareq́; omnia aſtu & viribus ne damno vel tenui afficiatur,verum ad ea quæ ſpiritus ſunt, nõ pari prudentia vtitur? Porrò cum lapidem adorat venerabundus,ac ducit pro deo,cum feſtos illi celebrat dies, cũ pecunias fundit,vereríq; ſe eius numẽ fateẽ: nihil vltra vel ignauus vel torpẽs prę eius ineptitudine videbitur. At cũ verus ipſe conquirẽdus eſt deus,tũc mihi hominem hunc,nec ſanum ſatis,nec frugi eſſe cõmeC
moras:nõ ita ſe res habent,nõ ita. Num inertię duntaxat hoc crimẽ erit? quos eñ moribus vel faciliores vel rudiores opinaris?eósne quos Abrahę fuiſſe tẽporibus cõſtat:an huius noſtrę ætatis homines? Id certè clarũ,Abrahę dixeris. Vel quãdo pietas ipſa & religio inuẽtu facilior,noſtris his,an Abrahæ ſeculis? noſtris quippe,quibus dei nomẽ eſt apud omnes vulgatũ, & prænũciatum à prophetis,& finem res ipſæ nactę,gẽtium opiniones ſunt confutatæ & repudiatę. Accedit etiam, quòd tunc tẽporis homines nõdum erãt veritatis cognitione inſtructi, & ſcelera ſuæ ditionis vniuerſa effecerãt: nec lex erat vlla ad caſtigationẽ promulgata,propheta nullus,nulla miracula,doctrinę nihil,aut qui eius cognitionẽ haberent nõ multi,neque aliud eiuſmodi:quin erãt omnia tanquã in profundis tenebris obſcuraq́; & turbida nocte conſtituta,& taD
mẽ rebus aduerſantibus mirãdus ille & ingẽtis animi vir & dei notionẽ habebat,& virtutem exercitãs pleroſque ad ſe imitandũ induxit. Quod eo magis mirũ videri debet,cũ eſſet externæ huius & humanę ſapiẽtiæ prorſus ignarus. nõdum enim fuerãt elementa literarum inuẽta, verũ conãti illi pro ſua virili omnia, opem deus & auxiliũ tulit. Neq; eñ dici poteſt Abraham eã à ſuis maioribus accepiſſe religionẽ, quippe qui idolis inſeruiſſent. nihilominº cũ talibus eſſet ille progenitoribº ortus, barbarº inſuper natione fuiſſet, & inter barbaros enutritus,neminemq́; habuiſſet diuinæ religionis inſtructorẽ: tantũ reliquos qui vel leges accepiſſent & prophetas, ꝓbitate anteiuit,quãtũ nec dici ſat poteſt. Cur illud? quoniã ſpiritui prorſus intentus, præſentibus bonis nec curę minimũ impẽdebat. Quid præterea Melchiſedec? nõne & is Abra-

hę temporibus fuit,adeoq; claruit,vt dei ſacerdos diceretur?neq; eñ fieri poterat, vt qui caſte & continẽter vitam duceret, contemptui haberetur. Cum itaque intelligamus è quadã probata cõſuetudine quod ſemel ſentimus, firmũ ac ſtabile ſeruandũ eſſe, & noſtræ erunt per nos actiones circumſpectandæ,vt vitæ melioris profectum nanciſcamur:nec deus precãdus vt ſupplicia à quouis hominum exigat: aut ſcrutãdũ cur hũc ſanitati reſtituat, illum ad ſe iam fato functũ reuocet. ſic enim haud ſecus ſanè facere videremur, quàm ſolet infenſus ſeruus, qui domini diſpẽſationẽ diſquirat. Miſerum equidem te & calamitoſum dixerim,cui cum futura ſupplicia curæ eſſe debent,quóve ſit pacto deus conciliandus, aliorũ pœnas depoſcas, pro quibus & tibi tormenta ſubeunda ſunt,illis omiſſis,quorum ſis rationẽ redditurus. Dicet aliquis,quid igitur? ſúnt ne hæc gentili cuiquam & infideli renuncianda? quinetiam velim non ſolum gentilem hominem eadẽ hæc cõmonefacias, ſed teipſum,vt rectius viuas. ſiquidem gentilis ille vitæ tuæ moribus perpẽſis,non mediocriter ex his fuerit offenſus: ad hęc tibi quid ſit reſpondendum cogita. Nam ſi qua re alia offendatur,nullam eris ob id rationem redditurus: at ſi ex prauis tuis facinoribus fuerit offẽſus,eris ſanè diſcrimen vel extremum ſubiturus, eo magis ſi te quem fortè rebus cœleſtibus ſtudentem cõſpicabatur,mox bonis præſentibus viderit inhiantem,nõ reformidantemq́; æterna incẽdia. Eiuſmodi itaq; cupiditatis inſimulatus,qua vti reſponſione queas, excogitãda eſt, præſertim cum gentilis ille tuis flagitiis perſpectis,his ſit te verbis criminaturus: Tu qui iudiciũ illud horribile operiris, cur præſentia hæc nõ aſpernaris? ſi immortalitatẽ ſperas,cur mortem nõ paruifacis? ſi cœleſtis imperij amore duceris,cur non hanc vitam cõtemnis? Iſtiuſmodi ergo obiectãti cogita quid ſit per te reſpondendũ, eoq; magis inſtabit cum te viderit ad pecuniarum iacturam tremebundum, & ad oboli vnius lucrum lætum & hilarẽ,habentemq́ue animam pro tenui argento venalem. Hæc ſunt, inquam, hæc ſunt quæ gentilem offendũt. Quocirca ſi curæ tua eſt ſalus, erit pro his ratio nõ verbis ſed re & actionibus reddenda:quando ob eiuſmodi gẽtilis hominis quęſtionem nemo vnquam deum maledictis inceſſiuit, qui ob vitæ prauitatem vbiq; offenditur, quæ eò per nos erit emendãda, vt reliquos ab eiuſmodi petitionibus coẽrceamº. queret enim gẽtilis, vnde fieri certior poſſum,deum toleratu facilia imperaſſe? ecce tu qui Chriſti hanc fidẽ à maioribus tuis acceperis, ſiſq; in hac tam probata religione educatus, nil tamen ea dignũ pro dei iuſſu facis. Quid ipſe ad hęc dices? fortè oſtendam tibi pleroſque alios,qui in eremo conſidunt,vitam agere qualẽ quæris, & deo gratam. Proinde nõ te pudet,cum ex cõfeſſo Chriſtianus ſis,gentilem hominem ad alios remiſiſſe, quaſi nequeas ipſe aliquo indicio Chriſtianum te eſſe oſtẽdere? At mox illẽ dicturus eſt,quid mihi neceſſe & montes adire,& ſolitudines inſectari? ſi enim fieri nõ poteſt,hominem in mediis vrbibus diuerſantem,Chriſti hanc fidem & ſapientiam adipiſci,permaximè erit veſtra hæc Chriſtiana reſpublica incuſanda, cò magis ſi futurũ eſt, vt relictis vrbibus nos ipſos in ſeceſſum aliquem cõferamus. Id modo velim,hominem afferas,vxorẽ,liberos & domum habentẽ,poſſe huic veſtræ ſapiẽtiæ ſtudere. Quid ad hæc dixeris? nullus eſt impræſentiarũ ſubterfugij aut pudoris locus. longe enim aliter ſe habẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.5. diuina imperia. Sic splendeat, inquit, lux vestra corã A hominibus. nõ mõtibus dixit, aut pro solitudine aliqua inaccessa. Hæc dixerim nõ vt eos qui mõtes sibi ad habitandum elegerint, minus probem: quin vt vrbium incolas deplorẽ, quòd virtutes inde abegerint. Obsecro itaq; vt illud quod in remotissimis locis exercetur sapientiæ studium, ad nos vel in vrbes traducamus, vt ciuitates & loca frequẽtiora hoc pacto excolantur. sic & gentiles reduci in viam poterũt, & offendicula submoueri, adeo vt si eos reddere inoffensos cupieris, & tibi mercedis plurimum vendicare, & vita tua erit per te corrigenda, & quoquouersus illustranda, vt homines tuis optimis facinoribus perspectis, deum cœlestem patrem efferãt laudibus, nósque ea gloria, quæ explicari verbis haud sat pro merito potest, frui possimus.

DE MALIS A NOBIS EVERtendis, Sermo.

B

EVertendi sunt nobis malorum fontes, quibus euersis sublatísq;, ardentissimum cupiditatis ignem extinguere licebit, ipsiúsque nequitiæ radices ab imo reuellere. etenim si infœcũdæ arboris superiora circuncideris, eadem nouos edente ramusculos, nihil videberis vel radicibus altè tendentibus effecisse. Quid autem malorum sit radix, edisce ab antiquo agricola, qui cum huiusce sit agriculturæ non ignarus, vineæ spirituali & curam impendit & operam, & terrarum orbis culturam suscipit. Quid igitur dixerit quispiam cunctorũ malorum esse causam? Pecuniarum equidẽ asseuerauerim cupiditatẽ: siquidẽ omnis improbitatis & nequitiæ fundamẽtum ipsa est habendi libido. Ex ea nanque dissensiones, inimicitię, bella, altercationes, cõtumelię, suspiciones, iniuriæ, cædes, furta & sacrilegia emanãt. ob eã, inquam, non solũ vrbes & oppida, sed viæ ipsę, & orbis deniq; vniuersus desolantur, montes insuper, & loca quęque superiora, & cuncta demũ sanguine redundant & clade. quod malum neq; ipso ponto abstinuit. ibi nãque maiori quadam vesania desæuit, piratis (nouo quodã prædandi genere adinuento) vndiq; obsidẽtibus. Ob hãc præterea cupiditatẽ, & naturæ sunt leges immutatę, & sublati cõsanguinitatis termini, ipsiusq; substãtiæ ac vitę corrupta sunt iura. auri enim violẽta cupido, nõ solum in viuos, quin etiã in mortuos ipsos tales armauit manus, vt ne cum tumulatis quidẽ habere inducias patiantur: quin has pleriq; sepulchris refractis scelerate iniiciunt cadaueribus, neque sinunt vita functos eorum esse insidiis vacuos. Quæcunq; deniq; mala siue domi esse cõperies, siue in foro, siue in iudiciis, siue in cõcionib⁹, siue in curia & regiis ędibus, siue quibusuis aliis in locis, ex ea habent cupiditate ortũ. Hoc illud est malũ, hoc cũcta cęde & sanguine oppleuit, hoc gehennæ flammã excitauit, hoc ciuitates solitudine nihilo meliores, verum inferiores lõge effecit. Siquidẽ obsessores viarũ caueri facilius possunt, quàm qui prædabũdi mediis vrbib⁹ inuersantur: hiq; tanto sunt illis deteriores, quãtum ad cuitandum difficiliores videtur. Audent enim in propatulo, quę illi seorsum solẽt & clã factitare: & leges quæ ad prędonum perdendam impuritatem sunt & nequitiam latę, in auxilium sibi & commodum trahũt, vrbemq; vniuersam clade & facinoribus complent. Atqui inopẽ in esuriem dedere, in carceremq; coniectũ & vincula, tormentis post famem tradere, & variis eculeis diuexare, nónne pro cæde cõmissa habẽdũ est, & cæde maius? quam rem & si ipse nõ feceris, causam tamẽ vt fiat prębueris, magis eris quàm qui supplicia subministrant, culpandus. Carnifex enim simul ac gladiũ iugulo defixit, breuíq; dolore affecit, desinit vltra homi nem excruciare: ipse vero ciues criminando, vexãdo, insidiãdoq; suggeris cẽties mortẽ expetere. Aduere itaq; quàm multiplices variasq; ex vna cõficias mortes, quodq; grauissimum est, cum nulla sis necessitate aut fame compulsus: sed eo dũtaxat, vt equorum frena, domus fastigia, & columnarũ epistylia multo auro obducantur, rapiendo habẽdi semper in te crescit cupiditas. Quónam igitur pacto hęc non gehenna digna iudicentur? quando & fratris, qui tibi est ineffabilium bonorũ particeps, tantóq; à deo honore dignatus, nulla apud te ratio constet, idque solũ habeas voluptati, vt lapides & pauimẽta extollas, exornésq; adeo brutorũ animaliũ corpora, & plurimas tibi ad pC niciem & calamitates inferas & ærumnas. Canis tibi magna est cura: homo vero, imò Christ⁹ ipse, pro tuo hoc nimio in beluas studio, proq; inani cæterarũ rerum solertia, fame extrema cõcluditur. Quid hac cõfusione deterius? quid eiusmodi nequitia potest esse molestius? quot flagrantia flumina, vel igne succensa huic fuerint ad cruciatum satis? Siquidẽ is qui sit ad dei imaginem creatus, tua inhumanitate sordescit & squalet: mulorũ vero facies qui coniugẽ vecturi sunt tuam, auro nõ modico fulget, pelles insuper & ligna quibus tegumẽtum aliquod cõtexitur, vel si sedes paranda sit, aut suppedaneum, auro argentóq; operiuntur: at Christi membrum, cuius ob gratiã è cœlis ille ad nos deuenit, ac venerãdum sanguinem fudit, præ uaritia necessariis alimentis nil fruitur. Lectuli præterea tui vndiq; sunt obtecti, sanctorũ vero corpora vel necessario amictu priuãtur. Seruis itaque, beluis, C stratis, suppedaneo, sella & cęteris quę viliora sunt vasis, inferior à te Christ⁹ habetur & abiectior. Quòd si me audis, dictáq; hęc mea horrescis, desiste iã hęc factitare. Desine, inquam, insanire: est enim studiũ hoc omne quod circa huiusmodi res impẽditur, pro insania habẽdum. Idcirco inani hac & superuacanea cura omissa, oculos aliquãdo tandẽ subleuemus ad cœlum, diemq; tum illũ, id est, horribile dei iudicium, tum statutam certãq; sentẽtiam, & in reprobos futuram damnationẽ, memoria repetamus. Animaduertamus insuper & æternę illius maiestatis tolerantiam, quòd nostris vel erratis vel scelerib⁹ perspectis, neq; cœlitus in nos fulgura iaculetur, cum facta hęc fulmine sint non indigna: id tamen facere intermittit: nec mare in nos refundit, nec terram scindit aperítq; me- D diam, nec solem extinguit, neque disturbat cum astris vnà & cœlum: nec cũcta deniq; è medio tollit, quin poti⁹ creata omnia sinit suo ordine ferri, nobisq; pro instituto subministrare. His itaq; animaduersis, diuine clementię & lõganimitatem & tolerantiam obstupescamus, reputemusq; nobiscum animo nostri ortus ingenuitatem: quando in pręsenti nihil planè videamur à brutis animantibus differre, sed illis esse longè inferiori cõditione orti. Siquidem sanguinis illa trahuntur coniunctione, suntque naturali quadã amoris copula cõtenta: ipse vero vel plerisque sese offerẽtibus occasionibus, honore scilicet qui religioni debẽt & fidei, & multorum bonorum participatione, quorum ob gratiã cum mẽbris tuis & fœdus inire & copulam queas, factus es illis lõgè immanior. Præsertim cum ea quæ planè inutilia sunt, & nullius momenti, magno

magno videris studio insectari: eos autẽ qui dei sunt templum, fame & nuditate consumptos, nõ solum aspernaris & negligis, sed malis plerunq; plurimis obuoluis. Atqui si ea per te gloriæ cupiditate geruntur, longè magis frater quàm equus curãdus foret. Quãto eñ is, qui tua sit munificentia vsus, præstãtior fuerit, eo fulgẽtior tibi pro tuis in eum beneficiis corona contexitur: nunc vero cum longe his fueris in aliena lapsus, nõ sentis quàm multos excites, qui te criminẽtur. Quis enim tibi nõ maledixerit? quis non extremę crudelitatis & inhumanitatis insimulabit, cum viderit te hominum genere neglecto, bestias illis prætulisse, post bestias vero domos & supellectilẽ curæ habere? Nónne apostolos audis asserẽtes, priores illos qui dei verbum suscepissent, domos fundósq; vendidisse, vt fratres alerẽt: tu vero domos & fundos subtrahis, vt equos, ligna, pelles, parietes, & pauimenta extollas? quodq; grauius videri debet, nõ solum viri, verum & mulierculæ hac trahuntur vesania, quando ad inanẽ laborem hunc & maritos impellunt, vt vbiuis potius quàm necessariis in rebus impẽdãt. Quòd si quis hęc tulerit molestius, minúsq; probet, præmeditatum habent & in promptu responsum non mediocriter increpandum: dicũt enim ea licere, quæ & cæteri factitent. Quid inquitis? nihil pudet, nihil veremini, quando & Christũ vt equis & mulis, ita & stratis & suppedaneis adnumeratis, & quidem famescentẽ, quin potius neq; illis parẽ facitis, maiorémq; his rebus portionem, Christo verò perexiguã impartitis? Num vos fugit cuncta illius esse ditionis, vos insuper ac vestra omnia? Num ignoratis eundem & corpus condidisse, condito gratis indidisse & animam, in quam omnia ornamẽta contulerit? Quispiã vero pro his omnibus C donis nec beneficij vicem reddet? quive pro locata domuncula pactam & conuentam pecuniam diligẽtissime expoſcit, mũdi hanc machinam omnem in vsum habens, tantumq; inhabitans terrarũ, neque parũ tolerat mercedis dependere, cum inani gloriæ è qua facta eius omnia pendent, seipsum suaq; vniuersa deuouerit: eo inanius, quòd neq; beluis tali ornatu circumactis, addi aliquid virium potest, neq; sessoribus ipsis virtutis plus quippiam accedere, quàm ignominię: siquidem pleriq; ab equite auersati, oculos ad iumenti ornatum conuertent, insequentémque familiam, vel prævios: & qui elatis ceruicibus antecesserit, circunspectabunt, dominum vero satellitibus stipatum, nõ secus ac communem hostem & infensum habebunt, & aspernabũtur: quę res cõtingere tibi haudquaquam poterit, si animũ excolueris, quin homines D vrgere consueuit, quàm rei aduersæ aut mali imminentis expectatio: nihil vnquam nos adeo subleuat, & quasi volitare facit, quàm recti conscięntia. Quod quidem facile potest in rebus humanis aduerti. nam qui carcerem habitant capitis damnati, damnationẽ opperientes & mortem, vel si deliciis abunde fruantur, vitam longe agunt molestiorem & anxiam, quàm qui emendicando, & nullorum sibi malorum conscij per rerum angustias incedunt. Mortis enim futuræ expectatio haudquaquam sinit vt quas in manibus habent voluptates seu delicias sentiãt. Verum quid vinctos dixerim, & in carcerem coniectos? quando & libere vagantibus, & abundantibus dico & opulentis viris sibi ipsis malorum conscíis, opifices ipsi longe sint conditione meliores, qui ex diurno quæstu victitent, & labore summo. Dúmque in popinis nonnullos spectamus temulentos, incontinentes, & ventre di-

teriora ornauerit: nec immerito. Nam si quis vxorem A
siuerit tuam opertam pannis, aut neglectam, ancillã vero veste splẽdidiori obtexerit: num æquo id animo tuleris? Minime, quin ira succensus summam hanc esse iniuriam clamitares. Nec secus igitur tibi erit de anima cogitãdum, cum parietes solum & supellectilem exornas, & stipem minus abunde impertiris, nec in rebus gerendis prudentius impẽdis operam: quod eò grauius videri debet, cum constet heram inter & ancillas pro earum natura nihil distare, animam vero à corpore differre plurimũ. Quę res si ita se habet, lõge magis domus ipsa & lectuli & scabella ab anima distabunt. Qua igitur fueris excusatione dignus, cum hęc fuerint auro per te argentóque obducta: animam vero, nulla eius habita ratione, pannis obsitam, squalentem, famelicam, vlceribus plenam, canibus siueris laniandam, & his insuper existimãs te ex ornatu eiusB modi, & exteriori laude vel gloria potiturum? Illud præterea maioris demẽtiæ apparet, cum fueris ob id superuacui ornamenti sæpe aliàs increpitus, irrisionibúsque & conuiciis, vel iniuria quauis alia affectus, & extremis suppliciis adiudicatus, superuacanea hęc fore tibi adhuc decori ducere. Vnde cũ ita vt diximus, se rem habere intelligamus, repurgãda sunt nobis errata hęc omnia, vt aliquãdo tandẽ nostri iuris effecti, resipiscamus, transferamúsq; in animum decorem illum exteriorem omnem, & ornamentum. hoc pacto deus manebit illæsus, & sine iactura erit, & nos angelis pares efficiet, & bonis certioribus donabit.

DE NEQVITIA DEPVLSA, ET virtute inducta, Sermo.

AGe tandem, si placet, contentionibus omissis, sermonem ad moralitatem differendam conuertamus. Nequitia enim depulsa, inductáque virtute, clare docebimus iniquitatẽ ipsam nullum habere à natura ortum, conquirentibúsque malignitatis originem, non solum verbis, verum & rebus ipsis ora occludere facile poterimus: vtpote qui illius naturæ simus, non improbitatis participes: neque illud spectandum, quàm laboriosa sit virtus, sed quàm possit facile comparari, si studio & diligẽtia incubuerimus, considerãdum. Quòd si vitiorum voluptatem attuleris, & finem qui ducit ad mortem: vbi econtra virtutes ad vitam explicabis, videbimus plurimũ vitiis inesse doloris, virtutibus vero voluptatis non parum, si fuerint hęc diligentius vtraque discussa. Nam quid improba conscientia molestius? quid spe meliori suauius? Nihil profecto. Nihil adeo nos frãgere vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtentos,eo illos infelices appellamus,quoniam edendi & perpotandi voluptate longe eſt actior expectanda in eos & futura calamitas: quòd ſi hiſce omnibus viuendi hoc genus iucundum apparet,nihil eſt mirũ, ſi nequeat in malignitudine amaritudo euitari, vel in nequitia defugi triſtitia.Ecce res tã execranda ebrioſis illis laude videtur digna non mediocri:non tamen idcirco beatos illos,ſed miſerabiles nuncupamus, & calamitoſos, quia ignorant quibus ſint malis immerſi.Quid de mœchis dixeris?qui pro breui fluxáque libidine turpem ſubeunt indecorámque ſeruitutem, pecuniarum inſuper iacturam, timorem continuum, & vitam ducunt eius ſanè quam Cain duxerit nihil abſimilem, vel longe quàm ille moleſtiorem. Siquidem & præſentia verentur, & futura pertimeſcunt, amicos pariter & inimicos gnaros vti & ſceleris conſcios,ſuſpectos habent, adeo vt neque quieſcendo huius ſint anxietatis expertes. Facinorum enim conſcientia inſomnia eis vel plena formidinis aduſq; terrorẽ effingit.Verum qui fuerit in vita moderatior,erit his malis omnibus ſolutus,tum illam ſummo in ocio & libertate tranſiget. Obiectandi itaque erunt breuibus his oblectamentis formidoloſi fluctus iſtiuſmodi & procellę,perexiguoque abſtinentiæ labori trãquillitas illa vitæ ſempiternæ obiicienda, ſpectabis ſane moderatam hanc incontinenti illa eſſe longe iucundiorem.Prędo pręterea & fur alienis pecuniis manus iniecturus, nónne diuerſando ſeruiſque non ſecus ac liberis adulando,portarum vigiles deterrendo,comminando,iniuriam inferendo,excubando tremebundus & anxius, & ſuſpectans omnia plurimum tolerat laboris:ei vero qui pecunias aſpernatur,nihil accidet iſtiuſmodi, ſed ingenti fretus animi ſuauitate, vitam quiete aget ac tuto. Cæterum ſi quis vitiorum partes diſcuſſerit ſingulas, conſpicabitur confuſionem illis ineſſe, & ſcopulos nec mediocres: mox ſi virtutis principia attendat, dura eſſe & laborioſa comperiet: quæ vero ſequentur, facilia adeo & iucunda videbit, vt ſuperior omnis obiectus labor ſubleuetur. Contra vero, longe ab his vitiorum eſt diuerſa conditio: ſiquidem oblectamenta ipſa, quæ ex illis initio ſtatim capiuntur, dolores ac ſupplicia conſequuntur, ita vt prior illa omnis depereat voluptas. Nam quemadmodum is, qui poſt partam victoriam coronam expectat, præſentes labores pro nihilo ducit: ſic & is quem poſt delectationem manent tormenta, nequit fructum puræ voluptatis timore omnia peturbante capeſſere. Quinetiam ſi quis diligenter rem omnem inueſtigauerit,vt cruciatus peccatis propoſitos omittamus, plurimum in vitiis exequẽdis comperiet ineſſe laboris. Quocirca ſi placet, ſcrutemur eadem hæc in his qui aliena rapiũt, vel ſi ditiores fortaſſe fuerint, & pecuniis circumfulti ſint etiam,ſi velis, quouis diſcrimine, anxietate, cura, & cæteris eiuſmodi vacui: concedamus pręterea quempiam eſſe nulla ſua induſtria opulentum,quodq; nec fieri poteſt,fidentem, & ſpei plenum poſſe res ſuas & bona omnia in longum ſeruari.Qua igitur is,quoniam abunde ſit fortunę bonis obſeptus, voluptate fruetur, præſertim cum hæc haudquaquam ſinant quempiam diu lætari? ſiquidẽ appetenti plura tormenta augeſcunt, maximéque tũ quiſque gratuletur, cum habendi abſceſſit cupiditas. Nam & ſitibundi tunc recreamur,cum ad ſatietatem ebibimus:quandiu vero ſiti vexabimur, vel omnibus exhauſtis fontibus,fluminibúſq; per nos abſorptis, & angimur magis,& acrius cruciamur.Ipſe ergo ſi ſeculi huius bona acceperis,nec eadem interniſeris augẽdi deſideriũ,eo te maiori cruciatu afficies, quo & plura guſtaueris. Ne itaque exiſtimes ex hoc multarũ rerũ complexu aliquã tibi,niſi diuitias ſprueris, poſſe afferri voluptatem:quandiu enim eas cõcupieris, nunquam ſupplicio carebis.Amor quippe diuitiarum ille inexplebilis eſt & infinitus:quantóq; plus proceſſeris vitæ,tãto magis à fine aberis.Nónne igitur cupiditas hæc pro mõſtro & extrema ſocordia eſt habẽda?Erit itaque principio nobis ab his auaritiæ malis longius abeundum, quin potius neq; talia ſunt deſideria attingenda:vel ſi attingimus, fugienda erunt initio ſtatim,neque his diutius immorandum.Quod Salomon de muliere adulterata diſſerit hoc modo,& commonefacit:Deſalta,ne moram traxeris, neque domus illius fores adieris.Nec ſecꝰ ipſe de pecuniarum auiditate dixerim.nam ſi ſenſim te vaſtũ illud feruoris mare adire contigerit,haud facile reuocare gradum queueris,difficulterq; victor euades, nec ſecꝰ ac ſolẽt qui capitis vertigine detinẽtur. Vnde ſi in huius auaritiæ profunditatem deſcenderis, teipſum ac tua vniuerſa diſperdes: quare principia ipſa nobis cauenda ſunt, qúæve minora fuerint mala euitãda, è quibus & maiora ortum ducunt. Nã qui errata vel ſingula vti exigua paruipẽdere cõſueſcet, paulatim omnium patietur iacturam:peccatorũ ſiquidem incuria,& neglecta facinora,& vitia induxere, & vrbium mœnia ſolo æquarunt.Sic & corporibus morbi increſcunt, cũ illorum vel tenues cauſæ negligũtur. Atqui Eſaũ niſi primogenituręrenũciaſſet,nequaquã eſſet indignus benedictione effectus. Itẽ ſi benedictione non abdicaſſet,nec fratricidium cõmittere cõcupiſſet. Cain pręterea niſi primogenituræ fuiſſet deſiderio captus,ſed eiuſdẽ deo curã demandaſſet,nunquã ſecunda fuiſſet primogenita cõſecutus:quibus adeptis,ſi cõmonefacienti ſe deo paruiſſet, cædem nunquam parturiſſet. Rurſum fratricidio cõmiſſo ſi eũ rei geſtæ pœnituiſſet, deoq; ſe appellanti nõ impudentius reſpondiſſet, nihil eſſet in reliquũ mali perpeſſus. Quòd ſi hi quos ante conditam dei legem fuiſſe cõſtat,prę iſtiuſmodi negligẽtia ſenſim ſunt ad ipſius malignitatis ima prolapſi:cogita quid nobiſcũ agetur, qui ad maiores ſumus foſſuras euocati,ni diligentius nobis præcauerimus,& malorum ſcintillulas priuſquã ignem ſuſcitẽt, extinguamus.Quorſum hæc?Peierãdi frequẽtiori teneris conſuetudine,nõ modo ergo huic erit vitio obſiſtendum,ſed tollendum prorſus & iuſiurandũ: id ſi egeris,& labore quouis,& peierãdi vitio vacabis: lõgè eñ eſt difficilius nõ peierare, quàm nullo omnino iuramẽto inſueſcere. Cõuitiator ſi fueris vel contentioſus,aut percuſſor:præſcribe tibi non iraſcẽdi legẽ, nec clamitandi: hoc pacto cum radice vnà & fructus interibit.Libidinoſus es & incontinens:propone tibi metas & terminos nullam mulierum ſpectandi, neq; in foro alienũ decorem oculis circunluſtrãdi.Leuius enim multò à muliebri aſpectu abſtinebimus, quàm viſa & concupita fœmina libidinum incitamẽta propulſabimus:ſiquidem & leuiora ſunt, quæ primũ nobis inferunt certamina,tametſi nihil erit nobis decertandum,ſi nec portas ipſi hoſtibus patefaciamus, aut admiſerimus vitiorũ ſemina. Idcirco Chriſtus virum inceſtè mulierem ſpectantem pœna affecit,vt nos labore ſubleuaret: indicit nanque prius è domo hoſtẽ eiiciendũ,quàm ſumptis viribus fiat validior, ac quũ depelli facile queat. Quid eñ opus eſt fruſtra nobisipſis exhibere negociũ,& manus cũ hoſte conſerere, cũ liceat palmam ſine certamine cõparare,& præripi queat ante inceptũ bellũ victoria? Neque enim adeo laborioſum eſt à mulierum aſpectu continere oculos quàm viſis & circũſpectatis abſtinere: quinetiam neque ipſa oculorum abſtinẽtia quippiam habere videtur difficultatis, ſed aſpectus ille ſudoris plurimũ habet & laboris.Quòd ſi vel ea res iſtiuſmodi difficultatibus vacaret, præſtarẽtq; de ſe lucrum aliquod nec mediocre:quid tum nobis properandum eſt,vt malis omnibus abundantiſſimũ pelagus adeamus? præſertim cum non ſolum ſit à fœminarum intuitu hoc abſtinere facillimum, verũ & ab earum concupiſcentia ne inquinari quidem cõcedatur.Contrà vero qui fœminam viderit,vt ſummo cum labore, ſic non ſine animi labe euadet,ſi fortè ſit aliquando euaſurus:vtq; is qui facierum ſpeciẽ decoremq; haudquaquã attẽderit,erit omnibus quæ inde admittuntur libidinibus vacuus:ſic qui fuerit in viſendo cupidior,cum mentẽ primum cogitatu fœdauerit,quærit demum admiſſæ cupiditatis notam excutere, ſi excuti quoquã pacto queat.idcirco Chriſtus ne talibus afficiamur, nõ ſolũ homicidium,verum & iracũdiam interdixit:nec fœminam modo non adulterare, ſed ne inceſtè quidem intueri iniunxit: neq; ſolum non peierandum vetuit, quinetiam & ſuſtulit iuſiurandum. Sic ne hoc quidẽ pacto dimenſa virtute contentus,&legibus eiuſmodi promulgatis ad maiora proceſſit. Siquidem humana cæde interdicta,iniunctaq; iraſcendi lege:indicit etiã ad tolerandas iniurias patiẽtiores eſſe debere: neque fore ſolum pro inſidiantis arbitrio ſuſtinendos inſultus,quinetiam vincendum eſſe inſultantis furorẽ noſtræ tolerantię magnitudine.Nõ enim dixit,ſi quis te in dextrã malam percuſſerit, feres animo æquiori, & obticebis, verum & alteram fore percuſſori porrigẽdam addidit. Sic enim perſpicua paratur victoria, ſi plus illi quàm velit cõceſſeris,ſuæq; malæ cupiditatis & metas tuæ magnanimitatis grãditate ſuperaueris: hoc enim pacto & illius ſoluiſti inſaniam,& quòd ſecundo patientius tuleris, prioris tolerantiæ mercedẽ ſarciet.Vides itaque & nihil ex illata iniuria offẽdi,in noſtra eſſe non in inferẽtis poteſtate: neq; ſolũ nullo affici malo,ſed quòd aliquãdo patimur noſtri eſſe,nõ alieni arbitrij: quodq; mirũ magis videri debet, nulla prorſus offendemur iniuria, ſi nobis paululũ aduigilabimus, quin pro beneficio erit quodcunq; in nos ius præter & æquum inferetur.Exempli gratia:fuit in te quiſpiam contumelioſus,potes,ſi libet,hanc in tuã conuertere laudem contumeliam.nam ſi cõtra & ipſe fueris in te laceſſentem conuiciatus,accumulabis cõuiciandi fœditatem. verũ ſi te conuicio inſectantem laudibꝰ proſequeris,ſpectabis qui aderũt palma te & gloria iudicaſſe non indignum. Vides cum volumus iniurias nobis in beneficium ceſſiſſe, quod idẽ de pecuniarum iactura,de plagis ingeſtis,& iſtiuſmodi cæteris cõtingere poteſt:ſi aliorũ in nos malefacta accumulatis beneficiis compenſabimus,taliq; munificentia duplicem nobis ipſi & palmam vendicabimus, & coronam nectemus.Ita fit,vt ſi accedens quiſpiã,hũc illúmve afferat fuiſſe de te impudẽtius locutũ,& vulgo maledictis inceſſere aſſeueret,tum ſi cõuiciatorem coram delatore ipſo laudaueris plurimum, & obtrectantis iniurias vindicabis, & pœnas capies: quippe qui rem hanc memoratu dignam geſtam per te fuiſſe cognouerint,& te laudibus efferẽt,& odio conuiciãtem inſectabũtur,aſſerẽtq; hũc quauis fera beſtia nequiorem: quandoquidem nullã tibi iniecerit conuiciando triſtitiam,cũ ipſe qui ſis iniutia affectus, nihil mali pro malo accepto retuleris: arguesq; hoc pacto dicta in te oĩa cõmentitia fuiſſe, & falſo obiecta. Solet enim qui alienis in ſe maledictis offẽditur,cõſciẽtiam delati criminis præ ſe ferre: contrà vero, cuncta quæ obiiciuntur irridens, & vti nullius momenti ducens,quauis ſe ſuſpicione leuabit.Cogita itaque quot bona hanc tuã moderantiam conſequãtur: ſiquidem & te quauis eximes animi perturbatione:quodq; primum fuerat dicendũ,vel peccatis quibus fortè fueris obnoxius exueris, quãdo criminatores tã leni animo feres, quàm phariſæũ tulerit publicanus obtrectantẽ. Accidit etiam quòd animum ad ſapiẽtię ſtudium exercendo inſtituis, & laudem tibi omnium conſenſu comparas nõ mediocrem, erisq; quauis obiectorum criminum ſuſpicione ſolutus. Quòd ſi in nominis tui detractores vindicandum cenſueris, facilè id abũdeque ſequetur, quando vel pro maledictis ſupplicium ſumpturus eſt deus, eritq; illi tua vel ante id ſupplicij tempus in perniciem tolerantia.Nihil enim adeo maledicos mordet frenatq;s,quàm illatæ cõtumeliæ cõtemptus. nã quemadmodum tot bona ex ipſa ſapiẽtia emanant:ita ex ipſa animi puſillanimitate pleraq; mala contingũt: ſiquidẽ & ipſi ignominia notamur, videbimurq; ſpectãtibus cæteris delati criminis non expertes,animumq; indignatione opplebimꝰ, & hoſte iucunditate affecto,deũ irritabimus,ſuperinducemúſque erratis priſtinis noua delicta. Quæ omnia cũ ita ſe habere intelligamus,euitemus impatientiæ præcipitium,nóſque ad ipſius tolerantiæ portum conferamus, vt hic noſtris animis pro Chriſti pollicitationibus, quiete inuenta, eiuſdem cum dono & gratia, cum benignitate & clementia bona æterna conſequamur.

QVOD NVLLA RESIDEAT APVD nos vitiorum & malorum memoria, Sermo.

IAm ipſo proxime ad perditionẽ accedimus & interitũ,quia cũ antehac florenti & iuuenili ætate fuiſſemus,nũc cõſenuimus. Quocirca eradẽda erit eiuſmodi à nobis ſenectꝰ omnis,quæ etſi lauacro deleri nequeat,poterit pœnitẽtia obliterari.Excutiendũ,inquam,quicquid in nobis reſederit vetuſtatis,rugę inſuper oẽs & maculę ac labes abluẽdæ: nosq; ita excolẽdi ornandiq; erimus, vt noſtri decoris & cultus deſiderio vel princeps ipſe & dominus capiatur.Licebit pręterea nobis, vel ſi ad vltimam quandã ſit deformitatẽ peruentum, eã pulchritudinẽ recuperare,cuius & Dauid meminit: Deſiderabit rex decorem tuum,audi filia &vide,& obliuiſcere populi tui,& domum patris tui,& cõcupiſcet rex decorẽ tuum. Atqui obliuio nihil cuiquam parit quod maneat ornamẽti: decorẽ equidẽ animæ dixerim, obliuionẽ vero cõmiſſi & errati. Hæc ſanè Dauid eccleſiã ex gentibus confectã appellans differit: & cõmonefacit ne maiorũ ſuorũ ritus, qui idolis immolaſſent, recordet, cui eccleſiæ cũ ex huiuſcemodi eſſet hominũ genere congeſta,non ſolum priſtina ſacrificia interdicit,quin,quod maius eſt,ne vel animo ipſo admittat,prohibet:quod&alio loco ſic dicit:Ne memineri nominũ eorũ in labiis meis.& rurſum: Ne loquatur os meũ opera hominũ. Dicet aliquis, nónne virtutis eximiæ loco habẽda eſt hæc taciturnitas? *Pſal.44.*

eximiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

eximiæ quidem,nõ tamen adeo, vt æquari cũ delicti obliuione queat: nec eñ solũ propheta opera hominum haudquaquã fore explicãda inquit, quin ne recordatione quidẽ aut memoria repetẽda. Vnde cõiectare licet quàm lõgo velit nos à nequitia interuallo abesse, cuius qui haud meminerit, nec cogitatũ in ea figet:qui autẽ cogitatione vacabit eiusmodi,& sermone vacet necesse est:si taciturnus, actione carebit & opere.Vides quibus nos viis vel interuallis à rebus superuacaneis seiũgat? Erit itaq; nobis propheta ipse audiẽdus,& ita,vt nulla resideat apud nos vitiorũ aut malorũ memoria:nõ tamẽ eorũ quę ipsi delinquimus tollẽdã esse dixerim recordationẽ.Quippe cõmemo-
Esaiæ.45. ra,inquit deus,prior ipse tua facinora,sic horum nihil vltra meminerim.Quorsũ hæc? Nulla sit amplius pristinæ rapacitatis recordatio, quin restituẽda sint per nos fraude subtracta: id eñ sonat nequitiã obliuioni mãdare:& fumaces cogitatus tollẽdi,& ita vt de cætero nunquã animo admittãtur, insuper & errata obliterãda. quærat aliquis, quonam pacto assequi hanc nequitiæ obliuionẽ poterimus? Nempe ex diuinorũ bonorum repetita memoria:si deum continuo meminerimus,haudquaquã licebit praua recordatione re-
Psal. 62. petere.Si eñ,inquit,in cubili fuerim tui memor, matutino essem de te meditatus.Nã & si semper est deus memoria complectendus, tunc tamẽ id maxime agimus,cum animus & cogitatio in ocio versantur, cum eiusmodi recordatione seipsum quis increpat aut dãnat,& in eadem longius cõmemoratione perseuerat. curæ siquidem interdiu,& animi perturbationes omnem de deo cogitatum & intercipiũt & propellunt: noctu vero cum tranquilla est mẽs,& quietior cum in portu resident,&placida versatur in aura,facile poterit dei reminisci. Inquit eñ: Quæ dicitis in cordibus ve-
Psal.4. stris,& in cubilib⁹ vestris cõpungimini.qua recordatione ne interdiu quidem vacãdum est: sed quoniam hoc vel maxime tẽpore vitæ huius actiones & negocia curę sunt potius,vel saltem sit in cubiculo dei memoria matutino, sit nostra in eo meditatio: Ita fiet vt si noctu deũ precãdo votis & precibus reconciliem⁹, secure admodum ac tuto aggredi quæ peragenda interdiu fuerint,possimus:sic neminẽ nobis habebimus aduersantem,quin viperam ipsam si obsistat nihili faciemus, cum deum habebimus placatũ. Porrò bellũ in foro geritur,possunt quippe quæ indies afferũtur, pro pugna & contẽtione vel quauis procella haberi, ideoque & armis est opus:sint autem nobis pro armis his firmioribus preces.Secũdo opus est vẽto, cuncta etiam perdiscenda, vt diurna hęc & longiora spacia sine naufragio & vulnere transigantur. Quàm multi quotidie scopuli offeruntur, ad quos elisa nauis sæpe demergit, & eo magis matutino nobis orandũ est tẽpore,ac noctu.Olympię ludos nostrũ persæpe spectauere pleriq;, nec solum sunt spectantium officio functi, qui fauore & laudibus certatores sunt prosecuti, & ita, vt variè sentientium diuersa etiã fuerit vel laus vel admiratio. Nec nos fugit præcones per id omne certaminis tempus diem noctémq; vniuersam aliud nihil eniti,nihil curare cogitatione,& studio contendere, nisi vt certaturi magno animo in agone prodeant:qui vero certatoribus ipsis assistunt, buccinatorẽ nil aliud monẽt, nisi vt fileat, ne spiritu forte & voce attritus risum prębeat audiẽtib⁹. Si igit̃ apud eos qui humanum certamen sunt inituri,tantum curę impenditur,longe magis nobis, quibus omnis hęc vita certamen est,prospicere rebus sedulo conueniet, eásque cogitatione & diligentia pręuenire.Erunt itaque nobis & noctes ducendæ insomnes, & curandum quo pacto dies omnis sine illusione transigatur, cuperẽq; vel sola nobis esset illusio ex his obuentura.Verũ qui cœleste illud certamẽ proponit, patri ad dexterã assidet, attendítque si quid vel ipsi absonum vel incõcinnum obtulerimus: neque enim factorum modo, quin & dictorum futurus est iudex,eóque erit inuigilandum. Sumus nanque & ipsi fautores habituri, siquidem vel nobis singulis assistunt angeli: nos vero stertendo noctes ducimus:essetque vtinam hæc duntaxat nobis dormitandi cura, nec scelerate agerent nonnulli.nam reptant plurimi terrenis rebus addicti, quando domicilium in lupanar conuertũt, cum scorta inducunt, sic se habent plerique. nulla enim est his recti alicuius ineundi certaminis meditatio. quàm multi etiam petulantiæ & scurrilitati incumbunt, tumultuantur nonnulli, alij praue agendo & noctes vigilant,agúntque longe deterius,quàm qui somnolentia opprimuntur,cum dolos nectunt:vsuras præterea nonnulli computant,alij curis franguntur, libentiúsque se ad alia conferunt quàm ea quæ occeptũ agonem doceant,aggrediantur. Quocirca vos equidem hortari velim,reliquis omissis,vnum illud spectemus, vt propositam vincentibus palmam adipiscamur,coronáq; obducti,obnoxie omnia factitemus, vt bona illa quæ nobis sunt in præmium exposita, consequi valeamus.

CARNIS CONCVPISCENTIAS NE sectemur,quæ generant mortem, Sermo.

EXcitatus è somno ipsum te indue,indut⁹ morigerum corpus redde, ac ductu facile.id enim prætẽdit,qui concupiscẽtiæ gratia carnem asserit nulli esse curæ habendam.Nam quemadmodum nec potum vetuit,sed ebrietatem interdixit. nec nuptias respuit, sed incontinentiam improbauit: ita & carnis habendam esse rationem non negat, sed prodeũtes ex ea cupiditates, id est necessitatis excessum interpellat.Quòd autem carnis curam habẽdam esse Paulus affirmet, audi quemadmodum his verbis Timotheum cõmonefaciat:Vino modico vtere propter stomachum,&tuos frequẽtes languores.Nec secus hoc loco carni ad sanitatem vult, non ad luxum & intemperantiã prouideri: aliter enim nec dici prouidentia posset,si per eam aut flammam succenderes, aut ignis caminum tibi redderes grauiorẽ. Vt autem clarius perdiscatis quid sit ad carnis concupiscentias & desideria prouidentia, & quemadmodum illa possint euitari, opulentos animaduertite,& ventri deditos,abundantique vestium ornatu excultos, vel deliciis immersos,& eos qui vitam per luxum & incontinentiam ducunt,attendite:sic vobis,quæ dixerim,facile innotescent. hi enim hæc non ad bonam corporis valetudinem factitant, sed vt prosilire leuius possint, & venerem incitare. Verum qui Christum induerit, deliciis vniuersis eiusmodi intercisis, id solum curat, vt corpori æquam pariat valetudinem, pro qua vel sola consequenda,carnis cura habenda est,neque id,vltra aliquid appetendum.Incumbendũ præterea erit omni nisu spiritualibus rebus. hoc pacto nullis eiusmodi & variis libidinibus grauatus,excitari hac tua somnolentia poteris. Somnus eñ præsens est vita, nil prorsus ab insomniis aliena. Nam quemadmodum somno pressi, pleraque & superuacanea

canea & frustra loquũtur, videntq; persæpe nil sanũ: ita & nos deteriora his pleraq; spectam⁹, siquidẽ qui indecora &turpia gesserit,eadémq; illa obuersari sibi per visum cõspexerit,mox somno expergefactus,turpi & indecoro aspectu liberatur,&pœna quã pro scelere meruisset:quod aliter nobis euenire solet,quibus ob ignauiam ac socordiam ignominia atq; supplicia perpetua sunt.Itẽ & q̃ per quietẽ somniãdo diteſcũt, vbi dies illuxit,inanes & diuitiis vacui arguuntur.captos vero dum viuitur,inerti somno plerunq;, necdũ luce oborta,falli posse cõpertũ est, & ita vt breui eorum insomnia euanescant. Excutiamus itaque pernicioſum hunc somnum : nã si dormitãtes nos dies deprehenderit,mors inde perpetua exçeptura est, quin etiam vel ante hũc diẽ hostibus erimus siue hominib⁹ siue dęmonib⁹ captu faciliores : ita vt nemo sit eos à nostro interitu,si id facere libeat,prohibiturus. nã si plurimi nobis vigilum excubarent,non tantum forte nobis periculi impenderet : verum cum vnus & item alter luminibus accensis , non secus atq; in profunda nocte dormitãtibus reliquis aduigilet,vel summa nobis est opus ad securitatem vigilãtia, ne ea fortè subeamus,quib⁹ mederi nequeat.Quærat aliquis,nónne impręsentiarũ & excitati videmur &vigiles?estis forsan ad hæc quæ dixerim irrisuri, dicam tamẽ. Sumus sanè oẽs nocte media somnũ capessentibus aut stertentibus simillimi,siquidẽ facile ostẽderem, si posset incorporea hæc spectari substantia,vti plerosque alte somno immersos,diabolus parietibus trãsfossis & iacentes iugulet,& diripiat quæ intus inuenerit, agátq; oĩa veluti in densissimis tenebris ocio summo & facilitate.Quin potius quoniã cerni hæc oculis non possunt,rationibus subscribendo adstruamus:sic enim & conspicari licebit, qui hominum fuerint prauis cupiditatibus oppressi,quíve incontinentiæ & facinorum sopore spiritali prorsus luce extincta correpti.Quorsum hæc?quoniã multi nihil suo ordine captãtes,quę hic prędicantur,haudquaquam aduertũt.quòd si me peruigil ipse & excitus mendacẽ deprehẽderis,effare quæ hodie apud nos hoc loco aut dicta sint aut gesta, nisi forte quemadmodum somnolentus aliquis solet spectare insomnia,prædicãtem me audieris: quod equidem nec de vniuersis dictum velim . Puto eñ cõplures fore quibus eorũ quę ipse dixerim,facile sit renunciãdi facultas.in eum dũtaxat ea protulerim, qui fuerit his dictis obnoxius, fruſtráq; hũc locũ adierit. Dic mihi quis hodierno die vel propheta vel apostolus nobis prælect⁹ est:aut quib⁹ de rebus verba fecit? nihil habes quod respondere queas: vtpote ille sis ad quem somniantem verba sint facta.Eadem hæc & in mulieres dixerim . ineſt eñ & illis somnus plurimus, qui vtinã dici somnus queat:siquidem somno captus nec mali quippiam nec boni profatur.Verum qui parẽ vobis vigilantiã seruat, quàm multa in eius capitis perniciem effundit:nã & vsuras cõputabit:& rationẽ commodatę pecunię componet,animoq; secum ipse versabit turpes ignominiosásque tabernulas,eodémque & senticeta interseret iacto semine, nullo dato vel ad quietẽ vel ad profectum spacio.Sed surge tandem,& sentibus hisce radicitus conuulsis,auaritiæ temulentiã excute,à qua istiusmodi somnolentia emanat.somnolentiam autẽ dixerim,nõ eam modo, quæ ex vino gignitur, verum & illam quæ cũ ex vitæ huius curis,tum vel eiusmodi sopore infertur. His itaq; nõ solũ locupletes&diuites,sed quibus res vel modicæ sunt & tenues,velí esse admonitos,& eos màxime quos grata conuiuia delectant:non enim sunt illa pro cibo,vel animi remissione habenda,sed pro supplicio & tormẽtis. Quippe nõ indecẽs & indecorus sermo, sed grauis & moderatus,& cibo expleri,nõ frangi, in oblectamẽtis ducẽda sunt. Quòd si his rebus aliquid ineſse voluptatis existimaueris, affer mihi quã heri & vesperi ex his concœnationibus ceperis voluptatem, nullam habes, deinde & quæ illam assequãtur noxia. Sítq; mihi interea de voluptate,quæ statim deflaccet & fluit,disceptatio: simulac enim missum conuiuium fuerit,euolat omnis ex eo capta iucunditas: cúmque vomitus capitisq; grauedines&lãguores innumeros, animíque capturam & illecebras commemorauerim, quid ipse ad hæc respõdebis? nec eñ decet per paupertatis occasionem agere impudenter:Hæc autẽ dixerim,non vt omnino negem conueniendũ inter nos esse nonnunquam, & concœnandũ: sed vt inhonesta & turpia interdicam,cupiámque luxum in cibũ conuerti,qui dolore,temulentia & lasciuia careat, vtque vel gentes intelligant,Christianos nos modum deliciis facere,id est modeste & temperãter his vti. Exultate,Propheta inquit,domino in tremore. Qualis illa erit exultatio?hymnos scilicet pronunciare,orare, & psalmos pro seruilibus illis cantionib⁹ inducere.Hoc pacto Christus & mensæ aderit, dapes benedictione complebit,cum preces ad eum fuderis, cũ spiritu decantabis,cum egenos ad victus communionem conuocaueris, conuiuiis modum & temperantiam adhibebis:sic ex triclinio,dei domum effeceris,proq; immoderatis & intẽpestiuis clamoribus hisce & plausibus dominum extuleris. Neq; id dixeris, extare hoc tempore alias conuiuandi leges,quin potius corrigẽda per te erunt quæ se haud recte habuerint.Si enim, Paulus inquit,cibũ sumitis aut potũ , seu aliud quodcunq; agitis,omnia in dei laudem facitote. Solẽt nãque ex istiusmodi epulis cũ turpia nobis desideria,tũ omnis lasciuia obuenire. Insuper & vxores despectui esse,& scorta magnifieri,vnde & familiæ desolatio & mala innumera consequũtur,ferũturq; omnia temere. omisso nanq; fonte purissimo ad cœnosum canale illud & lutulentum decurrit. Quòd autem cœnum sit incestæ & prostitutæ fœminę corpus,te pręter rogabo neminem,qui eo quoad fueris obuolutus, quãtum te eius rei pudeat, quantum etiam post delictum immundũ te & sordidatum ducas, nõ ignores. Idcirco fugite obsecro adulterium , eiúsq; vel procreatricem temulentiam.Quid semen iacis,vnde nihil es demessurus?quin etiam si messem feceris,ad ignominiã tibi nec mediocrem futurus est fructus : siquidem ex adulterio nascitur:&tibi dedecus,& sibi iniuriam parit nothus effectus & degener, adeò vt si vel amplo per te relicto patrimonio abũdet,tum domo & vrbicis actionibus, tum in foro iudiciario ex adultera vel serua natus honore carebit , quo item ipse vel viuens vel mortuus priuabere.si enim mortem obieris,extabunt tibi ad ignominiã monumẽta. Quid igitur omnia turpitudine comples?quid seris,vbi tellus celerrime consumptura est fructum,vbi sterilitas plurima,vbi & interitus genitură pręuenit?Nec satis habes mulierem adulterasse , nisi eandem viri cæde obstrinxeris.Vidésne ergo ex temulentia luxuriam , ex luxuria adulterium, ex adulterio homicidiũ ortum iri , quin vel homicidio ipso deterius? Nõ enim impręsentiarũ succurrit,quo id sceleris nomine queã explicare, quã

do non

Universidad de Deusto
Biblioteca

do nõ ex se genitũ enecat,sed generãdi intercipit cau
sam. Quid igitur dei vituperas beneficiũ?quid eius le-
ges oppugnas?quid pro benedicto execrationẽ secta-
ris,& gignendi illud receptaculum,necis conditoriũ
facis:& fœminã quę est ad liberos procreãdos tradi-
ta,ad necem reddis paratiorẽ?quãdo illa vt cõcupita
magis vel amatoribꝰ vsui sit, vel argẽti plusculũ exu-
gat,neq; imperata facere abnuit,ingens sanè in caput
tuũ congestura incendiũ. Nam si & illi id facinus ad-
scribatur,eius tamẽ te ipse authorẽ præbes:hinc post-
modum idolorũ seruitus emanat,cũ pleręq; vt magis
adamentur,& carmina machinẽtur,& vina sacrificiis
fundant, & amatoria medicamenta, & alia nonnulla
componant. Cũ hac tamen ac tanta retũ colluuione
&fœditate,his cædibꝰ,hac dæmoniaca seruitute,quã
multi sibi ad vtilitatem cedere id negocij arbitrãtur,
& hi maxime quibus vxores sunt: quod minus est ex
abundanti malorum concursu tolerabile: mox etiam
veneficia non in adulteratam, sed in affectam iniuriis
coniugem intentant:accedũt præterea insidiæ pluri-
mæ,dęmonum inuocationes,desumptáq; ex mortuis
vaticinia,quotidie dissensiones, & sine iudiciis bella,
& propinquorum discordiæ: eóq; cum Paulus dice-
ret:Non in cubilibus & lasciuiis, non in contentioni-
bus & æmulatione,superinduxit,præuidẽs istiusmodi
dissidiis & domos subuerti posse, & ingenuis liberis
iniuriam inferri. Vt itaq; hæc euitare possimus,Chri-
stum induamus,vt nobis perpetuo sit cum eo manen-
dum:hoc enim induere id sonat, quasi nunquã sit ab
eo deficiendũ, videamurq; vndiq; præ nostra tũ san-
ctimonia,tum mãsuetudine per eum cõplecti. Quod
item dicere sæpe solemus,hic illius personam induit,
vt amoris vehementiam & animorum nunquam de-
futuram coniunctionẽ exprimamus. siquidem qui a-
lium induerit, eum præfert cuius sibi personã induẽ-
dam præsumpsit.Fiat itaque palam Christum nos vn-
dique fuisse complexum:quod vtiq; fiet, si eius fuerimus & mores imitati & vitam.Quorsum hæc? Filius,
inquit,hominis nõ habet vbi caput reclinet: hũc ipse
vel hac in re imitare: nam si illi cibus erat sumendus,
pane ordei vescebatur:si iter suscipiendum,nulli ade-
rant ad vecturam equi aut iumenta, quin tantum pe-
dibus incedebat,vt lassitudine afficeretur:si quiescen-
dum,nauiculæ proram pro puluinis habebat:si recũ-
bendum,herbidis campis residendum iniunxit. Vte-
batur pręterea vilioribus indumentis, & solus plerũ-
que nemine subsequente diuersabatur:vnde cũ & re-
liqua eius gesta quibus sit initio contumeliis affectus,
quótve in cruce perpessus didiceris, eadẽq; illa sum-
pseris ad imitandum,si carnis,inquam,curam nullam
feceris ad concupiscẽtiam,Christum indues, cum ea
præsertim nihil habeat in se voluptatis. Pariunt enim
eiusmodi desideria acerbiores quasdã de se libidines.
quæ vt expleri nunquã possunt, sic & acriora suppli-
cia inferunt.nam quemadmodũ qui siti assidua vexa-
tur, vel infinitis sibi ad potum expositis fontibus ni-
hil ex his capiet vtilitatis, cum nequeat primum quo
laborat morbum restinguere:sic cõtra, qui in deside-
riis vixerit,si omnia ad necessitatẽ metiatur, hoc nũ-
quam erit satis ardore affectus:quin procul à se temu-
lentia eiusmodi omnis & lasciuię cuanescent. Tantũ
igitur tibi erit cibi capessendum,quanto demi esuries
possit. His vtere indumẽtis, quibus carnem obtegere
queas,nõ ornare,ne id illi exitium sit futurum. quæ si
remollescere tuo permissu cœperit,bona eius offensa
valetudine,nimia indulgẽtia dissolueẽ. Vt itaq; opti-
mum habeas animæ tuæ vehiculum,vtque tutius na-
uis rector gubernaculo insideat,& miles arma pertra-
ctet,curandũ erit æquo moderamine agantur omnia.
Nec enim multis abũdare,sed paucis indigere, frugi
hominẽ facit:siquidẽ diuitiis affluẽs,vel inoffẽsus ve-
reri omnia solet: qui vero minoribus erit fortunis iu-
cũdior,semp æquiori animo tolerabit iniurias, quàm
qui nullis fuerit affectus.Nõ itaq; illud erit apperẽdũ,
ne qua nobis molestia offeratur:quin potius eã inser-
re cupienti,id facere ne liceat optandũ:quod assequi
aliunde non possumus,nisi cum fuerimus, maioribus
rebus paruifactis,necessariis contenti.

VIRTVTIBVS PROGENITORVM NE confidamus,neque vitiis eorum trepidemus, Sermo.

PAulum & ipsi imitemur,deumq; pro susscep-
ta nostri hac in vita cura,laudibus efferamus, nil prorsus maiorum nostrorum confisi virtutibus:cui rei Iudæi argumento sint, quibus cũ,
præter eam quę spiritualis habetur,propinquitas no-
bis est nulla:ita fit vt Scytha quispiã, pro Abrahæ fi-
lio duci possit,& Abrahę filius vel Scytha quouis ma-
gis credatur alienus.Nihil itaq; pręclaris progenitor-
um facinoribus confidendum: quin vel si admiran-
dum habeas genitorem, neq; id quidẽ existimaueris
futurum tibi aut saluti satis aut gloriæ, nisi fueris &
ipse illi & vita coniunctus & moribus:vti cõtrà,si im-
probum fueris parentem nactus,nihil ex eo posse tibi
vel ignominiæ vel dedecoris obuenire, si te laudabi-
liter gesseris.Quid enim esse gentibus ipsis despectius
potest?fide tamen simul ac nobis conciliantur, & ne-
cessitudine iuncti sunt & sanguine.Quid nobis Iudęis
familiarius?verum eorum sunt infidelitate alieni effe-
cti:porrò propinquitas ipsa & naturalis est, & neces-
saria,qua omnes videmur vinculo quodã consangui-
nitatis connexi, quando ex Adam ducimus vniuersi
ortum,neque tamen tum Adæ, tum Noë, tum terræ
ipsius,quæ omnium est parens,habita ratione,alteru-
trum sumus propinquiores,& magis proximi:verum
dignior illa palmarum & victoriæ coniunctio vel so-
la esse apparet quibus ab improbis seiũgimur. Quip-
pe cum nulla detur in terris certa propinquitas, nisi
quæ ex conuenientia morum conciliatur: neque fra-
tres eos dixerim, qui eodem nobis fuerint vel partu
vel aluo progeniti,sed qui religionem prę se & fidem
tulerint nostram,non alienam:sic & Christus hos dei
filios nuncupat.qui contrà senserint, dæmonum. Sic
inobedientiæ,& gehennę,& perditionis filij appellã-
tur, sic inquam & Timotheus initio Pauli filius asse-
rebatur,cum Pauli ex sorore nepos(quia prorsus inu-
tilis) & si natura propinquior,quod fuerit nomen sor-
titus,haudquaquam satis constet:ille vero non minus
sanguine ab eo distaret, quàm loco, vtpote qui Ly-
strensis ciuis fuisset, alioquin ad Pauli supra omnes
propinquitatem admittitur.Efficiamur itaque & nos
sanctorũ filij, quinimò dei ipsius. Quid autem sit dei
filios fieri,audi quid Christus dixerit: Estote perfecti *Matth.5.*
sicut & pater vester,q; in cœlis est. Idcirco inter pre-
candum,patrem hunc appellamus,vt non solum eius
in nos gratiam,quin & virtutes memoria repetamus,
ne forte ea quippiam necessitudine indignum gesse-
rimus.Dicet aliquis,quonam pacto effici dei filij pos-
sumus?Is profecto effici potest, qui omni sit vitio va-
cuus, quive in lacessentes se iniuria, mansuetudinem
præstet. sic enim & pater tuus erga eos se gessit, qui
se maledi-

se maledictis incesserant:vnde cum nos multa & plu-
rimis locis cõmonefaciat,nusquã id infert,estote pa-
tris vestri similes,nisi cũ diceret:Orate pro persequẽ-
tibus vos,benefacite vos odientibus,illud etiam tan-
quam palmã adiecit. Nihil enim nos deo tam proxi-
mos facit,quàm bene de inimicis mereri:eò & Paulus
cum dei nos imitatores fieri oportere asserit, in eãdẽ
concedit sentẽtiam. Quippe cum necessariæ virtutes
sint,& ea præcipue quæ cũctarum est maxima pietas,
& mansuetudo:cúmq; & nobis plurima opus clemẽ-
tia sit quotidie delinquentibus,eandẽ in cęteros præ-
stemꝰ necesse erit,cuius clemẽtię vel exiguitas vel ma
gnitudo nõ donorũ quantitate, sed exhibentis potẽ-
tia,& rei familiaris neruis metiẽ. Idcirco neq; opulẽ-
tus efferaẽ,quòd multis: neq; pauper animo cõcidat,
quòd paucis quempiã donet: siquidẽ locupletẽ pau-
per largitionibꝰ plerũq; excessit. neq; ex modicis fa-
cultatibus miserum se,aut infelicem se existimet:solẽt
enim res paruę facere nos ad stipẽ erogãdã prõptio-
res:multiplex vero & abundãs possessio,& bonorum
fortunæ differẽtia, & rem familiarẽ augendi immo-
derata libido,homines faciunt tenaciores:cuius diffi-
dentiæ & cupiditatis tyrãnide liberaẽ,qui pauca pos-
sidet, ita vt plures ei ad bene agẽdũ occasiones offe-
rãtur:nã & carcerẽ adibit facilius, & valetudine affe-
ctos reuiset,& cyathum porriget aquæ gelidioris:quę
proculdubio diues quispiã facere dedignabitur, vt-
pote qui præ diuitiis intumescat.Nõ itaq; erit tibi ob
inopiam desperandũ,quãdo ob eam tibi vel cœli pa-
tebunt:quin etiã si nil habeas,animo tamẽ fueris cle-
mentiori,merces te vel ex eo manebit non exigua.Ea
propter & Paulus flendũ esse cum flentibus,& vinctis
conuinciri oportere iniunxit. Non enim solũ geme-
bundos & mœstos,verũ & reliquis calamitatibus cir-
cunuentos, multorũ fletus & dolor nõnullam in par-
tem solatur & iuuat: adeo vt non minus persæpe ani-
mis collapsi,verbis quàm pecuniis subleuenẽ:eóq; &
dei iussu pecunię egestatẽ patiẽtibus erogãtur, vt nõ
solum illorũ leuetur inopia, sed etiam nos ad proxi-
morum mala cõmiserandũ instruat.Itaq; & auarus o-
dibilis est,& inuisus, quòd non solum egenos contẽ-
nat,sed quòd inhumanitate deuincitur,& inopũ mi-
seria sæuiendo nõ permulcetur:quemadmodum cõ-
trà,qui pecuniam,inopẽ subleuando,aspernatur,omni
iudicatur amore dignissimꝰ,quòd se misericor-
dem præstiterit,& humanum.Deus præterea pios &
clementes nõ eos solum qui egenũ pecuniis iuuerint,
verum & qui animo fuerint ad commiserationem fa-
cili,extollit ac beat. Exhibeamus itaq; istiusmodi ad
miserandum promptitudinem, hoc pacto nos & reli-
qua bona consequẽtur. Nam qui mẽte fuerit ad pie-
tatem procliuior,vel quibus affluet,pecunias fundet:
si calamitatibus quempiã viderit afflictari, congemi-
scet:si oppressum iri,illico aderit: si diuexari,manum
porriget: vtpote qui sit bonorum omnium thesaurũ
consecutus,mentem scilicet clementẽ ac piam,è qua
scaturire omnia constat,quę ad proximi faciant vtili-
tatem,ita vt in posterum sit præmia à deo seruata ha-
biturus:quæ vt vẽdicare possimus, animus nobis erit
tum ad humanitatem,tum ad mansuetudinem dispo-
nendus:ita fiet, vt quandiu in hac vita esse licebit, &
benefactis abundemus, & palma deinceps nobis ser-
uata fruamur.

CONTRA DESPERATIONEM & superbiam Sermo.

SI quis natura in mẽtis valetudinem incede-
rit,culpa vacabit:qui vero eã vltro incurrit,
& venia priuatur, & supplitio quodam ma-
iori afficietur.Huiusmodi sunt qui pro comparata sa-
pientia elati,plurimum sibi prudentiæ arrogant,& in
desperationem quãdam collabũtur extremam:siqui-
dem nulla re magis quàm desperatione ipsa despi-
mus:idcirco & Propheta dæmonum principem bar-
barum illum istiusmodi verbis appellat: Stultus autẽ
stulta loquitur. Vtque eius insipientiam suis ex dictis
perdiscas, audi quid ille dicendo iactet: Super astra *Esaiæ.14.*
cœli ponam thronum meum,& ero altissimo similis:
comprehendam manu tanquam nidulum terrarum
orbem,tollámque quasi oua derelicta. Quibus dictis
quid dici potest insulsius?quippe iactãter prolata,vel
singula sapere mox impudentiam videbuntur:nam si
desperantis verba sigillatim in medium produxerim,
haud facile cerneres vtrum spe destituti sint illa, an
stultitiæ morbo laborantis, adeò vtrisque par esse id
vitium cõstat.Item & barbarus alius ita inquit: Deus
sum ego,non homo.Et rursum alius: Nec enim pote-
rit deus vos saluos reddere,nec à manibus meis erue-
re.Insuper & Aegyptius ille Pharao: Nõ noui domi-
num,& Israẽlẽ non dimittam.Nec absimilis ille apud
prophetam insipiens,qui secum in corde diceret:Nõ
est deus.Et Cain:Nũquid custos fratris mei sum ego?
Quocirca nõ facile erit internoscere, vtrum desperã-
tium dicta hæc fuerint, an mẽtis ægritudine affecto-
rum:siquidem ἀπόνοια id est,desperatio,ea sit,quę cũ
nec modũ, nec æqualitatẽ teneat, tum quòd procul
mente sit,denominationem accepit.hæc enim homi-
nes stolidos reddit,& insolentes facit. Nam vt sapiẽ-
tiæ initium,dei est timor, ita insipientiæ eiusdẽ igno-
ratio. Si ergo dei cognitio pro sapientia habetur, nil
dubium quin ipsius ignoratio stultitia sit,quę vtiq; ex
superbia oritur, cuius principium est deum nõ nosse:
erit ergo superbia extrema quædam dementia. talem
se Nabal exhibuit,etsi non in deum, erga hominẽ ta-
men: ex desperatione nanque vesanus factus, timore
demum cõsumptus est,simulac enim quispiam sapiẽ-
tiæ modo exciderit, formidolosus simul & audax a-
nimo ipso debilitato efficitur.Quemadmodum enim
corpus hoc nostrum æquo temperamento amisso, &
malæ complexionis effectũ, facile omnibus morbis
corripitur:ita & animus cũ insolescere cœperit,&cõ-
trahi humilitate desierit,habitudine alia quadã acce-
pta debilitatẽ,formidinẽ,audaciã,simul & dementiã
incurrit,nec sui demũ cõpos efficitur,aut gnarus: qui
vero seipsum ignorat,quo pacto quę supra ipsum fue
rint intelliget?is sanè haud aliter se habebit,quàm so-
let aliquis phrenesi interceptus,qui suiipsius nullã ha-
beat notionem,neque ea quę sibi pedibus adiaceant,
dignoscat.Item & oculus cum caligare cœperit,& re-
liqua membra obtenebrat,quod certe desperãti solet
accidere.idcirco & qui eiusmodi desperatione ducũ-
tur,& furentibus sunt infeliciores habendi, & his qui
natura desipiunt miseriores:nã risum æque atq; hi cę-
teris mouent,& minus placẽt, & modo simili efferũ-
tur,cum haud parem sibi cum stolidis veniam pariãt,
& omnibus sunt inuisi:ita fit, vt cum eodẽ pene mor-
bo agitentur vtrique,commiseratione tamen non æ-
que priuentur: siquidem non solum ex dictis, verum
ex gestu, & corporis motu ridiculi sint. Quid enim,
dic mihi, ceruicem extendis? quid summis incedis
vnguiculis? quid attollis supercilia? quid pectus tu-
midum

Universidad de Deusto
Biblioteca

midum geris? capillo tibi nec licet albescenti nigredinem indere, vel nigro candorẽ: deinde vti rerum potitus aërem volitãdo oberras, cupidior forte vel alas tibi adnasci, ne terrã desuper pedibus incedas: forsan etiam commutari vel in monstrũ cupieris, cum nondum monstrum effectus: & homo cũ sis, volatum tentas, quin potiꝰ corde sublatus, omni ex parte intumescis. Quo ergo te nomine appellauerĩ, vt hac te queã desperatione eximere? si cinerem te aut fumũ, seu puluerem dixerim, tenuitatem exprimam: figuram tamẽ aut similitudinem, quod equidẽ maluissem, haud satis attigerim: vellem enim inanem tumorem illũ omnem depromere. Quam igitur excogitauerim quę his congruere possit imaginẽ? Mihi certe posse videtur, horum hominum tumiditatem cũ stuppa aliqua flãmescenti conferri, quando post incendium mox illa inflatur & surgit, postmodũ leuiori quodam manuũ tactu dissoluit omnis in cineres tenuissimos: eiusmodi sunt istorum animi, quorum tumores & inflatos spiritus quiuis fortuitus & aduersus casus cõprimere poterit ac disturbare. Est enim necesse, eum qui in desperatione tenetur, debilem esse & infirmum. Siquidẽ elatio illa & celsitudo nõ satis constat valetudine integra, sed quemadmodum in aquis ampullæ solent, facile dissoluũtur: ita & istiusmodi homines intereũt leuius. quòd si nullam forte his dictis adhibendam esse fidem censueris, da audacem, da desperantem, cernes sanè lapso quouis & prostrato, nec magno tamen in discrimine timidiorem. Nam quemadmodum ex aridioribus virgultis flamma vixdum suscitata in cineres collabi solet: ex solidis vero & firmioribus natura lignis haud facile ignis succendi potest, succensus vero excitatã diu continet flammam: sic & animi qui perfectiores fuerint & stabiles, haudquaquam vel succenduntur facile vel restinguuntur: quæ duo abiecti homines, & ad desperationẽ proni, eodẽ temporis pũcto patiuntur. Hæc si ita se habere intelligimus, humilitati operam demus, quæ quoniam potẽtissima est, & duritie lapides vĩcit, tutiores nos reddet, quàm vllę possent aut turres aut parietes tutari, quando dęmonũ & machinas superat & dolos. Contrà verò, desperatio ipsa & captu nos faciles volenti cuiq; efficit, & frangit, vt diximus, non absimili facilitate, qua vel ampulla in aquis scinditur, & aranea celeriꝰ vel fumo dissoluit. Vt itaq; nobis super firmiori sit lapide gradiendum, desperatione omissa humilitatẽ sectemur: hoc pacto quiete dum viuitur inuẽta, bonis in posterum fruemur sempiternis.

NE DESPEREMVS SI IN BENE operando tardi fuimus. Sermo.

NEmo desperet si per ocium & inertiã plurimum temporis fuerit trãsactum, quãdo vel paruo tantum cuiq; compensare liceat operando, quãtum neque omni superiori tempore factitare potuisset: si is qui Christi fidẽ antea nũquam attigisset, principio statim tam clarus euasit, longe magis & hi qui eam iam sint pridem consecuti. Quare cum quiuis præteriti temporis iacturam tam breui sarciri posse intelligat, segniorem se nihil prętet. Est enim futurum omne incertum, diesq; domini non secus ac fur quispiam dormitantibus nobis inopinato incumbit: vigilãtibus vero nihil obsistit, neque abducet imparatos, neq; excitatos & abstinentes aggredietur vt prædo: quin vti regius nuncius euocabit ad bona illa nobis longe antea parata. quòd si fuerimus forte sopore capti, quamprimum inuadet. Nemo itaque obdormiscat, nemo vel hebetior fiat, vel tardior ad virtutem: id enim dici somnolẽtia potest. Num estis nescij dormiẽtibus nobis nihil esse in tuto, faciléq; insidiatum iri posse, vigilantibus vero haud opus esse custodia, soporatis aũt & somno captis, vel multis sæpe dispositis excubiis pereundum fore, & ita vt neque portis, neque vectibus aut custodibus vllis prohibere prædonum irruptionem possimus? Quorsum hæc? vt intelligatis, si vigilantiam præstiterimus, fore vt nulla aliorum ope indigeamus: si vero somno erimus oppressi, neque aliena quidem vel magna subsidia nobis esse aliquid ad tutelam valitura. Sanctorum virorum fieri orationum participem optimum est, tum tamen cum boni aliquid & ipsi factitamus. Dicet aliquis, si ipse in officiosa aliqua actione sum, quid alienis precibus opus habeo? Neque ego te velim egentem aliena ope efficias: verum si bonæ mẽtis erimus compotes, hac re indigere nos existimabimus, siquidẽ Paulus nunquam se aliorum votis carere dixerit: tametsi oratores illi haudquaquam digni viderentur pro se precari, neq; sibi aliquo modo pares. At tu, quid mihi, inquies, aliorum precibus opus est? quas neq; Petrus ipse repudiarit: Siquidẽ oratio, ait, fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo: tu vero illam paruiducis? quinimò eo magis opus habes, quo minꝰ existimas te indigere. Nã si Paulo fores simillimꝰ, esset tibi vel aliena oratio necessaria. Noli te efferre, ne humilis fias. Itaq; quod ante dixerã, vel vos bonũ operantes iuuant plurimũ alienæ preces, audi & Paulũ hoc pacto dicentẽ: Scio autem quòd hoc mihi cedet *Philip.1.* pro vestris precibꝰ, & permissione spiritus Iesu Christi, ad salutẽ. & rursum: vt ex multorũ persona ob donum quod in me est collatũ, à multis pro me gratiæ *2.Cor.1.* referãtur. Tu vero rursum, quid opus precibus habeo alienis? quòd si in ocio erimus, nemo profecto nobis orãdo aliquid poterit vtilitatis afferre. Quid enim Iudæos iuuit Hieremias? nonne tertio deũ audiuit, tertioq; ne pro eo populo oraret prohibitus est? nõ emĩ, inquit deus, te exaudiam. Quid Saũlẽ Samuẽl? nonne pro eo ad vltimũ vsq; diẽ præter preces & lachrymas fudit? Quid præterea idem ille Israëlitis profuit, cum diceret: Mihi autẽ absit peccatum subire, vt desinam pro vobis orare? nónne omnes interibãt? Dicet quispiã, ergo nihil prosunt orationes? quinimò & iuuant plurimum, sed tum cum aliquid & nos boni peragimus: nam operantibus nobis cooperãtur & iuuãt. cooperator enim quis & adiumento est agitanti aliquid. quòd si deses manebis & ociosus, nihil magnæ vtilitatis consequere: nam si quirent aliorum preces desides nos & pigros subleuare ad cœlos, quid impedit quò minus & ipsi gentiles omnes Christi fidẽ cõsequantur? Nónne pro vniuerso terrarum orbe oramus? Nónne & illud idem Paulus faciebat? nónne & reliquos precãdo petimus saluos fieri & conuerti ad deum? Cur etiam ex improbis boni nõ efficiuntur? si nihil ex se vt existimatis orationes eiusmodi conferũt vtilitatis, quæ proculdubio magnum in modum conducunt, si ipsi nobis pro viribus opis aliquid attulerimus. Quòd si volueris, quantũ commoditatis afferãt huiusmodi preces, edoceri, animaduerte Cornelium & Tabitham illam: audi & Iacob ad Labã dicentem: Nisi deus patris mei Abrahã & timor Isaac mihi adfuisset, nunc me vacuũ dimisisses. Audi rursum & deũ ipsum hoc pacto dicentem: Defendam autem ciuitatem

tem hãc me propter, & Dauid serui mei gratia. Verũ quo tẽpore hæc deus locutꝰ est, nisi Ezechię vere iustiꝰ nam & si eandẽ vim orationes in improbos & scelleratos haberẽt, cur deus iisdem illis nõ vsus est verbis, cum Nabuchodonosor ciuitati illi exercitũ hostiliter admouisset, sed potiꝰ hostibus tradidit diripiendam, quoniã maxima in ea creuisset nequitia? Orauit enim iteratò Samuël idem pro Israëlitis, & effectꝰ est voti compos: tum tamẽ cum illi essent deo accepti, cóque de hostibus victoriã retulerunt. Dicet rursum quispiam, quid mihi aliena comprecatione opus est, si ipse deo morem gessero? caue heus tu ne id amplius dixeris: quinimo opus illa est, & maxime opus: audi quippe deũ de amicis Iob hoc pacto loquẽtem: *Iob.42.* Et orabit, inquit, ꝓ vobis, & remittetur vobis peccatum. qui etsi peccassent, non tamẽ erant grauiori scelere obstricti: iustus vero ille qui amicis orãdo saluti fuit, & Iudęorum tẽpore claruit, nequiuit tamẽ eosdẽ perdendos turari, ac saluos reddere. Quod vt in- *Ezec.14.* telligas, audi deum per Prophetam loquẽtem: Si adstiterint Noë, Iob & Daniel, nõ liberabũt filios suos *Hier.15.* & filias, quoniam superabundauit malitia. & rursum, Si steterit Moses & Samuël, inquit, neq; id assequentur. Aduerte autẽ quo pacto illud duobus prophetis fuerit renunciatum, qui pro Iudæis ambo cõprecati nihil sunt pro voto consecuti. Ezechiël etiã: Heu mihi, inquit, domine, perdes tu reliquias Israël? deĩde vt ostẽdat se deus iuste id facere, aperuit huic & Iudæorũ errata: insuper palàm facit nõ eapropter quòd se paruifaceret, eius preces non fuisse admissas: satis, inquiens, hæc tibi ad persuasionẽ valeãt, nõ vt nulla tui apud me ratio cõstet, orationes tuas minus fuisse exauditas, quĩ pro innumeris istorũ erratis, pro quibus sis ipse deprecatus. Nec immerito talia Ezechiẽlẽ affatur: fuerat eũ is pleraq; passus. Dixisti, inquit, mihi, pro foribus cibũ caperẽ, & cepi: imperasti super alterum latus quiescerẽ, & quieui: mandasti per foramen delatus exirẽ, & exiui: sustulisti vxorẽ, & iniũxisti ne fierem, nec fleui: quin tuli viriliter, & alia cõplura Iudeorum gratia feci. nunc vero pro eis orãtem nõ audis? Quid deus? Nequaquã: nõ enim te paruifaciẽs id ago, sed si Iob, vel Daniël ipse ꝓ filiis Israël orauerĩt, non exaudiam. Ad Hieremiã vero, qui in exequẽdis dei mandatis, etsi minora perpessus, multa tamen ob illorum improbitatẽ sustinuerit, quid deus dicat, intellige. Non vides quæ isti faciũt? Huic ita esse adfirmãti, petentiq; se propter illis venia cõcederetur, his verbis respõdet: Si adstiterit Iob & Samuël ipse, non parcã. Primus insuper legislator, qui Iudæos frequẽtius liberauit dicẽs: Si dimiseris eis peccatũ, dimitte: sin autem, & me tolle: si hoc tẽpore supereesset, eadẽq; illa dictitãs flagitaret, proculdubio non impetraret: quin etiã si Samuël ipse, q rursum eos seruauit, & ab incunte ętate omnibus fuit admirationi, idẽ exposceret, haudquaquam assequeretur. Quod equidẽ mirũ admodum videri debet, cum de Mose dictum illud fuisse constet: Hunc deus quemadmodum ad amicũ beneuolꝰ, nullis ænigmatibus aut fucatis verbis allo- *1.Reg.3.* quebatur. Item de Samuële & illud, in primæua sibi apparuit ætate, & occlusa vaticinia aperuit: Erat emĩ, inquit, preciosum verbũ, neq; enim erat visio distinguens. Quocirca vel si hi omnes deo corã orãtes adstiterint, nihil proficient: neq; Noë, de quo ita loquitur deus, iustus & perfectus in generatione sua: neque Iob qui integer & iustus & verax, ac dei cultor est appellatus: nec Daniël ipse, qui etiã pro deo habitus est, eorum filios aut filias liberabunt. Hęc itaque cum ita esse intelligamus, sanctorũ preces minus erũt per nos negligendæ: neque illis prorsus confidendũ, ne forte his fisi, inerti ocio torpeamus: quorũ altero verendũ est ne segniores reddamur, & frustra patiamur insidias: altero, ne è maximo lucro excidamus, quinimò hortemur cæteros pro nobis orent, & manus porrigant: nos vero ad virtutem omni conatu nitamur, vt futura illa consequamur bona, quæ deum colentibus statuta ac proposita sunt.

DE NVLLA REGNI SPE VEL HONORIS, sed amore, & charitate ingenti, Sermo.

QVo tandẽ ipsi digni supplicio iudicabimur? siquidem Paulus ob Christi quo tenebatur desiderio, neque cœlestia ipsa magnifaciebat: nos vero quę vel cœno & luto volutantur, Christo præferimus: cuius amore & gehennam ille adire, si fieri id necesse foret, percupit, & cœlestis regni iacturã pati: nos vero à Pauli magnanimitate lõgo interuallo distantes, cum neq; præsentia aspernemur, nec digni quidẽ erimus, q eius calceos attrectemus, Siquidẽ ille pro eius summa in Christum pietate & obseruãtia, nec cœli regiam pro regno ducit: nos vero eum, cuius opera & admirari videmur & magnifacere, quod quidem optarem, contẽptui habemus: propositũ nobis cœleste illud imperiũ prętereuntes, vmbras quotidie & insomnia consectamur, tametsi deus pro suo in nos amore & pietate, se nec secus gerat, quàm solet indulgentissimus pater in liberos cõtumaces, qui cũ eos videat suæ assiduæ cõsuetudinis tædio affectos, alia quadam arte ad se pellicit. At nos cũ nullo Christi detenti amore teneamur, & si plerisq; vt in officio detineat, rebus obiectis, residere apud se haudquaquam toleramus, quin ad ineptias potius pueriles transilimus, & ludos: quæ omnia Paulus nec mediocriter abhorrebat, quin vti ingenuus & liber filius genitoris amantissimus quærit se illi assiduũ dedere, cũ eoq; & solo versari: nec sui magnam habet in cæteris rationẽ, sed longe minorem quàm filium deceat. non enim pari se quo & patrẽ honore dignatur, siquidem cum patrẽ attẽdit, sua nihil putat, mauultq; cũ patre in plagis & cruciatu versari, quàm seiũctus in deliciis esse. Idcirco non possum non vehementer Paulum admirari, qui solus ob Christi gratiã tulerit oĩa, nulla regni spe, vel honoris, sed amore duntaxat & charitate ingenti, cũ pleriq; hominũ eiusdem gratia ne pecunias quidem cõtempserint. neq; enim nos vel Christus ipse, vel eius opera, à terrenis his rebus retraxerit, quin vti vipera & sues, vel reliqua id genus animantia solent, cœno obuoluimur. Quid enim ipsi his feris bestiis videmur præstare, quibus cum tam multa pateãt exemplorũ plena, & imitatione digna, haudquaquã intermittimus inferiora hæc suspicere & admirari, cum ne ad breue quidem spectare superiora toleramus: præsertim cũ nostri gratia filiũ deus demiserit cœlitus, cui nec panem ipse impartiris, quando pro te fuerit oblatus, & morte affectus, pater nec proprio filio te propter indulsit? Hũc ipse inedia maceratũ paruifacis, cũ tibi sit eius ope viuẽdũ, quid hac fieri cõtumelia potest deterius? Tui ille ob gratiã prodituꝰ, te propter occisus, famelicus pro te diuagaꝰ: vel è suo aliquid huic impartire, vt in tuã id vtilitatẽ cedat: nec frustra quidẽ (mihi crede) id egeris. Quos igitur istiusmodi homines nõ insensibilitate lapides excesserint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

excesserint qui cum tot rebus ad bonum trahũtur,in dæmoniaca tamẽ hac crudelitate perseuerent?Atqui Christus nec morte tantum & cruce contẽtus, quin subire etiam inopiã voluit. Hospes insuper vagus, & nudus fieri,valetudine affici,& vincula tolerare,vt te vel hoc pacto ad se reuocaret: quòd si pro mea hac omni tolerantia,inquit,nec vicẽ reddendã existimaueris,saltem te meę mẽdicitatis misereat:quòd si nec huius rei gratia mihi compatiendũ duxeris,vel ob ægritudinem meã aut nexus & vincula emollire. Si ne hæc quidem misericordem te & piũ reddiderint, leuia tamen & friuola deposcenti annuas velim:neque enim precioſiora quædã & magna expoſco, ſed panem dũtaxat & tectum,& verba ſolãtia: quòd ſi poſt hæc fueris in tua feritate pertinacior, ſaltẽ pro regni cœleſtis deſiderio,ſiue ob ea quæ pro te tuli certamina,exhibe te meliorẽ.Si demũ nulla iſtiuſmodi apud te ratio conſtabit, ſaltem naturæ ipſi compatere : cũ nudum videris,reminiſcere eius, quã pro te tulerim in cruce nuditatis:cuius ſi nulla erit apud te recordatio, vel ob eam quam inopũ gratia exutus tolero:factus ſum antehac te propter egen⁹,& in præſenti egeſtate premor : vt vndecunq; compulſus miſericordẽ te præbeas:eſuriem tui gratia toleraui, rurſum famẽ pro te patior.Sitibundus eram dum in cruce pẽderẽ: & impræſentiarum ſitio pauperũ ratione,vt his vtriſque,inedia ſcilicet & ſiti,te mihi adiungã, piũq; pro tua ſalute reddam & humanũ . Quocirca etſi te mihi pro meis innumeris beneficiis in vice reddẽda ſentiã obligatum,nec tamen quippiam te quemadmodum debitorem repeto,quin vti beneficum& largitorem, ſũq; pro paruis& exiguis rebus corona te & imperio donaturus.Neq; id dixerim:ſolue me egeſtate,vel diuitias elargire . Fui equidẽ ,p te pauper,ſed panẽ poſtulo,& amictũ , vel tenue aliquod meæ inediæ ſolamen.Si fuerim ipſe in vincula cõiectus, haudquaquã me inde eximas poſtulo:ſed vnum illud,vt vinctũ tui ob gratiã reuiſas,ſic te vel hoc ſolo cœlo donauerim: etſi ipſe grauiſſimis te vinculis eruerim, feceris tamẽ mihi,ſi prępeditum & ligatum reuiſeris,ſatis.Poſſum præterea te vel nullis tuis in me meritis coronare,ve lim tamen me tuis eſſe beneficiis obſtrictum,vt te corona dono conceſſa faciat fidentiorem: idcirco cum habeam ipſe vnde me alam,facultates, emendicãdo circũuagor,præq; tuis foribus adſtãs,manũ porrigo, & cibari à te percupio:amo enim te plurimũ,& mẽſa inſuper tua delector : quodq; amãtium cõſuetudinis eſt,vel hęc omnia mihi duxerim ornamẽto,quin etiã ſpectante terrarum orbe,laudes de te prædico vel ingentes , audientibusq; vniuerſis altorem meũ oſtendo.Cumq; ſoleat nos cum à quoquã alimur,pudere, celaréq; itẽ beneficiũ cõſueſcimus, Chriſtus ipſe vel nobis obticẽtibus,quãdo vehemẽti nos amore proſequitur,noſtrũ in ſe beneficium vulgabit, noſtrique haud mediocri cũ laude profitebitur:neque enim eũ fateri pudebit,nos ſibi nuditatem patienti amictũ, & fameſcenti cõtuliſſe & victũ. Quibus omnibus rectè perceptis,ne laude ten⁹ contẽti ſimus,quin dicta hęc exequamur.Quid enim nobis huiuſmodi plauſus, & laudãtium turba vtilitatis contulerit? vnũ illud à vobis exegerim,vt oſtentationem hãc , & iactantiã tum ex factis,tum ex vera obtẽperantia vendicetis.Id eñ demum nobis in laudem,id in lucrum cedet,& quouis diademate fulgentius exiſtimauerim . Hanc itaq; & deceſſuri coronam, tum mihi , tum vobis perinopum manus deferendam parate,vt vel in hac vita ſpe meliori enutriti, ad futuram concedentes, perpetua beatitudine fruamur.

De inanis gloriæ cupiditate, Sermo.

QVid tandem inanis gloriæ cupiditate ſumptuoſius?quid turpi⁹, vel toleratu difficilius fieri poteſt?Siquidẽ morbi hui⁹ diſpẽdia ex his ſolẽt patere,qui fruſtra & inaniter tum in theatris edendis ſpectaculis,tum rebus cæteris iſtiuſmodi intempeſtiuis, ad gloriam duntaxat & oſtentationem paratis , tum deniq; in ædificandis ſplendidis domibus,& excolendis,& reliquis inutilibus,quæ impræſentiarum ſilẽtio prętereamus , pecuniarum plurimũ inſumunt : nec ſanè quempiam fugit, hominem hoc morbo laborantem, prodigum & iactabundum, rapacem inſuper & cupidum eſſe oportere: nam vt habeat vnde beluas alat,alienis fortunis inferet manus, Et quid fortunas dixerim?ſi quidem non eas ſolũ,ſed animos ipſos ignis iſte depaſcitur,neq; morte corpo rea hoc modo & preſenti,ſed futura etiã afficit,& æterna.Nam & gehẽnę procreatrix inanis hæc gloria, & ignẽ excitat vehemẽtius,& vermes peſtiferos: qui etiam eãdem illam videbit quiſpiam vel apud mortuos tenere imperium,quo quid fieri poteſt deterius? Cumq; reliqua cum morte vnà vitia diſſoluãtur, hic tamen iactantiæ morbus poſt mortem etiam omni conatu contendit ſuam vel in ipſo cadauere naturã prodere : Quippe hac vita exceſſuri , & ſtatuas inſignes,vel eorum ſubſtantiam omnem conſumpturas, erigi ſibi,& attolli demandant,præfiniuntq; plurimũ ſuo funere luxum:quíque dũ in terra viuerent, nummi vnius , aut panis gratia adeunti egeno conuiciati ſunt , mortui vberem vermibus menſam præbent & abunde.Quid ergo aliud quæras , quod morbi huius excedat tyrannidẽ?hoc enim ex malo abſurdæ quæque oriuntur cupiditates.Siquidem pleroſque,quos neque decora facies,neque libidinandi cupiditas eeperit,iactantiæ libido intercipit, vt pro ſeducta nonnunquam vel vitiata muliere apud alios glorientur. Quid reliqua dixerim, quæ ex inani hac gloria mala emergunt?optarem equidem quibuſuis barbarorum hominum potius in ſeruitutẽ dari , quàm ſemel eius ſubire iugum:nec enim à barbaris talia captiuis iniũguntur, qualia ſibi morigeris hoc pacto inquiens indicit:Exhibe te cunctorum ſeruum,ſiue te fuerint infirmiores,ſiue clariores: animam aſpernare,virtutem neglige,libertatem irride, ac tuæ demũ ſaluti aduerſabere:tum ſi quid erit per te bene geſtũ,non dei obtandi gratia id egeris , ſed ad oſtẽtationem duntaxat & iactantiam, vt promeritam ex eo palmam amittas:cumq; te miſericordẽ præſtiteris , iciunio inediáve afficeris,eſt labor quidẽ ſubeũdus,mercesvero omni ſtudio perdẽda.Quid huiuſmodi poteſt prę ceptis dici immiti⁹?ſiquidẽ ex eis obtrectationes,inuidię,& deſperatio ortum habent, emanatq; malorũ omnium mater auaritia , præſertim cum familiarum examina,& barbari auro circunfulti parafiti,aſſentatores,&connexi argento currus,& reliqua his magis irriſione digna , nõ voluptatis aut neceſſitatis gratia, ſed ad oſtentationẽ parantur.Dicet aliquis:Ita ſe habet,morbúmq; hũc malũ eſſe cuiuis patet:quo tamẽ pacto caueri poſſit,explicandũ foret.Caueri, inquã, illud poterit,ſi id morbi graue & moleſtũ eſſe cognoueris , quod optimũ profecto erit ad vitæ rectitudinem ineundam initiũ . Siquidem valetudine affectus quiſpiam

quiſpiam,& æger confeſtim medicũ cõquiret, ſi primum ſe ęgritudine laborare didicerit:quod ſi aliã ad hunc morbum euitandũ viam quæris , deum aſſidue contemplare,eſtóq;,quã inde capturus es,gloria cõtẽtus:deinde ſi ſenſeris inanis glorię morbo ſuggerẽte,te incitatũ iri ad efferẽdum quod bene geſſeris,& aperiẽdum multis, animaduerſa quæ ſequitur ex bonorum facinorũ communicatione iactura , extingue abſurdam illã, & ſuggeſtam renunciãdi ac bene acta vulgandi cupiditatẽ,animúmq; his verbis alloquere, Ecce tãdiu parturiens efferendi rem bene geſtã percupidus extitiſti,neq; eam toleraſti ſilentio premere, quin omnibus cognoſcẽdã extuliſti,quid ergo ex eo plus aliquid tibi accreuit?plus equidẽ nihil, dãni vero plurimũ & extremi,& eorum euacuatio,quæ ſummo cum labore collegeras,mox etiã intelligas velim corruptũ eſſe vulgi iudicium,infirmámq; ſentẽtiam, flaccęſcęréq; ſtatim,& labare ſolere. Nã vt ad breue homines aliquid admirantur,ſic tẽporis proceſſu facile obliuiſcũtur,itercipitúrq; omnis per eos dei munere iam parta victoria: quã vel ſi mortales contulerint,tutari diu non poſſunt,vel ſi in longũ videretur mãſura,calamitatis quin etiam loco haberi poſſet , ſi diuina foret cum mortali hac cõmutanda.Cum itaq; fluxa ſit & labilis humana laus : qua vti excuſatione poterimus,ſi pro incertis certa perdemus,proq; tam breui paucorum præconio tot bonorũ patiemur iacturã?inſuper ſi vel infinita foret nos laudibus efferẽtiũ multitudo, eo eſſemus calamitoſi magis & miſeri iudicãdi,quo maior eſſet laudantiũ numerus . Quòd ſi hæc forte miraris,audi qualẽ Chriſtus in eam rem ſententiã ferat,Væ vobis,inquiẽs,quibus vniuerſi homines benedixerint,nec immerito : nã ſi ad ſingularum artium diſcrimen internoſcẽdum opifices ipſos in iudices malis,quo pacto virtutẽ permiſeris multitudini probandam potius,q̃ illi qui eius habeat,cęteris longo interuallo poſthabitis, notionem, præſtare & opem queat,& palmã?Illud ergo & parietibus ipſis & foribus erit,ac mente & animo inſcribendũ, repetendum etiã frequentius, quod à Chriſto domino vſurpatũ eſt: Væ vobis quib⁹ benedixerint homines: ſiquidẽ qui te tunc extulerint,paulo poſt nõ ſecus ac honoris & gloriæ & ſuarũ priuatarum laudum affectatorem calũniabuntur.Ab his longe alienus eſt deus,quippe qui te quanto diuinę gloriæ cupidiorẽ cõſpicabitur,eo maiores in te cõgeret laudes,&ſumma omniũ admiratione illuſtrabit:qđ certe mortaliũ ege rit nemo,quin te excipiens,è libero ſeruũ redder,vel tenui plerũq; verbo,laude in te vel cõmẽtitia vſus & ſubdola,vera ,p merita mercede fraudabit,faciétq; te mãcipio quouis emptitio ſubiectiorẽ : ſiquidẽ ſeruũ dominus dicto audientẽ habebit, ipſe vero nec iuſſis domini obtẽperabis.nã vt primũ te illi rem gratã facturum cognoueris,nec imperanti mortẽ geres.Quibus igitur non erimus incendiis digni,qui improbos adeo oblectemus,vt vel tacẽtibus ipſis fiat ſatis: deo vero vel iubenti quotidie,& commonefacienti nihil prorſus audiamus?Tibi itaq; diuinã gloriã affectanti, humanæ ſunt laudes fugiendæ:quibus euitatis,apud deũ & homines quãtumvis famæ & nominis vendicabis.Nil enim magis admirantur mortales,q̃ eũ qui gloriam aſpernetur:nec quempiã maiori laude & admiratione proſequuntur , q̃ qui laudari ſe pro nihilo duxerint, aut magnifieri . Quod ſanè ſi homines ipſi id agimus , quanto magis cunctorũ deus gloria te & laudibus extollet,ſi eas te cõtemptui habere cognouerit?Quid ergo dici te beatius poteſt:ſiquidẽ quantũ inter gloriã videtur ignominiámq; diſtare , tãtundem ſit vel longe maius humanæ huius mortaliſque laudis,& ſupernę diſcrimen ? Nam vt turpior ſuapte natura mortalis eſt vel ſi nulla cum re alia cõferatur: ita & collata q̃ ſit deformis futura, & viſu grauis,cogitari poteſt . Etenim vt mulier proſtituta in domus faſtigio adſtãs,ſeſe cunctis viſendã præbet:ſic hominum inanis gloriæ ſeruitute capti,ad oſtentationẽ omnia moliũtur:quos equidẽ impudica dixerim impudentiores:q; meretriculæ nõnullos perſæpe amantiũ aſpernẽtur,cũ ipſe(vt has omittã)vniuerſis, fugitiuis inquã,prædonibus,furunculis, & burſarũ præciſoribus tui copiã facias . ex his enim , vel hortũ ſimilibus conſtãt in tuã laudẽ ſpectacula:neglectiſq; liberali & præſtanti ingenio viris,prædonũ collegium , quibus te arguis longe inferiorẽ, tuæ ſaluti anteponis . Nam quo pacto haud fueris minori q̃ illi honore dignus, qui pręconio ſdigeas alieno, neq; ſatis tibi per te poſſe ad gloriã fieri exiſtimes , niſi aliorum fueris laude poritus?Proinde haud intelligis(vt reliqua prętereã) q; ſi conſpicuus fueris,& omnibus non ignotus, erratorum tuorum q̃ multos ſis criminatores habiturus: ſi incognitus,& ſecurus peccando futurus ſis. Aſſentior, inquiet, verum cum præclarũ aliquod edidero facinus,infinitos habuerim qui illud & demirẽtur, & probent.Id equidem fore grauius dixerim, cum non ſolũ delinquenti tibi, verum & rem bene gerenti officiet plurimũ inanis gloriæ morbus:Siquidem flagitia admittẽdo,q̃ multos ad ſcelus induxeris:rectè autem viuendo concupita per te laus meritorũ præmia exhauriet.Cuiuſmodi gloriæ ambitio, ſi vel in rebus ciuilibus grauis admodũ eſſe & ignominioſa apparet:quis erit tibi reliquus ad veniã locus , ſi eadẽ illa in ſpiritualibus rebus fueris,& religioni pertinẽtibus infectus,quando nec eodem tolleraueris deũ honore impartiri,quẽ ipſe fueris ab eius ſeruis aſſecutus?Porrò & ſerui domini oculos intuẽtur, mercede conductus operibus præſidentẽ, qui ſit ſtipendia depenſurus,diſcipulus in præceptorẽ intendit obtutũ:at ipſe te longe aliter geris: oculos enim à deo conductore auerſos ad homines cõuertiſti,nihil ignarus eundem recte factorum vel in poſterum tempus meminiſſe: hominẽ vero ad præſens duntaxat rerum memoriã tenere:cúmq; certum habeas,firmúmq; in cœlo ſpectaculum, in terris congeris ſpectatores. Certatores præterea vbi fuerit per ſe decertatũ, eodem probatum ſe iri malunt : ipſe vero cum in cœlo depugnes, ſtudes in terra coronari:qua ſocordia quid eſſe deterius poteſt?Verũ ſi libet,videamus coronas haſce cuiuſmodi ſunt futuræ,quando & deſperatione partim componãtur, partim irriſione & adulationibus, partim pecuniis,& ſeruili quodã miniſterio:vtq; &pueri per luſum ſolẽt, chartacea alterius capiti corona impoſita, coronatum plerunq; vel neſciũ poſt terga irrident: ſic tuarũ factitant laudum prænones, qui tibi paleis dorſo iniectis,laudando illudunt.Vtinã his ſolis paleis finiretur illuſio,laureáq; illa haudquaquam noxia foret,nec perderet benefacta . Cognita itaque inanis gloriæ vilitate , ne officiat cauẽdum erit: verũ quot cuperes ipſe tuarũ fore laudum prænones,num centum,bis cẽtúmve?Concedamus ſi velis ad hominum quatuor milia , ſint etiã ſi libet plauſores innumeri,nil tamẽ hi omnes à graculis de loco ſuperiori

Luc.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

crocitantibus distabũt: verũ si angelorum spectacula A
noueris, vel ipsis vermiculis eiusmodi homines vniuersi videbũtur abiectiores, aranea fumóq;, & insomniis infirmiores. idcirco audi & Paulum q̃ accurate hęc omnia improbarit, qui non modo nec hasce laudes quærat, quin maxime detestetur his dictis, & re-
Galat. 6. spuat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Hanc itaq; & ipse imitare iactantiam, ne deum forte ad iracundiam concites: siquidẽ mortalium gloriam ambiendo, nõ solum tibi fueris, verum & deo iniurius: Etenim si effigiãdi peritus esses, & pictor discipulũ haberes qui à te quod ex arte perdidicisset, aliis te inuito proderet, aut pictã tabulam, nõ tibi, sed astãtibus cæteris in tui contemptum visendam præberet, num æquo id animo ferres? ꝙ si conseruis illud videtur ad ignominiam cedere, lõge magis domino iniurię ducitur. Cęterum si aliunde id B
cupis doceri, quo pacto scilicet debeãt humanæ laudes cõtemni, præsentibus rebus ingenue paruifactis, adaucta & cõcepta verę gloriæ & prudẽtiæ spiritualis cupiditate, animus erit tibi haud absimili dicto cõfirmãdus, quo & Paulus vsus est dicẽs: Num ignoratis, ꝙ angelos iumus iudicaturi? próq; affectata mortali gloria subleuatus iã, & leuiter castigatus, his eris verbis appellandus: Num qui de angelis sententiã sis laturus, optaueris à mortalibus his & impuris iudiciũ de te fieri, cõsequiq; parem cum saltatricibus, mimis, aurigis & beluarũ confectoribus laudem, vel qualem illis exhibẽt plausores, quorũ acclamationes & plausus altiori quodã sunt per te volitatu defugiendi? Ioannes prẽterea eremi ciuis imitandus, perdiscendũq; quo pacto & ille vulgi laudes contempserit, neq; vllas hominũ attẽderit adulationes: siquidem cum Pa- C
læstinos incolas se circa ꝓfusos vidisset, & sui admiratione obstupefactos, nihil prorsus hoc tãto honore flectebatur: quin illis insurgẽs, ad populũ vniuersum tanquã ad adolescẽtulum aliquem verba factitabat, & dictis istiusmodi incessebat: Serpẽtes, viperarũ semina: cum sui visendi duntaxat illi gratia relictis vrbibus magno ad se concursu festinassent, nil tamẽ horum sanctissimum virum à pristino instituto relaxauit. nam vt longe aberat à gloriæ cupiditate, sic erat quauis animi elatione liber. Nec secus & Stephanus cum eius populum spectaret haud quaquam in se venerabundum, sed furore incensum, & stridore quodam dentium sæuientem, horum superata vesania di-
Act. 7. ctitabat: O durę ceruicis, & corde incircuncisi. Sic & Helias adstante exercitu, in imperatoris & populi v-
3. Reg. 18. niuersi conspectu istiusmodi pronunciabat: Quousq; D
tandem vtrisque tibiis claudicabitis? Nos vero contrà quasi honorem precio ab hominibus vendicaturi, seruili quadã industria omnibus adulamur: ita fit, vt ordine quodam præpostero ferantur omnia, próque populari hac gloria non minus fides, quàm religio ipsa neglecta prodatur, & pietas. Exterminemus igitur id morbi quodcunq; est: sic enim nobis libertas, sic portus & tranquillitas omnis egregie innotescent. Etenim qui gloriæ libidine trahitur, fluctuanti cuiquam, & tempestate disiecto videtur assimilis: siquidem tremebundus semper, & pauidus infinitis dominis gesturus sit morem. At qui hac fuerit tyrannide liber, portum tenentibus erit, & puriori fruẽtibus libertate non alienus: aliter tamen longe cum gloriã cupienti agetur: nam & tot dominos cogetur habere, quotquot ei fuerint & familiares, & noti, quibus erit sponte pariturus, cuius gloriæ pergrauem cauebimus seruitutem, si cœlestis illius & veræ capiemur amore. Nam quẽadmodum is qui fœminam quampiam adamauerit, alia visa quæ pulchritudine priorẽ excedat, illa intermissa hanc deperibit: sic terrenæ gloriæ sectatores, vt primum diuina illuxerit, eam facile contemnent. Spectanda itaq; erit cœlestis illa, & diligentissime imbibẽda, vt illius admirari decorem, huius cauere possimus turpitudinẽ: sic perpetuis freti deliciis plurima voluptate potiemur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
contra luxum & crapulam Sermo.

DAmus & bibamus, cras enim moriemur. In 1. Cor. 15.
Prophetas hæc multi apud Iudæos dicebãt, sed haud mirum si Iudæi ita dicant, quorum deus venter est, & gloria in cõfusione ipsorum: sed ꝙ post gratiam, post contemptũ rerum præsentium, & tantam perfectionẽ & diligentiam, sint adhuc aliqui, licet non omnes, dicẽtes, & vt per ipsum apparatum patet, clamãtes, quanta reprehensione fuerit dignũ? Etenim sunt profecto, qui ob hoc in hanc vitã adductos se putant, vt deliciis vacent, & ventrem distrumpant, & corpus impinguent: atque sic hinc migrent vermibus largiorem è sua carne mensam instructuri. Et vtinam hoc solũ graue esset, ꝙ frustra & incassum, & ad nullam vtilitatem expenderẽt præsentia, quanuis nec hoc reprehensionis caret. Nam quando opes quæ datæ sunt à deo ad nutriẽdum corpus, & in subsidium egentiũ, in intemperantiã & contumeliam, & extremã ignauiam insumimus: non sine correctione esse poterit pessimus ille sumptus, sed omnino de hoc dabimus rationẽ. Et quod de quinq; talentis, & duobus, & vno dictum est: etiã de diuitiis & aliis omnibus dicere fas est. Igitur quod dicebã, si frustra & inuanum hic adessemus, neque sic sine culpa esset hoc opus: nunc & absq; hoc etiam alia iuste irrogabũtur. Nam eum qui viuit in deliciis, & ebrietati deditus est, & parasitos alit, & adulatores, & carnium voratione & vini potatione disrumpitur: sæpe & inuitũ & sponte necesse est peccare, & extra huius loci tempus, & cum illinc recesserit. Nam sicut nauis oneraria, quæ supra suam magnitudinem vehenda capit, oneris magnitudine grauata submergitur: ita anima & corporis nostri natura si plures acceperit cibos, quàm ferat natura sua, impletur, & iniectorum grauitatem non amat, & in perditionis pelagus demergitur, & nautas, & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigantes, & ipsum onus cum hominibus perdit. Sicut igi- D
tur non tranquillitas maris, non scientia gubernatoris, non nautarum multitudo, non præparationis studium, non anni pars tempestiua, nõ aliud quicquam naui quæ sic in tempestate est, prodest: ita & delicatis euenit, neq; cogitationum multitudo, neque eruditio & admonitio, neque admonitiones & consilia, neque aliud quid, neque timor futurorum, neq; pudor, neque accusatio præsentium, neque aliud quid saluare potest sic periclitantẽ animam: sed inualescit luxus & amentia per omnia, & sub aquas nolens volens eum qui ægrotat defert, & graue facit naufragium. Vnde nihil facile, neque ad futuram vitam & iustificationes quæ alibi futurę affert. Sed qui talibus vacat, & ad præsentem vitam inutilis fit, ad nihil accommodus, & vbique ridiculus, tam in publicis, quàm in priuatis rebus: & si in tumulto aliquid opus est fieri, nõ inuenitur habere aliquid prouidẽtiæ, vel gubernationis:

gubernationis: ab omnibus inimicis capi potest, om- A
nibus inutilis, amicis & accedẽtibus: & nõ solũ periculis & obsidionibus facile potest rapi: nõ in trãquillitate solũ eum audire, pauore non caret, sed & in arduis ob immodestiã morum se accedenti erit inutilis. Nã ipsum illic in aduersitatibus loquor, timor & effœminatio, & metus immodicus, & consilij inopia apprehendunt: hic autem in prosperitate, audacia, & ignominia, & intemperãtia, & inflatio, & arrogantia plus inutilem q̃ superiora efficiunt. Sanè taliũ non solum corpora sic affecta, & iniucundis, & superfluis, & fœtidis vndiq; plena sunt, ita vt tolerari nequeãt: sed & anima corpore multo iniucũdior, multo maiores q̃ illud morbos in se arripit ex deliciis. Nã sicut corpus nõ solũ superfluitates emittit naturales, sed multo plures, & vndiq;. Nam & oculi, & nares, & os gra- B
uedine, muco, & corruptione, & his quæ intus generantur, lutulentis & impuris affectibus sunt plena: & ipsa natura carnis laxior fit q̃ naturalis proportio, fœtidáq; & inutilis, & ad omne bonũ opus inutilis. Etenim & terra, quando à sua abundantia oppressa fuerit, suum innatum perdit calorẽ, perdit autem & suas vires, & neq; ad opus, neq; ad suam generationẽ est accommoda. Hinc autẽ incurabilibus & difficillimis implicãtur morbis, qui perpetuo in voluptate viuũt. Nam in tremoribus & palloribus, miriſq; & pedum & manuũ doloribus, & aliis pluribus, de quibus medici dicunt, irretibiles fiunt. Idq; adeo ac si non esset gehenna, neq; cruciatus, neque extremum iudicium dei, neq; apud omnes homines correptio, neq; intẽpestiuus sumptus, neq; alia multa quæ in luxu oriuntur. Hoc autẽ si solum adsit, nónne sufficeret ad omnes auertẽdos? Venenorum lætalium nullum melius C
instrueret mensam, imò si verum oportet dicere, nullum peius: nam letifera illa mox auferũt eum qui potat, & mortẽ sine sensu inducunt, ita vt & qui moriatur, non doleat: voluptates autem vitã multis mortibus grauiorem inducũt, iis, inquam, quibus magnum vitæ studium non miserabilis tantum, sed & fœdæ & ridiculæ. Et dolores quidẽ alij multos inueniunt qui compatiantur, sed quę ex ebrietate & luxuria fuerint orta, neq; volentes si viderint, permittunt condolere eis qui his obnoxij sunt. Sanè grauitas quidẽ mali ad misericordiam flectit, causa autẽ huius morbi exacerbat eum qui videt. Eapropter media quadã affectione tenemur, neque miseramur eos, quia non finit hoc causa malorum, neque irascimur: non enim permittit magnitudo malorũ: sed inter accusationem & compassionem est status: non enim à natura in citati D
sunt, sicut & ij qui se in barathrum proiiciũt. Igitur sicut eos qui se submergunt, vel ex alto præcipitant, & gladiis transfigunt, non multùm miseramur: sic neq; hos: quanuis si compatiendum, magis illi q̃ hi compassionem merẽtur, tametsi etiã illi valde indigni cõpassione. Illi quidẽ vel calumniis, vel opum damnis, vel periculis quę expectãt, vel plagis quas timent, vel aliam quandã expectantes mortem, & maioribus seipsos malis erepturi, ad cõsolationem mortis confugiunt, tãquam in asylum quoddam ad mortem procurrentes, vel vt in portum securum à tempestatibus imminentibus festinantes. Hi autẽ nihil horum dicre possunt, vitæ se tradẽtes plurimis violentis mortibus grauiori. Tẽpestiuum igitur & nunc dicere illud
Eccles. 12. Sapientis: Quis miserebitur incantatorem à serpente ictũ, & omnes qui sibiipsis feras adducunt? Fera enim est voluptas, fera grauis: neq; scorpio, neq; serpens in visceribus nostris sedens ita vndequaq; grassatur sicut deliciarũ concupiscentia omnia subuertit & perdit. Et feræ illæ tantum corpori insidiantur: hęc autẽ cum insederit, cum corpore simul & animam perdit. Eapropter fugiam' ab hac, vt prudẽtius loquar, si habet aliquid suaue, ne feram', ne persuadeamur. Quòd si vera quæ dicta sunt, & corruptio omniũ est, & extremus risus, vestri parcite corporis incolumitati, & animæ sanitati. Non loquor, vt austeritatẽ vitæ inducam, siquidẽ nolueris: superfluũ amputemus, inutile resecemus. Quam veniam habemus, quando alij quidem qui domini sunt, vsu nõ fruuntur, nos autẽ plus q̃ vsus exposcit, excedimus? Terminus nobis sit alimoniæ, ita vt non noceat, & absq; nocumento fames pellatur. Vltrà nihil requiramus, imò si oportet aliquid mirabile dicere, & præter multorũ opinionem, quod tamẽ verum est: Si etiã voluptatẽ ipsam inquiramus, in frugalitate ipsam magis q̃ in luxuria inueniemus. Audi quomodo hæc quàm illa voluptas maior est, & vberior. Nam illa subsistere nequit, neq; inuenit naturã sanguinis quæ ei vtilis, sed hęc consistere potest. Quid enim dicit Sapiens, qui his abundauit præ omnibus magis? Animæ enim dicit indigenti, & amara dulcia videntur. Anima impleta, fauis illudit. Vides quomodo illa quidẽ ex paucis & ex omnibus facile cõstitui potest, hæc autẽ minime? Nam si fauos non attingimus nec curamus, quid vltrà nobis dulce erit? si quod est dulcissimũ nequit præbere voluptatem, quale erit quod voluptatẽ poterit efficere? atq; adeo si voluptatem quærimus, hic magis inuenimus. Quomodo ergo nõ extremæ demẽtiæ, fugere à mẽsa frugali, quæ habet voluptatẽ & suauitatem, & omnia bona, & dei amorẽ: & instruere aliam plenam innumeris calamitatibus, insuauem, tristem, & morbosam, & quod grauissimum omniũ, concitantem contra nos deũ? Nam si vidua quę in deliciis agit, viuens mortua est: quid dicemus de viris? Si in veteri hoc prohibetur diligẽtissime, multáq; vehementia cõtra agentes in deliciis vsus est Propheta, quãuis speciem ponat deliciarum, nõ valde sumptuosam, neq; adeo
Amos 6. mollem. Comedẽtes, ait, arietes ex gregibus, & vitulos lactentes, bibentes vinũ defæcatum, & qui vnguntur primis vnguentis, & dormiũt in lectis eburneis, & lasciuientes in stratis suis. Si tanta accusatione digna sunt hæc, quãdo omnia erant carnalia, & cœli sermo nullus, quando doctrina erat Iudaica: quid dicemus ad præsentẽ mollitiẽ quæ nunc? Nam si arietes & vitulos lactẽtes comedere, vt fluxam & luxuriosam accusat vitam: quid dicemus de his qui profunda maris perscrutãtur, & extrema terræ, & varios auium & piscium venatores vndequaq; sibi colligũt? & si bibentes vinum defæcatum reprehenduntur, quid diceres de his qui mittunt transmarinas pro vino profectiones, & omnia mouẽt, ne aliquod genus vini eis surripiatur, quasi rationes sint dandæ, vel ipsi inter extremos sint cõputandi, nisi omne genus vini intulerint? Si eburneo lecto vti, dignum reprehẽsione: qui multos lectos argento circundant, imò ex puro argento fabricãt non lectos, sed matulas, & ollas, & lebetes, & furcas: qualem assequẽtur veniam? Quid paruum vel magnum, si de his corrigantur, dicere poterunt? Ego autem his appono, quod omnibus grauius, quod ex alienis calamitatibus hęc collecta sunt, quanuis Propheta hoc nõ posuit, sed solũ delicias arguit. Quãdo

Universidad de Deusto
Biblioteca

autē & causa adest deliciis grauior, quis eximet illos hæc faciētes ab extrema pœna? quis Noë patrocinabitur? quis Iob? quis Daniël? Nō est vn' quidē: sed de his dicēdum, Exardescet furor meus sicut fumus. An nō est, obsecro, furoris, & irę extremæ, impleri & disrumpi, quando alius quidem neq; necessario alimēto fruitur? Tu autem tantum argentum frustra & incassum in nullum vsum fabricas, sed ne ad ostētationem quidē. Non enim ad hoc tibi vtile erit, sed in diuersum vertetur. Tu enim hoc facis, vt illustris & nobilis fias: sed secus euenit. Nō enim es aliquis illustris & nobilis: sed ob crudelitatem & auaritiam, & extrema mala accusant te omnes. Nā quāta inuidia, quanta inuidētia, quantum odium ab omnibus, quantum vicissitudinis & mutationis desideriū omnibus? Mitto dicere blasphemias in deū, quas diuitię illę pariūt, quanuis hoc grauissimū est omnium. Et hoc pręillo, & quod nō dices, illud illo deterius inuenies. Sed frugalem illam & mediocrem mensam, quam non Propheta carpit, nō homo arguit, non deus reprehēdit, non ignis punit, nullus auersatur, nullus odit, nullus inuidet: sed probat deus, commendāt angeli, laudant homines, suscipit cœlum. Istę mēsæ angelos suscepe-
runt, istis Christus adest, nō illis. Tales Prophetarum erant, tales Apostolorū, tales & iustorum. Sed illę tyrannorum, & eorum qui in terris male locupletātur, habentes saltatrices, & alios qui vitā corruptam egerunt, & latrones, & magos, & fures. Quando talē apponis mensam, angelus quidem refugit, exasperatur deus: lætatur dęmonum princeps, auersantur & odio tabefiunt præ inuidia non inimici solū, sed & homines qui officiosi in te videntur, odio magis arrodūntur, quàm præsentibus fruātur. Si autē illam sobriam & frugalem, & nullam habentem iram, apposueris: & suauissima & blanda erit omnibus amicis, & deo, & angelis, & hominibus: aderit quoque dei vnigenitus. Nam sicut fugit omnē inflatum, & superbum, & turbulētū: sic humili amicus est, & prędens semper, eúmque in omnib' & per omnia munit & custodit: Christo autē prędente nihil aliud inquirere opus est. Hæc igitur dilecti cū sciamus, fugiamus luxum, sequamur frugalitatē, vt & præsentia & futura bona nobis eueniāt: Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri honor, simul spiritui sancto nūc & in secula seculorum.

CONTRA GVLAM, ET CAETERAS corporis voluptates, Sermo.

CORpus nobis reliquis ritè peractis morte multandū est, verum (quod absit) haudquaquam corporis substantiā ipsam conficiendam dixerim, verū incitamēta, & libidinum impetus mactandos duxerim, qui nos ad praua facinora compellunt. Nam & humanū nihil subire, nec indulgere voluptatibus, vitę loco habendū est: siquidē qui his se dediderit præ tristitia, formidine, periculis, & multiplici animorū affectu, quæ illis immixta in examinis morē circunferuntur, vitā ducere quietius in reliquū haud poterit, adeo vt si ei hac vita sit excedendū, pręhorrore quodam & metu vel ante cōstitutum obeat mortem. Item si futurā ęgritudinem suspicetur, si cōtumeliam, si paupertatē, seu aliud istiusmodi quippiā ex insperato affuturū præuiderit, perit illico, & consumitur. Quo vitæ genere quid esse potest miserius? Cōtra vero q̄ spiritu vixerit: nulla erit similī calamitate obstrictus, sed sine timore, mœstitia, discrimine erit, & quauis rerum mobilitate superior: neq; eò victo euadet, q̄ nil sit aduersi perpessus: sed quod maiº vtiq; est, aduersos oēs fortunæ casus contēnere: idq; eo pacto fiet, si spiritus nobis diuinus inhabitauerit, qui nō ad breue asseritur, sed perpetuo habitaturus. Nā inhabitare spiritū dicit, non inhabitasse, vt continuā eius mansionē ostendat. Quocirca qui vitā hanc viuere creditur, sempiternæ illi ac perpetuæ interea necesse est: vnde dictū illud esse constat: Spiritus vita est per iustitiam. Sed hæc vt clarius innotescāt, producamus homines duos in mediū, quorum alter lasciuiæ sit & voluptatibus deditus: alter vero prorsus sit his rebus demortuus, videamúsq; vter horū sit viuens dicendus. Cōcedatur, abundet alter diuitiis, sit etiā conspicuus, sit insignis, alat parasitos, helluones, adulatores, vniuersumq; his in reb' diē terat, det itē lasciuiæ operā, debacchetur, alter vero parce ob victus austeritatem & temperātēr viuat, vesperi duntaxat cibum capiat necessariū: maneat, si velis, ad dies binos ternósve impastus: quem horum magis viuere existimabitis? Credo plerosq; mollem, prodigum, & bonorum dissipatorē opinaturos: at nos eum dixerimus, qui in his bonis fortunæ modum sibi præfinit. Sed quoniam disceptatio hęc ex re orta est, adeamus interea istorum domos, vel eo maximè tępore, quo tibi opulentus ille viuere videatur, cum in suis inquā deliciis diuersatur: Ingressiq; spectemus quibus sint iidē illi in rebus occupati. ex his enim quę per eos gerentur, quotus quisq; eorum, mortuúsne, an viuēs sit, apparebit? Inueniemus certe alterū libris incumbentem, vacantē rei diuinæ, abstinentiæ, vel rebus necessariis incumbentē, habentémq; cum deo sermonem: alterum vero madētem mero, & emortuū, apud quē si ad vesperum vsq; moram traxerimus, nihil eum in melius videbimus profecisse: quin imminētē ei mortem magis ac magis augeri, & exortā inde increscere somnolentiam. Hunc vero nostrum (sobrium dico & continentem) vel noctes spectabimus insomnes ducere. Vtrum itaq; horum vitę plus habere dixerimus, eúmne qui sine sensu prostratus iacet & torpidus, & cūctis est ad risum expositus: an actuosum illū, & deo colloquētē? Hunc quidē dixerim: illū nanq; si accedens, rem aliquā opportunā rogaueris, nihil magis q̄ quempiā vita functū audies respondentem. Cum nostro vero hoc interdiu noctúq; versari cupieris: cum quippe audies & de rebus cœlestibus differentem, & angelū potius agētem quàm hominē. Vidēsne vti is pro eius vitæ solertia & integritate inter viuos obtineat primatū: ille vero mortuis ipsis miserabilius iaceat cōsternatus & torpens, inter agendúmq;, si quid forte agere videatur, nihil gerēdarum rerum ordinē discernat, furentiúmq; sit haud absimilis: quin & his longè calamitosior, quibus affectis iniuria condolemus & increpamus, si quos his forte conuiciari conspicabimur: illū vero si quis inuadat, non modo nihil erimus commiserati, sed iacentem potius & prostratum merito fuisse malo affectum pronunciabimus. Num erit hæc vita dicenda, quæ mortibus infinitis est grauior? Vides itaque hominem deliciis incumbentem, non solum viuendo obisse mortem, sed esse mortuis longe inferiorē, pernicioriémq; dæmone agitato & furiis. Quippe misericordia hic iudicatur haud indignus, ille odio: veniam hic, pœnas ille pro eius tum vitiis tū morbo meretur. Quòd si adeo quispiā exteriore hac facie fluente ex ore pingui, & marcente

cente saliua, & vrgēte baccho grauis cōspurcatur: cogita q̄ male cū anima illa calamitosa agatur, quæ hoc in corpore tanquam in sepulchro aliquo recondita est, & contumulata. Cuiusmodi in homine temulētia nec secus videri debet, q̄ si barbarus quispiam deformis & impur' vi summa & potestate impetū faciat in adolescentulam decorā aliquam, venustam & continentē. Quis igitur, qui mentis sit compos, non potius optet mille obire mortes, q̄ diem vnum hanc vitam degere? Quòd si orta iā luce, ex ea se ioculari ebrietate attollens, sobrius fortasse appareat, nebula adhuc quadam ex vinolētię procella sibi præ oculis obuersante, nondum satis libera tēperantia fruitur: eūdem si vel abstinentē viderimus & modestum, quid iuuat cum nihil ex eo aliud assequatur vtilitatis, quàm q̄ se crapulæ insimulantes recognoscat? Cum enim impudentius agit, cū debacchatur, id duntaxat lucrifaciat, q̄ se irrideri non sentit: vbi vero dies illuxit, amittit omnem quam ex lasciuia ceperat voluptatem: siquidem familiā obmurmurantem & insectantem se iurgio coniugē, obiurgātes amicos, inimicos ludibrio se habētes recognoscit. Quid ergo dici hac vita potest miserius, irrideri ab omnib' interdiu, & rursum eadē illa turpiter inceptare? Vis etiam cupidos in medium producā? est enim & hac deterior alia quædā debacchatio, quæ etsi dici hoc nomine potest, cōsequēter & mors est: quin alio quouis mortis genere tanto est acrior, quanto grauior est temulentia: neq; adeo etiā vino madere molestum, q̄ ipsa est pecuniarum affectatio infesta. Ibi em̄ iactura ad ægritudinē vsq; prouehitur, torporéq; & insensibilitate subsistit, finitq; in ipsius ebrietatis pernicię: hic vero, in habēdi scilicet cupiditate detrimētum, & per innumeros hominum discurrit animos, & varia vbiq; suscitat bella. Age & homines tū auaritia, tū temulētia detentos adinuicē cōferamus, videamúsq; quibus in rebus aut cōueniāt inter se, aut excedant: rursus, inquā, fiat de ebriosis cōparatio: quandoquidē nequeāt cum beato illo, cuius suprà meminimus, spiritu incalescente cōferri, mensamq; iterato infinitis cædibus refertā, in mediū producamus, aperiamúsq; quib' in rebus simillimi inter se & pares pro ipsius morbi natura videātur. nam cū huius morbi sint species variæ, siquidē partim vino, partim ex cupiditate nimia afficiūtur, morbus tamen vtrisq; inest non absimilis: æquè enim absurda quadā auiditate detinentur. Nā vino grauis quo plures hauserit calices, eo magis sitim incēdit. Ita & qui pecunię fuerit amore captus, quāto plura accumulauerit, tāto maiorē sibi excitat cupiditatis & auaritiæ flammam, & grauius se diuexantem sitim subministrat. Ea itaq; re vtriq; sunt pares, verū in eo rursus temulētum excedit cupidus. quid illud sit queris? ebrius enim rē patitur à natura non alienā. Vinum quippe natura calidum, cum innatā auxerit siceitatē, perpotandi ingerit auiditatē vel inexplebilē. Vnde, inquies, auaro & cupido tātus hic habēdi amor accreuit? vnde inquis? Cum enim is ad summū euaserit diuitiarum culmen, tū maxime pauper est. Incredibilis sanè hic morbus, perplexus est & ambiguus. Spectemus ergo si libet & hosce, cū temulenti esse desierint, cœperintq; mētis esse cōpotes: tametsi cupidus ille nūquam sit vinosæ huius auiditatis expers: quin vtrosq; potius cū ebrij sint consideremus, videamúsq; vter horum magis sit irridēdus, effigiemúsq; eos acrius, & describamus: videbimus certe alterū pręvino delirantē apertis oculis, nec quempiā discernentem, oberrātem frustra, & agitari in obuios quosq; offendentē, euomentem, lacerum, & informiter nudum, vsquē adeo, vt cunctis abūde risum moueat. Age ad hæc & auarū in mediū proferamus, cuius res gestæ & actus nō risum modo, sed execrationē, iram, & fulmina merebūtur: verum reliquis omissis, q̄ sit irridendus cōsideremus. Siquidem æquè is atq; vinaticus ille, neminem vel amicū discernit, vel hostem, oculósq; apertos gerēs, captus luminibus est. Vtq; ille pręter merum nihil habet acceptū, ita & is præter pecunias nihil aliud spectat: lōge vero huic grauior est vomitus, siquidē non cibum potúmve remittit: quin verba cōuicij, dissensionis & mortis plena, infinita insuper in caput suum fulmina prouocat: cuius anima non secus se habet, q̄ ebriātis corpus, quod maculosum est, imbecille, ac fluidum: quando ne ipse quidem huiusce temulētiæ vitio careat: quin quod grauius est, curis capitur, ira & vigiliis aduśq; interitū diuexatur, & sensim absumitur, quippe qui vinolētia opprimitur, nocte trāsacta potest & sobrius fieri: hic vero & dies & noctes auaritię ebrietate detinetur, acrioríq; pœna afficitur, q̄ qui vinculis astringuntur, vel qui metalla operātur & cudunt, vel supplicia patiūtur si qua sunt grauiora. Respōdeo mihi: Nū hęc illa est vita, nec mors potius existimanda, quinetiā vel quauis morte miserior? mors quippe corpus quieti donat, & quauis irrisione, dedecore & erratis liberū reddit. At habēdi cupientissima temulentia hominē planè in res huiusmodi impingit, occluditq; aures, excęcat oculos, mentem multa caligine obtenebrat. Nihil eā patitur pręter fœnora audire, déq; adauctis vsuris, turpi indecentiq; lucro, detestandis tabernulis serulibusq; & illiberalibus mercaturis iuuat verba facere: omnibus quemadmodū canis oblatrat, omnes odit, omnes respuit, cunctis est sine causa infestus, insurgit in pauperes, opulētis inuidet, nulli se gratū exhibet, nec vxori quidem, non liberis, non amicis. quod si nequeat vndiq; lucra congerere, vel hos quidē habebit infestiores, q̄ qui natura sunt hostes. Quid pręterea tali vesania aut fieri deterius, vel calamitosi' potest? siquidē ipse tibi corpus habenti vnicum, ventríq; solum indulgendo, scopulos, pręcipitia, terrę hiatus, & quęuis barathra submināstras: qui vel si aliquod ciuile munus inieris, impēfas veritus prædabundus rapis, móxq; corruptelis, & ambitu plerosq; alios cōparas magistratus, superiore illo non modo sumptuosiores, sed certiores quidem, cum māmonæ tributū dependis: neq; pecuniis duntaxat, vel corporis sudore, animæq; ipsius dolore & tormētis, sed sanguine ipso improbo huic facis tyrānō satis, vt aliquid tibi magis accrescat: miserū equidē te pro tua hac barbara seruitute dixerim, & calamitosum. Nónne quotidie spectas, qui ad sepulchra tumulādi gratia efferūtur, vt nudi, & rebus omnibus destituti educātur, vtq; nihil eis liceat è domo efferre, quin vel ea quib' mortui obtegūtur, vermibus deferant corrodenda? Quocirca hæc velim tecū animo singulis diebus reputes, forsitā hoc pacto auaritiæ in te morb' omnis sedabitur, ni forte vel in ipsa funeris pompa libuerit maiorē in modū debacchari. Est sanè id graue vitiū & horribilis valetudo, cóque & nos cōcionibus singulis habemus de hisce reb' apud vos fermonem, sumúsq; forsan vestris auribus iniucundi, eáque dicendo exhaurimus, vt assuetæ saltem proficiāt magis. Cæterū, neque enim in hoc mihi vestrum quispiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quispiam contradixerit, non solũ in ipso futuri iudicij die, sed lõge antè, varius iste & multiplex auaritiæ morbus supplicia q̃ multa allaturus est: quando nec vincti & compediti, neq; longiori & aduersa affecti valetudine, neq; hi quidem quibus cum inedia & fame colluctatio est, seu quouis mali genere pressi, talia sustinebũt, qualia pecuniarũ tolerãt amatores. Quid enim item ferri cuiquã molestius potest, quàm omniũ in se concitare odia, ipsúmq; omnes habere inuisos, immitẽ se præbere vniuersis & intractabilem, expleri nunquam, siti continua laborare, afflictari fame assidua, vltra q̃ credi potest, grauiori mœrore confici quotidiano, angi continuo & perturbari? Hæc & his longe plura subeunt hi qui accumulãdi trahuntur cupiditate, adeo vt si cunctorum sibi mortalium fortunas parent, nullam prorsus præ auiditate immodica sentiãt voluptatem. Quòd si vel nummi vnius iactura fecerint: putãt se super cęteros fuisse grauiora perpessos, & vita ipsa excidisse: cuiusmodi mala quis poterit sermo explicare? At si præsentia hęc tãtopere illos affligunt, cogita q̃ acerbiora post mortẽ tormenta mamẽt, illũ dico à regno cœlesti casum, dolorémque qui sit ex gehẽna futurus, perpetuósq; carceres, tenebras exteriores, vermes illos venenatos, dẽtium stridorẽ, pressuras, angustias, ignis fluẽta & caminos inextinguibiles: Quæ omnia colligẽs, conferénsq; cũ ipsa pecuniarũ voluptate, funditus hũc auaritię morbum reuellito, vt graui eius inopia liber, & veras tibi diuitias compares, bonísq; cum his præsentibus & futura assequaris.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de leuium peccatorum periculis, è quibus maiorum peccatorum pernicies possit agnosci, Sermo.

LEuium delictorũ magnitudo noscatur, & maiorũ facillime pernicies noscitur. Vnde fit sic, vt perpensa diuersitate culparũ declinentur leuia, deteſtentur enormia, atq; omnia ab homine omnino damnẽtur peccata: ne pro peccatis homo ipse damnetur, maxime cum quicquid leue quis duxerit, cõparatione peioris est leue. Cęterũ leue nõ est, quod hominẽ ex interdicto occidit, & quod ex iussu interficit. Dum enim vetita fiunt, cõtemnuntur iussa, & imperata audaci contumacia negliguntur: sic & authoritas dei iubentis offenditur, & pœnarũ perpetuitas inuenitur. Cur enim iussa contẽnis, si seruis: cur operaris vetita, si obsequeris: aut cur imperata negligis, si famularis? Nec enim cõtemnendo seruus quispiã promeretur: nec dominus obsequendo offenditur, nec parendo aliquis condẽnatur. Contumacia creat pœnã, seruitus inuenit gloriam. Nũquam enim prospera ex contrariis proueniunt: nunquam deniq; ex bene gestis mala nascuntur. Quicquid ab homine homo tibi fieri cupis: hoc si genitori exhibueris, promereris. Nõ potes inde iudicẽ promereri, vnde te ab homine cõstat offendi. Sed leue forsitã ęstimas si sermone deliqueris. At leue nõ est, quo homo aut iustificatur in bono, aut in malo sermone ecõtrario condemnatur. De sermonibus tuis condẽnaberis. Quare beatus est sermo, si iustificationi, pficiat: infœlix est, si damnationẽ incurrat. Deniq;, martyrij gloria per sermonem cõficitur: dum Christianus Christum, quem prædicat, cõfitetur. Blasphemia & detractiones, periuria, cæteráq; similia sermone gignuntur. Negatio nominis, & abrogatio Christianæ, pfessionis sermone exprimitur: dum nefanda vox in funestã perfidiã aperitur. Ipse iudex, dum iudicat, sentẽtiam sermone exprimit: dum sermone innocentẽ absoluit, dũ reum addicit, vt inde in reos sentẽtia veniat, vnde venit & culpa: inde eis pœna oriatur, vnde causa enascitur. Sermo enim fecit obnoxiũ culpę, sermo debitorẽ efficit pœnæ. Qualis autẽ causa sermonis est, cum prolatus in iudicio, ante hominẽ sermo prior ipse festinat: talis causa molesti sermonis est, quẽ aut pœnitẽtia culpat, aut pœna cõdemnat. Mors & vita, inquit, in manibus linguę. Sermone enim dominus frequẽter offenditur, sermone frequẽtissime, pmeretur. An tu leuem culpam habere eum existimas, qui detrahit fratri, qui inuidet potiori, qui disponit dolos, meditatur insidias? Aut illũ leuiter peccare existimas, qui proximũ sermone circũuenit, adulatur reo, opprimit innocẽtem, qui meliori inuidet, humilẽ despicit, superbũ extollit? Sed forsitã cogitatus nostros ad deũ nõ putas pertinere? Nullus actus nõ cogitatione pręcurrente conficitur: nullũ opus non corde mediante completur, maxime cũ sermo minister sit cordis: nec quicquam aut actu cõficitur, aut sermone profertur, nisi prius idipsum cogitãdo gignatur. Nam etsi non nunquã cogitemus, nec gerimus: disponimus, nec implemus: tamẽ cogitata pro factis tenentur, licet nondum opere cõpleãtur. Facere enim cordis, cogitare est: quia corporis est cogitata perficere. Quid cogitatis, inquit dominus, nequam in cordibus vestris? Et iterum: Qui viderit ad concupiscendũ, iam mœchatus est in corde. Cor enim cogitando tenetur in crimine, licet corpus immune videatur ab opere. Reus est iam animus, qui cogitauit: licet immune corpus sit ab opere, quod nõ fecit. Interior notatur, licet immune sit corpus aut substãtia, licet exterior sit aliena à culpa. Sed dicis mihi: Quid si cogitauit aliquis, & non fecit: disposuit, sed non impleuit? Primo, malum cogitatum non facere, duplicem in se continet causam. Aut enim recordatio cogitata immutat, aut faciendi impossibilitas denegat. Alterum pœnitẽtia curat, alterum exercendi difficultas informat. Vt enim recordatione conceptũ vulnus curatur: ita facultate negata, mala cogitatio summouetur. Sed ille qui recordatur, beatus est: qui potuit cogitata perficere, sed noluit quod non licebat implere. Is vero miser est, qui illicitum voluit facere: sed non potuit occasione negata cõplere. Postremo poterit hic veniam recordatione percipere. Ille reus tenetur in crimine, cui perpetrandi difficultas nõ attulit curam, sed perseuerans cupiditas exaggerauit vindictã. Et quoniã leuiũ delictorũ proposuimus causas, gustus vel visus leue quiddã & inane forsitan videtur. Gustus primo leuis non est, qui Adam protoplastũ in origine mundi decepit, & cum eo genus humanũ sententia mortis addixit. Nec etiã immunis est visus, qui interdicta videre Loth vxorem de Sodomis proficiscentem non fuit: quę statim incurrit quod euaserat, dum eam diuina vindicta in salis materiam transmutauit: vt ex hoc non appareat qualitatem delicti debere quenquam intendere, sed diuina iussa tota veneratione seruare: nec debere hominem quid iubeatur expendere, sed magis quis iusserit cogitare: neque enim leue dicendum est, quod hominem contemnendo occidit, aut contemptorem transgrediendo decepit: cum scriptũ sit: Qui modica spernit, paulatim decidit. Sed hoc maxime cogitandũ: Si leuia sic occidunt, quemadmodum *Eccles. 19.*

admodũ grauia interficiunt? Nec in leuibus se immunem quis deputet: sed ex præcedẽtibus exẽplis, quid mereatur, cõsideret. Nec euasisse se credat, si fecit ille, quod ille fecit qui perit: sed magis timeat, q̃ sibi in futurum, iudicium cœleste seruauit. Nam si cõmissa leuia impunitatẽ habere non possunt, quid de grauibus ęstimabimus? Cesset igitur, cesset humana temeritas: & omnia omnino delicta omni cautela ac solicitudine amputet. Ita enim quod interdicitur, transgredi mors est: vt quod iubetur facere vita est. Si vis, inquit, in vitã venire, serua mãdata. Vnde si obseruãtia legis, vita paritur: contẽptu mors necesse est inueniatur: quoniã si contẽptu mors nõ nascitur, nec vita de obseruãtia attribuitur: aut si necesse est vitã de obseruantia attribui, necesse est mortẽ contemptoribus irrogari. Quare sanctificatus homo sancte iam viuat, & peccata quæcunq; sunt, fugiat: vt qui peccator potuit condemnari per iustitiam, possit in æterna secula munerari per gratiam. *Matt. 16.*

DE VANITATE ET BREVITATE præsentis vitæ, Sermo.

VEmadmodũ, inquit, in diebus Noë erant quæ nuptui traderẽtur, & qui vxores ducerent: sic & prędictũ id antè fuit, & nunc annos iam quadringẽtos, vel eo amplius prędicit deus, nemo est tamẽ qui rem hanc animaduertat, quin potius eam quasi cõmentitiam & ridiculam pleriq; arbitrantur: neminẽ timor capit, luget nemo, nemo pectus oppulsat, ignis interea fluuius ebullit, inardescit flamma: nos vero deliciis & lusibus operã damus, & peccato sumus impudenter obnoxij, nemo diem illũ mente peruoluit, nemo præsentia hæc breui lapsura meditatur, tametsi rebus ipsis diebus singulis proclamantibus, significãtibúsq; idẽ illud. Siquidẽ nos neq; acerbę & immaturę mortes, neq; rerũ immutationes vel nobis superstitibus effectæ, neque valetudines & morbi castigãt, quas rerũ varietates non solũ licet in nostris corporibus, quin & in elementis ipsis conspicari: quotidie enim & in omni ætate contemplamur interitum, in cunctísque ex rerum euentu instabilitas quędã exprimitur & significatur, nõ hyẽs, non ætas, non ver, nõ autumnus perpetuo manent, sed decurrunt omnia, euolant & delabuntur. Quid dicã de floribus? quid de magistratibus & principib⁹ ipsis, quorum vel præsens in crastinũ nulla est vita? quid porrò de opulentis? quid de insignibus & claris ædificiis? quid de nocte ac die? quid de sole? quid luna, quę imminuitur nõnunquã & celatur? Itémq; & sol obtegitur persæpe, & obtenebratur caligine: nihil denique quod visibile fuerit, continuo manet: anima hęc tantum quæ nobis inest, etsi neglecta, ęterna est: at rebus quæ immutari possunt, tãquã perpetuis omni studio & cura incũbimus, illius vero nullã habemus in æternum mãsuræ rationem. Dicet aliquis, hominis illius magna est potentia, verũ duratura in posterum vsq; diem, & paulo pòst interitura: quod ita esse, ex longe olim potentioribus patet, qui nusquã in præsenti apparent. Nec secus se habet hæc vita, q̃ somnium aliquod, ac scena: qua sublata rerũ illæ omnes varietates dissoluuntur. Itémque radiante sole tolluntur insomnia. eodẽ pacto cum finis tam cuiusq; vnius q̃ cõmunis omniũ venerit, resoluta cuncta euanescunt: siquidem diu perstat quod plantaueris lignum, & quã ædificaueris manet domus: faber autẽ ille murarius, siue agricola abeunt & corrumpuntur. Rebus itaque se hoc modo habẽtibus, nos minus pudet maledicti, quinimo crapula capti & luxu, quasi ad immortalitatem cuncta molimur. Nunc vero audi Salomonẽ qui rei ipsius experientiam ceperit, quid de præsentibus his fortunæ bonis disserat. Aedificaui mihi domos, plantaui vineas, feci ortos & pomaria, & consęui ea cũcti generis arboribus, extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarẽ ex eis syluã lignorũ germinantiũ: posſedi seruos & ancillas, multámq; familiam habui, armenta quoq; & magnos ouiũ greges. Hunc sanè nemo vnquam deliciis, gloria, sapientia, dominatu, omniúmq; rerum ad voluntatem successu anteiuit: nihil tamen ex his omnibus cepit vtilitatis, qui ea omnia vanitatum vanitatẽ appellat, & vana vniuersa, cuius vanitatis nõ simplicitatẽ, sed excessum expressit. Cedamus obsecro ei, qui rerũ huiusmodi experientiam consecutus est, morem obtẽperemus, inquam, illi, & his rebus incumbamus, in quibus nihil est inane: sed vera omnia, certa ac stabilia sunt, & cuncta lapide desuper constructa, in quibus, inquã, nihil senescit, nihil præterit, quin virent omnia & florescunt, neq; quicquam vetustate cõfectum ad interitum tendit. Concupiscamus ex animo deũ, nulla gehennę formidine, sed regni ipsius cœlestis cupiditate. Quid enim est quod possit diuino illi spectaculo æquari? profecto nihil. Quid quod bonis illis cœlestib⁹ par esse queat? quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus se colẽtibus, vt Paulus inquit. Illa illa omni studio præsentib⁹ his neglectis, consequi enitamur. Nónne persæpe terrena hæc incusamus, & nihil esse hominum hanc vitã ducimus? quid ergo tam enixe in hoc nihilũ incumbis? quid rebus inanibus laborioſe adeo intendis animũ? spectabis forte magnifica ædificia, & illorũ aspectu seducẽris: at si cœlũ statim suspexeris, & à lapidibus his & columnis ad illius decorem deflexeris oculos, spectabis hæc esse formicarum opera. Philosophare ergo, contemplando conscende quę cœlo insunt: ex his ipse perdisces, & videbis structuras hasce præclaras nihil esse nisi pueriles ineptias & ludos. Spectasti aërem q̃ tenuis, quàm suspensus & lenis, q̃ purus sit & splendens, quantóq; magis ad superiora cõcesseris, videbis qui eleemosynas fecerint, ibidem habere domiciliũ: at præsentia hæc ædificia non solũ in humanorum corporũ resurrectione sunt ruitura, quin vel ante ipsam resurrectionẽ futurum tempus conficiet, destruet ac dissoluet, vel motu terræ discussa subuertentur, aut cõsumentur incendio, quando non modo in hominũ æuo, sed in structuris ipsis & molibus immaturi sunt casus, adeo vt domus, quæ fuerint vetustate cõfectę ac pene collapsurę, in ipso terrę discussu cõsistãt immotę: quęvero nimio cultu ornatę, solidę ac bene fundatæ, nupérq; constructæ ædes, vel solo fulminis ictu quassatæ collabãtur. Quod sanè haudquaquã sine dei prouidẽtia fieri solet, ne forte ex ipso ædificandi studio efferamur. Quòd si volueris alia quadã via solicitudine hac & cura liberari, adito publica ædificia, quorum es & ipse fortasse non expers, quibúsq; nulla est priuata domus, & si magnifica, cultior, maneto & versare in eis quoad tua sunt, & aliis vnà cõmunia: nõ tamen priuata & propria. Verũ minus delectant, cũ vulgata quadã consuetudine, tũ cupiditate & auaritia. Ergo & delectatio illa ex habendi libidine, non ex decore aliquo & cultu procedit. Quocirca auiditas ipsa iuuat maxime, qua volumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis omnia vendicare, & nostræ ditionis efficere. Quoadusq; tandem erimus his rebus affixi? Siquidē terrenis hisce adeo detinemur, vt non secus simus ac vermes luto obuoluti. Corpus è terra deus nobis effinxit, vt illud subleuaremus ad cœlū, nō vt per id ad terram animā traheremus. Quod corpus etsi luteum est, potest, si libet, cœleste fieri. Vides itaq; quanto sit deus nos honore dignatus, quando tā immensi operis nobis cōcesserit potestatē. Creaui ego, inquit, cœlum & terrā, tu susceptā à me creandi licentia, facito è terra cœlū: potes nanq;. Porrò illud qui creat omnia & eadē demolitur, de deo dictū esse constat, eandem hanc & hominibus potestatē permisit: vtq; solet pius aliquis genitor, qui pictor sit, nō contētus solus effingere quæ libuerit, quin & filiū cupit ad eam effigiādi peritiā inducere: ita & deus. Creaui, inquit, ego corpus decorum, cōcedo tibi meliora faciendi arbitrium, facito & tu animā formosiorē. Dixi ego: Educat terra herbā virentem, & omnē arborem ferētem fructum. Dices & ipse, efferat terra propriū fructum, & emerget quodcunq; volueris operari. Facio ego æstatem ac nebulas, offirmo fulmina & spiritū creo, formaui draconē ad illudēdū ei, id est diabolū: neq; tamen hanc tibi inuideo potestatē, illude & illū si libet: poteris enim quēadmodū passerem aliquē vincere eum. Facio super bonos & improbos oriri solē, imitare ergo & ipse deum, impertire tua tam bonis, q̄ improbis. Lacessitus iniuria fero animo ęquiori, conuiciātibus benefacio, sequere me cū liceat. Beneficia absq; vlla vicissitudinis spe cōfero, idem & ipse facito, neq; fueris ad mutuū minus liberalis. Incendi, inquit, in cœlo lumina, accēde & tu his clariores faces, vales enim: lucē præbe errātibus, longe magis etiā factum bene, q̄ solem intueri, méq; id agēs recognosces. Creare hominē non potes, iustum tamen efficere licet, & deo placentem. Substātiam ipse creauit, tu illius conscientiam expoli. Vides quo erga te amore afficiar, quando vel in maioribus hisce eam tibi concesserim facultatem? Attendite itaq; amantissimi quē simus ad honorē prouecti: tametsi pleriq; sint inconsideratius & ingrate loquētes, qui sibi liberū fuisse arbitriū concessum querantur: & eò iniquius, quò neq; in his quę paulo antè cōmemorauimus, sequi deū vllo pacto vel imitari possemus, nisi esset nobis soluta quædam & libera voluntas concessa. Dominor ergo in angelos, inquit deus. In hos & ipse eius dominationis gratia imperiū habes. Regio, inquit, throno insideo, eapropter & ipse in hunc cōsessum admitteris. Siquidē cōsurgere, ait, nos fecit, & deo ad dexteram assidere: quamobrem & tibi Cherubin, Seraphin, dominationes, potestates, throni, principatus, & vis omnis angelica paret. Insuper neq; corpus ipsum culpes velim, id fuisse honoris impartitum, quod contremiscūt vel incorporeæ potestates, verum quod dixi: nō enim his solum meum in te amorem patefeci, quin ex his quæ tui sum gratia perpessus: consputus enim, & alapis faciem cæsus, gloriam exinaniui, patrem reliqui, & ad te odio me tum habentem, tum refugientem deueni, quinetiam nomen meum audire impatientem sum insectatus, vtq; comprehenderem cursu contēdi, admisi te, & mihi adiunxi. Epulare me dixi, & ebibe, vtq; te supra infráq; haberē, tibi copulatus sum & annexus: neq; sat me illud solatur, q̄ tibi è cœlo originem dederim, nisi rursum ad terras descēdissem. Deinde haud solum sum tibi iunctus, & in amplexum recipior, sed in esum traditus, in frusta comminuor, & eapropter vt acriot fiat eiusmodi copula: quę vero fuerint coniuncta suis perstant limitibus, at ipse tibi contextus, nullo velim nos interuallo distare, quin è duobus vnum fieri maluerim. Hæc itaq; cū ipsi intelligamus, & non ignoremus quàm diligentissimam nostri deus curam susceperit, nihil erit per nos intermittendum, vt suis maximis erga nos beneficiis haudquaquam arguamur indigni.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani de pœnitentia homilia prima, Lælio Tifernate interprete.

Læta nobis hodie ac festiua celebritas, solitóq; illustrior cœtus. Quænā ergo causa? Ipse ieiunij hoc clarū tempus, hoc esse noui, ieiunij non præsentis, sed expectati. Illud nanq; nos huc ad patriā cōgregauit domū: illud etiā eos qui ante hoc pigritauerunt, ad maternas reduxit manus. Si enim solum quod expectatur, tantum studij nobis ingessit: cum apparuerit aduenerítq;, qualē quantámq; præ se venerationem feret? Sic & ciuitas principis tremēdi subitura dominatum, omnē omittit desidiam, maioríq; excitatur studio. Sed haud timete tremēdum principem, ieiunium audientes: nō enim nobis, sed dæmoniorum naturæ tremendum est. Etenim si lunaticus fuerit quis, ieiunij ei faciem ostēde, atq; lapidibus ipsis immobilior manet timore suffocatus, & veluti vinculo quodam detentus: idque potissimum, cum viderit ieiunio adiunctam sociam contubernalémq; orationē: propterea & Christus dicit: Hoc genus dæmonij non eiicitur nisi in ieiunio & oratione. Cum itaque nostræ salutis hostes sic persequatur, atque inimicis vitæ nostræ tam sit timendum: nónne & amare & diligere id decuit? Si enim crapulam ebrietatémq; timere oportuit, non ieiunium timeri debet. Illa siquidem nostras post terga ligans manus, vitiorúmque tyrannidi, veluti cuidam prauæ dominæ, seruos nos captiuósque reddit: ieiunium vero seruos existentes nos, atque ligatos inueniens, vincula remittit, & tyrānide liberat, pristinámque in libertatem reducit. Igitur quando & inimicos nostros expugnat, seruitutéque nos liberat, atque ad priorem reducit nos libertatem, quam aliam maiorē eius quam ad nostram habet genus, amicitiæ rationem exquiris? etenim maximum rationis indicium id esse videtur. Vis discere quantus hominibus ornatus sit ieiunium, qúæve stabilitas ac custodia? Considera beatum atque admirabile monachorum genus: hi nanque qui in eremo sunt, tumultus fugientes, atque ad ipsa montium cacumina currentes, tuguríj in eremi silentio veluti in tranquillo quodam portu fugientes, id quasi connegocians, atque totius vitæ particeps susceperunt: eapropter angelos ex hominibus illis fecit: non illos modo, sed & in vrbibus quotquot se tolerātes inuenit, ad ipsum philosophię culmen euehit. Nam & Moses & Helias veteri in testamento Prophetarū turres, tametsi ex aliis illustres magníque

magníq; habētur, ac multa fiducia gaudent: tamen si quando ad deū volebāt accedere & colloqui, quātū homini possibile erat, ad hoc cōfugiebāt, atq; per huiusmodi ad deū ducebātur manus. Propterea & dominē à principio faciens: illico frænum ei ieiunij manibus imposuit, veluti pię amabiliq; matri, & magistro optimo cōmittēs: Nā ab omni ligno quod est in paradiso comedetis, de ligno vero sciētiæ boni & mali nō comedetis, species ieiunij est. Si in paradiso ieiuniū necessariū fuit, extra paradisum multo magis. Si ante plagā vtilis medicina fuerat, multo magis post plagam. Si necdum bello voluptatum insurgēte nobis arma fuerant opportuna, multo magis tātum post voluptatū vitiorúmque prælių à dęmonib⁹ nobis illatū. Igitur necessaria nobis à ieiunio sunt auxilia. Si hāc audisset vocē Adā, nequaquā secundā audisset: Terra es, & in terrā reuerteris. Sed quoniā hāc quidē trāsgressus est, ꝓpterea mors & ęrūna, & curę, & vita omni morte acerbior: ꝓpterea spinę & tribuli, ꝓpterea labores & dolores, vitáq; angustiis plena. Vidisti quomodo irascit deus ieiunio spreto? Disce & quomodo lætatur ieiunio honorato. Quemadmodū enim ieiunio spreto, mortē spernenti addidit, honorabile spernēti: sic iterū eodē honorato, de morte reuocat. Nā & volens tibi ostendere rei virtutē, potestatē ipsi dedit, post sentētiā, post abductionē, abductos media de via rapere, atq; reducere ad vitā, idq; nō in duobus tribúsve, aut viginti hominibus, sed in vniuerso Niniuitarū populo: & vrbē magnā admirabilémq;, ac dicentē, ingemui, ad ipsum barathrū iam inclinantem caput, venientē desuper plagā acceptūram, veluti quædā desuper stans potētia ipsis ex carnificis manibus eripuit, atque ad vitā reduxit. Sed si videtur, & ipsam audiamus historiā: Factū est, inquit, verbū domini ad Ionā prophetā, dicēs: Surge & vade in Niniuē ciuitatē grandē. Subito, ad vrbis ipsam magnitudinē, dubitare timeréq; vult, futurā prędens prophetæ fugā, sed prædicationē audiamus: Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. Et cuius rei gratia, quæ facturus es mala prædicis? vt non faciam quę prędico. Propterea & gehennā minatus est, quò gehennā non inducat. Terreant, inquit, vos verba, ne facta cōturbēt. Cuius autē rei gratia pactum ad tam tenue tempus cōpulit? quò & barbarorū discas virtutē, dico autē Niniuitarū tribus diebus tantā pecca torū iram soluere valentiū: atq; dei clementiā admireris, trium dierum pœnitentia cōtenti tot pro peccatis: túque desperatione nō cortuas: & si peccaueris, muteris. Quemadmodū em̄ anima pigritans atque negligens, quanquam multū ad pœnitentiā tem poris accipiat, nihil operatur magnū, neque sibiipsi deū per desidiā conciliat: Sic qui proposito excitato feruet, atq; multa cum solertia pœnitentiā ostendit, breui tēporis momento longæui temporis peccata delere poterit. Nónne tertio Petrus negauit? nónne vilis cuiusdā ancillę verba timens? Quid ergo? oportuit ne illū ad pœnitentiā multos annos terrere? Nequaquā, sed eadē nocte lapsus est & erectus, vulnúsque & medicinā accepit: ægrotauit, atque ad priorē rediit sanitatē. Qualiter & quomodo? flens & lugēs. Magis autem non modo flens, sed multa cum solertia, multóque cum proposito: propterea euangelista nō dixit, quoniam solum fleuit: sed, fleuit amare. Et qualis, inquit, quantáque fuerit lachrymarū vis, sermo nō poterit explicare: ipse autem rerum exitus manifestē ostendit. Etenim crudelē post illū casum (nam nullū negationi par malū) sed tamen post malū, iterū eum ad priorem honorē reuehit, & ecclesiæ primatū gubernationémque sibi per vniuersum mundū tradidit: quódq; omniū est sublimius, ostendit eum nobis ad dominū maiorē apostolorum omnium charitatē habuisse. Petre, inquit, diligis me plus his? Huic autē ad virtutis rationē nihil sanè par fuerit. Quò vero minime dicas, meritò deum Niniuitis ignouisse: Seruus, inquit, sciens volūtatem domini, & non faciens, vapulabit paucis. Vt ergo hoc nō dicas, Petrū tibi in mediū propterea duxi, seruū voluntatē domini maxime scientē. Sed tamen hic idē peccans maximo peccato, respice quantū ad fidei cōstantiæque culmen rediit. Igitur & ipse peccatis concidens, nequaquam orbatus perstiteris. Quid em̄ in peccato magis impiū est? in peccato scilicet stare. Et quid peius in casu est? iacere in eo. hoc & Paulus deflet, & ingemiscit, hoc fletu dignū esse dicit. Ne fortè, inquit, cum venero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex his qui nō solū peccauerunt, sed ex his qui pœnitentiā non egerunt super fornicatione & immūditia quā fecerūt. Ad pœnitentiā vero quale congruētius tēpus posset accedere ieiunij tēpore? Sed ad historiā reuertamur. Audiens autē propheta verba hæc, descendit in Ioppē, vt fugeret in Tharsis à facie domini. Quónā fugis homo? nunquid & aliū audiuisti prophetā dicentē: Quò vadā à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiā? In terram? Sed domini est terra, & plenitudo eius. Si ad infernū, ades: si in cœlum, tu illic es: si in mare, & illic, inquit, tenebit me dextera tua: quod & super hunc euenit. Sed tale est peccatum, quod ad ignorantiā multam nostram redigit animā. Et quemadmodū qui grauitate capitis ebrietatéque tenentur, stulte simplicitérq; feruntur, quanuis præcipitiū, quanuis barathrū, & aliud quid simile subsit, infrà cōcidunt incaute: sic qui corruūt in peccatum, veluti praua ebrietate, actionis desiderio detenti, nesciunt quid faciunt, scilicet non præsentia, nō futura pręuidentes. Dominū, dic mihi, fugis? parūper igitur mane, atq; ipsum per rerū discescuentū, quoniā neque serui maris poteris manus effugere. Neque enim nauim iam cōscenderat, atque illud fluctus excitauerat, in altitudinēq; eleuauerat magnā: & veluti fidelis seruus & prudens conseruum inueniēs fugientē, quasi quid ex domini bonis surripuerit, nusquā ab eo recedit, milléq; impedimēta ingerit recipientibus illū, quoad ipsum vendicās reducit: sic & mare conseruū inueniens & cognoscens, mille impedimēta excitat, turbans, clamās, nō in iudicium trahens, sed cōminans nauē ipsis demergere cū nautis, nisi conseruū suum sibi prodiderit. Quid ergo nautæ his cōtingentibus? Iactum, inquit, vasorū fecerūt, nauis vero nequaquā alleuiabatur. Nihil tā onerosum & graue atq; ineptū quàm peccatū & inobedientia. Propterea & Zacharias id plumbi figurauit similitudine. Dauid vero describit eius naturā, dicens: Iniquitates supergressæ sunt caput meū, & sicut onus graue grauatæ sunt supra me. Christus autē ad eos qui in peccato vixerant, iterum dicit: Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Ipsum autē peccatū & scaphā tūc grauabat, & pessundari cogebat. Ionas vero dormiebat & stertebat, sed non voluptatis erat somnus, magis autē tristitiæ & afflictionis. nā q ex seruis & domesticis prudentes

Ioan. 21.
Luc. 12.
1. Cor. 12.
Ione 1.
Psal. 138.
Ione 3.
Zach. 5.
Matt. 26.
Matt 8. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentes sunt, citò peccata sentiunt, quod & ille patiebatur. Post eũ cõmissũ peccatũ, peccati nouit prauitatẽ. nam eiusmodi est: Cũ enim factũ fuerit, atq; ad ipsum actũ culmẽ, tũc dolores parturiẽti animę excitat, aduersus legẽ nostræ generationis. Nos eñ cũ primũ nati sumus, parturiẽti dolores soluimus: illud autẽ simul editũ distrahit doloribus parturientibus ipsum cogitationes. Quid ergo gubernator? accessit, & inquit: Inuoca deum tuũ. Nouerat ergo ipsa experientia insuetã illã esse hyemem, atq; à deo illatam plagã, maiores humana industria fluctus, vbi gubernatoris manus nusquã profuerant. Alterius eñ maioris gubernatoris rei illius casus, hunc vniuersum scilicet gubernantis mundũ, ope atque superno indigebat auxilio: propterea & illi remos & vela & funes atque diuersa dimittentes, orationi instantes manus tendebant, deúmq; orabãt. Vbi vero neque sic profecerunt, miserũt, inquit, sortes, & prodidit de cæteris sors noxiũ. Hi vero neque sic arripientes eum demerserunt, sed tãto tumultu, tanta tẽpestate incumbente, veluti multa inquiete, multo silentio, sic iudiciũ in naui statuẽtes, & interrogari & respondere eũ dignũ fecerunt, atq; cuncta subtili cum indagine exquirebant, veluti cuidã pœnas iudicialiter inflicturi. Audi igitur eos quemadmodum in iudicio examine cuncta exactissimo inquirũt. Quod opus est tuũ? vnde venis? quò vadis? qua de regione? quo de populo es tu? Et quidẽ accusabat mare, acclamans cõtrà: increpabat autẽ sors & cõdemnabat. Sed tamẽ neque mari contrà exclamãte, neq; sorte ex aduerso testimoniũ reddente, sententiã vsque dabãt, sed veluti in iudicio & accusatoribus instantibus, & testibus præsentibus, indiciis atq; argumentis veridicis nõ prius damnantes, ipsi sententiã ferunt, quoad damnandus ipse proprię fieret accusator culpæ. Sed & hi nautæ homines Barbari & insensati, cũ qui in iudiciis optimus est ordinẽ imitãtur, & id quidẽ tanto timore, tot flactibus, tanta ipsis circũstante procella, & mari neque vel respirare permittente: tãtus eius tumultus furẽsq; turbatio, insaniẽte atq; exclamãte, cõtinuásque vndas implicãte. Vnde igitur tãta fuit, quidẽtia? à dei dispẽsatione. Etenim hoc fieri deus ꝓmittebat, prophetã vel ex his admonens, ex his mansuetũ fore & mitẽ, quasi ad eũ clamans, & dicens: Imitare nautas, homines insensatos: siquidẽ hi neque vnã spernunt animã, neque vni tuo nõ parcũt corpori: tu vero vniuersam vrbẽ tot milia habentẽ, quantum in te fuerit, exposuisti. Et hi quidẽ eius qui suorum causa malorũ effectus est, neq; impetu ad damnationẽ irruunt: tu vero nihil habens Niniuitas accusare, demersisti. Et tu quidẽ me præcipiente eos ad salutem tua prędicatione reuocare minus paruisti: hi autem vnum audientes vniuersa faciunt, & moliuntur, quo noxium effectũ à mulcta reuocẽt. Etenim ipsam post maris accusationẽ, post ostensionẽ sortis, cum incusaret sese, fugámq; fateretur, neq; sic irruerũt ad prophetæ necem, sed nitebãtur de industria, & vim atq; omnia faciebant, quo eũ neque post eius manifestissimam culpam violentię maris exponerent. Sed non permittebat mare, magis autẽ deus, sicuti per nautas eũ & per cetũ corripere, ad sapientiámq; reducere volens. Nã postquã auditũ est. Tollite me, & mittite me in mare, & cessabit mare à vobis, viribus conabantur in aridam euadere, sed nequaquã permittebant fluctus. Tu autẽ quemadmodũ fugientẽ vidisti prophetam, audi eũ & confitentẽ ex inferioribus de ceti ventre. Illud quidẽ veluti homo passus est: hoc vero quasi propheta ostẽdit. Accipiẽs igitur eũ mare, veluti in quodã iudicio ceti vẽtre deposuit, saluũ domino fugitiuũ seruãs: neque acres vndæ susciptẽtes suffocauerunt, neq; cetus vndis ipsis actior oppressit. Saluauit autẽ, ad vrbẽq; reduxit, atq; & mare & cetus cõtra naturã obtẽperarũt, quò omnia prophetа intueretur. Veniens igitur in ciuitatẽ, sententiã legit veluti regalẽ epistolã pœnas tormentáque habentẽ, & clamabat dicẽs: Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur. Audierunt illi hæc, neque non crediderunt, neque neglexerunt, sed illicò cursus omniũ vnus ad ieiuniũ virorũ mulierũq;, iuuenũ, senum, seruorũ, principum, subditorũ, puerorum, antiquorũ, neque irrationabiliũ natura expers ab eo erat obsequio. Vbiq; saccus, vbique cinis, vbique fletus & eiulatus. nã ipse diademate caput ornatus à regali descendẽs throno, saccũ sibi substrauit, atq; sic vrbẽ periculis eripuit. Et erat rem quidẽ nouã videre, purpuram sacco cedentem præstantiori effectu. Quod enim purpura nequiuit, id saccus potuit: quod consummare diadema nõ valuit, hoc cinis perfecit. Vides quomodo haud in vacuũ dixi, non ieiunium, sed ebrietatem crapulámq; timeri oportuisse? Nã ebrietas & crapula vrbẽ stantem quati, ad casũmq; nutare compulit: ieiuniũ nutantẽ ipsam casurámq; saluauit. Post hæc & Daniel leonũ ingrediẽs lacum, quasi cũ ouibus, mitis cum immitibus conueniens, sic exiuit. Nam ęstuantes ira, crudele mortiferúmq; respicientes, appositã nõ tangebant mensam, & hęc ipsa excitante atq; impellente natura. Nihil enim agrestius illis bestiis, & fame (nam & septẽ diebus nõ acceperũt cibum) veluti carnifice quodã intrinsecus vrgente, vtq; ipsa prophetę femora discerperent, clamãte, cibũ venerati sunt. Tres pueri dũ apud Babyloniam caminũ ingressi, atq; in igne multo colloquẽtes tẽpore, igne ipso fulgidiora corpora habentes, egressi sunt: profectò si quis erat ignis ille, quomodo quæ ignis sunt partes non implebat? si corpora erant illa, quomodo his quæ corporib⁹ cõtingere cõsueuerũt, nõ cõtingebant? Quomodo, ieiuniũ interroga, & respõdebit, tibiq; ænigma soluet. Eteñ corporũ natura cũ natura ignis certabat, corporaq; ipsa victoria secuta est. Vidisti pugnã admiratiõe dignã? vidisti nouam inauditámque victoriã? Igitur ieiuniũ mirare, proniq; manibus suscipe, quoniáquidẽ & in camino fert opem, atq; in leonũ custodit lacu, dæmonésque fugat, & dei reuocat sententiã, vitiorúnq; furorẽ supprimit, & ad ipsam reducit libertatẽ, plurimámq; in nostris cogitationib⁹ quietẽ insinuat. Quomodo nõ supræmæ fuerit iniquitatis, tot tantáq; in manibus habentẽ bona & fugere & timere? Conterit, inquis, nostríque corporis insuper auget infirmitatem. Sed quanto exterior homo corrũpitur, tãto interior homo renouatur de die in diẽ. Magis autẽ si rem diligentius volueris intueri, & sanitatis bonæq; habitudinis patrẽ inuenies. Atque si meis ipse sermonibus derogas fidẽ, de his filios medicorũ percunctare, ipsiq; eadẽ tibi manifestius explicabunt: qui abstinentiã matrẽ sanitatis appellãt. Pedum vero dolores, & grauedinẽ capitis, vomitũ, apostema, & hydropisim, & phlegmata, milléque morborum aliorum torrentes, à delicatis cibis crapuláque prouenire dicunt, quasi à pessimo quodam fonte prauos riuulos, bonã corporis

Ionæ. 1.

corporis habitudinẽ, & animæ sanũ intellectum non tam lædentes q̃ depopulantes. Ne igitur ieiuniũ timeamus, tot à nobis excludens mala: neque ego vos sine ratione potissima continue ad id moneo. Sed quoniãquidẽ plurimos video homines pigritãtes & immorantes nõ secus q̃ si agresti horridóq; cuidam dandi in manus forent, ebrietate hodie crapuláque corrũpentes, ꝓpterea moneo ne quis futurã à ieiunio vtilitatẽ perimat, gula ingluuiéq; præueniẽs. Nã qui male se cibis ingurgitant, cũ asperas sunt medicinas accepturi, si nimia sese esca sepeliunt, atque sic medicinã accipiunt, asperitatem quidẽ illam pertulerunt, vtilitate vero exciderũt, ægrã faciẽtes medicinę dimicationẽ ad corrupti humoris malitiã: quã obrem medici eos incœnatos dormire mandãt, quo virtus totius medicinæ quãprimũ atq; illico morbosis occurrat humoribus: Sic & ieiunio cõtingit, si teipsum hodie multa obrueris ebrietate, crastina vero eã acceperis quæ ab illo est medicinã: hanc tibi profectò vanã inutilẽq; effeceris, & laborẽ quidẽ pertuleris: quod vero ab illa fuerat lucrũ, nequaquam assequeris, ruisq; in recentẽ ebrietatis malitiã, eius omnem cõsumentẽ virtutẽ. Si vero leue pręparabis sibi corpus, sobriéq; & vigilanti cogitatu susceperis ex electis veterib⁹ medicinã, multa poteris expurgare. Igitur per ebrietatẽ discamus, ne fortè talè fiat, quale si quis infirmanti corpori & conualidato, lasciue minúsque tẽperate innitens, iterũ velocius atque cũ maiori ruina cadat. Quod & in nostra fit anima, cum vtraque ieiunij ex parte, principio videlicet ac fine, ebrietatis nube obfuscamus mundationẽ in nobis ab abstinentia factã. Veluti eñ qui cũ feris dimicaturi, armis multis munientibus, munimentísq; mortalia quæque mẽbrorũ loca circundãt, atq; ita bellũ suscipiunt: sic & nunc homines milites quasi cũ fera quadã pugnaturi, vẽtris se muniũt crapula, distrũpentésque sese & obtenebrantes, multa cum impudẽtia suscipiunt mitem ac quietũ ieiunij oculum. Atque si quempiã interrogauero, cuius rei gratia ad thermas hodie properas? quo corpus abluam, ieiuniúmq; suscipiam. Si vero interrogauero, quare inebriaris? iterum dices: Quoniam quidẽ ad ieiuniũ sum ingressus. Quomodo igitur nõ erroneũ, corpore quidẽ puro, impura vero ebriáq; anima, optimũ hoc rerum ieiunium susciperе? Restant quidẽ plura, sed hæc sobriis ad correctionem sufficiant. Quare necesse orationẽ supprimere: nam cupio patris audire vocẽ: quoniam ipsi quidẽ pastoralis pueri subtili calamo sibilamus, veluti sub quercu, aut fago quadã ad vmbrã satorum horum sedentes. Hic autem veluti musicus optim⁹ aureã citharã modulatus, sonorũ consonantia vniuersum excitat theatrũ. Et huius non ictuũ soni, sed consonantia verborũ, consonantia operũ plurimam nobis affert vtilitatẽ. Eiusmodi & Christus doctores quærit: *Matth. 5.* Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Contingat autem & nos eius, omniúmque præsulum orationibus regno cœlorum dignos fieri, gratia & amabili pietate domini nostri Iesu Christi: cum quo honor patri, gloria & fortitudo, cũ bono & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia quę antea hoc loco secunda numerabatur, nũc habetur inter Homilias in Genesin prima.

HOMILIA TERTIA.

TAmetsi hesterna die vobis defuerim, non mea sponte, sed actus necessitate defui: defui corpore, nõ volũtate: defui carnis absentia, nõ mẽtis affectu. Nã & cõplectebar omnes vos & ferebã. Iterũ fratres tẽporalem hunc transeuntes morbũ, solertius studuimus facies vestras videre. Iã eñ mecũ habẽs infirmitatis reliquias, ad vestram charitatẽ cucurri. Cõsueuerũt quidẽ ex ægris nõnulli lauacra & balnea inuestigare: ego autem facies vestras desideratas dignũ videre duxi, debitámq; auditorum voluptatẽ implere. Pelagus hoc magnũ & salsuginẽ nõ habẽs, mare hoc fluctibus vacuũ, veni tellurem vestrã inspicere. Quod eñ pratũ tale, quale ecclesia? Quis paradisus talis, veluti hic vester cœtus? Non est hic serpens insidians, sed Christus docens: nõ Eua ad supplãtandũ, sed ecclesia ad dirigendum. Nõ hic sunt ortorũ frondes, sed spiritus: non hic spinarũ sepes, sed vitis fœcũda. Si autẽ spinã inuenero, in oleã transfero. Nõ eñ naturæ defectus, sed propositi hic libertas honoratur. Si lupũ inuenero, ouẽ faciã, haud naturã cõuertens, sed propositũ mutãs. Quare iam nõ peccauerit, qui arcã ecclesiã maiorẽ esse cõcesserit. Arca quidẽ animalia susceperat, & animalia conseruauit: ecclesia vero animalia suscipiẽs, eadẽ transformauit: vtputa, accipiter illuc introiuit, & accipiter exiuit. Introiuit huc quis accipiter, columba exit: introiuit lupus, & ouis egreditur: Agnus introiuit, & exit agnus, non transmutata natura, sed malitia exclusa. Ideo ad pœnitentiã assiduo sermone admoneo, sed acerba & horrida est peccatori: est eñ delictorũ medicina, iniquitatum cõsumptio, lachrymarũ impensa, fiducia ad deũ, aduersus diabolũ arma, gladius vim eius præcidens, caput eius amputãs, salutis spes, desperationis occasus. Ipsa cœlum aperit, ea in paradisum ducit, ipsa diabolũ superat. Ea igitur de re sæpenumero sermone moneo, vt pœnitentiã agas: peccator es, ne à spe recedas. Non cessо iisdem cõtinue medicamenta deliniens. Noui enim quę arma sint cõtra diabolũ, à spe nunquã decidisse. Peccata si habueris, ne desperes, nõ desiste eadẽ sæpe repetens. Tametsi quotidie peccas, quotidie pœnitentiã age. Et quod in domib⁹ facimus, quum fragiles & ad casum nutãt, fragilia educim⁹, tignáq; noua submittimus, cõtinuęq; reparationis munus obliteram⁹: idipsum & in nobis faciamus. Si hodie à peccato senueris, teipsum ꝓ pœnitentiã instaura. Est'ne, inquit, pœnitentẽ saluari? Sed dices, est, & valde. In peccatis omnẽ cõtriui vitã, atq; pœnitentiã si egero, putas saluabor? valde. Vnde mihi cõstabit? Domini excellentia pietatéq;, non iã tuæ cõfidentiæ. Neque enim tua poterit pœnitẽtia sola sordes tot diluere. Si sola superfuerit pœnitẽtia, meritò timebis: sed quoniã pœnitẽtię dei clemẽtia deíq; pietas iũcta est, fide. Nã dei clemẽtia pietáq; mẽsurã nõ suscipit, neq; ipsius bonitas verbo interpretari potest. Tua quidẽ malitia mẽsurã habet, dei vero clemẽtia & pietas mẽsurã nõ habet. Tua malitia qualiscũq; fuerit, humana malitia est, dei clemẽtia & pietas est incircũscripta: ipsa igitur tuã malitiam superat. Cogita scintillã si in mare ecciderit, nũ poterit stare, aut apparere? Quã tũ scintilla ad mare se habet, tantũ hominis malitia ad dei clementiã pietatémque, imò vero nõ tantum modo, sed & lõge suprà. Nã & pelagus, tametsi magnũ sit, mensurã recipit: dei vero clemẽtia & pietas mensurã nõ habet. Hęc dicã: non quo vos desidio-

res faciam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A res faciã, sed prõptiores reddã. Admonui sæpenumero theatra nõ ascẽdere. Audisti, atque haud obtẽperasti: theatrũ ascẽdisti, meóq; verbo aduersatus es: nõ te pudeat ecclesiam ingredi secũdo, & audire. Dicis, audiui, neq; custodiui, quomodo iterũ possum ingredi & audire? Deniq; ipse nouisti, ꝙ minus custodiuisti: deniq; cõfunderis, erubescis. Deniq; corripiẽte nemine ipse frẽnũ accipis, deniq; sermonẽ mẽte ipse tua habes radicatũ. Deniq; me nõ cõparante, ipsa te mea purgat oratio. Nõ obseruasti, temetipsũ accusa: vel semis obseruasse est, si minus obseruaueris, nõ obseruasti dixisse. Nã qui semetipsum accusat, quasi nõ obseruasse, ad obseruandũ festinat: prospexisti altius, iniquitatẽ cõsummasti. Captiuus meretrici effectus es, & in theatrũ ascẽdisti: iterũ recordatus es, iterũ pudore confunderis. Accede: cõtristatus es, deũ ora. Sed hic atq; eousq; veniẽs cõstitisti, væ mihi, B audiui, minus obseruaui. Quomodo audeã ecclesiam introire? quomodo audeã iterũ? Magis autẽ ingredere, quoniãquidẽ non obseruasti, quo iterũ audiens obserues. Medelã si apposuerit medicus, neq; priori te die purgauerit: num eã rursus die altera non apponet? Est quisquã quercini roboris cęsor, is quercũ si velit cædere, securim accipit, incidit radicẽ: si plaga vna percusserit, neq; ceciderit infructuosa arbor, nónne secundã dederit, nõ quartã, nõ quintam, nõ decimã? sic & tu fac. Quercus est fornicatio, glandes ferẽs irrationabiliũ animaliũ escã, multo tẽpore tua in mente radicata. In arborũ circuitu tuam deiecit conscientiã. Meus sermo securis est, vno audisti die: quomodo vno die cadat, quæ tanto tẽpore radices immisit? Si eñ bis, si ter, si centies, si decẽ millies, non iam mirũ. C Modo incide vitem malã, & fortem consuetudinẽ maláq; illã deiice, & gratiã impetrasti. Manna comedebãt Iudæi, & cepas de Aegypto quęrebant, cõsuetudine ducti: tã adeò turpis est res cõsuetudo pessima, ꝙ nõ statim potest abiici, nec tẽpore breui. Si eñ decẽ consummaueris diebus, si in viginti, si in triginta: non tamen nõ gratias ago, non te fouebo, modo non deficias, sed pudore confundaris, & despice. Iterum de charitate disserimus, subisti & rapuisti, neq; ipsa per opera ostendisti sermonẽ, haud cõfundaris ecclesiã ingredi secũdo: pudeat te peccantẽ, nõ pudeat pœnitẽtẽ. Attẽde quid tibi diabolus fecerit. Duo hæc sunt, peccatũ & pœnitẽtia: peccatũ vulnus, pœnitẽtia medicina. Quemadmodũ eñ in corpore vulnera & medicinæ, sic in anima peccatũ & pœnitentia: sed peccatũ pudorem D habet, pœnitentia vero fiduciã possidet. Attende diligẽter obsecro, ne ordinẽ turbes, & vtilitatẽ perdas. Est vulnus & medicina, peccatũ & pœnitentia: in vulnere sanies, in medicina purgatio saniei: in peccato sanies, in peccato improperiũ: in peccato derisio, in pœnitentia purgatio peccatorũ. Aduerte: peccatũ ipsum cõfusio & pudor sequitur, pœnitentiam vero fiducia. Intellexisti quę dico? ordinẽ satanas peruertit, & cõfidentiã dedit peccato de vita longa, confusionẽq; pœnitẽtię. Nõ desistã vsq; ad vesperã quoad te soluaro: oportet eñ me promissionẽ cõplere, impossibile est me desistere. Est vuln⁹ & medicina: vulnus saniẽ habet, medicina saniei purgationem. Nunquid in vulnere sanitas? Nũ hæc ꝓpriũ habent ordinẽ, & illa propriũ? Nunquid hoc in id transire potest, & illud in hoc? Veniamus ad ipsam post hãc delinquentẽ animã. Peccatũ confusionẽ habet, pec-

A catũ improperiũ, peccatũ honoris obfuscationẽ habet hæreditariã. Pœnitẽtia fiduciã habet, pœnitẽtia ieiuniũ habet, pœnitentia iustitiã possidet. Dic tuas prius iniquitates, vt iustificeris: &, Iustus prior in sermone accusator sui. Sciens igitur satanas peccatum quidẽ confusionẽ habere, potentẽ ad se pœnitentẽ retrahere, mutauit ordinẽ, dedítq; confusionẽ quidẽ pœnitẽtiæ, confidentiã vero peccato. Vnde hæc, ipse dico. Carpitur quis prauis desideriis de publica meretrice, sequitur scortũ, captiuus ingreditur locũ, nequaquã erubescẽs, impudens meretricẽ cõplectitur, peccatũ exequit, nusquã ipsi pudor, nusquã correctio: egreditur inde cũ peccatũ cõsummauerit: atque vt pœniteat pudore tenetur. Miser & infelix, cũ meretricẽ cõplectebaris, non te puduit: cum ad pœnitentiã venisti, pudore tũc cõfunderis? Quorsum nã id? Cũ fornicabaris, nõ pudebat: rẽ cũ facis, non erubescis: B erubescis cũ pœnitere & cõfiteri debes peccata verbo. Diaboli hæc astutia est, ꝙ te in peccato erubescere vetat, & peccatũ edicere impedit pudore. Nouit eñ si homo erubuerit peccatũ, fugiet illud: inuerecũdus autẽ vel difficile pœnitere potest: & ita duo facit mala, & in peccatũ trahit, & à pœnitentia arcet. Quid erubescis ergo? Cũ fornicari te contigit, haud erubescebas: cũ te peccato liberes, erubescis: tũc erubescere debuisti, tũc oportuit pudore cõfundi, cũ peccabas. Cum factus es peccator, tunc pudere oportuerat: quũ iustus efficeris, pudes. Dic prius iniquitates tuas, vt iustificeris. O domini clementiã & pietatẽ, nõ dixit vt pœnitearis, sed vt iustificeris. Nõ deo satis est eũ nõ punire qui peccat, sed eũ tum insuper & iustũ efficit, & valde. Sed aduerte, iustũ eũ C facio: & vbi id effecit? in latrone, vt solũ dixit ille cõsocio, Neq; tu times deũ, & nos quidẽ iuste digna factis *Luc. 23.* recipim⁹. dicit ei Christus, Hodie mecũ eris in paradiso. Nõ dixit, liberabo te à tormentis & pœna, sed in paradisum iustum introducit. Vides quomodo ex confusione iustus efficitur? valde est clemens & pius deus. Proprio filio non pepercit, vt seruis parceret. Dedit enim vnigenitũ, vt seruos emat ignauos. Sanguinẽ vnigeniti preciũ posuit. O domini clementia & pietas. Neq; mihi dixeris, permultũ peccaui, quomodo saluari possum? tu nequis, sed domin⁹ tuus potest: atque ita potest, vt tua deleat peccata. Accurate ad sermonẽ aduerte. Sic enim delet peccata deus, vt neque eorũ vestigiũ maneat. In corporibus quidẽ id nõ est ita: sed quanquã millies conetur medic⁹, tametsi vulneri medicinas addat, vuln⁹ quidẽ euanescit. D Sæpéq; in facie vulneratus quisq; vulnus quidẽ curauit, cicatrix vero remanet vulneris argumentũ, faciei deformitatẽ habens. atque si abolere cõtendat, mille medicus modis nequit, repugnat eñ sibi naturæ infirmitas, artis & medicinarũ imbecillitas: deus autem cum deleuerit peccata, sic delet, vt neq; cicatrix, neq; cicatricis supersit indicium, non vestigium quodquã, sed & cũ sanitate decorem elargitur. post pœnæ liberationem, & iustitiã inserit, atque peccantem coæqualẽ facit nõ peccãti. Extinguit enim peccatũ, atq; id non esse facit, neque fuisse. Sic eñ omnino id tollit, vt nõ cicatrix, non vestigiũ, non argumentũ aliquod apparuerit. Atq; vnde id nobis elucet quod dico? quî ostẽdere debeo quomodo verũ videat? Ab ipsis itaq; ostẽdatur scripturis, fiduciáq; firma permaneat. Inducã igitur vobis homines vulneratos, populum omnẽ vlceribus plenũ & sanie & vermibus,

vermibus, vulnus vndiq;, & existentẽ totũ vlcus, atq; A ita sanare volo, vt ne quidẽ cicatrix, nõ vestigiũ, non signũ maneat: neq; vnũ habentes vulnus, nõ duo, nõ tria, nõ quatuor, sed à pedibus vsq; ad caput vulnus existẽtes. Attende hic diligenter, cõmunis hic nobis sermo, & salutaris. Medicinã spargã his quas seculares adhibẽt medici meliorem, quales neq; ipsi reges spargere possent. Rex quidẽ potest carcere quenquã emittere, gehẽna vero liberare nõ potest: pecuniam dare, animam autẽ saluare nequit: sed ex pœnitentia vos manuducã, quo dei discatis fortitudinẽ, quo sciatis super eã peccatũ nõ posse: neq; iniquitas potens est eius superare virtutẽ. Tandẽ inducã non vnũ, non duo, non tria, sed milia multa vlceribus cõfecta innumeris, plena peccatis, & tamen pœnitentia valentia saluari, vt neq; vel vestigiũ cicatricũ priorum vulnerũ superesset. Sed verbo diligenter attendite, sed & memoriæ dicta mãdate, quo & derelictis quãdo- B que auxilio sitis, atq; dictorũ vtilitate promptiores reddatis. Igitur & Esaias procedit, qui seraphim intuetur, qui mysticũ illud haurit melos, qui de Christo *Esa. 1.* infinita prædicit. Percõtemur quid ait. Visio quã vidit Esaias super Hierusalẽ & Iudæã. Dic visionem quã vidisti. Audite cœli, & aurib⁹ percipe terra, quoniã dominus locutus est. Alia pręmisisti, & alia dicis. Quæ alia præmisi? Incipiens dicis, Visio super Iudęã & Hierusalẽ: cœlũ alloqueris, atq; in terrã sermonẽ declinas, dimittẽs rationales homines, irrationalib⁹ cũ elemẽtis disputas. Ita, inquit, quoniã irrationali irrationabiliores facti sunt rationales: non ea modo *Deut. 32.* ratione, sed ꝙ Moses volens eos ꝓmissionis terrã inducere, prouidénsq; fore tradita despici ab his debere: Audite, inquit, cœli, & loquar, & audiat terra verba oris mei, & cõtestabor vobis cœlũ & terrã, si C ingressi ꝓmissionis terrã, dominũ deum tuũ reliqueritis, in omnes dispergẽdi estis gentes. Venit Esaias, atque cõminatio ipsa in opus efferri debuerat, non poterat vocare Mosem iam defunctũ, atque eos qui tunc audiuerãt, mortuíq; fuerãt. elemẽta igitur quibus Moses cõtestatus est, vocat. Ecce eiecti estis à ꝓmissione ô Iudęi: ecce deseruistis deũ, quomodo te vocabo Moses? interisti eñ, mortuúsq; es. quomodo & Aaron vocabo? & ille morti est deditus: nõ habes vnde hominẽ voces, voca, inquit, elemẽta. Idcirco & ipse viuẽs, nõ Aarõ solũ cõtestatus sum, atq; illum & illũ, sed quoniã illi morituri fuerãt, & permanẽtia elemẽta vobis cõtestor, cœlũ scilicet & terram. Dicit ergo Esaias, Audite cœli, & auribus ꝑcipe terra. vos eñ Moses cœpit hodie cõpellare: nõ solũ hac ratione elemẽta cõpello, sed quòd Iudæis dictũ est, audi D cœlũ: tu eñ manna produxisti, tu supra naturã ostẽdisti, superius es, atq; aërẽ imitatus es. Auribus percipe terra, inferius quidẽ es, atq; diffusam latámque mensam præparasti. Cõpressa est natura, gratiáq; operata est. Neq; boum opera, spicarũq; apparatu, nõ manibus coquorũ atq; pręceptis, sed mãna erat omne quod factũ erat, sanctificatus fons, mensa diffusa, natura oblita ꝓpriæ infirmitatis fuit. Quomodo eorum vestimenta nõ sunt attrita, neq; calceamẽta vetustate cõsumpta, cuncta ad eorũ fiebant ministeriũ. Audi cœlũ, & auribus percipe terra. Post prodigia memorãda, illáque beneficia lacessitus est dominus *Esa. 50.* iniuria. Quẽ offendã, audientẽ virũ non habeo, veni, & nõ erat homo: locutus sum, & nõ erat audiens. Irrationales alloquor, quoniãquidẽ rationales in vili-

tatem irrationalium acti sunt: propterea & alius propheta regẽ vidit furentẽ, idolũ veneratũ, deũ despectũ, aliósq; vniuersos trepidos, & dicit: Audi altare, audi. Lapidẽ alloqueris? Sic, quoniãquidẽ lapide ipso insensibilior. Audi altare, audi, hęc dicit dominus. *3.Reg. 13.* atque illico altare scissum est, lapisq; audiuit, fractus est lapis, & effudit libamen, quomodo nõ audiuit homo? Extẽdit manũ suã, vt prophetã raperet: & quid facit deus? eius manũ arefacit. Respice quid facit, domini respice clemẽtiã, & serui peccatũ. Quare à principio eius nõ arefecit manum? quò lapidis exemplo sanior fieret. Si eñ scissus nõ esset lapis, cõuersus ipse nõ esset. In te cõcitor ira. extẽdit manũ vt raperet prophetã, & exaruit manus. Stetit trophæũ, tot aderant satellites, tot duces aderãt, auxiliúmq; grãde, atq; suã restituere nõ poterãt manũ. Sed manus stabat vocẽ emittens, atq; præ se ferens acceptũ impedientis conflictũ, pietatisque trophæũ, dei clementiam, & illius insaniam, restituique non poterat. Sed ne sermonem ex sermone texentes, & proposito excidamus, iámque quæ ꝓmisimus, ostendamus, scilicet mille si fueris ictus & cęsus vulnerib⁹, atq; quod bonũ est, feceris: sic ea delet deus, vt neq; cicatricẽ vel vestigiũ videas, vt nec signũ priorũ peccatorũ appareat. hæc pollicitus sum, hęc demõstrare tentabo. dicit scriptura, Audite cœli, & aurib⁹ percipe terra, *Esa. 1.* quoniã dominus locutus est. Dic mihi, quidnã locutus est dominus? Filios enutriui & exaltaui, ipsi autẽ spreuerunt me: cognouit bos possessorẽ suũ (ô rationales irrationabilores iumẽtis) & asinus pręsepe domini sui (ô asinis ipsis insipiẽtiores) Israël autẽ me nõ cognouit, & popul⁹ meus nõ intellexit. Vę gẽti peccatrici. Quare, inquit, nõ iam salutis spes datur? vel si datur, vę quare dicis, dic mihi? Quòd haud salutem, haud sanitatẽ inuenio. Medelas apposui, neq; cessit vlcus, & ideo auersus sum. Quid igitur facere habeo? curare nequeo. Væ, plorantẽ imitatur mulierẽ, & benefacit: obsecro attendite diligẽter: væ quare dicit? quoniã & idipsum fit in corporib⁹, cũ viderit medicus ęgrotantẽ haud spẽ salutis habentẽ, illachrymat, domesticiq; & proximiores vlulant, ingemiscũt, sed illic incassum & vanè. Cũ eñ moribũdus æger fuerit, tametsi mũdus defleat omnis, nequaquã eum excitabit, ita vt non resurrectionis, sed lachrymarũ ille sit fletus. In anima vero nõ sic. Si enim mortuã fleueris, sępenumero mortuã excitabis. Quare? quoniã quidẽ moriẽs corpus humana nõ excitatur virtute: anima vero moriẽs, correctiõe resurgit, & virtute diuina. Vide fornicantẽ, & defle, atq; illũ sæpe excitabis. ꝓpterea Paulus nõ scribebat exhortabatúrve solũ, sed & flebat cũ lachrymis peccatores admonens. Ideo etiã fundis lachrymas, quò si minus admonitio poterit esse auxilio, lachrymę intercedant: sic & propheta deflet, & dominus noster vidẽs Hierusalẽ cadentẽ dicit: Hierusalẽ, Hierusalẽ, quæ occidis pro- *Matt. 23.* phetas, & lapidas eos q ad te missi sunt. reuocans ciuitatẽ cadẽtẽ, & flentẽ hominẽ imitatus. Vę gẽti peccatrici, & populo pleno peccatis: nec habet sanũ cor- *Esa. 1.* pus. vidisti eos vlceratos? vę semini nequã, filiis sceleratis. Quare defles, dic mihi? dereliquistis dominũ, atque ad iracũdiã sanctũ Israël ꝓuocastis. Super quo percutiam vos vltrà, an fame, an peste? omnis plaga iam venit, & neque vestra malitia iam est cõsummata, addentes præuaricationem, omne caput languidum, & omne cor mœrens. Nõ est vulnus vnũ, non liuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

liuor vn⁹. Res nouę, paulo antè semini dixisti nequā, A filiis sceleratis, dereliquistis dominū, ad iracūdiā ꝓuocastis sanctū Israël: &, væ genti peccatrici. plorans tunderis, malág; loqueris, & rediēs dicis: neq; vuln⁹, neq; liuor. Attende, vulnus tunc fit, quū altera quidē corporis pars sana est, altera vulnus habet: hic autem dicit totū esse vulnus, totū liuorē, totū vlcus à pedibus vsq; ad caput. Nō est quo quis fométa, quo quis oleū imponat, non est quo quis circūliget. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succēsæ igni, regionem vestrā corā vobis alieni deuorāt: omnia hæc feci, & vos cōuersi nō estis: omnia quæ ad artē sunt feci, atque ęgrū ipsum cadauer manet. Venite, audite verbū domini principes Sodomorum & Gomorthæ, quid mihi multitudo victimarū vestrarū? Quid igitur? Sodomitas alloquitur? Nō, sed Iudæos Sodomitas appellat. Quoniāquidē Sodomitas imitabantur, nomē ipsis imponit. Venite, audite verbū dei principes So B domorū & Gomorrhæ: quid mihi multitudo victimarū vestrarū? dicit dominus. Plenus sum holocausto arietū, & adipe pinguiū, & sanguinē vitulorum & agnorū nolui. Cum obtuleritis mihi similæ florem, vanū, & incensum abominatio est mihi, neomenias vestras, & sabbata odit anima mea: ieiuniū & diē festum nō ferā: & quū extenderitis manus vestras, auertā oculos meos à vobis. Est'ne irę huic par quiequā? Propheta cœlū inuocat, plorat, ingemiscit, illachrymat. dicit: Non est vulnus, neque liuor: deus desuper irascitur, nō suscipiā sacrificia, nō neomenias, nō sabbata, neq; florē similæ, nō orationē, nō extensionem manuū. Vidisti vlcus? vidisti morbū insanabilē, non vnius, nō duorū, nō decē, sed mille? Quid ergo dicit post hæc, Lauamini, mūdi estote? Nū peccatū putas habet? Ipse de⁹ dicit, Nō audiā vos. & dicit, lauamini. Quorū vtrunq; vtiliter ingeritur: id vt terreā, hoc vt alliciā. Sed eos nō audis, spē pœnitentiæ non habent. Quòd si nō habēt pœnitentiæ spē, quomodo dicit lauamini? Sed deus vere clemēs, verēque pius, solúsq; bonus & misericors super patrē, atque vt discas ꝙ pater, dicit ei: Quid faciā, nescio. nescis quid facis? scio, sed nolo: expetit peccatorū natura, sed cō tinet clementiæ pietatisq; magnitudo. Quid tibi faciā? parcā tibi? sed fides desidior redditur: persequar te, sed mea non sustinet clementia. Quid tibi faciā? vt Sodomā ponā te, & vt Gomorrhā subuertā te. Conuersum est cor meū. Impassibilis passibilem imitatur hominē, magis autem amabilē matrē. Cōuersum est cor meū, veluti si mulier puero dixit, nō satis patior, fuerit dictio. Sed turbatus, inquit, in mea sum pœni- D tentia. Et deus turbatur? Et iuste id quidem cogites: deus em̄ immutabilis: sed quod dixi, nostras imitatur dictiōes: Cōuersum est cor meū. Quid autē post hæc dicit? lauamini, mūdi estote, auferte malitias de animabus vestris, discite benefacere, quęrite iudiciū, iudicate pupillo, defendite viduā. Neque grauia mādata, sed quotquot natura nouit. Et venite, & arguite me, dicit dominus. Parū facite, & ego reliquū adiiciam, dicit dominus: parū mihi date, & totū ipse dono. Venite, & quò ibimus? ad me quem incitauistis, quem ad iracundiā prouocastis, ad me dicentē, Nō audiā vos: quo minus timentes fugiatis irā. Venite ad non audientē, vt audiā. Et quid faciā? non dimittam cicatricē, non vestigiū, nō signū. Venite & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata vestra quasi coccinū, quasi nix dealbabuntur. Nunquid vla vsquā cicatrix? Nūquid ruga post purgationis colorē? Etsi fuerint, inquit, rubra quasi vermiculus, veluti lana alba erunt. Nunquid nigredo? nūquid macula? & quomodo fient hæc? Num vel promissiones aliæ hoc dicunt? sed os domini locutū est. Nō modo magnitudinem promissorū vidisti, sed etiā donantis dignitatem. Etenim deo omnia possibilia, qui potest facere mundum de immundo. Hæc igitur audiētes, & pœnitentiæ medicinam scientes, gloriā referamus patri & filio, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

HOMILIA QVARTA.

ASsidue in eam pastores cōsuescunt partem oues suas diuertere, qua gramen altius densiúsque intuentur, atq; inde prius nō abigūt, q̄ omne grex cōtuderit. Hos & ipsi sectantes, quartā iam diem hanc ad pœnitentię modū hunc pascimus gregē, neq; vel hodie digredi paramus: loco em̄ pabulū vtilitatis multū inesse video, permultúmq; fructū, simul permultámq; lætitiā. Nam neque arborū comæ pro pecorū tuguriis factæ, meridie per æstum tam oues reficiunt, optabilē atq; vtilē exhibētes vmbram, multáq; suadētes cū voluptate, quàm sacrarū scripturarū lectio afflictas angore animas, ærumnisque explicatas solatur, explicat simúlq; recreat. Nimium siquidē atq; exurens voluptatis retundit malum solatiū omni vmbra suauius amœniúsq; impartiens. Neq; em̄ solum in pecuniæ iactura, aut orbatu liberorū, atque eiusmodi, sed & in peccatorū pressura plurimū ea nobis solatij confert. Cū enim homo peccato interceptus, circumuentus cecidit, postea mordetur cōscientia, & peccati semper memor, mœroris sese magnitudine obruit, pérque singulos dies C incenditur, atq; mille ingētibus solatij modis si minus acceperit, ecclesiā ingreditur, eò audiēs sanctorū multos cecidisse, rursúsq; resurrexisse, atq; in priorem rediisse dignitatem, clàm multo solatio plenus egreditur. Et qui in homines sępenumero peccam⁹, neq; peccatū audemus ꝓdere, pudore ruboréq; detēti: atq; si prodiderimus, nō tantū consequimur. Cū autē deus exhortatur, córq; nostrū tangit, illico omnis satanæ caligo fugatur. Hinc & iustorū conscripti sunt lapsus, quo & recte & peruerse viuentes ab his maximè lucrifaciāt. Nā & cadens aut alienatus spe, indulgentiæ desperatione, alterū post casum videns resurgentē, & iustitiæ fiet sedulus ac firmissimus cultor. Cū em̄ ex his qui se maxime præstāt, multos cadentes viderit, illorū casu fact⁹ cautior, perpetuo in agone versabitur, multáq; sese stabilitate munier. Sic itaq; alter in peccato desperatiōis liberabit, ille quidē firmiter stabit, hic in priorē à quo excidit statum reuertet. Nā cū homo nobis solatij fométa prębuerit, tametsi ad horā cōsolari videamur, rursum tamen in cū lāguorē voluimur: cū vero per alios q̄ peccāt, atque inde saluātur, nos deus conuertit, suam nobis manifestam facit bonitatem, ne propria de salute ambigamus, sed firmam certámq; consolationē capiamus. Quēadmodū igitur in dilectorū pressura, sic illatis in periculis, medicinā abūdantē plurimę scripturarū historiæ mœstis cōferunt, ꝓspicere volētib⁹: & siue pecuniæ publicatio, siue calumniarū iactura, siue flagella, siue carceres, siue aliud nos malū conterat, ad iustos prospicientes, qui eadem & passi sunt & tolerauerunt, ad nosmetipsos cito redire poterimus. Aliàs quidē si corpus manifestis in passionib⁹ patiētes

tes intuemur ægrotū, quandoq; contrahimus infirmitatē, atq; etiā non existentē facimus. Puta si quis oculorū malo laborantē viderit, ipso & intuitu ęgritudinē in se contraxerit. In anima vero nō sic, magis vero eos nosse qui eiusmodi patiuntur, leuiorē propriis in malis facit languorē. Propterea Paulus fideles hoc modo hortatur, vt nō modo viuētes sanctos, sed & obdormiētes in mediū producat. Iudęis enim scribens circūuentis & nutātibus ad casum, sanctos viros in mediū producit, Danielem, tres pueros, He- Heb. 11. liam, Helisæū, sic dicens: Obturauerūt ora leonū, extinxerūt virtutē ignis, effugerunt ora gladij, lapidati sunt, flagellati sunt, in vincula & carceres detrusi, circumierūt in melotis & caprinis pellibus, egentes & doloribus affecti, quibus dignus nō erat mundus. Ea autē passionū cōmunio solatium præbet afflictis. Et veluti quempiā malis torqueri sit intolerabile, ei qui B solus in angustia versatur, multóq; id solatio medendū est malū: ita solatiū inuenire eisdē oppressum malis, leuiorē efficit plagā. Igitur vti cunctis quæ nobis molesta esse videntur, magnifice repugnemus, scripturarū historiis diligēter intēdamus. Multæ em̄ patiētiæ hinc nobis occasio excitatur, nō modo eorū solandis cōmunione, qui parib⁹ premūtur malis, sed ꝙ & ab ingruentibus periculis liberationis viā discimus: atque eorū post hyemē & fluctus iterum priori manere in dignitate, neq; trahi in desidiā, neq; in sensum reprobū tolli. Haud em̄ mirabile est malis afflictos contrahi & humiliari, maioráq; paruitatis indicia præ se ferre. Nā ea tentationū natura, quæ in tristitia ipsa vel lapideū cor habentē, id facere cogat. Sed animæ venerabilis est, deūq; cōtinuo præ se ferentis, & ipsam post liberationē tentationū in obli- C uionē minus cadere: quod Iudæi sæpenumero passi Psal. 77. sunt, quare & corripiēs eos Propheta dicit: Cū interficiebat eos, tunc quærebāt eū, & conuertebātur, & diluculo vigilabant ad eū. Et Moses id primum co- Deuter. 6 gnoscens, sæpe admonet eos, dicens: Comedens & bibens, & incrassatus, attēde ad temetipsum, nequādo obliuiscaris domini dei tui. Igitur id euenit. Comedit enim, inquit Moses, & impinguatus & incrassat⁹, & recalcitrauit dilect⁹. Quare nō modo ea de re mirari sanctos decet & beatos dicere, ꝙ tribulatione super eos ingraueſcēte humiles māsueti philosophi erant: sed ꝙ & hyeme procellāq; illa trāsacta, & tranquillitate facta, eodem in studij manſuetudinisq; culmine permanebat. Atque eum equū laudarim maxime qui vlla sine habenarū vi pro nutu cōpescitur: si vero fręno cogēte eū cōmode subegeris, nequaquā D mirū: neq; em̄ pecudis generositate, sed fræni necessitate ipsa modi obseruatio reputabitur. Identidē & in anima licet intueri, ꝙ imminēte timore, si trāquille perseuerat, nequaquā mirū: cū vero tentatio ipsa quieuerit, atq; timoris quis amouerit frænū, tūc vim mihi philosophantis animæ ostēde, modestiāq; omnem. Sed vereor ne Iudæos accusare volens, nostrā in primis cōuersationē accusem. Quoniāquidem & nos si quādo fame pestéq; fluctuātib⁹, & grādine, & siccitate, & incēdiis, & hostiū incursibus: nónne per dies singulos ad ecclesiā cōuēnus, multitudo plorātu ac gemitib⁹ resonat, ac plurima nobis inest philosophia, despectúsq; rerū domesticarū, & neq; pecuniarū cupido, neq; gloriæ desideriū, neque libidinis conflictus, neque prauus alius cogitatus tunc surrepens, impedit. Sed vniuersos vos ad dei contuliſtis cultum, cū oratione & lachrymis: & fornicator quidem de castitate tunc agit, obiurgator & cōuiciosus cōciliationi inhęret, auarus ad eleemosynā flectitur, iracūdus & furēs ad mitē animū mansuetūq; reuertitur. Atq; vbi deus irā illā depulerit, déq; tot fluctibus fecerit tranquillitatē, protinus iterū priores ad actiones, dānatásq; ꝓperamus. Sed neq; ipso in tentationū tēpore distuli tūc prædicare, ea testificatus, cum nihil magis in vobis euenit: sed veluti somnū & vmbrā vniuersa illa cogitationib⁹ vestris exclusistis: propterea nunc abūdantius q̄ tunc timeo: quódque tunc dixi, nūc magis formido, ne priorib⁹ peiora cōtrahamus mala, túncq; plagā à deo recipiamus insabilē. Nā cū quis cōtinuò peccās dei cōsequitur indulgentiā, postea nihil ab hac æquanimitate lucrifacit homo, ad malitiæ fugā hūc præparat, deinceps deus vel cor inuitum ad ipsum malorū deducat culmen, funditusq; contetat, neq; iam dedit pœnitētiæ illius locū: quod in Pharaone cōtigit. Vbi em̄ priori, & secunda, & tertia, & quarta, aliisq; post illas plagis à deo lōganimitatis plurimū cōsecutus est, idq; sibi nullo accessit vsui, cōtriuit eū reliquū, atq; cum ipsa ciuitate simul perdidit: Idē & Iudæi passi sunt. Quare Christus eos perditurus, eremūq; desuper inducturus, sic prius alloquitur: Quoties volui cōgregare Luc. 13. filios tuos, & noluisti? ecce relinquetur domus vestra deserta. Vereor igitur ne fortè cadē ipsi patiamur, ꝙ neq; alienis malis prudentiores simus: atq; hæc non modo ad prę sentes, sed ad eos dico, qui studio quotidiano delapsi, priorū tribulationum obliti sunt, ad quos nequaquā clamās destiti dicens, Quanquā tētationes cesserīt, earū tamē vestris in animis memoria maneat, quò & beneficiorū semper memores cōtinuas gratias habeamus eadē tribuenti deo. hæc & tūc dicebā, & nūc dico, & vobis & per vos illis. Imitemur sanctos, qui neq; pressuris mersi, neq; secūdis rebus aut lōga pace debiliores fuere, quod & plures mortaliū nūc patimur. Sicut em̄ imbecilliores cymbę, fluctuatione vel parua circūuentæ demerguntur. Nā inuecta paupertas sępe deiicit in profundū, eo ꝙ obrutos relinquit: iterúmque ipsa opū rediēs facies nos tumore circūdedit, atque in summā deduxit superbiā. Quapropter æra nostra omnia relinquentes, animas ꝓprias ad salutē cōputem⁹. hac em̄ bene sese habente, quodcunque ingruerit mali, quāuis fames, quāuis morb⁹, quanuis pecuniæ direptio, aut aliud si quid huiusmodi, tolerabile erit & leue dominico ex præcepto, atq; ipsa quā in illū spe habemus: eo ꝙ anima sese deo minus accōmodāte, tametsi diuitiæ affluant, pueri assint, milléq; pecuniæ voluptates, nullum profectū ad tristitiæ curarūq; leuamē cōtrahet. Igitur nequaquā diuitias quæritemus, ne paupertatē vitemus: sed prius quisque nostrā curemus atque ornemus animā, eāq; accōmodem⁹ ad præsentis vitæ dispensationē, atq; ipsam, quā hinc facturi sumus profectionē. Iam enim modicū, & probatio vniuscuiusque nostrū fiet, cū omnes adstabimus tremēdo Christi tribunali propriis actionibus induti, & oculis intuebimur eas, atque dicemus: Id mihi lachrymæ orphanorū, id viduarū suspiria, id inopū querelæ, id rapinæ pauperū, id turpes luxurię, quibus nostras inquinamus animas. Nō hæc autē modò, aut his proxima: sed si quid inconcinnū mēte tractauimus, quoniā & ipse mentium scrutator, & cogitationū iudex: & iterum, Scrutans corda & renes deus: &, Reddēs

vnicuique

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnicuique secundū opera sua. Hic mihi sermo nō ad illos, qui vitę curis implicantur solū, sed & qui tuguria in mōtibus fixerūt, quorū corpora nō solū à fornicationis labe debēt abesse, sed etiā animę ab omni auaritia satanæ. Non eīm modò mulieres sanctus alloquitur Paulus, sed & viros, & vniuersam ecclesiam, animā in virginitate perseuerantē, sanctam corpore oportere & spiritu. Et iterū: Despondi vos vni viro virginē castā exhibere Christo. Castā autē quomodo? haud habentē maculā vel rugam. Quoniā quidē virgines illæ lampades habentes extinctas, virgines quidem fuerant corpore, corde castæ nō erāt. Sed tametsi eas corruperat nemo, pecuniæ tamen libido corruperat. Earū quidē corpus purū: anima plurimo adulterio, malarūmq; repleta cogitationū erat in serepentiū, pecunię cupidine, & impietate, & ira, & inuidia, & derisu, & obliuione, & superbia, omnibus pariter venerabilem virginitatis statū demolientibus. Quare & Paulus dixit, Vt sit sancta corpore & spiritu. & iterū, Virginē castā exhibere Christo. Quemadmodū eīm sub adulteris corpus corrūpitur: sic anima sub satanæ cogitationibus inquinatur exemplis peruersis, à cogitationib⁹ corruptis. Qui eīm dicit, virgo sum corpore, anima vero inuidet fratri: hic nequaquā virgo: virginitatē enim vitiauit suam. Iterū inanis gloriæ homo, nō iam virgo anima: nā hęc irrepens passio eius virginitatē soluit. Qui vero odit fratrē suū, hic homicida potius censeatur q̄ virgo. Atq; vt vniuersa sub vna definitione cōplectar: Quisq; in eum peruersus quo tenetur morē, propriā virginitatē corruperit: propterea Paulus vniuersos hos morbos prauos exclusit, exilióq; dignos duxit, atq; mandat ita nos esse virgines, vt animæ nullā sponte suscipiamus aduersariā cogitationem. Quid ergo aduersum hæc dicemus? quomodo misericordiā cōsequemur? quomodo saluabimur? quoniāquidem prorsus nihil tale custodimus: quomodo ergo saluabimur? Ego dico, orationē corde semperversemus, atq; huius fructus, māsuetudinē dico, & humilitatē. Discite enim à me, quoniam mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Et iterū Danid: Sacrificiū deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatū deus non despiciet. Nihil enim deo tā gratum, tā amabile est, q̄ mitis anima, mansueta, gratiāsque habens. Aduerte igitur & tu quid nimis molestū incidens videris, impedimentóque tibi paratū, nequaquā ad homines cōfugeris, aut ad humanum prospexeris auxiliū: sed vniuersos transiens, ad animarum medicamentū illud euola. Cor enim curare solus potest, qui finxit singillatim corda nostra, & intelligit semper omnia opera nostra. Ipse ergo nostrā subire conscientiā, mentē tangere potest, animā flectere. Si vero ille minus inclinauerit corda nostra, superfluū erit atq; inutile quicquid ab hominibus exigetur. Quemadmodū etiā deo exhortante & cōsolante nos, quāuis mille hominū molestauerint, haud in re sanè vel in minima offendere potuerint. Nā cū ille in solido cor posuerit, nemo id vel moueri coēgerit. Hæc igitur scientes, ad deū semper confugiamus, & volentē & potentē nostras molestias soluere. Atqui homines si quando exorare oportet, & ianitorib⁹ prius occurrere cōuenit, parasitisq;, histrionibúsq; suadere, & longā sæpenumero viā abire. In deo nihil est tale. Sine mediatore exorabiliset, sine pecunia, sine impensa precibus annuit. Satis est eīm solo corde clamare, lachrymas fundere, atque illico eum ad misericordiā cōtraxeris. Et itē homines deprecātes, sępenumero formidamus ne quis inimicorum perceperit, aut rem ex aduersariis quispiā intellexerit: alioqui prodit dicenda, iustūq; corrumpit. In deo autē nihil est tale suspicari. Cū enim me volueris precari, solus accede adstāte nemine: corde videlicet clama, neq; labia mouens, ostiū tuū claude. Intra, inquit, cubiculū tuū, & ostiū tuū claude, & ora patrē tuum in occulto. Vide honoris excellentiā: cum autem te honoro, orbē volo beneficij testē. credamus ergo, atq; haud ad ostentū oremus. Neq; cōtra inimicos, sed deū nostris pro tædiis oremus, neque illū nostri auxilij modū doceamus. Si enim aduocatis & oratoribus hominibus forēsibus in iudiciis solū res ipsas nostras explicamus, suffragiorū vero locos illis relinquimus, qui pro libito nostras ipsi partes disponant: multo magis in deo id faciendū fuerit. Dixisti sibi causam tuā, dixisti quę passus es: cessa iā dicere, quo tibi pacto auxiliū conferre deceat. Sūt vero nōnulli, qui mille versibus orationis extendunt seriem, dicētes: Da mihi domine corporis sanitatē, aut auge mihi duplo substantiā, vltionē de meis inimicis sume. quæ leuitate ac petulantia plena sunt omnia. Ea igitur omittentes vniuersa, orare decet cū publicano, qui dicit: Deus propitius esto mihi peccatori. & ipse deinceps nouit quo tibi pacto succurrat. Quærite enim, inquit, primū regnū dei, & hęc omnia adiicētur vobis. Sic igitur dilecti, labore, & humiliū rerum cōsensu philosophemur, quemadmodū ille, nostra percutiētes pectora: vti eorū quę petimus, cōpotes simus. Si vero furore & ira perciti oramus: aut in nostra re, aut eorū qui nos malis incessiuere, nequaquā assequimur. Nā si iudicē volueris ad tuę animæ partes attrahere, tuíq; auxilij efficere partē, nunquā eū cōtra offendentē cōpellaueris. Etenim talis est iudicis mos, illis maxime annuit, atq; his postulata concedit, qui cōtra inimicos inuecti nequaquā perdurāt super illis elati. Quia pertinacia quanta incūbunt, tanto eū magis irritant, nisi pœnitentia cōuertantur. Vide ergo, à quoquam iniuria lacessiti, ne protinus turbemur atq; offendamur, sed gratias agamus philosophātes, atque à deo postulātes auxiliū. Num eīm poterat deus & ipsam ante petitionē tribuere nobis bonā? nū vitā elargiri omni dolore vacuā, atq; omni à molestia segregatā? sed vtraque de summo nobis amore facit, permittit nos tribulari, neq; illico in liberationem accedit. Quare? quòd sibi assistamus, semper ad eū refugiamus, eum ad nostrū continuo patrociniū imploremus. Propterea & corporis dolores, propterea fructuū sterilitates, fames: propterea & morbi, quò his in flagellis semper ab eo pendeamus, atque tēporalibus ex tribulationib⁹ hę rediremus vitā æternā: ita vt in his debitores simus deo multis viis sananti, & saluanti animas nostras. Homines quidē si vel parum sese nobis beneficos fecerint, atq; hos postea vel inuiti paululū molestauerimus, illico improperāt beneficium proferentes, vt plures etiā execrētur, quasi maximis operibus pfuerint. Deus vero nō sic, sed ipsa post beneficia iniuriatus, neglectus etiā, æquè etiam respondet, æquísque causis cū iniuriātibus contendit, sic dicens: Populę meus quid feci tibi? aut in quo molest⁹ fui tibi? nūquid, inquit, grauis fui tibi, aut onerosus, & importabilis? Sed nihil horum habes dicere: nam si ita id fuisset, neque

neq; vel sic te destituisse oportuit. Quis eīm est filius, quē paternō corrigit? sed tamē neq; id quidē dicere nobis locus. Et iterū magnū, vt verū fateat, & mirabile dictū. Quod eīm dicit, tale est: Quid, inquit, peccaui? quod neq; serui dominis dici cōcedūt. Neq; quid peccaui dicit in vos, sed ī patres vestros. Sed neq; id, inquit, habetis dicere: q̄ paternā in me defectionem hostilitatēq; seruatis: neq; progenitores vestros incusans, quādoq; mea puidētia dimisi, in patuo aut magno despiciens eos. Neq; simpliciter dixit, q̄m quid habuerūt patres vestri: sed, quid inuenerūt? quamuis multa quæsiuerunt, multa circūeuntes meo sub principatu effecti, nullū in me delictum inuenerūt. Igitur vel ex his omnibus ad deū confugiamus, atque omni in mœstitia eius quæramus solatiū, eius omni in aduersitate solationē, eius misericordiā, omni in tentatione auxiliū: quicquid mali fuerit, quæcūq; calamitatis magnitudo, oīa soluere potest, & à nobis transferre. Non solū id, sed & omnē stabilitatē, & virtutē, & bonā gloriā, sanitatémq; insuper corporis & animæ, philosophiā, spes bonas, atq; haud ocyus peccare sua bonitas nō permittit. Nō ergo cū stultis seruis murmuremus, neq; accusem⁹ dominū: sed in omnib⁹ gratias agamus, & vnū solū malū esse putemus, in eū peccare. Atq; vbi sic deo præparati mentes ipsi nostras disposuerimus, non morbus, non paupertas, nō despectus, non sterilitas fructuum, nō aliud quicquā eorum quæ inter mala computantur, nos prævenient: sed pura voluntate castáq; semper læti, etiā futura assequemur bona, gratia & amabili humanitate domini nostri Iesu Christi, &c.

HOMILIA QVINTA.

Semper quidē diuinus Apostolus diuina cœlestiq; vtitur lingua, ac scientia multa euāgelicū verbū orditur, nō modo propria de sententia loquēs, sed regalis dominationis doctrinā præferens: præcipue vero ea vtitur scientia cū pertinacibus impœnitētibúsq;, pœnitētiæ sermonē ingerit: de cuius sententia docebo vos oēs. Id igitur singillatim tangā. Audistis quēadmodū Corinthios nuper alloquens dixit mirabilis ille diuinúsq; vir: Ne forte veniens, multos desleā eorū qui peccauerūt, & pœnitētiā nō egerūt. Homo quidē natura erat hic magnus doctor, proposito verò dei minister: propterea veluti cœlesti vtitur lingua, & quasi ipsis de cœlo loquens, sic minatur peccātibus, pœnitentibus vero propitiationē promittit. Cū autē hæc dico, nequaquā Pauli linguę diuinationē adscribo, sed ad dei gratiā vniuersa refero. De quo ait ipse: An experimētū eius quæritis qui in me loquit Christus? Igitur peccātibus beneficij medicinā supponit, scilicet pœnitētiā ad salutē. Cōuenit & hæc apostolica cū lectione euāgelica: est saluatoris diuinatio, qui peccatoribus vberius remissionē promittit: etenim paralyticō saluās, saluator inquit: Fili, dimittuntur tibi peccata tua, veluti nuper audiuimus. Remissio vero peccatorū fons salutis, & pœnitētiæ munus. Pœnitētia medicamentū est peccatū extinguens, donū cœlitus datū, virtus admirabilis, gratia vim legū superās. Quare nō fornicatorē renuit, non ebriū auertitur, non abominatur idololatram, non adulterū repellit, non maledicū insectatur, non reprobat blasphemū, non superbum, sed omnes suscipit, cōmunicat omnibus: virtutis enim digestio pœnitentia est. Necessarium est autē fratres primum dei nosse intentionē, neq; ex nostra sapiētia huic nos ingerimus contēplationi, sed ipsis ex diuinis scripturis attestatā veritatem ostendimus. Dei intentio, fratres, longanimem sese peccātibus exhibet, patienter enim expectat, salutē ipsis ē pœnitentia spondens, ac posteris suis: ad virtutem cōmonet, scilicet beneficiū reseruās. Et quò rursus sermonem assumam, deus patienter expectat vti peccatorē pœniteat, & nascētis ex eo nequaquā salutis occludat viā: quāuis idē culpa impœnitēti delinquat, parcitq; sæpenumero, quò radicis fruct⁹ custodiatur. Sæpe & ipsam trāsfert radicē, veluti prævenientes diximus. Sed tametsi actus ad vltimū malorum cadat, differt tamē deus vtiliter expectās pœnitentis salutē, & quomodo audi. Thare Abhrahā pater idolorū & cultor & factor: sed hoc loco haud impietatis pœnā Thare itrogauit, & meritò. Si enim prævenies deus radicē amputasset, vnde tātus fidei fruct⁹ germinasset? Quid Esaü nequius? cōsideratur ob alterius occasionē clementiæ. Quid Esaü nequius inuerecundiúsq;? malitia ille nónne fornicator, nónne prophanus erat? nónne odibilis deo, quēadmodū testatur scriptura, dicens: Iacob dilexi, Esaü autem odio habui? Si ergo fornicator & parricida, & prophanus, & odibilis, quare protinus meritā nō suscipit animaduersionē? Quare pulchrum quidem fratres, pulchrā causam libet edicere. Si excisus fuisset, maximū fortassis iustitiæ fructū mundus amisisset: & qualē audi. Esaü genuit Raguēlē, Raguēl Zarā, Zara Iob. Cernis quātus elanguisset patiētiæ flos, si prævenies deus à radice pœnas exegisset. Omnibus igitur in rebus & initia speculatur & exitus deus. Ea nanq; vtitur prouidētia & super Aegyptios, qui vltra fidem blasphemi: patiētet expectat, quousq; ibi monasteria & ecclesiæ, atq; in illis florerēt, qui angelicam imitarentur vitā. Nam adstruūt & qui de publicis legibus disputāt, atq; Romanorū mandant leges, prægnantē si quādo cōtigerit mortis peccato damnari, nō prius q̄ pepererit, necari: & probè quidē. Neq; eīm iuste legūlatores iudicassent, cū peccatrice īnoxiū simul fœtū tolli. Quòd si humanę leges his parcūt, qui nequaquā peccarūt: nónne deus decētius accōmodatiúsq; radicē custodit, in fructib⁹ pœnitētię beneficiū reseruās? Cape de cętero super ipsis peccātibus è pœnitētia beneficium. Nā & in ipsis ipsa clementię redditur ratio, si pœnitentiā iustitia prævenisset, periisset mūdus omnino atq; defluxisset. Si velox ad pœnā fuisset deus, Paulū ecclesia nō possedisset, si primo talē tanquā noxiū necasset. Propterea distulit blasphemantem, vt pœnitentē ostēderet dei longanimitas: lupū in pastorē transtulit dei longanimitas: publicanū fecit euangelistā, dei longanimitas omniū nostrū miserata, omnes cōuertit, reduxit omnes. Si videris olim ebriū, nunc ieiunare: si olim blasphemū, nūc theologū: si eū qui quādoq; turpibus cātilenis os inquinauerit suū, diuinis nūc hymnis animā purgare: mirare dei longanimitatē, pœnitentiāq; collauda, ac demutationem & conuersionē illius suspiciēs, dic: Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Bonus igit ad omnes deus, in peccantes præcipue suam ostēdit longanimitatē. Atq; si cupis nouū quoddam peregrinúmq; verbū, audi. Peregrinū quidē ex insueto, sed religione verū, ac fide verax. Grauis iustis vbiq; videtur deus, peccatorib⁹ cominus pius, atq; ad clemētiā velox. Peccantē & cadentē releuat, & inquit ad eū: Nūquid cadēs nō adiiciet vt resurgat, aut auersus non reuertetur? Vt quid auersa est auersione impudica imprudēs filia Iudæ? Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæ?Et iterũ:Cõuertamini ad me, & ego ad vos conuertar. Alibi autẽ saluté ex pœnitẽtia affirmat multa sua de clemẽtia. Viuo ego, dicit dñs, nolo mortẽ peccatoris, sed potius vt cõuertatur & viuat. Ad iustum autẽ dicit: Si fecerit homo omnẽ iustitiã omnẽq; veritatẽ, & auersus peccauerit: non recordabor iustitiæ eius, sed in peccato suo morietur. Omagnã in iusto cautionẽ, ô magnam in peccatore liberalitatẽ. Sic variè fratres & differẽter excogitat deus, nõ ipse quidẽ mutatus, sed vtiliter diuidẽs bonitatis suæ dispẽsationẽ. Et quomodo, audi. Cadẽtem & peccatis obnoxiũ si terruerit, ignorãtia obcęcari, spe quoq; periclitari eũ cõpelleret: iustũ vero si laudat, suę vim virtutis debilitat, atq; veluti iã beatũ de industria studióq; pigritare pręparabit. Propterea fratres, peccatoris quidẽ miseretur, & ei blãditur, iustũ vero terret. Terribilis est super oẽs qui in circuitu eius sunt. Et quinã fuerint hi? sancti. Deus eñ, inquit Dauid, glorificatur in *Psal.88.* B cõsilio sanctorũ, magnus & terribilis est super omnes qui in circuitu eius sunt. Si cadẽtẽ intuetur, clemẽtię manũ protẽdit: si stantẽ, timore iustitię iustíq; iudicij cõcutit: atq; hunc timore quidẽ confirmat, illũ vero per clemẽtiã excitat. Vis & opportunã eius nosse bonitatem, simúlq; benignã & accõmodatã seueritatẽ? Attende diligẽter, nec te contẽplationis huius fugiat magnitudo. Peccatrix mulier illa atq; omni conuoluta delicto, tot peruersorũ operũ & delictorũ rea, de pœnitẽtia saluté sitiens, surrepsit saluatoris cõuiuio. Nã saluatore discũbente in domo Simonis pharisæi, subintroiuit mulier illa peccatrix, saluatorísq; pedes tetigit, lachrymis eius rigauit pedes, & capillis extersit, atq; hãc tot defossam peccatis eleuat ille clemẽs piúsq; dicẽs: Dimittũtur peccata tua tibi. Neq; mihi C nunc est curæ omnẽ discutere historiã, sed id solũ testimoniũ induxisse. Igitur exuberantiã respice, cuius gratia dico tibi, dimittũtur ei eius peccata multa, quę dilexit multũ. Tot præuaricatrix delictorũ dimissionẽ retulit, & Maria Mosi soror paruo ex murmure lepra dãnatur. Peccatorib⁹ dicit, si fuerint peccata vestra sicut coccinũ, veluti niuẽ dealbabo. Et tenebras in lucẽ trãsfert pœnitẽtiæ mutatione, tótq; malorũ aceruũ, bonitatis voce soluit. Ambulãti vero in iustitia dicit: Quicũq; dixerit fratri suo stulte, reus est gehẽnę ignis. Vni verbo tantã imposuit mulctã, ac omnibus peccatis obnoxiã tãta liberalitate donauit. Atque aliud cõsidera frater: Quoniamquidem peccata quasi debita describũtur, peccatorib⁹ quidẽ & ipsam principalẽ sortem elargitur deus & debita dimittit: à iustis vero etiã vsuras exigit. Et accessit ad eũ qui de- D bebat decẽ milia talẽta, ita vt pœnitẽtia multa multísq; precib⁹ iudicẽ mitigauerit, & dixerit: Domine, patientiã habe in me, & omnia reddã tibi. Nõ immoratus ipse clemẽs piúsq; deus vt redderet, sed in confessione debiti solutionẽ fecit: & debitori quidẽ decem miliũ talentorũ vniuersa dimisit, & ipsam etiam priorẽ sortẽ: à iustis vero & vsuras repetere promittit. Quare, inquit, nõ dedisti argentũ meũ ad mensas, *Luc.19.* & veniẽs cum vsura recepissem? Hæc dico non quasi deo odiose sese ad iustos habẽte: deo eñ nihil iusto acceptius. Sed quod paulò ante diximus, solatur peccatorem, quò eleuet: iustũ, quò statuat terret. Et quibusdã quidẽ multa dimittit peccata quasi inimicis & inflatis, quibusdam vero & nimis exactẽ de minimis etiã quærit, nihil his ad perfectionẽ deficere volens. Et quod in mũdo est pauper, id circa deũ est peccator. Nihil peccãte est pauperius, nihil ditius est iusto. A Propterea de his qui in pietate & vitæ abũdãtia versantur, Paulus dicit: Gratias ago deo, quoniã in om- *1.Cor.1.* nibus diuites facti estis in ipso, in omni sermone & in omni doctrina. De impiis vero beatus Hieremias dicit: Fortasse pauperes sunt, quapropter nõ potuerunt *Hier.5.* audire verbum domini. Vides q̃ pauperes eos vocat, qui malitiæ impietatísq; vinculis premuntur? Quasi pauperũ igitur peccatorũ miseretur, & quasi à diuitibus & iustis expetit: illis quidẽ ipsis prę ĩopia donãs: his vero accuratius rationẽ diuitiarũ pietatis exigẽs. Quòd vero semper iustos peccatores facit, id super diuites operatur & pauperes. Et sicut peccatorẽ per clemẽtiã excitat, iustũ vero terret austeritate: sic mũdi in negociis sua disposẽsatione vtit. Cũ enim viderit in dignitate potẽtes & insignes reges, prĩcipes, quotquot diuitiis nitẽt, hos terrore alloquitur, ac doctrinę B humiliter miscet. Et nũc reges intelligite, eru *Psal.2.* dimini qui iudicatis terrã. Seruite domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Quoniã rex est regũ, & dñs dominãtiũ. Vbi doctrina principũ, illic regibus timorẽ imponit: vbi tenuitas humilitatis, ibi medicinã suæ profert clemẽtiæ. Deus enim magnus rex est regũ & dominus dominãtium. Idẽ ipse sui dignitate excellẽs, iuxta diuinã scripturã pater inuenit orphanorũ & viduarũ iudex, regũ rex, dominorũ dominus. Cernis quanta cũ clemẽtia vbertatẽ, cernis vtilẽ metum religionis & potẽtiæ? Vbi enim potẽtiã vidit ad solamẽ sufficere, ibi metũ ad vtilitatem imponit: vbi vero ad orphanitatẽ paupertatẽq; vilitate viduitatis imbecillitatẽq; discretã vidit, ibi clementiã ad cõsolationẽ induxit. Ego pater orphanorũ. Duo facit, & clementiã ostendit, & potentiã punit: sese patrẽ fatetur orphanorũ, quò calamitosos soletur, potentésq; deterreat ne orphanis viduísq; molesti sint: quoniã quidẽ mors hũc patre, hanc autẽ viro nudauit, quos nunc lex corrũpit, clementiæ decretum reuocauit: at eadẽ gratia huic quidẽ iudicẽ, orphano vero patrem dicit regem sanctorũ. Itaq; ô inique, ínquit, si viduam læseris, viduarũ quoq; prouisorẽ ad iracũdiam prouocabis: si orphanos opprimes, filios dei oppresseris. Ego sum pater orphanorũ, & iudex viduarũ. Quis ad impietatẽ tam adeò ferox, tam pręceps fuerit, qui filios dei opprimat, atque adeò à deo defensas viduas lædat? Cernis q̃ opportune pietatis medicinã prępararet, & hos quidẽ terret, horũ autẽ miseretur. Nõ autẽ ipse diuisus, sed ad hominũ sententias accõmodatus. Nobis igitur metipsis fratres medicinã infundamus salutis pœnitentiã, magis vero à deo pœnitẽtiam suscipiamus nobis medente. Nõ enim nos hãc illi præstamus, sed hanc ille nobis propinat. Vides eius in lege seueritatẽ? vides in gratia clementiã? Cũ vero seueritatẽ in lege existentem dico, haud iudicio detraho, sed euãgelicæ gratiæ clementiam prædico: quoniamquidem lex, vlla sine excusatione peccãtes plectebat: gratia vero multa cũ longanimitate pœnã differt, quò emẽdationem inducat. Suscipiamus igitur pœnitentiã in salutem, medelam sordes purgantem. Pœnitentia vestra est, fratres, non verbo prædicata, sed opere consummata. Pœnitentia est, quæ ipso de corde velet maculã impietatis. Lauamini, inquit, *Esa.1.* mundi estote, auferte malum de cordibus vestris è conspectu oculorum meorum. Quid sibi vult ea dictionis superfluitas? Nam auferte malũ animabus vestris, nõne satis erat totũ significasse? quid igitur addidit,

didit, è cõspectu oculorũ meorũ? Quoniã secus atq; A aliter hominũ oculi vident, & aliter dei oculus videt: homo in faciẽ, deus in cor. Neq; per ostentationẽ, inquit, pœnitentiã degenerẽ facias, sed in cõspectu oculorũ meorũ occulta scrutantiũ, ostẽditur fructus pœnitentiæ. Decet autẽ & nos purgatos à peccatis, eadẽ ante oculos habere peccata: quanquã deus multũ de clementia ignoscat peccatũ, pro tuæ tamẽ animę stabilitate & salute habe ante oculos peccatũ: etem pręcedentiũ memoria, futurorũ continẽtia fiet. Et qui in prioribus morsus est, in secũdis firmiorẽ ostẽdit sententiam: propterea Dauid, Peccatũ meũ, inquit, cõtra me est semper: quia ante oculos habẽs pręcedẽtia, in futura min⁹ deflues. Quòd vero hũc ipse à nobis deus *Esai.43.* expetit statũ, ipsum audi dicẽtem, Ego enim sum qui deleo peccata tua, & nõ recordabor: tu autem recordare & peccata tua, & iudicemur, dicit dominus: dic peccata tua prius, vt iustificeris. Nõ expectat deus tẽ- B pus à pœnitẽtia: dixisti peccatum tuũ, iustificatus es: pœnituisti, misericordiam es cõsecutus. Non tempus æstimatur, sed pœnitentis modus peccatũ extinguit. Fuit qui multo exacto tempore salutẽ nõ impetrauerit, atq; repentino momẽto, si verè fuerit confessus, à peccato soluetur. Multũ exhausit tẽporis beatus Samuẽl pro Saũle deprecans, noctésque multas trãsegit insomnes pro delinquentis salute. Deus autem tẽpus repudians, nõ enim cũ Prophetę oratione peccatoris *1.Reg.16.* cõuenit pœnitẽtia, dicit ad ꝓphetã, Vsquequo tu plo ras? Vsquequo, ostendit tẽpus ac perseuerantiam deprecãtis. Et repulit deus tẽpus deprecationis prophetæ. Non enim cũ iusti interuẽtu regis pœnitentia stetit. Sancto vero Dauid per beatũ Nathã prophetã de peccati errore correpto, & illico ad minas verã pro- *2.Reg.12.* ferenti cõuersionem, dicentíq;, Peccaui domine, ver- C bum vnũ vno in momento prolatum verè puréq; vniuersum contulit pœnitẽti salutẽ: protinus enim cõuersionem sentẽtia consecuta est. Dicit igitur ad eum Nathan: Et dominus transtulit peccatum tuum. Cernis deum frater tardũ ad pœnã, atq; à duce quomodo multo post tempore correctionẽ intulit. Peccauit Dauid, cõcepitq; vtero gestauitq; mulier, & peccatũ nulla correctio secuta est. Sed post infantis partũ de peccato nati, mittitur peccati medicus. Quare autem protinus peccantem nõ correxit? quoniã vidit in ipso peccati vigore obcæcatam peccantium animam, & obturatæ sunt corũ aures in peccati profũdo mersorum. Differt ergo furibũdæ passioni auxilium addẽs, tantumq; post temporis correptio procedit, vno in temporis momẽto pœnitentia & remissio. Et domi- D nus dimisit peccatum tuum. O minantis dispensationem. Cernis quòd ad salutẽ velox. Idem & in aliis fecit, tardans ad demolitionem, ad reparationem properans. Accedat exẽplo quod in nobis euenit hominibus, quib⁹ multo in tẽpore ędificia extruũtur, multo in tempore ędificamus domum, & ipsius structurę quidem multum temporis, parũ vero destructionis. Ecõuerso autem fit in deo: Cũ struit, velociter struit: cũ destruit, tarde destruit. Velox de⁹ struẽs, tarde destruens. Nam quia domino hæc sibi conueniunt, illud quidẽ potentiæ, bonitatis istud: potentiæ excellentia velox, mulcta de bonitate tardus: Verborũ enim augmentum, rerum experiẽtia. Sex in diebus deus cœlũ terramq; fecit, magnitudines, lateraq; montiũ, cãpestria, mõtes, flumina, paradisum visibilem, omnẽ cultum & virtutem, mare hoc magnũ & spaciosum, insulas, maritima loca, omnem hũc visibilem mundum, & qui in eo est ornatum, sex in diebus consummauit: quæ in eo sunt animalia rationalia & irrationalia, omnémque visibilem cultũ sex in diebus fecit. Hic igitur tam velox in construẽdo, cum ceperit vnius demoliẽdæ vrbis consiliũ, inuẽtus est bonitate tardus. Vult Hiericho demoliri, & dicit ad Israël: Circumite eã se- *Iosue 6.* ptem diebus, & octaua die cadet mutus. Mũdum vniuersum sex in diebus cõstruis, & vnam vrbem septem in diebus soluis? Quid enim tuę potentiæ impedimẽto accedit? Quare nõ repẽte destruis? Nunquid de te Propheta non clamat, dicens: Si aperueris cœlũ, tre- *Psal.67.* mor montes occupabit, liquescent sicut cera à facie ignis? Nunquid non opera virtutis tuæ narrans dixit: Non timebimus dum turbabitur terra, & transferẽtur *Psal.45.* mõtes in cor maris? Mõtes trãsferre & in mare potes, atque vrbem vnam nõ vis destruere repugnantẽ, sed dies septem tribuis excidio. Quare? nũ potentia imbecillior? Sed clementia diutius tolerat. Septem huic addo dies, velut triduum Niniue, si fortè pœnitentiæ susciperet prędicationẽ, & saluaretur. Et quis eis pœnitentiæ prædicator? Hostes vrbẽ circunsepserãt, duces circumdederant muros, multus vndiq; timor, tumultus multus. Quam eis igitur pœnitẽtiæ viam aperueras? Neque enim Prophetam trãsmisisti, neq; euãgelistam designasti. Num inter eos quisquam fuerat qui saniora suggereret? Ita, inquit, habebãt int⁹ pœnitentiæ doctorem, admirabilem illam Raab, quam per pœnitentiam saluaui. Eiusdem erat massæ, sed eadem quoniam nõ erat ex sententia, peccato non communicauit. Atque respice nouæ clementiæ prædicatorẽ, qui in lege dicit, Nõ mœchaberis: verbum transmutans de clemẽtia clamat per beatũ Iesum Naue, Raab meretrix viuat. Iesus ille qui dicit, Raab meretrix viuat, imago erat domini Iesu dicẽtis, Meretrices & publicani prẽueniẽt vos in regnum dei. Si viuere debet, quare meretrix? & si meretrix, quare viuat? Dico, inquit, priorẽ statũ, quo sequẽtem discas mutationem. Et quid Raab fecit ad salutis argumẽtũ? Quòd in pace exploratores susceperit. Id & meritoria faciũt hospitia. At neque ex ipsa solum dilectione salutem consequitur, sed fide præuia, atq; in deum dispositione. Et quò discas fidei magnitudinem, ipsam audi scripturã narrantem præclara quidem illa sibi attributa gesta. Erat in fornice velut in volutabro cõfusa margarita, aurum in luto abiectũ, pietatis flos spinis confossus, religiosa anima recluſa impietatis loco. Atque mẽtẽ in me diligentius flecte. Suscepit exploratores: & quẽ prodidit Israël in deserto, hunc prædicauit Raab in D fornice. Quomodo autem Israël audiuit in deserto? Cum mõs replebatur nube & caligine, & tubis & coruscationib⁹, aliisq; terribilibus, audiuit à deo de medio ignis: Audi Israël, dominus deus tuus vnus est, nõ *Deut.6.* erũt tibi dij alieni. Ego in cœlũ desursum, & in terra deorsum, & præter me nõ est deus. hæc audiens vitulum digessit, deúmq; reprobauit, & ignorauit dominum, repudiauit benefactorem, & dicit Aarõ, Fac nobis deos. Si dij, quare dicis fac? quomodo eñ dij qui fiũt? Sic malitia obcæcãs sibiipsi repugnat, & semetipsã extinguit. Vnus fact⁹ est vitulus, & clamat ingrat⁹ populus, Hi dij tui Israël, qui eduxerũt te de terra Aegypti. Hi dij, vnum respiciens, respiciens vitulum, vnum factum vitulum. Quare igitur hi dij? vt ostendat quòd non modo eum quẽ videt adorat, sed & deorum pluralitatem annunciat: sententiam interpreta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,nõ quod videtur indicat.Quò vero ad nobis subiectum reuertamur opus,quę audiuit Israël,fide tot signorum habita,tãtaq; lege instructus,& negauit,hoc Raab in fornice recluſa prędicat.Dicit ergo exploratoribus à Iosue destinatis: Noui quãta deus vester fecerit Aegyptiis.Et Iudę° dicit,hi dij tui qui eduxerũt te de terra Aegypti.&meretrix non diis,sed deo salutem adscribit.Nouimus quãta fecerit deus vester Aegyptiis in deserto.Ita audiuimus, & elanguit cor nostrũ,& quòd in nobis nõ est fortitudo,nouimus.Cernis quomodo respicit legislatoris verbum per fidem, Et nouimus, quoniam deus vester in cœlo desursum, & in terra deorsum,& præter eum non est deus.Raab ecclesiæ figura fornicatione dęmonũ olim inuolutę, tunc vero Christi exploratores suscipientis, non eos q à Iesu Naue,sed apostolos à Iesu vero saluatore trãsmissos,Noui, inquit, quoniã deus vester in cœlo desursum,& in terra deorsum, & præter eũ nõ est deus. Hæc accipientes Iudæi non custodierũt,hæc audiuit ecclesia & obseruauit.Digna itaq; Raab omni laude, ecclesiæ imago. Quare & generosus Paulus eius fidei dignitatem discẽs,ex priori statu haud reprobam cogitauit:magis vero acceptabilem , sanctam,ob ipsam conuersionẽ omnibus eam connumerãs sanctis , qui dixit:Fide Abel sacrificium obtulit,fide Abrahã hoc & illud fecit,fide Noë arcam cõpegit,fide Moses hęc & illa fecit & gessit : atq; multos deinde connumerãs sanctos,tandem adiecit,fide Raab meretrix nõ periit cum incredulis,exploratores excipiens cum pace, & remittẽs alia via . Atq; respice quomodo multa cum sapientia bonã eius inferunt voluntatem . Cum enim transissi à rege sunt qui exploratores quærerent,dicunt ei:Si ingressi sunt ad te viri?Ipsa vero ad eos, ita, inquit,ingressi:prius veritatem ædificat,atque ita mẽdacium inducit.Nequaquam enim mendacium ex se creditur, nisi præueniens veritatem ostenderit : propterea qui creduliter mentiumtur, prius vera fatẽtur, atque omnibus manifesta, deinde mendacium inducunt ac dubiũ.Ingressi ad te,inquiunt, exploratores? dicit,sic. Si enim à primo dixisset non, ad scrutinium prouocasset abeũtes.Sed ingressi sunt,inquit,& egressi eadem via.persequimini & cõprehẽdite eos.O bonum mendacium,ô bonum dolum , diuina nõ tradẽtem,sed pietatem custodientem.Si igitur Raab illam fratres pœnitẽtia dignam effecit,atque per os sanctorum prędicatur,Iesu quidem Naue in deserto clamãte, Viuat Raab meretrix : Paulo vero dicente : Fide Raab meretrix nõ periit cũ infidelibus: multo magis nos si pœnitẽtiam induxerimus,salutẽ consequimur. Pœnitentiæ ergo tempus nunc:multus eñ timor iminẽtium peccatorum.Præoccupet pœnitentia pœnam, præoccupemus faciẽ eius in confessione.Rogũ peccatorum extinguimus, non iam aquis multis , sed paruis cum lachrymis: multus eñ peccati ignis , atq; modica extinguit eũ lachryma : nã lachryma fratres rogum extinguit peccatorum.Testaturq; sanctus Dauid quantum lachrymarũ virtus posset. Lauabo , inquit,per singulas noctes lectum meũ,lachrymis meis stratum meum rigabo. Nam & si lachrymarum vbertatem voluisset ostendere, satis fuerat dixisse,lachrymis meis stratum meum rigabo:quare ergo prævenit lauabo?vt ostendat lauacrum & purgatorium peccati lachrymas esse. Malorum omnium causam constat esse peccatũ.Ex peccato tristitia,ex peccato tumult°, ex peccato bella,morbi , atq; oẽs quotquot nos premunt passiones . Quemadmodũ igitur optimi medicorum nõ modo qui apparent morbos perscrutãtur, sed apparentiũ causas inquirũt in hominibus: ita dominus ostendere volẽs malorum omnium causam esse peccatum, paralytico dicit idẽ animarum medicus,vbi prius illum anima,postea corpore paralyticũ viderat: Vide,sanus factus es,noli ampli° peccare,ne tibi deterius fiat.Igit & præcedentis infirmitatis causa peccatũ,id damni causa,id tristitiæ , id calamitatis vniuersæ materia. Verum id admiror fratres, tristitiã homini tribuens deus per peccatum,sententia sententiam soluit.Attende diligẽter, Mulieri minatus deus, & de præuaricatione pœnam inducens,dicit ad eam: In tristitia paries filios tuos.& ostendit tristitiam peccati fructum.Sed ô magnum donum , quod in pœnã dedit,in salutem vertit:peccatum tristitiã peperit,tristitia peccatum contriuit:& quemadmodum vermis in ligno natus idipsum comminuit,sic tristitia de peccato nata, peccatum comminuit per pœnitẽtiam inducta.Quapropter Paulus dicit : Quæ secundum deũ tristitia,pœnitentiam in salutem incommutabilem operatur.bona est tristitia verè pœnitẽtibus.Conuenit enim peccãtibus pro peccato luctus:Beati qui lugẽt, quoniam ipsi consolabũtur.Luge peccatum,ne pœnã defleas:respõde iudici priusquam in prætorium veniat.Aut ignoras eos qui iudicem mitigare volunt?nõ ipso in examine causæ,sed priusquã iudicij ingrediatur locum,beneuolum sibi faciũt,vel amico mediatore vel præsule,aut modo alio sibi iudicem conciliant. Igitur & deo nõ sessionis tempore suadẽdum erit iudici,ante verò iudicij tẽp° mitigabilis est iudex.Quare dicit Dauid,Pręoccupemus faciẽ eius.Illic magnũ iudicem ars rhetoris nulla decipiet,& nullius potẽtia mitigatur,dignitati non condescendit,nõ veneratur personam,sed tremendũ & implacabile iusti iudiciũ. Hic vero iudicem exorabimus,& placabimus,nõ pecunia:magis autem (si verum dicere oportet) clemẽs ipse piúsq; pecunia suadetur:nõ ipse manu,sed per inopes accipiẽs.Da inopi pecuniã, & iudicem mitigaueris.Hęc autem dico fratres,alliciens vos,quoniamquidem pœnitentia sine eleemosyna mortua est:& sine plumis nequit volare pœnitentia, pennas eleemosynæ non habens.Quapropter Cornelio bene pœnitẽti religionis & pietatis penna eleemosyna fuit.Eleemosynæ enim tuæ, inquit, & orationes tuæ in cœlũ ascenderũt.Ita nisi habuisset pennam , eleemosynam scilicet,pœnitẽtia nequaquã cessisset in cœlũ.Producitur hodie bona negociatio eleemosyna. Videm° enim captiuos & pauperes,videm° in foro quosdã circunferri clamitãtes,videm° lachrymãtes, videmusq; sese humili nobis quodã flectentes applausu.Nũdinę nobis profecto mirabiles sunt,harũ nulla est alia professio,& negociatori nulla alia intentio , quàm paruo quidem emere,magno vẽdere:nam ea cuiusq; negociãtis industria.Nũ negociationis alia ratio est,quàm quòd minori empta,maiori precio vẽdat,atq; duplicatã sibi summã inueniat?Tales igitur nobis deus nũdinas proposuit:modico iustitias eme,quo multo vẽdas in seculo futuro. Hic modico iustitia emitur, nisi pro panis fragmento,vili pro vestimento , pro calice aquæ frigidę.Amẽ dico vobis(inquit spiritualis mercaturæ doctor)non perdet mercedem suã. Calix frigidæ aquæ dignus est mercede:data vestimẽta, datæ pecunię per beneficium,putas non sortiẽtur mercedẽ magis,& multo maiorem? Quare ergo calicem aquæ frigidæ

frigidę in medio duxit?sine impensa eleemosynã dixit:nã si frigida aqua, neq; ligna consumis : vbi vero sine impẽsa datũ tanto beneficio rependitur, vbi vestimentorũ sumptuositas,pecuniarũ affluentia,aliorũq; bonorũ collatio,à iusto iudice quanta mercede remunerabitur? Quandiu itaque virtutes assunt,quæ paruo venundantur,ab eo qui magna donat accipiamus,rapiam°.Sitiẽtes eũ,inquit,venite ad aquas. Et qui nõ habetis argentũ,venite & emite . Quãdiu nũdinæ ipsæ perdurãt, demus eleemosynã, salutẽ emamus.Christũ vestis,qui pauperẽ vestit.Hęc,inquit ille,optimè & noui & accuratè,& bene eadẽ prius dixi,non tu prior docuisti,neq; abs te primũ audiuimus,nequaquã noua prędicas,sed eadẽ sępenumero ex his qui assunt,nobis ingesserũt. Noui & ipse noui, hęc atq; huiusmodi sæpe didicisti.Sũt sępe discẽtes, vel boni operũ operãtes.Qui miserat pauperis,fœneratur deo:dem° eleemosynã,quò ab eo nobis clemẽtia repẽdatur.Sed ôverbũ sapientissimũ,summũ.Qui miseratur pauperis,fœneratur deo. Quare non dixit: Qui miserat pauperis , dat deo,sed fœneratẽ?Scriptura nostrã auaritiã intuetur . Attẽdit diligẽter ad auaritiam. Nouit insatiabilẽ cupiditatẽ nostrã respicere, & additamentũ quærere.Quare simpliciter nõ dixit: Qui miseratur pauperis dat deo? quò nõ simplex datum,mercedẽmq; simplicẽ putes: sed, qui miseratur pauperis fœneratur deo. Si deo fœneramur , is ergo nobis debitor erit . Quẽ ergo eũ tibi esse velis,debitorẽ vel iudicẽ?Debitor veneratur fœnerantẽ,iudex nequaquã mitigatur ab eo cui ipse fœneratus est.Necessariũ vero fratres & iuxta alterã explicare sententiã. Quare dixit deus, mihi fœneratˉ qui dat pauperi? Quoniãquidẽ,veluti iam diximus , nostrã videt auaritiam ad incrementum tẽdere, & habẽtem pecuniã in stabili& solido,non fœneraturum,nec velle fœnerari.Postulat enim fœnerans hypothecã,vel pignus, vel æquipollẽs,atq; per tria hæc eius pecuniã tradit, vel vades accipiẽs,vel hypothecã,vel pignus . Quoniamquidẽ videt deus præter hæc fœnerantẽ neminem,& clemẽtia sola neminẽ moueri,sed lucro intẽtos solũ habere animos, & pauperẽ horũ omniũ priuatũ,non hypothecam habentẽ,nihil enim possidet: non pignus ferentẽ,nudus est enim: nõ æquipollens exhibentẽ:nihil enim sibi præ inopia creditur: vt videt eũ periclitantẽ inopia, atq; vnà pecuniã habẽtes per sæuitiã pessum abire, mediũ sese ingessit vadem, quippe pauperi pignus.Fœnerãti dicit deus:Nõ credis huic per inopiã,mihi per diuitias crede.Vidit pauperẽ,neq; spreuit,sed semetipsum dedit pignus nihil habẽti,atq; inopi adstitit sua multa de bonitate. Veram hanc cõstat esse clementiã,probante sancto Dauid,& dicẽte:Astitit à dextris pauperis . Qui miserat pauperis,fœneratur deo:confide mihi fœnerãs. Magis autẽ nequissimũ est à deo rationẽ exigere . Verũ tuæ vt condescendã nequitiæ, atq; clementia tuã superem sæuitiam,de his quæramus. Fœnerãs cæteris, quidnã consecutus fueris lucri? quid ab aliis in additamẽto requiris?tibi tradã. Num centũ iure si quæsiueris,si vero insatiabiles actus, duplicẽ, triplicẽmve eã tibi feceris iniquitatẽ : ego tuã supero auaritiã, superexcedo immẽsam illã cupiditatẽ , atq; mea vbertate immoderantiã tuã.Centũ quæris, ego centuplũ tribuo: hanc itaq; in fœnus à me accipis, quã in pauperẽ facis eleemosynã,q ea mihi quandoq; despecta postulo,vel sic cõmunicationẽ postulo. Cupio robo rari,designa quoq; mihi retributionis tẽpus,decerne mihi receptionis terminũ. Magis quidẽ superfluũ est à deo hanc rationẽ exigere.Fidelis dominus in omnib° verbis eius.Quòd vero mos & intẽrio est cui vel gratè fœneratũ est,metiri diẽ:audi quando & vbi tibi debitũ reddet,cui per pauperes fœneraris . Cũ sedebit,inquit,filius hominis in sede maiestatis suæ, & statuet oues quidem à dextris,hędos vero à sinistris, tunc dicet his qui à dextris:(Hic diligẽter attendite, quoniã debitor fœneratori fit gratus:quoniã qui fœnus recipit, multa cũ gratia retulit) Venite benedicti patris mei,possidete paratũ vobis regnũ à cõstitutione mũdi:quare?quia esuriui,& dedistis mihi manducare:sitiui,& dedistis mihi bibere:in carcere eram,& venistis ad me:infirmus eram,& visitastis me: hospes erã,& collegistis me.Hinc qui in tẽpore bene dispẽsarunt,propriã infirmitatem respicientes,atq; in eius dignitatẽ,qui fœnus recipit,dicunt:Domine,quãdo te vidimus esurientẽ,& pauimus te?sitientẽ, & dedimus tibi potũ?In quem oculi omniũ sperãt, & tu das escã eis eorũ in vbertate.O bonitatẽ multã: occultat dignitatẽ per clementiã.Dedistis mihi potũ.O multam comitatẽ, ô benignitatẽ immẽsam.Qui dat escã omni carni,qui aperit manũ, & implet omne animal benedictione,Esuriui,inquit,& dedisti mihi mãducare : nõ dignitate minorata,sed dei clemẽtia pro paupere fideiubente. Sitiui & dedisti mihi bibere . Quis hæc dicit?qui lacubus & fluminibus,& potibus aquarum naturã præbet.Qui per euangeliũ dicit:Quoniã qui credit in me,sicut scriptura dicit,flumina de ventre suo fluẽt aquæ viuæ.Qui dicit:Si quis sitit,veniat ad me,& bibat. Si nudus, inquit, erã, & cooperuistis me.Cooperimus cooperiẽtẽ cœlũ nubibus, qui vniuersam induit ecclesiã,vniuersum orbem.Quotquot enim in Christo baptizati sumus , Christũ induimus. In carcere erã. Tu in carcere,qui educis vinctos? Interpretate quæ loqueris . Nã ipsa dignitas fidẽ derogat dictis.Quãdo te in tãta necessitate vidimus?quãdo eadẽ fecimus?Respõdet dominus,Quod enim fecistis vni ex minimis,mihi fecistis . Nũ verus sermo? Qui miseratur pauperis,fœneratur deo.Atq; mirabile hoc vide. Nullũ aliud q id virtutis opus in mediũ duxit. Poterat enim dicere: Venite ad me benedicti, q castì,q virgines vixistis,q angelicam suscepistis cõuersationem.Sed tacet hæc , non q memoria sint indigna,sed q à clementia sint secunda. Sed quemadmodũ his qui à dextris , multa de clementia elargitũ ostendit regnũ : pari modo eis qui à sinistris, de peccato cõminatus est pœnã,Ite à me maledicti in tenebras exteriores paratas diabolo & angelis eius.Quare?propter quod malũ?quia esuriui & nõ dedistis mihi mãducare:nõ dixit,quia fornicati estis,quia furtũ, quia falsum feciſtis testimoniũ,quia periurastis. Mala quidẽ hæc manifestè,sed à duritate negantis eleemosynã sunt secũda . Quare autẽ domine viarũ aliarũ non recordaris?Nõ iudico,inquit,peccatũ,sed inclementiã:non peccãtes,sed immisericordes iudico: inclementiæ vos dãno, q talem ac tãtam salutis medicinã,eleemosynã scilicet,qua emolliri atq; extergi omnia peccata potuerunt , tãtum beneficiũ despexistis.Itaq; inclementiã vitupero,quasi malitiæ radicẽ, atq; cõminor illis quidẽ æternũ ignẽ , his vero æternũ polliceor regnum. Vtiles tuæ domine promissiones,vtile & expectatũ regnũ tuũ , vtilis iterũ comminata gehenna.Et id quidẽ bene alliciens , bene enim allicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

allicit regnũ,terret vero vtiliter gehenna.Minatur e-
nin gehennã deus,nõ quò gehennã inducat,ſed quò
à gehenna liberet.Alioqui ſi torquere vellet, nõ iam
ante minatus eſſet.Quò firmi ac ſtabiles euitemꝰ mi-
nas,pœnã minatur:& terret verbo,quò minus opere
torqueat. Fœneremur igitur deo per clementiã,fœ-
neremur quò debitorẽ inueniamus eũ,quemadmo-
dũ paulò ante diximus, non iudicẽ. Veneratur enim
debitor fœnerantem.Veneratur eum & erubeſcit.Si
adierit fœnerator ad debitoris ianuã, ſiquidẽ inops
fuerit,fugiet:ſi vero diues,læto eum animo excipiet.
Alterũ iuſti iudicis mirum intuere,humanis ex rebus
prouenięns. Si cui in paupertate manenti fœneratus
fuerit,atq; exinde ad diuitiarũ ſplendorẽ venerit qui
accepit,potẽs factus tibi debitũ reddere, latebit mul
tos ac reddet, ne pudore cõfundatur de priori ſtatu:
& gratias quidem agit,beneficiũ vero celat,priorem
erubeſcens paupertatẽ.Deus autẽ non ita,ſed occul-
tè mutuum accipiẽs,palam debitũ reddit: tunc vero
cum accipit,clam per eleemoſynã accipit: cum vero
reddit,in oculis vniuerſę creaturæ reddit.Sed fortaſ-
ſe quis diceret:quare autẽ omnino quẽadmodũ mi-
hi diuiti dedit,non æquè pauperi dedit?Poterat qui-
dem ſicut tibi & pauperi dare,ſed noluit, ne tuas di-
uitias infructuoſas faceret, neq; illius ſine merito fa-
ceret paupertatẽ.Tibi diuiti dedit diteſcere,per elee-
moſynam & iuſtitiã diſtribuere.Diſperſit enim,dedit
pauperibus,iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Cer-
nis diuitem eleemoſyna æternam theſaurizare iuſti-
tiam?Quid ergo ad pauperem qui diuitias nõ habet?
quomodo iuſtitiã operatur?ſed habet paupertatem,
de qua patientiam lucratur æternam. Nam patientia
pauperum non peribit in finem. In Chriſto Ieſu do-
mino noſtro,cũ quo patri gloria,& ſpiritui ſancto,in
ſecula ſeculorum,Amen.

HOMILIA SEXTA.

ECce nobis hodie ſanctus imminet Dauid,
perlectus eſt muſicus pudicitiæ doctor. Cũ
enim ſpiritualẽ eius per pſalmos lyram mo-
uet,auditum quidem mulcet,mẽtem vero pudicitia
exornat:propterea decreuit gratia ſpiritus hunc ſolũ
fermè omnis Chriſtiana anima modulari,quo audito
lætemur pro ſinu animę.Mihi vero ſæpenumero ad-
mirari cõtingit,& mecũ mente confundor,cogitans
&dicẽs:Cuius rei gratia prę cęteris veteris inſtrumẽ-
ti nouiq; ſcripturis, librũ Dauid ſic adamarunt om-
nes Chriſtiani, atq; hunc ſolũ ore voluerunt verſari?
Moſes magnus fuit legiſlator, facie ad faciẽ cõtem-
plans ipſum vidit deum, qui deſurſum omnẽ nobis à
primo creaturam, atq; ipſum creatorẽ innotuit, di-
cens:In principio creauit deus cœlũ & terrã.Libérq;
hic maximus eſt,omni refertus pudicitia,víxq; ſemel
cũ annis ſingulis per eccleſias legimus. Sed quid ais,
ꝙ veteris eſt inſtrumenti? Quid ad lectionẽ ſanctorũ
euãgeliorum? vbi miracula præſentia Chriſti prædi-
cantur, vbi deus cũ hominibus cõuerſatur, vbi mors
deſtruitur, vbi dæmones præcepto fugantur, leproſi
vero mundãtur:vbi cęci naturę defectũ luto curauit,
& quinq; hominũ milia per deſertũ de panibꝰ quinq;
nutriuntur:vbi latro in paradiſo cõſtituitur,& mere-
trix aſtris purior inuenitur:vbi Iordanis fluẽta ad ſan
ctificationem noſtrarũ animarũ conſecrantur,& vni-
genitus filius à patre de cœlo prędicatur: vbi vitã no
ſtram Chriſtus renouat, & renouans ad ſalutẽ genus
Matth. 5. humanũ reuocat,dicens:Beati pauperes ſpiritu,quo-
niam ipſorũ eſt regnũ cœlorũ.Beati qui eſuriũt & ſi-
tiunt iuſtitiã,quoniã ipſi ſaturabuntur : atq; has leges
ſemel aut bis legimus in hebdomada.Sed dices, dia-
demata regalia non decere quotidie in publicũ pro-
ferre.Et quid ad beatũ Paulum Chriſti rhetorẽ,mũdi
piſcatorẽ,qui quatuordecim per epiſtolas veluti ſpi-
ritualia retia ad ſalutem captat? Qui tertium vſq; ad
cœlũ raptus,& iterũ in paradiſum tranſlatus:cui my-
ſteria regni dei ſunt credita,quę non licet homini lo-
qui.Atq; hũc bis per hebdomadã legimus, eius non
ferimus epiſtolã in ore,ſed lectioni duntaxat accom-
modantes intellectũ,pro tempore ipſo hac ſola pro-
cedimus . Quid ergo ad ſanctũ habeo dicere Dauid,
quomodo ſpiritus gratia diſpenſauit, omnes eũ dies
noctéſq; omnes prędicari?Omnes enim hunc odori-
feri vnguenti loco circũferimus ore.In eccleſiis per-
noctantibus , & primus, & medius, & nouiſſimus eſt
Dauid.Diluculo quærũtur hymnorũ modulationes,
& primus,& medius,& nouiſſimus eſt Dauid. Si põ-
pæ in funeralibus defunctorũ, & primus , & medius,
& nouiſſimus eſt.Si tela in virginum domibus agitur,
& primus,& medius,& nouiſſimus eſt Dauid.O rem
inauditam . Multi qui literarum experimenta minus
ſumpſere, neq; ipſis edocti principiis, totũ Dauid in
pectore conſeruant:neq; in vrbibus ſolum atq; eccle
ſiis ſic per omne tẽpus,per omnẽ ætatẽ fulget, ſed in
foro medio,atq; ipſa in ſolitudine,&inhabitabili ter-
ra certatim deo ſacras ſtationes excitat. In monaſte-
riis ſanctis, choris angelicarum acierum , & primus,
& medius,& nouiſſimus Dauid. In cœnobiis virginũ
greges Mariam imitantium,& primus, & medius, &
nouiſſimus eſt. In deſertis viri crucifixi colloquentes
deo, & primus, & medius, & nouiſſimus Dauid . Et
omnes quidem homines naturali noctis ſomno altè
premuntur,ſolúſq; Dauid inſtat, atque ipſos dei ſer-
uos in angelicas turmas congregãs, excitat tota mẽ-
te:terram in cœlum vertit,& angelos homines facit.
Noſtram proinde vitam omnibus exornat muneri-
bus, omnibus omnia factus , noſtram omnino vitam
angelicã reddit:pueris coadoleſcens, iuuenes ad pru
dentiã cõuocãs:virginibus pudicitiã largitus, ſenio-
ribus firmitatẽ donat,peccatores ad pœnitẽtiã pro-
uocat,dicens:Cõfitemini domino, quoniam bonus.
Eos qui per pœnitentiam profecerũt,roborãs dicit:
Delicta iuuentutis meæ , & ignorantias meas ne me-
mineris domine.Eos qui beneficia receperũt,ad gra
tiarũ actiones excitans,Quid retribuã,inquit, domi-
no pro omnibus quæ retribuit mihi? Eos qui multo-
ties peccauerũt,ad cõfeſſionẽ reuocat,&dicit:Si ini-
quitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtine-
bit?Miſericordiã à deo cupientes edocens,Miſerere
mei deus ſecundũ magnam miſericordiã tuam . Vo-
catos ad ſacerdotiũ confirmãs, Ne proiicias, inquit,
me à facie tua . Ad iudiciũ tractos docet & dicit:Li-
bera me à calũniis hominum . In timore ab inimicis
cõuerſos admonet,dicẽs: Eripe me de inimicis meis
deus.Expectantes & gratias agentes,maiores ad gra
tiarum actiones excitans,& dicens:Expectans expe-
ctaui dominum,& intendit mihi,& exaudiuit oratio-
nem meã.O magnam citharam,hominum totius or-
bis animas veluti neruos quoſdã vnam in conſonan-
tiam,vnum gloriæ ſermonẽ concrepantẽ & congre-
gantẽ.Et quomodo talis tantúſq; vir hominum mo-
res exornans, angelorũ politiam in terrã ſtatuens, &
angelorũ celebritate coronatus in cœlo: quónã mo-
do duo

do duo in maxima peccata dilabi permittit?Nã pec-
catorum priora & maxima permiſſus eſt peſſundari.
Propterea ſæpenumero mecũ ipſe reputãs hęcq́; co-
gitãs,mẽte excido haud ſecus,ꝙ nauis in pelago ma-
giſtro priuata hinc inde fluctuãs circũfertur: ita mo-
tus eſt ſępenumero animus meus,ipſe cogitãs afflictꝰ
eſt,& æſtuãs ac dicẽs: Quomodo vir tot bonis orna-
tus,rex,propheta,Chriſti ſeruus,ſeruꝰ per naturã,pa-
ter per carnẽ:Liber enim Ieſu Chriſti filij Dauid:qui
magnificatus virtutibus,diademate inſignitus,circũ-
datus purpura,& humilitate munitus,dicẽs:Domine
Pſal. 130. nõ eſt exaltatũ cor meũ,neq; elati ſunt oculi mei:ne-
que ambulaui in magnis,neque in mirabilibus ſuper
me,Si nõ humiliter ſentiebã,ſed exaltaui animã meã
ſicut ablactatus:Qui terminos innocẽtiæ cuſtodiue-
rat,dicẽs:Domine deus meꝰ ſi feci iſtud,ſi eſt iniqui-
tas in manibꝰ meis, ſi reddidi retribuẽtibus mihi ma-
la:Qui nõ modo ſuperbiã retũdebat,ſed & ſuperbos
animaduerſione inſectabatur dicẽs: Nõ habitabit in
medio domus meæ faciẽs ſuperbiã,loquẽs iniquita-
tem nõ direxit in cõſpectu oculorũ meorũ: qui con-
fidenter deo dicebat:Tentaſti me, & nõ eſt inuẽta in
me iniquitas.Et quid dico atq; ſuis vtor teſtimoniis?
Sæpe fidẽ derogat ei qui de ſe teſtimoniũ perhibet?
Alter bene ſuis actis rebus teſtimonium afferat, alter
eius coronas proferat, quò fidelius ſit teſtimoniũ: &
quodnã deo fidelius dicẽte : Inueni Dauid filiũ Ieſſe
virũ ſecundũ cor meũ?Quid hoc teſtimonio firmius?
Quid hac voce fideliꝰ?Et quomodo tot donatus be-
neficiis,tot coronatus virtutibus , qui ſecũdũ cor dei
teſtimoniũ accepit : quónã pacto peccatis his maxi-
mis peſſundari permittitur,Nõ mœchaberis, nõ oc-
cides,& homicida & mœchus dei propheta?Hic no-
bis hodie perlectꝰ eſt locus. Nũ prophetã carpo? ab-
ſit,ſed veſtrã roboro vitam.Quomodo?tametſi ſæpe
bene officioſéq; geſſeris , teipſum corrobores ne ca-
1. Cor. 10. das:ſic & apoſtolus dicit:Qui ſe putat ſtare,videat ne
cadat.Propterea & ipſe ſæpius orãs dicebat : Et vſq;
in ſenectã & ſeniũ deus nõ derelinquas me . Cuiꝰ er-
go rei gratia tantus vir permiſſus eſt ruere?Tribus de
rebus.Quibus?Primũ quò iuſtos ꝓpria de vita robo-
raret.Sum religioſus,eremita ſum,neq; dicã multum
virtute officióq; ꝓfeci,multis inſignitus ſum meritis,
ieiuno,vigilo,oro,illachrymor,induor cilicio, corpꝰ
meũ auſteritate cõtriui, nõ iam diaboli impetus for-
mido, iã mihi quæ ad coronã pertinẽt perfecta ſunt.
Noli errare homo,ne mẽte in ſublime tollaris , haud
plura feciſti ꝙ Dauid.Audi dicẽtẽ ipſum,Genua mea
infirmata ſunt à ieiunio,& caro mea infirmata eſt ꝓ-
pter oleũ:& iterũ, Ego autẽ cum mihi moleſti eſſent
induebar cilicio,& humiliabã in ieiunio animã meã:
audi eũ de vigilia dicentem:Media nocte ſurgebã ad
confitendũ tibi:&iterũ,Septies in die laudẽ dixi tibi:
Pſal. 108. audi eum de lachrymis dicentẽ : Laboraui in gemitu
meo,lauabo per ſingulas noctes lectum meũ,lachry-
mis meis ſtratũ meũ rigabo:audi eũ de auſteritate vi-
tæ,Quoniã cinerẽ tanquã panẽ manducabã, & potũ
meũ cũ fletu miſcebã.Et quid memoror quę de pro-
pheta ſunt?Audi iterũ Chriſti teſtimoniũ,dicens:In-
ueni Dauid filiũ Ieſſe ſecundũ cor meũ.Et poſt tamẽ
tot geſta,poſt tot celeberrima officia,tales in errores
delatus cõcidit.Neq; ergo confidas,ſed quotidie ro-
boreris,quotidie apoſtoli diſciplina id accipiẽs,Qui
ſe putat ſtare,videat ne cadat.Primã audiſtis cauſam.
Secundã accipite. Quò peccatores minus ſuis rebus
deſperẽt,ſed ſi peccauerit quis, quotidie confiteatur
peccatũ:tametſi millies peccauerit,perſtet millies cõ
fiteri.Nihil enim deſperatione deterius.Si quis enim
deſperauerit ob peccata, peccans nõ iam ad ſanitatẽ
recurrit.Aut nõ vides medicos,ſi de ſalute ægrotan-
tis diffidãt,non iam curare? dicũt enim ꝙ mallent in-
firmitati dare,ſed nõ vlteriorem ſuſcipit morbus cu-
rã:artis enim induſtriã morbi malitia vincit. hæc di-
cunt qui de ægroti ſalute deſperãt.Si vero ſanitas ex-
pectatur,omnia faciũt ęgroto,ſalubres afferũt medi-
cinas.Pari modo ſi quis peccatis deſperãdo ceſſerit,
quaſi nõ ſuperſit pœnitẽti ſalus, ſeſe maius in malum
ſtimulat.Et tu ergo ſi noueris peccãti ad ipſam pec-
cati ſummã,cæde ſcilicet,& adulterio,medelã acceſ-
ſiſſe & ſanitatẽ,tametſi millies peccaueris,cõfeſſione
te excita.Hæc autẽ dico nõ vos alliciẽs ad peccãdũ,
ſed peccatores ad confeſſionẽ prouocãs:quoniãqui-
dem deus pius ac clemẽs vel maxima peccatorũ de-
let.Quid enim maius cæde & adulterio ? Et tu ipſum
audi prophetã pœnitentẽ,Dixi,inquit,cõfitebor ad- Pſal. 31.
uerſum me iniuſtitiã meã domino,& tu remiſiſti im-
pietatẽ peccati mei.Propterea & peccatorũ maxima
Chriſtus peregrinatus in terra remiſit.Latronẽ in pa
radiſum duxit,publicanũ fecit euangeliſtã , blaſphe-
mũ Paulũ orbis apoſtolũ : vt peccãs tu minus deſpe-
res,ſed peccatũ fatendo deleas,ſalubrẽq; ingrediaris
viã.Cõfitemini enim domino,quoniã in ſeculũ miſe-
ricordia eius.Ecce ſecũdã cauſam:tertiã accipe.De-
buit ipſe ſaluator noſter peregrinari ſecũdum ipſam
in carne præſentiã, mixturãq; noſtræ carnis ſuſcipe-
re,& cũ hominibus cõuerſari. Sed quoniã deus erat,
& idẽ ſine peccato ſolus, permiſit iuſtos propriũ pe-
nes arbitriũ humanis erroribus incuruari,non iã ipſe
ad peccatũ impellẽs, ſed arbitrio permittẽs ſecundũ
propriũ nutũ ambulare. Sic itaq; infidelitate ſanctus
peccauit Abrahã , propterea pœnã nõ effugit à deo,
vt ſeruiret eius ſemẽ annis quadringentis.Et iterum,
Moſes non glorificans deũ cum aquã de petra dona-
uit,ingratus,atq; ideo ad eũ deus,Nõ videbis,inquit, Exod. 17.
terrã promiſſionis,& nõ intrabis in eã.Sic &hũc per-
miſit in peccatum cadere, quò ſolus ipſe in hominis
corpore ſine peccato inueniatur.Quare & propheta
Dauid,cũ de cætero ad peccati confeſſionẽ veniſſet,
hoc dicit de eo:Tibi ſoli peccaui, & malũ corã te fe- Pſal. 50.
ci: quare? Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas
cũ iudicaris.Cũ,inquit,venerit dies illa,maſſa noſtrę
mixturæ manifeſtè erit ſedens in dextera maieſtatis
dei.Sede enim à dextris meis, donec ponã inimicos
tuos ſcabellũ pedũ tuorũ.In illa die apparebit &cor-
pus,qđ de natura noſtra ſuſcepit, ſuperius corpus,&
inferius corpus.Videbunt,inquit,eum quem transfi- Ioan. 19.
xerunt: ſed hoc quidem grauatum, videlicet noſtrũ:
illud vero ſine peccato, & peccatorũ exigẽs pœnas.
Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,&vincas cũ iudica-
ris.Quomodo?Quoniãquidem peccatũ nõ fecit,ne- Eſa. 53.
que inuẽtus eſt dolus in ore eius. Ipſi gloria & impe-
rium,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum , Amen.

HOMILIA SEPTIMA.

IAm ergo turbine ſeculariũ rerum liberati,
animam lectione diuinarũ reficimus litera-
rum.Sic faciunt & nautæ . Cũ enim procel-
lam digreſſi fuerint,& multum deinceps pelagus de-
currentes , in portum diſceſſerint quietũ: dimittẽtes
vela,deponẽtes remos,egrediẽtes nauim,quiete ſeſe
ſomno recreãtes, robuſtiores conatus reliquã ad na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uigationē prēparant. Hos imitemur & ipsi, atq; omni procella, tumultúq; & fluctibus liberati, quasi trāquillum ad quendā portū, scripturarū ad lectionē impellamus animas. Etenim portus est à fluctibus liber, murus firmissimus, turris minimè nutans, gloria nō diripienda, nō vitianda, firma felicitas, minime languēs, cōtinua voluptas, & quotquot quis dixerit bona, sacra cōperiet in scriptura. Eadē & mœrorē abiicit, lætitiámq; conseruat, pauperē ditiorē ipsis felicibus facit, diuitibúsq; firmitatē adhibet, & peccatorē iustū reddit, & iustū stabilitate cōfirmat: maláq; euellit, bona insert: fugat malitiā, bonitatem inducit, nō modo inducit, sed radicibus etiā firmat, continuámq; facit permanere, spiritualis existens medicina: quoniāquidem diuina quædā & ineffabilis est passionū extinctio. Nam & spinas passionū extirpat, purámq; tellurem reddit: seminaq; dimittit pietatis, atq; ad vigorē fructū agit. Nequaquā igitur tot pigritemus à bonis, neq; deficiamus à cōuentu: sed huc frequentius conueniamus, quò semper curemur. Et ne quis liuore stimuletur diuitē videṡ, neq; deprimatur inopia: sed rerum perdiscens naturā, transeat quidē vmbras ipsas, veritatē autē cōplectatur. Quoadusq; enim quis sese longius à virtute constituerit, magnę videntur huius vitæ negociationes: cū vero in luce diuinarū scripturarum constiterit, tunc leuitatem & breuitatē, vilitatémq; simul mortalium harum rerum manifestè discet, q̄ fluuialibus aquis non constantius defluunt, simul & cū apparent decurrūt. Quare propheta philosophās, occupatos in his, pusillanimes ac miseros, humiq; innixos vocat, qui ad diuitiarū phantasiā anhelant, tremētes hos corripiēs, ab eo atq; reuocans trepidationē, suadénsq; diuitias quasi nihil essent despici oportere. Ne timeas, inquit, cū diues factus fuerit homo, aut cū multiplicata fuerit gloria domus eius. Non enim dixit, gloria sua: sed, gloria domus eius: quoniā cum morietur, nō accipiet omnia. Vidisti dictionis subtilitatē, & manifestā diuisionē? Non enim dixit, cū multiplicata fuerit gloria eius, sed gloria domus eius: ostendens sanè alterā quidem esse hominis gloriā, alteram gloriā domus. Domus quidē gloria, porticus, deambulatoria, laquearia pulchra, pauimētum, gemmarū ornatus, prata, hortuli, seruorū multitudo, sumptuosa quæq; supellex, quorū nihil ad hominē. Hominis vero gloria, fides recta, zelus in deū, charitas, humilitas, mansuetudo, assidua oratio, eleemosynæ, philosophię ornatus, & cætera vniuersa virtutis mēbra. Et illa quidē possidens, haud inde gloriā consequitur, neq; iure quis cognominabitur bonus: sed cōtrà vniuersæ malitiæ indiciū. Nam & crudeles & inhumani, sordidíq;, & philosophię expertes excitātur in comœdiis, qui ciusmodi sunt atq; suas in his opes ostentant. Igitur non eadē hominis, vti prędiximus, & domus est gloria. Qui vero sese castitate, ornatu, mansuetudine, humilitate accurate deuouent, hos admiramur, prædicamus, laudamus: quoniāquidē ea potissimū est hominis gloria. Hęc igitur scientes, nihil imitādū esse putetis, nihílq; ad eos pertinere qui eisdē consepti sunt. Nam opes, luxuriæ occasio, malitiæ schola, turpis vitæ & defluentis causa, animę corruptela, via ad diuersa ferens mala, cursus nullum habens bonum, his qui abutuntur se. Hinc fures, hinc murorū fossores, domestici transfugæ in semetipsis furti morbū nutrientes. Sed eas vbinā deponemus? In terra suffodiemus? Absit, sed meis si ipse consiliis acquiescere volueris, modū tibi dixero, quò transfugas opes, fidas tibi eas reddideris. Quónam modo transfugæ ipsæ tenebuntur? Distributæ manent, custoditæ fugiunt. Atq; vel ab ipsis agricolis discę. Nā illi quidem frumenta si domi cōclusa tenent, vermiū in esca amittent: si vero disperserint in terras, nō modo custodiunt, sed etiā augēt. sic & opes stantes quidem in arca, atq; sub sera & vecte defossæ, citò transfugiunt: si vero eas in ventres dispserseris pauperum, non modo nō fugiunt, sed & maiores inde resurgūt. Hæc igitur sciēs, in manibus fac eas millenis detineri, viduarum scilicet, orphanorum, infirmorum. Neq; enim diffugere poterūt tot detentæ manibus: sed cū firmitate & conseruantur planè, & crescunt. Et quid pueris, inquis, relinquam meis? Ego vero non te totas cogo euacuare. Nam & tunc pueros feciſſes ditiores pro pecunia, cum deum ipsis propitium reliquisses: atq; ex eleemosyna lucrum fertilitatémque haberes. Non enim ciusmodi pueros despiciet deus: haud itaq; existimate substantiam his minorari eleemosynæ amore & opera. Multiplicabit enim ipsis firmitatem, quæ secundum deum est bonæ voluntatis, si eas hoc in primis ipsis depositū facies: si autē inopiam timuisti, & is superuacuus est timor. Qui enim malos nutrit, multo magis & ægrotos, & captiuos, & inopes. Hęc igitur sciēs, superflua quęq; ampura, fácque pauperibus supplementū. Nā si calceamēta quis supra mensurā pedibus adegerit, itinere certè prolixiori impedimēta sentiet: & vestimentū induens corporis staturā excedēs, pari modo implicabitur. Atq; superfluū vbiq; in eo quod satis est, ad opportunitatē inutile est. in pecunia multo fortius id euenit. Et qui supra quod est satis habent, nō modo in ipsa sufficiētia, sed & in necessariis quibusdā impediuntur. Nam qui deforis in agone currūt, & ipsa exuūt vestimēta: viā vero in cœlū ferentē, & eandē arctā & arduā tot cū impedimentis quomodo poteris ambulare? quoniāquidē & veloci & expedito cuiquā penè impossibile est desideriū iter optimæ huius viæ, siue salutē cōsequi. Sparge igitur superflua in pauperes, & quod inuitus fortasse paulò post ipsis inimicis es cessurus, idipsum volens depone: tuáq; fac, quæ tua nunc non sunt. Neq; enim vllū habebis responsum, vllā indulgentiam, cū hinc abiens Christi tribunali adstiteris, rationémq; factorum pones. Fugiamus ergo fratres auaritiæ morbum, neque ipsis irrationabilibus ferociores simus. Illis cōmunia omnia, & terra, & fontes, & pascua, & montes, & valles, atq; nihil alterum habet plus altero. Tu vero homo mitissimum animal, fera es violentior, atq; infinitas pauperum escas domi concludis. Et non modo natura nobis communis est, sed & alia his multo plura, & aër, & mare, & ignis & aqua, & fontes, & vita, & mors, & adolescentia, & senectus, & morbus, & sanitas, escæ & vestium indigētia. Et spiritualia pari modo communia sunt, sacra mensa, dominicum corpus, regni promissio, lauacrum regenerationis, purgatio peccatorū, sanctificatio, & redēptio, arcana bona quę oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Quomodo ergo nō indignum est, qui tot tantísq; mutuò cōmunicamus: de pecunia tamen esse diuersos, atq; idem non seruare cognomentū, sed ipsorum animalium de se præbere feritatem, & id debentibus nobis his paulò post cedere, sed & insuper supremis de malis periclitari? Nam mors vsu quidē abducit: ad pœnas vero

Psal. 48.

nas vero reliquū, atq; ad ęterna mittit torměta. Igitur quò hæc minus fiant, multa vtamur eleemosyna. Ipsa em̄ est regina virtutū, quę illic cū fiducia assistet, à tormētisq; eripiet, & nemo repugnabit ei qui secū in seculū abierit. Nā & leuis eius est penna, pluriműque fiduciæ sibi sublimitas inest, atq; ad ipsum ascēdit regalē thronū, alumnos suos audacter agēs. Orationes em̄ tuæ, & eleemosynæ, inquit, ascenderūt in memoriam in conspectu dei. Quò ergo & ipsi ad illā altitudinē tollamur, ab importuna auaritia liberati, atq; deliciis, & honoris cupiditate superflua, in virtutibus quęque vtilia faciamus, multas illic nobis thesaurisantes diuitias: atq; dexteræ eius crede manui, qui decimā nō exigit, qui & custodire has poterit diligenter: atq; hinc in iudicij die mitis propitiúsq; inueniri, tametsi millies peccauerimus, ad indulgentiā peruenire nos, & respōso dignos efficere. Magnū est bonum, & dei donum eleemosyna, ipsi deo potentia sua cōiungens. Id maximè & è sapientibus quidā dixit: Magnus homo & honorabilis vir misericors. Ea nostra est gratia quæ mortuos excitat. Per hanc enim in nomine Iesu mortuos excitare poterimus, quanto magis esurientē nutrimus Iesum? Sed hic tu Christo beneficium tribuis, illic tu tibi: & meritū ipsum non q̄ suscipiat quis, sed q̄ faciat bonum, prouenit. Hic quidem, in signis dico, debes ipsi deo: in eleemosyna vero deū habes debitorē. Est eleemosyna cum de proposito, cum de liberalitate fit, cum abūdē, cū non te tam dare cēses q̄ accipere: cū quasi lucrantē te, nō quasi amittentē: quoniāquidē nisi sic existimaueris, nō est gratia. Etem̄ de necessariis vsibus minus desperare decet. Nam quomodo erroneū non est, alterius te soluere tristitiam, & simul in hoc contristari? Nō em̄ iam ipsam eleemosynā esse sinis, sed neq; illum ipsum Christū enutriri. Nam si cōtristaris q̄ alterum tristitia liberasti, summæ sæuitiæ & seueritatis indiciū geris. Quanto præstabilius fuerat non liberare, q̄ nam sic liberare? Quid autē omnino tristaris homo? Prorsus aurū tuū non minuitur: si hac duceris sentētia, ne tribue. Si enim minus fidis quòd tibi in cœlis accumuletur, ne dederis. Sed hic quæris tibi rependi. Dimitte eleemosynā esse eleemosynam, & non negociationē. Multi quidē & hic receperunt, sed non sic receperunt quasi plura his qui nō receperunt haberent: & hi quidē infirmi receperunt, quoniam quidē ad illa non valde festināt. Et quemadmodū nebulones ad regalē vocati mensam, atque idoneū non expectantes tēpus, quasi parui pueri suā offendunt comessationē præuenientes, cibis ad crapulā repleti crassioribus: sic & hic quidā mercedem quærunt, & eorū quæ illic sunt, minorantur bono. Atqui fœnerās ipse multo plus priorē desiderat habere sortem, fortasse neque recipere desiderat, quò per morā in maius crescat fœnus: hic autē cito repetis hoc, cū quidē hic nequaquā futurus sis, sed illic perpetuè mansurus, nō hic iudicandus, sed illic pœnas daturus. At si quidē tibi domū quis ædificauerit, quā non habitaturus fores, id iacturā fortasse duceres. Tu homo vis hic ditescere, vnde & ante vesperā sępenumero profecturus es? Nescis in aliena nos terra versari, veluti peregrini & incolæ trāsmigratores? Nescis incolas eiici, cū nō proficiunt, aut nō sperant quod ipsi patimur? Propterea & quæcūq; ædificauerimus, hic dimittemus. Non em̄ permittit dominus eadē recipientes abire: tametsi domus ædificauerimus, tametsi agros emerimus, aut seruos, aut supellectilē, aut quid simile, non modo nō permittit, qui hic bona cupiūt nō abire, sed neq; tibi cōputat: prædixit em̄ tibi ne ædificares, aut in alienis impenderes, sed in tuis. Quid ergo tua dimittens, in alienis & operaris & impēdis, quò laborē & mercedē amittas, atq; insuper vltima torměta subeas? minimè obsecro: quoniāquidē natura sumus inquilini, & inhonorati, & abiecti. Hic fortasse si ciues esse voluerim̄, neq; hic erimus, neq; illic ciuiū fiduciā accipiemus. Si vero quasi inquilini cōuersantes erimus, & hic accipiemus fiduciā, & illic. Iustus em̄ in his nihil habēs bonis, hic omnino quasi in suis versatur bonis: & in cœlū abiēs videbit æterna tabernacula, & neq; hic patietur quicquā incōmodi. Neq; em̄ alienigenam quis eū facere poterit, qui omnē sub se terrā habuerit, & in suā veniēs patriā, veras ostendit opes. Quò igitur vtraq; cōsequamur, & præsentia, & quæ illic sint bona, præsentibus pro sufficiētia vtamur, & cœlierimus ciues, & multa fulti fidentia. Ea igitur pro refaciam̄ vniuersa, quò apprehēdam̄ illa, quò illis fruamur bonis: sic oro, sic obsecro, in idipsum studio multo incūbamus. Nemo in casura vrbe ædificat. Dic, inquā, si quis tibi prēnunciaret post annū ipsam casurā vrbē, nū fortasse in casura vrbe ædificares? Id itaq; nūc fac. Nequaquā in hoc ædificemus mundo. Cadet em̄ paulò post, & cuncta peribunt. Quid dico cadet? ante ipsum casum ipsi peribim̄, atrociáq; patimur mala. Quid in arena ædificamus? ædificemus supra petrā, quātūcunq; impetus fiet, incōcussa quidē illa erit ædificatio, eámq; demoliri nihil poterit. Cū enim sæpenumero terræmotus fiūt, incēdia, bellorūq; cōgressiones, nobis etiā viuētib⁹ ea nobis eripitur domus. Sæpe autē & vnà multa pereūt. q̄si & eadē perstiterit, morbus præueniens aut citò transfert, aut manētes nequaquā ea vti cōmodè permittit. Vbi em̄ voluptas, ibi morbi & calūniæ & insidię: aut si nihil horū, liberos non habentes, quibus ipsas demus, aliaq; dem⁹ vniuersa, quasi alienis laborātes affligimur: quādoque & alienis ipsa peruenit cum domo hæreditas, non modo nobis præmorientibus, sed etiā viuentibus. Quid ergo miserius q̄ in id cum labore conari, quò inimici nobis inuitis hæreditati succedant, atq; quò illi quiescāt delicatè viuentes, & gaudeāt tuis laboribus? Horū exēpla in vrbibus plura vidētur. Sed ne tristitia eos conficiā, qui huiusmodi inciderūt, tacebo. Possem & eorū fortasse aliquot vel nominatim exprimere, prolixioréq; narrationē facere, multásq; vobis domus ostendere, quæ proprios hostes susceperūt eorum qui in his laborauerunt: non domus modo, sed & mācipia, atq; vniuersa sæpe hęreditas ad inimicos deuoluitur. Eiusmodi enim humana sunt bona, in cœlis vero nihil timendum est tale. Neque vt morięti superueniat hostis, hæreditatiq; succedat. Non enim illic mors, nō hostilitas. Tabernacula vero sanctorū solida sunt, atque in sanctis illis exultatio, gaudium & lætitia. Vox em̄, inquit, exultationis in tabernaculis iustorū. Æterna sunt tabernacula illa finē, non habētia. Nō illa eadē tēpore cadūt, nō possessores mutāt, sed p̄manēt cōtinuo in vigore. Neq; em̄ quid corruptibile est illic & mortale, sed vniuersa & stabilia & immortalia. Hāc in structurā pecuniā impendamus. Nō architectorum sanè, aut operariorū magna nobis fuerit cura: pauperū manus huiusmodi domos construunt,

Psal. 117.

claudi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

claudi,eſuriẽtes illas ꝯdificãt.Ne mireris, quoniãqui A dẽ hi & regnũ nobis ꝓpinãt,fiduciãq; nobis ad deũ tribuũt.Nã eleemoſyna ipſa artifex eſt, optimáq; illorũ ꝓpugnatrix & tutela qui exercẽt eã.Etenim deo amica eſt,& cominus ſibi ſemper aſſiſtit.Quos amauerit,his facillime gratiã impetrauerit:modo nõ patiatur à nobis iniuriã. Quomodo vero patitur? cũ eã fecerimus ex rapina.Adeo q; ſi pura fuerit, plurimũ tribuerit fidentiæ his qui ſibi adhærent, imò & proterrenis eorũ rebus orat,tanta eius eſt vis.Eadẽ vincula diſrumpit,tenebras ſoluit, extinguit ignẽ, ſtridorẽ effugat dentiũ,huic multa cum facultate cœlorũ aperiuntur portę.Ac velut regina ingrediẽte,nullus cuſtodũ ipſis in portis poſitorũ audet interrogare quæ ſit,aut vnde iter agat,magis vero illico ſuſcipiunt omnes: ſic & eleemoſyna regina omnino eſt, *Luc.6.* cũ deo ſimilem faciens.Eſtote,inquit, miſericordes B ſicut pater veſter cœleſtis.Pennata eſt enim & leuis, aureas habens alas: ipſos ſupra modum delectans *Pſal. 67.* angelos.Ibi inquit,pennæ columbæ deargentatę,& poſteriora dorſi eius in pallore auri. Apud ipſum regalẽ thronũ perſiſtit. Cũ iudicamur, imminet, tormentiſq; nos eripit,ſuis cõplectens & ꝓtegens alis. Hãc vult deus,atq; adeò vſq; diligit,vt multa de hac ipſe diſputet.Vidua & orphanꝰ & pauper, inquit,reficietur ab ea.Vult appellari deus miſerator,& miſericors ſuper omnẽ terrã.Ipſa eñ eleemoſyna humanũ genus ſaluauit. Niſi eñ miſertus fuiſſet , vniuerſa fortaſſe periſſent.Ipſa nos exiſtẽtes hoſtes,deo recõciliauit:ipſa infinita operata eſt bona, ipſa filium dei cõpulit ſeruũ fieri,& ſemetipſum exinanire. Hãc æmulemur,per quã ſaluati ſumus,hanc amemus.Nihil eñ Chriſtiano tã ſe fert charatricẽ , quantũ eleemo- C ſyna:hãc & infideles quiq; mirãtur.Multis eñ & ipſi in locis dei miſericordiã petimus , & ad ipſum dicimꝰ:Miſerere mei deus ſecundũ magnã miſericordiã tuã.Prius ipſi incipimus,magis vero nõ priores incipimus.Iam eñ & ipſe ſuã nobis miſericordiam præoſtendit,vel ſaltẽ ſecũdi ſimus.Si eñ homines miſericordes,quãuis infinita cõmiſerint peccata,miſerẽtur:quãto magis deus?Audi prophetã dicentẽ: Ego quaſi oliua fructifera in domo domini. Eiuſmodi ſimus.Neq; eñ ſatis eſt oliuã fieri ſolũ , at fructiferã. Sũt qui miſerantes parua dant ipſo anno labẽte, aut omni hebdomada vel parũ quid exhibẽtes, hi oliua quidẽ ſunt nõ fructifera & vera,ſed arida: q̃ quidem miſerẽtur,oliuæ:q̃ autẽ nõ prõpte aut ex animo , nõ fructiferæ.Sed vt fructiferi ſimus, ſæpenumero dixi- D mus, & nũc dico.Nõ dãtis mẽſura,eleemoſynæ magnitudo metitur,ſed dãtis ꝓpoſito. Nõ eñ dederis veluti vidua, quæ totas opes exhauſit ex tota anima, exemplũ id & ipſi imitemur,quò minus de te deſperes,quaſi ex propoſito nõ dederis . dederũt quidam capillos in tẽpli ſtructurã , neq; repulſam paſſi ſunt. Sed aurũ ſiquidẽ habẽtes,capillos ſi attuliſſent, maledicti:ſi vero habentes ſolũ idipſum tulerunt, accepti. Propterea & Cain accuſatur,non quaſi vilia obtulerit,ſed quòd eõrũ quæ habuerit, viliora obtulit. *Mala.1.* Maledictus,inquit,qui habẽs maſculũ & fœminam, corruptũ deo obtulerit . nõ ſolũ maledictus dicitur, ſed qui habet,inquit, & parcit. Si quis autem nõ habet,à crimine liberatur,magis autẽ mercedẽ habet, modo ſentẽtia propoſitóq; talis ad conſeruõ flectatur,atque ſibi in pacifica mãſuetudine reſpõdeat vſque ad calicem aquæ frigidæ. Da indigẽti, & tribulato cõpatere.Si vero hæc minus habueris,vel ſuſpiriũ ſi profers,atq; omne tribuiſti. Nã & inſomnis oculus te vidit quod habueras dediſſe.Quid eñ duobus obolis vilius?quid capillis minus,ac farinę floribus ? & tamen hæc placuerunt magis q̃ vituli,quàm aurũ.Etenim in eo quod quis habet,acceptus, haud in eo quod nõ habet: & quod tua habuerit manus, eo benefacit.Quare indigentibus libẽter tribuamus opportuna quanquã modica ſint, quãuis parua. Eãdem cũ illis accipiemus mercedẽ, qui plura impendunt,magis autẽ maiorem talenta decem milia proferentibꝰ,modo cũ ꝓpoſito. Hæc agẽtes,atq; ineſtimabiles dei theſauros aſſequemur: quæ non audiamus modo,ſed & operibus cõprobemus. Quorũ omniũ nos cõtingat fore cõpotes , in Chriſto Ieſu domino noſtro,cui & patri gloria , cum ſpiritu ſancto , nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA OCTAVA.

IVcundi ſpiritualis huius nobis maris ſunt fluctus,& ipſis qui in pelago ſunt iucundiores.Illi quidẽ ventorũ inſolentia, hi auditus deſiderio excitantur. Et illi quidem ſublimius agglomerati,trepidationẽ gubernatori plurimã inferũt:hi vbi apparuerint, dicentẽ fidentia multa cõuallant.Et illi quidẽ furibũdi maris argumenta,hi animæ lætabũdæ ſunt indicia.Et illi petris illiſi,ignobilẽ ſonitum reddunt:hi vero doctrinę cõtriti blãda voce redũdãt. Sic & zephyri flatus in ſata cadẽtes, atque ipſa ſpicarum capita inclinantes ac releuãtes, in terra maris fluctus imitãtur,ſed & illis ſatis iucundiores:hic eñ nõ zephyri flatus, ſed ſpiritus gratia animas releuat calore:& ignis ille de quo olim Chri- *Luc.12.* ſtus:Ignem veni mittere in terrã, & quid volo niſi vt accendatur?Hunc enim video immiſſum incenſúmque in animabus veſtris. Quoniã igitur tot lãpades vobis Chriſti timor accendit, agite huic doctrinæ oleum inſtillemus,quo vobis abundè lumen fiat.Etenim vobis de cætero ieiunij tempus ad finẽ vrget. Nam ſtadij mediũ prætergreſſi , reliquum ad ipſum finem cõcedimus.Sicut enim incipiens ad medium feſtinat : ſic medium prætergreſſus deſudat ad finem. Igitur tempus ad finem euolat, atque de cætero cymba proſpicit. Sed quod quæritur,non iam eſt iam ad portum peruenire , ſed nauem haud lucri vacuam trahere. Oro vos omnes , & obſecro ſuam quiſque ad conſcientiam ieiunij negociationem reputet.Sed ſi lucrum multum accumulatum inuenerit,negociationi addat:ſi nihil cõgregatũ, reliquum temporis negociationi impendat. Quoadũque ſtãt nundinæ , negociantes , de magno ſperantes lucro, contendamus ne vacuis excidamus manibus , ne ieiunij laborem tolerãtes, ieiunij amittamus præmiũ: licet eñ & ieiunij laborẽ ſufferre, & ieiunij fructum nõ conſequi.Quomodo ſcilicet? Cũ ſcilicet eſca abſtinemus,peccato non abſtinemus:cũ carnibus quidẽ non veſcimur, deuoramus tamen pauperum domus:cũ vino quidem haud inebriamur , inebriamur vero deſideriis prauis: cum quidem inedia totã trãſigimus diem, atque eandem impudicis in theatris conſumimus. Ecce ieiunij labor, & ieiunij fructus nuſquam eſt , cum iniquitatis theatra conſcendimus:non ad vos mihi eſt ſermo,noui enim ab ea accuſatione vos vacuos eſſe. Sed mos dolore preſſus eſt,cum eius nõ ſunt qui doloris dant cauſam in prę- ſentes irruere. Quod enim lucrum theatra iniquitatis

tatis aſcẽdere,ad cõmunẽ luxuriæ officinã introire, A ad publicũ incõtinentiæ gymnaſiũ, ſuper cathedrã ſedere peſtilẽtię?Etenim & cathedrã peſtilentiæ,& incontinentiæ gymnaſiũ,officinãq; luxuriæ, atq; omnẽ deinceps impudicitiæ orcheſtrã ſi quis dixerit, haud peccauerit, peſſimũ illũ locũ, plurimorúmque morborũ plenũ,Babylonicã fornicẽ: omnino velut in fornacem quandã cõpelleris in theatrũ.Diabolus vrbẽ ſit infernalibus flammis ſubminiſtrãs, non iam malleolos ſubmittit,veluti Barbarus ille, neq; naphthã,neque ſtupã,neq; picẽ:ſed his multo peiora,fornicarios viſus,turpiaverba,delibuta mẽbra,atq; omnes plenos malitiæ cantus. Illam igitur fornacẽ barbaricæ manus accenderũt,hanc autẽ fornacẽ cogitationes Barbaris inſipientiores accendunt: hæc illa peior,quãdoquidem ignis deterior, non qui corporis naturam,ſed qui bonã animæ depopulatur habitudinẽ.Et quod nocẽtius eſt, neq; ipſi q̃ cõburũtur, B idipſum ſentiunt. Si enim ſentirent nõ iam effuſum illum in his riſum emitterẽt. Igitur id vel peſſimũ eſt malũ, cum quis infirmatur,neq; idipſum quod infirmatur nouit:& miſerè ardens & ęrumnoſe, non ſentit incendiũ. Quænam ieiunij vtilitas,dic mihi,cum quidem corpus arces legitimo à nutrimento,iniquũ vero nutrimentũ animæ inducis? cum diem illic trahis ſedens, cõmunẽ naturã deturpatã intuens ac deformatam,mulierẽſq; fornicarias adulterio damnatas,illic cuiuſq; domus mala colligentes? Nã & fornicationes videre datur,& audire blaſphemias, quò & ipſos per oculos , per auditũ ipſi animæ morbus procedat:alienas imitãtur calamitates , vnde & ipſis nobis ineſt turpitudinis cõtagio.Quod igitur ieiunij lucrũ,dic mihi?Anima cibis eiuſmodi nutrita, quibꝰ oculis vxorem illis à theatris videbis, quibus oculis C videbis filiũ, quibus domeſticũ,quibus amicũ? Neceſſe autẽ dicentẽ illic geſta turpitudine,aut tacentẽ rubore confundi. Sed hinc non ſic abis: licebit vero domi multa cũ fiducia vniuerſa narrare , prophetícas voces, apoſtolica dogmata,leges diuinas, omnẽ virtutis mẽſam apponere,vxorẽq; narrationibꝰ eiuſdem pudiciorẽ reddere,amicabiliorẽ filiũ, charioręm domeſticũ , atq; ipſum inimicũ perſuadebis odium deponere.Vides quomodo hæc quidẽ vbiq; ſalutaria dogmata,illa vero ſpurcè vbique reſonãtia? Quæ igitur ieiunij vtilitas, cum corpore quidẽ ieiunas, oculis vero mœcharis ? Adulteriũ non ipſa modo cõglutinatio aut copula corporis,ſed & impudicus viſus.Quæ vtilitas cũ illinc hinc abis?ego corrigo, ille corrumpit: ego medicinas morbo adhibeo,ille cauſam morbi miniſtrat:ego naturę flammam extinguo, D ille libidinis flãmam accẽdit. Quæ vtilitas,dic mihi? vnus ædificãs,& vnus deſtruẽs,quid ſibi labore profecerũt?Nõ ergo hic incaſſum , ſed vtiliter cõuerſemur,quò fructuoſe,quò minus inuanũ hic, quò non inutile, atq; ad damnationẽ vnus ædificans & vnus deſtruens, facilitate ſubuerſionis ædificantiũ multitudo vincatur.Magnę profecto turpitudinis & iuuenes & ſenes ad fluidũ feſtinare.Sed vtinã eouſq; eſſet malũ.Etenim id homini libero intolerabile fortaſſe videtur, & damno plectendũ maximo, improbatione & cõfuſione : verũ eñ nequaquã ad confuſionẽ vſque erogata correctio. Sed tormenta imminent,& pœnæ:neceſſe eſt enim illic ſedentes adulterij delicto natare,non q̃ mulieribus copulemur , ſed quòd impudicis eas intueamur oculis. Etenim his neceſſe eſt quempiã adulterio deprehendi. Neque meũ vobis dicã ſermonẽ quò minus negligatis, ſed diuinam legẽ explicabo,vbi neglectui nequaquã locus.Quid ergo diuina lex inquit? Audiſtis quia dictũ eſt antiquis:Non mœchaberis: ego autẽ dico vobis, *Exod. 10.* q̃ quicunq; viderit mulierẽ ad cõcupiſcendũ eã,iam *Matt.5.* mœchatus eſt eã in corde ſuo.Vidiſti adulteriũ conſummatũ?vidiſti completũ peccatũ ? Et quod deterius in adulteriis, deprehenſum adulterio , non humano ſed diuino ſub iudicio adulterij reũ eſſe , hinc mortales pœnæ. Quicunque eñ viderit mulierẽ ad concupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Non modo morbum , ſed & morbi radicem euellit. Radix enim adulterij concupiſcentia impudica.Quare non modo plectit adulteriũ, ſed & concupiſcẽtiam adulterij matrem. Sic & medici faciũt, non ad morbos inſtant ſolum,ſed ad cauſas etiã tollendas,quamuis ægrotantẽ oculũ viderint , prauum reuma deſuper à temporibus cõpeſcunt. ſic & Chriſtus facit. Cęcitas mala eſt adulterium,oculorum eſt morbus, non corporis ſolum , ſed animæ prius. Idcirco inde cõpeſcit reuma impudicitiæ per timorẽ legis.Quare non modo adulteriũ punit, ſed cõcupiſcentiã quoque vlciſcitur. Iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Corde corrupto,quæ deinceps vtilitas in reliquo corpore?quemadmodũ enim in plantis & lignis, ſi quando exceſſum videmus, reliquã de cætero repudiamus partẽ:ſic & in homine cum id perierit,incaſſum eſt inde reliqua corporis ſanitas. Auriga perit, fractus,deiectus eſt,vacuũ in poſterũ equi currunt:laborioſa lex & multum oneris habet: ſic igitur & magnã habet coronã eiuſmodi:laborioſa nanque magnas habet retributiones. Tu vero nequaquã laborẽ attende,ſed retributionẽ cõſidera. Sic & in vitæ rebus fit. Si enim laborẽ proſpexeris,graue atque onerоſum : ſi vero retributionẽ cogitaueris , leue & facile quod ſubeſt.Sic & gubernator,ſi fluctus viderit ſolũ , nuſquã è portu ſcapha digredietur , ſed ipſam præ fluctibus vtilitatẽ cõmodũq; metitur,atque demũ credit innabili pelago . ſic & miles ſi vulnera cædęſq; viderit,non iã induit thoracẽ : ſi vero triũphos pro vulneribus, victoriáſq;, imperatum quaſi cõcurrit ad præliũ. Quæ eñ natura grauia,ſic leuia fiunt, cum iam non labores cogitamus , ſed ipſos laborum fructus cõſideramus. Diſceréne vis quomodo natura grauia, leuia fiunt? Paulum audi dicentẽ: Nã & ipſum momentaneũ & leue tribulationis no- *2.Cor. 4.* ſtræ ſupra modũ excelſum, æternum glorię pondus operatur in nobis. Aenigma eſt quod dicitur, tribulatio quomodo leuis?hæc eñ repugnant. Sed ſoluit ænigma illatio ſuſtẽtans tribulationis leuitatẽ.quomodo ergo eſt leuis?quomodo non hæc quę videntur nobis duntaxat cõſiderantibus.Sed coronã propoſuit nunc quidẽ inuiſibilẽ , certamen atq; leue ſimul fecit ſeculũ . Oſtendit brauium, & deſudantem ſolatus eſt. Tu vero cum mulierem videris formoſam, ſplendentẽ oculis,ornatam ſtola , libidine titillantem,deſiderantem viſum : reſpice deſuper ſtantẽ coronam , quò tale ſpectaculum prætereas. Vidiſti conſeruum?dominũ conſidera,atque omnino morbum curabis.Si eñ qui diſciplina pædagogũ ſequũtur,nõ flectuntur circũ, non variè inhiant , non ſtudio deſiſtũt : multo magis tibi,qui Chriſtum quaſi præſentẽ cogitationibus intueris , nihil horum fuerit . Qui mulierem viderit ad concupiſcendũ eam,

iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam mœchatus est eã in corde suo. Iucũdè ac sępius legis decurro brauiũ, vtinã & per dies singulos idipsum decurrissem: imò nõ ad vos, sed ad eos qui peccatis sunt obnoxij, magis autẽ ad vos. Nã vos firmio res essetis, & qui morbo laborãt ad sanitatẽ citius redirẽt. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eã, iam mœchatus est eã in corde suo. Sufficiunt omnẽ peccati morbũ purgare nuda hæc verba recitata. Sed ignoscite, vulnera purgamus, vulnera vero purgantẽ necesse est amaras medicinas imponere. Quanto vero magis portabunt verba, tanto magis purgabitur virus. Quemadmodũ igitur ignis naturæ quãto cohærebit, tanto magis virus cõsumit: sic & verborum timor, quãto mẽte imprimitur, tãto magis peccatũ impudicitiæ nostræ purgatur. Hic igne examinem', verbo scilicet doctrinæ, quò minus idipsum cogamur examinare gehennę igne. Nã purgatã animã atque hinc abeuntẽ ille nõ suscipiet ignis. Vniuscuiusque eũ opus quale, inquit, sit, ignis probabit. Probemus nosmetipsos nunc sine dolore, quò nec cũ dolore tũc probemur. Quicquid ergo fortasse dixeris, id erit quod diximus, laboriosa lex. Quid igitur? impossibilia mandat nobis deus? nõ, inquã. obmutescе, neq; domino succenseas. Nõ eũ hic respõsi modus, sed peccati additamentũ priori peius. Quòd autem peccatorũ plurimi cõsueuerũt in dominũ suas accusationes retorquere, audi: Accessit ille cui talẽta quĩque tradita fuerãt, & alia quinq; attulit: accessit qui duo, & alia duo attulit: accessit cui vnũ fuit creditũ, & quoniã nõ habuit talentũ quod ferret, pro talento accusationẽ attulit. Quomodo? Noui, inquit, quoniã austerus sis. O serui, pteruiã, non cõtentus peccato, etiã cõtra dominũ statuit accusationem. Metens vbi non seminasti, & tollens quod non posuisti. Sic & in præsenti vita quotquot nihil operãtur boni, additamentũ malorũ faciũt accusationẽ aduersus dominũ. Nequaquam igitur dominũ incuses: haud mãdat impossibilia, multi & ipsa superãt mãdata. Ergo si impossibilia fuissent, minus sua spõte superassent. Virginitatẽ, in bonisq; nihil possidere nusquã mãdat, atque à se propriã substantiã multi abiiciũt, ipsis operibus reddentes testimoniũ legibus mãdatorũ inesse multũ facilitatis. Nequaquã ergo superassent ea, nisi facilia approbassent. Nõ mandauit virginitatẽ: nam virginitatem mandans, & necessitatẽ & voluntatem agit: qui vero admonet auditorẽ, reliquit dominum
1. Cor. 7. proprię voluntatis. Propterea Paulus inquit: De virginibus autẽ præceptũ non habeo, consiliũ autẽ do. Cernis nõ mandatũ, sed consiliũ? Cernis non præcipientẽ, sed admonentẽ? Alterũ necessitatis, inquit, alterũ voluntatis. Non præcipio, inquit, vt nõ onerẽ. Moneo & consiliũ do, vt alliciã: Sic & Christus nequaquã inquit, omnes virginitatẽ tenete. Nã si mandasset omnes virginitatẽ tenere, & legem mandasset esse præceptũ, his obediens iam nõ honore multo dignaret, & inobediẽs supplicia dedisset. Vidisti quẽadmodũ nobis parcit legislator? Quomodo nostra solicitus est pro salute? Nũquid nõ poterat præceptũ hoc ponere, & dicere: Qui quidẽ virginitatẽ sequentur, honorabũtur: qui vero nõ, puniẽtur? sed onerasset naturã: parcit ergo naturæ nostræ. Dimisit extra stadiũ, dimisit superiorẽ certaminibus virginitatem, quò & in ea proficientes, suã magnanimitatẽ ostendant: non proficientes vero, domini indulgentia digni habeantur: Sic & de mendicitate rem non posuit in præcepto, neq; simpliciter dixit, vende quæ habes: sed si vis perfectus esse, vade & vende quę habes. In tua situm est voluntate, dominus eris consilij tui: nõ cogo, nõ grauo, sed proficientẽ quidẽ coronabo, non proficientem non punio. Nam ea quæ ex mandato, quæve ex debito fiunt, præmiũ iam nõ tale consequũtur: quæ de de industria, spontéque fiũt, splendidas coronas suscipiunt. Atque horũ Paulum inducam testem: Si Euangelizauero, inquit, non est mihi glorificatio. Quare? Necessitas mihi imposita 1. Cor. 9. est. Væ eĩ mihi est nisi Euangelizauero. Cernis in legibus hunc quidẽ proficientẽ non multũ habere præmij, necessitas eĩ est: qui autem nõ proficit, reus erit supplicio & vindicta. Væ autẽ est mihi nisi Euãgelizauero. In cęteris vero quę ex proposito, nõ sic. Sed quid? Quæ est ergo merces mea? vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponã Euãgelium Christi, vt non vtar potestate mea. Ibi lex erat, propterea mercedis multũ non habuit: hic propositũ, quare mercedis multũ habuit. Hæc à me omnia non inuacuũ dicta sunt, sed diuinæ legis gratia, vt ostendã grauẽ non esse onerosam, non laboriosam, neque impossibilem. Qui viderit mulierem ad cõcupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Vidit simul & id ipsum Christus multos legis difficultatẽ accusaturos: quapropter haud nudã, neq; simplicem induxit, neq; à semetipso: sed antiquę legis memoriã reduxit à comparatione, felicitatémq; illius atq; humanitatẽ ostendit. Quomodo autẽ, attendite. Non enim simpliciter dixit, quĩ viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eã, iam mœchatus est eam in corde suo. Hic ergo diligenter attende. Sed prius antiquæ legis reminiscitur, dicẽs: Audistis quia dictũ est antiExod. 20. quis, nõ mœchaberis: ego autem dico vobis: Omnis qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eam, mœchatus est eam in corde suo. Vidistis geminas, legẽ veterẽ & nouã, quã posuit Moses, & quã ipse introduxit? Magis autem & illã posuit, etenim per Mosem. Quare perspicuũ est eã ipsam à se fuisse positã. Non ex Ioanne, aut apostolorũ quoquã testimoniũ vsurpabo: nam ad Iudæos mihi concertatio est, à prophetis quibus videntur credere, ab ipsis ostendã & Hierem. 31. veterẽ & nouã vnũ habere legislatorẽ. Quid igitur Hieremias inquit? Disponã vobis testamentũ nouũ. Sed inde videmus q & veterẽ idem ipse dederit, dicens: Ego disponã vobis testamentũ nouũ, non iuxta testamentum quod disposui patribus vestris. Ita, sed hactenus iam non rem ostẽdimus: oporter enim vniuersa eiusmodi refragrantia adducere in mediũ, manifestáque facere, quò sermo cõtinuo purus nobis insit, nullãq; impudẽtibus relinquamus causam. Disponã vobis testamentũ nouũ, nõ iuxta testamẽtũ quoddisposui patribus vestris. Disposuit testamẽtum Noë cũ diluuiũ fuit, volens nos timore liberare Gene. 6. & colluctatione, ne diluuiũ intuentes & imbrem, in cõmune exitiũ assiduè timeremus, propterea inquit: Disponã testamentũ tecum, & cum vniuersa carne. Iterum ad Abraham testamentum circuncisionis disposuit. Disposuit testamentum per Mosem omnibus notũ. Dixit Hieremias: Disponam vobis testamentũ nouũ, non secundũ testamentũ quod disposui patribus vestris. Dic, quibus patribus? Etem personarũ indeterminatio cõfusionẽ parit. Hic aduerte nõ iuxta testamentũ quod disposui patribus vestris, non quò minus credas sub Noë testamentum datum:

tum: sed eius de cætero temporis sic reminiscitur dominus, dicens: Disponam vobis testamẽtum nouum, non iuxta testamẽtum quod disposui patribus vestris. subiunxit & tempus, In die qua tenui manum eorũ vt educerem eos de terra Aegypti. Quo paternũ ostenderet amorẽ, non quasi seruos eduxit, sed veluti paruulum filium manu accipiens pater, sic liberauit: non post tergum sequi mandauit quasi seruũ, sed veluti filium nobilem & liberũ manu tenẽs, sic duxit. Vidisti testamentorũ duorum testatorẽ vnicum? Quoniam in certamine liberati sumus, & ex vno id tibi ostẽdã, vt testamentorum consonãtiam noscas. Vidisti prophetiam quę ex verbis est? disce vel eã quæ figuris cõstat, quãuis idipsum perspicuum sit quidnã per figurã sit prophetia, quidve per sermonẽ prophetia: breuibus ergo idipsum manifestũ faciem'. Prophetia per figuram quę rerũ est prophetia, altera prophetia verborum: nam prudẽtioribus quibusq; verbis persuasit, rudiores vero per rerum visionẽ cohortatus est. Quoniam quidem futurum erat rem magnam in lucẽ prodire, & deus carnem susceпturus erat: quandoquidẽ terra cœlũ fore debebat, nostraq; natura ad angelorũ nobilitatem ascẽdere, quoniam quidẽ spem ipsam superauit & expectationem, egrediens sermo futurorũ bonorum, vti nouum & inauditum repentè cõparẽs, audientes minus videntésq; turbaret: figurauit olim per res, perq; verba nostrum assuescẽs & auditũ & visum, quodq; in lucem futurũ erat præparans: hoc autem erat quod diximus, quòd est per figurã prophetia, & quòd est per sermonẽ prophetia. Altera quidẽ rerum, altera sermonum. Dico tibi rerum prophetiã, Esaiæ. 53. & verborum idipsum: Sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & sicut agnus corã tondente se obmutescet. Hæc per verbũ prophetia. Cum enim Abrahã tulit Isaac, tunc arietem videns hærẽtem cornibus, ad sacrificiũ duxit, opere veluti per figurã proclamãs nobis salutarem passionẽ. Quod igitur dixi, vis tibi duo hæc testamẽta per opera ostẽdam? quemadmodum vidistis Galat. 4. ouẽ in verbo, discite & in re. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse. Bene dixit, vultis, non enim erãt sub lege: fortasse ęnigma est quod dicitur, Nam lex auditores Christo trãsmisit, qui magistro iniuriatur, ignorat & pædagogũ. Quare, inquit, dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem nõ audistis? quoniam Abrahã duos filios habuit, vnum de ancilla, alterum de libera, quæ sunt per allegoriã dicta. Vidisti per rem prophetiam? in eo enim quòd mulieres habet, non verbum, sed res est. Et seruam & liberam ostẽdit tibi per verba. Quoniam duorum testamẽtorum vnus est legislator, disce & ipsam figuram. Abrahã duas vxores habuit, hę autem sunt duo testamẽta, & vnus testator: quemadmodum illic ouis & ouis, alterũ quidem in verbo, alterũ autem in re, multa vero & operum & verborum concordantia inest: sic & hic testamẽta duo. Et hoc Hieremias quidem per verba prædixit: Abraham autem duas habens vxores, operibus figurauit. Quemadmodum igitur vnus vir & vxores duę, sic vnus legislator, & testamenta duo. Sed quod dixi, vniuersa vnde hęc effusa sunt: Iam mœchatus est eam in corde suo. Sed quare hæc vniuersa nouim'? Cuius ergo rei gratia veterẽ ipsis legẽ repetit? dicit enim ipsis: Audistis quoniam dictũ est antiquis, Non mœchaberis. Cognouit difficile esse mandatum, nõ suapte natura, sed audientium desidia. Multa enim quæ natura facilia sunt, difficilia fiunt cum pigritamus: veluti difficilia quæ sunt, leuia & facilia fiũt nobis accurate prospiciẽtibus: nõ enim difficultas rerũ naturę ineſt, sed exercentiũ proposito. Quod verissimũ esse vel ex eo patet. Nam mel natura dulcedinẽ habet, atque eandẽ iucũdissimam, sed ægrotis amarum quid atq; illibitum est, non propria, sed illorum ęgritudinis natura: sic lex tametsi videatur onerosa, non sua natura, sed nostra sit pigritia. Haud etenim mihi multũ laboris, ostẽdere factũ facile esse: nã idipsũ difficile aliud dicere oportuerat. Nũc eĩ dicit, fuge mulieris visum, à luxuria recede. Quod aut peius oppositũ dicere fuerat, exquire mulieres, scrutare alienas formas, atq; sic libidinẽ vince. Id ergo difficile fuerat: nam dicere fornacem fuge, recede longius ab igne, flãmæ propius nõ accesseris, quò sis innocuus, multũ facilitatis habet. Etenim iuxta naturam mandatum est antiquis, non mœchaberis. Cuius igitur rei gratia antiquam legem nobis ad memoriã redegit? Alteram introducturus, quò scilicet cõparatione discas non esse huius atque illius pugnam. Cum enim ponitur comparatio, tunc fit manifestius iudicium, quoniam inuiciaturi erãt quidam quòd legislatoris loco hæc diceret. Ecce, inquit, vtrasque alternatim leges pono, tantam addisce consonantiam. Non id solum, sed etiam vt ostẽdat facilem opportunéque introductam: Propterea inquit: Audistis quia dictum Matth. 5. est antiquis, nõ mœchaberis. Tamdiu in antiqua lege cogitauistis. Quasi doctor pigritãti paruulo antiquorum doctrinæ inniti volenti, atq; ad altiora eum tollere cupiens dicit: Cogita quantum tẽporis hac in lectura cõtriuisti. Sic & Christus recordatus, eos prolixiori tempore tenuisse legem antiquã, & cogitasse in ea, esseq; tempus de cætero ad altionem conscẽdere, ad ipsam quæ patrum quãdoque fuerat, legislationẽ traducit, dicens: Audistis quia dictum est antiquis, nõ mœchaberis: id antiquis dictũ est, ego autẽ dico vobis. Si enim antiquis dixisset, meritò quæritis, cũ imperfectior adhuc esset nostra natura. Ea vero cum altius pullulauit, perfectior facta est, atq; discipulis perfectioribus de cætero ipsis erat. Propterea incipiẽs à legislatione, ne quis intuens philosophiæ sublimitatẽ pigritet, aut mora teneat, inquit: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm phariſæorũ, nõ intrabitis in regnum cœlorũ. Plus à me laboris exigis? quare, nũ vna cum illis non sum natura? nunquid non homo similis illis? Quò minus hęc dicerẽt: Quare nobis labores addidit? quare maiores desudationes exquirit? dicẽs labores, dicẽs certamina, dicẽs extensionẽ legis, & prẽmiorum meminit. Nequaquam, inquit, Palæstinã do, neque terram fluentẽ lac & mel, sed ipsum vobis cœlum defero. Neque in officiorũ mercede plura solum recipimus, sed etiam in ipsa peccatorum trãsgressione supplicium maius trahimus. Quemadmodũ qui legẽ præcesserũt, mitiorem pœnam his dederunt, qui peccauerũt in lege. Quicunq; enim sine lege peccauerũt, Rom. 2. sine lege peribũt: id est, legem accusantem nequaquã habebunt. Sed hos contra, ab ipsa natura sententiam, inquit, feram inter cogitationes accusantes, vel respondentes. Sic & his qui in lege peccauerunt delinquentes sub gratia grauioribus suberuũt tormẽtis. Atque differentiam ipse ostendit Paulus, dicens: Irritam Hebr. 10. quis faciens legẽ Mosi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus morietur. Quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamẽti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

Cernis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cernis sub gratia maiorẽ pœnã,veluti & prę mia ma- A
iora.Sed quoniam sancta mysteria ad memoriam vo-
bis retuli horrẽda ac spiritualia,rogo,obsecro,depre-
cor,atque omni cum instãtia expeto, omne deponẽ-
tes peccatum, horrẽdam sic ad mensam hãc accede-
re.Pacẽ,inquit,sequimini cum omnibus,&sanctifica-
tionem, sine qua nemo videbit deũ. Qui autẽ videre
dignus nõ est, neque communione dignus est domi-
1.Cor.11. nici corporis.Propterea Paulus inquit:Probet autem
se homo,& sic de pane illo comedat, & de calice bi-
bat.Nõ reuelauit vlcus, nõ in cõmune theatrũ accu-
sationem produxit,nõ delictorum testes statuit:intus
in conscięntia sacram attinge mẽsam,particepsq; san-
cti sacrificij fias.Hæc mẽte retinentes,& omniũ quæ
B
de luxuria dixim⁹,recordati,quantáq; his pœna posi-
ta sit, qui incontinẽter & minus pudice respiciunt in
mulieris faciem, & præ gehenna dei timorẽ & chari-
tatem habentes ante oculos, nosmetipsos hinc inde
purgãtes,sic sacris mysteriis propinquemus,ne in iu-
dicium damnationemq; nobis fiant,sed in salutem,&
animæ sanctitatem: fiduciamq; cõtinuã salutis huius
suscipiamus:quam assequi nos contingat, gratia & a-
mabili clementia domini nostri Iesu Christi, cui glo-
ria in secula seculorum,Amen.

HOMILIA NONA.

ERgo nouistis vnde nobis hesternus sermo
inceperat,aut vbi defecerat, aut vbi incepi-
mus prioris homiliæ verba: sed vos oblitos
existimo,quo vobis ille sermo quieuerit,qua in re mi-
nus dãno,aut redarguo. Quisq; enim vestrum vxorẽ
C
habẽs paruulis studet,& quæ domi sunt curat omnia.
Alij militiæ indulgẽt artibus, alij laborant manibus,
ac vestrum quisque diuersis insudat operibus:nos ve-
ro in his versamur,in his cogitamus,atq; in his nostrũ
terimus tempus. Itaque ea in re haud accusandi estis,
magis pro studio laudãdi,quòd nequaquam nos vllo
reliquistis solẽni die. Is enim laudũ est cumulus ciui-
tati nostræ,non tumultũ & suburbia,nõ domos deau-
ratis trabibus,tricliniis,sed diligẽtem populũ habere,
atque exercitum. Neq; enim ex frõdibus generosam
arborem,sed ex fructibus intuemur. Idcirco eñ mu-
tis animalibus prælati sumus,quòd sermonẽ habem⁹,
sermone mutuo colloquimur, sermonẽ amam⁹. Ho-
mo qui sermonẽ abhorret,iumẽtis est minus rationa-
lis,nõ satis sciens cuius gratia honoratur, atque vnde
Psal.48. honorẽ accipit.Quare bene Propheta,Homo,inquit, D
cum in honore esset,non intellexit,comparatus est iu-
mentis insipiẽtibus,& similis factus est illis.En homo
cui proprium loqui,sermonem non amas,& quánam
indulgẽtia dignaberis? Sic mihi oẽs necessarij estis,
sed in primis qui ad virtutis sermonem pẽnati adue-
nistis. Vndiq; igitur edocti diuino sermone rẽ aggre-
diamur,atq; prioribus sequentia cõnectamus.Debeo
enim vobis,atq; ipse læto vobis animo debitum per-
soluo:nõ enim id mihi inopiã affert,sed diuitias nun-
ciat.In his quę foris sunt,eos qui credũt debitores fu-
giũt,quò minus reddãt,& merito quidẽ: nam exteris
in rebus restitutionem inopia accedit,ipsam vero ser-
monis dissolutionem diuitiæ sequuntur.Quale id est:
Debeo cuiquã aliquid:si persoluero,nequit apud illũ
& illũ esse,atque etiã apud me,sed à me deficiens, illi

bis. Et nõ malitiæ illud verbũ,sed timoris.Ne fortè A
nõ sufficiat nobis & vobis:ne fortè quẽadmodũ om-
nes intrare quęrimus,omnes remaneamus:sed abeũ-
tes emite vobis à vẽdentib⁹. Qui nãq; sunt mercato-
res olei huius? Pauperes ad eleemosynã sedentes.& &
quanti emitur?quãti libuerit. Pretiũ nõ appono, nẽ
obiicias inopiã.Quãti potes,tãti eme,habesdenariũ,
eme cœlũ: non q venale sit cœlũ, sed q clemens sit
dominus.Nõ habes denariũ,da calicẽ frigidæ aquę.
Matt.10. Inquit eñ:Quicunq; dederit vni ex minimis istis ca-
licẽ aquæ frigidæ,ppter me,nõ perdet mercedẽ suã.
Mercatura negociatióq; cœlũ est, atq; ipsi pigrita-
mus.Da panẽ,& accipe paradisum:parua da, & ma-
gna suscipe. Da mortalia, & immortalia recipe: da
corruptibilia,& incorruptibilia accipe.Si celebritas
adesset epulũ habẽs, atq; in ea ciborũ abundantia,
multáque paruo emerẽtur, num substantiã venden- B
tes,cunctáq; postponẽtes, in partẽ eius negociatio-
nis veniretis? Et vbi quidẽ corruptio, tãto studio la-
boratis:vbi immortalis est negociatio,pigritatis,atq;
adeo cõciditis. Da inopi, quãuis tu tacueris, orare
pro te,respondebũt infinita. Eleemosyna tua stante
& declinante, preciũ redẽptionis animæ eleemosy-
na est.Præterea pelues & lauacra cũ aqua sunt, quo
3.Reg.17. manus laues,qua vestes,aqua:sic & eleemosyna quò
per eã animæ manus diluas.Ne inopiã ꝓferas.Vidua
in vltimo cœnaculo Heliã hospitabatur, ac paupe-
tas nõ affuit impedimẽto, sed eximio cũ gaudio su-
scepit eũ,quare & dignos recepit fructus, & metens
eleemosynæ spicã legit. Sed fortasse auditor dicet,
da & mihi Heliã. Qui quæris Heliã? dominũ Heliæ
do tibi,nec ipsum cibas: Heliã si inueneris, quomo-
do hospitaberis?Christi domini sentẽtia est: Quicũ-
que vni ex minimis fecerit,mihi fecerit. Si fortè rex
quempiã de populo appellauerit, atq; ad seruos di-
xerit:Reddite gratias huic meo nomine quãplures,
qui me inopia laborãtẽ nutriuit, qui mihi beneficia
in tempore permulta contulit:nũ certatim quisq; pe
cunias ei⁹ oẽs apprehẽderit, cui rex gratias dederit?
Si ergo in hominẽ regẽ tantũ honoris res ipsa tri-
buit,cogita Christũ in illa die ad angelos dicentem:
Hic me in terra suscepit hospitio,hic mihi innumera
cõrulit beneficia,hic me peregrinũ existentẽ cõfo-
uit inducẽs.Cogita de cætero fiduciã, inter angelo-
rũ populos gaudiũ. Igitur cui testimoniũ Christus
perhibet,nõ fiduciã super angelos habuerit? Magna
igitur res eleemosyna fratres.Hãc amãdo faciamus,
cui nihil æquale:potẽs est eñ peccata alia delere, iu-
diciũq; propulsare. Te tacẽte infinita pauperũ ora D
gratias referũt,imò vero minus verbo aut ore neces-
se est,reb⁹ ipsis clamãtibus.Tã adeo exuberãs, tám-
que magnũ eleemosynæ bonũ, & ipsi pigritamus &
concidimus. Da panẽ pro posse: nõ habes panẽ, da
denariũ,da vel frigidæ aquæ calicẽ:atqui neq; id ha
bes,vel malis oppresso cõpatere,atq; appẽsam mer-
cedẽ habes. Non enim necessitatis,sed intẽtionis est
merces. Aliter etiã in his disputemus. Euagata à no-
Matt.25. bis oratio est.Agè,ad propositũ redeamus. Date no-
bis oleũ de lãpadibus vestris. Nõ possum⁹ vobis da-
re,ne fortè nõ sufficiat nobis & vobis,sed eũtes emi-
te à vẽdentibus. Abeuntibusautẽ ipsis,venit spõsus,
& quę habebãt oleũ,intrauerũt cum eo.Et clausa est
ianua cõuiuij.Insipiẽtes autẽ accedẽtes clamabant:
Aperi nobis domine. Vox autẽ ab intra ad eas: Re-
cedite à me,nescio vos.Id omnino est frustra magnũ

virginitatis certamẽ. Cogita quomodo post tot la- A
bores exclusæ sunt,cũ frænabãt incõtinentiã,cũ adu-
ersus voluptates opposuerãt sese, cũ superiores ad
virtutes certamẽ habuerãt, cũ vitæ huius res spreue-
rãt, cũ periculũ tolerauerãt magnũ,cũ tantũ laboris
superauerãt,cũ de terra ad cœlum euolauerant,cum
corporis signaculum non soluerant, ac magnum
virginitatis specimen acquisiuerant, cũ in corpore
quæ incorporeorũ sunt, perfecerãt, cũ corporis ne-
cessitates suppeditauerant, cũ magnũ atq; incõpara-
bile virginitatis lucrũ possederant, tunc audierunt:
Recedite à me,nescio vos. Neq; eñ mihi existima-
ueris tantillã virginitatis esse magnitudinẽ. Talis eñ
virginitas est, vt eã potuerit nemo veterũ conseruã-
re.Propterea eñ gratia magna, q quę tremẽda pro-
phetis fuerat & veteribus, eadem nunc facilis leuis-
que existimatur. Quæ tunc fuerũt grauissima & ne- B
cessaria,virginitas,mortisque despectus: ea nunc vel
teneræ puellæ paruipendunt. Grauis etenim erat
virginitatis possessio, vt hac se nemo religaret. Noë
Gen.6. iustus erat,& à deo testimoniũ accipiens,sed mulieri
adhæsit.Grauis etenim erat virginitatis prædicatio,
quoad flos de virgine germinaret. Nemo igitur ve-
terũ poterat virginitatẽ tenere.Magnũ etenim est cor-
pus frænare.Pinge mihi sermonẽ virginitatis, spec-
men atque rei magnitudinẽ dicę: quod bellum ha-
bet quotidie,nullatenus sedandum, ipso barbarico
bello deterius.Nã barbarorũ bellũ vel tẽporis quie-
tẽ habet,quo aut paciscũtur,aut ordinãt,& quãdoq;
quidẽ pugnãt, quãdoque nõ, & ordines, & tẽpora
sunt:belli vero in virginẽ collati nulla datur quies.
Diabolus est eñ semper bellũ inferẽs. Non tẽporis
C
obseruationẽ sciens,nõ globũ in aciẽ cõgregans,sed
quærens virginẽ semper nudã inuenire, quò morta-
le infligat vulnus, neq; à bello vnquam virgo cessare
potest.Et dãnati ad tẽpus quidẽ principẽ vidẽt, ne-
que parib⁹ molestiis premuntur:virgo autẽ quocun-
que abierit, & iudicẽ circũagit secũ, & inimicũ secũ
portat ad bellum, neque vesperi permittit respirare:
nõ nocte,nõ diluculo,nõ meridie, sed bellatur sem-
per, voluptatẽq; submittit: nuptias in memoriã ad-
ducẽs,quò virtutẽ excludat,malitiámq;, in ea gene-
ret, pudorẽ expellat, fornicationẽ inserat. Exuritur
ergo singulis diebus & horis,fornacis modo succẽ-
sa. Cogita quantus officij labor sit.Sed illæ post hæc
audiuerũt: Nescio vos.Vide rẽ magnã, cũ virginitas
secũ sororẽ habuerit eleemosynã, in eã nulla aduer-
sa poterunt,sed omnibus superior erit:propterea nõ
D
introiuerũt illæ:q cũ virginitate eleemosynã nõ ha-
buerũt.Multo rubore digna es, voluptatẽ debellãs,
pecuniæ succubuisti: sed virgo quæ vitæ renunciãs,
mũdo crucifixa,pecuniã amas,vtinã virũ desidera-
sses,atq; minus criminandũ fuerat: nam eiusdẽ sub-
stãtiæ rem ac materiam desideraſſes. Sed & hæc væ.
Quid eñ quę sub viro sunt? illę sæuitiã male ostẽdũt
sub filiorũ vmbra.Quòd si ei dixeris,da eleemosynã,
filios habeo,& nequeo,dicit. Deus filios tibi dedit,
fructũ vẽtris accepisti, nõ quo sæua,sed quo pia mi-
sericórsq; fias.Ne igitur causam clemẽtiæ pietatísq;,
sęuitię causam feceris. Cupis hæreditatẽ bonã filiis
tuis relinquere?eleemosynã relinque,quo te oẽs lau-
dib⁹ efferãt,vulgatãq; artẽ memoriæ tuæ relinquas.
Tu vero haud habẽs filios,sedvitę crucifixa,quid pe-
cuniã cõgregas?Sed iustus nobis sermo à pœnitẽtiæ
& eleemosynæ via abducitur. Diximus eleemosynã

magnam

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnam possessionē, inde susceptit nos pœnitentiæ A pelagus. Habes igitur pœnitentiā, magnā eleemosynam, valentē peccati catenā dissoluere: habes & viā aliā pœnitētiæ opportunā, qua poteris à peccatis te vindicare. Ora per momenta singula, neq; orans desicias, dei clementiā pete, neq; repellet manentē te, sed peccata dimittet, & petita concedet. Orās quidē si exauditus fueris, permane gratias agens in oratione: nō exauditus, mane orans vt exaudiaris. Neq; dixeris, multū orauī, atq; haud exauditus sum: etenim vel id sæpe tuæ vtilitatis gratia. Nouit enī q̄ piger es, & cōcidens, quiq; si cōpos voti fueris, abis iam non orās: & sub voto orationis pertrahit te, quo crebrius deū alloquaris, orationéq; exciteris. Nam si ea in necessitate existens, atq; indigens pigritas, neq; orationi insistis: quidnā egeris horū, si nullo indigueris? Itaque id tibi facit, quo frugi tibi res fiat, nolens te absistere iugi oratione. Mane ergo & ora dilecte, multū enim oratio potest, neq; rem paruā aggrederis, orationi indulgens. Quòd oratio peccatū dimittet, vel ex diuinis euāgeliis discе, quid enī inquit? Simile est
Luc.11. regnū cœlorū homini qui suā ianuā clausit: venit autem quidā vespere, accipere volēs ab eo panē, & pulsat dicēs: Aperi nobis, quoniā indigeo panibus. Hic ad eū: Nō possum dare tibi, obdormiuimus enim & nos & paruuli. Hic autē insistebat pulsans ianuā, neque recedebat. Dixit ergo paterfamiliās: Surge & da ei, & dimitte abire. Docet ergo te orare, neque obtorpescere. Si minus acceperis, permane quoad acceperis. Plures alias pœnitētię vias in scripturis inuenies. Ipsa pœnitētia & ante Christi aduentū per eius
Hier.8. prophetā Hieremiā prædicatur: Nūquid cadens nō resurget, aut auertens nō reuertetur? Et iterū post C hæc dicit ei: Accede, cōuertere ad me. Præterea & vias alias pœnitētiæ diuersas dedit, quò nobis omnem desidiæ occasionē amputet. Nā si vnā habueremus, hac vadere nequiremus, mucronē hūc diabol⁹ fugit. Peccasti, ecclesiā egredere, atq; tuū dele peccatū. Quoties ceciderīs in foro, toties exurgis: sic quoties peccaueris, peccati pœniteat, neq; desperes. Tāetsi secundo peccaueris, secūdo pœniteat, neq; animo cōsternatus à spe repositorū bonorū cadas. quāuis nouissimo in vitæ die peccaueris, ingredere, pœnitentiā age: medicinæ locus est hic, non iudicij, nō pœnas, sed peccatorū remissionē tribuēs: deo solum dic peccatū tuū. Habes & aliā pœnitentiæ viā haud difficilē, sed omnino accōmodatissimā: qualē? hanc, desle super peccatū tuū, idq; ex sacris docetur euāgeliis. Petrus ille apostolorum princeps, in ecclesia D prior amicus Christi, qui reuelationē ab hominibus nō accepit, sed à patre, sicut sibi testimoniū dominus reddit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Hic idē Petrus, Petrū cum dico, petrā nomino indebilem, nō se: crepidinē immobilē, apostolū magnū, primū discipulorū, primū vocatū, & primū obedientē. Ille nō paruā rem fecit, sed maximā, qui dominū negauit: hoc dico, non iustum accusans, sed tibi pœnitentiæ præbens occasionem. Ipsum orbis dominum negauit, saluatorē, procuratorē pauperū. Vt vero altius repetamus, vidit Saluator quosdā abeuntes
Ioan.6. retrò, & dixit Petro: Nunquid & tu abire vis? Petrus
Matt.26. autē dixit: Si oportuerit me mori tecū, non te negabo. Quid dicis Petre? deus est qui decreuit, quid ipse reluctaris? Sed tamen intentio quod suū erat ostēdit, naturæ vero infirmitas redarguitur. Hæc vero quādo? Nocte vero qua stetit Petrus ante prunas calefaciens se, puella quædam accessit, & dixit: Heri & tu cum homine isto fuisti? Hic autem dixit, Non noui hominem hunc. & impletum est decretum. Hinc Christus respiciens in Petrum, vocem dimisit per ipsum intuitum. Nō enim ore locutus est, ne ipsum fortè inter Iudæos redarguat, & proprium confundat discipulū, sed per oculum dimittens vocem, quasi diceret, Petre, quod dixi, factum est. Igitur Petrus tunc sentiens cœpit flere: & non fleuit modo, sed amarè, secūdum baptisma per lachrymas ex oculis ostendens. Cúmque fleuisset amarè, deleuit peccatum. Non enim paruus fuit reatus, proprium dominum negasse, sed magnus & fortis, eum tamē lachrymæ deleuere. Desle igitur & ipse super peccatū, neq; solum desle, aut apparenter, sed desle amarè: B quemadmodum & Petrus, ex ipso profundo deduc fontes lachrymarū, quo dominus misericordia motus, tibi dimittat: clemens etenim est: ipse enim dicit:
Ezech.18 Nolo mortem peccatoris, sed potius conuertatur, & viuat. Quid igitur lapidatus, cæsus, mortuus, qui omnia pro Christi nomine suffert, qui cœlesti voce desuper compellatus, hic dicit qualem emiserit vocem? Accepi, inquit, gratiā à deo, sed & ego
1.Cor.15. laboraui, & vnà toleraui, & gratia eius quæ in me est, vacua nō fuit, sed plus laboraui omnibus. Nouimus, inquit, gratiæ magnitudinē quā accepi, sed nō desidem inuenit: sic & ipsi fratres manus ad eleemosynam doceamus, vt parū quid inferamus. Ploremus super peccatū, ingemiscam⁹ super iniquitatē, quouideamur vel parum quid inferre. Tametsi magna nobis in futuro reposita sunt nostram vim superantia: paradisus enim est, & cœlorum regnum, cuius & ipsi omnes participes simus, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, &c.

HOMILIA DECIMA.

Pla nunc recordatio vestri nos tenuit, quāto tēpore abfuimus: atq; ipse quidē vestri nusquam obliterari potui, sed vrbem dimittēs, vestrā memoriā nō dimisi. quemadmodū enim qui corporū præstāti forma capiūtur, quocunq; recesserint, secum desideratam faciem circūferunt: haud secus ipsi venustate animarū vestrarū tacti, eam mētis vestrę speciem semper nobiscū tulimus. Et veluti pictores coloribus variis corporis imagines oblinire ac decorare cōsueuerūt: ita & ipsi studium vestrū in cœtu, in audiētia promptitudinē abducere, beneuolentiā cæteráq; alia officia, veluti colores virtutū varios immiscentes, atq; ipsum animarū vestrarū characterem imprimētes, mentísq; apponentes oculos, ea speculatione satis nostræ peregrinationis accepimus solatij. Hæc & sedentes, & surgentes, & ambulātes, & quiescētes, & introeūtes, & exeūtes cōtinuo versamus, charitatē vestrā interpretātes, neq; interdiu solū, sed etiā noctu iisdē cogitationibus quasi deliciis enutrimur, illud cū Salomone scientes: Ego dormio, & cor meū vigilat. Idipsum & nobis contingit, nā somni necessitas palpebras ipsas contrahit. Tyrannis vero amoris vestri oculos nostræ mentis excitat, atq; sæpenumero per somnū vobiscū loqui visus sum. Etenim consueuit anima quę interdiu cogitat, eadē in somniis per phantasiā cernere. Quod & nobis tūc accidit. Et vos carneis oculis minus videtes, oculis charitatis inspicimus, corporéq; absentes,

tes, dispositione præsentes fuimus, meq; aures semper A clamore vestro callebāt. Quare & torporis ægritudine eo diutius cogente immorari, & aëris sanitate ad carnis sanitatē proficiēte, id vis amoris vestri non tolerabat, sed exclamabat, neq; prius molestādo cessauit, q̄ nobis ante præfixū tempus exurgere suasit, & salutem, & alacritatem, & omne quodcunque est boni conuentum hunc vestrū existimare. Hac igitur suasi, maluimus redire, tametsi morbi reliquiæ min⁹ cederēt corporis infirmitatē prorsus deponere satagētes, q̄ de cætero charitati vestræ molestias inferre. Nā & illic manēs criminationes audiebā: cōtinuæ enim literę has nobis afferebāt. Gratiásq; habui criminātib⁹ non minus q̄ laudantibus. Nā animæ sitientis amaræ illę criminationes fuerāt, absentiā nostrā accusantes. Quare surgens cucurri, quare nunquā mea vos mēte quiui excludere: sed quid multa? ruri si cōmoratus licentia quadā & libertate fruens, vestri nō sum obli- B uiosus recordator: quādoquidē Paulus vinculis alligatus, carcerē inhabitans, atq; infinitis penè periculis
Philip.1. septū se videns, in carcere non secus q̄ in prato versatus, sic fratrū memoriā habebat, & scribebat dicens: Sicut est iustū mihi hoc sentire pro omnibus vobis, & q̄ habeā vos in corde & in vinculis meis in defensione, & cōfessione Euangelij. Extra inimicorū catena, intra amoris discipulorū catena. Sed exterior quidem ferro obfirmabatur, interior charitate iungebatur. Et illa quidē sæpenumero deponebatur, hāc vero nunquā dissoluit. Sed quēadmodū mulieres quotquot dolorū partus experimenta sumpsere, quū matres fiunt horū quos parturiūt, quocunq; fuerint, vincula cōtinuo alligātur: sic & Paulus adeò multo fortius: semper enim discipulis suis adhærēs atq; affixus
Gal.4. erat, eoq; fortius quo naturalibus spiritualia vincula sunt fortiora. Nam non semel, sed eosdē bis parturiuit, & clamauit dicens, Filioli mei quos iterū parturio. Id adeò mulier nūquam pateretur, neq; sufferret eosdē iterū dolores. Sed tolerabat hoc Paulus, quod in natura nō est videri: & quos semel pepererat, iterū conspiciēs actos in his dolores. Propterea & cōfundere eos volēs, dixit: Quos iterū parturio: quasi diceret, Parcite mihi: nullus filius secūdo maternū vterū partus doloribus affecit, quod me pati cogitis. Nam dolores illi vno tēporis momento torquent, atq; infante aluo delabēte & ipsi quoq; delabuntur: hi vero non sic, sed & mēsibus tot manēt. Nam & annum totū sępenumero parturiuit Paul⁹, atq; haud cōceptos peperit. Et illic quidem carnis est labor, hic vero nō vētres extēdūtur, vnde illi sunt dolores, sed animę ro D bur lacerāt. Atq; vt discas eos feruētiores esse dolores, quæ vnquā mater optat natorū loco gehennam sustinere? Sed optat anathema esse à Christo, quo posset in deo edere quos semper continue parturibat, & dicebat: Tristitia mihi est magna, & incessabilis dolor cordi meo. Atq; idē iterū: Filioli mei quos iterū parturio, donec Christus formeē in vobis. Quidnā aluo illa beatius fuit, qui tales filios parere potuit, qui in se Christū haberent? Quid vero fœcūdius eo qui orbē
2.Cor.4. progenuit totū? Quid eo fortius, qui editos & adultos abortiuos posset denuo cōcipere ac formare? Id autē in naturali partu prēter humanas est vires. Quare igitur nō dixit: Filioli mei quos iterū pgenero, sed parturio? Etenim alibi generās inquit, In Christo enim Iesu ego vos genui. illic ergo progeniem tantūmodo ostendere voluit, hic vero & partum coram statuere conatus est. Quomodo enim filios vocat nondū eniC xos? Si enim parturit, nōdū peperit: quomodo filios vocat? Vt discas q̄ is prius eos nō parturiuit doloribus, quod satis illis fuerat ad ruborē. Si enim, inquit, semel factus sum pater, debitúmq; in vos partū toleraui, vos vero filij facti estis: quomodo me ad secundos iterū dolores mittitis? Satis enī qui principio habētur, sunt partus dolores, quid me secūdario doloribus cruciatis? Nā eorū qui nondū crediderūt casus, non secus q̄ fidelium labores sibi accedebāt. Intolerabile enim fuerat post taliū mysteriorum cōmunionem videre quosdā ad impietatem spōte declinare. Quare acriter & sublimè, ac omni muliere passibilius ingemiscebat dicēs: Filioli mei quos iterū parturio, donec Christus formetur in vobis. Id autem dixit, & fidere eos & timere volens. Cū enim ostēdit non formatum in ipsis Christū, timorē incussit & agoniam: B cum demonstrat posse formari, iterū fidem voluit. In eo enī quod dicit, donec formetur: vtraq; sunt ostendentis, quódq; nondū formatus est, & formari posse. Si enim foret impossibile, inuacuū ad eos dixisset, do nec Christus formeē in vobis: ipsos spe vana nutriuisset. Hæc igit sciētes, neq; ipsi à spe cadamus, sed neq; omnino pigritemus. Vtraq; enī hæc pernicioſa. Desperatio quidē exurgere non sinit, & stantem cadere facit, & neglect⁹ quidē ex ipsis detrudit cœlis. Despe ratio in ipsum malitię deducit abyssum, sicut fidentia deductū inde velociter trahit. Cōsidera vero vtriusque vim, diabolus ante hæc bonus erat, pigritās vero & desperans cecidit, tantáq; obrutus malitia est, vt in posterū non resurgeret. Quòd enim bonus erat, audi quid dicit: Vidi satanā veluti fulgur cadētem de cœ- Luc.10. lo. Fulguris enim similitudo, & claritatē pristinę cōuersationis ostēdit, & naturę acumē. Paulus blasphemus erat, & persecutor, & cōtumeliosus: vbi vero desudauit, & spe nō decidit, exurrexítq; par angelis effectus. Iudas apostolus erat, sed pigritās fact⁹ est proditor. Latro item post tantum malitię, vbi de spe nō lapsus est, ante oēs paradisum ingredit. Pharisæus confidēs quasi sua elatus virtute, ab altitudine cecidit in profundū: publicanus non diffidēs, sic erectus est, vt illū præueniret. Vis vt tibi ostendam & vrbem omnē hoc facere? Niniuitarum vrbs sic omnis saluata est, & illos certè lata iam sentētia à spe depulerat. Nō enim dixit, si pœnitentiā egerint, saluabuntur: sed solū, tres adhuc dies & Niniue subuertē. Sed tamē iubēte deo, & propheta clamāte, sentētia nō correctionē habente nō ceciderūt à minis, neq; bonas spes perdiderūt. Propterea eñ cōditionē minis apposuit, neq; dixit, pœnitentiā si egerint, saluabūtur: quo & ipsi latā dei sententiā audientes, neq; sic à spe cadamus, sed eo fidentes exēplo haud deficiamus. Nā vel in eo est maxime videre dei clementiā, q̄ sentētię cōditionē minus apponēs, tamē pœnitētibus recōciliatur: sed vel ex eo quod apprehēsa ferebatur, augeri volēs timorem, eósq; plurima sua morderi pigritia id effecit, ipsumq; pœnitētię tēpus ineffabilē eius ostēdit clemētiā. Quomodo enim tres dies effecissent, vt deleretur malitia tāta? Cernis quomodo adhuc dei clementia apparet? plura enim hic ad eius vrbis salutē contulit. Hæc igitur sciētes, spe nunquā cadamus. Neq; enim vel sic diabolo cesseris vt desperes, q̄ neq; tam adeò lætum eum peccantes reddimus, q̄ facimus desperātes. Audi de fornicāte q̄ supra peccatum Paulus desperationem timuerit. Corinthiis enim scribēs, sic in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.5. quit:Omnino auditur in vobis fornicatio,& talis quę nec inter gentes nominatur. Non dixit, quam nec in gentibus audẽt:sed,neq; nominatur,quod modo adusq; appellationẽ illis intolerabile, id ipsi opere ausi estis.Et vos inflati estis:& non dixit,ille inflatus.Sed eũ qui peccauerat,dimittẽs,sanos alloquitur:quẽadmodũ medici faciunt,ægros dimittẽtes, adhærentibúsq; plurimo sermone vtuntur.Secus autẽ & hi omnes mẽdacij causa erant,nequaquã corripiẽtes, neq; terrẽtes.Mouit igitur crimẽ, quò facilis curatio vulneris fiat.Graue quidẽ peccatũ est,sed multo grauius altũ sapere in peccato.Nam si de iustitia inflari,iustitiæ sit euacuatio:multo magis id in peccatis si cõtingat, maximam nobis iacturam inferet, atq; ipsorum peccatorũ maius crimẽ fuerit.Propterea inquit,cum Luc.17. oĩa quæ præcipiũtur vobis feceritis:dicite,quia serui inutiles sumus.Si eñ qui omnia faciũt, parua fecisse cõputabuntur: multo magis & peccatorem flere decet,& infimum sese omniũ computare. Id itaq; ostẽdens,tũc dixit,& nõ magis fleuistis. Quid dicis?alter peccauit,atq; ipse plorabo?Ita,inquit:corporis eñ& membrorum exemplo mutuo cõpacti sumus.In corpore eñ tametsi pes vulnus accipiat, humi declinãs, caput inclinamus.Et quid eo venerabilius? sed tamẽ dignitatẽ suã non nouit calamitatis tẽpore.Idẽ & ip Rom.12. se fac.Quare & Paulus admonet, dicẽs: Gaudete cũ gaudẽtibus,flete cum flẽtibus.Et non magis fleuistis vt tolleretur de medio vestrũ qui opus id fecerat?Nõ dixit,& non magis studuistis:sed q̃ non magis fleuistis, quasi morbo cõmuni & peste ciuitatẽ comprehendente:quasi diceret, Orationẽ exigit & cõfessionẽ,& preces,quò morbus tota ciuitate tollatur. Vide quantum his timoris incussit.Et quoniã putabant ad illum dũtaxat peruenisse malum,ac cõstitisse,eos solicitos reddit,dicens:Nescitis q̃ modicum fermentũ totam massam corrumpit?Quod autem dicit,tale est: Vltra graditur malũ,atq; reliquis sese applicat membris,veluti de cõmuni malo consulentes, curare vos decet.Neq; id mihi subiecceris, q̃ ille solus peccauit, sed illud considera,q̃ sanies quædam peccatum,reliquum corporis depopulans.Veluti domo ardente,& qui nondũ malo læduntur, his qui in malo sunt molestia nõ minori premuntur:atq; vniuersa conferunt, quò ne vrgens ignis ad proprias inualescat domos. Sic & vos Paulus excitat,dicẽs:Pyra quædã est,prẽueniamus malũ, extinguamus incendiũ priusquã ecclesiam inuadat.si vero neglexeris peccatũ, veluti in alieno existens corpore, maxime quidẽ vel sic male. Ille enim membrũ totius est corporis.Verũ & id con D fidera,q̃ si pigritaueris ac sprueris,te quoq; quãdoque cõprehendat.quare si nõ fratris, tua tamen cura exciteris.Reprime pestẽ, saniem coërce, depopulationẽ amputa.hęc & his plura dicens,& mãdans tradi illum satanæ,deniq; inquit:Quando quidẽ conuersus,& melior factus,satis huic ea fuit correctio à pluribus:Cõfirmate super eum charitatẽ:vbi enim communem inimicũ & aduersarium statuit vniuersis,& à grege exclusit, à corpore recidit, vide quãto in eum vtitur studio.Vti enim rursus coniungat & annectat, non modo amate eũ,dixit:sed confirmate super eum charitatẽ firmã:id est, immobilem in eum ostendite amicitiam calentem quandã &feruidam,atq; ignitã: æquiualentem priori inimicitię dilectionem inferte. Quid factum est? num tradidisti eum satanæ? nónne iussisti?Ita,inquit,sed nõ quò in manibus satanę per- A maneat,sed eius dominatũ illico diffugiat.Et quemadmodum dixi,considera q̃ timuerit desperationem Paulus,q̃ magnam diaboli armaturam:dicens enim, Confirmate super eũ charitatẽ: & causam addit, Ne fortè nimia tristitia absorbeatur.hic in lupi faucibus est ouis:præueniamus igitur,præripiamus antequam absorbeat aut corrumpat nostrũ membrũ. Periclitatur nauis: priusquã obruatur, eripere naufragio studeamus.Quẽadmodũ enim mari sese tollente,& fluctibus vsq; ad summũ eleuantibus, sub procella scapha inundatur:sic & anima vndiq; mœrore circũdata,velocius demergitur,ni quempiã dantem habuerit manus. Et quæ salutaris in peccatis est mœstitia, exitialis immoderata fit. Atq; vide quomodo accurate dixit: non enim dixit,ne hunc diabolus perdat: sed quid?ne lucrifiamus à satana. Auaritia enim est aliena concupiscere.ostẽdens igitur alienum ab eo de B cætero factũ, & quod in Christi gregem domesticũ se pœnitentia redegit,inquit,ne lucrifiamus à satana. Si enim de cętero cõprehendat eum,nostrum rapiet membrũ,de grege ouem surripiet:nã pœnitẽtia peccatũ deposuit.Sciens igitur Paulus quid fecerat diabolus Iudæ,timuit ne quid fortasse idẽ faceret.Quid autem fecit in Iuda? pœnituit Iudã: Peccaui,inquit, Matt.27. tradens sanguinẽ iustũ.audiuit hęc diabolus,nouit in melius viã capientẽ,& ad salutem tendentẽ,timuitq; mutationẽ. Clementẽ,inquit, dominum habet.cum traditurus eum fuerat,plorauit:atq; ipsum miris prouocauit modis,nunc multo fortius correptũ,& peccatũ fatentẽ trahet. Idcirco enim crucifigendus venit.Quid ergo fecit? exterruit eum, & obtenebrauit, mœroris magnitudine effugauit,persecutus est, quo C ad laqueũ duxit,atq; è præsenti duxit vita,pœnitentiæq; proposito priuauit.Quoniam si vixisset, & ipse fortè saluatus foret.Argumentũ ex crucifixoribus sumitur.Si enim hos qui eũ crucifixerãt,saluauit, & ipse in cruce existens rogauit patrem, indulgentiámq; tantæ audaciæ postulauit:cõstat quod & ipsum proditorẽ dignè pœnitentẽ cum mãsuetudine suscepisset.Sed ille præseruari in medicina nõ tulit, mœrore nimio absorptus.Id igitur &Paul' timẽs,Corinthios solicitabat eripere à faucib' diaboli hominẽ.Et quid opus est de Corinthiis dicere?Petrus enim post mysteriorũ cognitionẽ ter negat,& plorans deleuit omnia.Paulus persequutor,blasphemus,contumeliosus, non crucifixũ modo,sed illius vniuersos persequens, pœnitẽtia ductus,apostolus efficitur. Solùm à nobis deus orationem vel paruam exigit, atq; vniuersa dimittit nobis peccata.dico & parabolã idipsum confirmãtem. Duo quidã erant fratres,paternámq; diuidentes substantiã,alter quidem cuncta quæ obuenerãt,comedẽs,patria extorris factus erat: hic pauper tatis non ferens pudorẽ.Hęc autem dico,quo sciatis & peccatorũ quæ post baptisma cõtrahuntur,remissionẽ esse,si attendimus:dico non vti ad inertiã compellã,sed à desperatione reuocẽ. Nam ea nobis q̃ inertia maiora confert mala. Quoniã hic filius eos qui post baptisma cadunt,pœnitẽtia tamẽ resurgẽtes, filios esse ostẽdit.Filius enim dicit:Nã extra baptismũ nemo filij appellatione nominatur, & domũ habitat paternam,& paternã in sortem accepit omnia. Ante baptisma non est paterna accipere,neque hęreditatẽ consequi:ita vt ex his fidelem hũc fuisse cõprobetur. Et probi atq; frugalis frater erat, frater vero sine spirituali regeneratione nequaquã fuisset.Hic igitur ad summam

summam malitiã veniens, quid inquit? Reuertar ad A patrem meum.Propterea hunc pater dimiserat,neq; phibuerat quo minus in patriã abiret alienã, quatenus experimẽto disceret accurate quãtum beneficiũ susceperit domi manẽs.Sæpe enim deus,quũ dicens minus suadet, rerũ experimentis doctrinam promittit.Quod & ad Iudæos dixit:quoniã quidem infinita per prophetas verba impendens,non suasit,neq; illeHier.2. xit,omittẽs per flagella corrigere,dixit ad eos.Corriget te correptio tua,& malitia tua corripiet te.Oportuerat ipsum quidẽ meritò fidelẽ esse & ante ipsarũ rerũ euentum: quoniã vero se tam adeò impudenter habuerunt,vt eo monẽte & consulente minus credẽrẽt,permisit eos rerũ euẽtu corrigi, quo vel sic recuperet. Quia concedẽs luxuriosus in alienã terrã reb' ipsis perdidicit quid mali sit paterna domo excidere.Rediit: nõ eñ turbatus est pater:sed mitib' susceB pit manib'.Quid ita?quia pater nõ iudex erat:& choreę,& facta est celebritas de cętero,lætáq; & gaudẽs dom'.Quid dicis?Hę sunt malitiæ vicissitudines?Nõ malitię homo,sed reditus:nõ peccati,sed pœnitẽtię: nõ fornicationis,sed in meli' mutationis.Et qđ in his est maius,turbatus est his maior filius.Is autẽ & hunc mansuete mitigauit,dicens: Quoniam tu quidẽ semper mecũ es,hic vero perierat,&inuẽtus est:mortuus erat,& reuixit.Cũ vero perditum saluari oportet, nõ iudicij tẽpus est,neq; subtilioris examinis,sed clemẽtiæ indulgẽtiæq; dũtaxat. Nullus enim medicus vnguẽta adhibẽs ægrotãti,curã dimittẽs, incõtinentiæ pœnas ab eo postulauerit. Si vero pœnas eũ dare oportuit,satis pœnarum q̃ in aliena versatus est,dedit. Tãto eñ à nobis tẽpore segregat', fame dedecoréq; ac summis dimicãs malis,laborat:;ppterea, inquit, & C perierat,& inuentus est:mortuus erat,& reuixit. Nõ eñ,inquit,attẽdes præsentia, sed prioris calamitatis magnitudinẽ considera. Fratrẽ intueris,non alienũ, ad patrẽ qui priorũ neq; vel patum recordari potest: magis vero eorũ solum reminiscitur quæ ad compassionem,misericordiã,clemẽtiam, indulgentiam possent inducere genitorib' accõmodata. Propterea nõ quæ fecit, dixit,sed quæ passus est.Non q̃ substantiã dissipauerit, meminit, sed q̃ innumeris periclitatus est malis.Sic & ouẽ tanto studio quæsiuit,magis autẽ maiori:hic eñ ipse rediit filius, illic autẽ ipse abiit pastor,& inueniẽs reduxit,& lætatus est super eã magis q̃ super cæteris quæ saluę erant.Cernis vero q̃ reduxit,q̃ non flagellauit,sed ferẽs in humeris,rursus gregi reddidit.Igitur intelligendũ nõ modo à redeuntiD bus non auerti deũ, sed hos nõ minori cũ iucunditate q̃ ipsos proficientes recipere: q̃ non modo pœnas non exigit,sed ad errantiũ inquisitionẽ proficiscitur: q̃ horum gaudet inuentione, q̃ cæteris tuto in loco perseuerãtibus.Ipsi neq; malis obtuti,spe sternamur, neq; bonis abundantes confidamus:sed &proficientes timeamus,ne per confidentiã labamur,& labẽtes pœnitẽtiam nõ recusemus.Quod enim incipiens dixi,& nunc dico,duo hæc:Stantẽ confidere,& desperare iacentẽ,perditionẽ animarũ esse. Quare stantes 1.Cor.10. roborãs Paulus dicit,Qui se putat stare,videat ne cadat.Et iterũ, Timeo ne fortè aliis prædicans ipse re2.Cor.12. probus fiam.Iacentes erigens,& ad vlterius excitans studium testificabatur,Corinthiis sic scribẽs,Ne fortè multos defleam qui antè peccauerunt,&pœnitentiam non egerunt:ostendens nõ tam peccantes q̃ nõ pœnitentes dignos lachrymis fore. Et propheta ad eos:Nunquid qui cadit,nõ resurget, aut auersus non Hier.8. reuertetur?Quare & cosdẽ exorans Dauid dicit,Hodie si vocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda ve- Esai.94 stra sicut in exacerbatione.Quò & hodie dicitur,Ne corruamus spe,sed bonas in domino spes habẽtes,& pelagus clemẽtiæ suæ cognoscẽtes,omnẽ conscientiam excutientes malã,multa cũ spe propositóq; adhærentes virtuti, & pœnitentiã maiorem in modum ostendẽtes,hic vniuersa deponamus peccata, vt multa cum fiducia corã Christi tribunali stare possimus, regnúmq; cœlorum cõsequi. Cuius omnes nos participes fieri contingat,gratia & clemẽtia domini nostri Iesu Christi,cui cum patre, simul cum sancto spiritu gloria,imperium,&c.

Homiliarum D. Ioannis Chrysostomi de pœnitentia,Lælio Tifernate interprete,finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de pœnitentia Sermo.

RRouida mẽte,& profundo cogitatu cognosci debent duo rerũ distincta negocia:id est, quantum distat inter bonum & malum, nec aliunde hæc cogitatio,q̃ à primordio repetenda est. Quid aliud est malum,q̃ peccatũ cõmittere? quid est bonum, q̃ agere pœnitentiã pro commisso? Hæc est discretio vtriusq; negocij. Serpẽs in paradiso peccatum suasit. Heuam pœnitentia reclusit, & inde boni malive origo. Quis deo dignior q̃ Dauid? Et tamen deliquit.Qui cecidisset de culmine,si non fuisset cõpunctus.Quis sceleratior Manasse?& hunc pœnitentia reuocauit.Pœnituit deum q̃ Saũlem regem elegerit:quapropter,nisi quia idem pœnitentiã ignorauit? C Quis sapientior Salomone?Sed nescíens pœnitentiã perdidit gratiam.Et ob hoc dictum est,Cõcepit dolorem & peperit iniquitatem. Cõcipit peccator delicti dolorem, & si non pœnituerit,parit sibi mortẽ. Paruulus antequã prodeat ex vtero, dolor est matri: postquã vero editus fuerit, venit ei gaudiũ. Peccatũ vero conceptum coluber est,in præcordiis hominis parit mortẽ,nisi fuerit pœnitudine expiatũ. Peccati conceptio serpens est in præcordiis latens.Consummatum venenũ spirat,&letiferum generat morbum. Qui peccatũ parit,in iudiciũ cadit:& si neglexerit,in ipso manebit.Natũ suũ mulier libenter perlactat, natum vero peccatũ facit exitiũ nutrienti.Peccati vero pater & mater est venter incontinens & libido, captúsq; ducitur in vtraq; prodigus &profusus.Peccati virtus confusa ebrietas,& castigandi securitas. Seminarium delicti,lex est cupiditatis in mẽbris:& cor impœnitens capietur ab ea.Commissum crimen dulce est ad momentũ,sed vertitur protinus in exitium. Temerarius & audax festinus cecidit in crimẽ,declinat autẽ ab eo prouidus pœnitendo.Nam sicut aqua ignem extinguit ardentem, sic pœnitentia diluit crimina fontibus lachrymarũ. Sicut in tenebris non est absq; lucerna lumen,sic non potest homo peccatum sine pœnitentia abluere. Hoc de homine iam baptizato dicit. Item lector intelligat martyrium pœnitẽtiæ præteriti non egere. Et sicut lux diei non quærit lucernam:sic iustitia ante deum sine pœnitentia lucet.Pondus peccati deprimit desperãtem,prouidus autem pœnitens leuius pergit. Præsumptiuo spiritu subintrat peccatum,&multiformis callidus discurrit in homines:sapiens autẽ non illi dat locum gradiendi.In corde pigri vt cereus ardet peccatum, nam in

Universidad de Deusto
Biblioteca

pectore pœnitẽtis liquescit vt cera. Peccati princeps factus est aspis. In Adã subintrauit eius dolus, & fecit eũ intra ligna paradisi latere cõfusum: vocauit illum deus non matutina, sed vespertina voce, dicens: Adã, vbi es? Et quid ille? Vocẽ tuã audiui & timui: quia nudus sum, & abscõdi me. Timui: quare? Quia peccaui. Abscõdi me. Quare? Quia nudus sum, & erubui. Quia ergo expulsus est pater per peccatũ, reuocantur filij per pœnitentiã. Nam quod peccatũ clausit, pœnitẽtia reseranit: & de quo ira præcipitauit, pietas reuocauit. Qui nõ pœnitet modo, nullus manebit in vmbra mortis: qui vero timet deũ, per pœnitẽtiam illustratur. Opœnitẽtia quę peccatũ miserãte deo remittis, & paradisum reseras: quæ contritũ sanas hominẽ, & tristẽ exhilaras: vitã de interitu reuocas, statum restauras: honorẽ renouas, fiduciã das: & reformas vires, gratiámq; abundantiorẽ refundis. O pœnitẽtia, quid de te noui referã? Omnia ligata tu soluis, omnia soluta reseras, omnia aduersa tu mitigas: omnia contrita tu sanas: omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. O pœnitentia rutilantior auro, splendidior sole, quã non vincit peccatũ, nec defectio superat, nec desperatio delet. Pœnitentia respuit auaritiam, horret luxuriã, fugit furorẽ, firmat amorẽ, calcat superbiã, linguam continet, cõponit mores, odit malitiã, excludit inuidiam. Perfecta pœnitẽtia cogit peccatorẽ omnia libenter sufferre: si violentus quærat quæ habet, nõ vetat: si vestem dirimat, non refragatur: percutienti maxillã prębet alterã. iam angariatus vltro adiicit, castigatus gratias agit, prouocatus tacet, exasperatus blanditur: superiori supplex est, inferiori subiacet: in corde eius cõtritio est, in ore eius cõfessio, in opere tota humilitas. Hæc est perfecta & fructifera pœnitudo. Sic pœnitenti præsto est deus, esurienti nutritor, sitienti potator. Sapiẽti quod stultum putatur, sapit: quod triste est, placet: quod molle est displicet: quod fluxũ est, horret. O pœnitẽtia misericordiæ mater, & magistra virtutũ, magna opera tua quibus reos resoluis, ac reficis delinquẽtes, lapsos releuas, recreas desperatos. Per te nobis Christus regnum cœlorum appropiatum designat dicẽs: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorũ. ita & Baptista clamat, Facite fructus dignos pœnitẽtiæ, quoniã ecce adest regnũ dei. Per te subito rapuit latronem Christus ad regnũ: per te Dauid post flagitium felix iterũ recepit spiritũ sanctũ: per te Manasses post cruẽta facinora ecce meruit fieri acceptabilis: per te Petro apostolo postquã ter negauit, data est indulgẽtiæ dextera: per te filius, pdigus regressus ad patrẽ, non solũ amplexum osculúmq; paternum, sed etiã epulũ vituli saginati, vestémq; insignem promeruit adipisci: per te mulier fornicaria vberes stillauit lachrymas, fontéq; sui baptismi protinus lauit pedes Christi, crinéq; deterst: per te Niniue ciuitas magna, populúsq; integer Barbarorũ subito deũ sapuit, virtutem tuã sensit, odorem tuum accepit, saporẽ tuum strinxit, ducedinem tuã gustauit, ciliciũ contraxit, cinerẽ tuũ comedit, ieiuniũ tuum protraxit, lachrymas tuas profudit, gemitum tuum, suspiriúmq; persensit, fructúsq; vbertatis tuæ abundãter exhibuit, & sic per opera tua non solũ decretæ mortis discrimen euasit, sed etiã vitæ incognitæ coronã accepit. Cuius similitudini pœnitentiã comparemus? Sic est quomodo ager fructifer, aut vinea fœcunda, aut etiã arbor fructifera, fructus eius edit peccator famelicus, proficit in fiducia dei, acceptáq; remissione pinguescit in vita, & hæc sunt verba eius: Domine ante te omne desi- *Psal. 37.*
derium meũ, & gemitus cordis mei non est abscõditus à te. Clamorem meũ, suspiriúmq; intellige, pauor peccati sollicitat me, põdus cõsciẽtiæ meæ deprimit me, nõ est mihi spes viuendi, neq; fiducia moriendi, iudicium tuũ deus vereor, & pœnas timeo præparatas impiis. Audi me obsecro, modo dũ tempus est: remitte quod timeo, dele quod vereor, priusquã abeã, & amplius nõ ero. Tali animo pœnitẽti remissio datur, & vita donatur, nec regnũ deerit à domino tribuendum. Quid ergo times pœnitentiã ô homo, sine qua non est viuere, nec deo placere? Clamat Hieremias cõpũctus pro populo, Quis dabit capiti meo a- *Hier. 9.*
quã, & oculis meis fontẽ lachrymarũ, & flebo vulnera populi mei? Sciebat enim q̃ lachrymę iuuarẽt populũ transmigratũ, sciebat q̃ eius fletibus subueniret: sciebat q̃ deus cõtritionẽ quærit, & fletibus flectitur: sciebat q̃ deus lugẽtes lætificat, & pœnitẽtibus præsto est. Ideo prophetãdi locum quærebat remotum, vt vsque ad vallem pertingeret lachrymarum, quam deus amat, quãChristus amplectitur. Vallis est remotis fletib⁹ discreta, quę dicitur Iosaphat, in qua iudex cœlestis populos discutit, & omnes gẽtes examinat. Disposuit in cõualle fletus. Est eñ vallis hęc propter iudiciũ quidẽ metuenda, sed propter pœnitentiã exoptanda. Publica eñ & secreta est. Publica est ad futuri iudicij pœnã, & secreta est ꝓpter salubres pœnitẽtiæ lachrymas. Magnus profectus est lachrymarũ, vt plorãdo seruus propitiet dominum, filius lachrymis mitiget patrẽ, & asperam matrẽ plorãs paruulus mulceat. Ita ergo & peccator profusis fletibus remouet iram dei, reformatus in ipso. Cupit videre Timo- *2. Tim. 1.*
theum Paulus propter fletũ: Desidero, inquit, videre te, memor lachrymarũ tuarũ. & Dauid dicit. Venite *Psal. 94.*
adoremus, & ploremus corã domino, qui fecit nos: *Ibid. 55.*
& iterũ, Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: &, Potum meum cum fletu miscebam, stratúmq; meũ per singulas noctes cum lachrymis rigabam: & iterũ, Deus vitã meã annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo: tanquã si diceret, Suscipe domine lachrymas meas, quoniã lachrymę sunt quę radunt rudera, & sanant vulnera: lachrymæ sunt quæ pœnitentiã armãt, & indulgentiã prouocant. lachrymæ sunt quæ cœlũ pulsantes, crimina delent, & conscientiã degrauant. Sonant in ore pœnitentię verba, & mouẽt in pectore pietatis veniam. Et impletur caput aqua, tumescũt oculi, rigãtur genæ, decurrunt riuuli, & deus indulgentię mentẽ exhilarat. Lachrymę sunt, quæ reconciliãt deo, à peccatis redimũt animã, & sanãt languores eius. Sordẽtem animæ vestem lachrymæ lauãt, & dant illi remissionis candorẽ. Nam sicut auceps auiũ, aut viscо, aut reti in grano aliquo captũ tenet passerẽ, & manu sua subtilissimo funiculo ligatũ retinet, & quasi dimittens laxum de manu sua, dans ei liberam volandi potestatem: at ille auidus ad volãdum, euasumq; se putans, alacer altiora appetit: sed iste summũ funiculum tenẽs, restringit eum cum volauerit, & ad se trahit, ab spe volãdi & viuendi deceptũ: Ita & diabolus versutus venator, & per spiritũ præsumptionis laqueo suo deceptũ implicat hominẽ: qui semel hęserit, vult quidẽ ab eo euelli, sed vinculũ velox venator tenens, reuocat captum semel in laqueo, & reuolutũ premit. Et quidem vinculum ipsum fluxũ est, ac facilè potest distrũpi: sed desidia nostra, &

stra, & dilatio diuturna, facit vt robustum fiat, & non cito rũpatur. Quicquid enim durum aut rigidũ obiicit, vigilantia vincitur, & pœnitudine ꝓpulsatur, orationibus mollitur, fletibúsq; resoluitur. Nam vbi præsumptionis spiritus imperat, ibi exclusa pœnitudine, sola peccati arbor fructibus suis exuberat. Et hæc est arbor, in qua deceptus Protoplastus in mortẽ defluxit. Sed restat lignum vitę in paradiso dei repositum, quod nũc per pœnitentiã recepit homo. O homo recurre ad arborẽ vitæ. Quid tardas mãducare fructus eius, vt maneas in ærnũ? Quid times pœnitentiam? Nihil tam durũ quod non deleat: nunc cum gustaueris, tũc persentis quoniã suauis est & odor eius in naribus, & sapor in faucib⁹. Pœnitẽtiæ sapor est ieiuniũ pro peccato. Quando perfectã verè arripueris abstinentiam, & compellẽtis gastrimargiæ cupiditatẽ superas continẽdo, pœnitudo est. Quando persuadentis gulæ libidinem vinum potando vincis, & iam eo q̃ parcissime vteris, pœnitudo est. Quando te somnus premit, & vincis eũ, & vigilas propter deum, pœnitentia est. Quando esurienti fœneras, preciũ vitæ est, vestire nudum, pascere peregrinum, & cum ignoscentibus mẽsæ habere consortiũ. Scriptũ est enim, Quo- *Tob. 12.*
niã eleemosyna à morte liberat, si nõ habet huius vituperationis meritũ: quia eleemosyna cum iniquitate acquisita, abominatio est corã deo. Illa est preciũ perpetuę vitę. Si oraueris & ieiunaueris, & eleemosynam iuste feceris, cõplesti preciũ, redemisti peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est vita tua. Duo æra minuta mulier vidua misit in arcã dei, & prælata est opulẽtis. Et quid de duobus minutis dico, quãdo calix aquæ frigidæ porrectus nõ vacat à precio vitæ? Ergo nõ expaueſcas pœnitentiã, sed esto in processu eius prõptior, in opere paratior, in amore propẽsior. Risum fuge, linguã contine, mores cõpone, vitia vince, virtutẽ dilige, sanctitatem sequere, promissa male loquentium damna, & plena est pœnitentia tua atq; perfecta, & promerebitur indulgentiã: præstãte ipso domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Sermo de pœnitentia & confessione.

OBsecro, flagito, supplico, vt hîc peccata nostra deploremus & lugeamus, doleamus ob peccata nostra, nec erit quod illic terreat: mordeant nos hîc verba, & non lancinabit nos illic vermis venenosus: vrat nos hîc increpatio, & nõ vret nos illic gehenna ignis. Consectaneum erit, vt qui hic lugent, illic consolationẽ accipiant: qui vero hîc rident & deliciãtur, & in peccatis iacent, necesse omnino vt illic videãt lugentes & plorantes, & dentibus frendentes. Nõ meus hic sermo est, sed eius qui iudi- *Matth. 5. Luc. 6.*
catutus est nos. Beati, inquit, lugentes, quoniã ipsi cõsolationẽ accipiẽt. Væ vobis qui ridetis, quoniã plorabitis. Quãto nunc melius tẽporalem cõpunctionẽ & breuem luctũ mutare bonis, & voluptatibus finem non habentibus, q̃ post breuẽ & momentaneam vitã hîc ridentes abire illuc perpetuo puniendos? Sed cõfunderis & erubescis peccata tua effari. Atqui oportebat maxime apud homines ea dicere & inuulgare. Confusio enim est peccare, non est confusio cõfiteri peccata. Nunc autẽ neq; necessariũ pręsentibus testibus confiteri: cogitatione fiat delictorum exquisitio, absq; teste sit hoc iudiciũ. Solus te deus confitentem videat. Deus qui non exprobrat peccata tua, sed solu- *Esa. 43.*
uit peccata propter confusionẽ. Nunquid & sic grauaris & retrocedis? Verùm & ego scio q̃ conscientia non sustinet sua delicta. Nam si veniamus solũ in memoriã delictorũ nostrorũ, sicut pullus equi indomitus & infrænis insolescit mens, sed coërce, refræna, demulce manu, cicura teipsum, persuasum habe, q̃ nisi quis nunc confiteatur, omnino illic cõfitebitur, vbi maior pœna, vbi amplior traductio. Hic absque teste iudiciũ, & tu qui peccasti cõdemnas: illic autẽ in medium totius orbis theatrum producentur omnia, nisi prius hîc detegamus ea. Cõfunderis confiteri peccata, confundaris admittendo. Nos autẽ quãdo ea agimus, frequẽter & impudenter audemus: quãdo autẽ cõfiteri oportet, tũc cõfundimur & grauamur. Oportebat cũ alacritate hæc facere. Non enim cõfusio accusare sua peccata, sed iustitia & virtus. Nã si nõ esset virtus, nõ illi mercedem posuisset deus. Habet enim *Esa. 43.*
mercedẽ confessio. Audi quid dicit: Dic tu prior peccata tua, vt iustificeris. Quis confunditur de opere à quo fit iustus? Quis confunditur confiteri peccata, vt soluat peccata? Nũ propter hoc iubet confiteri te, vt puniat? nõ vt puniat, sed ignoscat. Nã in externis iudiciis post confessionem pœna. Idcirco & Psaltes istuc ipsum suspicãs, ne quis veritus pœnã post cõfessionẽ neget peccata, dicit, Cõfitemini domino, quoniã bo- *Psal. 117.*
nus, quoniã in seculũ misericordia eius. Num ignorat peccata tua deus, si tu nõ confitearis? Quænã vtilitas tua etiãsi non cõfitearis? Num potes latere deũ? Etiamsi nõ dicas illa, ipse nouit: si autem tu dicis, ille obliuiscit. Ecce ego sum deus, qui deleo iniquitates *Esa. 43.*
tuas, & nunquã memorabor. Vides? ego nunquã memorabor, inquit. Hoc misericordię fuerit, tu autẽ memor esto, vt emẽdationis capias argumentũ. Hæc vt audiuit Paulus, q̃ deus peccatorũ non sit memor, ipse continuo memor fuit, sic dicens: Non sum dignus *1. Cor. 15.*
qui vocer apostolus, quoniã persecutus sum ecclesiã. &, Christus Iesus venit in mũdum, vt saluet peccatores, quorũ ego sum primus. Condonata fuerant peccata à deo, sed memoria peccatorum cõdonatorum non euanuit apud Paulũ. Et ea quę dominus deleuit, illa ipse inuulgauit. Audiuerat enim Prophetã dicẽtem, Ego nõ memorabor, tu autẽ memor esto. Deus *Esa. 43.*
vas benedictionis eũ vocabat, & ipse primum se peccatorum vocat, non oblitus peccatorum sibi condonatorum: cogita quomodo beneficiorũ dei memor fuerit. Et quid dico, quod non confundit peccatorũ memoria? non ita claros nos reddit bonorũ operum memoria, sicut memoria peccatorũ: imò nos bonorũ operũ memoria nõ solũ claros nõ facit, sed & confusione replet, & cõdemnabiles efficit. Peccatorum autem memoria implet nos fiducia iustitiáq; multa. Quis hoc dicit? Pharisęus & publicanus. Nã hîc dictis peccatis rediit domũ iustificatus: ille autẽ dictis bonis operibus descẽdit factus publicano inferior. Vides quantũ damnũ sit meminisse operũ, quanta vtilitas non obliuisci peccatorũ? Et valde merito. Nã qui bona opera commemorat, arrogans efficitur, hominésq; alios contẽnit, id quod & pharisæo accidit. Nõ enim in tantam arrogantiã venisset, si non dixisset, vt cæteri homines, si nõ commemorasset ieiunia sua & decimas. Peccatorũ autẽ memoria mẽtem humiliat, & humiliter sapere facit, & per humilitatẽ conciliat ei gratiam dei. Audi saltem quomodo Christus præcipit nos obliuioni tradere bona opera: Quando hęc omnia feceritis, dicite, quoniam inutiles serui sumus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego te non facio inutilẽ, tu autem ſi confeſſus fueris vilitatem tuam, ego te illuſtrẽ faciam, & coronabo. Vides per quot nobis demonſtratũ eſt, quantum lucri nobis ex peccatorũ accreſcat memoria? Et è diuerſo quoq; pœna quidẽ nobis à peccatorũ obliuione: vtilitas autẽ, ſi bonorum operum noſtrorũ obliuiſcamur. Vis & aliunde diſcere, q̃ maximum bonum opus ſit meminiſſe peccatorũ? audi beatũ Iob. Sicut enim de aliis gloriabatur, ita & de cõfeſſione peccatorum, ſic dicens: Si autẽ & peccans ſponte declinabam multitudinẽ populi mei, vt ne annũciarem peccata mea. Quod autẽ dicit, hunc ſenſum habet: Nunquam me ſocietas conſeruorũ ad pudorẽ duxit. Quæ enim vtilitas ex ignorantia hominũ, ſi iudex ſciat omnia? Quod autẽ damnum, ſi homines ſciant delicta, quando ille abſoluere vult à pœna, licet omnes condemnent, iudex tamẽ liberũ pronunciet? Nulla mihi ratio eſt calculi illorũ: & ſi omnes abſoluant, & admirentur, ille autem me cõdemnet, nulla etiam mihi ex illorũ iudicio vtilitas. Vbiq; enim ad illum ſpectare oportet, & idẽ facere in peccatis, quod in pecuniarũ ſumptibus. Statim cum ſurreximus à lecto, priuſquã nos cõferamus in forũ, vel priuſquam aggrediamur opus aliquod vel priuatũ, vel publicũ, vocato miniſtro rationẽ ſumptuũ petimus, vt ſciamus quidnã male, vel quid bene expenderit: & ſi viderimus parum quiddã deſiderari, omnibus modis recogitamus acceſſionum occaſionẽ, ne inuiti perdamus. Faciamus igitur hoc & in operibus noſtris vocata conſcientia noſtra. Faciamus ſimiliter rationem verborũ, operũ, cogitationũ, & ſcrutemur quid vtiliter inſumptũ ſit, & quid in perniciem noſtrã: quis ſermo male expenſus in conuicia, in ſales, in turpiloquia: quæ concupiſcentia oculum in intemperantiã prouocarit, quæ cogitatio cum damno noſtro in opus prodierit vel per manus, vel per linguã, vel per cogitationes ipſas. Operam demus, vt ab intẽpeſtiuo ſumptu abſiſtamus, pro ſemel male inſumptis aliud reponamus lucrum: pro verbis temere prolatis, ſanctas preces: pro viſu intemperate facto, eleemoſynas & ieiunia. Quòd ſi intẽpeſtiue inſumpturi ſumus, nullúmq; nobis vel repoſuerimus vel theſaurizauerimus bonũ, in extremã redacti inopiã, ſoluemus pœnã, immortali igni nos iniicientes. Igitur ſeruorũ mane rationẽ facere cõſueuimus, operũ autem poſt cœnã & veſperã ipſam lecto iacentes, nullo interturbante, nullo obſtrepente, omniũ eorũ quæ per diẽ facta & dicta rationes à nobis exigamus: & ſi viderim" quid peccatũ eſſe, puniamus noſipſos, increpemus mentẽ & conſcientiã, compungamus rationẽ tanto impetu, vt non audeat vltra exurgere, & in idẽ peccatorũ profundũ nos inducere, memores veſpertinæ plagæ: & quòd tẽpus hoc huic rationi accõmodatius, audi Prophetã dicentẽ: Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris cõpungimini. Multa per diẽ nõ vt volumus facimus, & amici exacerbant, & familiares exaſperãt, & vxor cõtriſtat, & puer dolet, & ſolicitudo negociorũ tum priuatorum tum publicorum circunſiſtit, & nõ poſſumus tũc attẽdere neq; quomodo ſupplãtamur. Omnibus autem illis liberati, & apud nos collecti ſub veſpera, multáq; fruẽtes quiete, iudiciũ in lecto requiramus, vt deum per tale iudicium miſericordem faciamus. Quòd ſi quotidie peccauerimus, & animã noſtrã cõtuderimus, nunquam autẽ ſenſerimus, ſicut cõtinuo vulnera accipientes & deſipiẽtes, fẽbrem mortémq; ſibi accerſunt: ita vtiq; & nos ineuitabile nobis ſupplicium continua ſenſus carentia attrahimus. Scio q̃ grauia quæ dicta ſunt, ſed multum habẽt lucri. Manſuetum habemus dominũ, ſolùm occaſionem arripere vult, & mox omnẽ pr̃e ſe fert miſericordiam. Nam ne peccãtes & inulti manentes nos efficeremur deteriores, non remiſit nobis ſuppliciũ, ſed vidit hoc manifeſte, q̃ peccatis ipſis nõ minus damnoſum ſit non puniri: propter hoc imponit pœnã, non exigens ſuppliciũ de peccatis, ſed ad futura nos corrigens. Et vt diſcas q̃ hoc ſit verũ, audi quid dicat ad Moſem: Dimitte me, & iratus delebo eos. Dimitte me, nõ q̃ Moſes eum retinuerit: neq; enim locutus erat ad eũ, ſed ſilenter adſtabat ſua pro illis oratione. non autẽ ſupplicationem ei dare volebat, quoniã illi digna ſuppliciis cõmiſerant, ſupplicijſq; ineuitabilibus. Punire autẽ volebat, ſed miſericorditer: id quod eos ſegniores reddebat. Vtraq; autẽ fecit, & vt pœnam nõ inferret, neq; illos faceret ignauiores pœna non irrogata. Diſcebãt enim, q̃ non ſuo merito, ſed Moſis patrocinio iram dominicã effugerint. Hæc & nos ſæpe facimus, & famulos qui peccauerũt, dignos ſuppliciis nolẽtes punire, neq; à ſupplicij metu liberari, amicos iubem" vt illos è noſtris eripiãt manibus, atq; vt ita timor illorũ in eis creſcat, & noſtra effugiãt verbera. Hoc & deus fecit. Et q̃ hoc ſit verum, ex ipſis verbis manifeſtum eſt. Dimitte me, inquit, & iraſcar. Etenim nullus remittit, qui punire vult: tunc eñ iraſcimur. Ipſe autẽ dicit, dimitte me & iraſcar: vt ſcias q̃ ira in deo nõ ſit affectio, ſed pœna in nos eo vocabulo nominetur. Quando igitur audis Moſem dicẽtem: Siquidem dimittis peccatũ, dimitte: præ ſeruo dominũ obſtupeſce, q̃ ipſe ſibi ipſi miſericordiæ occaſiones quærit. Non hic autẽ ſolum hoc fecit, ſed & ad Hieremiã, & ad Ezechielẽ idẽ hoc dicit: Circuite & videte in viis Hieruſalem: num ſit qui faciat iudiciũ & iuſtitiam, & miſericors ero eis. Vidiſti miſericordiã? Multi etiam impij vnius virtute ſimul fruuntur. Multorum autem malitia, quanuis vnus ſit qui recte agat in medio magni populi, non ruit. Sed vnus quidẽ homo recte viuens, populũ integrũ eripere poteſt ab ira dei. Ciuitas autẽ integra peruerſãq; in ſuam pœnã & ſupplicium attrahere beneviuentẽ & deiicere non poteſt. Et hoc de Noë manifeſtum. Pereũtibus enim omnibus ſolus ſeruatus eſt. Et de Moſe clarũ eſt. Solus eñ potuit tanto populo impetrare veniam. Mihi autem aliud maius eſt indiciũ diuinę miſericordiæ quod dicam. Quum enim non inuenit homines viuos, & fiducia præditos, qui poſſint intercedendo veniam obtinere, confugit ad defunctos, & per illos inquit ſe remiſſurum peccata: quemadmodum Ezechiæ dicit, Protegam ciuitatem hãc propter me, & propter David puerum meum. Olim enim mortuus erat Dauid. Hæc igitur omnia quum ſciamus, q̃ omnia moueat & cauſetur deus, vt nos à pœna & ſupplicio liberare poſſit, multas ei præbeamus occaſiones, confitendo, pœnitendo, lachrymando, precando, proximis iram dimittendo, pauperibus ſubueniendo, in orationibus ſimus ſobrij, humilitatẽ animi exhibeamus, peccata noſtra continuo memoremus. Non enim ſufficit dicere, peccator ſum: ſed operę preciũ eſt & ſpeciatim peccatorum & delictorum reminiſci. Sicut ignis qui in ſpinas inciderit, facile ipſas abſumit: ita & cogitatio quæ cõtinua in ſeipſa omnia verſat peccata quæ à iuuẽtute fecit vſq; ad ſenectutẽ, ea exuit.

Exod. 32.

4. Reg. 19 & Eſa. 37.

Pſal. 4.

Deus autem qui trãſcendit iniquitates, & delet iniuſtitias, etiã à peccatis nos liberet, & regno cœlorum dignos faciat: gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *de confeſſione peccati Sermo.*

Spiritus ſanctus medelã purgandi facinoris, & curã admiſſi delicti obtulit, dum qualiter irã dei placaremus oſtendit. Non vult peccatoribus inferre vindictam qui dare quærit cõfitentibus veniã. Nõ enim vult iraſci, qui pręſtruit: ſanitati conſulit, qui medicinã vulneribus ſuggerit: miſereri cupit, qui reo ſalutis cõſilia & vtilitatis remedia tribuit. Cæterũ punire non vult, qui ad hoc præmonet, ne cogatur vlciſci. Vult aboleri offenſam, ſi qui offendit, damnauerit culpã: vult confeſſione iam viuere eum, qui præcepta contemſerat periturus: vt cui peccatũ attulit mortẽ, & confeſſio afferat ſanitatẽ. Confeſſio enim pœnitentiam mõſtrat: ſatisfactio veniã ſibi diuina pietate conciliat. Nec enim poterit indulgentia tribui, niſi ira dei poſſit confeſſione placari. O veneranda pietas dei. Peccamus, & parcit: delinquimus, & ignoſcit: offendimus, & adhuc placatus exiſtit. Vnde qualis erga iuſtos ſit, monſtrat, dũ talem ſe erga peccatores oſtẽdat. Nec peccator iam poterit excuſari, qui confeſſionẽ, per quam venia naſcitur, nõ properauit amplecti: quò poſſit reus gemino crimine detineri: dũ primo legẽ contempſit, vt relinqueret: & cõfeſſionis remedia amplecti noluit, vt periret. Rape tu quiſquis es peccator remedia, qui peccando diuina cõtẽpſiſti pręcepta. Confeſſio afferat ſalutẽ, cui contemptus attulerat mortẽ. Viue remediis, qui moriturus fueras aliquãdo peccatis. Conſilia amplectere ad ſalutem data. Hortamẽta diuina prouide, ac libenter admitte: peccatorũ indulgẽtiam confeſſione inſtãti merere. Quid horres fateri, quod libẽter ac propere commiſiſti? Cur cõfunderis dicere, quod non confuſus es perpetrare? Cur vereris domino indicare, quod veritus non es ipſo præſente cõmittere? aut nunquid eũ putas admiſſa neſcire, niſi à nobis quæ cõmiſimus noſcat? Aut ignorare quę fecimus putas, niſi nobis cõfitentibus diſcat? Peius eſt confiteri nolle, q̃ legẽ contemnere. Peius eſt admiſſi pœnitentiã ſpernere, q̃ monita diuina deſpicere. Peius eſt dei offenſam non ſatisfactione placare, q̃ peccando dei bonitatẽ offendere. Et quãuis peccandi cauſa grauior videatur, leuior tamẽ frequenter exiſtit dũ confeſſione abſoluitur, aut cõtumacia debito mortis expũgitur. Deniq; Niniuitæ cõfitentur, & viuunt: Sodomitæ obduruntur & pereunt. illos impendens ſupplicium prouocat cõfiteri: hos vicinus interitus non confitendo efficit aboleri. Filij Iſraël quoties peccant, hoſtibus traduntur: quoties ſe peccaſſe fatentur, de eorũ manibus liberantur. Ita enim nullus vnquam peccatũ euaſit, vt nullus cõfitendo indulgentiã dei non mereatur. Doceant diuina monita, ſi exempla docere nõ poſſunt. Confitemini, inquit, domino: quoniã bonus eſt. Bonum dominũ hoc loco dicit, nõ iuſtum: quia qui bonũ oſtendit, confiteri perſuadet. Peccatorẽ enim bonus abſoluit, iuſtus condẽnat. Bonus indulgentiã tribuit, iuſtus merita peccatorũ expũgit. Apud iudicem bonũ confeſſio mater eſt indulgentiæ: apud iuſtum, pœnę debitũ. Bonus confitenti tribuit veniam, iuſtus competentem infert pœnã. Vnde ſic fit, vt qui confitendo bonũ ſentire noluerit, iuſtũ ſentiat reticendo: & quem confeſſio poſſet abſoluere, eius contumaciã poſſit ſeueritas iuſti iudicis abolere. Quare cõſule tibi peccator, dum licet: dũ qui offenſus eſt, ſuadet dominus: ad miſerãdum dominus ipſe paratus eſt. Nã ſi qui cõtemptus eſt, miſereri noluiſſet: rogares vt vellet. cum ipſe miſereri deſideret, qui offendit rogãdo nõ deſinat. liceat cõfiteri, cui peccare licuit: liceat petere veniã, cui licuit contrahere culpã: indulgentiam poſtulet, qui mandata contẽpſit: veniã optet, qui legis iuſſa deſpexit. Cõfeſſio reddat, quod peccatũ detraxerat. Curet pœnitẽtia, quod delictorum macula ſordidarat. Serpẽtinum virus, ſatisfactionis antidoto recuretur: peccatorum venena, precum inſtantia depellantur, vt dominum, quem nobis delicta fecerant iracundum, reddãt obſequia digna placatum. Et qui à nobis fuerat peccatis offenſus, cõfeſſione nobis miſericors reddatur & pius.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE IEIUNIO SERMO PRIMUS.

Propitiationis tempus adeſt: tẽporis opportunitatem ne contemnamus: abiiciẽdorum peccatorũ tempus eſt, gratiam ne negligamus, ſed ieiunemus à cibis, ſed primũ à peccatis. Primũ enim bonũ eſt liberari à malis. Malitia autẽ eſt, quæ virtuti opponitur, inuidia, furtum, & homicidiũ, & bellũ, & quæcunq; mala dicuntur, & ſunt. Qui in malis eſt, in pœnã habet malitiam. Nã gehenna eſt malitiæ præſentis pœna. Non enim affligeret ſecãdo medicus, niſi ob præcedẽtem malitiã corriperet. Primũ malũ eſt in malitia deprehendi. Impius & alienus à deo, etiãſi nũquam proiiciatur in gehennã, bonis priuatur. Qui non continet, à cõcupiſcẽtiis lædit̃r: qui inuidet, afflictione ſua tabeſcit: qui furatur, erubeſcit & metuit: qui occidit, nõ credit vitæ ſuæ. Primũ malũ eſt eſſe malũ. Etiãſi non ſecat medicus, ægrotat æger: etiãſi nõ punit deus (nã longanimis eſt) in morbo eſt qui peccat. Dicit enim: Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Igitur qui peccat, ante peccatũ ſeruus factus eſt, & iam habet pœnam. Bonũ ieiunij lupatũ, his qui diligunt ieiunij vtilitatem. Ne attendas ad ſolũ laborem, ſed etiã ad fructum. Niſi enim ad vſum ſpectaret, nõ ſementẽ faceret qui ſerit, vt ne repoſita diſpergere videretur. Reſpiciens autẽ in ſpẽ, ſeminauit quæ habuit, vt quæ nõ habuit metat. Dolet in ieiuniis caro, ſed epulatur anima. Quid melius in nobis, anima, vel corpus? Hęc accepit vt nõ doleat. Nutritur autẽ & hoc pulchrius & melius. Oportet nos eſſe in ieiunio, nec eſt propterea corpori corruptio, ſed medicina & cura. Nã qui ieiunant, & à fluxibus corporis liberantur: & qui ſe præparant, ſuperfluitatẽ carniũ liquefaciunt, & animam deficientẽ nutriunt. Semper anima corporis curã habeat. Nutrit autẽ & ſeipſam, & ſuiipſius curam habet. Corporis mores, anima moderatur, ſibiipſi vero rationem. Iam quum corporis curam agit, multo magis decet vt & ipſa ſui curam agat. A deo ordinatum eſt, vt anima corpori imperet. Qui pręferunt corpus animæ, ſubuertunt rectum ordinẽ. Non ipſa corpori ſeruit, ſed ſi recte fiat, ſemper animæ ſeruit corpus. Si autem

Ioan. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem ferias suas feriabitur anima in damnũ corporis, & non sapit quæ sunt corporis, corpus saluatur. Quãdo regit corpus animã, & ipsa corrũpetur, & corpus perit. Ne putetis paruũ quoddã lucrũ esse ieiunium. Ab vno ligno si abstinuisset Adã, si ab vno ieiunasset, mortua fuisset mors, imò non fuisset mortua quæ nõ erat. Vides si hoc pharmaco fuisset vsus Adã, non fuisset mortale nostrũ genus. Quantæ gratię fuit vsus, vt resoluatur quod inuenit Adã per intẽperantiam? Quãdo vides, quid mali operatũ sit cõtrarium, hoc est q̃ non abstinuit ab vno ligno Adã: cognosce quantũ bonũ ieiunium & abstinentia ab his quæ licita sunt afferant. Nã vbi attigit Adã quod nõ licebat, cecidit: cõtra, abstinentia ab his quæ licent, sua beneficentia ruinã reparat. Vtinã & Esaũ ieiunasset, & nõ vẽdidisset primogenita, sed cibo minor factus, naturæ priuilegiũ pro lentibus vẽdidit. Doctis scripturas velociter trãscurro. Quid detulit Iudæis legẽ à mõte? Ieiunium Mosi, quod quadraginta diebus fiebat: sed priusquã deferretur lex, visus est populus veritatẽ amisisse. Prima lex, Dominus deus vnus est: & mãdatũ suscepturi dicunt, Hi dij tui. Magna infirmitas. Nã & pro deo viuo simulacrum vituli venerati sunt. Quod ergo huiusmodi pharmacũ? Iterũ ieiunat Moses, qui nõ peccarat, & ignoscitur peccãtibus peccatũ. Veteris legis radix à ieiunio cœpit. Nã testamẽti prędicatio à ieiunio initiũ sumpsit. Baptizatus enim saluator propter nos, & profectus in eremũ prius ieiunauit, & tũc signa facere cœpit, nõ ipse ieiunio op⁹ habẽs: nos autẽ docẽs pro virili ieiunij præmissionẽ. Si igit̃ vetus à ieiunio incipit, & noua ab eo fundamẽta ponit, ne putemus malũ esse ieiuniũ. Grauatim ferũt aliqui, molestã & onerosam legẽ vidẽtes. Et leones in lacu ieiuniũ didicerũt, & non attigerũt Danielẽ. Si autem leones mãdato obtẽperant, & vt noti quidã cohibẽt naturæ impetũ, & nõ inuadũt vt alieni, festinemus ad ieiuniũ ordinari. Iterũ scriptũ est, quãdo Roboã rex Iudææ impiè egit vitulũ adorãs, id quod à patre hæreditarie acceperat, adstitit Propheta & regi & populo: nihil dixit, sciẽs q̃ immorigeri & principes & subditi, relictissq; hominib⁹ qui audire nolebãt, loquit̃ ad altare, vt mõstret q̃ lapides magis audiãt q̃ homines. Dicit, Nascatur Iosias, & ossa sacrificantiũ cõburat super altare in ignominiã. Succẽsuit q̃ reprehẽdebatur, validéq; manũ extẽdit, vt benefactorẽ prophetã pessundaret: extẽdit quidẽ manũ, nõ potuit autẽ flectere: nã arefecerat illã flagitiũ. Qui extendit manũ, dicit, vt Propheta iuuet, quẽ volebat cõprehendere. Sanat manũ Propheta: dicit ipsi rex, Veni mecum in domũ, vt gustes panẽ, & bibas aquã, & sic vadas. Respõdit Propheta: Mãdatum dei habeo in locis illis in quib⁹ tã impie viuitur, nõ gustare vel panẽ, vel aquã. Recedit Propheta. Intẽdite autẽ fini verbi. Ecce ali⁹ ꝓpheta, qui audierat q̃ ꝓpheta iste quũ prẽsens esset, talia dixisset, sequit̃ & cõprehendit, & orat Prophetã vt ingrediatur, & gustet secũ, & persuadet. Persuasit autẽ vt dixit, quia & mihi dñs dixit, vt hoc facias. Ingressus est & comedit, & dũ comederet ingressus est spiritus sanctus in Prophetã qui vocauerat, & postea prophetauit: nõ quæ ex corde suo, sed quę ex spiritu: & inquit ad illũ qui intrauerat & comederat. Quare nõ audisti dominũ deũ tuũ, & comedisti vbi iussus es nõ comedere? abi hinc, & comedet te leo. Vides hîc contẽpsisse mãdatũ de ieiunãdo, quantũ malũ cõciliat? recedit Propheta, & nõ patrocinat̃ illi prophetię

A dignitas ob inobediẽtiã. Egreditur leo, nõ vt comedat, sed vt ostẽdat q̃ ipse mandatũ audiat, & inuadat eũ qui nõ audierat. Inuadit corp⁹ inobediẽtis, vt interimat, & eũ qui prævaricatus erat puniat. Vt autẽ interemit, vsus est pro deliciis ieiunio, abstinẽs à deuoratione eius qui nõ obedierat. Iacebat itaq; mortuus Propheta, stabat vero asina eius viua, nõ q̃ esset difficilius interficere asinũ, q̃ hominẽ: sed irrationabilis leo præceptũ discreuit, & asinã quæ non peccarat, non occidit, neq; tetigit eã quæ prævaricata non erat, sed eũ qui prævaricatus erat, & iã nõ prophetã, eo q̃ inobediens fuerat, occidit. Et videre licebat de hoc triplicia mirabilia. Iacebat Propheta declarãs inobedientiã: assidebat leo declarãs obedientiã: adstabat asina neq; leonis naturã timẽs, neq; recedẽs, neq; aliquid à leone patiẽs: vt clarum esset nõ propter explendũ ventrẽ accessisse leonẽ, vt accesserat, sed ideo B quia ieiunium nõ seruarat ille cui præceptũ erat. Assumptus est Helias quasi super cœlũ. Et quod signũ assumptionis? ieiuniũ quadraginta dierũ. Si Moses ieiunat, & similiter Helias ieiunat, & domin⁹ obsignat, bona est imitatio: quãuis non reiicimus intermedias refocillationes. Nõ enim quadraginta dies ieiunam⁹, sed in medio interualla interpolamus, numerũ coniungimus, ieiuniũ non discernimus. Magna sunt quę illi ante nos egerunt, parua quę nos, siquidẽ & parua assequimur. Manifestũ certe, ꝓcul & alienos nos ab his qui olim ieiunarũt. Null⁹ nostrũ ieiunat quadraginta dies. Nã quadragĩta interuallis reficimur, sicut viatores ad vesperã in diuersorio manẽtes, & iterum incipiẽtes. Si autẽ illi quadraginta dies ieiunarũt, nos autẽ nõ eandẽ viã etiã cũ refocillatione imus, nõ audebim⁹ meminisse eorũ, quorũ imitationẽ ieiunãdo C nõ habemus. Ieiuniũ, angelorũ imitatio est, ꝓ nostro virili, cõtẽptus prẽsentiũ, schola precũ, alimonia animæ, frẽnũ oris: & mitigat cõcupiscẽtias: sciũt qui ieiunãt: & mitigat voluptates, & nõ ignorãt qui tentarũt: mollit furorẽ, cõpescit irã, sedat fluct⁹ naturæ, excitat rationẽ, clarã facit animã, alleuiat carnem, fugat fœdas intemperãtias nocturnas, liberat ab ebrietate, tollit capitis dolores, claros affert & colores & aspectus. Bene cõpositi ieiunis sunt gest⁹, facilis lĩgua: abest risus ebriorũ, recta est cogitatio: nõ eñ effundunt cõcupiscẽtię: hilaris est cõtinẽtia, serenitas ĩualescit. Homo eñ exterior ociosus est. In ebrietate ea quę paꝫtimur, nõ recordamur: à quib⁹ liberati sim⁹, in ieiuniis habem⁹ memoriã. Ieiuniũ eñ & seipsũ scit, & quę sibi sunt aduersaria: ebrietas autem & seipsam ignorat, D & bona quę ex ieiunio, pueniũt. Cui⁹ gratia occisi sũt filij Aarõ sacerdotes? nõne quia in ministerio vinum gustarũt? Quæ erat lex Nazaræorũ? nõne abstinere à vino, & omnibus quæ inebriãt? Daniel cũ suis legumina comedebãt, contẽnentes mẽsam tyrãni Nabuchodonosor. Ieiunauit Daniel triginta sex dierũ hebdomadas: & vir ille desideriorũ, quia à cõcupiscẽtiis sibi tẽperabat, cognomen sortitus est. Et quomodo ieiunauit non vnum Iudaicum diem & breuẽ, sed triginta sex dierum hebdomadas? Et ipse præfigurabat ecclesiæ consuetudinẽ. Panẽ, ait, delicatũ non comedebat. Alij autẽ pro voluptate sua aliquando bibunt. Vinũ & caro non intrauit in os meũ, à quibus ieiunat ecclesia. Vide in veteri Christianã vitã. Figuræ enim in his qui infirmi & imperfecti: in prophetis autẽ iã veritatis vestigia. Ieiunium sentẽtiam dei reuocauit. Dixit enim deus, Subuertetur Ninive. & nõ subuersa *Ionæ.3.* est.

est. Adhibuerũt eñ ieiuniũ & effugerũt. Ionas effugit, quia timuit præsidiũ quod illis ex ieiunio futurũ. Nã cetus eũ absorbuerat. Absorbuit autẽ ieiunãs: nõ enim vt præda & esca vtatur absorbens, sed deponebat, & seruabat depositũ dño, & eũ qui per seipsum abire noluit, abducebat quò ordinatum erat. Audiuit Niniue magna illa ciuitas verbũ nudi Prophetæ, qualis erat qui à ceto egressus, cui ob metũ neq; hominis color. Vnus Propheta illuc venit, & signũ hoc quod fecit, tẽpus indicauit, quin & dixit, q̃ subuertẽda ciuitas: & qui prẽmittebatur, faciebat ad hoc, vt à fide abducerẽtur. Illi vero audierũt Prophetã illũ vnicũ, & ediuerso prędicarũt ieiuniũ, pharmacũ quo subuersionẽ amoliri possent. Ionas autẽ cõtẽdebat. nõ q̃ subuerteretur Niniue, sed ne argueretur ex cõparatione Israël, q̃ gẽtes prõptè audiebãt etiã vnum prophetã, Israël autẽ tot & tantos audire negligeret. Adhibitũ est ieiunium, vt reuocaretur dei sententia. Erat autẽ ieiuniũ non vulgare, sed abstinentia quidẽ à cibis, & abstinẽtia à peccatis. Nã qui propter peccatũ ieiunat, & in peccatis volutatur: quid amplius facit, q̃ si in luto lotus sit, iterũq; luto volutetur? Principio à peccato ipso abstinendũ est. Quid eñ, pdest diebus aliquot de peccatis doluisse, si iterũ idẽ cogitabimus post priora nocumẽta? quia infirma satis est anima ob plagas prius acceptas. Nónne orãtes detestamur q̃ peccauimus? si priorũ pœnitet, cur sequentia colligimus, & idẽ repetimus? Scriptũ itẽ, Abstinebãt à cibis, abstinebãt & à peccatis, exaudiit deus. Sufficit eñ ieiuniũ, vt inflectat dominũ. Ionas grauatim tulit, q̃ vocaturi essent eũ pseudoprophetã: at deus mutata sentẽtia propria, illos seruare nõ dedignatus est. Neq; deus mendacij argui potest: sed quę dixit, vere locutus est. Et cum dixerit aduersus gen- C tem & regnũ, vt subuertatur, & eradicetur, & à peccato suo pœnitentiã egerit, agam & ego pœnitentiã super his quæ decreueram, non mentitus est deus reuocata sententia. Neque eñ misit prophetã, vt subuertatur Niniue: alioqui quid necessariũ erat vt prędicaret? sed quia subuertere noluit, minat⁹ est se subuersurũ, vt resipiscẽtes nõ subuerterẽtur. Nónne comedit Adã de ligno, & tunc ipsum puniuit deus? Verũ, sed prædixit, Si comedes, morieris: vt non comederet. Non audiuit ipsum prædicentẽ. Comedit, deuoratus est. Nõ est locus accusationi vbi prædictio. At nesciebat, inquit aliquis, q̃ comesturus esset? Forte hęreticus est qui ita dicit, & obiter vetus testamẽtũ trãscurrit. Ad quẽ dicetur, Sciebat seruator, quòd Iudas eũ ꝓditurus esset: quomodo igitur illũ elegit? Sed forte aduersus hæreticos excusabimus, ea quæ D de Iuda dicta, cũ iis quæ de Adã dicuntur, cõponentes. Nunquid vna solutio est, vel duplex vinculum? Oportet igitur satisfacere, quare Iudã cũ talẽ sciret, elegit: & quare præscius Adamũ peccaturũ, in paradiso collocauit. Operępreciũ est ieiunij tẽpore, quãdo sobria est anima, maiores quæstiones in medium afferre. Sciebat saluator (hinc eñ exordiendũ) q̃ Iudas traditor esset: cur igitur eligitur? vt cõmendaret excellentẽ misericordiã: quasi dicat, quod in me est, & Apostolus es, & cum discipulis te numero: q̃ si tu indignũ te declarareris, cõspicua quidẽ erit excellens mea misericordia, sed & manifesta erit prodigiosa tua malitia. Nã & marsupiũ illi suarũ rerũ concrediderat, non ignorans q̃ furaretur, sed volebat dando hanc potestatẽ mederi illius auaritiæ. Nesciebat igitur & prædicebat? Nõ solũ præscius erat, sed & sępe prędicebat: Vnus ex vobis me tradet. Cur igi- *Mare 14.* tur accusaretur, q̃ malus malitia sua boni dispensa- *Ioan.13.* tionẽ implet? Sed qui eũ elegit, nõ proditorẽ ipsum coëgit fieri, sed apostolũ: sed neq; apostolũ fieri coëgit. Nã quod ex necessitate fit, ipsum dicitur fieri, nõ fit. Cõtinens ex necessitate non est cõtinens, eo q̃ necessitas sit. Nõ eñ vinculis virtus, sed electione vitæ cõstat. Quare igitur & Adam in paradiso deliquit? Quem formauit, bonus fuit, liberũ fecerat, & vt libero legẽ dederat: sed sciens q̃ comesturus esset, nõ necessitate, phibuit, nec voluntatẽ cõstrinxit, & Adã peccauit. At si locus honorẽ meruit, ob lignum quod tam honorabile. Neque enim male creatũ, sed postquam denuncianti non est obtẽperatum. Iam si gustu quoq; transgressum mandatũ est, ieiuniũ post prævaricationẽ reparat & seruat. Teipsum, pba: quis enim vsus perpetuarũ lectionũ? Considera teipsum, B quis eras ante ieiunium, & quis iam ieiunans. Opera eñ fructus sequẽtur, tametsi nec operi suus deest fructus. Qui piscaturus ad mare vadit, non habet in manibus capturã dũ vadit: qui ieiunat, mox fructũ habet. An nõ arridet serenitas, an nõ fluctus illi à remulentia venientes cessarunt, an nõ à tẽpestate & æstu maris liberatus es? An non desideras audire, Et caro quæ refrenata est, nõ lasciuit, neq; erubescit? Nõ curas tu nũc sermonẽ de cõtinentia. Nõ audis q̃ ieiunat quis & gaudet? Qui ieiunãt, ne in malum ieiunẽt. Qui enim malũ putat ieiuniũ, etsi ieiunet, in malitia est. Non sunt in malis angeli, non habentes opus nostris alimoniis. Nõ splẽdide, & vt par esset, pascimur: sed pro indigentia explemur, omniáq; mala in ieiuniis extinguũtur. Ieiuniũ autẽ voco nõ solũ abstinẽtiã ab alimẽtis, sed quod sciuit Esaias: Ieiuna vt au- *Esa. 58.* diaris. Et si dicas deo iuxta morẽ Iudaicũ: Ieiunauimus, & nõ vidisti: humiliauimus animas nostras, & non cognouisti: caue ne dicatur tibi: Nã in ieiuniis vestris inueniũtur volũtates vestræ. Si voluntatẽ domini ieiunãdo fecisti, in ieiunio aliquando ieiunasti. Nõ eñ negociatio ieiuniũ est, vt lucrũ faciamus nõ edendo, sed vt quod manducaturus eras, pauper pro te comedat, fiãtque tibi duplex bonũ, tum quòd tu ieiunas, tum quòd alius non esurit. Labor quidẽ nobis est in ieiunando. At nondũ pro Iesu crucifixi sumus. Quare ieiuniũ pro cruce est? Maiora ipse tulit, parua nos reddimus. Crucifixus est propter te, & sitit, & bibit acetũ cũ felle, in fame educatio est magnũ ieiuniũ: at nondũ quantũ id fellis. Et stas in labore? Nondũ pepẽdisti in cruce. Ne sis ingratus erga Iesum, ne deplora quòd ieiunas, sed plora quòd nõ semper ieiunas. Quæ tibi subtracta sunt? Vinum, phlegmatis immunditia, capitis dolor, respirandi difficultas. Vt nunc habent res tuæ? es in silentio, in lenitate. Color faciei ieiunij tẽpore melior, mitior, serenior. Vini eñ calor, ignis ardor est. Qui nõ cõpatitur Iesu, ignorat Iesum. Qui repellit ieiuniũ, ignorat crucem, quæ vt nõ est mala, ita tu nec eam quasi malã susp iceris, ne sit fœdus seruus, qui ministet est dei. Neminem contristãt festa, nisi quis ignoret quæ festorũ virtus. Quãdo sunt festa, quando es vt angelus, tunc succenses. Ignorans q̃d mediũ sit: tunc exposcit natura nuptias, nõ supernaturales nuptias celebras. Esto pius in coniugio, si ieiuniũ veneraris. Per dies ieiunij sanctus esto. Nõ reprehẽdo nuptias, prẽfero autẽ ieiuniũ. Quæ ante ieiuniũ comedimus, no- *Gene. 2.*

biscum

Universidad de Deusto
Biblioteca

biſcũ nõ manẽt: quæ in ieiunio nõ edimus, manent nobiſcũ. Quid ergo ii his quæ nõ manẽt adeo occupamur? Quæuis voluptas ciborũ non diutius durat, q̃ quouſque abſorbeatur: vt tranſierint organũ guſtus, fiunt quaſi nõ fuerint: ieiuniũ vero non languescit: neq; eũ per ventrẽ ad ſtercora tranſit. Nã immortalitatis eſt cõciliator, cum angelis cõuictus eſt: nam pro virili angelorũ imitatio eſt. Inſuauiter agis q̃ ſobrius es, q̃ alienis carnibus nõ grauaris, q̃ recta eſt ratio, q̃ pura caro, q̃ floret mens, q̃ cũ gaudio ſcripturas audis, q̃ nõ dicenda taces, q̃ nõ es homo, ſed fermè angelus? quia fermè angelus eſt ieiunans & agens feſtũ domini. Qui vocauit ad nuptias, cũ ingreſſus fuerit, vt videat recũbentes, videbit ne quis alienis veſtibus ingrediatur. In nuptiis autẽ puræ veſtes geſtandæ, impollutæ autem & ſanctæ ad ſanctas nuptias, claræ exteri⁹, & intus fulgidæ. Quieſcãt & nuptiæ ad mãdatũ & admonitionẽ Apoſtoli, vt cõcorditer coniuges ieiuniis vacent, in ieiũniis cõiungantur preces. Ieiuniũ admoneat, vt tempeſtiuæ preces ſint. Ieiuna, quia peccaſti: ieiuna, vt nõ pecces: ieiuna, vt accipias: ieiuna, vt & permaneant quæ accepiſti. Hæc eñ ieiunij genera ſunt. Peccauit alius, ieiunauit ſeipſum caſtigans, vt effugiat pœnã. Ieiunemus ne inſurgant in nos cõcupiſcẽtiæ. Vides vt ieiunium peccata ſequatur, hoc eſt, quia peccata admiſſa ſunt, ſit ipſum ꝓpter conuerſionẽ & pœnã. Aliud ieiuniũ peccata præcedit, nõ vt auferat peccatũ quod cõmiſſum ſit, ſed vt tollat quod futurũ, ni ieiunaret. Aliud ieiuniũ, vt qui legẽ quærit, legẽ accipiat. Etenim qui petit, ieiunat: vt Moſes ieiunauit, vt acciperet legem. Iterũ alius ieiunat, vt ne amittat iure quæ aſſecutus fuit. Eccleſia autẽ ſimul ob gratiã ieiunat, Ieſu opus agnoſcẽs, vtpote cũ crucifixo crucifixa, & vt dũ patitur cũ domino, & cũ domino glorificetur: nõ vt dominũ lugeamus, viuit eñ viuẽtis filius, ſed diſpenſationis cõfiteamur beneficiũ. & ſi lugemus q̃ crucifixerũt ipſum, nõ propter ipſum, ſed propter audaciã eorũ qui auſi fuerũt: ſurrexit ex mortuis, ſtat in gloria, in qua antea cũ patre fuit. Simul erat cũ patre, à quo & erat. Nõ eſt luctu digna victoria Ieſu: ſed ieiunemus, noſipſos curãtes, operámq; dãtes, vt paſſionũ illius participes ſimus. Agimus quid ſupra noſtrã dignitatẽ fratres. Quis eñ dignus vt cõmunicet afflictionibus Ieſu? Magnũ hoc myſteriũ, feſtinemus ad bona, non declinemus ad mala. Ieſus crucifixus eſt, immortalis dei filius pepẽdit corpore in cruce: non ꝓpter ſeipſum, ſed ꝓpter te occiſus eſt à ligno: ieiunauit in ligno, accepit quæ nõ debuit, poſuit corpus pro eo quod accepiſti: cõcupiſcẽtia victus es, fel bibit pro voluptate, ne ſis alienus à regno. noſti q̃ crucifixus eſt, noſti q̃ pro te mortuus eſt, cõfitere quod viuit, pro viuente: fac martyr ſis, pro eo qui pro te martyr fuit: morere pro eo qui pro te mortuus eſt. Si autem ſic expoſcit mortẽ, paruũ eſt ieiunium, habes magna, largire parua. Cũ gaudio ad feſta, cũ lætitia ad ieiuniũ veni. Deliciæ ſint ieiuniũ. Sed forte frũſtra clamo. Nã ſicut fax mutauit colorẽ ad menſam venientiũ, ita & vos. Atqui hoc nõ eſt amantiũ ieiuniũ. Nõ cũ cõſequens eſt vos ægre ferre, q̃ à menſa domini abſtrahimini. Præter expectationẽ autẽ occurrit ſpectaculũ, ſicut occurrit facis ſplendor. Reprehenta eſt cõſcientia, quæ latebat, q̃ vi detinemur: & vtique nõ ſtamus, quãdiu aliquãdo vere cadimus, quãdiu aliquãdo in negotiis domini difficiles ſum⁹.

A An nõ audiſtis pſalmũ dicentẽ, imò ipſum obedientem? Si veritatẽ loquimini. Si vere ieiunas, gaudiũ in ieiunio habe: ſi autẽ doles, teipſum iniuſtũ declaras. Si laboras nõ lætaris: ſi perſecutionẽ pateris, ſi bonis priuaberis, bona nõ aſſequeris. Ieſus crucifixus eſt ō homo. Nõ mihi tãta virtus eſt, vt clamem quãtũ debeo, Ieſus crucifixus eſt. Vide & pręfigura ante oculos. Crucifixus eſt propter te, crucifigere, glorificare cũ illo, nõ vt moriaris, ſed vt morte libereris. Hæc dies paraſceues eſt, in qua Chriſtus pro te, & tu morere, & crucifigere. Pro deo ſermo hic. Cum deus fit homo ꝓ te, nõ reueremur dignitatẽ, nõ erubeſcimus paſſionẽ. Vtrũq; cogita, quid erat, & quid paſſus eſt. Iudicatus eſt iudex, vita morti traditur. Qui paſcit, eſurit: q̃ potat, ſitit: qui in gloria, in ignominia, vt rex ad præſides, & deus ab homine cõtemnatur. Qui in ſermone verax, ait. Pater nullũ iudicat, omne iudiciũ *Ioan. 5.* B filio dedit: qui omnes iudicat, à quodã iudicat. Sufficiãt hæc in ieiunij memoriã. Oportet eñ primũ ſcire quomodo ſe res noſtræ habeãt: quãdo diligemus ieiuniũ, & afficiemur ſicut ad feſtũ, ſubminiſtrantes & in ieiuniis conuiuiũ: apponẽdo myſteria ieiuniis, laudãdo mẽſam domini, gloriã quæ ante ſecula ac diſpenſationẽ eius, quę in poſterioribus temporib⁹, quis fuit, & quid factus eſt, vnde & ad quæ, & ꝓpter quid. Vt & lætãtes & lætificãtes ob ieiuniũ, hãc religionẽ domino ſemper habeamus, ſemper gratias agamus, ſemper glorificemus, ſemper diligam⁹ eum, qui dilexit: & adoremus cũ qui iterũ ſe oſtendet, moriamur propter eũ qui pro nobis eſt mortuus, ſperãtes cũ eo qui in ignominia erat, nos glorificandos. Sanctiſſimo patri qui hoc ieiuniũ nobis conceſſit, & C non pepercit filio ſuo propter noſtram ſalutẽ, cum eo qui per ipſum qui abiit, ad nos miſſus eſt, gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
de ieiunio Sermo ſecundus.

ADeſt nobis ſplendidus dies, & deſideratum tempus aduenit: & cõuentus ideo opulentior congregatur, & hæc omnia ſpes nobis expectati ieiunij pręparauit. Ad paternã hodie conueniſtis domũ, & ad matris Eccleſiæ conuolaſtis amplexus: & ſperatũ ieiuniũ tantam nobis diligentiã obſeruationis impoſuit, quantũ nobis reuerentiæ, cũ aduenerit, donare poterit firmitatẽ. Sic & ciuitas, cum in eam iudex ſperatur terribilis aduenire: depoſita deſidia quã ſibi ineſſe cognoſcit, totius diligentiæ ſolicitudinem gerit. Sed, quæſo, ne D vos terreat comparati iudicis terribilis nomen audidæmonum naturã conſtitutum eſt: vt ſi quis ſpiritu fuerit arreptus immũdo, & ieiunij perſpexerit vultũ, ceu ipſe lapis immobilis actiuetur: ſed & ſi addes ei ieiunij ſororẽ, id eſt, cũ eo orationẽ perſpexerit ſociã. Et ideo Chriſtus dixit, Genus hoc nõ exit niſi in *Mar. 17.* oratione & ieiunio. Quando igitur aduerſarios ſalutis noſtræ minuit atq; propulſat, & inimicis noſtris formidinẽ tanti terroris incutit, amplecti iuuat atq; venerari, nõ timere conuenit: & cum vltra modũ cibus atq; ebrietas declinetur per ieiunium, debemus omni animoſitate primũ cõplecti. Ibi etenim voluptatis illecębris ſuperati, captiuitatis laqueis illigati, libertatis trãquillitate priuãtur. Vbi autẽ ieiuniũ fuerit affectatũ, laxãtur tyrãnidis nodi, captiuitatis vincula ſoluuntur, libertatis iura reſtituũtur in integrũ.

Cum

Cum igitur ieiuniũ aduerſariis noſtris obſiſtat, & iugũ ſeruitutis expellat, & ingenuitatis ſecuritatẽ reſtituat: quid argumenti eſt, omniũ bonorũ atq; beneficiorũ cardinẽ eſſe niſi ieiuniũ cõſtitutum? Vis audire quanta tutela, quantũq; ſubſidiũ humano generi de ieiunio generatur? Beatã monachorũ vitã diligentius vnuſquiſque conſideret. Illi nanq; turbulẽtę cõuerſioni renunciãtes, & iſtius mũdi delicias abdicantes, libertatis amœnitate illecti, montiũ cacumina poſtularunt: & tanquã tutũ portũ beatitudinis eligentes, ibi receptacula tabernaculáq; cõponunt: & ſolum ſecũ ieiuniũ vitæ ſuæ ſuffragiũ retinere feſtinant. Hac de cauſa etiam angelorũ eos ieiunium conſortio ſociauit, & nõ ſolũ illos, ſed etiã eos, quos in ipſis vrbibus ſui cupidos valeret reperire, ad ipſius philoſophię culmẽ exaltat. Nã Moyſes & Helias teſtamenti veteris arces & optima ornamenta, licet & B aliàs cœleſtẽ cõfiteri virtutẽ merebantur: tamẽ quãdo ſuis auribus diuinã vocẽ inhęrere cupiebãt, ad ieiunij ſubſidiũ cõuolabant: vt ipſius quodãmodo patrocinio eorũ deprecatio tolleretur ad cœlũ. Hac de cauſa & deus cũ in initio hominẽ faceret, ſtatim eũ *Genes. 2.* ieiunij magiſterio cõmodauit. Nã de omni ligno mã ducabis: de eo autẽ ligno ſcientiæ boni & mali non mãducabis, ieiunij ſpecies eſt. Et cũ in paradiſo ieiuniũ pro magna cõmoditate indicitur: multo magis extra paradiſum neceſſariũ poſtulatur. Et cum ante plagã remediũ vtiliter demõſtratũ eſt, multo magis ſauciatis appetendũ eſt, vt pręſtet vulneribus ſanitatem. Et cũ ante cõflictũ ad reſiſtendũ libidinoſis voluptatibus, clypeus nobis abſtinẽtię neceſſarius fuit: multo magis in ipſo noſtro certamine, ieiunij auxilium ad noſtrã victoriã flagitandum eſt. Si huic voci C obedictia cõſenſiſſet: ſecũdę vocis ſententiã nõ meruiſſet audire, Terra es, & in terrã ibis. Sed quia huius vocis pręcepta cõtempſit: ideo mors & dolores, & animi cogitationes & mẽtis anguſtiæ, & ipſa vita omni morte grauior eſt: propterea ſpinæ & tribuli, ꝓpterea dolores & gemitus: & humani generis vita nimio dolore cõteritur. Vides, deus quemadmodũ cõmouetur, cũ abſtinẽtia ieiuniũq; cõtẽnitur? Diſce igitur quẽadmodũ gratulatur, cũ ieiuniũ obſeruat. Nã ſicut ad vindictã violati ieiunij, mortẽ violatori cõſtituit: ita obſeruãtib⁹, vitã pro morte donauit. Et vt ieiunij poſſis cõperire virtutẽ, à diuinitate ei conceſſam vide poteſtatẽ: mortẽ ſolet ad vitã cõuertere: & multos poſt ſententiã liberauit: & in ipſis deſperationis anguſtiis ingementes ſalutari remedio luci donare cõſueuit. Et hoc nõ decẽ aut viginti homi- D *Ionæ 3.* nibus præſtitiſſe mõſtratur, ſed ingẽti populo. Nam Niniuitarũ illa magna atq; mirãda ciuitas cũ diuino motu labefactari funditus ſperaretur, & in ipſis eſſet ruinę pręcipitiis declarata, & nõ lõge poſt amiſſis ciuib⁹ ſuis à cũctis expectaretur terribili labefactatione deleri, & ciuitatis vocabulũ amittere: adueniens de cœlo ſolũ potuit ieiuniũ liberare, & cœleſtẽ ſententiam mitigauit, & mortem conuertit ad vitam.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Epiſcopi Conſtantinopolitani de eleemoſyna & hoſpitalitate Sermo.

SI opifices qui manuũ ope induſtriáque, vel operibus præſidendo vitam ducũt, tantam pręſe tulerint liberalitatem, vt pleriſq; fidelibus opem tulerint: quã erunt hi qui bonis fortunæ abũdãt, veniãhabituri, qui egenos deſpexerint? quin A etiã nec ſuo ſanguini illi nec vitę pepercerũt, vt deo ſe morigeros pręſtarẽt, cũ ipſe vt tenui plerũq; pecuniæ parcas, nihil prorſus animę tuę indulgeas. Dicet aliquis, erga præceptorẽ & dominũ tales ſe illi pręſtitere, nõ tamẽ eadem ſunt in diſcipulos munificẽtia vſi: quod iure dici non poteſt. Siquidem, vt legimus, gentilis Eccleſia his gratias ageret, qui etſi natione Iudæi, tam ſyncerę & integræ fidei extiterunt, vt eorũ Eccleſiæ ex gentibus confectæ volenti animo neceſſaria ſubminiſtraſſent: quorũ ſtudiũ & virtutes vel fœminis imitandę potius forẽt, quàm ſericis & auro & veſtiũ abundanti ornatu expoliri. Quæ eñ vnquã regina adeo claruit, vel magis eſt in omnium ore verſata, vt Pauli poſſet ſectatricis & ſociæ mulieris nomen aut famã exceedere? hæc enim Paulũ non ad decimũ vſq; aut vigeſimũ annum, quin ad eam vſq; tempeſtatẽ qua Paulo Chriſtus ſui præſentiam obtulit, ſectata eſt: ita vt vbique ob id virtutis laudibus abũde potita, fama & nomine celebretur: quod proculdubio maiori ſibi fuit decori & ornamento, q̃ quęuis corona aut inſigne aliquod regium extitiſſet. Quid eñ vel maius, vel dici par poteſt, q̃ Pauli defenſionẽ ſuſcepiſſe, eiúſque vitæ diſcrimine terrarũ orbis inſtructionẽ tutari? Cogita itaq; quot fuerint reginæ ſilentio occultatæ, cũ hæc quę Paulũ comitabatur, vnà cum eo ſempiterno nomine celebretur: quantũq̃ue ſol terrarũ circũluſtrat, tãtundẽ huius fœminæ gloria peruagatur. Siquidem Perſæ, Scythæ, Thraces, & qui vltimos orbis incolũt fines, eiuſdem ſapientiam & prædicãt & admirãtur: quis ipſe vel opes, vel regias veſtes, vel imperia nõ paruifeceris, vt hãc tibi teſtatorẽ laudẽ pares? Neq; id diC xerit quiſpiã, tales ſe illos in periculis præſtitiſſe, vel fuiſſe dũtaxat in erogãdis pecuniis liberales, in Chriſti vero nomine diuulgãdo negligẽtes, quãdo eoſdẽ Apoſtolus cooperatores appellat, quos inter nec eã pudet fœminã coadiutricem nũcupare, quin id ſibi ornamento ducit: nõ eñ naturę ſexũ attẽdit, ſed animi prõptitudinẽ palma digniſſimã arbitratur. Quid ergo hunc poteſt decorẽ æquare? Vbi nũc effuſæ diuitiæ? vbi facierũ dec⁹? vbi & inſani gloria? Perdiſce hũc mulieris ornatũ, qui nõ corpori eſt circũiectus, ſed animam perpetuo manſurã exornat: qui nec pyxide aliqua, ſed cœlo recõditur. Reſpice horũ in vulgando Chriſti nomine laborẽ, in tolerandis ſuppliciis victoriam, in his fortunæ bonis impartiendis liberalitatẽ. Aduerte, inquã, qua ſit illa Paulũ charitate cõplexa, quóve Chriſtũ amore proſecuta: mox D tua cũ his cõferto, ſcilicet q̃ ſis ipſa in accumulandis pecuniis diligens, q̃ ad ſectandã impudicitiã attentior, q̃ ad explendã ventris ingluuiẽ vigilantior: ſpectabis ſanè hoc pacto quales Chriſti diſcipuli fuerint, & quali nunc ipſa ſis cõditione. Malim equidẽ non magis te cũ his conferas, quàm eam tibi admirandã mulierẽ deſumas, & ita vt depoſitis laſciuiæ ſarcinis, id etiã præferat tuus iſte veſtimentorũ cultus, excipias cœlorũ ornatũ, perdiſcáſq; vnde tã clari euaſerint qui cũ Priſcilla verſarẽtur. q̃ ſi fieri certior cupis, quo pacto illi eò ſunt magnitudinis ꝓfecti, facile intelliges, cũ noueris Paulũ ab his hoſpitio biẽnio fuiſſe ſuſceptũ: quo quid eſſe virtutis poteſt, vt nõ interea animũ excoluerint? Dicet aliquis, heu me miſerũ, q̃ nullũ habeã apud me Paulũ: quin ſi volueris, vel Paulũ habebis tibi hęrẽtẽ. nõ eñ illos Pauli facies, ſed ſermo ꝓfecit. Itaq; ſi tibi id animo ſe-

der, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

det,nō modo Paulū,sed Petrū,Ioannē,Prophetarū A
insuper & reliquorū Apostolorū cœtū omnē tecum
habebis assiduò colloquentē. Cape in manibus istorum libros, & scripta perlege, hæc te mulieris istius facient non absimilē. at quid Paulū dixerim? quin & dominū ipsum,si voles,tecū habebis: siquidem per Pauli sermonē tecū colloquet. Licebit & aliter eūdē admittere, si suæ fidei iuueris sectatores, quibus vel abeuntibus pietatis poteris & māsuetudinis monimenta ꝓmereri. Solent eū & mēsa in qua vir sanctus aliquis cibū sumpserit, ac sella cui insederit, & quo decubuerit lectulus,vel eo decedēte faciles eos ad pœnitentiā reddere,qui domi sanctū aliquē virū
4.Reg. 4. exceperint. Quocirca quātū existimas animo Sunamitem illam fuisse perculsam, aut quali veneratione imbutā,cum tricliniū vbi Heliæus māsisset cōscendit,& eo magis cū mēsam & lectulū quo vir summę B
sanctimoniæ quieuisset,inspectaret? nec sanē filiū illi emortuū suscitandū exposuisset,nisi eius viri contubernio plurimū ꝓfecisset. Quòd si longo post tempore ea loca adierim⁹,vbi & Paulus diuersatus sit,& in vincula cōiectus,vel in multorū sit cōfessu cōcionatus: nónne videremur esse præ gaudio quasi alis quibusdā sublati? Itémq; si tēporis illius ex locorum aspectu repetita memoria tantū capimus voluptatis: quid priscos illos existimandū est fuisse ex recentib⁹ beneficiis iucūditatis assecutos, qui venerabūdi hospitio alieno susceperint? Erūt itaq; sanctiores ꝓ nos viri admittendi,vt eiusmodi hospitalitate & domus illustretur, purgetúrq; sentib⁹, & ex diuersorio loco portus efficiatur: neq; hi solū erunt suscipiendi, quin & eorū abluēdi sunt pedes. Neque eū ipsa si vel regio fueris nomine insignita, Sarai potior eris, vel eā C
nobilitate & opulentia anteibis,cui quadringēti decem & octo vernæ,& domi nata mācipia fuerāt, & filij duo, quos omnib⁹ diuitiis ꝓferebat. Verū quid dixerim decē & octo & quadringentos, quādo eius ex semine emanaturū terrarū orbē esset certior facta,haberétq; in virū dei amicū, eundémque, quod
Gene. 18. omni fuit imperio maius,curatorē? Verū cum tanta esset glória illustrata, fermento farinæ indito panes cōficiebat,& reliqua in ancillę morē angelis vescētibus ministrabat. Porrò neque Abrahā ipse nobilior fueris, qui post trophæa & insignes victorias, post exactū etiā Persarū regē & profligatū, cum magnis esset ab Aegyptio principe honoribus auctus, tese pro seruo gesserit. Illúdq; haudquaquā erit animāduertendū, ꝙ apud te sanctiores plerūq; viri, aspectu viles,egestate & pannis obsiti diuertant,quin potius D
Matt. 25. erit vocis illius reminiscendū asserētis: Quod vni ex minimis his feciſtis, mihi feciſtis. Neque ex paruulis quempiā parui feceritis: siquidē eorū angeli semper spectant faciē patris vestri cœlestis. Excipe itaq; hos animo libētiori, qui ex pacis oscúlo infinita deferūt
Gene. 23. ad te bona. post Saram autē hāc & Rebecca cogitatione repetēda est,quæ cum aquandi gratia fontem petisset,omni animi elatione depositā, & potū alienis iumētis hausit, & hospitē domū apud se inuitauit. Quorsum hæc? quoniā eiusmodi hospitalitatis ob causam, præmia illa immensa promerebātur,quę & ipsa longe maiora accipies. Quippe cum non solum te deus ad liberos procreandos faciet fœcundiorē,sed cœlo insuper ipso,& bonis cœlestibus donabit,liberabítque gehenna, & errata remittet. Magnus præterea eius est hospitalitatis fructus,quam & Iother,etsi barbarus natione, sectatus curatorem sui eū susceperit,qui tāvastū in mari haberet imperiū,qua tā bona venatione filiarū beneficio vsus est. His itaque cogitatione perceptis,cū mulierē hanc animi magnitudinem tecū ipse reputaueris,omnis erit tibi calcanda superbia. Insuper vestiū ornatus omnis & reliquorum sumptuositas,odorū vnguentationes,& huiusmodi ad luxum deliciæ conculcandæ erunt: & gradu cōposito gradiendum, ita vt omissa hac inani solertia,studiū id omne ad animū transferas excolēdū,eumq; cœlesti desiderio incēdas: cuius cœli si te amor inuaserit,terrena hæc pro cœno & luto duces, & facile cōtemnes, quæ nūc pro bonis homines demirantur. Neq; fœminā decet quæ spiritualibus sit officiis prædita,ea cōquirere quæ ridicula sint. His itaque omnibus reiectis, quæ solent è turba mulierculæ saltatrices insuper & tibicinæ magnificare, circūcinge te sapientia,hospitalitatē exerce,cōtinenter orationi incūbe: videbis hęc fore auratis vestib⁹ potiora,gemmísq; preciosis & monilibus longo interuallo præstare. Hæc quippe apud homines laudem, apud deū mercedis plurimū ꝓmerentur. Eiusmodi sunt Ecclesiæ ornamēta: illud vero cuius nunc meminim⁹,indecora scilicet & turpis voluptas,in theatris habetur & spectaculis decori: cuiusmodi ornamētorū alterū cœlo est dignū,alterū equis & beluis, Animū quippe clarū illud & emicans, hoc vero indecens & cadaueroſa corpora circumagit. Nūc igitur & ipsi nobis paremus ornatū, vt fama & gloria celebres effecti, & Christo dum viuimus morē gesserimus,& futuris bonis perpetuo potiamur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
de misericordia Sermo.

Coloss.3. ADite fratres Paulū dicentē, Induite quē admodum electi dei misericordiæ viscera, nos autem lōge aliter factitamus. Siquidem adeuntē quēpiā vel numū à nobis deprecaturū, probro & maledictis incessimus, & importunū appellamus. Cuius rei nō te pudet ô homo, molestū & importunū clamitare panē deposcentē? is eū vel si molestior esset, foret quidem misericordia dignus, qui adeo fame vexatus,tibi personato homini supplicet: qua in re nostra est crudelitas incusanda. nā si nec facile impartiri aliquid egētibus toleramus, varia coguntur arte nostram inhumanitatem pellicere,& emollire duritiem. Porrò si argentum, aurúmve exposcerent, aliquid forte rationis durius tuum illud responsum habere videretur: at cum necessarij fructus gratia te adeāt quid inepte philosopharis, verbis accuratioribus & superuacaneis inopi ocium inertiámque exprobrando? quæ si in quempiam essent merito conferenda, nemini omnium magis quàm nobisipsis forent obiicienda: cuius pronunciati in egenum probri memineris velim cum deum ipse adieris,peccatis veniā comprecaturus, tū quidē senties dignius te hæc posse à deo ꝙ à te pauperem audire: nondū tamen talibus in te ille verbis est vsus, cuiusmodi hæc sunt: Desine iam, hinc abi in rē malam, admodū es ipse importunus. Siquidē postquā & templa & aras frequentaueris, meáq; & instituta & iussa perceperis, mox foro adito, aurum, libidines, amicitias, necessitudines, & reliqua istiusmodi meis & legib⁹ & institutis anteponis, humilitatē que nunc præferendo te supplicē reddis: postquam vero precari desieris, crudelē te exhibes & inhumanū: abi itaque

itaq; hinc,mèq; nec vltra adieris. Hac ipsi etsi sumus A
auditione vel acriori multo nō indigni, nihil tamen istiusmodi improperat deus: quin tolerat ille nos animo ingēti,cūctáq; per seipse exequit,indulgēdóque precantū vota excedit. Quòd etsi nihil horū nos fugiat,soluamus inopū mendicitatē,vel se ingerentiū, nec acrius vltra in eos inuehamur, quando & nobis ad salutē haud minus opus sit diuina clemētia,ꝙ venia,& maiori quadā misericordia. Neq; eū cōceditur nobis,nec licet quidē nostris omnibus diligētius discussis actionibus, sine supplicio vel morte salutē parare. Ne igit̄ efficiamur aliorū acerbissimi exactores & iudices,ne forte acrius de nobis supplicia exigantur: cōmissa eū habem⁹ quauis venia nō inferiora,quinetiā illorū nos miseret, quorū errata veniam non merentur, vt eandē nobis vel diu seruatā cōparemus: vel potius si fuerimus,quod ingeniū suppetet & vires,enisi, nunquā tāta in alios clemētia vtemur, quanta & ipsi indigebimus ab indulgentissimo deo promereri. Quo igitur pacto nō absurdū videri debet, cū in tantis simus ipsi rerū angustiis ad veniam promerēdā cōstituti, adeo nos esse in cōseruos parcos & illiberales,vt in eos, id est, in nosipsos omnia enixe faciamus? neq; eū tam reliquos nostrorū beneficiorū indignos arguimus, ꝙ nosmet diuina clementia. Siquidē qui conseruū verbo offenderit, deū habebit se acrius lacessentē. Nō igitur erit nobis ipsis detrahendū, cum inopes vel torpidos dixeris vel ignauos: re aliqua impartiamus adeūtes. Solem⁹ eū & nos præ torpedine quadā vel incuria pleraq; delinquere: quinimo vel si cuncta ab his nostra emanāt errata,haudquaquā tamen mox pœnas exigit deus, sed ad pœnitendū nobis & spatium præbet, & victū tribuit,castigādo instruēdóq;, vel reliqua ad necessi- C
tatē submínistrat,vt ipsi hāc eius clemētiā sectemur. Erit itaq; nostra hæc perdenda impietas,& feritas à nobis omnis propulsanda: vtpote id nobis potius ꝙ reliquis profuturū. Nam cum egentibus argentū,panem,amictúmve impartimus: tā nobis ingentē gloriā vendicamus,vt nullis queat verbis explicari. Siquidē incorruptibile corpus resumētes, cū deo vnà & laudem simus recepturi & regnū: quod quanti sit faciendū,& nostrarū & præsentiū rerum coniectura vel leuiter cōprehendi licet. tametsi nequeat impræsentiarū liquidò satis internosci, id tamen exemplis conabimur explicare. Dic mihi,si quis senescentem te & inopē polliceatur in pristinā restituere iuuentutē, redacturúmq; ad priorē illū ætatis florē, effecturū etiā & valetudine optima,& virtute prestantē,largiturū insuper tibi ad annos mille terrarū orbis sum D
ma tranquillitate imperiū: quidnā ipse pro istiusmodi pollicitationib⁹ vel facere vel pati recusares? Ecce igitur & Christus non solū hæc, sed his lōge maiora pollicetur: neq; eū quantū inter se videntur senectus & iuuenta distare,tantundē incorruptionis corruptionísq; discrimē. Neque pro ipsius principatus & paupertatis, quin pro somniorū & veritatis interuallo præsens hæc gloria cum æterna illa cōferenda est, nec tamē satis adhuc horū intercapedinē explicauerim: siquidē nulla enarrari possit eloquentia futurorū bonorū magnitudo,si cū præsentibus conferatur,& tēporis illius infiniti & momētanei huius ratio habeatur. Quo eū pacto cum præsenti hac quisque vitā illam cōtulerit sempiternam,aut terrenā cū cœlesti quiete? quæ tantum videntur altrinsecus ab- A
esse,quantū à bello pax est,ōciúmq; semotū. Vtque purissima margarita à luteo quouis lapillo secernitur: sic profecto est à corruptione immortalitas aliena,quin quò pluribus id exprimere conniteмur, eo minus certe aliquid vel simile afferemus. Quippe si vel cum micātibus solis radiis futura nobis corpora cōtulerimus,nihil tamē pro illius splēdoris dignitate explicabimus. Pro his itaq; futuris bonis,quę tam immēsæ facultates,aut quæ potius humana vita tāti vnquā possunt existimari, quæ nō vltrò relinquēda sint? etenim si quis te in regiā aliquā induxerit,cæterisque adstātib⁹, & principis tibi beneuolētiā adeo cōciliet, vt post sermones familiariter habitos,cōuiuā te illi,& comitē assiduū faciat: nemini ꝓfecto dicéres te pro tāta beatitudine cōcessurū. At si cœlū cōscendere,regíq; illi omniū potētissimo assistere, ínq; angelorū cōspectu splēdescere, fruíq; gloria ineffa- B
bili effecerit: hæsitaré ne vel omniū fortunarū patiacturā,aut si illud conduceret, vel vita ipsa spoliarię quinimo profilire,& lætitia efferri oporteret: &, vt ita dixerim,prę gaudio alas sumere ad volatū. Atqui ipse vt principatū assequaris,fraudādi & rapiēdi occasiones innumeras allaturū, & si illud haudquaquā ꝓ lucro dixeri aut cōmodo,& tua disperdis,& aliena mutuatus,vxorē (si vsus ferret) & liberos nō verebéris in seruitutē dare: ob regnū autē cœleste illud nobis propositū, quod neminē habet, deo testificante, successorem, nec exiguos cōtinet angulos,aut terræ partē,sed cœlū integre sub ei⁹ ditione capit,segnior ipse & piger pecuniis immersꝰ inhias: neq; intelligis, ꝙ si inferior hęc cœli facies,quę ad nos vergit, tantū in se habet decoris & oblectamēti,qualis superior illa & cœlū cœli futura sit. Sed quoniam hęc corporeis interea oculis spectare nō licet,cōscēde mēte & cogitatione cœlū quod superadstās suspice, & supernū illud quod altius tēdit: attē de immēsam illā altitudinē,& splēdorē horribilē: cōtēplare angelorū multitudinē,archāgelorū gentē innumerā,aliásque infinitas potestates: post hęc descēdēs superne & cœlitus, nota,& oculis circūlustra nostrarū harū rerū imaginē,nostratésq; principes,vti se circum habeāt, viros veste aurata cōspicuos,curt⁹ insup auro vbertim excultos, quos iumēta trahunt cādidiora, & vehicula preciosiorib⁹ gēmis ornata,vt niueos lectulos,vt car pēta aureis bracteis crepitātia, dracones prēterea auro & serico vestib⁹ effigiatos: vt scuta auratis vmbonib⁹,& lora ex auro,lapillo distēta, equos demū ipsos & phaleratos,& auro obseptos: cuiusmodi ornamēta nihil ꝓfecto vltrà viso principe aut spectam⁹, aut magnificam⁹: princeps eū vel sol⁹,tū ex eius purpureo amictu,tū diademate,sella,fibula,& soccis, tū demū fulgētissimo ei⁹ aspectu,omniū nostrū in se oculos cōuertet. His itaq; reb⁹ terrenis animaduersis, anim⁹ erit ad superiora trāsferēdus, intēdēdúsq; ad horribilē illū iudicij diē, quo Christus & cognoscēdi & iudicādi gratia affuturus est. Neq; eū beluarū iuga, vel aurata vehicula, seu dracones spectabis, & scuta: sed quod visu horrēdū & animos pauefacit,vt vel incorporeę obstupescāt potestates: siquidē virtutes, inquit, cœlorū cōmouebūtur. Tūc prætereaveniersū cœlū patebit, ab ipsis cardinib⁹ reuulsę disturbabūtur & fores, descēdet dei vnigenitus filius, non vigenis, aut centenis viris sese armis stipantibus, sed angelis innumeris, Cherubim, Seraphim, potestatibus reliquis circūstātibus. Erunt tunc quidem omnia for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia formidinis & terroris plena, cum ex terræ hiatu, quotquot hominũ, qui ab ipsi⁹ Adæ origine vnquã, diẽq; aduſq; illũ futuri ſunt, aut emergent, aut rapiẽtur: Chriſtus vero cũ tanta gloria apparebit, vt eius ſplẽdore tam ſolis q̃ lunæ, & cæterorũ aſtrorum lux omnis occultetur. Quibus poterũt verbis, tũ beatitudo illa, tũ gloria & ſplendor explicari? Heu mi anime: obortiũtur eũ mihi nũc lachrymę, & ingens incũbit gemitus cogitãti, quibus excidimus bonis, & quali ſumus beatitudine alieni effecti: à qua tũ videbimur lõgius abfuiſſe, cũ magni nihil aut boni operamur. Ne itaq; quiſpiam mihi hoc loco gehennam cõmemorauerit: ſiquidẽ eiuſmodi glorię caſum ſubire, & gehẽna lõge ſit grauius, cadẽq; abeſſe quouis ſupplicio deterius, necdũ tamẽ intermittimus & terrenis incũbere, & dæmonũ nequitia falli: q̃ pro puſillis his & minimis reb⁹ nos priuabũt maiorib⁹: quippe lutũ offerũt, vt autũ ſubtrahãt, vel potius vt cœlo nos fraudent: vmbrã pręferũt, vt à veris ,ppellãt: inſomnia immittũt (nihil eũ aliud id præter dici poſſunt fortunę bona) vt luce oborta, omniũ nosarguãt egẽtiſſimos. Quæ omnia ita ſe habere intelligentes, caueamus aliquãdo tandẽ dolos hoſce & fraudes, animúmq; ad futura cõuertamus: neq; eũ affirmare licebit ignoraſſe nos vitã hanc breuẽ eſſe & temporariã, rebus pręſertim ipſis tuba clari⁹ quotidie clamãtibus, pertenuẽ illã eſſe, ridiculã & informẽ, plenã diſcriminis, plenã voracitatis. Qua igitur erimus accuſatione digni, quãdo criminoſa & turpia tanto ſtudio cõſectamur: fugimus vero quæ glorioſos nos facerẽt, & inſignes, vniuerſiq; in ipſam pecuniarum tyrannidẽ cõcedimus? ſiquidẽ illa dura eſt ſeruitus, quauis tyrannide intolerabilior: quod profecto nec eos fugit, qui ea ſe vt explicarent, digni ſunt habiti. Quocirca & vos vt optimã hanc libertatẽ perdiſcatis: refringite vincula, extricate vos laqueis, nullũ iaceat domi aurũ, quĩ quod infinitis eſt pecuniis honoratius, pietas & eleemoſynæ recõdantur. id eũ nos faciet apud deũ fidẽtiores: at illud dedecore multo & pudore offundit, facirq; dæmones magnũ in modũ in nos deſæuire. Quid igitur in te hoſtẽ & armas, & fortiorẽ reddis? armis potius erit tua in eũ dextra munienda, transferendúſq; domus omnis in animũ ipſum ornatus, in eóque opes locãdæ. aurũ pro area & domo cœlũ ſeruet, noſtra omnia nobiſcũ deferamus: ſumus certe ipſi & parietibus potiores, & pauimento maioris faciẽdi. Quid igitur nobis poſthabitis, ſtudiũ in hæc omne cõcitam⁹, quorũ ſumus poſt vitę huius exceſſum expertes futuri? quinimo perſępe in humanis agentes, potiri haudquaquã poſſum⁹, cũ liceat diuitiis adeo prouehi, vt non modo in hac vita, ſed in futura poſſimus opulentiſſimi videri: idcirco quicũq; villas, domos, & aurũ animo vel curæ habuerit, vbiuis ſui præſentiã fecerit, cũ his fortunis ſe offerat neceſſe eſt. Dicet aliquis, quo pacto id fieri poterit? Poterit quidẽ, & facilitate ſumma: nã ſic hęc bona per inopũ manus in cœlũ tranſtuleris, apparebunt ſanè in tuũ fuiſſe animum traducta, ita vt te vel morte præuentũ, nemo his opibus fraudet: quin vita functus abſcedes cœlo opulẽtus futurus & diues. Eiuſmodi Tabite illa theſaurũ potita eſt, ſiquidẽ nõ domus aut parietes, non lapides aut colũnæ, ſed viduarũ corpora amictu operta, fuſæ lachrymæ, mors fugata, ac demũ vita reddita, cõſpicuam illam fecere & clarã. Iſtiuſmodi nobis paremus arcas, tales ſtruamus & domos: ſic deus nobis opẽ præſtabit, & ipſi nobis codẽ coadiutore vſi in opere & quidẽ pręclaro abſoluẽdo videbimur nõ defuiſſe. Atqui ex nihilo deus inopes ad eſſe traduxit: tu vero traductos hoſce, & creatos, nec fame ſiuiſti leuando curãdóq;, nec reliquis cõfici ærumnis, dei templũ attollens vndique & ſuſtẽtans: cuius tẽpli vel probitatẽ vel gloriã quid vnquã poterit æquare? Quòd ſi nondum ẽlare perdidiciſti, quibus te deus pro iniuncta hac & ſuſcepta ſubleuãdæ inopiæ cura inſigniuerit ornamẽtis: recum id animo reputans, ex eo quod inferemus, intelliges. Etenim ſi quiſpiã tibi caſurũ cœlum ſubleuandi erigendíque traderet facultatẽ: nónne id tibi honori duceres, perinde ac conditionem tuam & vires excedens? Ecce nunc maiore quodã te honore dignatus eſt deus, ſiquidẽ quod cœlo ipſo maioris facit, tibi ſubleuandum conceſſit. nihil enim deo ex his quæ viſuntur, æque atq; homo eſt gratum, cuius gratia cœlũ, mare ac terras creauit, eiúſq; habitatione potius q̃ cœli lætatur. Quod & ſi ita eſſe nos haud latet, nihil tamẽ curæ vel diligentiæ diuino huic tẽplo mancipamus: quin eo neglecto, amplas ac magnificas paramus domos: ideóq; rebus omnibus deſtituti, extrema inopia laborãtibus ſumus inferiores, quando & domicilia è quibus poſt vitę huius exceſſum nihil ſumus ſplendoris relaturi, ornatiora ſtruimus, illis reiectis quę trãsferre nobiſcũ vnà licuiſſet. Cõſurgent namque reſoluta iam egentium corpora, quibus deus, cuius hæc iuſſu fiũt, in mediũ ,pductis, qui ea curauerint, & laudabit, & cũ omniũ admiratione extollet: propterea quòd inopia affectos, vel paulo pòſt ſiue inedia, ſiue nuditate, ſiue algore collapſuros erexerint. Verũ adhuc vel his nobis ,ppoſitis laudibus, tardiores certe ad optimã hanc egenorũ curam adeundã ſumus & torpidi. Chriſt⁹ prætereа quò diuertat, nihil habet: quin hoſpes famelicus circũfertur, & nudus. Ipſe vero ſuburbana vel laxiora, balneas & ambulacra, fruſtráque multa ſtruis cubicula: illi vero neq; anguſtũ aliquod impartiris tegumentũ, qui coruis & vulturib⁹ celſiſſima ſtruis tectorũ faſtigia. Quid hac fiori peius ſocordia poteſt, & furiis? ſunt eũ hęc pro extrema quadã habẽda inſania, quę nec verbis quidẽ poterit ſatis explicari. Licebit tamẽ ſi libet, eiuſmodi à nobis ægritudinẽ, etſi pergrauẽ propulſare: neque id tantũ potis factu eſt, ſed etiã facile, neque facile modo, ſed eo facilius peſtilẽti hoc & animi & corporis morbo liberabimur, quo & medicus aderit omnium excellentiſſimus. Is itaque erit per nos & alliciendus, & hortandus, vt ſe nobis iũgat. Cõferẽda inſuper in mediũ noſtra omnia, & ipſi nos, voluntas ſcilicet & animi promptitudo, nullis hic rebus aliis opus habet, modo hæc tulerit, de ſe omnia præſtabit. Conferamus itaque quæ noſtri ſunt iuris, vt meliori dum viuimus valetudine vſi, bona illa futura conſequamur.

Act. 9.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de miſericordia & duabus mulieribus viduis, Homilia.

TRia ſunt quæ in miſericordiæ opere optanda ſunt Chriſtiano, vt poſſit facere, vt velit, vt compleat. Vt poſſit, id eſt, vt ſubſtantia faciendi non deſit: vt velit, hoc eſt, volũtas adſit qua faciat, quia ſubſtantia non deeſt qua fiat. Tertium eſt, vt cõpleat, id eſt, quæ poſſit & velit, ſine dilatione perficiat. his eũ tribus opus tantum támque pręclarum

clarũ impletur. Nam ſunt qui poſſunt facere, ſed nolunt: ſunt qui volunt, & nõ poſſunt: ſunt & qui volũt & poſſunt, ſed differendo nõ faciũt. Cæterũ qui pote facere oret vt velit: & qui vult facere oret vt poſſit: & qui in vtroque paratus eſt, det operã vt miſericordiã inſtanter efficiat, ne quod vult & poteſt, differendo nõ cõpleat. Eſt eũ miſericordia ſalutis pręſidiũ, fidei ornamentũ, propitiatio peccatorũ. Hęc eſt quæ iuſtos ,pbat, ſanctos roborat, dei cultores oſtentat: cuius exercitiũ lætũ efficit dominũ, placatũ exhibet Chriſtũ, dũ cernit ſubſidiis huiuſmodi foueri pauperẽ, inopẽ ſubleuari. Hæc miſericordia cum à cunctis impleri præcipitur, tum maxime ab his qui ſignati ſunt, vt dent q̃ accipiãt, tribuant q̃ ſumant, donent aliis q̃ ipſi indigeant. Cæterũ non poteſt ille miſericordiã facere, qui poſſeſſionibus longe latéq; diffuſis, in cõfinio aliũ poſſidere non patitur, dũ terminos iungit, fines ,pducit, calũniatur pauperi, mediocrem premit, vicinum excludit, & omnes circũ circa poſitos infeſtãdo ac perſequendo depellit, qui non acquirit niſi alius fleuerit: lucra nõ condit, niſi alius gemuerit, cui ſoli bonũ eſt quod publicũ malũ eſt, dum aut fructus ſeruat, aut annonam captat, aut inflat precia, aut fœnus exaggerat, dum acquirendi lucra per nocendi exquirit ingenia. Potéſtne talis miſericordiæ implere officia, cui popillorum dulcis eſt gemitus, & viduarũ ſuauis eſt fletus, dũ præda huiuſmodi paſcitur, & ſpoliis talium delectatur, qui dues eſt arca non merito, poſſeſſione non genere, nomine non dignitate? Potéſtne miſericordia tãgi, aut humanitate moueri, cuius auaritiæ nec propriũ ſufficit, nec modũ ponit alienũ? Qui & ſi pauperi tribuat, hoc magis deterior, ſi alij tollit quod alij pertineat, & eſuriẽtis pane eſurientẽ paſcat, & nudũ ſpoliis veſtiat alienis, cũ ſcriptũ ſit: Qui offert ſacrificiũ ex ſubſtantia pauperis, ſic eſt quaſi qui victimet filiũ in cõſpectu patris ſui. Cęterũ ille vere eſt diues, qui in deo diues eſt, qui magis miſericordia opulẽtus q̃ diuitiis, facultates ſuas cũ pauperibus diuidit, qui locupletẽ ſe dando magis q̃ habendo oſtendit, qui ad hoc ſe meminit habere diuitias, vt fœneretur deo, paſcat Chriſtũ, veſtiat dominũ, qui patrimoniũ ſuum non ingrato hæredi quærat relinquere, ſed per pauperes illud Chriſto deſideret cõmodare, qui diuitias cœlo magis q̃ mundo cõmendat, qui deſiderat potior eſſe opere, q̃ ſuæ ſuſtantiæ facultate, qui theſauros ſuos ad ſuperna tranſmittit, qui ad hoc viuit vt operetur, qui ad hoc operatur vt in æternũ viuere mereaẽ, qui viduarũ caſibus flectitur, & pupillorũ miſeria commoueatur, qui dolentiũ cauſam ſuſcipit, & arrogantiã ſuperborũ addicit. Cęterũ habere nec facere, miſereri poſſe nec velle, cõmendatũ ſibi deputat quod per cruciatus ſuũ ad hæredẽ tranſmittat. Nec de ſuo miſer permittitur tãgere, quod poſt ſe futuro cogitur reſeruare: qui ſollicitius ſeruat q̃ acquirit, moleſtius cuſtodit q̃ rapuit. Suſpirat eũ vigilans acquirẽdo, ſuſpirat dormiens reſeruando. Nec vigiliæ lætæ, nec ſomnus ſecurus. Nec dies lætus, nec nox quieta eſt, diſcurrit, torquetur & gemit, & quaſi illi ,pficiat quod acquirit, ſic augere deſiderat quod alij cũ ſuo cruciatu relinquat, vt quale fuerit patrimonij põd⁹, talis ſolicitudinis habeaẽ & cumulus. Sed dicet ecõtrario de mediocrib⁹ aliquis, ego miſericordię inſtãter implerẽ officia, ego inopes paſcerẽ, egenos fouerem, nudos veſtirẽ, ego pauperibus neceſſaria victus impenderẽ, nec à me inanis quiſquã aut ſine fructu diſcederet, ſi mihi facultates ſuppeterẽt, diuitiæ adeſſent, copię redũdarẽt. At cũ mihi neceſſaria deſint, cũ operãdi facultas neceſſitate habẽdi interdicta ſit, cur mihi aut dãdi ſterilitas imputaẽ, aut miſerẽdi ceſſatio ſuccẽſeẽ? Sed audi quiſquis hoc loqueris, & excuſandi anſas quas obtẽdis omitte. Nullus miſer eſt niſi qui miſereri noluerit: quia nec quiſquã miſereri deſiderans poterit nõ habere quod tribuat. nullus petentẽ pauperẽ poterit inanem relinquere, niſi qui ei noluerit cõmodare. Nõ eũ miſericordię definita ſunt precia, aut niſi quis multũ dederit, acceptabile eſſe quod datur nõ poterit: aut inopes tantũ à quoquã expoſcũt, quantũ qui poſcuntur dare non poſſunt: aut ex modico multũ, aut de exiguo plurimum dare quiſpiã cogitur, cũ libẽter ex modico modicũ attributũ diuina pietas gratuletur. Deniq; vidua Helią ex modico paſcit, & idipſum quod habuit, finiri non potuit. Supremi victus dãdo nõ deſunt, & diuitũ horrea finiũtur: modicũ olei erogatur nec deficit, & peccatorũ apothecas penuria famis exhaurit. Miſericordia viduę ſeruat, quod peccata locupletũ exterminãt: modica diuitiis maiora ſunt, & diuitię paupertate viduæ ſuperãtur. Ita eũ & iuſtis alimẽta nõ deſunt, vt peccatorib⁹ ſubſidia denegẽtur. Denique audi domini vocẽ viduã in Euãgelio collaudantem, quę in dona dei totũ quod habuit, miſit. Amẽ, ĩquit, dico vobis, vidua iſta pl⁹ omnib⁹ fecit. Oẽs eũ iſti de eo quod abũdauit illis, fecerũt: hæc autẽ totũ quod habuit miſit. Laudatur in modicovidua, & diuitũ nõ laudãtur oblata. Minimũ viduę diuitũ opulentias vicit, & vota diuitũ votũ viduæ ſuperauit. Diuites eũ ex multo modicũ, vidua vero ex modico obtulit totum. Vnde dominus diuitũ & viduæ operationes expendens, nõ quantũ quiſq; obtulerit, ſed quãtũ quis fecerit, ſingulorũ animos & facultates oſtẽdit, & viduã in opere perfecto laudauit. Certabat eũ animo cũ diuitibus vidua, cũ locupletibus pauper, mediocris cũ opulẽtiſſimis. fide ac deuotione certabat: ſed vincit animo, deuotione ſuperat, deniq; inuenit potior, melior cõſpicitur, maior omnib⁹ à iudice ,pnũciatur. Amen, inquit, dico vobis, vidua iſta plus omnibus fecit. Prouocaris Chriſtiane, prouocaris, & à vidua in certamẽ deduceris. Hęc eũ vidua quę pręſente tũc Chriſto certauit, nũc quoq; cũ omnib⁹ certat, & tamẽ neſcierũt talẽ qui victi ſunt, qualem nũc qui prouocãtur, nouerũt. Quare taceãt ſteriles, aridi cõticeſcãt, infructuoſi aut mutẽtur aut fileãt: vidua quod fecit nõ didicit, & ſteriles quotidie diſcunt & nõ faciunt. Quæſiuit vidua quomodo poſſet pręſentẽ dominũ ,pmereri, quæſiuit quomodo poſſet potior diuitib⁹ inueniri, inuenit cauſam, inuenit cõſiliũ, vt quã natura fecerat pauperẽ, deuotio faceret diuitibus potiorẽ: & ne poſſit quiſquã nõ habẽdi excuſatione purgari, gratuita miſericordiæ inducũtur officia, vt oſtẽdatur dominũ etiã ipſis pauperib⁹ operãdi impoſuiſſe obſequia. Calicẽ frigidæ prophetæ porrigere, præmiũ Prophetæ ,pmittitur: ægrotũ, vel conſtitutũ fratrẽ in carcere viſitare, dominũ viſitare eſt, ſicut ipſe dominus dicit, vt poſſit ex gratuitis ,pmereri qui de ſubſtantia non poteſt miſereri: vt iam conſtet pro qualitatibus hominũ miſericordiæ non debere ceſſare officia, vt operãtibus poſſint præmia diſpenſari cœleſtia: vt cum cœperint miſericordes expungi, & ſteriles condemnari, & miſericors quia miſertus

Eccle. 34.

A

B

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

misertus est gaudeat,& sterilis pœnas quas non sperauit, inueniat.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, quòd dispensatio rerum tuarum per teipsum exequenda est, & de laudibus institutisque monachorum, Sermo.

RErum tuarum dispensatio, Ecclesiæ præsidibus minime cõcedẽda est,quin per teipsum exequenda,vt non solũ minuendi fortunas,sed etiã administrandi mercedẽ habeas: ipse semen tuis manibus sulco iacta:nõ em̃ hic erit terræ aratrũ defigendũ,aut boues iungendi, vel tellus ipsa nouanda,gelúquè & frigore contendendũ: hac em̃ omni difficultate caret istiusmodi semen. In cœlo nanq; seminas,vbi algores nulli,neq; hyems,vel eiusmodi aliud quippiã inuenitur:in animos seris, vnde nemo quod satũ fuerit, tollet, quin inhærebit maxime,& acrius ac celerrime detinebitur.Tu semen iacito,cur te hoc præmio fraudas?maxima etem̃ sunt ꝓposita præmia his,qui aliena recte subministrauerint:siquidem nõ solum qui sua distribuit, sed & qui oblata bene impartitur,dignus mercedę est. Tu vero cur illam tibi,cum licet,nõ vẽdicas? Quòd autem vel ex eo futurũ sit præmiũ, illud audi:Cõstituerunt autẽ apostoli Stephanum,& qui circa eum erant,ad dispensationẽ per manus faciendam . Efficere ergo & tu tuarũ rerum dispensator: hic enim humanitas, id est,dei timor,te fortiorẽ reddet, insolentiã tollet, animo quietem, manibus sanctitatem largietur, intellectũ eliciet, philosophari edocebit, promptiorẽ faciet,& benedictionis participem,qua & caput ipsum manuũ ministerio donatur. Esto itaq; ad orandum diligentior, sanctorum virorum curam suscipito,eorum dico,qui vere sunt sancti,qui in solitudinibus consistunt,qui emendicare nequeunt,qui deo adhærent. Iter longius suscipe, tum & tua aliis impartire :plurimum enim vtilitatis afferet istiusmodi perte datio . Spectabis enim in ea eremo tuguriolum, videbis & diuersorium,oculis solitudinem lustrabis,ita vt cum illò per causam pecunias dilargiẽdi concesseris,& animã plerunq; des integre,detentúsq; efficiere illis cõseruos, & hoc seculo alienus,& hospes. Magnũ quidẽ & præclarũ est pauperes intueri & inuisere.Melius em̃ est,inquit,ingredi domũ luctus, q̃ domũ lætitiæ. Inde nanque incenditur ad virtutẽ animus.Nã si lasciuiẽtibus cæteris & ipse arriseris,erit id tibi quædã ad luxũ & incontinentiam incitatio:sin autẽ,mœstitia corripieris. In domo autem luctus,nihil eiusmodi:nam si delicię deerunt,dolore carebis : si vero inerunt, abstinebis. Certissimæ lachrymarũ sedes monasteria sunt, vbi saccus & cinis,vbi solitudo,vbi risus nullus, vel rerũ præsentiũ obturbatio,vbi ieiuniũ,& humi cubatio. Sunt nanq; ibi omnia nidore & illecebris vacua, & quauis interpellatione & inquietudine libera:insuper portus trã quilliſſimi sunt,quos qui inhabitãt, velutiignes sunt, qui cũ è loco editiori emicẽt, lucẽ vel eminus aduẽtantibus exhibẽt:cúmq; vel in portu resederint, cæteros ad suã alliciũt tranquillitatẽ, neq; se intuentes pati naufragiũ sinunt, vel in tenebris degere, qui ad se oculos intenderint. Adito itaq; istiusmodi viros, vtere eorũ cõtubernio, accedito, inquã, & sanctorũ pedes amplexare, quos prehẽsare longe venerabilius est, q̃ aliorũ cõplecti caput. Dic mihi, complectuntur nonnulli statuarũ pedes, quoniã figuram & imaginem præferãt imperatoris:túne illũ,qui Christũ cõtinet, tenebis à pedibus? Sãcti itaq; sunt istiusmodi pedes, vel si vilissimi fuerint:inquinatorũ vero neque caput ipsum honore dignũ.Siquidẽ sanctorũ pedes permagna operati sunt:nam & excruciare solent,cũ à se excusserint puluerẽ. Cũ igiẽ quispiã sanctus apud nos fuerit, nihil vile illius ducemus. Sãcti enim sunt omnes, qui vt recte credũt & vixerint,vel si nulla ediderint signa,vel dæmones eiecerint, sancti sunt etenim. Ad monasteriũ sancti viri diuertere, tale est quale foret è terris ad cœlos subuolare : non enim tibi in eo libebit, quæ domi plerunq;, intueri: nam & monachorũ cœtus ille perpurus est,silẽtiúmque apud eos,& quies plurima.Hoc,Meũ Tuũ,lõge abest:apud quos si ad diẽ vnum seu binos manseris, eò maiorẽ senties voluptatẽ:cũ em̃ primũ dies illuxerit, quinimo ante ipsius diei lucẽ edidit vocẽ gallus, nihil tũ ibi simile spectabis quod domi solemus: stertunt serui & familia,erunt occlusæ fores, mortuis omnes simillimi præ somno videbuntur, quatiat & asinarius tintinabula. Sed mox omnes per monasterij præsidẽ excitati,somno excusso, modeste cõsurgũt,statuentéſq; sanctũ illũ chorũ,statímq; tollentes manus,sacros decãtant hymnos: neq; em̃ vt nos excutiendo somno,& sopore multo,horarum longiori indigent spacio.Ipsi em̃ simul ac è stratis attollimur, ad multã horã oscitando,& corpus distrahendo residemus,mox ad secretũ accedimus egerẽdi gratia, deinde manus faciémque abluimus,post hęc vestem induimus & calceos: hoc pacto tẽporis plurimũ teritur.Apud hos autẽ nihil huiusmodi, nemo seruum euocat,cũ quisque sibi faciat satis , non multis indiget indumẽtis,nec somni excussore opus habet: sed vt primũ aperuit oculos, præ abstinentia similis apparet ei qui multũ ac diuvigilauerit.Nã cũ nullo cor fuerit cibo grauatũ, aut suffusum,nec longius illi necessariũ est ad leuandũ tempus,quin leuior ocyus se exterſis manibus attollit . Somnus præterea modestus est & sobrius:nemo em̃ ibi stertentẽ quempiam viderit,aut anhelantẽ, neq; inter quietẽ corpore iactabundũ,vel nudũ. vel dormiunt sanè cubantes modestius, q̃ vigilent cæteri:quod ꝓfecto è quadã bene instituti animi moderatione efficitur. Hi proculdubio & sancti sunt, & inter homines angeli habendi. Plurimus enim dei timor arcto & profundo somno haudquaquã eos finit soporata mente mergi: quin leuior ille dũtaxat imminet ad quietẽ,à qua vel eorũ insomnia minus aliena:sunt em̃ vanis & monstruosis imaginibus vel præstigiis vacua. Vnde, vt diximus, edente gallo vocem,cum monasterij præpositus vel vnum pede pupugerit,omnes excitauit:neque enim ibi nudos cubare fas est : inde expergefacti , illico stantes ꝓpheticos hymnos concinnitate summa & modulatis carminibꝰ decãtant,eo modulatu & symphonia,vt neq; cithara, neq; fistulę vllæ ,neq; aliud musicũ id genus instrumentũ talem edãt sonũ, qualem audire licet,integerrimis viris illis altiori quadã quiete , & animi tranquillitate succinentibus, qui cantus & suauitate referti sunt,& diuino amore oppleti.In noctibus,inquit,extollite manus vestras ad deum:& illud,Vigilat anima mea ad te deus,quoniã lux sunt præcepta tua in terra. Item & Dauidici cãtus quàm multos lachrymarum concitant fontes, cum canens Dauid illud pronunciat: Defatigatus sum in meo luctu,lauabo per noctes singulas lectum meum,

meum,& in lachrymis stratum meum rigabo: & rursum , Quoniam cinerem tanquam panem manducabam.Quid est homo quoniã illius es memor? Homo vanitati factus est similis , & dies nostri tanquam vmbra decedunt:& illud,Ne timeas cũ ditabitur homo, seu cũ fuerit aucta gloria domus eius:&, Qui habitare facit pares moribus in domo:&,Septies in die laudaui te super iudicia iustitię tuę:& rursum,Media nocte surgebam ad confitẽdum tibi super iudiciis equitatis tuæ: & illud, Deus erue animã meã de manu inferi:&,Si ambulauero in medio vmbræ mortis,nõ timebo mala, quoniam tu mecũ es: item, Non timebo à timore nocturno,à sagitta volante in die,à negocio in tenebris perãbulante,ab occursu & dæmonio meridiano:&,Aestimati sumus tanquam oues iugulationis.Itaq; oscitãtibus nobis,ociosęq; torpentibus stertentibuſq; , vel supinis cubantibus,& fallacias animo versantibus innumeras , canunt illi istiusmodi angeli vnà,Laudate dominũ de cœlis concinẽtibus. At vbi primum dies illuxerit,quiescũt illi:idq; tẽporis quod nos ad laborem,illi habẽt ad quietem. clarescẽte vero die,cum per causam impensas computandi,vel dimittendi ad forum alios euocamus, hícque principibus coram pœnas veritus adstat trepidus , alius se in tabernaculũ cõfert,alius arti se & operi cuius est gnarus accommodat,rursum illi matutinas inceptãt preces,& hinc se ad sacrarum lectionẽ scripturarum cõuertunt.Sunt & qui scribendi artẽ edocti, libros scriptitãt, & destinatis cellulis se quisq; tacitus continet. Precationes postmodũ,quæ tertia,sexta,& nona hora,& vesperi insuper dicũtur,absoluunt,ita vt quadripartita die singulis partibus varijs deum laudibus honorent.Igitur vescentibus,ridentibus,& lasciuiẽtibus reliquis,ac multo cibo distento vẽtre distractis,hi sese hymnis applicant, cum eis nondum cibi & mensæ sit tempus,neq; vlla horum sensibilium cura.Sumpto vero cibo,cum se primum quieti dederint,iisdem incumbũt laudibus.Huius vero mundi homines vel die dormitãt:at illi & noctes ducũt insomnes , quare lucis progeniti merito possunt appellari : siquidem id tempus quod reliqui somnolentiæ maiorem in partem sumunt, onerosíq; cibo & graues prodeunt , abstinent hi,& impasti manent, & orationibus studeant. Vesperi autẽ iterato ociãtibus cæteris, certatimq; ad balneas properãtibus,ad breue laboribus soluti,nulla seruorum excitata caterua , nullo per domũ discursu aut tumultu,neq; variis & gulam irritantibus appositis epulis discumbunt,pane duntaxat plerique contẽti & sale,alij oleo his adiecto , & qui infirmiores fuerint,oleribus & leguminibus vescũtur. Diuinis interea laudibus haud intermissis,cum paululum consederint,singulis storeis & humi cubant, ad quietem solũ non ad delicias paratis. Nullus ibi principum terror, nulla dominorum increpatio, neque vlla seruilis trepidatio est,nullus ibi fœminę tumultus,nulla puerorum obturbatio,non multæ sunt apud eos apothecę, aut condendarum rerum gratia parata loca , nulla abundãs & seruata vestis,auri & argẽti nihil,custodię nullæ,nullum ærariũ, vel aliud istiusmodi quippiam: sed omnia oratione,& diuinis laudibus, & fragrantia spirituali sunt plena , nihil ibi quod carni indulgeat. Prædonum incursus haud verẽtur, cum nihil habeãt cuius possint iacturam pati: siquidẽ & pecuniis carẽt, corpus tantum habent & animã:hæc si diripiãt, profuisse potius viderẽtur,quàm damni aliquid intulisse,

quãdo essent per eos his corporis vinculis soluti. Mihi enim,Paulus inquit,viuere Christus est,& mori lucrum . Vox itaque exultationis in tabernaculis iustorum.Nullus præterea ibi ciulatus aut lamẽtatio exauditur,vel gemitus,vacat istiusmodi mœrore domicilium illud,aut vlulatu. Moriuntur sanè inter eos nonnulli,cum haudquaquã sint corpore immortales, neque tamen mortẽ pro morte ducunt: suos enim canticis præmittunt mortuos, præcedere illos existimãtes, nõ emori. Quòd si è suis quempiam obisse mortẽ enuncietur,gaudio summo & lætitia afficiũtur: quinimò neque illum audebit quispiam mortuum appellare,sed viuendi finem feciſſe dicet.Proinde gratiarũ actio,diuina affatim laus & suauitas oritur,optãtibus singulis se talem vitæ finem habituros,eoq; modo seculi huius certamen excedere, ab agonéq; hoc & laboribus requiescere,& Christum ipsum intueri. At si quis eorum ægrotauerit,nullę exprimũtur lachrymę, nullus gemitus,sed orationi iteratò incumbitur.nulla medicorum manu, sed fide tantum plerunque subleuãtur,& ęgrotus cõualescit. quòd si vel medico opus habuerit,permagna patientia & tolerantia præstatur. Non adest præterea vxor soluta crines,nõ liberi futuram orbitatem deplorantes, nõ serui orantes efflaturum mox spiritum, sese cuinam commendatos relinquat:sed horum omnium liber animus,vnum illud & solũ aduertit, vti vltimo suo efflatu decedat deo gratus.Verum si in morbum aliquẽ inciderint, nulla crapula vel nimio stomachum grauante cibo,eum incurrunt: quin potius erũt eius morbi causæ quauis laude cumulatæ,nulla ægrotantium culpa exortæ. nam vel ex lucubratione immodica,aut cibi longiori abstinẽtia,languorẽ inferũt,vnde & curantur facilius, quando his se nequeũt malis eximere , nisi desierint æque lasseſcere vt cœperant & defatigari. Dicet quispiam, Licebitne istiusmodi viros in media Christiani populi frequẽtia spectare?Nos vero ita respõdemus, nõ ea mente istorum nos vitam explicasse,vt videantur qui in ecclesiis viuũt,cõtemnendi.quàm multi enim sunt plerunque istiusmodi sanctitate viri,& si haud propalàm,vel in ipso Christianorum conuentu medio: neque ex eo quòd alienas circunuagãtur domos , aut in foro versantur,vel aliis prę sunt,parui illos facimus,eo minus quò & deus illud iniunxit:Iudicium,inquiens, *Esaiæ.1.* pupillo facite,& viduã iustificate . Diuersę enim sunt ad virtutem viæ:siquidem & margaritæ inter se differunt plurimum: vel si omnes idem sint nomẽ sortitæ, tamen hæc fulgẽtior est,& rotũda: illa vero haud parem habet decorem , sed alium quendam & varium. Qualis vero ille sit, explicabimus . quemadmodũ em̃ corallum artificio quodam productas in longum lineas nonnunquam habet,circũcisosq; angulos & expolitos,coloremq; à candido etsi diuersum,longe tamen delectabiliorem,viridis etiã iniectus color præter omnem viriditatem iuuat.Item &flos quidam cõiunctum habet cum innata fragrantia & sanguinis colorẽ:alius autẽ qui glaucus fuerit,glaucitate ipsa mare vincit,alius etiam erit purpureo colore splẽdidior, & istiusmodi plerosque alios videmus:insuper & solis colores varios esse inuenire quis facile poterit: sic & his similes dici viri sancti possunt,quorũ nõnulli propria quadam exercitatione & industria sibi ipsis,plerique vero ecclesiæ profuere.Itaq; vt eò vnde digressa est,redeat oratio, si sanctorum pedes lauerimus, & opem tulerimus oppressis,salutare erit. Incumbamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo his rebus, vt gloriari in cœlo possimus sanctorũ pedes abluisse. Quòd si horum abluẽdi sunt pedes, eò magis & ipsi per nos pecuniis iuuãdi erunt. Nõ enim sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Quid multos admittis testes? si enim fieri potest, ne domestici quidem, vel vxor ipsa sit huius beneficij conscia: quàm plura enim sunt subdoli illius aduersarij impedimenta: plerunque enim coniunx arrogãtia quadã, vel alia quauis de causa, etsi nunquam antea, tunc tamẽ te interpellabit, & beneficium illud tuũ intercipiet. Siquidem Abraham & si admirandã haberet vxorem, ea tamen, cum filiũ esset immolaturus, clàm habuit, præsertim cum ipse rei euentum ignoraret, certior tamen quòd illum esset necaturus. Quid igitur è turba vir aliquis dixerit, quisnam hic est qui hæc facit? & is simul nónne crudelitatis eum & rusticitatis insimulabit? dicens non licuit matri filium spectare, & vltimã audire vocem, morientémq; inspicere? Nihil tamen istiusmodi iusto illi diuino amore incẽso veniebat in mentem, præter id solum, vt dei mandata exequeretur, non ea in re filium, non vxorem animaduertebat: & quod maximum est, futuri nescius, adeo ille omni ex parte integrum deo offerre sacrificium studebat, vt ne lachrymis quidem illud, aut contẽtione aliqua inquinaret. Ad quẽ ait Isaac: Ecce ligna & ignis, vbínam victima? Quid ergo pater? Deus prouidebit sibi victimam ad holocaustum fili mi. Fertur autem id esse propheticum, vt illud: Et filium visurus est in victimam. At cur eum qui immolandus est celas? etiam, inquit, veritus ne torpescat, vel indignus inueniatur. Vides itaque quàm multa diligentia vir ille cuncta factitarit, quæ sacris literis exprimuntur: Nesciat scilicet sinistra tua, quid faciat dextra tua. Quod illud sonat vel si quempiam habuerimus? quamuis propinquitate iunctum, nihil illi quod fuerit per nos pie gestũ, vltro aperiamus, nisi cogat necessitas. multa quippe ex eo succedunt grauia: nam si quis superbire occeperit, erit id quidem illi ad bene agendum impedimento. Quapropter cum aliquid inopi impartimus, vel nos ipsos si fieri potest celabimus, ea vt bona consequamur, quæ nos in Christo Iesu domino nostro manent certiora & parata.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Sermo, ne scrutemur pauperes curiose.

QVid stipem deposcentem scrutaris? quin illũ Christi ob gratiã excipe: nam si nimium fueris explorando curiosus, vel probum plerũque virum præteribis, faciesque hoc modo futuræ & emeritæ mercedis iacturam: quamuis qui vel improbum pro Christo susceperit, culpandus non erit, quin capiet pro eo & præmium. Nam qui Prophetam sub prophetę nomine admiserit, prophetę mercedem accipiet: qui vero pro intẽpestiua hac & superuacanea scrutandi cura quempiam laude dignum paruefecerit, pœnas luet. Non itaque aut vita hominum aut facta scrutanda sunt: quod proculdubio extremę cuiusdam nos experientiæ arguit, dum panis vnius gratia petiti, vniuersa sit inopis vita indaganda: qui siue prędo fuerit, siue aliud quiduis, nũ eapropter vel pane tibi, vel argẽteis nonnullis & paucis apparet indignus? eumq; cui dominus tuus orientẽ solẽ sit impartitus, perexiguum ipse cibatum & tenuem victũ existimas immerẽtem? Quin etiam quod dictu maximum est, si vel hunc compertũ habeas innumeris esse vitiis constipatum, eoq; paruo & exili cibo fraudaueris: nihil id tibi poterit ad excusationẽ valere, præsertim cũ eius sis domini seruus, qui ita inquit: Nũ ignoratis ex quo patre sitis? Illius prẽterea familiaris, qui se lapidãtes animo tulerit patiẽti, imò qui est pro se lapidãtibus in crucem sublatus. Neque id dixeris, mẽdicum quempiam sicarium esse aut homicidam, qui vel si tibi esset exitium allaturus, non tamen foret, quãdo inedia maceretur, aspernandus: siquidẽ eius disciplinã secteris, qui cruci se suffigentium concupiuit salutem, eius, inquam, qui in ipso patibulo ita profatur: Pater dimitte eis, non enim norunt quid faciunt. illius insuper seruitutem subisti, qui se manu cędentes tulit mitius, qui noxiũ in cruce coronauit. Quod facinus quid vnquã poterit æquare? Porrò latrones vel vtriq; Christũ maledictis insectabantur: horum tamen alteri paradisum nondum cuiquam patefactũ, peruium fecit: defletq; qui mortem sibi sunt allaturi, turbatur etiã terreturq; proditore conspecto, nõ eo quòd foret ipse cruci suffigendus, sed quòd ille esset ob id sceleris interiturus. commouebatur prẽterea quòd suspẽdij laqueos prẽuidisset, quos supplicia sequerẽtur. Iudam tamen, etsi eius nequitiæ præscius, aduſq; extremam horam tolerauit, neq; proditorem reiiciebat, quin amplexãdo osculabatur. hunc itaq; dominus tuus labiis admittit, qui mox eius est precioſum sanguinẽ fusurus: tu vero egenum neque pane dignaris, nihil veritus quas deus condidit leges, quibus nos commonefacit, nõ solum non esse inopes reiiciendos, sed ne hos quidẽ qui nos ad interitum duxerint. Neq; illud commemoraueris, hunc illúmve mali quippiam alteri intulisse: quin potius recognosce quid Christ' sub ipso patibulo & osculo quo erat prodendus, egerit, vt proditorẽ emendaret. Attende quàm prudenter id dicat: Iuda osculo filium hominis tradis? Quem hominum nõ his verbis leniſſet? quem, inquam, eiusmodi vox non ad pietatẽ flexisset? quam beluam, aut quem adamãtinum lapidẽ non commouisset? solus ille miser flecti nõ potuit. Ne itaque dixeris, ea ratione nõnullos esse fugiendos in animum induxi, quòd humana sint eædę & sanguine inquinati: quin potius eorum erũt deosculandæ manus, vel si tuæ sint ceruicis sanguine respergẽdæ, quãdo & Christus sit os illud impudentissimum deosculatus, quod necem ei parauerat. Igitur & ipse lachrymis potius & cõmiseratione prosequere, quàm odio aut maleuolentia, qui fuerit in te quippiam machinatus: is enim est nõ indignus cuius non pigeat: quippe illius & serui sumus, qui se tradenti osculum dedit, (id enim sæpe ac multum repetẽdo commemorauerim) & quouis osculo molliora est verba effatus: siquidem nõ indignabũdus, vt homines solent, talia inuehit: Facinoroſe proditor & omnium perditissime has mihi pro meis in te beneficiis vices reddis? quin Iuda inquit, eum nomine appellans, quod commiserantis est potius, & à scelere ad officiũ reuocantis, quàm irascẽtis: nec magistrũ se dixit ac dominum, aut bene de se merentem, sed filium asserit illum hominis prodere. Atq; si nec prędceptor ille vel domin' extitisset, id solum quòd se pure adeo & simpliciter erga te gesserit, vt cum vel prodendus esset, ni osculum proditionis indicium, quod erat antea per te in sui capturam destinatum obtulerit, prodendus à te nõ fuisset. Sis bone deus benedictus: quot enim nobis tradidisti, tũ ad humanitatem, tum ad innocentiã exempla? talem se Iudæ præbuit Christus. Nónne & pari vsus est in eos benignitate, qui se fuste & gladiis inuasisset? Maxime: quid

quid eũ dici his verbis mansuetius potest, quę ad eos fertur habuisse, quos & si perdere mox omnes pro voluntate licuisset, facere id tamen temperauit, quin pudentius sic illos alloquitur: Quid in me cum gladiis & fustibus tãquam in latronem aliquem irrupistis? quibus protinus pauore reiectis & supinis cadentibus & stupiditate affectis, rursum sese vltro obtulit: cúmque manus sibi sanctissimas ligari vidisset, & si cõfundendi omnia & disturbandi facultatem haberet, patiẽtissime tolerauit: deinde Christi perspecta mãsuetudine tam acriter in inopem sæuiẽdo efferaris, qui vel si innumeris fuerit obnoxius vitiis, eius tamẽ vel egestas, vel fames satis vtiq; facere posse videtur ad animum non penitus obtusum vel cæcutientem, mitigandum. Tu vero contrà leonũ more, & si nihil illi cadauerosum attingant, efferatus & furẽs in pertinacia manes: iacentemq; inopẽ & egestate immodica maceratum, ac malis confectum & premis & vrges, eiúsq; corpus conuiciis discerpẽs, quasi procellas, vt aiunt, tẽpestatibus superinductis adaggeras, compellísque ad portum refugientem illidi scopulis, & cogis naufragium subire maritimo longe molestius. Quo igitur pacto tuis facinoribus veniam à deo precabetis, remittíque commissa postulabis: qui nihil peccanti conuiciaris, pœnásque pro tanta inedia & rerũ angustia deposcis, adeo vt tua sæuitia immanium beluarum feritas obscuretur? Siquidem ventris illę vrgente esurie naturali consuetóque cibo vescuntur: tu vero nemine impellente fratrem & mordicus laniãs, & si nullis dentibus, dictis tamẽ laniatu quouis & morsu infestioribus deuoras. Quo igitur pacto sacram illam oblationẽ sumpturus es, qui linguam humano sanguine cruentaueris? quomodo & pacis osculum deferes ore hoc tuo contentioso & hostili? Cibum prætera corporeum hunc & sensibilem quo animo ceperis, qui tãtum accumulaueris virus? cur atteris quã nec subleuas pauperiem? cur deprimis, quem non iacentẽ erexeris? cur auges, quam haudquaquam sustuleris animi molestiam? Pecunias nullas impartiris, quid probris quempiam insectaris? nõdum tibi ad aures peruenit, quantum hi pœnarum luant, quibúsve sint tormẽtis adiudicati qui mẽdicum nõ aluerint? Abite, inquit, in ignẽ diabolo & eius angelis paratum. Si igitur qui nullis inopem alimoniis iuuerint, tã acriter condemnãtur: quas illos pœnas daturos pũtas, qui nec victũ impartiuntur, & contumelias ingerunt? quot, inquam, hi subituri tormenta sunt? quot incendia & gehennas? Ne itaque tãtum in nos malorum ardorem concitemus, quandiu id exequi ad arbitrium licet: corrigendus & hic nefarius morbus erit, & linguæ imponendi sunt freni, neque solũ per nos inopes non acerbandi, quin dictis factísve haud mediocriter consolandi, vt venia ob id nobis longe ante comparata, bona illa assequamur, quę nobis sunt diuinitus adiudicata: præstante domino Iesu Christo, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI Oratio Kalendis habita, cum non veniſſet in publicum eo die epiſcopus Antiochiæ Flauianus, contra eos qui nouilunia obſeruant, & in ciuitate choros ducunt, & in dictum Apoſtoli, Omnia in gloriam dei facite. Ioanne Checo Cantabrigienſi interprete. Authore damnato.

VEmadmodum chorus præsultorem, & nautarum multitudo gubernatorem inquirit, sic & sacerdotum iste cœtus Pontificem hodie suum, & communem patrem Flauianum desiderat. Sed in choro & naui, eorum qui præesse debent absentia multum sæpe tum ornamẽti, tum salutis detrahit: hac in re autem nõ ita fit. Quanuis enim carne nõ adsit, spiritu tamen adest, & nunc nobiscum est, domi cum sedeat, quemadmodũ nos cum illo sumus, quanquã hic stemus. Ita enim charitatis natura est, vt lõgo interuallo disiunctos congreget & deuinciat. Nã hominem in aliena regione commorãtem, & magnis à nobis fretis disiunctũ, si diligamus, quotidie eum locũ vbi ille permanet, animo cogitationéq; sequimur: quemadmodum cum erga aliquem nõ ita affecti sumus, eum ne prope quidem astãtem aspicere sustinemus. Sed vt cum charitas adest, nullũ impedimẽtum ex loci interuallo est: sic eadem cum abest, nullũ præsidium ex locorũ vicinitate paratur. Nuper autem cũ diuum Paulũ laudaremus, ita exultauistis, quasi ipsũ prẽsentem vidissetis. Atqui corpus eius cum in basilica Romæ iaceat, anima autem in manu dei sit, charitatis tamen vis illum ante oculos vestros collocauit. Cuperem autem in idem quoque argumentũ hodie descẽdere, sed ad alia quædam, quæ magis vrgent, oratio nostra prouehitur, in quib' à tota hodie ciuitate peccatur. Eos enim qui laudes Pauli audire cupiunt, pri' virtutis Paulinę æmulos esse oportet, deinde hoc se sermone dignos iudicare. Quoniã ergo non adest hodie Pontifex, age precibus illius freti, aliquid quod ad institutionem vestri pertinet, attingemus. Nam & Moyses, quanquam corpore nequaquam præsens cũ exercitu fuit, nihilominus tamen, imò multo magis quàm reliqui præliãtes, victoriã promouit, pãsis manibus sustentans causam suorũ, subleuans, & hostibus terrorem incutiens. Quemadmodum autem neque charitatis vis, ita neq; precationis efficacitas loci interuallo coercetur, sed quemadmodũ illa longe disiunctos copulat, sic & hæc eos qui procul absunt, admodum iuuare potest. Fidentes igitur in pugnã procedamus. Nam & nobis hodie bellum indictum est, non Amalecitis inuadentibus, vt tum fecerant, aut aliis barbaris incursantibus, sed dęmonibus pompã in foro ducentibus. Diabolicæ em̃ pernoctationes quæ hodie fiunt, & caueæ ludorum & conuicia, & saltationes nocturnæ, & explodẽdę comœdię, quouis hoste deterius ciuitatem nostram expugnant, & propterea par est vt animo contrahantur, lugeant, erubescant, tum qui delinquunt, tum qui nõ delinquunt, illi quidẽ propter admissa facinora, hi vero quia fratres viderunt fuisse immodestos. Læta cum primis ciuitas fuit, & splendide coronabatur, & forum quasi elegãs sumptuosáq; mulier, ambitiose hodie exornabatur, & auro, indumẽtis preciosis, calceis, & reliquis eius generis vestiebat, singulis in officina sua opificij sui venditione, eiusdem artificij socios antecellere studẽtibus. Hæc autem concertatio quanquã puerilis cuiusdam cogitationis est, & animi nihil neque magnum neque sublime cogitantis, non ita multum tamen secum incommodi apportat, sed cum inconsiderata sit quædam vẽditatio, irrisionem continet eorum qui in illis elaborant. Si enim exornare aliquid volueris, nõ officinam, sed mentem: non forum, sed intelligentiam tuam exornato, vt angeli mirentur, archãgeli hoc approbent, ipse angelorum dominus suis te donis com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

penſet.Hæc enim quę nunc eſt venditatio,tum riſum
tum æmulationē apportat ab iis qui excelſo ſunt ani-
mo,riſum,ab illis qui in eadem ęgritudine ſunt,æmu-
lationem,inuidiamq; multā.Sed quemadmodum an-
tè dixi, non ita adeo reprehendēdæ ſunt hæ cōcerta-
tiones:qui vero in tabernis ludi hodie fiũt,illi me ma-
xime excruciant, & impietatis atq; intēperātię pleni
ſunt:impietatis quidē, quòd qui hoc faciunt, dies ob-
ſeruant, & auguriis addicũtur, & putant ſi nouiluniũ
menſis huius cum voluptate & lætitia degāt, reliquũ
ſe annum ſic tranſacturos:intemperantiæ vero, quòd
cũ prima luce fœminæ & viri pocula implētes, mul-
ta cum intemperantia vinum merum hauriunt. Hæc
quanquam vos ipſi nō facitis, indigna tamen noſtra
religione ſunt, ſi vel alios hoc facere permittatis,ſiue
hi famuli veſtri ſiue amici,ſiue vicini fuerint.Non au-
Galat.4. dis Paulũ dicentē:dies obſeruatis & mēſes,& tēpora,
& annos, metuo vobis, ne fruſtra in vobis laboraue-
rim.Nēpe extremę hoc eſt amētię,propter vnũ diem
ſi auſpicatus fuerit,per vniuerſũ hoc expectare annũ:
neq; amētiæ ſolum,ſed diabolicæ cuiuſdam efficien-
tiæ indicium eſt, non proprio ſtudio & alacritati,ſed
quibuſdam dierum circuitionibus vitam noſtrā cō-
mēdare.Fortunatus tibi in vniuerſum annus erit,non
ſi in nouilunio ebrius fueris,ſed ſi in nouilunio & ſin-
gulo quoq; die quę deo probata ſunt feceris.Dies em̃
bonus & malus eſt, nō ſua quadam & propria natura
(nihil enim dies à die differt) ſed noſtra vel diligētia,
vel ignauia. Si iuſtitiā feceris, bonus tibi dies erit: ſin
peccatũ deſignaueris,malus &ſupplicij plenus.Si iſta
meditatꝰ,ſi ita animo affectꝰ fueris,&preces,eleemo-
ſynáſq; quotidie adhibueris, fortunatũ habebis totũ
annum:ſin virtutem neglexeris initiis mēſium,ac ſta-
tis diebus animi tui oblectationem cōcredideris,om-
nium inanis eris bonorum.Quod cũ diabolus perſpi-
ciat,& ſtudeat noſtros in virtute labores frāgere,& a-
nimi alacritatē extinguere,tum bonas, tũ malas feli-
citates diebꝰ aſcribere nos doce.Nā qui ſibi ipſi per-
ſuadet diem vel bonum vel malũ eſſe, neque in malo
die,bonorũ factorũ curā habebit, quaſi propter diei
neceſſitatem fruſtra laborando nihil proficiet:neque
contrà in bono die quicquā faciet,quaſi propter bo-
nũ diei ſucceſſum, propria ſocordia nequaquā læda-
tur. Sic vtrinque ſuam ipſius prodet ſalutem,interdũ
quaſi inaniter,interdũ quaſi ſuperuacanee laborās,in
ocio & nequitia vitā deget. Quod cum ſciamus om-
nes,diaboli aſtutias fugere oportet,& hũc animi ſen-
ſum deponere,vt neque dies obſeruemus, neq; hunc
diem refugiamus, illum perſequamur. Nō enim ſolũ
vt nos in ſocordiam iniiciat, ſed etiā vt opera dei ſu-
gillet,hæc malus ille molitur dęmon, & in impietatē
ſocordiámq; ſimul animas noſtras pertrahere cogi-
tat. Sed reſilire nos oportet, & certò ſtatuere, nihil
malum eſſe niſi peccatũ ſolũ,& nihil bonũ niſi virtu-
tē ſolā, & perpetuũ cultum dei. Oblectationē animi
nō ebrietas,ſed precatio ſpiritualis:non vinũ,ſed ver-
bum erudiens adfert.Vinũ enim tempeſtatē,verbum
tranquillitatem creat: illud tumultũ introducit, hoc
turbulentiā expellit:illud obſcurat mentē,hoc obſcu-
ram illuminat: illud animi demiſſiones quæ ante non
fuerāt inuehit,hoc eas quę adſunt,rurſus expellit.Ni-
hil enim ita trāquillitatem ac ſedationem animorum
ingenerat,atq; hæc religionis noſtrę inſtituta:res prę-
ſentes deſpicere,futuris inhiare:nihil humanũ ſtabile
iudicare,nō diuitias, nō potentiam,nō honores, non

A cliētelas.Hæc ſi recta ratione reputes,cum diuitē vi-
deris, nō te inuidia mordebit:ſi in paupertatem inci-
deris,non deſpondebis animũ, atque adeo perpetuo
feriari potes.Chriſtianum enim nō menſibus,nō no-
uiluniis,nō dominicis diebus feriari oportet: ſed per
omnem vitam feſtum diem ſibi accōmodatum age-
re.At quis illi feſtus dies maxime cōueniēs eſt? Audia
mus Paulum dicentem: Itaq; feriemur nō in fermen- *1.Cor.5.*
to veteri,neque in fermēto malitiæ & nequitię:ſed in
fermento integritatis & veritatis. Si ergo purā habes
cōſcientiam,feſtum diē ages perpetuo, bona ſemper
nutritus ſpe, & futurorũ bonorum perfuſus expecta-
tione.Sin animo perturbatus,& ſceleribus multis ob-
noxius fueris, quāquam ſexcētę feriæ & celebritates
ſint,nihilo tamē melius quàm hi qui lugent conſtitu-
tus es.Quæ enim ſplendidę diei vtilitas eſſe poteſt, ſi
ego mihi animæ obſcuratę cōſcius ſim? Sin fructum
B aliquē percipere è nouilunio vis,hoc facito: Vbi an-
num expletum videris,gratias age domino, qui te ad
hanc annorum circuitionem perduxit. Extimula cor
tuum,vitæ tuæ tempus tecum reputa, tecum ad hunc
modũ verba facito:Dies auolant & prętereunt, anni
finiuntur:magnam viæ noſtræ partē cōfecimus:quid
boni à nobis factum eſt?iudiciũ dei pro foribus eſt,&
reliquum vitæ tempus ad ſenectutem vergit. Hæc in
nouiluniis meditare. Hęc de annorũ conuerſionibus
reuolue.Futurę diei perpetuo recordemur,ne aduer-
ſum nos loquatur quis illud,quod aduerſus Iudæos à
Propheta dictum eſt:Abierunt dies eorum cum vani-
rate, & anni illorũ cũ celeritate. Has ergo ferias per-
petuas, & in ambitus annorum nequaquam incluſas,
neque dierum permenſione deſcriptas, tum diues,tũ
pauper ex æquo poteſt agere. Nō enim hic pecuniis,
C neque rerum affluentia opus eſt,ſed virtute ſola.Non
habes pecunias?at dei timorem habes, omnibꝰ pecu-
niis vberiorem theſaurum,qui neque cōſumitur,neq;
interuertitur, neq; exhauritur vnquā. Intuere in cœ-
lum,terram,mare,aerem,in genera animātium,ac va-
rietatem ſtirpium,in naturam hominũ vniuerſam:cō-
ſidera Angelos, Archangelos, ſuperiores poteſtates:
reputa hæc in domini tui ditione eſſe. Haud fieri po-
teſt,vt domini tā locupletis, præſertim ſi propitiũ ha-
beat dominũ pauꝑ quiſquā,ſeruus ſit.Dies obſeruare
non Chriſtianę religionis,ſed grecæ cuiuſdam inani-
tatis eſt.In cœleſtē ciuitatē aſcriptus es, in rempubli-
cam eam receptus es,angelis teipſum admiſcuiſti:vbi
non eſt lumen quod in tenebris deſinit,neq; dies quę
in noctem terminatur,ſed perpetua dies, & perpetua
lux.In illa ergo intueamur omnino. Cœleſtia, inquit *Coloſſ.3.*
D ille,quærite,vbi Chriſtus ad dexterā dei ſedet. Nihil
habes commune cum terra,vbi ſolis curſus & cōuer-
ſiones,& dierum viciſſitudines ſunt,ſed ſi recte viuas,
nox tibi dies fiet:cōtrà ac illis qui in laſciuia & ebrie-
tate & intemperātia viuunt,quibus dies ad noctis cō-
uertitur tenebras,nō quidem defectione ſolis, ſed il-
lorum,propter ebrietatem,obſcuratione mētis. Dies
ergo tales in admiratione habere, & magnam ex illis
voluptatem capere,& lucernas in foro accendere, &
coronis admodum redimire,puerilis cuiuſdam amē-
tiæ eſt.Ab hac iam imbecillitate liberatus es,& in vi-
rum euaſiſti, & in cœleſtem aſcriptus es rempublicā.
non ergo in foro accendas lumē ſenſibile, ſed in ani- *Matth.5*
mo accende lumē ſpirituale. Luceat enim lux veſtra
coram hominibus, vt videant bona opera veſtra, &
gloria afficiant patrē veſtrum cœleſtē. Hæc lux hanc
adfert

adfert compenſationem:non vt domus tuæ fores ſer-
tis coronentur,ſed vbi talē tuum domōſtraueris cum
cæteris conuictum, vt iuſtitiæ coronā capiti impoſi-
tā,à Chriſti manu accipias.Nihil temere,nihil impru-
dēter à vobis fiat.ita enim Paulus præcepit,omnia in
gloriam dei vt faceremus:Siue em̃,inquit,editis, ſiue
bibitis,ſeu quid facitis,ad gloriā dei faciatis.At quo-
modo,inquies, edere & bibere ad gloriam dei poſſu-
mus?Accerſe pauperem,participem menſę tuę facias
Chriſtum,& ad gloriā dei ediſti,ac bibiſti. At nō hoc
ſolum præcepit ad gloriā dei fieri,ſed & reliqua om-
nia,vt in forũ ire,domi ſe continere. Hæc enim vtra-
que propter deũ fiant. At quomodo vtraque iſta fiēt
propter deũ?Quādo ad eccleſiā accedis, quādo pre-
cationis,quādo doctrinæ ſpiritualis particeps es,hęc
progreſſio ad gloriam dei eſt. Sed domi etiam licet
propter deum manere. Quomodo? aut qua ratione?
Vbi audieris tumultus immodeſtos,pompas diabo-
licas, malis atq; intemperantibus hominibus forum
plenum eſſe,domi maneto,& à turba tali diſcedito,&
ad gloriam dei ibi manſiſti. Quemadmodum autem
tum domi permāſio,tum egreſſio foras, ſic tum laus,
tum vituperatio quoq; ad dei gloriā eſſe poteſt. Quo
modo autem ad gloriam dei licet aliquē laudare ac
vituperare?Sedetis ſæpe in officinis,videtis præterire
homines malos atq; improbos, ſupercilia cōtrahen-
tes,inflatos,qui multos poſt ſe paraſitos & adulatores
ducunt,qui precioſas habēt veſtes, & multis inanita-
tibus amiciuntur,alienarum rerum direptores,atque
auari.Hic ſi quenquam audieris dicentem: An non
præſtabilis hic vir?an nō beatus?Increpa,redargue,os
obſtrue,commiſerator, lachrymare: hũc tu ad gloriā
dei vituperabis.Vituperatio enim talis, ad religionē
reliquorum præſentium & virtutem inſtructio eſt, vt
in res ad victum ſpectantes minus inhient. Quære ab
illo qui illa dixit:Cur tā beatus hic eſt? Num quia ad-
mirabilē habet equum auro exornatum?aut quia ma-
gnum famulatum? aut præclaram habet veſtem? &
ebrietate deliciiſq; quotidie ſoluitur? Sed propterea
miſer atque infelix eſt,& multis lacrymis proſequen-
dus.Video certe vos nullam illius partē laudare poſ-
ſe,ſed externas res omnes,equum,fręnum,veſtes,quę
omnia nulla illius pars exiſtunt.Dicas ergo,quid om-
nino miſerius eſſe poteſt,quàm vt equus, & equi frę-
num,& veſtium ſplendor ac famulorum bona corpo-
ris cōſtitutio laudetur, ipſe illaudatus prorſus pręter-
eatur? Quid eo homine pauperius, quàm cum nullũ
habeat bonum propriũ aut domeſticum,neque quic-
quam quod inde educere in aſpectũ poteſt,alienis vt
rebus totus exornetur?Proprium enim & domeſticũ
ornamentum diuitiæq; noſtræ ſunt, non famuli, non
veſtes,non equi,ſed animi virtus, ſed bonorum ope-
rum abundantia,ſed libera & ſecura cum Deo collo-
cutio. Rurſus, cum videris pauperē abiectum, ſpre-
tum,cum penuria vitam tranſigentem, & à ſodalibus
qui tecum ſunt,commiſeratum,laudato illum:& hæc
prætereuntis laus, inſtitutio eſt & adhortatio ad bo-
nam & honeſtam vitam tranſigendam.Si dixerint,æ-
rumnoſus & miſer eſt: tu contrà illum omniũ beatiſ-
ſimum prædica,qui deum habet amicum, qui virtuti
incumbit,qui diuitias nequaquam fluxas poſſidet,qui
conſcientiam habet puram.Quid em̃ illi incommodi
eſt, ſi pecuniis terrenis egeat, cum cœli & cœleſtium
hæreditatem aditurus ſit?Si tu cum illis ſic diſputaue-
ris,atque alios inſtitueris,magnam recipies tum vitu-

A perationis tũ laudationis tuæ mercedē, cũ vtraq; ad
gloriam dei facias. Quòd autem nequaquam teme-
re animum tuum his verbis pellexerim,ſed quòd per-
magna quædam his qui ita animo conſtituti ſunt, à
deo compenſatio futura ſit, & in ſumma hoc virtute
habent,ita de illis qui ſic vitam degunt ſtatuere: audi
quid propheta dicat, & in quo recte factorũ numero
ponat,tum malos homines pro nihilo habere,tum ti-
mentes deum gloria afficere. Poſtquā enim reliquas
virtutes commemoraſſet illius qui à deo honorādus
eſſet,& qualē eſſe illum oporteret, qui in ſancto illius
tabernaculo habitaturus eſſet, hoc eſt,inculpatum,&
colentem iuſtitiam, & à nequitia vacuum, etiam hoc
ſubiecit:Qui nō doloſus fuit lingua ſua,nec fecit pro- *Pſal.14.*
ximo ſuo malum:& paulo poſt,Pro nihilo habitus eſt
apud illum maleficus,timentes autem dominum glo-
ria afficit. His verbis demonſtrat vnum certum eius
B officium eſſe,malos contemnere,laudare &beare bo-
nos:Et alibi idem ſignificauit cum diceret. Mihi autē
admodũ honorati ſunt amici tui ô deus, multiplicati
ſunt magiſtratus eorum.Quem Deus laudat,tu ne vi-
tuperes. Laudat autem eum, qui cum iuſtitia viuit,
quanuis pauper ſit. Quem deus auerſatur, tu ne lau-
daueris: auerſatur autem omnē qui cum nequitia vi-
uit,quamuis multis opibus circũfluat.Sed ſiue lauda-
ueris,ſiue vituperaueris, vtraque ad Dei voluntatem
facias. Licet etiam ad gloriam Dei obiurgare: Licet
etiam ad gloriam Dei corrigere, quemadmodũ erga
ſeruos noſtros ſæpe animo cōmouemur. Quomodo
autem licet propter deum obiurgare?Si ebriũ aut fu-
rentem videris vel ſeruum, vel amicum, vel alium
quempiam vicinum tuum, aut in theatrum currentē,
C aut animam ſuam ipſius prodentem,aut iurātem, aut
peierantem,aut mentientem:ſtomachare,punito, re-
uoca,corrige,& hæc omnia propter deũ feciſti.Si er-
ga te peccantem videris,aut aliquam officij partē er-
ga te ſui prætermittentem,remitte hoc ei,& remiſiſti
propter Chriſtum. Nunc vero multi contrà faciunt
cum erga amicos,tum erga ſeruos. quādo enim erga
ſe alij peccāt,acerbi,inexorabilēſq; ſunt iudices:quā-
do autem in deum contumelioſi ſunt,& ſuas ipſorum
perdunt animas, nullam eius rei rationem habent.
Amici tibi acquirendi ſunt?propter deum acquiri-
to.Inimici tibi capiēdi ſunt?propter deum capito. At
quomodo amici & inimici propter deum acquirēdi
ſunt?Si non amicitias illas colligamus,vnde pecunias
corripere,conuiuia agitare,imperia conſequi poteri-
mus:ſed illos proſequamur & acquiramꝰ amicos, qui
D mentem noſtram moderari, præcipere honeſta, pec-
cantes increpare,delinquentes arguere,ſupplantatos
erigere,conſilio ac precibus opem fere,& ad deũ ad-
ducere poſſunt.Rurſus inimicos licet facere propter
deum. Si videris aliquem intemperantem, nefarium,
nequitię plenum,opinionibus impuris refertum,ſup-
plantantem te ac nocere cupientē, recede, & reſilias
ab illo. Sic em̃ Chriſtus iubet:Si dexter oculus offen- *Matt.5.*
derit te,extrahe eũ,& abiice abs te.Hoc nempe præ-
cepit,vt amicos quos ęque ac oculos charos habes,&
ad omnem vitæ vſum neceſſarios, ſi ad animæ ſalutē
impedimentum afferant, amputes & abiicias. Si in
cœtum hominum prodieris,& verba multa cum aliis
feceris,propter deum hoc facito: ſi tacueris, propter
deum taceto. At quomodo in cœtu verſari propter
Deum licet?Si cum aliis ſedens, nō de rebus externis
diſſeras,neque de his quæ nobis plane perparum aut

 nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil conducunt,sed de religione nostra,de gehenna, A
de regno cœlorum,non autem de rebus inanibus aut
superuacaneis,cuius generis hæc sunt:Quis magistra-
tum gerit? Quis magistratu abiit? Qua de causa hic
mulctatus sit?Vnde ille tãtum lucratus sit,& locuple-
tissimus euaserit? Quid ille huic reliquerit moriens?
Quomodo ille ab hæreditate abfuerit,cum in primis
hæredibus se adscribendum putauerit? ac multa alia
his similia. De his rebus autem neque nos cõunice-
mus,neq; alios communicare permittamus. Sed cõ-
sideremus potius quibus dictis aut factis deo placebi-
mus. Rursus poteris propter deum silere,exagitatus,
violatus,infinita mala passus,si feras generose,&nulla
maledicta referas illi qui hæc designauit. Non autem
laudare solum & vituperare, nec domi manere, aut
foras ire,non loqui,aut silere, sed etiam flere, dolere,
& lætari quoque ad gloriam dei licet. Quando enim
vel fratrem videris peccantem,vel teipsum in pecca- B
tum aliquod delapsum,deinde ingemiscas, ac animo
mœreas,haud pœnitendam salutem ex hoc lucrifeci-
2.Cor.7. sti:quemadmodum Paulus ait. Qui secundum deum
dolor est,salutem haud pœnitendam efficit. Si florem
tem alterum videas,nolito illi continuo inuidere,sed
deo, qui tam præclarum effecit fratrem tuũ, perinde
ac de propriis bonis gratias agito,& huius lętitię per
magnum habes fructum. Quid enim inuidis hominibus est miserabilius,quibus cũ liceat gaudere, & fructum lætitiæ suæ capere,ipsi tamẽ mallent propter alienas felicitates dolere, & cum dolore ipso pœnã à deo & supplicium intolerabile arcessere? Cæterum quid laudes,&vituperationes,dolores,& lętitias commemoro?vbi etiam à leuissimis rebus &vilissimis maximas vtilitates percipiemus,si propter Deum ipsum eas faciamus?Quid enim est tonsione crinium vilius? C
Hoc tamen licet propter deum facere. Quando enim comam non composueris,neque vultum tuum ornaueris, neq; te ad illecebras ac lenocinia eorum qui te intuentur compseris,sed inculte,atq; horride,& quãtum vsus fert,teipsum apparaueris,tantũ propter deũ feceris, & eius mercedẽ reportabis, tum quia cupiditatem represseris malam, tum quia ambitionẽ importunam coërcueris. Si enim qui poculum frigidæ solũ dat propter deum, regni cœlorũ hęreditatem adibit: qui omnia fecerit propter deum,considera quantam habebit compensationem. Quin & propter deum ingredi,& propter deũ intueri possumus. At quomodo intueri & ingredi propter deum licet?quando non ad improbitatem curris:quando nõ in alienam pulchritudinem nimis inquiris:quando mulierem occurrentem videns, refrænas oculos, & timore dei propter D
deum,munis aspectum: quando nõ preciosis vestibus & delicatis,sed his quæ tegere nos satis possũt,induimur. Sed & ad imos vsq; calceos demittere hũc morem licet. Eousq; enim mollitiei luxusq; delapsi sunt homines,vt & calceos exornent,& omni ex parte,æque ac faciẽ suã alij componunt,variare soleãt,quod animæ impuræ ac deprauatæ signum est. Quanquam enim perexiguum hoc esse videatur,tamen tum in viris,tum in fœminis magnum perditæ mẽtis argumẽtũ & significatio est. Licebit ergo & calceis ipsis propter deum vti,cum omnino vsum quærimus, & hunc vtẽdorum calceorum finem habuerimus. Ingressu enim & amictu nos deũ gloria afficere posse,cognosce ex eo,quod sapiens quidã olim dixit:Vestitus viri, & risus oris,& incessus pedum,indicãt hominem. Quãdo enim honeste vestiti, grauitatis pleni, & multã in omni re gerenda modestiam adhibentes,in aspectum hominũ prodimus:qui infidelis,qui intemperãs, qui turbulentus est vir,is quanquam futilis, atque incõsideratus fuerit,tamẽ primo quoque occursu in aliquẽ eius generis hominem intuens, omni illũ honore ac admiratione prosequetur. Si vxorẽ duxerimus,propter deum hoc faciamus:nõ vt facultates maiores acquiramus, sed vt temperanter viuamus: animę nobilitatem, non pecuniarum abundantiam inquiramus: non maiorum splendorem,sed morum virtutem persequamur & modestiam,vitæ sociam,non lenocinio-rum comitem capiamus. Cęterum quid opus est omnia commemorare?Licet vobis ex his quę dicta sunt: singula quæ fiunt aut geruntur,percurrere, & omnia propter deum facere. Et quemadmodũ mercatores nauigãtes maria,& ad ciuitates appellẽtes, non prius abeunt à portu, & in foros conscendunt, priusquam intelligunt aliquod lucrũ esse in mercimoniis:sic nec tu quicquam facias,nec dicas, nisi lucrũ aliquod habeas secũdum deum. Ne dicas autem, neminem posse omnia propter deum facere. quando enim calciamenta,cæsaries,vestitus,incessus,aspectus,verba,cõsessus,ingressus,exitus,facetiæ,laudationes,vituperationes,commẽdationes,amicitiæ,inimicitiæ,possunt propter deum fieri: quid restat, si voluerimus, quod non poterimus propter deum facere? Quid carceris custodibus deterius esse potest?Nónne hæc vita omnium nequissima esse videtur?Licet tamẽ ei qui velit, inde lucrum reportare,quando vinctis parcit, quãdo iniuste in carcerem cõiectis commodat, & in alienis calamitatibus commodatur:quando communis proponitur omnibus adflictis portus. Ita custos carceris C
Pauli seruabatur.Ex quo satis liquet,quòd ex omnib⁹ rebus, si voluerimus, lucrum facere poterimus. Quid parricidio indignius esse potest? Attamẽ iustitiam afferre potest etiã hoc facinus,si quis admittat: tãti est propter deum quicquam facere. At quomodo potest parricidium iustitiam afferre? Madianitæ olim volebãt infensum deum Iudęis facere, hac via arbitrati se illos superare posse,si beneuolẽtiam dei erga illos minuerent.puellas exornãtes, & in exercitus conspectu collocantes, lenocinabantur eos, & ad stuprum primò, deinde etiam ad impietatem adducebant. Hoc cum vidisset Phinees,duos in ipso facinore deprehẽdens, districto gladio vtrosque transfodit, & hac rei susceptione,dei iram à destinata sentẽtia deduxit.Ac facinus quidem ipsum parricidium fuit: fructus autẽ illius,omnium perdendorum salus fuit: vnde & iustiam attulit, qui hoc fecit. Et non modo non manus hæc cædes inquinauit, sed multo etiã puriores fecit. Atque id iure quidem. Nõ enim ad eorũ quos interfecit,inuidiam,sed ad eorũ qui superfuerant,salutem, hoc suscepit.Duos interfecit, & infinitam hominum multitudinem seruauit.Perinde autem fecit ac medici solent, qni partes corporis putrescentes amputando, integrum corpus conseruant. Sic & ille fecerat, Propterea psalmus ait: Stetit Phinees, & placauit,& cessauit plaga,& habitũ est illi hoc ad iustitiã,à generatione ad generationẽ,vsque ad perpetuitatem.Immortalis huius recte facti memoria permanet. Rursus alius orauit & lacessiuit deũ:adeo est aliquid, non propter deũ facere: Pharisæũ dico. Sed quemadmodum Phinees etiã cum cędẽ fecisset, gratiosus apud deum fuit: sic & iste non propter precationis naturã offendit,

offendit,sed propter animi affectionẽ, qua cum pre- A
cabatur,prolapsus est.Ita etiã si spirituale aliquid fuerit,si tamen propter deum nõ fiat,cum primis illũ lædit,qui facit.Quemadmodum si aliquid externũ fiat, modo propter deum fiat, admodũ adiuuat eum, qui cum religiosa id facit mẽte. Quid enim cędę grauius aut horribilius esse potest?Iustum tamẽ effecit eũ,qui hoc susceperat. Qualẽ ergo excusationẽ habebimus nos,qui dicimus ex omnibus reb⁹ lucrifacere,& omnia propter deum nos facere non posse,cum inueniamus etiam qui è cædę lucrum fecerunt? Si animum aduertere voluerimus,siue emẽdum,siue vendendum sit, per omnem vitam spiritualem hãc mercaturã faciemus: vt si tolerabili pretio nihil amplius requira-
Prou.11. mus: si difficultatẽ annonæ nequaquam obseruemus, & tũ egentibus diuẽdamus.Maledictus enim, inquit ille, qui rei frumentariæ caritatem auget. Sed quid B
oportet singula percensere?Vno exẽplo omnia colligenda fuerant. Quemadmodũ enim ædificatores cũ murũ exstructuri sunt, amussim ab angulo ad angulũ ducunt,atq; ita murum pertexũt, vt minime inæqualis eius ora existat:sic & nos pro amussi verbũ hoc ad-
1.Cor.10. hibeamus,quod apud Apostolum est:Siue editis,siue bibitis,seu quid aliud facitis, omnia ad gloriã dei facite. Siue ergo precemur,siue ieiunemus:siue accusemus,siue cõdonemus:siue laudem⁹,siue vituperemus: siue ingrediamur, siue exeamus: siue vendamus, siue emamus: siue taceamus, siue disputemus: siue aliud quid faciamus: omnia ad gloriam dei faciamus. Et si quid ad gloriam dei nõ pertineat,illud neq; facto,neque dicto à nobis vsurpetur. Sed pro baculo magno, pro armis,pro præsidio, pro thesauris inexplicabilibus,hoc dictũ animo inscribentes, nobiscum, quamcunq; viam ingressi fuerimus,circũferamus,vt omnia ad gloriam dei facientes,loquentes,suscipientes,tum hic, tum post huius vitæ peregrinationẽ, gloriam ab eo consequamur. Ait enim:Gloria afficiẽtes me,gloria afficiam.Non dictis ergo,sed factis ipsis illum assidue gloria afficiamus:quia illum decet gloria ad omnem æternitatem,Amen.

QVVM PRESBTTER ESSET DESIgnatus,de se ac de episcopo déque,populi multitudine, Sermo. Des. Erasmo interprete. Auth. damnato.

NVm vera sunt quæ nobis acciderunt,num re ipsa gesta sunt,nec falsi sumus,neq; quæ nũc fiunt sunt somnia? an vere dies est & vigilamus omnes?Et quis credat quòd in die, quum sobrij sunt ac vigilant homines,adulescens nullius rei & imperitus, ad tantum dignitatis fastigium subuectus sit? D
Nam nocte talia accidere nihil sit incredibile. Tum enim quidam & corpore claudi,& adeo tenues vt ne necessarius quidem suppetat victus,in somnis sibi videntur integris mẽbris,& formosi,& regali frui mensa:sed quæ videbantur,somnus erat, & insomniorum ludibria:siquidẽ hæc est natura somniorũ,vafra quædam ac versuta res est,ac prodigiorũ artifex, gaudet nouis & incredibilib⁹ simulacris illudere.At vero nec interdiu,nec reuera forsitã aliquis videat hoc accidere:verum omnia nunc cõtigerunt,facta sunt,perfecta sunt,quemadmodũ videtis,hęc,inquam,somniorum visis incredibiliora.Et ciuitas tantę magnitudinis, tã celebris ac hominibus differta, populus & multus & admirandus ad meam inhiat exiguitatem,tanquam à nobis magnum quiddam ac præclarũ auditurus. Atqui etiam si mihi amnium more proflueret oratio, si- A
que verborum fontes essent in ore meo, protinus extantæ multitudinis ad audiendum concursu,metu sisteretur profluuium,& in diuersum fluenta resilirent. Nunc vero quum tantũ absimus à fluminum ac fontium corpia, vt exiguæ pluuiolæ mediocritatem obtineamus: quî fieri possit, vt me non deficiat tam exiguus fluxus, metu arefactus, idémque eueniat quod in corporibus solet accidere? Quid accidit in corporibus?multa frequenter quæ manu tenemus, quæ digitis stringimus,prę metu nobis excidunt omnia,dissolutis neruis nostris,corporisq; vigore remisso.Itidẽ mihi profecto nunc metus est ne idẽ eueniat in animo nostro,videlicet ne quæ multo cum labore excogitauimus, quanquam & hæc sanè perquã exilia paruique momenti, præ pauore veniant in obliuionem, &euanescant abeántque,animum nostrum desertum relinquentia. Quapropter pariter omnes tũ vos qui B
cum imperio estis,tum vos qui paretis imperio,obsecro:vt quantam nobis anxietatem iniecistis vestro ad audiendum concursu, tantundem nobis audaciæ inspiret precum vestrarum diligentia,si rogetis illũ qui dat sermonem euangelizantibus virtute multa,vt nobis quoque det sermonem in apertione oris nostri. Nullus omnino vobis tot ac tantis labor erit vnius adolescentis animum timore dissolutum, denuo cõpingere:quin & par fuerit,vt quod nũc petimus,præstetis:quandoquidem tãtam procellã subiuimus propter vos vestrámque charitatem, qua nihil violentius aut imperiosius, vt quæ nos non admodum dicendi peritos, ad dicendum pertraxit, effecitque vt ad doctrinę stadiũ exueremur, licet antehac hoc palæstræ genus nunquam attigerimus, sed semper in auditorũ ordine, quieto silentio frui soleamus. Verùm quis sit C
adeo durus & immobilis,vt istũ vestrum conuentum silentio prætereat, & amicos nactus audiendi studio flagrantes, non alloquatur, etiamsi omnium hominũ esset infantissimus? Cupiebam equidem primum in ecclesia dicturus, procœmiorum primitias illi dicare qui linguam nobis hanc dedit, nimirum deo. Atque ita sanè fieri oportuit: neque enim areæ tantùm ac vinarij lacus,verùm etiam verborum primitias oportet verbo persoluere,multóque magis verborũ quàm actionum. Quinetiã vt ad vos hic fructus magis pertinet,ita ipsi deo qui honoratur acceptior est. Botrũ enim & aristam suo terra emittit gremio, alit pluuiarum irrigatio, colit agricolarũ manus: at sacrũ hymnum parit animi pietas,alit bona conscientia, deus in cœlestia recipit horrea: porrò quanto præstantior D
est animus terra, tanto hæc illa melior est oblatio. Quapropter & prophetarum quispiam vir magnus & admirandus,nomen illi Osee, eos qui deum offenderant, parabántque illum sibi propitiũ reddere, adhortatur dicens: Adferte vobiscum non armenta *Osee.14.*
boum, neque similæ mensuras tot aut tot, neque turturem,neque columbam, neque aliud quicquã istiusmodi rerum:sed quid?ferte vobiscum verba. Et quale sacrificium, dixerit aliquis, sunt verba? maximum quidem ô charissime, ac splendidissimũ, cæteris omnibus præstantius. Et quis ista dicit? is nimirum qui hæc omnia nouit maxime atque exactissime, videlicet magnanimus ille ac magnus Dauid. Is enim quũ aliquando deo gratiarum actiones immolaret pro victoria quam ex hoste tulerat, ita fermè loquitur: Laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo *Psal.68.*
eum in laude.Mox huius sacrificij præstantiam nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aperiens ſubiecit, & placebit deo ſupra vitulũ nouellum cornua producentem & vngulas. Cupiebã igitur & ipſe hodie has mactare victimas, & altare ſpirituale hiſce cruentare hoſtiis. Sed quid faciã? Vir quidam ſapiens obturat mihi os, deterretq; dicẽs: nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Quemadmodũ enim in coronis non ſat eſt flores eſſe puros, niſi pura ſit & manus eas contexens: ſic & in ſacris hymnis oportet non verba tantum eſſe pia, verumetiam animũ hymnos concinentem. At is mihi impurus eſt, fiduciæ vacuus, vtpote multorum plenus ſcelerũ. Porrò ſic affectis, non hæc modo lex obturat os, verumetiam alia quædam illa vetuſtior, & ante illã lata, quam & ipſam adiecit is qui modo nobis de ſacrificiis loquutus eſt Dauid. Quum enim ait: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelſis, laudate dominum de terra: quum vtranque inuitat creaturam, & quæ ſurſum eſt, & quæ infernè, ſenſibilem atque intelligibilẽ, conſpicuam & inconſpicuã, quæ ſupra cœlos eſt, & quæ ſub cœlo, & ex vtraque chorũ conſtituit, atque ita iubet hymnis celebrare regem vniuerſorum, nequaquã inuitauit peccatorẽ, ſed & hic illi fores occluſit. Cæterum vt vobis quod dico fiat euidentius, ipſum pſalmum ab initio vobis prælegemus. Laudate dominũ de cœlis, laudate eum in excelſis, Laudate eũ omnes angeli eius, laudate eũ omnes virtutes eius. Vides angelos laudãtes, vides archãgelos, vides Cherubim & Seraphim, ſummas illas virtutes. Quũ enim ait, omnes virtutes eius, vniuerſum populũ cœleſtem complectitur. Nũcubi vides peccatorẽ? Et quomodo, dixerit aliquis, in cœlo videre poſſum? Ergo age in terram deſcendamus, ad alterã chori partem tranſeuntes, nec hic rurſus videbis peccatorem. Laudate dominum de terra dracones & oẽs abyſſi, beſtiæ & omnia pecora, reptilia & volucres pẽnatæ. Haud fruſtra neque temere dũ hæc loquor, interſilui. Quia & mentis cogitatio metu cõfuſa eſt, ad amaras vſque lachrymas, grauemq; ciulatũ perducta. Quid enim obſecro poſſit eſſe miſerabilius? ſcorpij, ſerpentes ac dracones inuitantur ad laudandũ eum à quo conditi ſunt: ſolus peccator ab hac ſacra chorea ſubmot⁹ eſt, idq; iure optimo. Mala beſtia eſt peccatum, non quidem in conſerua corpora malum proferens, ſed in ipſam domini gloriam effundens malitiã: propter vos, inquit, nomen meũ conuiciis afficitur inter gẽtes. Eoq; peccatorem tanquã è ſacra patria abegit propheta, & vltra fines ac pomœria ſubmouit: atq; vti muſicus optimus è cithara bene modulata chordã diſſonam reſecat, ne reliquarũ vocũ harmonia vitietur: Sic & peritus artis medicus, membrũ putrefactum amputat, ne hæc lues ad cætera mẽbra ſana tranſiliat. Eundẽ ad modũ propheta fecit, dum veluti chordam diſſonam ac veluti membrum ægrũ ab vniuerſo creaturæ corpore reſecat. Quid igitur nobis faciendũ eſt? Poſteaquã reiecti ſumus, poſteaquã reſecti ſumus, omnino ſileamus oportet: dic igitur, obſecro: num tacebimus? neque quiſquã nobis permittet hymnis celebrare dominũ noſtrũ? ergóne fruſtra veſtros animos imploraſſe? fruſtra ad veſtras confugimus preces? Abſit vt fruſtra reperi eũ, reperi & alterũ glorificandi modũ, veſtris in hac hæſitatione precib⁹, ceu ſtellis in caligine apparentibus. fas eũ eſt & conſeruos noſtros laudare, quibus laudatis haud dubiũ eſt quin ea gloria penetret in cœlũ, quemadmodũ ipſe dominus dicit: Luceat lux veſtra corã hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt. En alter glorificandi modus, quo & peccatori fas eſt vti, vt legem tamen nõ violet. Quẽ igitur, quẽ, inquam, conſeruorum laudabimus? quem aliũ, quàm illum communẽ huius patriæ doctorem, non ſolum per patriam, ſed & per vniuerſum orbẽ? Quemadmodum enim vos ille docuit vt vſque ad mortẽ religioni inſtaretis: ita & vos alios homines docuiſtis, à vita citius, quàm à pietate recedendũ eſſe. Vultis igitur illi poſthac laudũ coronas plectamus? volebam equidẽ & ipſe, ſed video recte factorũ pelagus immenſę profunditatis, vereorque ne ſermo noſter ad fundũ delatus, præ imbecillitate non poſſit in altũ recurrere. oportet eñ vetuſta narrare facinora, peregrinationes, vigilias, curas, iudicia, pugnas, trophæa trophæis, victorias victoriis cumulatas, res geſtas, non noſtrã modo, ſed & omnem humanam linguã ſuperantes, quæque vocẽ requirunt apoſtolico ſpiritu concitatã, qui poteſt omnia tum eloqui, tum docere: ſed hãc partẽ prætercurrentes, ad alterã quæ minus habet periculi accedemus, quam vel exigua ſcapha licet enauigare. Age igitur de tẽperantia dicere tentabimus, quomodo ventri imperarit, quomodo delicias contẽpſerit, quomodo menſam ſumptuoſam deriſerit, idq; quum in domo ſumptuoſa eſſet educatus: nam mirum non eſt, eũ qui in paupertate vixit, ad hanc ſqualidã aſperámq; venire vitã, quandoquidẽ is habet ipſam paupertatẽ peregrinationis ac viæ comitẽ, quæ illi ſarcinam indies reddit leuiorẽ. At qui factus eſt diuitiarũ dominus, haud facile ſeſe ab illarũ explicet cõplexu, tantũ cupiditatũ examẽ animã illam circumuallauit: tam grauis & caliginoſa affectuũ nubes mentis illius oculos obducit, vt nõ ſinat ad cœlũ intuitũ erigere, ſed cogat deorſum inclinare caput, & ad terrã inhiare. Nec eſt alia res, quæ perinde obſtet quò min⁹ proficiſcamur in cœlũ, ac diuitiæ, & hinc venientia mala. Nec meus eſt hic ſermo, ſed ab ipſo Chriſto deuenit ſententia: Facilius eſt, inquit, camelũ per foramẽ acus ingredi, quàm diuitem in regnum cœlorũ. Sed ecce, quod erat difficile, vel impoſſibile potius, factũ eſt poſſibile. Et de quo Petrus olim dubitabat apud præceptorẽ, voluitq; ex eo diſcere, iã ipſa experientia nouimus omnes, imò etiã amplius. non enim iã dies ipſe tantummodo aſcendit in cœlum, verumetiam populum introducit, quũ præter diuitias, & alia his nõ minora habeat impedimẽta, quòd iuuenis eſt, quòd ante tẽpus orphan⁹, quę res quẽuis hominis animũ poſſint in fraudẽ illicere. Eiuſmodi habent incantamẽta, eiuſmodi præbẽt venena. verũ hęc iſte deuicit, & cœlum apprehendit, ſeſeq; contulit ad cœleſtẽ philoſophiã, ac neque ſplendorẽ præſentis cõſiderauit vitæ, neque ad progenitorũ claritatẽ reſpexit: imò potius ad maiorum claritatem reſpexit, non quidem iſtorũ quos ipſi natura neceſſario deuinxerat, ſed qui iuxta pietatis propoſitũ coniuncti ſunt, eóq; talis factus eſt quales illi fuerunt. Reſpexit ad patriarcham Abrahã. reſpexit ad magnum illum Moſem, qui quum eſſet in regio educatus palatio, menſa Sybaritica frui conſuetus, & inter Aegyptios relictus ſtrepitus ac tumultus (noſtis autem cuiuſmodi ſint barbarorum illorum mores, quàm faſtus & arrogantiæ pleni ſint) contemptis illis omnibus, ad lutum & laborem opificũ vltrò ſe contulit, & in ſeruorũ numero eſſe concupiuit, qui rex erat & regis filius. Atqui hanc ob cauſam poſt reuerſus eſt maiore cum dignitate, quàm antea gerebat atque

Eccl. 15.
Pſal. 148.
Matth. 5.
Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18.

atq; abiecit. Siquidẽ poſt exiliũ, poſt impoſturam apud ſocerũ, poſt ærũnas peregre toleratas, rediit, regis ipſius princeps, imò verius regi iã fact⁹ deus. Feci, inquit, te deũ Pharaoni. ipſoq; rege ſplendidior erat, nõ geſtans diadema, neq; purpura amictus, neq; curru vect⁹ aureo, ſed vniuerſo illo faſtu cõculcato. Erat omnis filiæ regis gloria ab intus. Reuerſus eſt ſceptrũ geſtans, quò imperaret, non hominibus tantum, ſed & cœlo, terræ matríque, aëris & aquarum naturæ, ſtagnis, fontibus ac fluminibus: in quæcunque enim voluit Moſes, in ea vertebantur elementa, & in manibus illius denuo transformabatur creatura: quæ nõ aliter quàm ancilla quæpiã officioſa, conſpicata heri ſui amicũ aduenisſe, per omnia parebat, dictóque audientem ſe præbebat perinde atque ipſi domino. Ad quẽ hic, quem nunc laudandum ſuſcipimus, reſpiciens, illi ſimilis effectus eſt: quũ eſſet iuuenis (ſi tamẽ vnquam fuit iuuenis, non enim ſanè credo, vſque adeo illi ab ipſis cunabulis mens erat cana) ſed quũ iuxta ſupputationem ætatis eſſet iuuenis, omnem arripuit philoſophiam: & poſteaquam cognouerat naturã hominis eſſe veluti fundum quendam & agrum ſylueſtrẽ, animi cupiditates ratione pietatis ceu falce quapiã facile reſecuit, agricolæ purgata reddens arua ad faciendum ſementem: ea recepta totũ ſemen ad profunda demiſit, vt deorſum radicatum, nec ad radiorum impetum cederet, nec à ſpinis male ſuffocaretur. Animũ quidem ad hunc curauit modum: carnis vero laſciuiam temperantiæ remediis compreſſit, tanquã equo cuipiam, in os habens rebelle, ieiunij frænũ iniiciens, & hactenus in diuerſum tendens, vt ipſa concupiſcẽtiarum ora cum parſimonia congruente cruentaret. Atque adeo corpori frænũ intendit hactenus, vt nec immodice ſtringendo equum ſibi ad miniſteriũ redderet inutilem, neque paſſus ſit ſupra modũ obeſum fieri, ne corpulẽtior factus, rurſus erigeret ſeſe aduerſus rationem habenas moderantem: ſed ſimul & ſanitatis illius & moderationis curam habuit. Talis autẽ erat, quum nondum eſſet iuuenis: verum poſteaquam teneram ætatẽ exceſſerat, hanc quoque corporis curam abiecit: cæterum nunc qui in ſenectute, velut in amœno portu ſedet, rurſus eandẽ curã obſeruat. Nã iuuentus ô dilecte pelago furẽti ſimilis eſt, immitibus vndis ac ventis malis referto: canities vero velut in tranquillo portu fouet eorum animos qui conſenuerunt, præſtans vt ibi per ætatem à periculis liberã delicientur. Hac ætatis tranquillitate quũ hic nunc tuto fruatur, nihilo minus tamen in certamine verſatur, atque hunc timorẽ accepit à Paulo, qui quum aſcendiſſet in cœlum, atque inde reuerſus terras rurſus attigiſſet, aiebat, Ne fortè quũ aliis prędicauerim, ipſe reprobus efficiar: eoq; hic ſeſe in perpetuo timore conſtituit, vt eſſet in perpetua fiducia, aſſiderétque clauo, non ille quidẽ ſtellarũ exortus obſeruans, neq; rupes ſub aquis latentes, neque ſcopulos, ſed dæmonũ inſultus, ac diaboli verſutias, cogitationúmque pugnas, omniq; parte luſtrans exercitũ, cunctos in tuto conſtituit. Neq; enim illud modo ſpectat, ne ſcapha demergatur, ſed ne quis eorũ quos ſecum habet in naui vectores, à tumultu cupiditatũ, tanquam à piratis abripiatur, nihil non curat agitátque. Per hunc pérque huius ſapientiã nos omnes ſecundo nauigamus vento, plena nauis vela pandentes. Sanè quum priorem illum patrem amiſiſſemus, qui & hunc nobis genuit, in deſperatione noſtra nauis erat, eáque gratia miſerabiliter lamentabamur, vt qui non ſperabamus fore, vt hic thronus alium virũ talem acciperet: verũ vbi hic aduenit, & in clara luce viſus eſt, effecit vt omnis illa deſperatio veluti nubes præterierit, & omnes moleſtiæ euanuerint. Neque ſenſim nobis luctum illum exemit, ſed adeo repente, quaſi idem ille beatus è tumulo rediuiuus in hunc thronum aſcendiſſet. Verum imprudentes amore ſtudióque præclare geſtorũ patris noſtri, ſermonem vltra modum produximus, non dico vltra modum eorum quæ hic cum laude geſſit, (nam de his ne loqui quidem cœpimus) ſed vltra noſtræ iuuentutis mediocritatem. Agedum igitur rurſus velut in portum orationẽ ſilentio ad quietem reuocemus: cæterum ea deſinere non vult, ſed ægre fert, indignatúrque cupiens toto prato expleri. Verum id impoſſibile eſt ô pueri. Deſinamus igitur ea perſequi, quæ non poſſumus aſſequi, ſufficiant nobis ad ſolatium ea quæ dicta ſunt. Quandoquidem in precioſis vnguentis non tantum ſi quis effundat lecythum, verum etiã ſi quis vel ſummis digitis ſuperficiem attingat, & aërem nouo colore tinxit, & quotquot adſunt, ſuauitate fragrantiæ repleuit. Quod & in preſentia contigit, non viribus eloquentiæ noſtrę, ſed propter vim ab hoc bene geſtorum. Abeamus igitur, abeamus, ad preces diuertentes, deprecemur deum, vt communis mater noſtra illabefacta & immora maneat, vt hunc patrem, hunc doctorem, hunc paſtorem & gubernatorem, ad longam producat vitam: ſi quis vobis etiam noſtri reſpectus eſt (neque enim iam noſipſos in ſacerdotum numero ponere audebimus, quando nec fas eſt abortiuos partus cum legitimis ac perfectis numerare) quòd ſi qua, inquam, eſt apud vos & noſtri ratio tanquam fœtus cuiuſdam aborſu eiecti, orate vt è ſupernis nobis multus accedat vigor: opus quidem erat nobis & prius tutela, quum ſoli vitã gereremus à negociis liberam. At poſtquam in medium producti ſumus (omitto quomodo, ſiue humano ſtudio, ſiue fauore diuino, nihil enim vobiſcum hac de re contendam, ne cui videar per diſſimulationem & ironiam loqui) attamen quando producti ſumus, ac iugum hoc validum grauéque ſuſcepimus, multis nobis opus eſt manibus, infinitis precibus, quò poſſimus depoſitum reddere domino qui depoſuit, in die illo, quum ij quibus talenta credita ſunt, citabuntur, & iudicio ſiſtentur rationem reddituri. Orate igitur ne nobis eueniat, quod euenit illis alligatis & in tenebras coniectis: ſed ſimus in eorum numero, qui poterunt qualemcunque aſſequi veniam, gratia & bonitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

1. Cor. 9.

CVM DE EXPVLSIONE IPSIVS SANCTI Ioannis ageretur, Homilia.

MVlti quidem fluctus, & vndæ immanes, ſed ſubmergi non vereor: quia ſupra petrã ſto. Inſaniat licet mare, petram non poteſt commouere: inſurgant quantũlibet fluctus, nauis Ieſu obrui non poteſt. Sed quid putant? Ne mortem verear, cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum? Ne exilium pertimeſcam, qui nouerim domini eſſe terram, & plenitudinem eius? Sed bonorũ proſcriptionem metuam, cui ſciã quòd nihil intulerim in hunc mundũ, ſed neque auferre quid poſſi? Quicquid terroris habet mundus, contẽno: quicquid delectabile habet, rideo. Diuitias non cupio, paupertatem non horreſco, mortem

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortem non timeo. Vita enim mihi ad vestrum profectum tantummodo ducitur, sed charitatem vestrã precor, vt æquo animo sitis. Nemo enim nos à vobis poterit diuellere. Quos eñ Christus coniũxit, homo nõ separabit. Quod si de muliere & viro dicitur, Propter hoc relinquet homo patrẽ suũ & matrem, & adhærebit vxori suę: & erũt duo in carne vna: & si huiusmodi nuptiarũ coniunctio ab homine non potest separari: multo magis ecclesia non potest à pastore diuelli. Sed impugnas me. Quid mihi nocebit impugnatio tua, nisi quia me quidẽ clariorẽ impugnationibus tuis reddes, tuas vero conteras vires? Durũ enim tibi erit aduersum stimulum calcitrare: quia non stimulũ retundes, sed pedes calcitrãs vulnerabis: neq; fluctus qui saxo illiduntur, amplius aliquid proficient, q̃ vt semetipsos fracti dissoluãt, & in spumas extenuati depereant. Christi ecclesia nihil fortius. si quis eã impugnare proponit, vires atterat necesse est: tale est enim velut si cœlo bellũ meditetur inferre. Homini si bellũ inferas, fortasse vinces, aut fortè vincẽris: ecclesiã vincere nulla vis poterit. Deus est ecclesia, qui est oĩbus fortior. Aut æmulamur dominũ. Nunquid fortiores illo sumus? Deus fundauit hoc, quod labefactare conaris. Aut experiri vis potentiã domini? Ipse est qui respicit super terrã, & facit eã tremere: & iterũ qui iubet, & tremor eius solidatur. Aut nõ vidisti, trementẽ ciuitatẽ tuã quoties stare fecit? Multo magis ecclesiã suam trementẽ poterit confirmare: fortior eñ ecclesia multo q̃ terra, imò & fortior cœlo. Cœlũ & terra transibunt, verba autẽ mea non transibunt. Quæ verba? Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã, & portæ inferi non prẽualebunt in eã. Quòd si nõ credis verbo & rebus ipsis, operibus crede. Quãti tyranni aggressi sunt impugnare ecclesiã dei, quanta tormenta, quantas cruces adhibuerũt, ignes, fornaces, feras bestias, gladios intẽdẽtes, & nihil agere potuerunt? Vbi nunc sunt illi qui hæc fecerũt, & vbi illi qui hæc fortiter pertulerũt? Nũc ij ęternis pœnis premuntur, & isti æternis gaudiis erigũtur: fulget eñ ecclesia super splendorẽ solis, & persecutores eius perpetuis tenebris conteguntur. Non legis scriptũ, quia vndecim soli erant, & vinci non potuerunt? Nunc vbi orbis terrarũ repletus est piorũ multitudine, quomodo poterunt vinci? Cœlũ & terra transibũt, verba autem mea non transibunt: & merito: charior enim ecclesia dei, quàm cœlũ. Nõ eñ ecclesia propter cœlũ, sed propter ecclesiam cœlum. Nihil eñ, quæso, perturbet vos eorũ quæ agere videtis. Ponamus ante oculos nostros Petrũ super aquas incedentem, & parũ quid hæsitantẽ, atque ob hoc paululũ periclitantem, non propter potentiam fluctuũ, sed propter infirmitatem fidei. Nunquid humana volũtate huc venimus, aut propter hominẽ huc producti sumus? & hæc non arroganter loquor, neq; iactãtia agitatus, sed animos vestros, qui fortè turbantur, cupio confirmare. Intuemini ergo quomodo cõmota est & contremuit terra, & tamen nõ corruit ciuitas. Quomodo impurissime diabole ecclesiã te putas posse deiicere, qui trementes parietes deiicere minime valuisti? Non est in parietibus ecclesia, sed in multitudine piorũ. Ecce q̃ fortes q̃ immobiles statis, nõ ferro, sed fide victi. Et quid de tãta multitudine loquor? Vnũ fidelẽ vincere non potes, ô diabole. nescis quæ tibi fecerint martyres? Quomodo frequẽter ingressa est puella ætate tenera, annis immatura, & inuẽta est ferro fortior, cũ latera eius scinderes, fidẽ tamen eius mouere non posses. Defecit frequẽter caro in tormẽtis, & robur fidei non defecit. Consumptũ est corpus, & mens non potuit inclinari. Interiit substantia, & perstitit patientia. Si ergo frequẽter ab vna puella victus es, quomodo speras tantæ huius & tã fidelis multitudinis fidem te posse euincere? Nõ audis domini vocẽ dicentis: Quia vbi duo aut tres sunt congregati in nomine meo, ibi sum & ego in medio eorũ? Quid, vbi tanta fidelium multitudo est, charitatis nexibus vincta? Nõ ego propria virtute cõfido, habeo scripturã domini mei, manum ipsius teneo, illa mihi cautio satis tuta est, illa me securum reddit & intrepidũ: etiãsi orbis terrę cõmoueatur, ego cautionẽ domini mei teneo. Lego manũ eius, ipsa mihi murus est inexpugnabilis. Vultis vobis recitem domini cautionẽ? Ecce, inquit, vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Christus mecũ est, quem timebo? Etiam si fluctus insurgat, etiam si totũ pelagus aduersum me conturbetur, etiamsi principũ furor, omnia mihi illa araneæ erunt, & araneis fragiliora. Et nisi propter fragilitatem vestram, hodie non dubitarẽ ire quò vellent. Semper enim dico: Domine, voluntas tua fiat: non quod ille vult, vel ille, sed quod tu vis. tua voluntas mihi turris fortissima, & petra stabilis, & baculus fidus. Si tu vis permanere mecũ hic, habeo gratiam: si non vis, similem refero gratiã. Nemo vos conturbet fratres, orate tantùm. hæc eñ diabolus mouet, nõ aliã ob causam, quàm vt religiosa studia vestra dissrũpat, & exercitia vestra, quæ in orationibus & vigiliis gerebatis, extinguat. Sed non obtinebit, nec eripiet à vobis studia religiosa: nisi quia solicitiores vos inueniet, & feruidiores efficiet. Crastina vobiscũ exeã ad orationes: & vbi ego sum, ibi & vos eritis: & vbi vos estis, ibi ero & ego. Vnũ corpus sumus, neq; caput à corpore, neque corpus à capite separabit: etiãsi loco diuidamur, sed charitate cõiũgimur, ego à vobis nec morte diuellar. Nã etsi corpus meũ moriatur, anima mea viuit, & memoriã vestri tenebit. Vos estis mihi patres, vos mihi mater, vos mihi vita, vos mihi gratia: si vos proficitis, mihi placebit. Vos estis corona mea, & diuitiæ meæ, vos estis thesaurus meus. Ego millies pro vobis immolari paratus sum: & nec gratia mihi in hoc est, sed debitũ reddo. Bonus enim pastor debet animã suã pro ouibus suis ponere. huiusmodi eñ mors immortalitatẽ parit. Non enim propter diuitias mundi, insidias patior: quod si esset, vtique contristari deberẽ. Nec propter aliquod peccatũ, sed propter charitatem, quam erga vos habeo: quia omnia ago vt vos proficiatis: & ne subintroëat conturbare gregẽ bene institutũ, sed vt permaneatis in simplicitate fidei. Hęc est causa periculorũ meorum, & hæc sufficiant mihi ad coronã. Quid enim non patiar pro vobis? Vos mihi ciues, vos mihi fratres, vos mihi filij, vos mihi mẽbra, vos mihi corpus, vos mihi lux, imò & ista luce dulciores. Quid enim mihi tantũ præstant radij solis, quantum charitatis vestræ splendor acquirit? Ecce pro charitate vestra corona mihi paratur in futuro seculo, hoc mihi solis huius spendor præstare non poterit. Hæc autem dico in auribus audientiũ. Et quid ita ad audiẽdum solicitũ & paratũ, quàm aures vestræ? Ecce quot dies sunt quòd vigilatis, & nullũ vestrũ somniũ inclinauit, nec temporis spaciũ frangit, nullum timor, nullũ minæ deterrent, sed terror eorum fortiores vos reddet. Video in vobis quod sẽper optaui, ideo quòd cõtem

Gene. 3. Ephe. 5.

Matth. 8.

B

C

D

pſiſtis

fistis mundi negocia, renunciastis omnibus: nihil iam de terra, neq; de terrenis actib⁹ cogitatis. Ad cœlestia vos migrasse iam cerno, absoluti estis vinculis corporis, ad beatam illam & cœlestem contẽditis philosophiam. Hoc mihi sufficit vidisse de vobis, hæc mea consolatio, ista me in agonibus meis velut vnguenta quædam corroborãt, & fortiorem me agonibus reddunt, & ad gaudia immortalia atq; æterna transmittunt: pro his gratias agamus deo, cui gloria in secula seculorum, Amen.

POST REDITVM PRIORIS EXILII, Homilia.

QVid dicam? quid loquar? Benedictus deus, hunc egrediens dixi sermonem: hunc iterauí reuertens, & illic constitutus hũc in ore voluebam. Puto vos meminisse, cũ ante hoc beatum Iob adduxissem in medio dicentem: Sit nomen domini benedictum. Hanc vobis historiã dereliqui, has gratiarum actiones iterabo regressus. Sit nomen domini benedictum in secula. Diuersæ rerum causæ, sed vna glorificatio: & cum expellebar, benedicebã, & reuersus iterum benedico. Et si variæ quidẽ causæ, sed vna definitio. Super hyemem & ęstatẽ vnus est finis. Culturæ fertilitas subsequens cãpi, Benedictus deus, qui concessit exire: benedictus deus, qui redire pręcepit. Benedictus deus qui permisit hyemem: benedictus deus, qui dissoluit hyemem, & fecit tranquillitatem. Hæc dico admonens vos, vt semper benedicatis. Si euenerint mala, benedicite, & dissoluentur mala: si prospera venerint, benedicite, & perseuerant prospera. Siquidem Iob cũ in prosperis esset, benedicebat: & cum pauper esset effectus, glorificabat: neque tunc ingratus fuit, neq; postea blasphemauit. Diuersa quidem tempora, sed vna voluntas gubernantis actum. Nec tranquillitas resoluit, nec tempestas hyemis demergit. Benedictus deus, & cum à vobis sum segregatus, & cum iterum recepi vos. In vtroque dei prouidentia est, separatus à vobis corpore, sed anima non sum à vobis diuisus. Et ex vestro affectu meum metimini animum. Et quid dicam? Non sum separatus à vobis, sed magis accensus sum desiderio vestri, quod etiam de vobis confido: nihil nobis nocuere insidiæ, nihil læsit inuidia, sed magis augmentũ præstitit charitati, & multiplicauit discipulorum numerum. Ante hoc enim diligebar à meis, nunc vero honorificabor à Iudæis. Sperabant me à meis filiis separare, sed magis mihi extraneos adiunxerunt. Non illis agam gratias: sed dei misericordiæ gloriam referam, qui conatus illorum malos in melius commutauit. Nam & Iudęi crucifixerunt Christum, & illius morte humanum saluatũ est genus. Non illis gratię, sed crucifixo. Confiderent quid boni pugna eorũ præstitit, insidiæ eorũ qualem nobis lætitiam pręparauerunt. Ante hoc quidem ecclesia replebatur, sed nunc & in plateis ecclesiæ factæ sunt. Et vnanimes, & coniuncti psallẽtes, dei in vos prouocatis aspectum: voces vestræ cœli secreta penetrarunt, vt omnis ætas vestras psalmodias miraretur attenta. Cursus equorũ hodie, & pauci illuc, imò cũcti in ecclesia, quàsi torrẽs quidã ac fluuius vestra facta est multitudo. Voces vestrę eleuãtur ad cœlum, amorẽ qui ad patrem est, ostendẽtes. Orationes vestræ meum coronauerunt caput. Oratio omni monili prælarior viri & mulieris. In Christo enim Iesu non masculus, neq; fœmina. Qualiter enarrem potẽtias domini, aut mirabilia eius recensẽa? Videtis quia quod dico, verum est. Quoniam si quis tentationẽ viriliter tulerit, magnum ex ipsa vindemiat fructũ. Ideo vos ad apostolos inuitaui, vt ad eos, qui aliquãdo persecutionẽ passi fuerant, veniremus. Et nos quidẽ insidias passi, illi vero impugnati. Sed inimici illis nihil nocuerunt: quia isti orbem terrarũ lucrauerũt. Veniamus ad sancta corpora, quę Christi stigmata portauerunt. Veniamus ad Timotheũ nouũ Paulũ, & Andreã alterum Petrum. Credimus iuuari nos illorũ meritis. Si virilem animum geris, nõ timeas tentationes. Omnes sancti per ista transierũt. Multa tribulatio corporum, sed maius refrigerium animarũ. Præstet vos dominus semper augeri, & celebres conuentus agere. Gloria quippe pastoris est ouium multitudo. quid faciam? quid loquar? incultum vbi seminem non habeo agrum. Extensa est propago vitium, perfectum est tẽplum, & præ multitudine piscium rumpũtur retia mea. Quid faciam? laborandi locum non habeo, Gaudendi habeo tempus, ideo loquor: nõ quia indigetis doctrina, sed vt meam voluntatem vobis ostendam. vbique spicæ comant. Tantæ oues, & nusquã lupus: tot spicæ, & nusquam lolium: tãtæ vineæ, & nusquã vulpes. Vbi nunc latent lupi? quò abierũt vulpes, quę eos persecutę sunt? O rẽ inauditã. Pastor quiescit, & oues luporum rabiẽ abegerunt, insidias vulpium oppresserunt. O ouium sapiẽtia, ô filiorum affectus, ô discipulorum charitas, ô pulchritudo sponsæ, absente viro abegit adulteros, ostensæ sunt eius diuitiæ, apparuit pulchritudo. Latrones confusi ierunt, & aufugerunt. Dicite mihi, quomodo persecuti estis lupos? quomodo pepulistis latrones? Frequenti, inquit, oratione ad deum. Quomodo despexistis adulteros? Cõtinuis, inquit, lachrymis, ex desiderio viri. Non accepi arma, non sumpsi lanceas, non arripui scutum: solummodo ostendi eis pulchritudinem meam, qua perspecta vulnerati fugerunt. Vbi nunc illi? Proculdubio in confusione. Vbi nos? in lætitia. Vbi nunc illi? conscientię suę malo tabescunt. Vbi vero nos? in magna exultatione glorificamus deum. Quid dicam? quid loquar? Adiiciat dominus super vos, & super filios vestros: & alleuet dominus vultum suũ, & misereatur vestri, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est deo patri, & spiritui sancto honor, gloria & potestas, per immortalia secula, Amen.

Iob. 1.

Galat. 3.

DE REGRESSV SANCTI IOANNIS de Asia Constantinopolim, Homilia.

MOses magnus ille dei famul⁹, caput prophetarum, maris viator, aëris agitator, mensę apparator, qui à genitrice proiectus est, & ab impugnatrice saluatus: genuit quidem eum mater, abstulit autẽ eum Aegyptia, & enutriuit: & qui in Aegypto nutriebatur, in cœlis conuersabatur: qui tantum ac tale statuit trophęũ, iste talis ac tantus vir, qui quadraginta dies reliquerat populum, inuenit eum idola fabricantem, & seditiones commouentem. Ego autẽ non quadraginta dies tantum, sed & quinquaginta & centum, & amplius, & inueni vos lętantes, & philosophantes, & in dei timore perseuerãtes. Nunquid ego Mose altior sum? Absit: hoc enim dicere extremę dementiæ est. Sed quia populus iste illo populo sublimior, propterea & ille de monte descẽdens increpabat Aaron ob seditionem populi, & irascens inuehebatur in eum, cur acquieuerit voluntati eorum. Ego autem aduenientes præconia vestra, & coronas contexam. Vbi enim præuaricatio, ibi reatus subsequatur

A

B

C

D

necesse

Universidad de Deusto
Biblioteca

necesse est, & obiurgatio: vbi autē correctio, ibi laudes & præconia & coronę:ideoq; etsi ampliori tēpore demoratus sum foras,nō me pœnitet,quia cōfidebā de vestrę charitatis affectu,& integritate fidei:sciebā enim vxorem mihi desponsatam castitate esse munitam,sicut in seculari coniugio assolet euenire.Etenim vir quādo impudicā vxorē habere se nouit, nec prospicere ei de domo permittit: qui etsi peregrinari aliquādo coactus fuerit,cogitur cito reuerti,quasi quodam suspicionis aculeo stimulatus:qui autē sobriā & castā habet,foras securus moratur,sufficiētes pro curatorum munimine mores relinquēs vxoris: hoc ego & Moses passi sumus, ille quidem, quia inemendabilem synagogā habebat vxorē,reliquit eā, & fornicata est,& cōpellit eū deus,dicens:Exurge,descēde,impie eīm fecit populus tuus. Sed ego nullā huiusmodi iussionē accepi. Et cū paululū mihi infirmitas corporis accidisset,non me inquietauit vestra absentia, sed securus de vobis ægrotationis meæ expectaui medelā.Non eīm opus habēt sani medico,sed qui male habent.Nam etsi tardaui parumper à vobis, nō hoc ad detrimētum vestri, sed ad diuitias puto proficere vestras.quæ eīm per me,imò magis per gratiā dei correcta sunt,vestra corona est,vester profect' est. Et ideo gaudeo & tripudio,& tanquam volitare me credo,& gaudij huius magnitudinem effari nō queo.Quid ergo faciā?quomodo indicabo exultationē mētis męe? In testimonium voco conscientiam vestram, quoniā video ex aduētu meo gaudio esse repletā: quod gaudium corona & laus mea est. Si enim mea vnius viri præsentia,tantam plebē tali repleuit voluptate: quātum putatis mihi ex visione vestra gaudium cumulatum?Et Iacob quidem vnum filiū videns Ioseph,gaudebat senex,& recreabatur spiritu:ego autem non vnum Ioseph, sed omnes vos illi similes video & gaudeo, quia paradisū meū recepi illo paradiso meliorē: & ibi quidem serpens erat insidians, hic autem Christus mysteria celebrans:ibi Heua erat seducēs, hic autem est coronās ecclesia: ibi Adam seducebatur, hic autē populus adhęret deo:ibi arbores diuersę,hic autem donationes variæ:in paradiso arbores marcescētes,in ecclesia arbores fructificantes: in illo paradiso vnūquodq; genus sementis in suo perseuerat statu,in isto verò paradiso si inuenero labruscā, vitem vberē efficiam:si inuenero oleastrum, veram oliuam efficiā: talis etenim est terræ istius natura: propter hæc gaudeo,prætermitto satisfactionem:quomodo verò nos abduxit tanti temporis lōgitudo,suscipite satisfactionem meam charissimi. Si seruum alicubi dirigatis nō reuertētem,exigitis causas vbi moratus sit,vbi tātum expenderit tēporis: & ego seruus sum vestræ charitatis:emistis enim me nō pecuniā conficientes,sed charitatem ostendētes. Gaudeo quippe tali seruitio mācipatus,nec vnquam hoc famulatu opto me solui: etenim istud seruitium mihi libertate elegantius: istud seruitium in illud tribunal beatum collocauit mihi sedem:istud seruitium non est necessitatis,sed voluntatis. Quis enim non libentissime seruiat dilectioni vestrę tam elegantissimis amatoribus?quod etsi lapideā haberem animam,cera fecissetis molliorem:quid dicam desiderio vestro, & fauori, quē hesterna ostēdistis die, quomodo voces vestræ cū gaudio cœlū penetrarunt? ipsum sanctificantes aërē, ciuitatē fecistis ecclesiam:honorabar ego,& deus glorificabatur:hæretici cōfundebātur, ecclesia vero coronabatur:quia magna lætitia est matri,cum exultant filij. Et grande gaudium pastori,cū exultāt agni gregis. Veni ad gaudia virtutum vestrarum,audiui quia cū hæreticis colluctati estis,& quia iniquè egerūt in baptismo,redarguistis: nunquid incassum dicebā, quoniam casta vxor absente viro repellit adulteros, absente pastore agit lupos,sine gubernatore nautæ saluauerunt nauē, sine duce milites victoriam reportauerūt,sine doctore discipuli profecerunt,sine patre filij roborati sunt? imò magis nō sine patre: vester enim profectus meū gaudiū,vestra glorificatio mea corona est. Sed desiderabamus,inquitis,tecum facere Pascha.Satisfacio dilectioni vestræ, quippe cū iā iracundiā vestro dissolueritis aspectu.nam si pater prodigum suscipiēs filium statim recōciliauit,neq; pœnas exegit ab eo,sed illico amplexº est: multò magis filij patrē suscipiētes. Sed tamen & ad hoc respondeo: Pascha mecū in votis facere habebatis,nemo prohibet hodie vos mecū facere Pascha.sed forsitā dicetis,Nūquid duo Pascha facturi sumus?Nō,sed vnū,& ipsum multipliciter. Sicut eīm semper sol exoritur,& nō dicimus multos soles,sed est sol quotidie oriēs:sic & Pascha semper cōsummatur,& cum semper celebretur,vnum est solennitatis nostræ. Iudæorum similes nō sumus, non seruimus loco, nec subditi sumus necessitati tēporis,dominica voce firmati.Quotiescunq;,inquit,manducaueritis panem istum, & hūc biberitis calicem, mortē domini annūciabitis.Annūciamus nanq; hodie mortem Christi.Sed tūc quidē festiuitas. Et hodie festiuitas.Vbi eīm charitas gaudet,ibi est festiuitas:& vbi recepi lętantes filios,maximā celebro festiuitatē.Etenim & illa festiuitas charitas est.Sic eīm, inquit apostolus, deus dilexit mūdum, vt filium suum vnigenitum daret ,p eo.Sed multi,inquiūt,te absente baptizati sunt. Et quid tum?nihil minus habet gratia, non claudicat donū dei.præsente me baptizati nō sunt, sed præsente Christo sunt baptizati. Nunquid homo est qui baptizat?Homo dexteram porrigit, sed deus manū gubernat. Noli de gratia dubitare charissime, quia donū dei est. Attende diligenter quæ dicuntur, si fortè aliqua causa sacra explicanda est,cū obtuleris preces, & subscriptā acceperis sacram,non requiris quali calamo subscripserit rex,neq; in quali charta,neq; quali,quóve atramento,sed vnum solummodo quæris,si rex subscripserit:sic & in baptismo, charta, conscientia est:calamus,lingua sacerdotis:manº, gratia est spiritus sancti Siue ergo per me, siue per illū qui officio fungitur sacerdotis,ipsa manº scribit, nos ministri sumus,nō authores.Et Paulus minister est: Sic enim,inquit,æstimet nos homo, tanquam ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. quid enim habes, quod non accepisti?Si quid habeo,accepi: si autē accepi,non meum,sed eius qui dedit donū est. Noli ergo dubitare charissime,gratia eīm dei perfecta est, locus non prohibet,siue hic baptizeris,siue in naui,siue in itinere. Philippus baptizauit in via, Paulus in vinculis,Christus in cruce latronem ex vulnere,& statim paradisi meruit ianuā reserare. Propter hæc gaudeo & exulto, & orationes vestras exigo, cum quibus ad Asiam perrexi,cum quibus reuersus sum,cum quibus pelagum transfretaui, & adiutus vestris orationibus feliciter nauigaui: nec enim nauim citra vos ingressus sum, nec exiui citra vos, non in ciuitate citra vos, aut in ecclesia sine vobis, sed auulsus quidem eram corpore,connexus autem charitate. Videbam nanq; ecclesiam

Exod.32.

1.Cor.12.

ecclesiam vestram & in pelago,& in exultatione gaudebam.Tale enim quid significat charitas,quæ nescit angustari:intrabā in ecclesiā,adstabā altari,orationes offerebā,&dicebā:Domine,cōserua ecclesiā,quā mihi tradidisti. Ego quidē corpore absens sum, sed tua misericordia præsēs est,quę illuc perduxit,& plusquā merebar,cōcessit.Et quia amplificauit, multitudo testatur præsentium.Florere video vineam,& nusquam spinæ,neq; sentiū vlla vestigia,exultant ouēs, & nusquam lupus. Quòd si etiā alicubi repertus fuerit, demutatur,& fit ouis.Tanta enim vestra est fides & charitas, vt æmulatione vestra cęteros prouocetis. Ipse dominº vos cōseruauit,& ipse me reduxit, & in infirmitate positus,orationum vestrarū sensi auxiliū,quas mihi quotidie in suffragiū postulo. Peregrinatio mea coronauit ciuitatē vestrā. Et quia diligebatis ex initio,nunc omnibus manifestū est. Sic enim me absentem, tanquam præsentem habuistis. Nam in Asia cū essem ad corrigēdas ecclesias,hinc illò venientes nūciabant nobis,dicentes:Inflammasti ciuitatē. Et certè charitas tempore solet marcescere, vestra autē dilectio quotidie augmentabatur. Et quē ita absentem diligebatis,præsentē credo quòd melius ametis. Iste meus thesaurus, hæ sunt meæ diuitiæ. Et ideo vestras orationes requiro. Orationes vestræ murus mihi & munimē sunt. Noli dicere: Ego languidus sum,quomodo potero pro sacerdote orare? Audi scripturam dicentem:Oratio autem fiebat continua.Et ecclesiastica oratio soluit vincula Petri,& Pauli dilatauit prędicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit, oratio conclusit ora leonum, oratio seditionē compescuit, oratio paradisum aperuit, oratio cœli cardines reserauit,oratio sterilem fœcūdauit, oratio Cornelij cœlos penetrauit, oratio publicanū iustificauit. Tale à vobis munimen requiro,talem gratiam postulo:& deus gloriæ suscipiens orationes vestras,det mihi in apertione oris mei sermonem, quò possim creditum mihi populum instruere ad salutem, per Christum dominum nostrum, cum quo est deo patri cum spiritu sancto honor,gloria,& potestas in secula seculorum,Amen.

Act.12.

BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Homilia, quum Sartoninus & Aurelianus acti essent in exilium,& Gainas egressus esset à ciuitate,& de auaritia,Des.Erasmo Rot.interprete. Auth. Damaso

MVlto tempore silui, & post longum temporis spacium ad charitatem vestram reuersus sum. Quanquā id non accidit vlla vel animi socordia,vel corporis desidia,sed abfui tumultus cōponens,fluctus sedans,tempestatē corrigens: cōsque qui iam demergi cœperant,ad portū & in tranquillū porrecta manu reducere studens.Sum enim cōmunis omniū pater,cóque necesse est curā agere nō tantum eorū qui stant,sed eorum quoq; qui collapsi sunt: nō illorum tantum qui secundis nauigant ventis, sed & illorum qui tempestate iactantur: nō eorū modo qui in tuto sunt, verumetiam illorum qui periclitantur. Harum sanè rerū gratia reliqui vos ad temporis spacium,obambulans,exhortans,obtestans, supplicās vt à domino ea calamitas dissolueretur.Posteaquā autē inamœnis illis ac tristibus finis est impositus, denuo me ad vos recepi, ad vos qui in tuto estis, qui multa cum tranquillitate nauigatis. Ad illos profectus erā, vt tempestatem sedarem:ad vos reuersus sum, ne qua tempestas exoriatur.Ad illos discesserā, vt eos à molestiis liberarē:ad vos redij,ne in similes molestias incidatis.Quemadmodum enim oportet habere curam non eorum modo qui stāt erecti, sed eorū quoq; qui lapsi sunt:ita rursus non lapsi tantū nobis debent esse curę,sed & stantes:illi quidem vt erigātur, hi vero ne cadant:illi vt ab vrgentibus malis liberentur,hi ne incurrāt in molestias imminētes. Nihil eīm est in rebus humanis stabile,nihil incōcussum, sed hominum vita imitatur mare vesaniens,quotidie parturiens naufragia,naufragia inquam tum noua,tū periculosa. Omnia tumultuum ac turbarū plena sunt, omnia scopuli & præcipitia,omnia rupes sub aquis latētes,& sinuosæ cautes. Omnia terrores, discrimina, suspiciones, tremores & angores.Nemo cuiquā fidit,à suo quisq; proximo metuit. tempus fortassis illud in propinquo est,quod Propheta depinxit his verbis, Ne fiduciam habeatis in amicis, & in principibus nolite spē ponere, à suo quisq; proximo cauete, à coniuge tua caue, ne quid illi credas.Quid ita tandē? Quia tempus malū est, quia omnis frater insidiatur calcaneo vt supplantet,& omnis amicus dolose incedit. Nō est amicus tutus, nō frater firmus.Sublatū est charitatis bonū,ciuile bellum habet omnes,ac ne id quidē apertū, sed obumbratū.Innumerabiles vbiq; personæ,simulataeq; facies.Multa ouiū vellera,innumeri vbiq; lupi sub his occultati:vt iam inter hostes aliquis rutius vixerit, quàm inter hos qui videntur amici. Qui heri adulabātur,qui blandiebātur,qui manus exosculabātur:hodie repente comperti sunt esse lupi, abiectisq; personis facti sunt omnibus accusatoribus acerbiores.Pro quibus hesterno die gratias agebant, pro his nunc incusant & calumniantur.Quę est igitur horum omnium causa?Pecuniarum amor,vesana diuitiarum cupiditas,morbus insanabilis, fornax quæ nunquam extinguitur, tyrannis quaquauersum per totum orbē terrarum diffusa. Hanc ob causam & nos quæ prius dicebamus,nunc denuo dicimus, nec dicere desinemus,tametsi heri complures incusabant nos, talia loquentes: Itáne nunquam desines aduersus diuites armatam habere linguam?Non desines cum his assidue belligerari?Nū ego cū illis bellum gero?Num aduersus illos armor?An potius pro illis cūcta tum dico, tū facio? Imò ipsi aduersus seipsos gladios acuunt. An nō id declarauit ipsa rerum experiētia?Quo, inquies, pacto? Ego quidem increpans & assidue obiurgans, quærebam illorum commodum: sed illi verius sunt hostes,qui nobis hæc loquentibus culpam impingūt. Vidistis euentus rerum cū oratione nostra congruere. An non semper dixi,fugitiuas esse diuitias, ab hoc ad illum transeuntes? Atque vtinā transissent solùm, non etiam occidissent:vtinam discessissent tātùm, ac non è medio quoq; sustulissent. Nunc autem præterquam quòd deserūt suam protectionem, etiā gladio tradunt,& in barathrum pertrahūt, eo quòd sunt periculosæ proditrices,cumq; his potissimum bellū gerunt à quibus amātur.Ingratæ sunt,fugitiuę, homicidę,crudeles & implacabiles,bestię incicurabiles,prę cipitium vndiquaq; prærupti, scopulis assiduis plenæ & fluctibus,mare innumeris ventis agitatum.Tyranni acerbè imperātes,dominæ quouis barbaro sæuiores,inimicæ irrecōciliabiles, hostes implacabiles, quæq; nunquā erga eos à quibus possidētur,remittūt simultatem.At nō huiusmodi paupertas, sed his quæ dicta sunt contraria. Ea siquidem est tutum asylum, portus tranquillus,perpetua securitas,delicię periculorum

Matth.7.

1.Cor.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorum expertes voluptas syncera, vita turbationum
neſcia, vita fluctuũ ignara, copia inexpugnabilis, philoſophiæ parens, fræ-
nũ intemperãtiæ, ſupplicij ſublatio, radix modeſtię. Quamobrem igitur rogo, hãc fugiẽtes, illas perſequimini? illas hoſtes, illas homicidas, illas quauis beſtia ſæuiores? Talis enim eſt pecuniarũ amor, tale veſanũ auri ſtudium. Cur hoſtẽ tibi domeſticum & perpetuum conuictorẽ tibi facis? Quur beſtiam irritas, quã delinire oportuit? Et quo pacto, inquis, fiet manſueta? Si vel nũc mea verba toleretis, dũ delicta feruent, dum calamitas viget, dum omnes in tumultu ſunt ac mœrore. Ergo qui fieri poſſit, vt beſtia nõ ſit beſtia? Equidẽ poſſum illã immutare, ſi vos velitis. Nam ea ſermonum vis eſt. Quo pacto igitur à feritate ſua mutabitur? Si didicerimus quomodo fiat ſæua, more leonum, more pardorũ, more vrſorũ, qui dum includuntur coërcentúrq; in tenebris, erigũt animos, acuuntq; iras. Itidem & diuitię dum includũtur & defodiũtur, acrius rugiũt quàm leones, perturbantq; omnia. Quòd ſi eas è tenebris eduxeris, & in egenorũ ventres diſſemines, ex feris beſtiis fiũt oues: quæ fuerant inſidioſæ duces, pro ſcopulis fiunt portus, pro naufragio tranquillitas. Quãdoquidẽ hoc & in nauigiis videre licet, ſi quãdo onus eſt iuſto grauiꝰ, demergit cymbã. Rurſum cũ eſt moderatũ, proſpero fertur curſu. Idem vſu venit in noſtris ędibus. Quũ vltra quàm vſus poſtulat, cõgeris pecunias, exigui vẽti procella & quiuis rerum inexpectatarũ incurſus, demergit cymbam. At ſi tantũ reponas, quantũ poſtulat neceſſitas, etiãſi vehemẽs turbo ingruat, facile percurris vndas. Noli igitur plus cõcupiſcere, quàm exigit neceſſitas, ne totum amittas. Noli quæ ſuperant vſum congregare, ne perdas etiã neceſſaria. Noli præ- C finitos terminos prætergredi, ne facultatibꝰ vniuerſis exuaris: ſed quod ſupereſt reſeca, vt neceſſariis diteſcas. An nõ vides quòd agricolæ vitem putãt, ne vim omnẽ in pãpinis & palmitibus, ſed in radice proferat? Idẽ & tu facito. Amputa folia, omnéq; ſtudiũ huc intende, vt quamplurimũ fructus ferat. Quod ſi facere recuſes rebus proſperis, expectes aduerſas. In trãquillitate tempeſtatẽ expecta, in ſanitate morbum expecta, in diuitiis paupertatẽ ac mẽdicitatẽ expecta. Memento, inquit ſcriptura, tempus famis, in tẽpore abũdantiæ: mendicitatem & egeſtatem, in diebus opulẽtiæ. Ad hunc modũ ſi fueris affectus, tum & diuitias multa cum ſobrietate adminiſtrabis: & egeſtatẽ ſi incidat, fortiſſime perferes. Malum enim inexpectatum perturbat animũ ſi incidat. Quod autem expectabatur, ſi accidat, nõ multũ adfert perturbationis. Ira duo D commoda lucrifeceris, alterum ne proſperitas te reddat ebrium & inſolentem: alterum, ne cõmouearis ac perturberis rebus in diuerſum cõmutatis: maxime ſi ſemper expectatione cõtrariorum pendebis, ſuffeceritque pro experientia expectatio. Tale eſt quod dico: dues es, expecta quotidie paupertatem. Quare & quãobrem? Quoniam iſta expectatio tibi maximã adferre poterit vtilitatẽ. Etenim qui in diuitiis expectat paupertatem, non indiget deliciis, non extollitur, nõ diffluit, nõ concupiſcit aliena. Nã expectationis metus qui illi adeſt, pędagogi cuiuſdã vice cohibet eius mẽtem, nec patitur mala auaritię germina ſubnaſci, dum ea metu contrariorũ veluti falce quadam prohibet creſcere, amputátq;. Hoc igitur vnũ eſt è maximis bonis quæ lucrifacies. Alterum autem nõ eſt iſto minus, videlicet vt ſi acceſſerit paupertas, nõ expaueſcas. Aſ-

ſumatur igitur rerum triſtium expectatio, nequando veniat ipſa triſtiũ experientia: ob hoc enim venit experientia, quòd nõ adſit expectatio. Quòd ſi illa correxiſſet hominem, hac nõ erat opus admodũ. Huius rei teſtis Ionas Niniuitis prædicens interitũ. Siquidẽ illi dũ expectant quod propheta prædixerat, eis imminere calamitatem inſanabilẽ, expectatione malorum venturorũ fregerunt iram numinis. Rurſus Iudęi non credentes prophetæ prædicẽti Hieroſolymorũ excidium, acerba perpeſſi ſunt. Sapiens enim metuẽs declinauit malum, inſipiẽs fiducia ſua inuoluitur. Qui expectat paupertatẽ dũ verſatur in diuitiis, haud facile fiet pauper. Nã quod ab expectatione lucrari noluiſti, id ab ipſa experiẽtia pulchre diſces. Proíde quũ in diuitiis es, expecta paupertatem: quũ in affluentia, expecta famem: quũ in gloria, expecta ignominiam: quum in ſanitate viuis, expecta morbũ. Aſſidue perpẽde rerum humanarum naturam, quę nihilo melius habet, quàm amniũ defluxus, & fumo in aërem euaneſcẽte fugacior eſt, & vmbra prętercurrẽte inanior. In his ſi philoſophatꝰ fueris, nec ſuauia te poterũt inflare, nec moleſta deiicere: ſi pręſentibus bonis nõ admodum hęreas, neq; abſentibus diſcruciaberis. Conſuefacias animum ad diuerſorum expectationẽ. Sępe quidem fiet, vt diuerſa nõ accidãt. Sed ſi acciderint, nõ vehemẽter te cõmouebũt. Atq; vt intelligatis me hæc nõ ex coniectura loqui, volo vobis narrare veterem quandam hiſtoriã. Fuit vir quidam admirabilis & magnus, & vbiq; per orbẽ terrarũ celebratus, beatus ille Iob, ille pietatis athleta, ille totius mũdi victor & coronifer, qui per omnia certaminum genera trãſiit, q̃ innumera trophæa erexit deuicto diabolo. Hic erat diues & pauper, glorioſus & contẽptibilis, multorũ liberorũ pater, & orbus. Hic verſatus eſt in aulis regalibus, ſed idẽ fuit in ſterquilinio. Hic fuit in ſplẽdida veſte, ſed poſt illam in morſu tinearum. Hic poſſedit innumera miniſteria, ſed idẽ ſuſtinuit innumeras cõtumelias, à familiaribus in ipſum inſurgẽtibus, ab amicis conuiciãtibus, ab vxore inſultante. Omnia illi prius velut è fonte affluebãt, pecuniarũ copia, potẽtiæ magnitudo, glorię acceſſio, pax & ſecuritas, honores & obſequiũ, corporis ſanitas, & filiorum opulentia, nec erat in his quicquam moleſtũ. Aderant illi diuitiæ cũ ſecuritate, proſperitas ſtabilis. Atq; optimo quidem iure. Deus enim illum vndiq; vallauerat. Sed pòſt illa omnia receſſerũt, móxq; innumeræ tẽpeſtates immigrarunt in domũ illius, omnes, inquã, ac ſibi viciſſim ſuccedentes ac perpetuę, deniq; ſupra modum, ſupráq; fidem omnes. Siquidem vniuerſę facultates illi ſemel ereptæ ſunt, famuli liberiq; præmatura violentáq; morte oppreſſi ſunt, ad mẽſam & ipſo in cõuiuio mactati, non quidẽ ſecuri aut gladio, ſed à malo ſpiritu, q̃ domũ concuſſit. Tũ vxor in illũ armabaẽ, ſuáſq; machinas admouit iuſto. Famuli porrò & amici, partim expuerunt in faciẽ eius, quemadmodũ ait ipſe, Nõ pepercerunt faciem meam cõſpuere: partim irruerunt in eum, & ex tota domo eiectus eſt, ac deinceps in ſterquilinio vitam egit, ac vermiũ fontes ſcatebant, vndiq; ſanguine & ſanie diffluebat ille precioſus adamas. Et accepta teſta, abſterſit ſaniẽ, ipſe ſibi factus carnifex: dolor dolorẽ excipiebat, & cruciatus intolerabiles, & nox die moleſtior, & dies nocte terribilior, ſicut ipſe dicit: Quum obdormiero dico, quãdo erit dies? Cũ ſurgo, rurſũ dico, quando erit veſpera? Plenus dolorũ ſum à veſpera vſq; ad diluculũ.

Iob 30.

Iob 7.

Omnia

Omnia pręcipitia, omnia ſcopuli, nec eſt vllus qui cõ- A ſoletur, qui inſultent innumeri. Attamen in tanta tẽpeſtate, tantis q̃ fluctibus adeò intolerandis, conſtitit aduerſus omnia generoſo animo & illabefactabilis. In cauſa fuit id quod dicebam: Nimirum quòd quũ dues eſſet, expectabat egeſtatem: cum ſanus eſſet, expectabat ægrotationẽ: quum tot liberorum eſſet pater, expectabat vt ſubitò fieret orbus. Atque hunc timorẽ ſemper apud ſe ſuſcepit, & hanc anxietatẽ ſemper apud ſe aluit, intelligẽs rerum humanarum naturam, momẽtariam q̃; volubilitatem negociorũ cõſiderãs.
Iob 3. Eoq; dixit: Timor quem timebã, euenit mihi: & periculum quod mutuebam, occurrit mihi. Semper enim cogitatione ſpectabat ad illum timorem, operiẽs eũ, ſperãs expectanſq;: eoq; quum adueniſſet, nõ perturbauit illũ. Neq; ſilui, inquit, neq; quieui, ſed mihi venit ira. Non dixit, nõ ſilebo, neq; quieſcam, præſenti B tempore: ſed, non quieui, prætcrito tẽpore. Neq; eñ rerum proſperitas attulit arrogãtiam, ſed expectatio triſtium non ſinebat me quieſcere. Quanquam affluẽtia vehementer hortabatur ad delicias, ſed aſperitas eorum quæ expectabantur, profligabat ſecuritatẽ. Et licet pręſens felicitas cogeret frui rebus, tamẽ futurorum ſolicitudo voluptatẽ interrupit. Ideoq; quoniã præmeditans in animo ſuo hæc ventura proſpexerat rebus lætis, hæc certamina poſteaquã acciderũt, fortiter & animoſe pertulit, vtpote iam olim ad illa exercitatus: & quoniã ea expectatione præceperat, nõ eſt perturbatus quũm cerneret illa adeſſe: quoniã ne tũ quidem quum adeſſent læta, vehemẽter illis adhæſit. Audi quid dicat: Quòd ſi delectatus ſum quũ mihi multæ affluerẽt diuitiæ, ſi repoſui copioſam auri vim mihi, ſi fiduciam habui in lapidibus precioſis, ſi ad innumerabilia poſui manum meã. Quid ais homo? non C delectatus es diuitiis affluẽtibus tibi? Nequaquã, inquit. Quid ita? Quoniam videbam illarum inſtabilem fluxámque naturam, videbam poſſeſſionem haud durabilem. Aut nõ video quidem, inquit, ſolem orientẽ ac deficientem, lunam vero intereuntem? nõ enim in eodem manet ſtatu. Quod autẽ dicit, tale eſt: Si ſtellæ quæ ſunt in cœlis perpetuóque lucent, recipiunt nõ nullam mutationem, ſol deficiens, luna interiens, an non extremę demẽtiæ ſit, terrena pro ſtabilibus fixiſque ducere? Eóq; nec præſentibus magnopere delectabar, nec diſcedentibus vehementer contriſtatus ſum: quoniam probe noueram earum rerum naturã. Hæc nos audientes chariſſimi, neq; paupertate deiiciamur, neque diuitiis intumeſcamus, ſed in rerũ permutatione animum immutabilem retinentes, philoſophiæ fructum metam', vt & hic voluptate perfruamur, & futura aſſequamur bona. Quæ contingat nobis omnibus adipiſci, gratia & bonitate domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. D

DE RECIPIENDO SEVERIANO Homilia.

SIcuti capiti corpus cohærere neceſſariũ eſt, ita eccleſiam ſacerdoti, & principi populũ: vtque virgulta radicibus, & fontibus fluuij: ita & filij patri, & magiſtro diſcipuli. Hæc autem non ſuperfluo ad charitatem veſtram præfati ſumus: ſed quoniam dicẽda mihi ſunt quædam apud vos, vt nemo turbetur, neq; ſermoni noſtro aliqua oriatur interruptio, ſed vt obedientia diſcipulorum creſcat in vobis, & quantum affectũ patri deferatis, appareat. Adornate me filij, & imponite mihi obediẽtiæ veſtrę coronã, facite me apud omnes beatũ iudicari, & doctrinam meam magificate per obediẽtiam veſtram, ſecundũ Apoſtoli monita, dicẽtis: Obedite præpoſi- *Heb.13.* tis veſtris, & obtemperate eis, quia ipſi petuigilãt pro vobis, quaſi pro animabus veſtris rationẽ reddituri. Hæc ergo præmoneo, ne quis ſuperbiat in commonitionem noſtram. Pater enim ſum, & neceſſe eſt me filiis conſilium ſuadere: quod enim in carnalibus patribus natura carnis, hoc in nobis gratia ſpiritus agit. Pater ſum, & pater nimis ſuper filios tremens, ita vt ſanguinem meum pro vobis fundere paratus ſim. Et in hoc non eſt mihi gratia. Apoſtolica enim lex eſt, & domini præceptum dicentis: Paſtor bonus animam *Ioan.10.* ſuam ponit pro ouibus ſuis. Sed & vos eadem facite pro nobis: ſimili nanque erga nos deuincti eſtis affectu. Nam & Paulũ audite quid dicit, Salutate, inquit, *Rom.16.* Priſcillam & Aquilã adiutores meos in Chriſto, qui pro anima mea ſuas ceruices poſuerunt. Sicut enim pulchrum eſt paſtorem pro ouibus immolari: ita rurſum pulchrum eſt & oues à paſtore nec morte ſciungi. Cum enim inſeparabiles fuerint ab eo, lupum diabolum non timebunt. Murus enim charitatis firmior eſt adamante. Et frater cum adiuuatur à fratre, erit ſicut ciuitas munita & firma. Hæc autem præmitto, vt cum omni affectu, quæ dicimus audiatis, neq; aliquis veſtrum incipiat perturbari. Loquimur rem quam dignum eſt in eccleſia loqui, & quam dignum eſt libenter audiri. Pro pace loquimur ad vos. Et quid ita conueniẽs, quàm ſacerdotem dei pacẽ populo perſuadere? Cõtradictio nulla eſt, vbi & legatio ſancta, & legatus acceptus eſt. Pro pace loquimur, pro qua filius dei deſcendit ad terras, vt pacificaret per ſanguinem nõ ſolũ quæ in terra ſunt, ſed & quæ in cœlis, & terrena cœleſtibus ſociaret. Pro pace loquimur, pro qua filiꝰ dei paſſus eſt, propter quam crucifixus eſt, & ſepultus, quã nobis pro omni hęreditatis cẽſu reliquit, & velut murum eccleſię dedit, quam ſcutũ aduerſum diabolũ poſuit, quam gladium aduerſum dęmones dedit, quã portum trãquilliſſimũ fidelibus collocauit, quam repropitiationẽ ad deum dedit, quã delictorũ abſolutionẽ cõceſſit: pro hac ergo legatꝰ ad vos miſſus ſum. Nolite mihi incutere pudorẽ, nolite legationem meã fœdare, acquieſcite mihi, quæſo vos. Multa dudũ triſtia geſta ſunt in eccleſia, deum confiteor, ſed nõ laudo perturbationes, ſeditiones non amplector. Sed omittamus iã hæc, deſinite, cõquieſcite, cohibete animos, refrẽnate iracũdiam: ſufficit iam quod laborauit eccleſia, finis ſit, deſinat turbatio: hoc eñ & deo placitum, & piiſſimo principi acceptũ eſt. Oportet enim & regibus obedire, maxime cũ & ipſi obtẽperent ec- *Tit.3.* cleſiaſticis legibus. Dicit eñ Apoſtolus, Principibus & poteſtatibus ſubditi eſtote: quanto magis religioſo principi, & ꝓ eccleſia laborãti? Si ergo pręparaui animos veſtros ad ſuſcipiendam legationẽ meã, recipite fratrẽ noſtrum Seuerianũ epiſcopũ. Habeo gratiam quòd ſermonẽ meũ laudibus proſecuti eſtis. Dediſtis mihi fructus obedientiæ: nunc me ſemẽ bonum gratulor ſeminaſſe. Ecce enim ſtatim frumẽti manipulos colligam. Retribuat vobis dominus præmiũ benignitatis, & obedientiæ mercedem. Nũc enim veram hoſtiã pacis obtuliſtis deo, quia nemo turbatꝰ eſt auditõ hoc nomine, ſed cum charitate ſuſcipitis: ſimul vt ſermone locuti ſumus, omnem ex animo fugaſtis iracũdiam. Suſcipite ergo eũ pleno pectore, apertis maniꝰ. Si quid triſte geſtũ eſt, omittite: quia vbi tẽpus pa-

cis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis,recordatio dissensionis nulla est,vt sit gaudium in cœlo,gaudium in terra, lætitia & exultatio spiritualis in ecclesia dei.Et oremus de reliquo,vt pacificã deus custodire dignetur ecclesiam,pacem fixam & perpetuam dare, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est gloria deo patri, vnà cum spiritu sancto , in secula seculorum,Amen.

SERMO IPSIVS SEVERIANI DE PACE,cum susceptus esset à beato Ioanne episcopo Constantinopolitano.

IN aduentu domini & saluatoris nostri,atque in præsentia eius corporali, angeli ducentes choros cœlestes euangelizabant pastoribus,
Luc.2. dicentes:Annunciamus vobis hodie gaudiũ magnũ, quod erit omni populo. Ab ipsis enim sanctis angelis etiam mutuatam nos vocẽ , annũciamus vobis hodie gaudium magnum . Hodie enim in pace ecclesia est, & hæretici in ira.Hodie ecclesię nauis in portu est,& hæreticorum furor iactatur in fluctibus. Hodie pastores ecclesię in securitate.& hæretici in perturbatione sunt.Hodie oues domini in tuto,& lupi insaniũt.Hodie vinea domini in abundantia,& operarij iniquitatis in egentia.Hodie populus Christi exaltatus est, & inimici veritatis humiliati sunt.Hodie Christus in lætitia , & diabolus in luctu. Hodie angeli in exultatione,& dæmones in confusione. Et quid opus est multa dicere?Hodie Christus qui est rex pacis, cũ sua pace procedens , fugauit omne diffidium , dissensiones depulit,discordiam perturbauit.Et sicut cœlum splẽdor solis,ita ecclesiã fulgor pacis illuminat . O quàm desiderabile nomen pacis, quàm religionis Christianæ stabile fundamentum,& altaris dominici cœlestis armatura . Et quid possumus de pace proloqui ? Pax
Ephe.2. nomẽ est ipsius Christi,sicut dicit & Apostolus,Quia Christus pax nostra,q̃ fecit vtraq; vnũ,quæ neq; fide, sed inuidia diaboli dissidebant . Verum sicut procedente rege & plateę mundantur,& tota ciuitas diuersis floribus & ornatibus coronatur , vt nihil sit quod minus dignum vultui regis appareat:ita & nunc procedente Christo rege pacis,omne quod triste est, auferatur è medio,& illucescente veritate fugetur mendacium:fugiat discordia,resplendescente concordia. Et sicut frequenter fieri vidimus , vbi regum vel fratrum tabulæ pinguntur , vt in vtrisque vnanimitatis declarentur insignia , artifex picto fœmineo habitu post tergum vtriusque concordiam statuit , brachiis suis vtrunque complectentem , indicans quòd hi qui videntur corporibus separati , sententiis & voluntate conueniant : ita nunc pax domini media assistens , & vtrunque nostrum gremio palpante connectens,discreta corpora in vnum conuenire animum,vlnis iungentibus docet . In qua fine dubio completur sermo propheticus,qui ait : Et erit consilium pacificum inter vtrosque . Et hesterno quidem pater noster communis,euãgelico pacem sermone præfatus est: hodie vero nos verba pacis exponamus . Ipse nos hesterno resupinis manibus in verbo pacis excepit: & nos hodie dilatato pectore,vlnisq; patentibus ad dominum cum muneribus pacis occurramus.Iã bella destructa sunt,pulchritudo pacis obtinuit.Nũc in luctu est diabolus,& in lamentatione omnis dæmonũ turma,nũc in cœlestib⁹ lętitia, & in angelis exultatio, quib⁹ specialis familiaris pax.Hoc enim etiam cœlestes admirantur virtutes opus,quas fons eius habet perẽnis,ex quo etiam terrena hęc nostra guttis quibusdam exinde stillantibus irrorãtur.Et ideo etiam si in terris pax, laudis eius splendor redundat in cœlum,laudant eam cœlestes angeli,& dicunt:Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Vides quomodo cœlestes omnes & terrestres inuicem sibi munera pacis emittũt ? Cœlestes angeli pacem terris annũciant,sancti in terris Christum qui est pax nostra,collaudãt in cœlestibus positũ, & mysticis choris acclamãt,osanna in excelsis.Dicamus ergo & nos, Gloria in altissimis deo,qui humiliauit diabolũ , & exaltauit Christum suũ.Gloria in altissimis deo , qui discordiã fugat , & pacẽ statuit. Dico enim vobis artẽ diaboli, cuius neq; vos astutiã ignoratis . Vidit satanas firmitatem fidei,stabilitatem in ea pietate dogmatum septam, vidit & operum bonorũ fructibus abundantẽ: & ideo pro his omnibus ad insaniã venit , & rabie furoris exarsit,vt scinderet amicitiã, & euelleret charitatem,vt irrumperet pacẽ:sed pax domini semper sit nobiscum, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est deo patri & spiritui sancto gloria,in secula seculorum, Amen.

EPISTOLAE DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *Archiepiscopi Constantinopolitani.*

INNOCENTIO EPISCOPO Romæ,domino meo reuerendissimo,patientissimóque,Ioannes in domino Salutem.

ETIAM antequam redditæ sunt literæ nostræ , opinor pietatem vestram audiuisse , quidnam hic patrare ausa fuerit iniquitas . Ea enim rerum est magnitudo & grauitas , vt nulla fermè orbis pars relicta sit , quæ tristem hanc tragœdiam nõ audierit . Quandoquidem fama vsque ad fines terræ perlata,plurima vbique lamenta & eiulatus excitauit . Verum quia non satis est plangere,sed opus etiam vt cura geratur, & spectetur qua ratione & quo consilio grauissima illa ecclesiæ tempestas sedetur:proinde necessarium esse duximus , vt persuadeatur Demetrio,Pansophio,Pappo & Eugonio,dominis meis maxime venerabilibus, piisq; episcopis,relictis negociis propriis,pelago se committere:susceptaque longinqua peregrinatione hac,ad vestram properare charitatem,de omnibus vos manifeste docentes,quò quãtocyus rebus succurratur.Misimus autem cum eis venerabiles delectosque diaconum Paulum & Cyriacum,qui & ipsi,quæ facta sunt, charitati vestræ exponent : & nos quoque paucis in epistolæ forma docebimus. Theophilus ille qui Alexandrinæ ecclesiæ episcopatum regendum suscepit, quum à pientissimo rege,cui aduersus illum quædam nunciata erant,iussus esset venire solus,collecta multitudine episcoporum non paucorum huc venit, quo præludio quasi declarare volebat , se ad bellum & aciem pergere : cúmque in magnam diuinoque cultui deditam vrbem Constantinopolim ingressus esset, iuxta consuetudinem & constitutionem hactenus obseruatam non intrauit in ecclesiam , neque ad nos accessit , neque participem se fecit vel sermonis , vel precum , vel communionis : sed egressus

sus è naui,& prætercursis Ecclesiæ vestibulis, alicubi extra vrbẽ diuersat⁹ est,tametsi nos plurimũ obsecraremus & ipsum,& eos qui cum ipso erãt, vt apud nos diuerterent.Erant enim diuersoria,& omnia alia quę oportebat,bene instructa.At neq; illi,neq; ipse,nobis morem gerebant. Vnde nos ea vidẽtes,valde cõsternabamur animo:& quãuis iniustarum illarum inimicitiarum causam nullã inuenire possemus , nihilominus tamen officiũ eis,quod illi nobis debebant,impẽdimus.Nam iterum atq; iterũ eum obsecrauimus, vt se nobis cõiũgeret, ac diceret , cuius gratia statim ab initio tantum excitaret bellũ, tantamq; vrbẽ seditionem faceret.Verũ cũ ille causam dicere nollet , méq; vrgerent accusatores eius:vocauit nos rex piẽtissim⁹, & iussit vt irem⁹ ad locũ in quo ille agebat,reiq; summã ab eo auditemus.Nã insidias,& cędes,& alia plurima causabantur:nos autẽ scientes leges patrum,viroq; honorẽ habentes, habẽtes etiã super hac re eius literas,oportere in quibusq; prouinciis sua negocia tractari,trãsmõtanósq; ad nostra iudicia non trahendos, fortiter detrectauimus ne causam susciperemus iudicãdã.Porrò ille,sicut & prius,nobis obluctari cœpit , & multa authoritate vocato archidiacono meo, quasi iã Ecclesia viduata esset , ac episcopũ nõ haberet,clerum omnem sibi per illũ adiunxit:factęq; sunt Ecclesiæ seditiosæ,& è singulis Ecclesiis abducebant clerici,& instruebantur vt nos accusarent, & libellos aduersus nos producerẽt.Post hæc vocauit & nos ad iudiciũ,nõdum dilutis quæ aduersum se erant causis, id quod cõtra omnes canones & leges est.Porrò nos scientes quòd nõ ad iudicium, sed ad hostẽ & inimicũ perrecturi essemus,id quod satis declarãt quę pri⁹ ac postea sunt facta,misimus ad eũ episcopos, Demetrium episcopũ Pisinatium,Eleusium Apamiæ,Lupinum Appiarię:presbyteros autẽ,Germanũ & Scuerũ, qui congrua lenitate responderẽt,ac dicerẽt: Nõ vitare nos iudicium,sed inimicũ apertum,& hostẽ manifestarium . Nam qui nondũ acceptis libellis statim ab initio talia fecit,& seipsũ abstraxit ab Ecclesię precibus & cõmunione,& insuper accusatores subornauit,clerum ad se traxit,Ecclesiã desolauit: quomodo idoneus cẽseri possit huiusmodi,vt in iudiciis thronũ conscendat sibi minime congruẽtem?Neq; cũ congruũ est,vt hi qui in Aegypto sunt,iudicẽt eos qui in Thracia,& præsertim ille qui ipse reus est,inimicus & hostis.At ille nihil horũ reueritus, magno studio anhelabat,vt perficeret ea quæ mẽte cõceperat.Cũ autem cõtestaremur paratos nos ad diluẽdum crimina, & ad innocentiam,sicut & innocẽtes sumus,declarãdam,corã cẽtum vel mille episcopis,non assensit:sed licet absentes essemus,& ad synodũ appellaremus,& iudiciũ inquireremus:& non auditoriũ , sed manifestas inimicitias fugerem⁹ : ipse tamẽ accusatores suscepit, meos excõmunicauit , & de illis qui nondũ se de suis purgauerant criminibus,libellos collegit:quæ oĩa legibus & canonibus prohibita sunt. Et quid op⁹ est multũ dicere? non destitit omnia facere & tractare,donec nos vi & potẽtia è ciuitate & Ecclesia eiceret,etiã iã prouecta vespera , & vniuerso populo nos attrahẽte . Tractus igitur vi & abductus à magistratu ciuitatis in media ciuitate, & in nauim coniectus,per noctem nauigaui,eo quòd ad synodũ & iustũ iudiciũ prouocarã.Quis hæc sine lachrymis,etiam si cor lapideũ habeat,audiret?Verũ,sicut prius dixi,ea quę perperam fiunt,non solum deploranda,sed & corrigẽda sunt:& ideo charitatem vestrã obsecro, vt prouocetur ad cõdolendũ, faciẽdúmq; omnia, quò mala hęc sistãtur.Neq; em̃ hic facinorũ illius finis,sed ad priora adiecit & alia . Nã postquã eos qui Ecclesiã inuaserãt,pientissimus rex eiecit,& multi episcopi qui aderant,cognoscentes iniquitatẽ, & fugiẽtes insidias illorum,quasi incendiũ depascẽs omnia,in suas regiones concesserunt, nosq; iterum in vrbẽ & in Ecclesiã à qua eiecti eram⁹,vocati sum⁹ , inducẽtibus nos episcopis supra triginta, & notario à rege pientissimo in hoc misso:ille statĩ aufugit,eo q̃ ingressi mox obsecrabamus Christianissimũ regem , vt cõcilium cogeret, quo facta hæc iustificarentur . Male conscius em̃ sibi erat,& reprehensionẽ pertimescens:& idcirco cũ regis literę in omnia loca mitterent̃,& vndequaq; omnes congregarẽt,occultè,mediáq; nocte & ipse & sui conscẽsa naui elapsi suut.Porrò nos, vtpote cõscientiæ nostræ fidẽtes,nõ propterea destitimus, sed eadẽ iterũ à Christianissimo rege rogauimus . Qui & pro sua pietate,missis ad illũ nũciis,eum,& omnes qui cũ eo erant,ex Aegypto vocauit,vt rationẽ factorũ redderent:neq; sufficere putarent ad defensionẽ,quę attentarãt ex vna parte absentibus nobis, tã iniuste cõtra tot ac tãtos canones.Atq; regiis literis ille nõ obtemperauit,sed domi mansit,prætexẽs seditionẽ populi,& intempestiuam festinationẽ : tametsi etiã illic erãt qui ei reluctabãtur:& populus quoq; ante literas cõuiciis eũ innumeris abluerat. Verũ hęc vos exacte prosequi nolumus,summatim nefarios illius conatus ostendẽtes.Itaq; nos nõ quieuimus, sed in hoc incubuimus , orantes regẽ,vt haberetur iudicium,in quo agere & respõdere liceret. Dicebamus em̃ nos paratos ad ostendendũ nos non esse reos, sed illos legum extremos trãsgressores.Erãt autẽ relicti hic Syri, qui cum eo affuerant,& cõmuniter omnia fecerãt.Quos etiam accessimus,ad dandam rationẽ parati , atq; super ea re sæpe eos interpellauimus , obsecrãtes vt dignentur nobis libellos & commẽtarios accusationũ dare,vel genus criminũ,vel accusatores ipsos significare.Verũ nihil horũ obtinuimus,iterúmq; ex Ecclesia eiecti sumus.Quòd si quæ tunc contigerũt,& omnem excedũt tragœdiam, enarrare vellẽ : quis sermo explicaret?quę auris sine horrore pereiperet? Cũ autẽ illa quæ dixi,prætenderemus,ipso magno sabbato collecta manus militũ,ad vesperã diei in ecclesias ingressa,clerũ omnẽ qui nobiscũ erat,vi eiecit,& armis gradũ vndiq; muniuit . Mulieres quoq; quę per illud tempus se exuerãt vt baptizarentur,metu grauiorum insidiarũ nudæ aufugerunt. Neq; enim cõcedebatur vt se velarẽt,sicut mulieres honestas decet.Multę etiã acceptis vulneribus eiiciebãtur,& sanguine implebãtur natatoria,& sãcto cruore rubescebãt fluẽta.Neq; hic rerũ finis erat . Nã & sanctuaria ingressi sunt milites,quorũ aliquos scimus nullis initiatos mysteriis, & viderũt omnia quæ intus erãt.Quin & sanctissimus Christi sanguis,sicut in tali tumultu cõtingit,in prędictorum militũ vestes effusus est,fiebãtq; quasi in barbarica captiuitate omnia . Vulgus enim in solitudinẽ fugabatur , populus omnis extra ciuitatẽ versabatur, erantq; in tãto festo vacuæ Ecclesiæ, & plures quàm quadraginta episcopi qui nobis cõmunicarant,cum populo & clero sine causa fugabant̃.Et ob prodigiosa flagitia,vbiq; per fora,per domos , p̃ solitudines,p̃ omnes ciuitatis partes, oĩa lamentis, eiulatibus, fontibus lachrymarum , & id genus calamitatibus plena erant:

erant:& in tanto tumultu, & trepidatione ac planctu
erant omnia,vt nõ modo qui affligebantur,ſed & qui
nihil tale patiebantur : & non ſolũ qui noſtræ fidei e-
rant,ſed & hæretici,& Iudæi,& gẽtiles,quaſi ciuitate
capta nobiſcum dolerẽt.Talia auſi ſunt præter ſentẽ-
tiam piẽtiſſimi regis,nocte profũda,epiſcopis hęc in-
ſtruentibus,& vbiq; militãtibus,nec erubeſcentibus,
quòd eſſẽt duces militũ, & ꝓ diaconis ſatellites prę-
euntes haberent.Facto autẽ die,oĩs ciuitas extra mu-
ros ſub arbores,& in nemora emigrauit, ibi feſtũ diẽ
celebrans,quaſi oues diſperſæ. Liceat vobis ex his &
cætera oĩa penſare:nã omnia quæ facta ſunt ſermone
cõplecti,vt dixi,impoſſibile eſt. Eſt autẽ & hoc perq̃
moleſtũ, quòd talia tãtáq; mala nullum adhuc finem
accipiũt:neq; ſpes eſt quòd ſtatim finiãtur,ſed augẽ-
tur indies magis ac magis,nóſq; multis ridiculo facti
ſum⁹,imò ridet nullus,etiã valde peruerſus:lugẽt au-
tem omnes propter extremam & inauditam hãc ma-
litiam, malorũ facile colophonẽ . Quid ſi quis dicat
de turbationib⁹ etiã in aliis eccleſiis poſtea excitatis?
Non enim hic ceſſauit hoc malum, ſed vſq; ad Oriẽ-
tem peruenit.Nã ſicut à capite quod malis humorib⁹
plenum,& reliqua mẽbra corrumpuntur: ita & nunc
quoq; tumultus qui in hac magna ciuitate cœperũt,
quaſi ex fõte in omnia loca effluũt, & clerici vbiq; in
epiſcopos inſurgũt,& epiſcopi ab epiſcopis,& popu-
li à populis ſciſſi ſunt,& alij propediẽ ſcindeñt,& ex-
pectañt vbiq; malorũ partus,orbiſq; totius ſubuerſio.
Igitur domini maxime venerandi, & pij,cũ hęc ita ſe
habere didiceritis,ſtudiũ veſtrum,& magnã diligen-
tiam adhibete,quo retũdatur hęc quę in eccleſias ir-
rupit iniquitas.Quippe ſi mos hic inualuerit,& fas e-
rit cuiuis in alienam parœciã irrumpere, idq; ex tãtis
interuallis,& eiicere quos voluerit, & authoritate ꝓ-
pria quæq; pro libidine ſua facere, ſcitote quòd bre-
ui tranſibũt oĩa , & totus orbis premeñ bello nõ indi-
cto,oĩbus ab omnib⁹ eiectis,& oẽs eiiciẽtibus . Qua-
propter ne confuſio hæc omnẽ quæ ſub cœlo eſt na-
tionẽ inuadat,obſecro vt ſcribas quòd hæc tã iniquè
facta,& abſentibus nobis,& nõ declinãtibus iudiciũ,
non habeãt robur,ſicut neque ſua natura habent : illi
autem qui iniquè egerũt,pœnę eccleſiaſticarũ legum
ſubiaceãt:nobis vero,qui nec cõuicti, nec redarguti,
nec habiti vt rei,literis veſtris & charitate veſtra,alio-
rumq; omniũ , quorũ ſcilicet & antea ſocietate frue-
bamur,frui cõcedite.Si autẽ aduerſarij noſtri,qui ita
iniquè egerunt,adhuc fingũt crimina quędã,propter
quæ nos iniuſte eiecerũt,nõ datis nobis neq; cõmen-
tariis , neq; libellis , neq; manifeſtatis accuſatoribus,
agemus & tuebimur etiam nos libenter cauſam, mõ-
ſtrabimuſq; illoſipſos, nõ nos reos eſſe eorũ quę no-
bis impingũt,ſicut & planè innoxij ſumus : & contrà
quæ ab ipſis facta,contra omnẽ ſunt honeſtatem,cõ-
tra omnes leges,cõtra omnes eccleſiaſticos canones.
Et quid dico canones eccleſiaſticos?Neq; in Gẽtiliũ
iudiciis , neq; in Barbarorũ tribunalibus talia atten-
tata ſunt vnquã.Neque Scythæ,neq; Sauromatæ vn-
quam iudicarunt,iudicium dandum vni parti, abſen-
te ea quæ accuſatur,& vitante nõ iudiciũ , ſed inimi-
citias,& inuocante multa milia iudicũ , & proteſtan-
te coram toto orbe declaraturam ſe non eſſe reã, de-
pulſurámq; crimina,& oſtenſuram ſuam innocentiã.
Hęc igitur omnia cũ ita ſe habere intellexeritis à do-
minis meis piẽtiſſimis fratrib⁹ noſtris epiſcopis , ob-
ſecro,vt pręſtetis id quod petẽt officij.Quo non ſolũ

A nobis gratificabimini , ſed & Eccleſiarũ vniuerſitati;
mercedémque accepturi eſtis à deo , qui nihil non
propter Eccleſiarum pacem facere dignatur. Sem-
per vale, & ora pro me domine digniſſime & ſan-
ctiſſime.

INNOCENTIO EPISCOPO ROMAE,
Ioannes in domino Salutem.

COrpus quidem noſtrum , vno eodémq; lo-
co tenetur,& ſtabilitũ eſt: animus autẽ cha-
ritatis ala in vniuerſo orbe circũuolitat.Pro-
inde licet tãta itineris intercapedine ſeparati ſimus,à
pietate tamẽ veſtra non abſumus , ſed quotidie vobis
præſentes ſumus. Animi enim oculis videmus veſtrã
illam fortitudinem & ſynceram affectionẽ , conſtan-
tiámq; nõ mutabilem,& quòd vos conſolari nos plu-
rimum & perpetuo cupiatis.Quãto eñ fluctus extol-
luntur ſublimius,& plures latent ſcopuli,vehemẽtio-
B reſq; venti ſunt & tẽpeſtates, tanto & vigilãtia veſtra
augetur. Neq; vos tanta viæ prolixitas, neq; tantum
temporis interuallũ,neque cauſarum difficultates ſe-
gniores reddidit : ſed ꝑſeuerãter imitamini optimos
gubernatores, qui tunc maxime vigiles ſunt,quando
eleuari fluct⁹,& mare intumeſcere,& multas aquas in
nauim inundare , grauiſſimámq; interdiu noctem in-
gruere vidẽt.Eapropter & gratias vobis habem⁹ mul
tas,& deſideramus quidẽ ad vos dare crebras literas,
id quod nobis maximo foret ſolatio. Verũ quia ſoli-
tudo huius loci intantũ vos à nobis ſeparat , neq; fa-
cile ad vos peruenire valent hi qui nobiſcũ agunt,vel
etiam qui in vicino habitãt,tum quòd in extremis fi-
nibus loc⁹ ille ſitus eſt, tũ quòd latrones vias illas vn-
dique obſident : precamur vt diuturnum ſilentiũ no-
ſtrum efficiat,quòd magis nobis cõdoleatis,quàm ꝙ
C nos reos putetis negligẽtiæ . Neque enim contẽptus
in cauſa eſt,quòd tacuimus. Nũc enim multo tẽpore
venerabilẽ & dilectum Ioannem presbyterum,Pau-
lúmq; diaconũ in hoc tenuimus,vt ſcriberemus.Per-
petuas eñ vobis gratias agimus , quòd paternã erga
nos beneuolentiã declaraſtis. Nam quãtum in veſtra
pietate ſitũ fuit,iam res omnes ſedatę & emẽdatę , &
ſublata omnia ſcãdala fuiſſent,gauderéntq; Eccleſiæ
tranquilla & ſyncera pace:& eſſent planè ſecũda om-
nia,neq; contemptæ leges,neq; violatę patrũ conſti-
tutiones forẽt.At illi in ſuis impiis operib⁹ pergũt, &
quaſi antea nihil attẽtarint,ita priora malefacta recẽ-
tibus vincere certãt.Nolo autẽ omnia , quæ interim
geſta ſunt ſingillatim recenſere,quandoquidẽ nõ ſo-
lum epiſtolæ,ſed & hiſtoriæ modũ trãſcenderet nar-
ratio.Cæterum veſtrã oro vigilantiam,quòd licet il-
D li omnia tumultib⁹ impleuerint,laborauerintq; mor-
bis incurabilibus,& pœnitẽtiæ nõ capacibus:ſi tamẽ
curari morbos voluerĩt,ne affligant, neq; è cœtu ab-
iiciantur, conſiderata tãti operis magnitudine . Cer-
tamen eñ illud fermè totius orbis eſt.Eccleſiæ vſque
ad genua humiliatę ſũt,populi diſperſi, cler⁹ diuexa-
tus,epiſcopi exules,cõſtitutiones patrũ violatę.Et id-
circo iterum atq; iterũ,& ſæpius veſtram oro diligẽ-
tiam,vt quanto maior eſt tẽpeſtas,tanto maius adhi-
beatur ſtudiũ.Expecto quidẽ futurũ,vt aliquãto am-
plius corrigãtur.Quod ſi minus fiet,vos veſtrã coro-
nam paratã,apud miſericordẽ deũ habetis: & hi qui
iniuria afficiuntur,conſolationẽ ex incremẽto chari-
tatis veſtræ nõ minorẽ accipiẽt.Nam & nos tertium
nũc annũ in exilio verſamur,expoſiti peſti,fami, bel-
lo,cõtinuis obſidionibus,ſolitudini indicibili,quoti-
dianæ

dianæ morti,& Iſauricis gladiis : & non mediocriter
nos conſolãtur ſolida veſtra fides & charitas, quæ ſe
in me tam tenui & ſimplice oblectãt. Hic noſter mu-
rus,hæc ſecuritas:hic portus abſq; fluctibus,hic mul-
torum bonorũ theſaurus , hæc lætitiæ mirificęq; vo-
luptatis cauſa eſt.Et ſi in deſolatiorem, quàm ille eſt,
locum iterum abigemur, non paruam hinc habentes
noſtrarum afflictionum conſolationem,abimus.

CYRIACO EPISCOPO EXVLI,
Ioannes exul.

AGe mœſtitiæ tuæ vlcus denuo exhauriã , &
cogitationes quæ tibi hãc triſtitiæ nubẽ in-
uehũt,denuo diſcutiã . Quid enim eſt quod
mœres & luges?An quòd periculoſa tempeſtas,& lu-
ctuoſum naufragium Eccleſiam inuaſerunt? Hoc &
ego ſcio,nec eſt qui contradicat . Et ſi vis depingam
formam rerum,quomodo ſeſe habeant.Mare ab infi-
ma abyſſo, amotis repagulis omnibus turbari cœpit,
& nautæ relictis remis,& gubernaculis,manibus am-
plexati genua , & omni conſilio propter tempeſtatẽ
deſtituti,neque cœlum ſpectant,neque pelagus,neq;
aridam:ſed in ſtratis iacẽt,plorãtes & flentes.Et talia
quidem in mari cõtingunt.Verũ in mari noſtro, gra-
uiores tẽpeſtates,grauioréſq; fluctus ſunt:ſed ora do-
minum noſtrũ Chriſtum , qui non arte tempeſtatem
ſedat,ſed nutu ſolo maris ſæuitiam ſoluit. Ne ſis autẽ
puſillo animo,quòd licet ſæpe rogaueris,nõ tamẽ ſis
exauditus.Habet enim hanc conſuetudinẽ deus. An
non potuit ipſe tres pueros liberare,vt nõ iniicerẽtur
in caminũ ignis?ſed cum in ſeruitutem redacti , cum
in regionem Barbarorum abducti, cũ paterna hære-
ditate priuati eſſent,cum ab omnibus ignorarẽtur,&
nihil eis penitus relictũ eſſet,tunc deniq; Chriſtus ve-
rax deus repẽte mirabili opere diſperſit ignem.Ignis
enim non ferens iuſtorũ virtutẽ,exiliit foras,& Chal-
dæos quos circa caminũ inuenit,incendit,fuítq; illis
poſtea caminus pro Eccleſia. Vnde & omnes creatu-
ras aduocabant,tam viſibiles quàm inuiſibiles,ange-
lóſq; ac virtutes,& omnia complexi,dicebant,Bene-
dicite omnia opera domini dominũ. Vides quomo-
do patientia ſanctorum, ignem in rorem cõmutauit,
tyrannúmq; ita placauit,vt in omnẽ orbem terrarum
literas mitteret?Magnus deus, inquit, Sidrac, Miſac,
& Abdenago.Et ecce quanta ſeueritate præcipit,ſta-
tuens,quòd ſi quis verbum aduerſus illos dixerit,do-
mus eius confiſcetur, facultatéſq; diripiãtur. Ne igi-
tur mœſto & puſillo animo ſies Etenim ego cum à
ciuitate fugarer,nihil horũ curabam,ſed dicebam in-
tra memetipſum : Si quidem vult regina me exulem,
agat in exilium. Domini eſt terra & plenitudo eius.Et
ſi vult ſecare,ſecet. Idem paſſus eſt & Eſaias, ſubſcri-
bat illi.Si vult in pelagus mittere , Ionæ recordabor:
ſi vult in caminũ iniicere,idẽ paſſi ſunt tres illi pueri.
Si me feris vult obiicere,obiiciat : Danielis in lacum
leonibus obiecti recordabor.Si me lapidare vult , la-
pidet me : Stephanum habeo primum martyrem ſo-
cium.Si & caput tollere vult,tollat: habeo ſociũ Ioã-
nem Baptiſtam.Si & ſubſtantiã auferre,auferat . Nu-
dus exiui de vtero matris meæ,nudus etiã abibo. Me
admonet Apoſtolus: Hominis perſonã deus non ac-
cipit.Et ſi adhuc hominibus placerem,ſeruus Chriſti
vtiq; nõ eſſem. Armat me & Dauid,dicẽs: Loquebar
corã regibus,& nõ confundebar.Multa quidẽ aduer-
ſus me confinxerũt,& dixerũt, quòd ad communio-
nẽ nõ ieiunos receperim.Et ſi quidẽ hoc feci,expun-

A gatur nomen meũ ex albo epiſcoporum, & non ſcri-
batur in libro orthodoxæ fidei : quoniam ecce ſi tale
quid admiſi,abiiciat me etiã Chriſtus è regno ſuo.Si
autẽ pergunt hoc mihi obiicere & contẽdere,depo-
nant & Paulũ, qui poſtquam cœnauit , totam domũ
baptizauit.Deponãt & Chriſtũ ipſum,qui poſtquam
cœnatum eſt,Apoſtolis communionẽ dedit. Dicunt
quòd cũ muliere dormiuerĩ:exuite me , & inuenietis
membrorum meorum mortificationẽ. Sed hæc om-
nia per inuidiam excogitarunt.Iam multũ contriſta-
ris frater Cyriace , quòd illi nos in exiliũ abegerunt,
ipſi autem in concione fidẽter ambulãt, & loquũtur,
multitudinéq; ſatellitũ ſtipantur.Verũ hoc loco mẽ-
te verſa Lazarũ & diuitem , Vter illorũ in hoc ſeculo
afflictus?vter fructũ accepit? Quid nocuit illi inopia?
Nõne quaſi athleta & victor in ſin⁹ Abrahæ abduct⁹?
Quid profuit huic opulẽtia , & ꝙ in purpura & byſſo
B vitam egit? Vbinam qui faſces geſtabant ? vbi ſatelli-
tes?vbi equi aureis frenis?vbi paraſiti,& regia menſa?
Nõne vt latro vinctus in ſepulchrũ abductus eſt , nu-
dam animam exportans,& clamans vana voce:Pater *Lucæ. 16.*
Abrahã mitte Lazarũ,vt riget & refrigeret ſummita-
te digiti linguã meã,quia grauiter torqueor? Cur pa-
trẽ vocas Abrahã,cuius vitã non es imitatus?Ille om-
nem hominẽ in domo ſua hoſpitabatur , tu autẽ ne-
que inopis curam habebas.Non eſt deplorandum &
flendũ,quòd diues ille aquæ gutta dignus non habe-
tur.Micas cadentes de menſa,pauperi nõ dedit:quid
mirum,ſi nunc guttam aquæ nõ accipit? Hyeme non
ſeminauit miſericordiam,venit ęſtas,& nihil meſſuit.
Eſt & hæc diſpenſatio domini,vt quando impios pu-
nit,& iuſtos remunerat, mutuum ſe videãt & cogno-
C ſcant . Etenim tunc martyres , ſuos quique tyrannos
agnoſcẽt,& tyrãni ſuos quos afflixerũt martyres.Ne-
que mea verba ſunt hæc,ſed Sapiẽtis,qui dicit:Tunc *Sap. 8.*
in magna fiducia ſtabit iuſt⁹ aduerſum eos q ſe affli-
xerunt.Nã ſicut ſi viator, qui in æſtu & calore ambu-
lat,inuenitq; fontem limpidum ſiti flagrans:& magna
fame laborãs,exhibita menſa omnigenis dapibus in-
ſtructa,prohibeatur à potẽtiore aliquo ne mẽſam vel
fontẽ cõtingat,néve cibis & aqua fruatur,valde gra-
ui dolore afficitur : Ita & in die iudicij videbũt impij
ſanctos lætari , & ipſi menſa regia frui non poterunt.
Ita & deus Adamum punire volens, fecit eũ è regio-
ne paradiſi terrã operari , vt locum illum deſiderabi-
lem quotidie videns,maiorem in anima dolorem ha-
beret.Cæterũ nos quanuis hic non conuenimus mu-
tuum: attamẽ alibi nullus eſt qui prohibeat ne ſimul
D verſemur. Videbimus ſanè eos qui in exiliũ nos mi-
ſerunt,ſicut Lazarus diuitẽ,& martyres tyrãnos. Ne
igitur animo cõficiaris,ſed eſto memor Prophetę di-
centis:Subſannationem hominũ ne timueritis , & ab *Eſa. 51.*
improbitate eorũ ne vincamini. Nam ſicut lana à ti-
nea deuorabuntur,& ſicut veſtes veteraſcent.Cogita
autem & dominũ, quomodo ſtatim à cunabulis per-
ſecutionem tulerit,& in terram barbaram fuerit miſ-
ſus.Qui terrã continet,factus eſt nobis figura, ne de-
ficeremus in tentationibus . Recordare paſſionũ ſal-
uatoris,& iniuriarũ quas tulit pro nobis . Alij eũ Sa-
maritanum vocabant , alij dæmoniacũ , & voracem,
& pſeudoprophetam: dicebant eñ : Ecce homo vo- *Matt. 11.*
rax,& vini potor:&, In principe dæmoniorũ dæmo-
nia eiicit.Quid autẽ quòd duxerunt eum vt præcipi-
tarent?Quid,quòd in faciẽ eius conſpuerũt,& alapas
ei dederũt?Quid,quòd aceto & felle potarũt, & arũ-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

dine caput eius percusserunt? Quid, quòd eum circũdederunt chlamyde, & spinis coronauerũt, & supplicando, omníq; alio itridẽdi genere deriserunt, circũdederuntq; eũ sanguinarij illi canes? Quid, quod ad passionẽ ductus, & nudatus, dereliquerúntq; eũ omnes discipuli? Et vnus quidẽ negauit, alius etiam prodidit, alij autem omnes fugã inierũt, & solus ipse stetit nudus in medio illarũ turbarum, quas festus dies coëgerat: & quòd vt malefactorẽ in medio malefactorũ eum crucifixerunt: & quòd sepultura carẽs pẽdebat, neq; deponebant ipsum à cruce donec precibus à quodã impetratus, qui eũ sepeliret: & quòd sepulturam non habuit, conuiciáq; mala aduersus eum pronunciabant, & inter cætera, quòd discipuli ipsum furati essent, & quòd nõ resurrexisset. Cogita item Apostolos, quòd vbiq; persecutionem ferebant, & occultabantur in ciuitatibus, nõ valentes in aperto ambulare: & quomodo Petrus apud Simonem coriariũ, & Paulus apud mulierem purpurariã latuerint: neq; enim diuitibus fidere audebat, sed post hęc facta sunt omnia prospera: ita & nunc. Igitur ne sis tristi animo. Audiui enim & ego de deliro illo Nectario, quẽ regina in throno collocauit, & afflixerit fratres & virgines nõ volentes sibi cõmunicare, & quòd multi illorũ propter me in carcere mortui sunt. Nã lupus ille est in agnino habitu, & personã gerit episcopi, eũ sit adulter. Nam sicut adultera est mulier, quæ viuẽte viro alteri se coniunxerit: ita & ille non carnalis, sed spiritualis est adulter, qui me viuo sedẽ meę Ecclesię inuasit. Hæc tibi per epistolã significata sint à Cucusis Ciliciæ, quo loco regina me exulem manere iussit. Porrò in itinere multa aduersa acciderũt, quæ nõ curauimus. Vbi autem in Cappadociæ prouinciã Taurociliciam venimus, multi sanctorum patrũ chori nobis occurrerunt, in primis examina monachorum & virginum, iuges lachrymarum fontes effundentiũ & flentium, eo quòd in exilium nos proficisci videbant, dicebántq;, tolerabili⁹ fuisse, si sol radios suos retraxisset obscuratus, q̃ quòd os Ioannis tacuit. Turbauerunt & afflixerunt hæc me non parũ, eo quòd omnes propter me flentes videbã: alia enim omnia non admodũ curabam. Episcopus autem huius ciuitatis me perquã humaniter excepit, multámq; in nos declarauit charitatem: atq; adeo si licuisset, sede sua nobis cessisset, ni nos à patribus præscriptã legẽ obseruassemus. Oro, & supplico, genuáq; tua cõtingo frater, abiice luctum mœroris tui, & nostri apud deum memor esto, nobísque rescribe precor.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ad Episcopos & presbyteros ob pietatem in carcere inclusos, epistola.

BEati vos ob carcerem, ob catenas, ob iniecta vincula: beati, inquam, & ter beati, imò sæpius. Totum orbẽ vobis conciliastis. Etiam longe absentes, amicos vobis fecistis. Vbique terrarũ & marium, canũtur vestra præclara facinora: fortitudo, constans sententia, animúsq; minime seruilis. Nihil quod aliis videtur graue, vos deterruit: nõ tribunal, non carnifex, non tormentorũ coaceruationes, non minæ, quæ innumeras mortes nũciabant: nõ iudex qui ignem ab ore flabat, nõ aduersarij, qui frẽdebant dentibus, & innumeris aliis insultãdi modis gestiebant, nõ tantæ calumniæ, nõ impudentissimæ accusationes, nõ mors ante oculos quotidie proposita, sed hæc omnia vobis vberé potius ac sufficientẽ consolationis materiam præstitere. Et idcirco clari quidem vos & celebrant ac prædicant, vos omnes, non amici solum, sed & inimici ipsi, qui hæc effecerunt. Eorum si quis introspiciat conscientiã, licet non manifeste fateantur, inueniet etiam apud ipsos vestrum miraculum magnificari. Tanta res est virtus, vt illam etiã impugnantes admirentur. Tanta res est malitia, vt etiam ij qui eam operantur, condemnent. Et ita in hac vita res vestrę se habent. Quę autem in cœlis fiũt, quis sermo digne explicabit? Inscripta sunt nomina vestra in libro vitæ: cũ sanctis martyribus connumerati estis. Scio hęc ego certò, non quòd in cœlũ trãscenderim, sed è diuinis oraculis didici. Nam si Ioãnes ille infœcundæ fructus, & eremi ciuis, nuptiis in quas peccabatur, patrocinatus est: & cum pręuaricationem corrigere nõ posset, arguit tamen, & propterea in carcerẽ coniectus, & decollatus, martyr, & martyrum primus est: vos qui legibus & constitutionibus patrum, quas transgrediuntur aliqui, & sacerdotio, quod inuadunt & contaminant, protrocinamini, & propter veritatem hæc patimini, vt cessent impudentes calumnię: cogitate qualem accepturi sitis mercedem. Non licet tibi habere vxorẽ Philippi fratri tui: dixit fortis & sublimis ille, satísq; ei fuit ad recentem arguẽdi libertatẽ. Locuti estis & vos. Et exposita sunt etiam vestra corpora pœnis, suppliciis, tormẽtis. Nõdum decapitati estis, sed longe acerbiora tulistis. Nõ enim idẽ est breui temporis momẽto caput amittere, & tanto tempore cũ talibus luctari doloribus, terrorib⁹, minis, vinculis, abductionib⁹ ad tribunal, carnificum manibus, sycophantarũ impudentissimis linguis, cõuiciis, falsibus & dicacitatibus. Nã & hoc maximum certaminis genus, ponitúrq; à beato Paulo in magnorum certaminũ ordine, cum sic ait: Recordamini dies pristinos, in quibus illuminati, ingẽs certamen afflictionũ sustinuistis. Deinde certamẽ narrãs, ipsum ponit sic dicẽdo: Partĩ opprobriis & afflictionibus spectaculo estis: partim cõmunicantes his qui sic affliguntur. Si ergo qui cõmunicant, certãt: multo magis qui sustinent. Non enim vnã, aut duas, aut tres, sed longe plures sustinuistis mortes: etsi non experiẽtia, certũ tamen quòd animo. Gaudete igitur & plaudite. Dominus cœlorũ iussit non solum non dolere, vel frãgi animo, vel decidere, sed gaudere & exultare, quãdo nomẽ vestrũ tanquã malum eiiciẽt. Quòd si in sycophantiis gaudendũ, quando his accedũt calumnię, verbera, tormẽta, gladij acuti, vícula, catenæ, abductiones, traductiones, inimicorũ atroces cateruę, cogitate qualis merces, q̃ coarceruatæ erũt retributiones. Gaudete igit̃, & exultate, viriles estote, corroboramini, cogitate quot vestro exẽplo ad certamina armatis, quãtos fluctuabũdos confirmatis, quãtos spiritus resuscitatis. Nam afflictionibus vestris multũ profuturi estis non solũ præsentibus, sed & absentibus: nec his solũ qui vident, sed & his qui audiũt. Cõtinuò versetur in ore vestro illud Apostolicũ dictũ: Non sunt æquales afflictiones quæ nũc tolerãtur, ad futuram gloriã in nobis reuelãdam. Expectate: breui tentationũ finis erit, liberatióq; perfecta. Orate etiã iugiter pro nobis. Nam etsi viarũ prolixitate lõge diuersis locis habitamus, multóq; tẽpore à vobis segregati sumus: attamẽ vos vt præsentes & cõiuẽtes nobis deamamus, vestrũ amicũ caput exosculamur, coronatos vos expansis manibus excipimus. Expectate etiã vos ex mutua erga nos charitate luctum vestrum maximum.

maximum. Nam si magnam mercedẽ expectare licet his, qui vos amant: cogitate quales vos, qui tantis claretis virtutibus, maneant retributiones.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI AD Theodorum lapsum parænesis prior, vel de reparatione lapsi, liber vnus, viro quodam docto interprete.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Quod in tẽpore quidem nũc dixerim, lõgéq; tẽpestiuius, quam tum Propheta ille: tametsi multas ciuitates deflere, aut vniuersas gentes, consilium non est. Animam tuã deploro, numerosissimis adeóq; amplissimis populis adæquatam dignitate, imò multis nominib⁹ dignioremQuandoquidem vnus iste melior est, qui dei voluntatem amplectitur, quàm sunt decem milia transgressorum. Melior nimirum & tu pridẽ fuisti infinitis Iudęorũ milibus. Qua de causa nemo mihi vitio verterit, si ex Propheta luctum acerbiorẽ assumã, altioremq; dolorem ostendam. Equidem nec ciuitatẽ aliquam euersam lugeo, neq; viros iniustos in ius victoris coactos. Quinimo sacram animã lugeo destitutã esse deploratámq;, ac tẽplum demolitũ atque extinctum, cui Christus nuper præfuit, hoc est, ornatũ cogitationis istius, quẽ modo exussit diabolus. Quis honestus & clarus non ingemuit, qui incidit in ploratũ Prophetę, qui animaduertit barbaram manum sancta sanctorum profanasse, & subiectis ignibus perdidisse omnia, Cherubim, arcam, tabulas lapideas, vrnã auream? Atqui damnum istud illo est tãto perniciosius, quò illorũ significatio preciosior, quæ ad tuam ipsius animã pertinet. Tu es illo sanctius templũ, quod neq; auro, neque argento, sed ex gratia spiritus resplẽduit: & in vicẽ Cherubim atq; arcæ, Christũ & huius patrem, simul atq; consolatorem habuit conuersantem intra ipsum, at nõ amplius habet. Vastum nũc est desertũ ac deformis nuditas à pulchritudine ac decore pristino, quando diuinum & incredibile ornamentũ detractũ est. Desertum plenũ periculis ac sine custode. Ibi nec ianua, nec pessulũ, omnia omnibus patent corruptoribus animæ, turpibus animi diiudicationibus. Si superbia, si scortatio, si habendi libido aditum captat, nemo prohibebit. Prĩcipio quẽadmodũ cœlum est inaccessum omnibus, ita fuit duritas cogitationis tuæ. Et forte videor incredibilia dixisse iis qui vident destitutionem tuam & subuersionẽ: propterea doleo & lugeo, nec in hac aduersitate cesso, quoúsque te in pristina alacritate videro. Hominib⁹ hoc esse supra vires apparet, deo tamen omnia in manu sunt. Is est enim qui erigit è terra mẽdicum, & è stercore exaltat pauperem, vt sedeat cum principibus, cũ principibus populi sui. Is est qui facit incolere sterilem in domo, matrem propter liberos lætantem. Itaque ne desperes ad optima commutari. Quòd si cacodęmon tantum potuit, vt te à vertice illo & fastigio virtutis in extremum malitiæ detruderet: multo magis deus in pristinam te poterit vindicare libertatem, neque in eam solum, sed tibi multo fœliciorem, quàm fuit prior perficere. Tãtùm ne relabaris, ne excindas spes amplas, ne in te admittas, quæ impiis accidunt. Nunquam enim peccatorum quamlibet exuberans copia in desperationem coniicere solita fuit, sed cum illis impiam habere animam. Propterea Salomon non dixit simpliciter. Quisquis venit in profundum malorum, cõtemnit: sed nominatim inquit, impius: quia illorum tantum est ille morbus, postquã in profundum malorũ descenderũt. Et hoc est quod non permittit eos respicere, neq; eò reuerti vnde exciderant. Nam flagitiosa disceptatio perinde atque collarium incumbit in animæ ceruicem, & compellens oculos in terram demittere, prohibet ne ad dominum suum suspiciat. Atqui viri est perquã generosi, planéq; admirabilis, conterere huiusmodi lignũ, & impositũ sibi lictorẽ deturbare, adeóq; dicere Prophetæ verba: Quemadmodũ oculi ancillæ in manus dominæ suæ, sic oculi nostri ad dominum deum nostrũ, donec miserebitur nostri. Miserere nostri domine, miserere nostri: quoniam multifariã repleti sumus despectione. Hæc sunt diuinæ disciplinę, & supremę philosophiæ verè dogmata. Repleti sum⁹, inquit, despectione, & infinitis rerũ tristiũ procellis quatimur, neq; tamẽ prohibemur à suspiciẽdo ad deũ. Et priusquam nacti fuerimus postulata, nõ intermittimus eũ orare. Hoc est nimirum animi generosi, non consternari, nec à spe discedere propter vim incidentiũ malorum: neque referre pedẽ propterea quòd subinde precando nihil emolumenti persensit, sed perdurare quoad misereatur nostri, iuxta beati Dauid sententiã. Quare diabolus in varias desperationis cogitationes nos immittit, quò excludat in deũ expectationẽ, hoc est, ancoram tutam, substantiã vitæ nostræ, manuductionem in ea via, qua in deum ferimur, salutẽ perditarum animarum. Ipsa eũ spe, inquit, seruabimur. Siquidem ea ipsa est catena aurea & firma, qua de cœlo propẽsa subducim⁹ animas nostras: quę breui sursum in illud summum fastigiũ retracta, eos qui ipsam fortiter manibus seruãt, euellit & rapit supra fluctus prę sentis vitæ, omniũ longe periculosissimos. Quamobrem qui mollis per indulgentiã hanc sacrã ancoram amittit, continuò decidit & suffocatur, submersus in profundũ malitiæ. Quæ cũ agnouit versipellis, postcaquam ipsi nos conscientia malorum operũ onerauimus, tũ ille reuersus ingerit cogitationẽ omni plũbo grauiorem, qua vergimus ad extremam salutis desperationẽ: qua semel suscepta, cõtinuò deprimimur põdere, & omissa catena illa, delabimur in vltima malorum Quo in rerum statu dudum es, qui reiecto mãdato domini tam mansueti, tã humilis, istius tyranni & sine fœdere nostram salutẽ impugnantis, atrox imperiũ sustines. Benigno iugo dissipato, abiectóq; leui onere, in vicem illorum ferreis vinculis collũ insertasti. Et quod amplius est, lapidem molarẽ, quem asinarium nominãt, de tua ipsius ceruice depẽdisti. Vbi igitur subsistes in posterum, qui demersisti in tam vastum mare animam miserrimã, cum ipse tantam tibi necessitatẽ, quę continuò deorsum cogit, vltro induxisti? Mulier itaq; illa quando inuenit vnã drachmã, vicinas cõuocauit participes lętitię: Gratulamini mihi, ait. Equidem amicos omnes & meos & tuos in rẽ planè diuersam conuocabo, non dicam gratulamini mihi, sed lugete mecũ, ploratus illos assumite, ac triste & flebile quiddam nobiscum exclamate. Maximã nimirum iacturã fecimus, nõ quia tot aut tot auri talenta è manibus exciderũt, neq; quòd magna vis lapidum precioſorum, sed quòd is qui omniũ illorum est preciosior, nauigans nobiscum hoc mare magnũ & vastissimum, nescio quo pacto excussus, ad profundũ perditionis prorui. Si qui me tentarint à luctu seducere, iis hæc verba Prophetæ respondebo, dicens: Omittite me, amarè flebo, consolari me nõ potestis.

Psal. 122.

Prou. 18.

Esa. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Equidem huiusmodi luctũ lugeo, qui nobis immensam vim lachrymarũ adducit, de quo haud dubium neq; Paulum neq; Petrũ puduisset lugere ac plorare omni consolatione reiecta. Quandoquidẽ hanc cõmunem mortẽ deplorantibus quispiam facile paucis multum animi reddit. Cæterũ quando vice corporis anima morti succumbit, infinitis cõfecta vulneribus, vbi cum morte bona forma quę prius apparuit, & habitus & pulchritudo oĩs extincta est: quis tã durus, tã alienus à cõdolendi affectu, qui in locum fletus & lachrymarum sermonem se solantem queat adducere? Quemadmodũ illic non lugere, ita è diuerso hic lugere philosophię est. Qui ad cœlũ peruenit, qui seculi huius vanitatem irrisit, qui formã corporum nõ aliter atq; lapideum simulachrũ inspexit: qui aurũ vt lutum, delicias omnes vti cœnũ cõtempsit, ille nobis ex insperato febre corrept⁹ absurdæ cõcupiscẽtiæ, sanitatem, virile robur, speciẽ omnem perdidit, seruũsq; factus est voluptatũ. Hũc itaq; num iure obsecro deplorabimus? num plangemus, donec eũ nobis iterum asseramus? Alioqui esset in nobis sensus humani animi? nam corporeæ mortis destructionẽ nemo hic inueniet, id tamẽ lugẽtes à lamẽtis nihil cohibet. Cęterum vnius animę mors hic aboleri contingit. In inferno eũ quis, inquit, cõfitebitur tibi? Quo igitur pacto nõ maximi est flagitij, tam incuriosè ferre animæ interitũ? Qui corporis mortem lugent, tanta id solẽt vehementia, quanquam vident quòd defunctum lachrymis in vitam reuocare nequeant: & nos nihil tale exhibemus, qui scimus spẽ esse de anima in pristinã vitam reducenda. Siquidẽ complures & hac tempestate, & progenitorũ nostrorũ seculis, qui ordinis sui desertores, & è frequẽtata via præcipites eũtes, tanta alacritate resurrexerũt, vt priora sequẽtib⁹ facile celarent, palmámq; corriperent, ac redimiti corona cũ victoribus prædicarentur, ac in cœtum beatorũ allegerentur. Quandiu tamen quis in fornace voluptatũ consistit, etiamsi exẽplis abũdat infinitis, ipsi res esse supra vires apparet: cæterũ si vel leuiter cœpit illinc egredi, identidẽ procedens, vim ignis à tergo relinquit, vidétq; ante se & ad pedes propemodũ viã roscidam, atq; eximiæ facilitatis, tãtum ne desperemus, ne dubitemus de reditu ad superos. Etem cui deest fiducia, is frustra possidet vel infinitam ac fortissimam animi promptitudinẽ. Ianuam enim sibi respiscendi semel obfirmauit, & ad curriculum aditũ interclusit. Quis potest autem foris manens præclarũ facinus designare? Quapropter malignus nihil nõ tentat, quò nobis hanc diffidẽtem cogitationem inserat. Etenim non est sudandum ei, neq; amodo opus habet industria vt nos oppugnet, nimirum lapsos & iacẽtes, quibus nec reluctandi consiliũ supereſt. Qui vero vinculis magna vi ruptis receperit pristinũ robur, & in rebus istis perditissimis nõ est acturus quietem, sedulò diabolo reluctans, sit vel millies lapsus, surget iterũ, & hostem conficiet. Cęterũ qui cogitatu desperationis impeditus, animóq; fractus est, quomodo abibit victor? quomodo reluctabitur? quin abiecto, quod aiunt, clypeo, mox fugã capessit. Caue dicas, iis tantũ veniæ locum concedi, qui modice deliquerũt: Nam finge, si lubet, aliquem vniuersa malitia redundantẽ, & patrarit omnia quæ à regno excludũt, is vt demus non sit extra fidem, sed fidelis aliquãdo fuerit, acceptúsq; deo, postea vero fact⁹ scortator, adulter, mollis, pędico, fur, ebri⁹, calũniator, aliáq; id genus flagitia sedulò committat, equidẽ illi non ero desperandi author neq; si perseuerauerit ad extremã vsq; senectam, cũ infandis illis maximisq; vitiis. Quòd si morbus esset ira dei, nõ iniuria quis à spe decideret, perinde atq; concitata tãtis facinoribus flamma deinceps restingui nequeat. Cęterũ diuinum numen quia liberum est à perturbationibus, & punit, & in promeritos animaduertit, neq; tamẽ vlla vltionis cupiditate vnquã tangitur, sed amorẽ potius ad nos id faciẽs præ se fert, magnámq; curã, bono esse animo addecet, & confidere de virtute resipiscentię. Siquidẽ illis qui in ipsum deliquerunt, nõ solet propter suam contumeliam immittere, aut quicquã incommodi in hanc naturam inducere: sed omnino ad nostrã spectans vtilitatẽ, videlicet ne peruersitas nostra aut in peius abeat aut contẽnat, despiciatq; illius benignitatẽ. Quẽadmodũ is qui è conspectu lucis vltro secedit, ea dãnum non dedit, sua potissimũ ipsius culpa coniectus est in tenebras: sic qui solit⁹ fastidire virtutẽ dei, omnia potentem, ex ea quidem nihil mali habet, summũ autẽ exitiũ ipse sibi aduexit. Hac de causa de⁹ flagella nobis minatur, & interim adducit, nõ vt se vlciscatur, sed vt nos ad se trahat. Medicus eñ propter cõtumeliam mente captorũ non dolet, neq; mordetur: sed omnia facit, omnia molitur, quæ ad sedãdos illorum absurdos mores attinent, non suã spectãs, sed illorum vtilitatem. Quòd si tenuem ægrotus coniecturam temperantiæ & frugalitatis ostẽdit, cõtinuò gaudet & lętatur, multóq; accuratius medicinã apponit: nõ propterea quòd sit vindex, aut q⁹ expetat pœnas prioris contumeliæ, sed quia tam pulchrũ initiũ prouehere vult ac absoluere in synceram sanitatem. Nõ aliter deus postquam nos in extremã cecidimus insaniam, non est vltor veteris flagitij, sed vt morbũ arceat, oĩa dicit ac facit: quod satis à rectis cogitationibus videre est, idipsum contestantibus, cæterũ incredulis vobis de his reb⁹ facile fidẽ faciemus ex diuinis scripturis. Nã quis est rege Babyloniorũ sceleratior? Profer aliquem, si potes, qui tantã vim diuinę potentiæ prius acceperat, vt & Prophetã adoraret, & ei sacrum, ceu deo, fieri iuberet: rursum in veterẽ superbiã proiectus, eos qui ipsum noluerũt præferre deo, vinctos in fornacẽ accensam dedit, nihilo tamen secius hunc tam atrocẽ ac impiũ, qui fera potius quàm homo censendus erat, ad resipiscentiã cohortatur: variásq; offert occasiones mutãdi animi in meli⁹: primò miraculũ quod in ardente fornace contigit: deinde faciẽ quam rex vidit, & Daniel interpretatus est, quę idonea erat vel saxum, nedum animã inflectere. Tãdem post illam rerum admonitionem, etiã Propheta in medium fideliter consuluit, quãdo dixit: Propterea rex cõsilium meũ tibi gratum esto, peccata tua per eleemosynas redimito, ac iniquitates p cõmiserationem super pauperes: forsitã erit longanimitas delictis tuis. Quid dicis tu sapiẽs ac beate? Estne post tãtũ casum reditus? post morbũ tam desperatũ iterum sanitas, iterũ prudentia speranda, post mentem scilicet adeo motã? Omni se respõsione nudauit rex, qua pri⁹ esse potuit vtcũq; purgatus. Nam antea nesciebat eũ qui ipsum creauit, & qui ipsum in eximiã illã euexit gloriam: quanquã iure debuit tã potentię eius, quàm prouidentię argumẽta reeẽsere, quæ plurima sunt facta tum erga se, tum erga progenitores. Quandoquidem vbi sapiẽtiæ eius & præsciẽtiæ euidentia signa suscepisset, atq; magicã astronomiam, omnemq; diabolicæ

Psal. 6.

bolicæ insaniæ vmbram vidisset subuersam, grauiora prioribus exhibuit. Nã quæ sapientes magi Gazareni exponere nequibãt, candidéq; profitebãtur esse maiora, quàm quòd iuxta humanã industriam paterent, ea puellus illi reddidit absoluta: quo miraculo eũ sic reduxit, vt non solũ crederet, sed & vt orbi terrarum toti fieret ei⁹ dogmatis prędo, & magister manifest⁹. Quare si erat ante susceptа signa venia indign⁹, quòd deũ ignoraret: multo magis indign⁹ erit post illa portenta, post cõfessionem eius, post doctrinã erga alios ostensam. Neq; enim parũ probe credidit, quòd solus esset deus verus, qui tãtam in seruũ suum gloriam posuisset, quanuis id aliis præcepisset, nihilo tamẽ secius ab huiusmodi cõfessione recidit in idololatriã. Qui quidem prostratus in faciem, dei seruum adorauit, tãto deinde furore correptus est, vt & seruos dei qui ipsum adorare recusarũt, in fornacẽ immitteret. Quid igitur? Nũ deus, sicut erat puniendus, desertorem puniuit? Quinimo maiora ei argumenta potẽtiæ tribuit, sedulò reducens à socordi arrogãtia in veterem modestiam: & quod est sanè magis admirandum (neque enim est cur ob excessum miraculorũ minus credas quę facta sunt) in nullo alio signum fecit quẽadmodum in camino, quẽ ille ipse accendit contra pueros, quos ligatos in eum coniecit. Fuit itaq; flamma supra opinionem ad miraculum vsq; exardẽs. At elementissimus, quò maiore metu illũ expauesceret, quóve terrore ampliore exanimaret, omnẽq; excluderet ab eo pertinaciã, id quod est magis obstupescẽdum inexpectatúmq; effecit. Siquidẽ permisit eã cõflagrare, quantum ille volebat, suámq; ostendit potẽtiam moderatam ea prudentia, quæ nõ dissolueret opus inimicorũ, permanens tamen inane reddidit, ac sine viribus: ne aliquis cum eos intra flammas obãbulãtes vidisset, arbitraretur flammam esse quiddã fictitij, permisit vt cõbureret illos qui eos iniecerãt, etiã corrigiam calceorũ & stupam, tótq; aboleuit corpora. Quandoquidẽ imperio dei nihil est potẽtius, quẽ sequitur omniũ quę sunt natura, vt qui eã ex eo quod non est in esse produxit, quemadmodum tum demõstrauit: nã flãma quæ corripuit mortalia corpora, nõ aliter atq; ab immortalib⁹ abstinuit, integrúmq; reddidit apud se depositum, idq; multo cũ splẽdore. Nã quemadmodũ ex regiis reges, ita de camino egressi sunt illi pueri. Nemo ad regem dignatus est vel respicere, quin ab illo omnes visum in hoc incõparabile spectaculum obuerterũt: nec diadema, nec purpura, nec aliud quidpiã regiæ phantasię populũ adeo permouit, atq; species illorũ fideliũ, vt qui talia ceu per somniũ perferre videbãtur. Quod enim est in nobis maxime infirmũ, & abolitu facillimũ, nempe capillorum natura: id velut omni robustius adamãte superauit flammas, alioqui omnia deuorantes. Cæterũ ne id quidem solũ erat suspiciendum, quòd in medium ignis accepti nihil incõmodi senserũt, sed quòd semper locuti sunt. Omnes sciũt qui ardẽtibus adfuerũt, quandiu habuerũt labia in sermonẽ soluta, paulisper quidem ad incendium substiterunt, visuri quomodo futura esset ex ore dissoluto discessio animę. Verũ tot miraculis animaduersis, omnibúsq; obstupescẽtibus tam præsentibus & spectatorib⁹, quàm absentibus, & illis quicunq; per literas didicerunt, rex ille qui alios edocuit, perdurauit inemendabilis, iterum in veterẽ reuersus est malitiam. At ne tũ quidẽ adeo desperatum afflixit, quin adhuc animũ cõtinuit, & per somniũ, & per Prophetam ei cõsulens. Cæterum sanè vbi nihilo melior est factus, tum inducit in posterũ flagellum, nec id velut vltor præteriti delicti, sed vt futura incommoda præscindat, vt reliquam malitiã arceat: necdũ tamen omnino extinxit, sed paucis annis erudito pristinum reddidit honorem. Pœna quã deus irrogat, nihil dãni dat, sed lucrifacit quod est inter bona omnia maximũ. Solidam enim dat in Christũ tenere fiduciã, & resipiscere à peccatis aduersus illũ cõmissis. Siquidem tanta est dei humanitas, & erga nos amor: nunquam auersatur pœnitẽtiam syncere factã, si quis ad malitię fines olĩ penetrarit, illinc eũ ad virtutis viam reducere conatur, & suscipit redeũtem, & suauiter amplectitur, nihilq; nõ facit quò in pristinã dignitatẽ reformet. Quódq; est maioris facilitatis argumentum, etiam si non omnem præ se fert pœnitẽtiam, breuem illam, & exiguo tẽpore factam non abnuit, sed magna pẽsitat mercede: id quod manifestũ est ex iis quę de populo Iudęorũ alicubi dicit Esaias: Propter peccata paulisper contristaui eũ, & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo, & ipse cõtristatus sum, & ambulaui mœstus, & sanaui eũ, solatus sum eũ. Testor vos quòd rex ille impientissimus, qui propter mulierẽ factus est maxime dedit⁹ peccatis, vbi semel dũtaxat luxit, & saccũ indut⁹ agnouit scelera sua, vsq; adeo dei misericordiã arripuit, vt euitaret omnia mala quæ tum ei imminebant. Nã deus Heliæ dixit: Vidi quomodo compunctus est Achab à facie mea, nõ inducam malũ in diebus eius. Post hunc Manasse cũctos insania anteiuit ac tyrannide, legalẽ euertit cultum, templum clausit, idolorũ errorẽ deo aduersum inuexit, vniuersis qui ante se vixerunt impietate pręstãs. Is posteaquã aliquãdo resipuit, relatus est in numerum amicorum. si cõspecta imagine suarũ iniquitatũ de reditu desperasset ac de immutatione, decidisset, pfecto ab his bonis quæ postea obuenerũt: nũc vero quia perpendit quàm exiguũ sit vel excessus tãtus suorum peccatorum respectu infinitæ cõmiserationis dei, diaboli vincula dissipauit, euasit victor, bonum cursum consummauit. Cæterum deus non solũ per ea quæ in hũc facta sunt, sed per verba Prophetæ eliminauit cogitationẽ desperationis. Hodie enim, inquit, si vocẽ eius audieritis, ne obfirmetis corda vestra sicut in exacerbatione. In hunc modũ hodie nobis per omnem vitã dicendum est, & si libet, ad senectam vsque. Nõ enim ad tẽporis rationem, sed iuxta affectũ animæ solet diiudicari pœnitentia. Niniuitæ non multis diebus precati vt peccatum eorũ deleret deus. tempus exiguũ potuit vniuersam eorũ abolere iniquitatem. Et latro haud lõgo tẽpore ingressum paradisi impetrauit. Quacũq; quis hora se deiiciẽs, vel vnum dixerit verbũ, in eo momẽto totius vitæ peccata simul absterſit, atq; ante Apostolos officij grati pręmiũ suscepit. Videm⁹ etiam martyres nõ ita multis annis, imò paucis diebus, adeóq; nõ raro inter diculã splẽdidas cõsecutos coronas. Quapropter vbique nobis op⁹ est alacritate, sedulóq; affectu. itaq; paremus conscientiam, vt tanta vehementia cũ veterẽ odisse malitiã, tum diuersam elegisse viã videamur, quantam deus nobis imperat ac requirit. nihil ob tẽporis breuitatẽ habeamus minus, quãdo multi ex postremis ardenti studio se priores præuenerũt. Neque eñ graue est hominẽ cecidisse, sed lapsum iacere, nec resurgere conari: vltrò perferre malũ, torperéque ob desperationis sermonẽ, & morbum corrupti iudicij

1. Reg. 21.

Esa. 57.

Psal. 94.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicare graue est. Cõtra quos exardens Propheta dixit: Nũ qui cadit, nõ resurgit: nec qui auertitur, nũquam reuertitur? Si quẽ à nobis requiris, qui post susceptã fidẽ sit prolapsus, animaduertas quòd de hoc etiam illa dicta sunt: nam qui cecidit, ex eorũ est numero qui prius steterũt, non qui iacuerunt: nã qui iacet, quomodo is potest cadere? Verũ alia quoq; dicũ tur per parabolas, p manifesta facta, nedũ verba. Ouis illa quæ separata fuit à nonagintanouẽ, moxq; inuẽta & reducta, quid aliud nobis demonstrat, q̃ casum & reditum? Quoniã ouis erat non alieni pastoris, de reliquarum erat grege, priúsq; sub eodẽ pastore pascebatur: & errauit neutiquam casu, sed per mõtes & saltus, hoc est, per viam longã, deflectẽtémq; à recto. Quid? nũ neglexit errãtem? Nequaquam. reportauit eam impositã humeris suis, non egit ante se, nec verberauit. Quemadmodum optimi medici difficili diuturnóq; morbo decũbentes, variis medicinis ad sanitatem restituunt, nõ semper vtẽtes arte: interim enim nonnihil cupiẽtibus diuersa obsecũdant: sic deus vehementer corruptos nõ impellit magna vi ad virtutem, sed mansuete & sensim promouet: imò plerunq; portat, ne immanior scissura fiat, aut error productior. Nõ est vnũ hoc simile, quod huiusmodi doctrinã confirmat, parabola etiã de intẽperãte puero stat ab eadẽ: qui nõ erat patri alienus, vtpote filius, & frater pueri acceptissimi, nec in malitiam casu incurrit: quinimo sciens prudénsq;, vt sic dicam, in alterũ littus malorũ prorupit. diues, liber, bene nat⁹, omnibus seruis, oĩbus mercenariis, nedũ hospitibus, factus est calamitosior: atqui reddit⁹ est pristinę dignitati, amissamq; gloriã recuperauit. Si de vita desperasset, ac de his rebus quæ ei contigerũt, ambiguus, in aliena resedisset regione, orbatus fuisset nimirũ bonis illis quæ mox obuenerũt: periisset fame, mortẽq; obiisset omnium maxime miserabilem. Verũ quia pœnituit, nec diffisus est super reditu, ẽ tanta corruptione in priorẽ claritatẽ cõmutatus, amicitur stola pulcherrima, fruitur priorib⁹ quàm frater à lapsu immunis. Tot annos, inquit, seruio tibi, & nunquam præceptũ tuũ sum prętergressus, nec mihi vnquam hædũ dedisti, vt cum amicis meis lætarer: at postquã filius ille tuus, q̃ deouorauit substãtiam suam, venit, occidisti ei vitulum illũ saginatũ. Tanta est virtus pœnitentię. Tam præclaris itaque exẽplis excitati, ne permaneamus in malis factis, nec incerti fluctuem⁹ de mutãdis nobis in meli⁹, quin magna fiducia dicamus: Pergamus ad patrẽ, appropinquemus deo, is nequaquã nos auersabitur. Atqui nos consultò, deditáq; opera procul ipsos seiũgimus. Deus autem, inquit, appropinquans ego sum, & non deus procul. Quemadmodum per Prophetã iterum exprobrat: Nõ, inquit, peccata vestra diuidãt inter me & vos. Quare cum peccata nos longe dirimãt à deo, tollamus necesse est ea ceu interuallũ molestissimum, quod nos priores fieri prohibet. Audi, iam in rem præsentem duceris. Apud Corinthios vir quidã insigne patrauit peccatum, quale nec apud Ethnicos nominabatur: is erat fidelis de familia Christi: sunt q̃ eũ fuisse sacerdotẽ quoq; autumant. Quid tum? Paulúsne à spe illorũ qui seruabãtur, eum deiecit? Ille, inquam, Paulus qui in superioribus & consequentibus toties expostulat cũ Corinthiis hunc nõ esse receptũ in pœnitentia, ostensurus deniq; nullum esse peccatũ quod medicinã refugiat, iterum loquitur de eo qui grauius quàm gentes peccauerat: Tradite, inquit, eũ satanæ ad interitũ carnis, quò spiritus sãluus sit in die domini Iesu. Id quidẽ ante pœnitentiam dixit. Mox vt resipuit: Satis est, inquit, istiusmodi homini increpatio hæc quæ facta est à pluribus. Et scripsit vt eum cõsolarentur, vt resipiscentiæ locũ darent, ne eũ in satanæ potestatẽ transire contingeret. Item Galatę gẽs perfecta, post susceptam fidẽ, post signa per se facta, post multas tẽtationes propter fidẽ Christi exuperatas, lapsi sunt, iterúmq; resurrexerunt: siquidem claruerunt miraculis, quemadmodũ idem manifestat. Qui igitur vobis, ait, prębet spiritum, & operatur virtutes in vobis. Multa fidei certamina decertarũt, qđ sic docuit: Tã multa, inquit, passi estis frustra, si tamẽ & frustra. Post tanta virtutis incremẽta graue flagitiũ cõmiserũt in hoc, quòd à Christo diuerterũt, de quo videtur ille dixisse: Ecce ego Paul⁹ dico vobis, si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit. Et iterũ: Quicunq; à lege iustificamini, à gratia excidistis. A lapsu tam pernicioso perquam amãter eos recepit: nã dicit, Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formet Christus in vobis. ostendit nimirũ vel ab vltima destructione posse Christum superiorẽ reformari in nobis. Non vult enim mortẽ peccatoris, sed vt reuertatur, & viuat. Reuertamur itaq; amicũ caput, & voluntatẽ dei perficiamus. In hoc quidẽ nos creauit, ac in istud esse produxit, quò nos æternis bonis participaret, vtq; tribueret regnũ cœlorũ, nõ vt in gehennam detrudat, aut ignibus dedat, qui quidẽ facti sunt propter diabolũ, non propter nos, non aliter atq; nostri gratia paratũ est regnum cœlorum. Vtrunq; subindicat, cũ dicit illis qui à dextris adstabũt: Venite benedicti patris mei, possidete regnũ paratũ vobis ab exordio mundi. à sinistris autẽ constitutis, Discedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus est: non addit, vobis: sed, diabolo & angelis ei⁹. Qua de causa non est gehẽna instituta propter nos, sed propter aduersariũ & angelos eius: regnum autem cœlorum ab exordio mundi propter nos adornatũ, modò ne nos reddamus indignos ad hæc, vt cum sponso ingrediamur. quãdiu enim hic sumus, etiã si peccamus decies millies, semper erit spei locus: omnia dabitur abluere scelera dignam exhibẽtibus pœnitentiam. Cæterũ si quando hinc abierimus, nõdum consecuti vehementissimam pœnitẽtiam, manebit nos quiddã acerbius: nam tũ vel dentibus frendemus, vel plãgemus, vel rogabimus infinita, sed ne summo quidẽ digito paulum quiddã refrigerij destillabit ardentibus nobis: quin eadem audiemus, quæ quondam diues ille, nẽpe magnũ esse hiatũ inter nos & vos. Redeamus itaque ad frugem meliorẽ moneo, dum hic degimus, & agnoscamus dominũ sicut agnoscere fas est. Etenim nõ est cur alibi sperem⁹ pœnitentiã in inferno cõstituti, quo in loco pharmacũ hoc infirmum est: in hoc autem seculo etiam in extrema senecta impositũ, miram vim prę se fert. Vnde diabolus omnẽ, quod aiũt, lapidẽ mouet, quò in nobis alte radicẽ agat cogitatio desperationis: quãdo quidẽ nouit, quamlibet exiguũ pœnituerimus, nullo id pacto facturos indonatos à deo. Quemadmodũ eũ malitia subfrigida si incidit, imminentẽ habet retalionẽ: sic actus pœnitudine super commissis à se, quanquam idoneã delictis pœnitentiam non exhibet, æqualem tamẽ illi quam habet, quantulacunq; est, retributionẽ sentiet. Etenim nihil bonorũ, sit vel minutissimũ, à iudice neglectum erit. Quãdo peccata tãta cura disquirũt, vt de verbis & cogitationibus

Hier. 8.

Esa. 59.

1. Cor. 5.

2. Cor. 2.

Gala. 5.

Matt. 25.

gitationibus pœnã attemperet: quãto accuratius bonorum operum tam insigniũ, quàm obscurorum rationem habebit illis tẽporibus? Quare si vires nõ sufficiunt ad amissam diligentiã reuerti, & fortè prędens morbus libidoq; te destituit, nihil adhuc deploratũ videtur, modo initiũ rei feceris, atq; ad certamẽ aditum recluseris. Quãto tempore ante vestibulũ oberras, optimo iure omnia tibi difficilia ac desperata vibebuntur: ante nimirũ experiẽtiam res facillimæ maximéq; parabiles, arduæ difficultatis speciẽ præbere solẽt: deinde vbi facto periculo paulũ introserpsim⁹, & animũ perdurauimus, pro torpore, pro desperatione confidẽtia subit, diminuit timorẽ, facilitatem auget, spes amplas confirmat: propterea malignus Iudã inde seduxit, quo minus facto feliciter initio, redierit per pœnitentiam, vnde prolapsus erat. Equidẽ dico quod supra veri fidẽ aliis apparet, ne illud quidẽ peccatũ Iudę esse maius, quàm auxiliũ quod nobis à pœnitentia venit. Quare rogo & obsecro, omnẽ satanæ cogitationem à septis animæ procul arceas, atq; ad hũc penetres portũ salutis. Si vno velut nisu ad summum illud fastigiũ conscendere iuberem, haud iniuria grauatim tẽtares, propter permixtã rei difficultatem: quando vero tantulũ duntaxat in præsentia requiro, non dico quantũ malis peractis debetur, sed quantulumcunq; eum qui hoc loci consistit, retinere sufficit, ne in cõtrarium relabatur: quid dum cõtaris? quid refugis? quid teipsum retrahis? Nũ vidisti quosdã qui in deliciis, in ebrietatibus, in reliquo huius vitæ ludibrio mortui sunt? Vbi nunc sunt qui pridẽ videlicet per forum tumidi superbia cũ multis assectatoribus se mouebãt, qui sericis induti vestimẽtis, vnguentum olentes, arridẽtes parasito, & semper affixi scenę, vbi nũc illorũ est phantasia? sublata est. Cœnarũ sumptus, immodicus risus, quies animę, cogitationis diffusio, vita mollis, ociosa, luxu perdita, vbi nũc? Euolarunt oĩa. Quid ex corpore factũ est, quod pridem tanto famulitio, tam exquisita mũditia abundabat? Abiit nimirũ ad sepulchrũ. Contemplare puluerẽ, cineres, vermes, eius formę speciẽ, & amarè suspires. Atq; vtinã ad puluerem tantum eiusmodi damnũ pertingeret. Verũ interim à sepulchro & his vermibus deduc oculos mentis ad vermẽ illum immortalem, ad ignem illũ inextinguibilẽ, ad fremitum dẽtium, ad extremas tenebras, ad afflictionem & angustiã, ad simile Lazari ac diuitis, qui amictus purpura, & tot nummorũ dominus, factus est omnium rerum adeò indigus, vt nec vnius guttulę aquę domin⁹ esset, & sub acerbissima tormentorũ necessitate constitueretur. Quid? putásne somniis pręstare hui⁹ perituri seculi bona? Quemadmodũ enim qui ad metalla damnati, aut aliam quandam pœnã luunt hac grauiorem, si quãdo sub duris illis laboribus, & acerbissima vita consopiũtur, se vident in deliciis, ac læta rerũ affluẽtia, experrecti autẽ à somniis nihil oblectamẽti reliquum intelligũt: sic diues ille tanquã in somnio tantum diues fuisset, posteaquam hinc emigrauit, amarã suam pœnã persoluit. Hæc cõsidera, & isti igni repugna, qui te occupat nũc ardore cõcupiscentiarũ. Recede à fornace interim: nam qui eã hic probe restinxit, nec eius incalescet alibi vicinia: si quis eã nõ exuperat, hunc abeuntẽ excipiet tanto vehemẽtior, quo tibi cupis longiore tẽpore huius vitæ fructũ superesse. Equidem opinor non plures annos tibi q̃ quinquaginta expectandos, imò ne hoc quidẽ nobis certum est: siquidẽ qui de nostra vita nescimus, an vesperũ imminens assequatur, qua frõte super tot annis asseuerabimus? Præterea dubia aliarũ rerũ vicissitudo & inobseruabilis, nedũ temporis: quãdoque eĩ dum vita in longũ tempus producitur, quę oblectant, non æqualiter producuntur, modo adsunt, modo elabuntur. Verũ vt demus gratia sermonis ita fore, téq; tot annos victurum, neque vllus casus felicitatẽ intercipiat: quantulũ hoc ad secula infinita sempiternáque erit? quantulũ ad sæua flagella, & inenarrabile cœlorum gaudiũ? Hic habent tam iucũda quàm tristia finem, eumq; celerrimũ: illic seculis extendũtur vtraque immortalibus, nec dici potest quantũ virtute & potentia differant à rebus præsentibus. Quum ignem audis, ne arbitreris esse similẽ huic igni: accẽsus enim deferuescit, & mutat: ille autẽ semel in flammã exurgens, ardet perpetuo, nunquã intermoritur. Qui peccauerunt, necesse est vt immortalitatem induant, non tamen ad honorẽ sibi: verum vt continuum supersit viaticum illius supplicij: quod quàm sit horrendũ, oratio nequit vnquam explicare. Ab experimento rerum tenuiũ fieri potest vt accipiamus de magnis aliquid coniecturæ. Si quãdo in balneo fueris nimium efferuescente, tum gehennæ recorderis: & rursus si quando febre acriore conflagraueris, ad flammã quę tunc est, progredere: tum probe intelliges, quia balneum & febris adeò nos afflictant ac territant: quo animo futuri sumus, quãdo in fluuium ignis inciderimus, qui ducitur ab illo horrẽdo tribunali? Profectò frendemus dẽtibus propter labores & cruciatus illos indicibiles, nemo suppetias feret. Plorabimus omnes tristissime, flamma nobis vehementius incumbente. Neminẽ videbimus pręter condemnatos nobiscum, & immanem solitudinem. Quis potest verbis consequi, quàm formidabiles pauores à tenebris exorientur, quę in animis nostris extabunt? Quemadmodum ignis illic nõ habet vim resoluẽdi, sic nec lucere potest: alioq; nõ essent tenebrę. Huiusmodi igitur pauorem à tenebris, tremorem, solutionem membrorum, attonitum stuporem adducere sufficit vna illius tẽporis ratio. Multa illic variáq; tormẽta, grumuli pœnarũ ceu niuis inundant. Cęterum si quis forte dubitat quo pacto satis esse, ac æternum durare immortalis queat anima confecta tanta vi pœnarũ, is cognoscat quæ hic fiũt: quomodo non raro multi ad morbũ nõ minus acrem, quàm diuturnũ suffecerint, nec anima dissoluta est, sed corpus est constrictũ ac depressum, anima afflicti remanẽte in negocio, nõ aliter atque si corpori non indita foret. Quare postquã incorruptibile corpus insolubiléq; acceperit, nihil prohibet in infinitũ protendi suppliciũ. Hic quidẽ non simul cõtingunt vehementia pœnarum, & earum diuturnitas. Altera enim cum altera pugnat, propter conditionẽ corruptibilis illi⁹ corporis nõ ferẽtis ea: immortalitate autẽ succedente soluĩ hæc pugna, & magna potẽtia nos in infinitũ vtraq; mala possidebũt, nec excessus vllus tormentorũ perimet animã nostram. Sic, inquam, licet nos esse persuasos: neque eũ hoc corpus poterit in illo tempore consumi cruciatibus: afflictũ permanebit cũ anima, nec finis vllus erit. Quàm exquisitas igitur delicias appetis, & quantũ tẽporis opponi cupis illi supplicio & pœnæ? Vlsne centum annos, aut bis cẽtum? Verũ quid hi sunt ad secula interminabilia? quod enim est somniũ vnius dici per omnem vitã, id est fructus rerum præsentium comparatus ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus ad ſtatum futurorũ bonorum. Eſtne qui propterea vt ſuaue ſomnium videat, per omnem vitã eligat ferre cruciatum? & quis ſic ſtultus eſt, vt vltro ad talẽ mercedem aduolet? Nihildum equidẽ delicias, nec amaritudinẽ quæ in eis occulitur, aperio: quãdoquidem loqui de his rebus adhuc eſt intẽpeſtiuũ: vbi eas effugere valebis, tũ locus erit huiuſmodi tractandi. Nũc quia morbo illo detineris, videbimur tibi nugas agere, ſiquando voluptatẽ amarã nominauero. liberatus olĩ à morbo dei beneficio, mox planè intelliges malitiã. Quare ſermones illos in aliud tẽpus differamus, hoc nũc dicem⁹. Fingam⁹ delicias eſſe delicias, & voluptatẽ voluptatẽ, nihilq; habere fellis: ſed quid obſecro, dicemus de imminẽte pœna? quid tũ facie-
mus? qui modo læti geſtim⁹ velut in vmbra & imagine, opere quidẽ alibi perſoluemus pœnã: & prẽterea quia exiguo tẽpore quæ tum futura diximus, aut etiã abſurdiora effugere licet, fruíque bonis adiacẽtibus. Hoc eſt eñ opus clemẽtię diuinę, quod nobis certamina nõ in longũ tẽpus præſcripſit, breui quidẽ & in momẽto, & in ictu oculi finiẽtur: nã tantula eſt præſens vita, quæ omnino bello debetur, ſi eã ad infinita ſecula conferas. Nũ id animas damnatorum contriſtabit, quãdo meminerint quòd occaſione emẽdandi per hos paucos dies nõ vſi, ſe tradiderint malis immortalibus? Surgamus ergo, ne ſimile quiddã patiamur, dum tẽpus eſt acceptũ, dum eſt ſalutis dies, dum eſt vis magna pœnitẽtię. Siquidẽ malis ignauiter cohærẽtes, quæ dicta ſunt omnia excipiẽt, multoq; illis duriora. Ea enim quæ in gehẽna noxiis parãtur, multo ſunt moleſtiora: à tantis excidiſſe bonis tantũ habet dolorẽ, tantam afflictionem, tantam anguſtiam, quãtum vllum eſſe poteſt aliud flagellũ, certè hic debitum peccãtibus, cuiuſmodi per ſe ſufficerẽ, & quàm tormẽta reliqua gehennę acerbius mordere, cõtererę; animas noſtras videẽ. Concipe animo ſtatũ vitæ illius, quantum homini concipere datur: nã iuxta rei dignitatẽ nobis ſermo nullus adeſſe poteſt: ex iis tamen quæ audimus, ceu per ænigmata cõiecturã quã-
Iſaiæ. 35. tulãcunq; faciemus. Abiuit, inquit, dolor, & triſtitia, & gemitus. Quid igitur ea vita beatius erit? Nõ eſt cur illic pauperiem metuas & morbũ. Nemo videbit cõtumelioſum, nec iniquè oppreſſum, nemo exaſperatũ aut iraſcentẽ, aut inuidentem: nemo ardentẽ abſurda concupiſcentia, aut mœrentẽ propter ſumptũ neceſſarium, aut à magiſtratu vapulantẽ. Omnis eñ affectuũ turba quæ hic ſedata eſt, perimetur: oĩa erunt pax, lætitia, gaudiũ, omnia ſerenitas & tranquillitas, omnia dies & ſplendor & lux: lux nõ quæ nũc eſt, ſed planè alia quæ hanc tantũ excedit fulgore, quantum ea lumẽ lychni: neq; eñ occulitur illic aut nocte, aut congreſſu nubiũ, nec vrit, neq; inflammat corpora: nam nox non obũbrat, nec aderit veſpera, nec frigora, nec æſt⁹, nec alia hui⁹ generis immutatio: ſed omnino alia eſt cõditio, quam demũ ad hoc idonei reperiri intelligẽt: nõ eſt illic ſenium, nec ſenectæ mala, quæq; obnoxia ſũt corruptioni, è medio & è pedib⁹, quod aiũt, tollẽtur. Omnia occupabit vbiq; incorruptibilis gloria, & quod omniũ longe eſt maximũ, cõtinua fruentur conuerſatione cũ Chriſto, vnà cũ angelis, cum archangelis, cũ ſuperioribus poteſtatibus. Contẽplare cœlũ, animaduerte permutatũ fore habitũ totius creaturæ: nihil eñ huiuſmodi vt nũc eſt manebit, ſed multo pulchri⁹ erit ac pręclarius: & quãtum plũbo aurũ vibrans aëra, tantũ hac rerum præ-

A ſentiũ ſpecie futurus ille decor illuſtrior erit, quem-
admodũ beatus Paulus ait: Quoniã & ipſa creatura *Rom. 8.*
liberabit à ſeruitute corruptionis. Eterñ nũc ceu corruptionis particeps multa patiẽ, quę ferre corpus cõtingit: tũ vero hęc vniuerſa reiiciet, nobiſq; exhibebit elegãtẽ & incorruptibilẽ habitudinẽ. Incorruptibile nãciſcetur anima corp⁹, quę & ipſa in melius formabitur. Vnde putas tũ ſimultas? vnde pugna? Iucundus nimirũ cõcentus erit in hoc, quòd omnes ſancti perpetuo inter ſe conſentiẽt: nullus illic calumniator timendus, nullæ dæmonũ inſidiæ, nullæ minæ, nulla mors, nec ea qua hic extinguimur, nec altera quę hac multo eſt acerbior: omnis harũ rerũ expectatio deſiit. Et quẽadmodũ puellus regius primũ alitur cibo non admodũ ſplẽdido, terretur minis pædagogi, ne per indulgentiã lapſus, paterna ſe indignũ reddat hę-
B reditate: mox regiã nactus maieſtatẽ, omnia hęc mutat, præſidet cũ magna libertate, veſtit⁹ purpura, diademateq; ornat⁹, & ſtipat⁹ numeroſo ſatellitio, abiectis ab anima rebus humilib⁹ ac ſubamaris, in quorũ tunc locũ omnia magnifica, omnia iucũda ſucceſſerunt: ſic tũ eueniet omnibus ſanctis. Atqui ſermonis elegãtia, & vires nihil poſſunt: ad montẽ illũ oratione pergamus, vbi dominus transformatus eſt: contẽplemur eum ſplendentẽ, ſicut reſplenduit, quãquam ne ſic quidẽ vniuerſum nobis futuri ſeculi ſplendorẽ exhibuit, quia fuit quod tũ apparuit, attẽperatio quędam pro captu noſtro, neutiquã accurata rei demõ-
ſtratio, quod à verbis euãgeliſtæ manifeſtũ eſt. Quid *Matt. 17.*
nam ait? Spleduit, inquit, ſicut ſol. Cęterũ incorruptibilium corporum gloria nõ tantam lucem demittit, quãtam illud corruptibile corpus: neq; talẽ eiuſmodi oculi mortales capere ſufficiũt. Ad hanc quidẽ vi-
C ſionem oculi requirũtur incorruptibiles & immortales. Verũ in monte tum aperuit tantũ lucis, quantum ferre potuerunt citra lęſionẽ aciei, atque afflictionẽ oculorum contuentiũ in illud, quod tamẽ aliter cecidit: procideruñ enim in faciẽ. Dic obſecro, ſi quis te in theatrũ induceret, vbi magna multitudo hominũ ſederet amicta ſtolis aureis, & in medio omniũ oſtẽderet aliũ quendam adornatũ eximiè gemmis, regio veſtitu inſignẽ, coronam habentem in capite, deinde polliceatur te aſſumpturum in numerum eorum, nũ oĩa faceres quę ipſe iuſſerit? Euola nũc in cœlos animo, in illud intende theatrũ, quod nõ coiit ex huiuſmodi viris. Conuẽtus eſt illic eorũ qui exuperãt omne precium auri, lapidũ precioſorũ, radiorũ ſolis, & omnis viſibilis formæ, nõ hominũ ſolum, ſed eorum
D qui hominibus antecellunt, angelorum, archangelorum, thronorũ, dominationum, principatuum, poteſtatũ. De rege ipſo nihil ſatis idoneũ dici poteſt, adeò ſermonẽ & mentẽ omnẽ excedit eius pulchritudo, formoſitas, ſplendor, gloria, maieſtas, magnificentia. Tãtúmne bonorũ à nobis ipſis ſummouebimus, quò declinemus exigui tẽporis laborẽ? Quòd ſi quotidie foret infinities moriendũ, ferendũ tamen eſſet. Præterea gehẽnam tormentáq; omnia cõuenit ſuſtinere, vt videre queas Chriſtũ venientẽ in gloria ſua, & cõſcribi ordini ſanctorũ. Audi quid Petrus dicit, Bonũ *Matt. 17.*
eſt nos hic eſſe. Si Petrus qui vidit obſcuram quandã imaginem futurorũ, omnia continuò reiecit ab animo propter voluptatẽ inditam animæ à tali aſpectu: quid dicemus, quando rerũ veritas aderit, quãdo regiis cubiculis adapertis, contueri licebit ipſum regẽ, nõ per ænigma, nec per ſpeculũ, ſed facie ad faciem,

non

non amplius, inquam, per fidẽ, ſed per ſpeciem? Sunt
A quidam abſurdi iudicij, ij duntaxat amãt effugiſſe gehennã: cõtrà ego multo durius eſſe tormentũ quoddam aſſero, quàm gehẽna eſt: hoc eſt, nõ aſſecutũ eſſe tantam gloriam, & illinc elapſum eſſe. Nec opinor equidẽ tanto dolore lugendũ de malis gehẽnę, quãto neceſſe eſt caſum deplorare, q⁹ de cœlis excidimus, qui eſt nimirũ cruciat⁹ omniũ duriſſimus. Quãdo regem videmus frequẽti ſatellitio palatiũ adequitantem, eos qui illi proxime cohærẽt, ſermonis cõſiliiq; & maieſtatis ei⁹ participes, felices iudicam⁹, nóſque miſeros: licet eñ infinitis bonis abundauerimus, & harum rerũ nihil ſentimus, ſuſpiciẽtes in gloriam ſanctorum. Adde quod compertiſſimũ eſt, ſeculi faſtum eſſe dubium & infirmũ propter vim bellorum, propter inſidias & inuidiã, propter hoc quòd vel extra teli iactum, & extra periculi ſuſpicionẽ, per ſe tamen ne huius quidẽ faciendus eſt: cæterum tuta per-
B petuáq; erit felicitas regnante rege omniũ, qui poſſidet non modo quæ terra, verumetiã quę ambitu cœli cõtinentur: imò terrã pugno complectitur, & palmo cœlos, qui omnia ſuſtinet verbo potẽtiæ ſuæ, cui gentes cunctę pro nihilo cõputãtur: & adhuc dubitamus, an ſummũ ſit ſuppliciũ, à choro q⁹ eſt apud deũ, excludi? adhuc amabimus ceu bonũ pręcipuũ effugiſ ſe gehẽnam? Quid anima ſic affecta miſerius? Nã rex
Pſal. 49. ille non iugo alborũ mulorũ, nec aureo vehiculo vectus, nec purpura neq; diademate ornat⁹ veniet diiudicaturus terrã. Sed quomodo veniet? Audi ptophetas clamantes & dicentes, quoniã hominum facultatem excedit. Deus eñ veſter, ait quidã, palàm veniet, nec ſilebit: ignis coram eo exardebit, circa eum tẽpeſtas vehemẽs. Aduocabit cœlũ à ſuperioribus, & ter-
C ram ad diiudicandũ populũ ſuum. Adhęc Eſaias pœ- *Eſa. 13.*
nã nobis proponit: Ecce, inquit, dies domini veniet, auſterus furore & ira ad ponendum totũ orbem terrarũ in ſolitudinẽ, & ad abolendos peccatores ex ea: quia nec ſtellæ cœli, nec Orion, neq; quis alius ornat⁹ cœli lucẽ diffũdet, & obtenebreſcet ſol in exortu ſuo, neq; luna dabit lumen ſuũ: & orbi terrarum ingeram mala, & impiis peccata ſua: & perdã ſuperbiã iniquorum, & altitudinem ſuperborum humiliabo: & erũt q⁹ relicti ſunt, precioſiores quàm aurum valde exuſtum igni: & homo pluris æſtimabitur lapide q⁹ eſt ex Sapphir. Cœlos eñ cõmouebit, & terra excutietur ex fũ-
Eſa. 24. damentis ſuis, propter furorẽ iræ domini ſabaoth, in die qua venerit furor ei⁹. Et iterũ, Feneſtræ, inquit, de cœlo aperientur, & cõmouebuntur fundamẽta terrę, & turbabiẽ terra, & eliqueſcet terra: inclinãdo inclinabitur terra, ſicut ebrius & crapulãs: cõcutietur ſicut D caſula cuſtodũ: terra concidet, nec poterit reſurgere: confirmabitur eñ cõtra ſe iniquitas, & iudicet deus aduerſus ornatũ cœli in alto manũ ſuam in illo die, & contra regna terræ: & congregabũtur cõgregationes eius ad carcerẽ, & excludent munitionẽ. Subſcri-
Malac. 3. bit Malachias: Ecce, inquit, veniet domin⁹ omnipotẽs, & quis expectabit diẽ ingreſſus eius, aut quis ſubſiſtet in viſione? propterea q⁹ ipſe ingreditur tãquam ignis conflatilis, & tanquam vrceus fullonum, & ſedebit ad conflandum, & ad purgandum velut argentum & aurum? Et iterũ, Ecce, inquit, dies domini veniet exardẽs vt fornax, & inflãmabit eos: & erũt omnes alienigenæ, & omnes qui faciũt abſurda, arundo, accẽdet eos dies ventura, dicit dominus omnipotẽs: nec relinquetur neq; radix, neq; palmes. Cæterũ vir

deſideriorum: Vidi, inquit, vſque dum throni poſiti *Dan. 7.*
ſunt, & antiquus dierũ ſedit, & veſtimentum eius albũ ſicut nix: & capillus capitis eius tanquã lana mũda, thronus eius flãma ignis, rotæ eius ignis cõſumẽs, fluuius igneus prorui, antecedẽs ante eũ: mille milia miniſtrabant ei, & decies millies decẽ milia conſiſtebant ante eum: concio iudicũ conſedit, & libri aperti ſunt. Deinde poſt pauca, Vidi, inquit, in viſione noctis, & ecce cũ nubib⁹ cœli ſicut filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquum dierũ peruenit, & coram eo eſt ei oblatus & datus eſt ei principatus, & honor, & regnũ: & omnes populi, tribus & linguæ ei ſeruiẽt, & poteſtas eius poteſtas æterna, regnũ eius nõ deſtruetur. Horruit ſpirit⁹ meus: ego Daniel territus ſum: viſiones capitis conturbauerunt me. Tũ aperiẽtur omnes cœleſtium faſtigiorũ portæ, imò iſtud ipſum cœlũ è medio ſubducetur, haud aliter atq; ſcenæ pelles, ac velũ contrahitur è medio, vt cõmutetur in melius. Tũ omnia ſtupore conferta erũt, & horrore, & metu, tum etiam angelos ingẽs metus occupabit: neq; ſolũ angelos, ſed etiã archãgelos, & thronos, & poteſtates cœlorum: propterea q⁹ conſerui iudiciũ ſubituri ſunt de peracta in mundo vita. Nam ſi in iudicio vnius ciuitatis quæ in ipſius cura oẽs exhorruerũt, quanquã erant extra periculum: quid tũ erit, quãdo cogноſcetur de vniuerſo terrarũ orbe, ſub iudice nõ requirente teſtes, nec iudicia: ſed quãdo abſq; illis facta ſimul & verba in mediũ ipſe reus exacte prodet, oſtẽdẽtq; ſcelera ipſorũ iſtorũ authoribus, paritẽrq; illis qui ea ignorant? Quomodo, inquit, fieri poteſt, vt tum non cõcutiatur quęlibet potẽtia? Si enim fluuius ignẽ nõ voluerit, neq; angeli aſſiſterẽt adeo formidabiles: ſoli autẽ conuocati homines quorũ pars laudata eſt, & in admiratione habita, pars ablegata inglorie, ne gloriã dei videat: nũ iſtud per ſe pœna foret tota gehenna lõge acerbior? A tãtis bonis eſſe prolapſum, orbatas animas mordet perpetuo, quantũ illud malũ putas? Nullo ſermone quiſquã hic explicabit, alibi autẽ dilucide perſpiciem⁹. Quare obſecro, ob oculos modo ponas, non dico immaniſſimã illam pœnã, & ſuffuſos graui pudore, necnon palàm cõſpicuos, defixis in terram oculis ob conſciẽtiam ignominiæ: ſed illã viam teterrimam quę ad ignem abripit, ſed & ferẽtes tormẽta, traditóſq; atrocibus punitorib⁹: idq; eo tẽporis quo coronis adornati, celebréſq; cãtãtibus angelis regio throno aſſiſtunt quicunq; hic bona fecerũt, quiq; digni fuerũt reperti æterna vita. Hęc in illa die. Quæ autẽ ſequũtur, quis ſermo nobis exprimet? Quis vel delineabit voluptatẽ quæ ex cõuictu Chri-
D ſti extabit, aut vtilitatem, aut gaudiũ? Etenim anima quæ in propriam rediit naturam, quę in reliquũ tempus multa libertate dominum ſuũ ſuſcipit, quantum ea fructũ capiat, quãtum dulcedinis, quantum lucrũ, haud quiſquam vnquã ſatis explicabit: nec ſolum læta bonis præſentibus, ſed ſecura tutáq; erit, quòd tãta gaudiorum ſemina nequaquam deſitura ſint. Eam itaque iucunditatẽ vniuerſam ſermone quis effinget, quis attinget cogitatione? Obſcure vtpote minutis magna demõſtraturus, tẽtabo facere perſpicuũ. Perpendamus igitur eos qui in hac vita huius mundi cõmodis oblectantur, diuitiis inquam, & magiſtratu, atq; gloria, quanta libidine ſuperbiáq; efferuntur? In terra eñ ſe adhuc degere, negare videtur: quãquam fruuntur iis demũ bonis, quę bona eſſe nondum omnibus perſuaſũ eſt: quæ poſſeſſores mutare ſolita, frequentius

Universidad de Deusto
Biblioteca

quẽtius ex inſperato euolãt,&quandoq; citius quàm ſomnia.Quòd ſi pauliſper cõſiſtunt, iuxta modũ forſitan vitæ huius,ſi latiſſime extẽduntur, nam vlterius protendi nequeũt.Quòd ſi hęc fluxa ſuos poſſeſſores in tanta gaudia ſuſtollũt,& animũ, licet incerta ſubitáq; ſint,in iugem effundunt lætitiã: quid putas futurum de animis illis accerſitis ad infinita bona,quæ in cœlis pios manent, quę fixa ſempérq; duratura ſunt, quę virtute quoq; his præſentibus longe præſtãt,nedũ conſtãtia ſua nũquã deſitura, & cuiuſmodi haudquaquam aſcẽderunt in cor hominis?Nunc eñ quẽadmodũ in vtero puellus,ſic in mundo viuimus multis intercluſi anguſtiis,venturíq; ſeculi nec fulgorem, neque claritatẽ valentes contueri:cæterum vbi tempus imminet parturitionis,& partus edĩ iuxta legitimum præuiſumq; tempus,hęc vita omnes tũ excipit mortales.Nã abortiui de tenebris ingrediũtur ex afflictione ad afflictionem nõ paulo duriorem.Maturi autem fœtus qui notam regij ſimulachri gerũt obſeruántq;,perducũtur ad regem, eiúſq; myſteriũ capeſſunt,quod angeli quoq; & archãgeli deo rerum omniũ perficiũt. Quare noli characteres illos perpetuo nobis obſcurare amice optime, ſed eos eueſtigio inſtaura,refingeq; in meli^o: pulchritudinẽ corporis intra naturæ vim deus deſcripſit:decorẽ autẽ animę illine à neceſſitate & ſeruitute exemit, veluti corporis luce meliorẽ, atq; eius potiũdæ copiam omnẽ nobis attemperauit diuina trutina. Quãdoquidẽ dominus noſter impẽdio nos amat,eóq; vehemẽtius cohoneſtat genus noſtrũ. Minora quidẽ illa,nec quicquam eximij præ ſe ferentia proficiũt nobis,& quę minime præſtantia credas, ea neceſſitati naturæ producenda commiſit. Porrò verorum bonorũ nos eſſe opifices dedit, ꝓpterea quòd corporis pulchritudo in noſtra ſita poteſtate,mox curę nimię fuiſſet,ſempérq; rebus infructuoſis impendiſſemus oper-m,& animæ dotes vbiq; neglexiſſemus, cum negata ea facultate iã nũc omnia facim^o,omnia molimur:pigmẽtis formã à nobis quaſi ab inuitis aſſerimus, cũ verã nequimus,coloribus,tincturis,concinnatione capillorũ,veſtiũ circunductu, oculorũ lubricitate, multíſq; eius generis ineptiis falſam affingim^o:quod ſtudiũ rebus frugi tribuiſſemus,ſi potuiſſemus ad bonã formã aliquid adiungere? Haud temere aliud quicquã egiſſemus, vbi fuiſſet noſtrarũ viriũ,quàm excolere formã:quin omnia ſimul in hoc tẽpora conſumpſiſſem^o, & venuſtaſſemus abiectiſſimã ſeruam infinitis ornamẽtis,relicta domina nobiliſſima,inculta magis, magiſq; neglecta quouis mãcipio.Qua de cauſa deus adempta infelici cura,melioris rei artẽ nobis indidit, per quã qui corpus ex deformi elegans reddere nequit, is animã vel vltimæ turpitudinis in ſummã ſpeciẽ reducere ſuffíciet:adeoq; amabilẽ reddere,atq; adeo illicem, vt & deum regem omniũ in ſuã cõcupiſcentiam pelliciat, nedũ viros bonos, iuxta ea quæ pſalmorũ cantor de huiuſmodi pulchritudine animæ abſoluit.Et cõcupiſcet,inquit,rex pulchritudinẽ tuã. Num vides quòd deformes impudentéſq; mulieres proſtitutę vix poſſunt obtrudi gladiatoribus,& iis quoq; qui cũ beſtiis depugnare ſoliti ſunt?Cæterũ ſi quæ bonæ formæ, ſi ingenuæ liberalíq; facie, per occaſionẽ in eã inciderint calamitatẽ,quemliber generoſum eximiumq; virũ nihil pudebit vel cõnubio ſibi talẽ adiũxiſſe. Tãta eſt apud homines miſericordia,tãta deſpectio vulgaris opinionis, quę ſępenumero in propatulo affectas ignominia,liberat ab infami ſeruitute,recipítq; in ordinẽ matronarũ.Quãto benignior facilitas erit apud deũ erga animã propter ſuperni generis præſtãtiam, quæ per tyrannidẽ diaboli in huius vitæ turpiſſimũ lupanar coniecta eſt? Harũ rerũ exẽpla plurima ſunt apud prophetas,qui vaticinãtur aduerſus Hieroſolymã prolapſã in ſcortationẽ aliquã nouo modo,quẽadmodũ Ezechiel dicit:Quibuſlibet meretricib^o daſ mercedes,tu autẽ addidiſti mercedẽ,& in te eueniet cõtra omniũ mulierũ cõſuetudinẽ: ſedíſti expectãs eos tãquã coturnix ſola in eremo.Hãc adeò deperditę libidinis vocat ruſũ deus.Etenim captiuitas eis pœna nõ fuit,ſed poti^o ad occaſionẽ redit^o,& ad correctionẽ: ꝓpterea quia ſi deo libuiſſet cõficere pœnis cõmeritos,ꝓfecto domũ nõ reduxiſſet,nec ciuitatẽ celebrio rẽ,nec tẽplum auguſtius vetere apparaſſet.Erit enim gloria,inquit,huius dom^o illa vltima præſtãtior priore: quia ſæpius cõſpurcatã libidine deus à pœnitẽtia nõ ſummouit: multo auidius animã tuã amplexabit, ne dubita,iſto dũtaxat caſu prolapſã. Nemo eñ nemo amator formæ quãlibet inſanus, aduerſũ adamatã tãto cõflagrat igni,quãto ſtudio deus noſtrã appetit ſalutẽ:quod videre eſt de vñaquaque anima,& de diuinis ſcripturis.Obſerua in prętionib^o Hieremię, & paſſim apud ꝓphetas contẽptũ faſtiditũq; dominum, iterũ tamen aduolantẽ ac inſtaurãtem amicitiã erga defectores, iuxta id quod etiã in euangeliis ipſe conteſtatur:Hieruſalem,Hieruſalẽ,quæ occidis prophetas,& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt:quoties volui cõgregare filios tuos,quẽadmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas,& noluiſti?Deus, inquit,erat in Chriſto mundũ recõcilians ſibi, non imputans eis peccata ſua,& poſuit in nobis ſermonẽ recõciliationis.Itaq; nomineChriſti legatione fungimur:tanquã deo vos obſecrãte per nos,rogamus ꝓ Chriſto recõciliamini deo.Hęc ad nos modò dicta putato.nõ eñ incredulitas tantũ, ſed & vita immũda ſolet excitare grauem inimicitiã. Affectus eñ carnis,inquit, inimicitia eſt aduerſus deũ. Deſtruamus igitur interiectum murũ diſſipemúſq;,atq; cadauer eiiciam^o, quò beata recõciliatio cõtingat,quò reddamur iterũ amabiles, & expetẽdi deo. Scio ꝙ admiraris Hermiones faciẽ, & bonã formã eius,nihil ei in terris exiſtimas ſimile: verũ ſi voles ô amice,iam nunc eris ea multo elegantior & pulchrior: tãtũq; præſtabis,quãtũ luteis aureę ſtatuæ.Si ſuꝑ corpore illuſtri multorũ mẽtes percellũtur & obſtupeſcũt, quãdo in anima refulſerit lumẽ decoris,ꝙd ęquale huic ſic pulchro oppones?Nã hius pulchritudinis ſubſtãtia eſt pituita,ſanguis fluid^o, atra bilis,ſuccus cibi bene mãſi.Talib^o eñ pigmẽtis, oculi,genę,& reliqua mẽbra venuſtãtur:quanquã nõ ſuſcipiãt huiuſmodi aſperſionẽ quotidie, ꝙ ſæpenumero ꝓpter vẽtris malitiã aut hepatis corrũpit,ipſãque cutis marceſcit,cõgruo farcimẽto deſtituta,atq; oculi excauanẽ.Citi^o euolat,q̃ intellexeris,oris decor vniuerſus.Quid ſubeſt micãtibus ocellis? ꝙd occulit rectis narib^o?quid ore celat gratioſo,& malis purpureis? Certe nihil aliud, q̃ gypſo incruſtatũ ſepulchrũ eſſe dixeris bonã corporis formã, modo exacte cognoſcas,tã diuerſis oppleta eſt intus ſordibus. Deinde & pannũ reiectũ,quẽ cũ vides implicitũ,tenere ſimile quiddã pituitæ aut fluori, cuiuſmodi ex ore vltro diſtillat: quémq; ne ſummis quidẽ digitis audes attingere,imò ne intueri quidẽ:ſed ad plicas eius, & conuolutiones intimas conuertẽs viſum,exhorreſcis nauſeans.

nauſeans.Huiuſmodi eſt,ſi penitus expẽdis, corporis venuſtas,quæ cõferta eſt putore & ſanie multa.Cęterum iſta tua dignitas,qua pridem claruiſti,erat multo alia. Sicut enim terrã cœlũ, ſic ea formã corporis euanidã exuperat: quin imò & cœlo ipſo eſt illuſtrior meliórq;.Animam enim à corpore exutam nemo vſpiam vidit,aliunde tamen eius tibi demõſtrare decorem tentabo,à potentiis nimirũ maioribus.Audi igitur quomodo virtum deſideriorum conſternauit illarum decor:nam demonſtraturus earum pulchritudinem,neque corpus cui cõponeret valens inuenire,ad metalli materiam profugit, qua nihildum contentus, fulgurationis vim acerrimam in exemplũ quoque aſſumpſit.Quare cum ſubſtantiam angeli nec purã,nec nudam vidit,ſed obſcurè admodũ & obtecte, ſic tamen eam illuſtrauit, vt decuit apparere expoſitã extra omne velamentum.Eiuſmodi quiddam etiam de pulchritudine animę cogitaſſe fas eſt:Erunt enim,inquit,angeli:in corporibus leuiora & tenuiora quę ſeceſſerunt ad vitam ferentẽ ſuper corpora,quo nomine meliora, magiſq; admiranda iſtis creduntur.ergo vt terra cœlũ,& aqua ignis,& lapidib^o ſtellę ſunt ſpecioſiores: & iridẽ potius, quàm violas, aut roſas, aut quoſlibet flores terræ admiramur: ſic nimirum illis oĩbus Chriſtianæ animæ facies præfulget,ſed & modis oĩbus,vbi oculis corporis liceret contueri ſpeciẽ huius,deridicula viderẽtur, quæcunq; exempla è rebus craſſis & viſibilib^o deſumpſerim^o.Vſqueadeò tenuiter delineant incomparabiles animæ dotes & venuſtatem. Cuiuſmodi poſſeſſionẽ & felicitatẽ ne negligamus, maxime quia facilis aditus nobis ad illud pulchrũ conſequendũ datur per ſpẽ futurorum.continuò enim leuiuſculũ afflictionis,graue & inæſtimabile põdus gloriæ perficit,nobis videlicet cõſiderãtibus non quę vidẽtur,ſed quæ nõ vidẽtur: nam quæ videntur,temporaria:quę autem non vidẽtur,æterna ſunt.Quòd ſi afflictiones,quas noſti, faciles portatu, leuéſque nominauit beatus Paulus, propterea q̃ non reſpicitur ad ea quę vidẽtur:quãto procliuius erit eo ingenio petulantiã reſtinguere? Nam ad pericula te non vocamus,quæ à piis interim obeunda ſunt,neq; ad mortem quotidie obeundam: neq; ad perpetuos labores,neq; ad flagra,neq; ad vincula,neque ad inimicitiam cum orbe terrarum ſine fœnere gerendam, neq; ad odium domeſticorum,neque ad vigilias frequentes,neq; ad longam peregrinationem,neque ad naufragia,neq; ad latronum incurſus, neque ad inſidias cognatorum, neque ad affectũ doloris pro fortunis amicorum afflictis ſuſcipiendũ,neque ad famẽ, neque ad algores,neque ad nuditatem,neq; ad experimentum aliquod durum,neq; ad animum conſternatum de rebus tuis alieniſve confouendũ. Interea quidem à te nihil harum rerum requiro, tantum ſtudeo maledictam ſeruitutẽ amouere, priſtinámq; reducere libertatem: quæ quidẽ libertas exacte nouerat & agnouerat,quãta ſit intẽperãtiæ pœna,quodq; præmium ſuperiori vitæ probæ futurũ eſt.Nã incredulos de reſurrectione ex mortuis leuius cõmoueri, nullumq; metum ſentire, non admodum eſt admirãdũ:ſed quòd nos qui credimus quæ hic ſunt, vel potius ea quæ alibi proſpicimus,tam miſerè vitã tranſigimus,tam calamitoſe, & earum rerũ memoria nihil excitamur,exuti prorſus omni ſenſu,iſtud quidẽ longe eſt omnium abſurdiſſimũ, maximéq; obſtupeſcẽdum:ſiquidem credentes,quę ſunt incredulorũ deſignamus:parum dixi:multo nimirũ indigniora,quàm illi perpetramus.Sunt eñ inter illos,qui ſecundũ virtutem huius vitæ clari extiterũt,quę nobis eſſe debet vehemens admonitio.Nũ deinceps venia iure negabitur?Naufragio eñ periclitati mercatores fermè nihildum concidunt, eandem viam audent iterum tẽtare,quanquam ex incuria id nõ euenit, ſed ex vi vẽtorũ ineuitabile damnum pertulerunt: & nos contamur ſemel fruſtrati rurſum accingi negocio, q̃ ſcim^o ante vltimũ vitæ momentum nihil deſperãdum, qui prænouimus nec naufragium, nec damnum incidẽs niſi volẽtibus accidere.Quid abſtinemus manũ?quid ceſſamus?quãtus pudor ſic reſupinos cõſertis inter ſe mutuo manibus iacere, atq; vtinã inter ſe cõſertis,& non contra ſeipſas commiſſis.Quod quidem inſignis eſt inſania, nõ minor quàm ſi quis eorum q̃ in arena pugnis decertãt, omiſſo aduerſario in ſuũ caput manibus irrueret,faciemq; contũderet propriã.Ex inſidiis nos obſeruat diabolus, & incautos in magnã abducit perniciẽ:quare neceſſe eſt vt reſiſtam^o intrepidi,vt caueamus ne iterũ ſubripiamur ad pericula, ne ipſi nos in prœceps collocem^o,ne cicatricẽ ab illo inflictã,noſtra culpa refricemus. Quãdoquidẽ beatus Dauid caſu decidit non leuiore,q̃ tu modò,imò non tantũ æquali:ſubinde eñ aliud flagitiũ adiecit, nempe cædem atrociſſimã innocentis Vrię. Quid igitur? Nũ proſtratus nihil amplius tentauit quò reſurgeret? Nunquid forti animo arma reſumpſit aduerſũ inimicum?Adeo eñ conſtanti pectore eſt ei reluctatus, vt & mortuus filiis ſuis præſidio foret:nã Salomoni cõmerito mille mortes,propter Dauid de^o (ſcriptũ eſt) reliquit regnum integrum,cũ ſic loquitur: Scindens ſcindam regnũ in manu tua, & dabo iſtud ſeruo tuo: verum temporibus tuis id nõ faciam,propter Dauid patrem tuũ:è manibus filij tui iſtud accipiam.Ipſi deniq; Ezechię periclitaturo vltimo diſcrimine, quanquã iuſtus eſſet,propter beatũ illũ virũ auxilium promiſit.Protegã eam,inquit, vrbem, vt ſeruem eã,propter me,& propter Dauid ſeruũ meũ.tanta eſt pœnitentię virtus.Porrò ſi eius ſententię fuiſſet,cuius tu nũc es,deũ non poſſe deinceps placari:& ſi dixiſſet,Affecit me honore eximio, allegit in numerũ prophetarum,& imperium in contribules cõceſſit, periculiſq; infinitis eripuit:quo itaq; pacto cõtinger,vt eum iterum placẽ, cui poſt tãta beneficia ſum aduerſat^o,omnia peſſima temerè perpetrãdo?Huiuſmodi ſi vnquã venire in mentẽ permiſiſſet, non ſolum non attigiſſet ea quæ inde præſtitit,ſed etiã priora inſignia diſſipaſſet. Neq; eñ ſola corporis vulnera dũ negligũtur,inducunt mortem,ſed etiã ipſius animæ: & inſcitia noſtra tãta eſt,vt illi^o plagis accuratiſſime medeamur:huius autẽ obſtinate cõtemnim^o: quanquã corpori malũ immedicabile ſæpenumero accidit, nihil tamẽ de ſalute deſperamus,quin dicto medicorũ audiẽtes,quanquã morbũ pharmacis abolere nequeũt, ſtudemus tamen ex verbis eorũ qualemcunq; poſſumus conſolationẽ venari. Animi hic nullus eſt morbus deploratus,quoniã naturæ viribus non ſubeſt,& perinde negligimus huius incõmoda deſperato ſalutis obtentu,tanquã ad nos nihil pertineret: inde quidem exiſtit,quòd detrudimur in barathrum deſperationis.Quemadmodũ ægrotos qui bona ſpe ſuſtinẽtur,ſalubriter curamus,ꝓpterea quòd nihil in eis, de quo dubitandũ videatur: ita ab illis abſtinemus, qui animum ad ſanitatẽ prorſus abiecerunt, eoſq; nolumus acci-

Matt. 22. & Mar. 12.

Ezec. 16.

Matt. 23.

Psal. 44.

Rom. 8.

3. Reg. 11.

4. Reg. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus accipere curandos:tanto diligentiorẽ corporis, A quàm animę curã habem⁹.quo fit,vt nec ſeruare corpus valeamus,optimo quidẽ iure.nã qui neglecto potiore,de minutis omni ſolicitudine diſtringitur,vtraque diſſipat & perdit:cæterũ qui ordinem,cui maxima virtus, cuſtodit, & quod prius eſt,maxime curat: altero,quod eſt vilius,poſthabito,per potioris quidẽ ſalutem ſeruat etiam poſterius. Sicut & Chriſtus inſi-
Matt. 10. nuare videtur: Ne timeatis, inquit, eos qui occidunt corpus,animam autẽ nequeũt occidere: quin potius timeatis potentem & animã & corpus perdere in gehennam. Fortaſſis tibi per nos perſuaſum erit, nunquam eſſe negandum reditum animæ ad ſanitatem à morbis tanquam deſperatis. Non abſurdum itaq; videtur aliorum iam cogitationes rememorare. Quamlibet ipſe animum abieceris,nos vtiq; ſpem de conſequenda ſanitate tua, nunquam vocabimus in dubiũ: B neutiquam eũ id nobis permittemus, quod ſolemus aliis vitio vertere:& multum intereſt,vtrum à ſpe ipſe te ſummoueas,an ab alio ſummouearis. Etenim ab alio in eum torporem detruſus,nõ raro celerem veniã obtinebis: at is qui ſibiipſi omnem ademit fiduciam, nunquam inde cõfidet. Et quid ita? quia nemo alterius ſtudia reſipiſcentiámq; in manu habet, ſuorum autem poteſtatẽ omnino tenet. Atqui nihildum tantopere præcludimus ſperandi viã, quanquam infinities ignauia hac laboraueris,fortè dabit aliquis in virtutẽ regreſſus, & de malitia veteris vitę recõciliatio.
Audi ſequẽtia. Niniuitæ audita Prophetæ inuectione
Ionæ.3. & minis, qui ait: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur:non ita conſternati ſunt,quanquam nihil ſpei vſpiam fuit de deo precibus impetrãdo,imò potius contrariũ habuerunt ſuſpicari ex oraculo. Nam C non erat dictum cum aliqua diſiunctione, ſed aperta ſententia,& nihilo ſecius tantam exhibuerunt pœnitẽtiam:Quis ſcit,inquit,ſi pœnitebit & cõſolabitur nos deus,& auertet animum ab indignatione, neque nos pereamꝰ?Et vidit deus opera eorũ quòd ſummoti eſſent à viis ſuis peruerſis,& pœnituit deum ſuper afflictione quam locutus erat ſe ipſis facturum,& non fecit. Homines illi barbari & imprudentes tantum potuerunt intelligere: multo amplius conuenit vt nos idem perficiamus, qui diuinis decretis, tótq; exẽplis eruditi ſumus,qui tã in verbis, quàm in operibꝰ quo-
Eſaiæ. 55. uis populo plus perſpeximus:Cõſilia,inquit, mea nõ ſunt vt conſilia veſtra:nec viæ meæ, ſicut viæ veſtræ. Quantum abeſt à terra cœlum,tantum diſtant iuſtificationes meæ à cogitationibus veſtris, & cõſilia mea à veſtris cõſiliis. Porrò nos miniſtri,qui ſæpenumero D deliquimus,in meliorem frugẽ proficiſci ſtipulati ſumus, quàm blande reuerſi ſuſcipimur, quanta gloria cohoneſtamur, & nos non raro delabimur in maiorem licentiam. Non quidem in eum caſum à deo deſcribimur: ſiquidem vbi deus in hoc nos creaſſet, vt perderet,probe quidem id pernoſſes, iuréq; dubitaſſes ſuper propria ſalute: cæterum quia non ob aliud, quàm propter bonitatẽ nos produxit,quò bonis fruamur ſempiternis,atq; in hoc omnia facit,omnia molitur in præſentem horam vſq;:quod factũ ipſius idoneũ eſt nos dubios reddere. Vehemẽter cum exaſperamus qualiter alioq nemo aliusꝰ:quo fit,vt ea de cauſa maxime oporteat abſtinuiſſe ſceleribꝰ, duci pœnitudine ſuper peractis,multúmque ſpecimen præbere animi demutati. Quandoquidẽ nihil eſt quod in nos queat ſoleatq; illum ipſum ſemel perinde irritare, atque in poſterum nolle reflexiſſe in viã:nam peccaſſe eſt humanũ, perduraſſe autem in flagitiis non humanum eſt, ſed penitus diabolicum. Conſidera quanto maiore ſtomacho deus id ferat apud prophetã. Scriptum eſt eũ, poſteaquã ab eo defecerint omnia: Ad
Hier.3. me,inquit,reuertere,neq; reuerſus eſt. Et econtrario iterum adnitens demonſtrare, quàm benigne lancẽ quæ continet ſaluté noſtram,inclinet, vbi poſt tanta tamq; enormia delicta ſe receperunt rectà incedere, cum id audiſſet,inquit:Quis dabit vt ſic parẽtur corda eorum intra ipſos quò me timeant,cuſtodiántque præcepta mea omni tẽpore, vt eis bene ſit,& filiis eorum per ſeculum? Præterea Moſes ſubſcribit:Age,in-
Deut. 10. quit,Iſraël,quid dominꝰ deus à te petit?Vt timeas do minũ deum tuũ, vt ambules in cunctis viis eius, & vt ames eũ. Quare qui captat omnibꝰ modis, vt à nobis ametur,& in hoc omnia facit: neque vnigenito propter amicitiam noſtrã pepercit,vtq; ipſi aliquãdo reconciliemur,tam amabilẽ rem præſtitit:qui fieri poſſit,vt reſipiſcentes nõ admittat?vt non redamet? Audi quid per Prophetã dicit:Dic,inquit,tu iniquitates
Eſaiæ 43. tuas prior,vt ſis iuſtificatus:& hoc, quòd in amicitiam fortiter ardeamus,expetit à nobis. Qui eſt amore captus,ſi ipſum ij quos amat,afficiũt quãlibet graui cõtumelia, nondũ extingui ſuſtinet concupiſcentiam, nullius rei gratia illatas iniurias in mediũ feſtinat ꝓponere,quàm vt ſolido ipſius amore demõſtrato,arctiore eos dilectione obuinciat. Quoniam autem cõfeſſum eſſe peccata,tantũ affert ſolatij:quãtum putas allaturum,per opera diluiſſe? Niſi ſic foret, & à recto curſu ſemel deflectentibus pateret reditus, quotus tũ quiſque ex tot hominũ milibus in cœlũ introiſſe vidébitur?præter admodum paucos,qui ſupra nos iam nunc ſunt cooptati in numerũ bonorum. Atqui maxime refulgẽtes inueniemus poſt lapſus enormes,qui magnum impetũ in malitia præ ſe tulerunt, eundem rurſus adhibuerũt ſępenumero rebꝰ optimis, perpẽſis apud ſe debitis, quibus ſunt velut obærati per ſua ipſorũ malefacta:quod & Chriſtus ipſe illuſtre reddidit,vbi Simoni de muliere reſpõdet:Vides enim,ait,
Luæ 7. hãc mulierẽ? ſum ingreſſus domum tuam, aquam ad pedes meos nõ dediſti, ea autẽ lachrymis rigauit pedes meos,& capillis ſuis abſterſit: oſculũ mihi nõ dediſti,ipſa vero ex eo tẽpore quo intrauit,nõ intermiſit pedes meos exoſculari: oleo caput mihi nõ vnxiſti,hæc autẽ vnguẽto pedes meos inũxit. Nõ temerè dico tibi,remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Cæterum cui parũ remittitur,is parũ di-
D ligit. eique dixit: Remittũtur tua peccata. Quare aduerſarius cum his rebus cognitis, planè intelligit eos qui malefacta quantũlibet immania perpetrarunt,vt primum cœperint pœnitere, quod maiore ſtudio id faciunt,tanquam conſcij delictorũ ſuorum,vehemẽter timet ac formidat, ne quãdo rẽ exordiãtur. Gradu enim facto,amplius detineri nequeũt: conflagrãt per pœnitentiã tanquam vehemens ignis,& auro puro puróq; animas ſuas puriores efficiunt,tanquã vento rapido conſciẽtiæ, ac memoria præcedentiũ peccatorum,in virtutis portum conuehuntur. Et hoc eſt quod peccatores plus poſſident,quàm qui nunquam ceciderunt:quoniam maiore alacritate reditum tentant,tantùm rem,vt ſic dixerim,auſpicẽtur. Nam arduum eſt & difficile factu, poſſe ingredi cliuũ primũ, & veſtibula cõtingere pœnitẽtiæ, & inimicũ illic exſufflantẽ ignẽ & imminentẽ abigere atq; proſterne-

re:ille autem tanto furore dinceps non digraſſabatur A ſemel exuperatus,ex ea re fortis eſt qui cecidit. Cęterũ nos maiorẽ alacritatem concipiemus,multáq; facilitate pulcherrimam illã pugnam depugnabimus. Suſcipiamus itaq; quod ſupereſt aſcenſus,recurramꝰ in vrbẽ cœleſtẽ in qua profiteamur,in qua ciues agere iuſſi ſumus. Nam à nobis ſpem omnẽ abiicere,non ſolum id mali habet,quòd eius ciuitatis portas nobis intercludit,aut quòd in peiorem ignauiam trahit atque contemptũ, aliud habet facile peſſimum: intrudit enim in ſocordiã, cuiuſmodi eſt ipſi ſatanæ. Etenim diabolus ex nulla re tantus euaſit, atq; ex prima deſperatione, vnde in ſocordiam ceu per gradus delapſus eſt. Vt primũ enim anima de conſequenda ſalute dubitat, nõ ſentit amplius quo periclitẽ præcipitio,quidlibet faciendo, dicendóq; contra ſalutem ſuam. Quemadmodũ furia correpti, deperdita ſemel ſanitate capitis,nihil verẽtur,nihil eos pudet,intrepi- B de quiduis audent,in ignem,in mare,in prærupta editáque ſaxa impigre conuolant: In hunc modũ qui ſe incurię per deſperationẽ permiſere,deinceps ſunt intolerabiles,per auia vitiorũ aſſiduò diſcurſitant, neq; mors imminens eos ab inſania deterret,atq; à deprauatione infinitis ſe calamitatibꝰ cõficiunt. Quare adhortor, antequam altius ab ea ebrietate cõmadueris, vt reſipiſcas,vt reſurgas, vt crapulam diabolicam ſecludas. Si putas eſſe ſupra vires, vt vniuerſã ſecludas, & ſenſim & paululum eius mali, atq; iterum paululũ deme. At mihi quidẽ longe facillimum videtur, omnes laqueos quibus cõplicamur, ſimul abrũpere, cõferendo nos in palæſtram pœnitẽtiæ. cæterũ quia tibi fortaſſis arduum apparet,ſicut lubet attingas viam ad meliora ducentem, modo attingas & apprehendas vitam æternam. Magno ſiquidẽ ſtudio precor & C oro per ſuperiorem probationem, per iſtã libertatẽ, vt iterum videamus omiſſum animi robur: miſerere offenſorum per caput tuũ, miſerere cadentium & eorum qui facti ſunt per te ſegniores, qui virtutis viã deſperarunt. Et nunc quidẽ ingens mœror occupat fratrum conuentum, voluptas autẽ & lætitia confeſſum incredulorum,& iuuenum ocio deditorũ: cæterum vbi redieris in illam accuratam diligentiam,cõtrarium erit, noſtráq; ignominia in aduerſarios vniuerſa deriuabitur. Nos autem ingenuæ reddemur libertati, videtes te iterum cum eximio ſplendore coronatum prædicatúmque:tales victoriæ maiorem ferunt & iucunditatem,& voluptatem. Non enim propria benefacta mercede penſabunt,ſed quòd aliis cohortationi fuiſti & ſolatio,exemplum eſt maximum, quiſquis in tanta mala inciderit,ad reſurgendũ, & ad D conquerendum contra ſe. Ne cõtemnas tãtum lucri, neq; animas noſtras ad inferos cũ mœrore ſubducas, quin dederis nobis & reſpiraſſe, & excuſſiſſe nubila pectoris,quę per triſtitiã nos occuparunt: noſtris emꝰ malis omiſſis, tua damna lamẽtamur. Quãdo autem in animũ induxeris reſipiſcere, diſpicere omnia prudenter,& angelicæ militiæ connumerari: tũ nos à luctu reuocabis,bonamq; partẽ de peccatis noſtris auferes. Qui per reſipiſcentiam iterũ exurgunt, magna claritate reſplẽdent,& nõ raro maiore quàm alij qui nunquam ceciderũt: quod primo demõſtraui etiam à diuinis ſcripturis. Ea nimirũ ratione & vectigalium exactores,& ipſæ meretrices hæreditate acquirũt regnum cœlorũ: ea ratione multi ex nouiſſimis anteferuntur prioribus. Narrabo tibi, quæ noſtris contige-

re tẽporibus,& quorũ ipſe teſtis eſſe valeo. Noui iuuenem illum filiũ Vrbani,qui continuò à teneris vnguiculis abſq; cuſtodia fuit educationis legitimę,dominus autem multarum rerũ, pecuniarum, miniſtrorum,agrorum. Is cũ dixiſſer, quàm ſit oblectatus cõſuetudine rei muſicę,depoſito illo ſplẽdidiſſimo amictu, totóq; huius vitæ faſtu, repente pallio ſe viliore contexit, ad montes, ad ſolitudinem ſeceſſit, egregiámq; exhibuit philoſophiam,non iuxta illius ętatis modum,ſed qualẽ poſſet vir quiſpiam admirabilis & excellens:deinde ad ſacra myſteriorũ ſacerrima idoneus reputatus,magnam acceſſionem virtuti adiecit. Omnes gauiſi ſunt impẽſe,deumq; glorificarũt,quòd in affluentia deliciarũ enutritus,clarus ex progenitoribus,& admodũ adoleſcens, cunctã huius vitæ phãtaſiam,fucatámq; felicitatem,ſemel conculcaſſet, & euaſiſſet ad verũ faſtigium virtutis. Cum eſſet eo loci conſtitutus,& nũc iure ſuſpiciẽdus:ecce corruptores quidam conſiderantes id eſſe præter dignitatẽ generis,iterum illum in fluctus priſtinos abduxerũt. Reiectis iterum cunctis eius vitæ, quæ pridẽ erant, ornamentis,à montibus in mediũ forum ſe contulit, & equis vectus,& magno ſtipatꝰ famulitio,totã vrbẽ obiuit,neq; ſapere,neq; temperate viuere libuit. nimiis enim deliciis incaleſcẽs, in abſurdos amores ceu nolens perpellitur. Nemo erat ex cœtu cõuerſantiũ,qui non de ipſius ſalute putaret actum eſſe, tãtum ei examen adulatorum cohæſit:cui acceſſerũt,carentia parentum,iuuentus,multæ opes:qui omnia ſolent calũniari,hominẽ traduxerũt eo nomine,quòd à ſpiritualibus defeciſſet,inutilis futurus & rei familiari, quòd ſuperiori tẽpore ſermoni & eloquẽtię dediꝰ, retuliſſet pedẽ,illicq; nihil fructus valuerit conſequi,huiuſmodi quiddam crebro occinuerũt. Cum eſſet itaque multo ſuffuſus pudore, quidã ſancti viri qui ſępenumero in tales beluas impegerunt, & per experientiã probe ſunt edocti, quòd ſpe diuina cõmunitis neutiquam ſit deſperandũ: obſeruarũt eũ aſſidue, viſumq; in foro acceſſerũt,amplexiq; ſunt:quos ille principio ſequentes velut è ſublimi,equo inſidẽs alloquebatur contemptim, tanta erat primũ impudentia hominis. At illi miſericordes,ſtudioſiq; in rẽ alioqui perituræ pueritiæ, non ita multũ ea contumelia mouebantur, in vnũ iſtud figentes obtutum, vt quacunq; via lupo agnellũ ſubtrahant. & callidè perfecerũt. Siquidem poſthac aliquãdo velut obſtupeſcẽs,intra ſe abreptus eſt. Aſſiduã corũ curam tum cœpit reuereri. quoties illos vel procul obuiã factos conſpexit, ab equo cito deſiliit,& oculis in terrã deiectis, cum multo ſilẽtio, quę apud illos agerẽtur,auſcultauit,propiorq; factus maiori pudore ſuffundebat, & eis habuit honorẽ debitum. Atq; eo ingenio lapſum diuinæ gratiæ paucis diebus reddiderũt, omniáq; iſta retia ſimul expediẽtes,priſtinæ tranquillitati philoſophięq; liberũ tradiderunt. In tãtam autem lucem tunc tẽporis emicuit, vt ſuperiorẽ vitam,quę poſt caſum peracta eſt, inceſſens,homo nihili videretur. Cũ eũ prope perſpexiſſet,quæ ſit malorũ eſca, diſtribuit in egentes diuitias omnes:eo facto ſe à noxiis curis exonerãs, omnẽ occaſionẽ,quæ potuit inſidias tẽdere,abſcidit. Viã quæ ducit ad cœlũ incedens,ad apicem virtutis iamdudũ penetrauit. En ille cũ eſſet iuuenis, excidit, & iterum ſurrexit. Alius quiſpiã poſt multos ſudores eremiticæ conuerſationis,cui duntaxat vnus fuit conuictor, cum quo vixit planè angelicam vitã, ad ſenectam vſque perſe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que perſeuetãs. Is aliquãdo ex verſutia diaboli velut A oſcitãs ac remiſſior fact⁹, acceſſum dedit maligno ad incitandam concupiſcentiã: & lapſus eſt cum muliere ſe cõmiſcẽdo, qui nunquã vidit mulierẽ ab eo tẽpore quo ſe ad monaſticam vitam cõtulit. Principio contubernalem ſuum orauit, vt ipſi daret carnes atq; vinum, adiectis minis, niſi impetraret, in forũ ſe perecturum: quod dixit nõ ex deſiderio carniũ, ſed cauſam & prętextũ captaturus deſcenſus in vrbem. Cõmilito eius cũ varia curioſe diſpexiſſet, formidaretq; ne renuens illum in maius flagitiũ coniiceret, permiſit vt ſatisfaceret affecto animo. Poſtquã in eo refriguit amor ſapientię, depoſita frõte fictionem aperuit, palámq; profitebatur ſibi neceſſe eſſe, vt in ciuitatem proficiſceretur. Is qui prohibebat, dũ vidit ſe fruſtraniti, tãdem id etiam conceſſit: at procul affectatus, abeuntem obſeruauit, quónã terrarũ eo deflexu deſcenderet. Vidit autem intrantẽ lupanar, & cum intellexiſſet eum cõmixtum fuiſſe cũ muliere meretrice, expectauit foris: & poſt abſurdę concupiſcẽtię ſaturitatẽ, egredientẽ obuiis manibus excepit, amplexumq; ac multum exoſculatum, nihil expoſtulando de commiſſis flagitiis, tantũ eſt adhortatus, vt expleta iã concupiſcentia, in ſolitudinis domiciliũ velit reuerti. De tanta mãſuetudine pudere cœpit, moxq; animo perculſus, cõpunctúſq; ſuper temere perpetratis, ad mõtẽ eſt ſociũ perſecutus: eóq; loci cõſtitutus vir ille, ſe caſa quapiã cõcluſit, & eius domũculę ianua obſerata alter ipſi panem & aquã quotidie prębuit: quęrẽtibus autem de ſe, iuſſit vt reſponderet ſe ſomnũ capere. Hæc cum dixiſſet, facile inuenit illũ ipſum amicum aſſenſorẽ, ſeipſum introcluſit, perſeuerauitq; illic per omnem vitam in ieiuniis, in precationibus, in lachrymis, repurgans animam à ſorde peccati. Tẽpore autem non ita multo peracto, magna ſiccitas viciniã inuaſit: omnes incolæ cũ fruſtra plorarent, quiſpiam ex eis per ſomnium mandatũ accepit, vt abiret ad virum illum incluſum, hortaturus eũ, quòd velit orare ac diſſoluere ſiccitatẽ. Itaq; diſceſſit aſſumpto ſocio, & inuenerunt veterem illius conuictorem ſolum: à quodum percontantur, accipiunt, quem tum quæſitũ venerant, obiiſſe diẽ: qua in re cum ſibi imponi putarẽt, ad preces iterum conuertuntur, iterúmq; per priorẽ viſionẽ eadem ſuperioribus didicerunt: circunſtetерunt deinde hactenus verũ fateri diſſimulantem, obteſtatíque ſunt, vt ipſis viri illius indicium faceret: nã quòd mortuus nõ eſſet, quódq; adhuc viueret, omni contentione affirmarunt. Is cũ hæc audiſſet, ac videret quę ex pacto inter ſe arcana tenuerunt euulgata, D deduxit eos ad virũ illũ, & pariete demolito (quia ianuam obſtruxerat) intrauerunt omnes, mox aduoluti pedibus expoſito mãdato ſuo, rogarunt, vt ferret ſuppetias aduerſus ariditatẽ. Ille primum reſiſtere, aſſerens abeſſe ſe à tanta impudentia: nam vt recẽs factũ peccatũ, ita ſemper ante oculos conſeruauit: tandem cõmemorantes omnia quæ ſibi contigerant, perſuaſerunt vt oraret. Vt primum autem orauit, mutata eſt ſiccitas. Quæ geſta ſunt cum illo iuuene, qui pridẽ diſcipulus fuit Ioannis filij Zebedæi: deinde longo tẽpore ducem egit latronum: iterum à ſanctis manibus beati ſenis interceptus, in ſuperiorẽ virtutẽ è luſtro, è ſpelunca latronũ penetrauit, ipſe non ignoras: noſti enim non minus quàm ego. Sæpenumero te admirãtem audiui referre beati viri condeſcẽſum, & mãſuetudinem & ſuauitatem illicem: quoniam prior cruẽtam dexterã exoſculatus eſt, hærens in amplexu aduleſcentis, & ea via reduxit ad amiſſam virtutẽ. Beatus item Paulus ſic Oneſimon inutilẽ transfugam, furem illum non ſolũ ipſe amplexus eſt demutatum in melius: ſed etiam idoneũ putauit, quem pœnitẽtem honore præceptoris dignaret. Rogo te, inquit, pro filio meo, quem genui in vinculis meis, Oneſimo, quondã tibi inutili, nunc vero mihi & tibi perutili, quẽ remiſi. Tu autem eũ, hoc eſt, viſcera mea ſuſcipe, quẽ ego cupiebã apud me retinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis euangelij: ſed abſq; tua ſententia nihil volui facere, ne velut ex neceſſitate bonũ tuum eſſet, ſed ſpontaneũ. Nam propterea forſitan receſſit ad tempus, vt æternum eum reciperes, non iam vt ſeruũ, ſed ſupra ſeruum: nempe fratrem dilectũ maxime mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in domino? Si igitur me habes conſortem, ſuſcipe illum tanquã me. B Ad Corinthios ſcribens: Ne forte, inquit, vbi venero 2. Cor. 12. lugeã multos, qui ante peccauerit & nõ pœnituerint. Et iterũ: Sicut prædixi, & prędico, quòd ſi venero denuo, non parcã. Intelligiſne quos lugeat, quibus non parcat? Non iis qui peccauerũt, ſed qui ſemel atq; iterum orantibus vt reſipiſcerẽt, refugerũt aures prębere. Siquidem quod ait, prædixi & prędico, vt præſens cum eſſem, iterũ ſcribo: nihil eſt aliud quàm ne timor nos exanimet. Etenim Paulus & ſi nõ adeſt, vt olim, quando cũ Corinthiis expoſtulauit: at Chriſtus ipſe in præſentia manet, qui tũ per hunc locutus eſt. Vbi perdurabimus in peccatis obſtinate, nõ parcet, magnũ vulnus infliget, atque hic interim permittet conſcindi flagris. Anteuertamus igitur facię eius in confeſſione, effundamus corã eo corda noſtra. Peccaſti Prou. 28. eũ, ait ſcriptura, ne ſuperaddas amplius, atq; de prioribus tuis preceris. Et iterũ: Iuſtus eſt ſui accuſator ab Eccl. 21. exordio ſermonis. Ne expectemus igitur accuſatorẽ, quin illius partes prępripiamus, eóq; officio iudicẽ nobis pacatiorẽ conſtituemus. Cæterum tu confiteris peccata, téq; tui miſeret ſupra modum: ſcio equidem fatis: verum id nõ requiro ſolũ, cupio autem, vt te res aliqua iuſtificet, vt primũ te obſequentem prębueris. Quandiu enim lucroſam intermittis confeſſionẽ illam, nihil eſt cur te accuſes: quoniã neſcis in poſterũ de peccatis diſcedere. Nam nemo quicquã perficiet cum alacritate & idonea obſeruãtia, cui nõ prius perſuaſum fuerit, quòd ea res ſibi cõmodo ſit futura. Nũ is qui ſeminat, poſtquã meſſem non expectat, poſt ſementem vnquam metet? Quis em̃ propoſuit aliquando fruſtra laborare, & nõ conſequi ex induſtria fructũ? Nõ aliter qui ſeminat viſiones, lachrymas, & cõfeſſionem extra ſpẽ alioquin vtiliſſimã, nequit à peccatis abſtinere, detentus adhuc malo incredulitatis. Sed quemadmodũ agricola ille, qui deſperato fructuum prouentu, ſegetes deuaſtantia non arcebit: ita & ille qui ſeminat per lachrymas confeſſionem, nihil lucri expectans, neutiquã dimouere ſtudebit ea quæ reſipiſcentiam corrumpunt. Corrumpit autẽ pœnitentiam, iterum iiſdem malis inſtitiſſe. Nam vnus eſt, Eccli. 34. ait ſcriptura, qui extruit, & alter qui demolit: quid lucri accedit præter laborẽ? Expiatur quis à tactu mortui, & iterũ attingit funus: quid emolumenti huic ex lauacro? Haud ſecus homo q̃ ieiunat, de peccatis ſcilicet ſuis, & pergit, eadémq; denuo cõmittit, quis huius preces exaudiet? Et rurſum: Qui diuertit, inquit, à iuſtitia ad peccatũ, eum dominus præparabit in gladium. Et ſicut canis ad vomitũ reglutiẽdũ redit, ſitq; odioſus:

Vide Euſebiũ Cæſarienſem hiſt. eccle. lib. 3. cap. 23.

odioſus: ſic imprudens, qui per propriam malitiã ad A peccata reflectit. Ne igitur perĩde peccatũ atq; accuſator traduxeris: ſed tanquã qui debet iuſtificari per formam pœnitentiæ: quo pacto animã confitẽtis aſſidua cura licebit continere, nequando ad vitia relabatur. Nam vehemẽter ſe damnare profiteríq; peccatorem, cõmune eſt, vt ſic dixerim, etiam cum infidelibus. Multos à ſcena tã viros quàm mulieres, quũ turpitudinẽ ſuã perpendunt, ſui miſeret: at nõ collimant ad verum ſcopum: ideoq; iſtud confeſſionẽ nulla ratione nominarim: quia non eſt cum animæ compunctione, neq; cum amaritudine lachrymarũ, neq; cum peccatorũ abolitione, quòd ea ſic enunciant. Verum ſunt qui eo nomine ab auditoribus gloriam nimirum elegantia & gratia ſermonum aucupãtur. Peccata enim non apparent eiuſdẽ moleſtiæ, quãdo alius quiſpiã ingerit, & quãdo ipſe audes. Sũt rurſum q̃ nimia deſperatione obſtupeſcũt inſenſatíq; reddũtur, & bo B nã exiſtimationẽ & ſiniſtrã opinionem iuxta ponentes, magna petulãtia ſua, ceu aliena mala proclamãt, cęterũ caue ne fueris neq; de horũ, neq; de illorũ numero. Nolo eũ vt proficiſcaris à deſperatione ad cõfeſſionem, quin cũ alacritate ac fiducia eruta radice deſperationis, quantũ vales, huic diuerſum ſtudium oſtẽdas. At quæ tandẽ eſt radix & mater deſperationis? Ignauia, inquã, imò quam quis haud inepte nominauerit non tantũ radicẽ, ſęd viciſſim illius quoque & parentem & altricẽ. Quemadmodum in cadauere tabes gignit vermiculos, quæ ab iis iterũ augetur: ita eſt propemodũ hoc loci. Nam ignauia deſperationẽ parit, ab ea mutuò & illa nutricaẽ, adeoq; dum ſeruant inter ſe execrabiles vices dandi accipiẽdíq;, confirmãtur in potentiam haud mediocrem: alteram itaq; reſcindens abarcensq;, alterã quæ conſe- C quitur facili opera conficiet. Nunquã enim qui non torpeſcit, in deſperationẽ proruet: neq; qui alitur ſpe bona, aut qui expectationẽ ſalutis non abdicat, in ſocordiam delabitur. Par iſtud peſſimũ diſſipa, & iugũ confringe, hoc eſt, illam variam, illam grauẽ cogitationem. Quandoquidẽ qui vtrunque malũ coniunxit, non eſt vnius formæ, ſed multiplicẽ de ſe præbet ſpeciem omnifariamq;. Quis autẽ talis eſt? Vſu euenire ſolet, vt is q̃ pœnituit, corrigat plurima, maximaq; facinora: interim autẽ quia denuo peccat, nactæ correctioni nõ minoris põderis peccatũ opponit: quod maxime in deſperationẽ abripit: haud ſegnius atq; hi ab expectatione cadunt, qui ſimul eadẽ vt ędificarũt, demoliunt̃ exhauſto fruſtra tãto labore. Neceſſe eſt, vt illa in mente habeamus, vtq; expellamus tã pernicioſam cogitationem. Siquidem virtutis modo alteram vitiorum lancem adæquante non anteuerterimus, à mole peccatorũ quæ interim obrepſerunt, penitus opprimemur: nihil enim tum retinebit, quò minus abſorbeamur: ſin actione boni præmuniti fuerim⁹, ea nos defẽdet nõ aliter atq; thorax firmus acuta noxiáque tela ſummouet, quò minus, quod ſolent, queant præſtare: quin his diſiectis, omne periculũ à corpore defendit. Nã qui illinc abſcedit, tã bonis q̃ malis operibus affluẽs, habebit aliquid ſolatij in pœna & diris illis tormentis: qui autem à factis melioribus alienus, tantúmq; eſt peioribus ſtipatus, dici non poteſt, quàm arctiſſimè pœnæ ſempiternæ cohæreat à vita illinc abmandatus. Nã illic bellum erit malorum operum cũ aliis diuerſæ conditionis. Si hæc deprimunt libram, ſaluum reddunt non mediocriter

authorem ſuũ: & nõ tantum poterit damnum, quod A vſu malorum operum accreuit, quantum eam deorſum rapit prior ordo. Peruerſa autem opera ſi exuperant, abducunt ad ignem gehennæ: propterea quòd non ſit tantum agmen operum virtutis, quod valeat reſtitiſſe impulſui tã violento: ſermo noſter ſolus hoc non aſtruit, verum conteſtãtur omnia diuina eloquia: ſiquidẽ ait ille: Reddet vnicuiq; ſecundũ opera ſua, Matt. 16. neque id gehenna tantũ, inuenies etiam in cœlo diſcrimina plurima. Manſiones enim multæ, inquit, ſunt Ioan. 14. apud patrem meũ: &, Alia eſt claritas ſolis, alia claritas lunæ. Et quid miraculi eſt eum tã curioſe illa eſſe perſcrutatũ, quando ſtellæ quoque differentiam ad ſtellam aſſeruit? Quare rebus his omnibus perſpectis, nunquã ab exercitio operũ ceſſemus. Vbi aſſurgere ad ordinem ſolis aut lunæ nõ datur, ne contemperimus aſtrorũ cœtum, donec tantum virtutis de nobis prębuerimus, vt liceat incolere cœlum. Si non aurũ, ſi non precioſus lapis habebimur, ad argenti modum pertingentes, adhuc permanebimus in fundamento. Id vnum curæ ſit, ne ad eam deflectamus materiam, quam ignis citò corripit: deinde cũ videmus egregia facinora ſuperare captum noſtrũ, minora perfeciſſe nihil pudeat. Reiicere em̃ parua, vbi magna conſequi non vales, extremæ eſt demẽtiæ, quam omnibus modis effugiamus. Quemadmodũ em̃ opes corporis accumulãtur, quũ amatores illarũ ne minimũ quidẽ lucellum negligũt: ſic ſpirituales diuitiæ. Num abſurdũ apparet, quòd iudex quoque frigidi poculi mercedẽ repẽdit? Atqui nos ſtolidiores, niſi magna benefacta poſſimus, minorũ curã omnẽ abiicimus. Minima qui non deſpicit, accurato ſtudio vel maxima perficiet: q̃ vero illa faſtidit, ab his interim excidet: quod ne cõ- C tingat, libuit Chriſto pro illis mercedem ampliſſimã certo polliceri. Quid enim facilius, quàm reſpectũ agere eorũ qui laborãt, de quo tamẽ magnũ viciſſim præmium tribuit? Itaq; vitã ſempiternam ſuſcipe, oblectes te domino, & ei ſupplica: iterũ arripe iugũ cõmodũ, ſubeas leue onus, dignum principio finem ſuperadde. Ne deſpexeris diuitias tãtas, quę vltro affluunt: quas ſemel vniuerſas amittes, vbi perſeueraueris exaſperando deũ per ea quæ nunc facis. Vbi autem obſtruxeris canales antequam multũ damni datum, aut antequam alluuiũ aquarum exculta arua corruperit, recuperare poteris ab initio cũcta quę perierãt, adiecto etiam illis nõ exiguo fœnore. Quæ quidem cum ritè perpẽderis, excutias obſecro lutũ & ſordes: à terra, vbi iaces, reſurgas, & formidabilis eris aduerſario, qui te ceu nunquam reſurrecturum proſtrauit: D poſtquam viderit manus te mouentem contrà, inexpectato vulnere percuſſus, ſegnior erit ad inſidias denuo ponendas: ipſe autem tutior factus, non amplius accipies tam acerbam plagam. Si aliorũ calamitates idoneæ ſunt, vt nos erudiant: quanto potentius quas ipſi exhauſimus erudiẽt? Videor mihi propediẽ viſurus iſtud in tuo capite, & iterum ex libramine diuino te clariorem, pulchriorémve euaſurum, tantámque præſtaturum virtutẽ, vt aliis illic anteferri queas, modo ne deſperes, neque recidas. Hæc enim ad iudiciũ proficiunt, ſic mihi quidẽ vſus eſt. Poſtquam aliquid vel per alios intelligo, nõ ceſſo quod mihi conducat eligere: qua in re ſi probè auſcultas, nihil erit loci reliquis medicamentis.

AD THEODORVM MONACHVM,
Epiſtola ſexta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si fletus posset & gemitus per literas nũciari, redundantia lachrymis atque suspiriis profecto ad te scripta misissem. Equidẽ fleo, non quòd paternarũ rerum solicitudinẽ geras, sed quòd ex fraterno te deleueris numero, quòd negligendo calcaueris, quicquid ante de pectore Christo spopõderas, ad hæc inhorresco, his angor & crucior, propter ista formido, non immerito: vt enim non obiicitur desertio militiæ nõ militanti: ita is qui semel esse cœperit miles, cũ deseruisse detegitur, pœna dignus vltima iudicatur. Nõ est graue Theodore charissime cadere luctantem, sed iacere deiectum: non est perniciosum in prælio vulnerari, sed post vulnus acceptũ desperatione curandi medelã vlceri denegare. Nullus se demergit, naue fluctib⁹ semel mersa, ac post totum onus perditũ desiit nauigare: sed rursus ad maria nud⁹ quoq; festinat, rursus immẽsa peruolat freta, & iterato felicius cursu, casus prioris dãna cõpẽsat. Sæpe etiã athletas videm⁹, post frequẽtes lapsus & deiectiones plurimas coronatos: militem quoque scimus post fugas multas virũ fortẽ fuisse, & viciſſe victores. Multi etiã qui negauerant prius Christũ propter crudelitatem necessitatemq; pœnarũ, simile rursus certamen aggressi glorioſe coronã martyrij receperunt. Quòd si vnusquisq; eorũ quos dinumerauimus propter aduersa principia desperãdo cessisset, nunquã ad sequentium voluntatem, ac fructũ bonorum peruenire potuisset, similis profecto res est frater charissime: ideoq; cõsidera ne quia paulisper communis inimicus te vbi bene steteras, loco mouit: idcirco & ipse te totũ ad præceps, quod videẽ, impellas. Persiste, imò magnanim⁹ esto, & vnde extuleras pedẽ reuoca, néve ignominiæ, vel opprobrij genus credas exiguã hanc parui temporis plagam. Neque enim reprehenditur miles, cum de prælio reuertitur vulneratus, sed reprehẽsibile magis, ac semper turpe est arma deponere, & seruitutis iugum subire captiuũ. Quamdiu autẽ quis in cõflictibus perseuerat, siue pro tempore cadat ille siue fugiat, null⁹ vsqueadeò ingratus ac durus, & bellicæ disciplinę expers erit, qui vituperet denuo dimicantem. Non pugnantem quippe est non vulnerari. Quicunq; autem iracundia pertinaci in hostes feruntur, aut cadere nonnunquam videntur aut vincere. Quod quidem tibi nunc proueniſſe nõ miror, qui dũ subitò serpentem occisurus insequeris, minime morsum tetri dentis euadis. Verum si constantior redeas, & sobrio vt conuenit paululum corde confidas: non solum & ipsa vestigia impressi vlceris repẽtè delebis, sed diuinitatis auxilio, etiã caput scelerati anguis extingues. Neque illud te fortè terreat, quòd tã subitò, & in exordiis suis refrænatus tibi cursus videẽ, & impedita principia. Vidit sine dubio, & velociter vidit oculus hostilis, nõ modicarũ in sensib⁹ tuis signa virtutum, & inuictũ debellatorem suis rebus increscere longe ante præsensit. Qui enim contra ipsum subito moliri tot & tanta cœpisset, cum nisi inimicitiis occuparet, expugnandum à se postea difficilius æstimauit. Ob quod solicitius vigilantiusq; festinans, aduersum te totus exiliuit, imò aduersum se magis: si tamen ita ipse perstiteris, vt cœperas repugnare. Quis enim nõ in te iure miratus sit, post repentinam illam mutationem, & rapidum ad meliora transcursum, cœlestis iã vere animæ probos mores? Epularũ quidẽ tibi oblectatio omnis, & luxus contẽptui erat. Despiciebatur supellex varia atque preciosa, omnis inanium rerum iactura ignorabatur. Totum illud externę atque peregrinæ philosophæ studiũ. Non diuersis lectionibus sufficiebat dies, non perpetuæ orationi noctes: exciderat paternæ sensibus tuis memoria dignitatis, diuitias obliuio profunda possederat. Fraterna autem genua cõplecti, & sanctorũ pedibus aduolui omni nobilitate sublimius iudicabas. Ista dęmonẽ perculerant, ista illũ ad certamẽ armarunt. Propter hæc factũ est, vt intorqueret quidẽ tela violentius, sed tamen certius non feriret. Et quidem si post multorum hoc tibi temporũ spacia, post diuturna ieiunia, post terrenorum duritiam lectulorũ, post alios labores cœlestis philosophię contigisset, ne sic quidem desperandum putarem: quamuis videretur non parua priorum iactura meritorum, licet maximũ damnum plures putarẽt post tot tãtosq; sudores, tot luctas, tot pericula, tot palmas, subito iacere victũ. Verum quia is nunc te in procinctu certaminis, cum quo eras certaturus, elisit, hoc tantũ proficit, vt fortiorem te sentiat resurgentem. Modo enim tibi è portu soluẽti magis, quàm de commerciis reuertenti, ac repleta diuitiis repertis nauigia reportanti occurrit incassum pirata violẽtus: vt si quispiam prouocatum leonẽ conetur occidere, solóque tantum rugientis transitu feri pelli se agnoscat, non solum illũ profecto nõ læsit, sed cautiorem, fæuiorémq; in sui magis perniciem prouocauit. Lubricum genus est natura mortalis, citò quidẽ labitur, sed non sero reparatur. Et vt facile cadit, ita & velociter surget. Beatus quoq; ille Dauid, vir electus in ordine regum, electus in numero prophetarum: posteaquam in plurimis deo dignus apparuit, hominem se esse monstrauit, & in amore quodam alienæ mulieris exarsit. Nec hoc solo contentus fuit, sed adulterij ex cupiditate commisit, & homicidium propter adulterium perpetrauit. Sed nõ ideo, quoniam duplex vulnus acceperat, etiã tertio se ipse percussit: verum mox ad medicum conuolauit, & diuersa medicamina plagis festin⁹ apposuit, ieiunia, lachrymas, luctus, preces, & indefessam peccatorum confessionẽ, ac sic per ista placato veniam à deo meruit, & ad priorẽ dignitatẽ rediit, vsqueadeo, vt post adulterij & homicidij crimẽ, impietatẽ ac scelus filij paterna memoria potuerit obumbrare. Filius enim eius cui Salomõ vocabulum erat, iisdẽ quibus pater vitiis inuolutus, ob mulierum gratiã à paterno recedere ausus est deo. Hinc aduerte quàm leue sit non vincere voluptatẽ cupiditatis: sed peruertere ordinem naturæ, & virum genitũ subiacere seruitio fœminarũ. Hunc ipsum ergo Salomonẽ, qui omni penitus spoliari imperio dignissimus erat, paternorũ contemplatione meritorum sextam regni dominus portionẽ habere permisit. Et sanè secure, si tibi esset eloquẽtia secularis, & repẽte in exercendis negligentior studiis, fori voces, ac tribunaliũ palmas, & coronas illas atq; victorias deseruisses: reuocatẽ profecto sensibus tuis memoriã pręteritorũ, & peterem ne tibi perire patereris tot ac tantos inter illa iudicia desudatos labores. Verũ quia omnis nobis solicitudo est cœlestiũ rerũ, ne terrestrib⁹ prorsus cogitationib⁹ prępediamur: aliud magis contẽplare, quæso, iudiciũ, aliud prospice, quod sine fine reuerẽdum est atque intremiscendũ tribunal. Omnes enim nos, inquit, necesse est manifestari ante tribunal Christi. Ille tunc iudex sedebit, qui nunc à te repudiatur. Quid tunc ergo diceremus? quo colore excusationis vtemur, si in eodẽ crimine permanebimus? Interrogo,

go, quid loquimur? Negociorum forte, atque causarum varias solicitudines prætendimus. Sed ante nos
Matt. 16. commonens ipse prædixit: Quid proderit homini, si totum mundum lucretur, animæ autẽ suæ damnum patiat? Sed seductos nos à quocunq; causabimur. Sed nõ potuit Adã vxoris illecebras excusare, dicẽs: Mulier quã dedisti mihi sociã, ipsa me seduxit. Nec rursum vxorem serpentis culpa defendit. Magni horrẽdiq; timoris plenum illud Theodore iudiciũ est, non accusatore eget, neq; testes requirit. Omnia eñ nuda atque detecta sunt oculis iudicantis: nec factorũ tantummodo, verumetiam cogitationum nostrarum rei necessario subiacemus. Scrutator enim atq; discretor est cogitatiõis & cordis ille q iudicat. Sed forsitã naturali infirmitate tẽtabimus crimẽ obtegere, nec potuisse nos susceptũ iugũ ferre dicemus. Et qualis hæc excusatio erit, iugũ nos placidum nõ voluisse sufferre, onus nõ potuisse portare, quod ipse vocauerit le-
Matt. 11. ue, imò graue & onerosum pondus putare, quietũ laborem, ad quem nos Christus inuitat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciã. Et rursus: Tollite iugũ meum, quia suaue est, & onus meũ leue est. Quid enim leuius esse dices ac melius, quàm solicitudine seculari, & laboribus & metu exui, quàm ab istius mũdi fluctib⁹ segregari, & possidere placidi tranquilliq; portus securitatem: Agè perspiciam⁹ quid in hoc seculo nobis beatum, quid optabile esse videatur. Sine dubio dignitatem & opes dices, & ambitionis humanæ felicitatẽ. Sed q̃d his miserabili⁹ erit, si ea libertati Christianorum volueris comparare? Illum primatẽ beatum ęstimas. Iudex populari iracũdiæ subiacet, multitudinisque vulgaris irrationabilem impetũ tremit: maiorũ autem potestatem authoritatum veretur, & perpetua pro his quos regit, solicitudine frangitur: & q̃ paulò ante iudex erat, fit repentè priuatus. Nõ est profecto theatralibus scenis præsens vita dissimilis. Nam vt illic ille imperatoris, hic iudicis, alter & militis implet officiũ: vbi autẽ consecuta nox fuerit, nec imperator agnoscitur imperator, nec iudex q̃ fuerit iudex videtur, nec miles postea q̃ prius miles: ita vnusquisq; nostrum in illius seculi die, non personis, sed rebus atq; actibus competentem accipiet dignitatẽ. Hæc ergo gloria iudicanda est, quæ sic ab homine defluit, vt cadere diuinus sermo florẽ dixit à fœno. Sed diuitiarum pompa laudanda est, quam qui possidẽt, miserabiles iudicantur. Vę eñ, inquit, diuitibus. Et alibi: Vę
Luc. 6. Psal. 48. his qui confidũt in virtute propria, & qui in vbertate diuitiarũ suarũ gloriantur. Christianus autẽ nec priuatus ex iudice, nec pauper ex diuite, nec ex glorioso esse inglorioſus potest, sed opib⁹ semper ex vbertate fit egendo locupletior: at tunc maxime supra oẽs esse incipit, cum inferiorẽ se omnibus facit, & ex dignitate illa per quã regit nõ homines, sed mundi istius potestates, ipsumq; seculariũ tenebrarum obtinet principem. Humilitas quippe nõ illa tantũ laudatur, quæ de conscientia peccatorum venit, sed illa quæ ex virtute descendit, deo chara est. Et quia in ea requiescit
Heb. 13. deus, ideo omnibus dominat, & nullus eũ de hac dominatione detrudere potest. Bonum quidẽ nuptias & ipse cõfiteor. Honorabiles, inquit, nuptiæ & cubile immaculatum. Fornicatores autẽ & adulteros iudicat deus. Sed te iam seruare non conuenit priuilegia nuptiarum: Angelorum enim societati semel iunctũ, illã relinquere, & vxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere est: quamuis frequenter hoc ipsum nuptias voces, ego tamẽ & adulterio illud tãto peius affirmo, quãto maior ac melior mortalibus angelus. Neque vllus tibi forte persuaserit, dicẽs: Nihil de nõ accipiẽda vxore dominus præcepit. Nec me ignorare confiteor, quòd adulterium interdixit, nõ nuptias vetuit, verum in te adulterij nomẽ accipiet, si volueris vnquam, quod absit, nuptias cogitare. Et quid mirum, si nuptiæ tales, quibus offẽditur deus, adulterio comparantur? Maius longe audies: Homicida, iustorũ laude donatur, & misericors plus quàm homicida punitur: quoniam hoc vetante fit domino, illud volente. Et Phinees quidem ad iustitiam reputatum est, quòd impudicum cum turpi fœmina virum vno gladio percussisset. Saulem autem Samuël sanctus dei in luctibus, lachrymis, precibúsq; pernoctans, damnatione, cui illum addixerat deus, liberare non potuit; quoniam hostium duci, quem debuerat trucidare, inuito parcendum credidit deo. Cum hæc ita sint, stupere desiste si nuptię peiores adulterio iudicanẽ, quoties Christus offenditur. Atq; vt illud repetam, quod in principio posui epistolæ, si militiæ vincula non tenerent, quis tibi desertionis crimen obiiceret? Nunc autem nihil in te penitus tui iuris est, quippe qui tãto imperatori militare cœpisti. Nã si mulier, prij corporis non habet potestatem, sed vir: multo magis hi qui Christo potius quàm sibi viuunt, conditionẽ corporis sui habere non possunt. Iste qui nũc Theodore contẽnitur, ipse tunc sine dubio iudicabit. Hoc præcipue cogitemus, prospiciamus illũ igneum fluuium, qui ante cõspectũ ipsius præcedet: & quòd q̃ illis semel traditus fuerit flãmis, sperare nõ poterit requiẽ, finémq; pœnarũ. In hoc quippe seculo aut quæritur vita, aut amittitur. Huius eñ vitæ diuitiæ, & illicitæ voluptates, somno similes vmbrisq; transcurrunt, in quibus antequã peccato terminus detur, delectatio cupiditatis extinguitur: illa vero supplicia, quę homines propter ista suscipiunt, non carent fine tormenti: & quod hic oblectare creditur, temporale est: quicquid autem illic cruciat & consumit, æternum est. Quid in hoc mundo stabile, quid perenne est? Credo diuitiæ, quæ vsque ad vespertinas quidem horas plerunque manserũt? Sed fortasse gloria secularis? Audi ergo cuiusdam venerabilis viri vocẽ: Tempus, inquit, *Iob. 9.* vitæ meę leuius cursoribus fuit. Vt enim illi priusquã bene stent, exiliũt: ita & hęc euolat antequam veniat. Nec ignoro quòd inferiorem te fecerit cõtra inimici conflictum cessatio dimicandi: scio quòd in medio verseris incendio secularium voluptatũ. Sed si aduersario dictum velis, nõ seruiemus oblectationib⁹ tuis, nec radicem adoramus omnium malorum: si sustuleris ad cœlum oculos, mox caliginem dominus tetri ignis excutiet: & eos quidem, qui te ad incendiũ impulerunt, concremabit: te autẽ in medio fornacis cõstitutum resperget rore nebularum, & sibilantis auræ spiritu æstuãtia tibi corda mulcebit, ita vt nec ad cogitationes, nec ad conscientiam tuam vis ignis accedat: tantũ ne requiescere segnior velis, & sponte vincaris. Nam & munitissimas ciuitatum, cum sæpe omnia obsidentium tela vicissent, omnium expugnationum genera vitassent, vnius tantum vel alterius ciuiũ interius cõmanẽtium occulta proditio sine vllo repẽte certamine capi fecit. Et nũc caue, ne qua in sensibus tuis cogitatio proditionis tibi machinã moliatur, innumeris artib⁹, licet lõgi tẽporis expugnatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

murorum vtatur inimicus, incassum cuncta tentabit. A
Multos nãq; ac magnos habes diuini muneris gratia
viros, qui nobiscũ dolẽt, qui te palęstri oleo spirituali sæpe perfundũt, qui pro animę tuę diebus ac noctibus salute formidãt. Habes sanctum Valeriũ, ac deo dignum: Florẽtinum quoq; per omnia eidem morũ ornamento germanum: Habes Porphyriũ philosophiam Christi philosophantẽ: aliosq; prẽterea plures numero, & pares vita. Omnes hi indefessa casum fraternum lamentatione deplorãt. Etiam sine dubio iugi prece meruissent assequi dudũ quod precabãtur, si paulispер hostiũ tometipsũ laqueis eruere tentasses. Quomodo ergo non incongruũ, & reprehẽsione dignũ videtur, si cũ alij ne nũc quidẽ de tua salute desperent, sed continuis orationibus recepturos se proprij corporis fratrem esse cõfidant, nolis ipse cõsurgere semel lapsus, sed iacere persistas, atq; ipsum quodãmodo hostem increpes, dicens: Occide, ne parcas? B
Hier.8. Nunquid qui cadit, nõ resurget? in libris cœlestibus legimus dictum. Verum cõtradicis ipse his sermonib⁹, & repugnas. Nã desperare semel lapsũ, nihil aliud est dicere, quàm hoc, qui semel ceciderit nõ resurgat. Ne quęso, ne vsqueadeò in expugnatiõe tui, ac læsione permaneas, neve tantum ignominiæ omnibus nobis offundas dolorẽ. Et quidẽ non nunc solũ loquor, quando annum vicesimũ necdũ agis, sed etiamsi omni te æuo Christo vixisse meminisses, postmodũ autẽ in vltimo senectutis curriculo æquè vt nunc lapsum viderem, ne tunc quidẽ huiusmodi in te desperationem probarem. Sed erige, obsecro, mentẽ euangelici latronis exẽplo iustificati in cruce, & in ipsa morte saluati. Ante oculos collocabo eos etiã, q vndecima quidẽ hora aggressi sunt opus, sed ad totius mercedẽ diei peruenire meruerũt. Vt igitur satis durũ videtur, C
ac barbarũ his, qui deuoluti fuerint ad profundũ imi gurgitis cœnũ, si tamẽ casus prioris crimina emẽdẽt, salutare correctis remediũ denegare: ita rursus haud tutum est hac spe hominem ad vitia nutriri, vt dicat, emendatio post ista succurrit, nũc interim voluptatibus vitæ istius fruar, postea autẽ per exigui temporis castitatem mercedes transactorum quoq; adipiscar annorum. Memini nanq; sæpe dixisse his, qui in studiis tibi secularibus posito tam perniciosa suadebãt, etiamsi in isto, aiebas, breuis temporis spacio, bonum terminũ vitæ minime fuero consecutus: quemadmodum ad illum ibi, qui dixit: Nolo differas cõuerti ad
Eccli.5. deum, neq; diem ex die protrahas: nescis enim quid pariat superuẽtura dies: huius animi, huiusq; consilij recipe ac recordare obsecrationẽ, & constringe vinculis furem. Hoc em̃ nomine excessum de hoc seculo nostrum Christus appellat, quòd ignorantibus veniat, & nescientibus nobis repentinus assistat. Considera vniuersas mũdi istius curas, vel quę singulis quibusque sunt proprię, vel quę multis solent esse cõmunes, metum intolerabilis iudicij, & extrema nonnunquam pericula, quę ad inuidiam ciuium plerunq; nascũtur, miserabiles illos labores, & seruile adulationis ingenium: imò & seruos quosq;, qui honestiores paululum videntur, indignos terrenorum operũ, ac breues fructus, quorũ infelici cupiditate deficiunt. Multi etiam voluptate ob quam tot labores impenderãt caruerũt, & priori omni æuo in solicitudinibus periculisq; consumpto: tũc eũ recepisse se immẽsi sudoris putauere mercedẽ, subita morte præuẽti, nihil secum ex his, quib⁹ nec hic quidẽ vti potuerãt, abstulerunt: nec immerito. Nam si huius telluris imperatorẽ vix aliquem post multa discrimina, post frequentiũ trophæa bellorũ cum authoritate promerita videre contingit: quemadmodũ cœlestem omniũ regẽ poterit intueri ille, qui per totum suæ tẽpus ętatis alij vixerit, & alij militarit? Agè vt & de domestica, quæ in vxore, filiis, seruulisq; sunt solicitudine dicã, durũ esse filios non habere monstrabo, quorũ alterũ fruſtra nuptiis illigari est, alterũ amarissimæ succũbere seruituti. Aegritudo tẽtabit paruulũ, formido præcipuè immaturæ mortis disrumpit, orbitate nõ frẽdã, crescentibus deinceps annorũ gradibus curam quoque adipiscar animorum, ac semper pro ipsis aut timorẽ parens sustinet, aut dolorẽ. Graue ęquè est, si se magis pauperẽ quis agnoscat vxore: graue etiã, si ditior sit illa, quæ nubit: vno enim facultates mariti imminuũtur, alio libertas & authoritas derogat. Quis prẽterea
B illas enumerare molestias possit, quæ à dominis ingerũtur seruis? Hæc ergo Theodore charissime vita dicenda est, vnã discerpi ac diuidi animã in tam variarũ ac personatũ necessitates, tot hominib⁹ seruire, tot viuere, sibi autem soli tẽpus omne viuẽdi penitus denegare? Nihil horũ apud nos dilectissime, quod & te teste cõfirmo, inueniri potest. Illo em̃ ipso perbreui tempore, quãdo paulispер demersum fluctibus caput expedire tẽtasti, memor es quæ dulcedo, qđ gaudium in tua mente se diffuderat. Nõ est profecto, nõ est oĩbus curis solutus ac liber, nisi solus ille q Christo viuit ac seruit. Ille semper vniuersis quęcunq; sunt malis superior inuenitur: tantũ vt seipso aduersum se vti nolit inimico. Alius ei obesse nihil poterit, nullius vnquã regis captiua colla iugo submittit, non facultatũ damnis solicitatur: quippe qui dicit, quòd nihil
C intulimus in hunc mundũ, neq; hinc quicquam auferre poterimus: nõ gloriæ aut bonorũ cupiditate superatur. Scit enim quòd nobis dignitas nostra seruatur in cœlo. nõ conuiciis, non plagis ad iracundiam commouetur: vnum tantummodo Christianus iudicat malum, solumq; formidat, domini cœlestis offẽsam. Nam illa alia, hoc est imminutionem pecuniarũ, amissionem patriæ, periculum vitæ: quorũ omnes etiam memoriã perhorrescũt, perniciosa prorsus esse non credit. Hinc autem aliquando migrare, & ad superna trãsire fore dulcius, sub ipsa vitæ istius luce cõfidit, vt si quispiam rupis excelsę verticẽ tenens, pelagus omne prospiciat, multosq; inde nauigantiũ crebris fluctibus freti, vnda submergi, alios in prærupti montis saxo collidi, nonnullos ad alia littora contẽdendo properare, & subito vi tempestatis, vt vinctos
D ad alia deduci, plures sorbẽte vnda fæuiẽtis profundi ima penetrare, aliquos tabulę vnius auxilio ex fragmentis nauis inuẽtæ à morte defendi, aliquãdo pro gubernaculo, atque remigiis manibus tantummodo suis vti: alios autẽ videat inter turbidos fluctus multiformi atq; multiplici genere cadauera ferri: ita est ergo ille, qui militat Christo, cum se à tempestatibus atque turbinibus vitæ istius separat, consistit in arduo semper, ac tuto securus loco. Quid em̃ celsius potest esse, quid tutius, quàm vnam tantũ nos solicitudinẽ gerere, quemadmodũ deo placere possimus? Vidisti certe Theodore naufragia huiusmodi, pelag⁹ vndásque declina, & excelsũ illũ huiusmodi pelago quæte nauigantẽ: quãobrẽ obtestor ac deprecor, fuge maria, vndasq; declina, & excelsum illũ, atq; à periculo captiuitatis immunẽ occupa locum. Resurrectionẽ

Theodore non ambigis fore, & illud cœleste iudiciũ, A
quod nos post finem vitæ huius expectat. Omnes, in-
Rom.14. quit beat⁹ apostolus, nos adstare oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malũ. Nõ incassum gehenna cum pœnis denunciatur, nec fruſtra tot ac tãtorum bonorum præmia prępparantur. Vmbra autem quædã ipsisq; vmbris inanior nequiorq; est conuersatio secularis, plena periculorũ, plena tormẽtorum, extremo cuidam seruitio subiugata. Ne quęso & prẽsentis temporis bono frauderis, & futuri. Licet autem
1.Ioan.2. vtrunq; lucrari, si velis facere: clamat beatus Ioãnes: Qui in Christo credit, debet sicut & ille ambulauit, & ipse ambulare. Et alibi: Fugite fornicationẽ: & iterũ,
1.Cor.6. Tempus breue est: &, Bonũ est, inquit, homini mulierem non tangere, quasi & in tactu solo periculum sit: & iterum, Volo autem omnes homines esse, vt meipsum. Beatus q Pauli similis fuerit, felix q audit apo- B
stolum præcipientem, nõ ignoscẽtem. Liberi nos arbitrij esse natura permisit, vt quod volum⁹, hoc faciamus. Eligamus igitur bonũ poti⁹, quia boni dei creatura sumus, ne nos diaboli opprimant mala. Nam qui
1.Cor.3. in Christo viuunt, etiam istius mundi commoda cõsequuntur, dicente apostolo: Vos, inquit, templũ dei estis, & spiritus dei habitat in vobis Et quem cœlum & terra nõ capit, famuli dei pectus capit. Vides ergo Theodore, quòd in hac vita etiã melior ac maior ostenditur ille qui deum, quàm ille qui coniugis curã gerit. Nullus quippe hinc ad illam transgressis pœnitentiæ locus est. Neq; enim aliquis athletarum postequam egressus stadio fuerit, spectaculis ex more finitis luctamẽ aggredi potest. Hoc si cogitare semper velis, terribilẽ illum atque violentũ maligni dæmonis gladium frangendo comminues, quo interficere C
plurimos solet, per quem deiectio spẽ resurrectionis abscindit. Graue istud ac durũ est armorũ ipsius genus, & alia semel captũ arte non retinet, sed huiusmodi vinculis illigatos cõstringere solet, quos potuerit subiugare. Quos tamẽ nexus cito, si volueris, dei nutu dissoluẽdo rumpemus. Scio quidẽ me epistolæ excessisse mensuram, sed ignosce quòd lõgius paulò nõ sponte processi, sed tristitiæ acerbitate compulsus, & charitatis affectu: propter quã & ipse mihi, vt nosti, imposui istam scribendi necessitatem, vetãtibus multis atq; dicentibus: Omitte, quid incassum laboras, & supra petram, vt aiunt, seris? Sed cum multi mihi ista suaderent, nulli acquiescendum putabam. Spero em̃, vt mecum ipse confero, Christi dei nostri clementia faciente literas aliquid profuturas: sin autem id quod D
abhorret ex votis fuerit consecutum, nos tamẽ non mediocriter cõsolabimur, si silentij crimẽ vitare potuerimus, neq; his, quibus mos est peragrare totum nauibus fretũ, peiores esse credemur. Qui quoties viderint eiusdem artificis disciplina nauẽ fluctib⁹ mersam, aut ventorum impetu dissolutã, incumbentes alicuius tabulæ pelago sęuiente deferri, vela deponũt, & ancoras iaciũt, & minoris nauiculæ remigiis occupantes homines aliàs fortassis ignotos, sed ex prẽsentis periculi cõditione noscẽdos, oĩbus modis seruare festinant. Verũ si illi forte respuerint salutis auxiliũ, nullus his credo poterit imputare eorundẽ perditionem, quasi noluissent seruare perituros. Hæc à nobis transmissa perspicies. Speramus autem quòd etiam à te inuicem nobis votiua referẽtur, & quod iterato te sancto atque felici saluatoris discipulorum choro vi-

debimus aggregatum, incolumémq; te sanitate, quæ vera est, citius recipiemus, orationibus sanctorum. O mihi amicum caput, si qua etiam nũc in sensibus tuis memoria nostri est, neq; ab arcano pectoris tui expulisti, dignare scribere. Non em̃ ambigis ex literis tuis maximum nobis gaudium esse venturum, Amen.

Ad Eutropium quæ hoc loco legebatur non est Epistola, sed oratio in Eutropium, quærenda circa huius tomi finem.

EPISTOLA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ad Olympiam fœminam cum primis illustrem.

ET corpora, quæ cũ validis luctata sunt febribus: & maria quæ cum ventis ferocibus certarunt: non repente, neq; illa aduersitatem deposuerunt, quã suscepere de febribus, nec ista motus, quos habuere de fluctib⁹: sed sensim paulatimq;. Nam & corpora plurimo tempore indigent, cum febrire cessauerint, ad diluendum omne imbecillitatis quod ex semet remanserat tædium. Aquæ quoq; vbi etiam aduersi spiritus flare desierint, diutius fluctuãt ac mouentur, & durant huc illúcq; iactitatæ, & plurimo impetu circũactæ opus habent ipsæ etiã tempore ad redeundũ in tranquillitatem serenam. Hęc autem procemia sum præloquut⁹ tuæ nõ temere veneration, sed vt addiscas, quòd & istam tibi necessario epistolam mittimus. Etũ omnẽ mœroris dissoluim⁹ tyrannidem, & omnem arcẽ eius effodimus per literas præcedentes: tamẽ multã habet instans sermo necessitatem, profundam etiam operãdi pacem, vt memoriam omniũ delens, quæ veniunt ex mœrore turbarum, tranquillitatem tibi candidã monstret & firmam: & in plurima te securitate cõstituat. Id em̃ nobis studij est, non vt solũ te à mœrore liberemus, sed & repleamus iucunditate quãplurima atq; perpetua. Possibile enim erit, si voles. Neq; enim in immutabilibus naturę legib⁹, quas cõmutare vel trãsponere nõ valem⁹, sed in arbitrij sensib⁹ liberis quos tractabiles habemus, status ipse ciuitatis est positus, vt & nosti, & ante forte meministi. Neq; enim multũ temporis interceſſit plurimos me ac prolixos super hoc cõsumpsisse sermones, cum frequenter historias recensẽrẽ, quas in medium deducebam. Non enim ita in natura negociorum, sicut in hominum mente affolet stare felicitas. Igitur quoniam ad hunc se habet modum rerum præsentiũ conditio, vt & multi diuitiis affluẽtes, vitam istam arbitrati sint non viuendã: alij contra in extrema paupertate degentes, lętiores omnes perdurarunt. Et illi quidem dum vterentur officiis, gloriáque vel honoribus fruerentur, vitæ maledixerunt D
sue: hi vero ignobiles, & ex ignobilibus, & nulli penitus noti, beatiores plurimis se crediderunt. Neque enim vt in natura causarum, sic in animis hominum, ea quæ eueniunt, à prosperitate consistunt. Neque sanè cessabo frequenter istud recantans. Ne ergo receedas: sed erige te, & sermoni dexteram porrige. Et hoc nobis adiutorium pręsta, vt plenius te ab istarum cogitationũ amarissima captiuitate rapiamus. Si em̃ nolueris ipsa quoque tantum, quantum nos studium commendare: nihil vobis proderit ista medicina. Et quid mirum est, si nobis ista contingunt? Etenim omnipotens deus, cum exhortatus fuerit & consolatus quemlibet: ille vero qui audit, non obediat dictis: ne tum quidem aliqua ex parte proficiet: sed & maioris hinc pœnæ occasio ei, qui noluerit obedire, nascetur. Et hoc significans Christus dicebat: Si non veniſ- Ioan.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sem,& locutus eis nō fuissem: peccatum nō haberēt. A
Modo vero excusationem nō habent de peccato. Et
Matt. 23. prætereа, Hierusalē quę occidis prophetas & lapidas
eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare fi-
lios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos
sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur domus vestra
deserta. Hoc igitur sciēs labora & da operā, atq; cō-
tende habens subsidium eorū quę dicta sunt, expellē-
di & eiiciendi cū multa virtute turbātes te cogitatio-
nes, tumultū & tempestatē maximā concitantes. Sed
quòd istud operaberis, & hanc nostram admittes ex-
hortationem, omnino non dubito. Oportet autem te
tibi prępărare gladios & hastilia, & arc⁹ & sagittas, &
clypeum & tibialia: vt his quidem muniaris, illis vero
adoriaris atq; configas, & tanquā mortuas exponas
superuenientes tibi tumultuosas cogitationes. Vnde
itaq; machinamēta & funditores comparemus: qua-
tenus ne iuxta quidem hostes permittātur accedere, B
sed admodum procul mœror cū plurima excellētia
propellatur. Pauca quædā de ea philosophemur atq;
monstremus, quàm grauis hæc res sit & molesta. Nā
tristitia animarum crudele tormentū est, dolor qui-
dam inexplicabilis: & iudicium omni iudicio vindi-
ctaq; deterius. Nam & vermi est similis venenato: nō
solummodo carnem, sed & animā ipsam perimēs. Et
tinea nō solū ad ossa, sed ad corda pertingens: & per-
petuus quidam carnifex nō animam dilaniās, sed vi-
res animæ consumēs: & iugis nox, ac tenebrę profun-
dæ, & tempestas, & turbo, febris non apparens omni
igni validius incendens, & pugna requiem non ha-
bens, & languor plurimos obscurans videntum. Nā
& Sol, & huius perspicui aëris natura impedimento
videtur esse taliter affectis: & in ipso meridie profun-
dissimam noctē videtur imitari. Vnde & admirabi- C
Amos 8. lis Propheta, dū significaret ista, dicebat: Occidit illis
Sol meridie, non tanquā sydere dissipato, neque tan-
quam si huius cursus esset incisus: sed quòd in mœro-
ribus anima constituta etiam diei lucem noctem pu-
taret. Non enim noctis tenebræ tales sunt, qualis nox
mœroris existit, non quidem veniēs ex lege naturæ,
sed ex cogitationū obscuritate collecta: formidabi-
lis quædam & intoleranda subsistens, crucem circū-
ferens, faciemq; omni tyrāno crudeliorem præ se fe-
rens: nulli facile obtemperans eorum, qui eam dissol-
uere moliuntur, sed adamāte fortius tenet frequēter
animam captiuatam: si quando hęc plurima philoso-
phia via non fuerit. Quid istud opus est recensere, tā-
quam de proprio proferentem? Est in manibus in eos
qui superati sunt, iam venire, & inde eos ipsi⁹ vires ad-
discere. Magis autem, si videtur, prius interim proba- D
tionem eius aliunde faciam. Quando enim Adā pec-
cauit illud graue peccatum, & omne genus hominū
in cōmune damnauit, de mœrore pœnas luebat: illa
vero quæ ampli⁹ deliquerat, ideo quoq; grauiore tri-
stitia mœrebat: adeo vt huius peccatū, dum cum viri
comparatur errore, non putetur illud esse peccatum.
1. Tim. 2. Adam enim nō est seductus: mulier autem seducta in
præuaricatione fuit. In præuaricatione igit̄ ista sedu-
cta fuit, dū tale sibi ac viro poculū tēperasset: ideoq;
hoc genere vindictæ punitur quasi quæ possit dolorē
Gen. 3. sufferre mœroris. Multiplicās em̄, inquit, multiplica-
bo mœrores tuos, & gemitū tuū. In tristitia filios ge-
nerabis. Nusquam dolor, nusquā labor & sudor, sed
mœror & gemitus. Et illa, quæ ex his vindicta desce-
dit, doloribus & infinitis mortib⁹ est coæqualis, imò

etiam multo deterior. Nónne caput humanorū ma-
lorū formidabile, & non ferendum, & mille videtur
luctibus dignū? Nónne iniquitatis extremæ hāc esse
Paulus dixit vltimā pœnam? Nam indigne mysterio-
rū sacramenta tangentes, & venerādæ mēsæ partici-
pes inhonestos, hāc pœnā luere memorauit ita dicēs:
Propterea inter vos multi debiles & infirmi, & dor- *1. Cor. 11.*
miunt plurimi. Nónne & legislatores oēs eos q̄ into-
lerabiliter deliquerunt, hoc vindictæ genere damna-
uerunt? Sed & deus nónne hanc in lege posuit vltimā
pœnam, his qui magna peccassent? Nónne propter
huius mortis timorem, patriarcha ille Abrahā, & qui
humanam vicisset naturā: vxorem propriam maluit
voluptatib⁹ donare barbaricis, & Aegyptię tyrānidi?
Nam fabulā ipse componebat iniuriæ, & rogabat vx-
orem, vt cū eo tam horrendam tragœdiā simularet.
Nónne erubescit, huiusmodi scenę proferēs causam? *Gen. 12.*
Erit enim, inquit, vt cū viderint te facie clarā, & spe-
ciosam vultu, occidēt me: te vero reseruabūt. Dic er-
go, q̄ soror mea sis, vt bene mihi sit, & viuat anima
mea propter te. Vides timorē? vides tremorem, exa-
gitantem excelsam & philosophicam illam animam?
Vides adamantē formidine solutum? Mentitum ge-
nus, & aliam pro alia persona inferebat. Quis enim
non confundatur & decidat: cum videat eū, qui heri
& ante paucos dies gradiebatur stipat⁹, atq; mille a-
ctus exequebatur, domus, vxoris, famulorum, libero-
rum curā gerebat, minabatur, terrebat, irrogabat pœ-
nas, inferebat supplicia, mille alia p̄ ciuitates atq; re-
giones operabat: subito iacere præ ipsis lapidib⁹ plus
tacentem, plurimis se lamentantibus & amicis lugē-
tibus, vxore vulnerante cor, genas lacerante, crinesq;
soluente, ancillarum choros vndiq; congregante cū
C multo, vt diximus, planctu, illo nihil penitus sentien-
te? Omnia em̄ subitò recessere de medio, mens, cogi-
tatus, & anima, & flos ipse faciei, motúsq; membro-
rū: & successere deformis vocis amissio, insēsibilitas,
corruptio, sanies, vermis, cinis, puluis, fœtor, dissipa-
tio plena visionis horrendę: vsq; adeò, vt ossa ipsa to-
tius soluantur corporis. Sed interim totum hoc for-
midabile & ipsis rebus ostensum ex sanctorum illorū
timore, longè leuius est mœroris tui defectione. Pro-
pter hanc enim prolixiore verborū ambitu diē con-
sumpsi: vt te doceam, quam pœnam modo sustineas:
& quomodo ad æqualem libram huius defectionis,
multo maiorem vicē expectes bonorum. Vt autem
discas quoniam hæc ita sunt vt dicuntur: ad eos iam
confugiam, qui ab hac captiuati esse noscuntur, ad
quos & prius venire cogebar. Hebræorū enim popu-
D lus, dum Moses veniret, & libertatem euāgelizasset,
& Aegyptiorum malorum liberationem, neque sic *Exod. 8.*
eum audire sunt passi. Nam & causam legislator ille
memorabat: Locutus est autem Moses populo, & nō
audiuit populus Mosem à pusillanimitate. Et quādo
maximas Iudęis deus tetenderat minas pro iniquita-
te multa, post commorationem in aliena regione,
post fames, post morbos, & humani generis cibū: hāc
infert vindictam, dicens: Dabo illis cor deficiens, & *Deut. 28.*
oculos deficientes, & animam tabescentē. Sed quid
opus est nominare Iudæos, populū videlicet inquie-
tum, & insipientem, & carni solummodo mancipa-
tum, & philosophari nescientē? Possumus in præsen-
tia magis ex præclaris illis viris super his accipere p̄-
bationem. Nanq; apostoli triēnio cum fuissent cum
Christo versati, & de immortalitate multa fuissent e-

docti

docti, aliisq; secretis: cum operati fuissent signa mi- A
randa, & omnem gloriam supergressi, & ipsum admi-
rationis authorem multo tempore ob oculos habuis-
sent, & cum mēsæ vnius & confabulationis tantorum
sermonū participes extitissent, & essent omnimodis
eruditi: quia audiere verba, quę pusillanimitatē sibi-
met concitarent, frequenter eū retinentes & suspensi
ab eo sicut infantes, qui intenti sunt sub mammis, &
semper eum interrogātes, Quò vadis? ita extincti sunt
tristitiæ tyrānide, & toti mœrore confecti sunt, vt ab
eo hæc vltra non quærerent. Et ob hoc increpās eos
Christus, dicebat: Audistis, quia vado ad eum qui me
misit, & venio ad vos: & nullus ex vobis interrogat
me, quò vadis? Sed quoniā ista locutus sum vobis, tri-
stitia repleuit cor vestrum. Vides, quomodo amor
Christi tristitiæ tenebras fecerit, & quomodo est in
illos grassata captiuitas, & suos esse penitus hæc effe-
cit. Helias vero ille, non eū discedam ab eo, ne nunc B
quidē post fugam atq; discessionem à Palæstina, tri-
3. Reg. 19. stitiæ ferens regnum: etiā fortiter mœrebat. Hoc itē
conscriptor iste significabat, dicens: Quoniam abiit
secundum animā suam. Audi quid dicit, orans: Suf-
ficit domine, accipe animam meam, quoniam non
sum ego melior supra fratres meos. Et illud timēdū,
illius totius vindictæ cumulum, malorum omniū ca-
put, totius peccati suppliciū: hoc in orationibus po-
stulabat, & pro gratia quęrit accipere: ita morte mœ-
ror grauior est. Vt enim illud fugeret, refugit ad mor-
tem. Hoc in loco aliquam tibi volo etiā soluere quæ-
stionem. Noui enim desiderium tuū circa solutiones
eiusmodi, & admodum noui quantum tibi hinc con-
feram gratiæ. Quid sibi vult ista quæstio? Si mortem
meliorem mœrore credebat: quare & patriā & popu
lum, ne mortē incurreret, reliquit & fugit? Quomo- C
do autem mortem quam tunc fugerat, nunc requirit?
Vt videas hinc etiā maxime quomodo morte peior
est mœror. Cum enim eū solus ille timor turbasset: si-
ne dubio agebat omnia, vt eū posset effugere. Cū ve-
ro incidens ista tristitia propriam ostendit naturam
excedēs eum, & consumens dentibus suis intolerabi-
lem huic penitus factam: tunc demum ille, quod erat
plus omnib⁹ graue, leui⁹ æstimauit. Ita & Ionas mœ-
Ionæ. 4. b stitiam fugiens, confugit ad mortē: & ipse, ne intret,
postulat dicēs: Accipe animam meā à me: quoniam
bonū est mihi mori magis, quàm viuere. Et Dauid, si-
Psal. 38. ue ex persona propria, siue aliis quibusq; plāgentib⁹:
psalmum scribens, id ipsum indicat: Obmutui, & hu-
miliatus sum, & silui à bonis, & dolor me⁹ renouatus
est. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione D
mea exardescit ignis: illum ignem & igne validiorē
mœroris significās passionem. Vnde nequaquam fe-
rens plagas eius & dolores locutus sum, inquit, in lin-
gua mea. Dicis mihi, quid loquimur? Mortem. Et ita
postulat, dicēs: Notū fac mihi domine finem meum.
Et numerum dierum meorū, quis est: vt sciam, quid
desit mihi. Vt quid, inquit, ego derelict⁹ sum, & quid
deerit mihi? Hoc est, vt quid hic remāsi, & in præsenti
commoror vita, aliis in mortem concedētibus? Et sic
mortē requirit, siue ipse, siue ille cuius persona loqui-
tur susceptа: vt & interitu non instante, tempus præ-
sentiæ eius optaret addiscere. Notum em̄ fac, inquit,
domine mihi finem meum: vt & hic fruatur maxima
voluptate: ita votiuū, quod timebatur, efficitur. Pro-
pter intolerabilem mœstitiæ dolorem, & ignē qui in
mente succenditur: in meditatione, inquit, mea exar-

desit ignis. Tantam itaq; supplicij vim sustinens, bo- A
norum vices maximas sperabat: multa brauia, innu-
merabiles retributiones, claras ac valde florentes hu-
iuscemodi certaminum coronas. Nam non solū bo-
na noui, inquit, facere: sed & pati quidlibet mali, spe
fretus plurimæ mercedis atq; maximis præmiis ille-
ctus. Et ad hunc iam ecce procedo sermonē satis tibi
& omnibus profuturū, & idoneum vrgere homines
ad patientiam, & erigere ad tolerandum: nec sinere
istis passionum sudoribus cedere. Itaq; quòd omni-
bus passionibus peiorem constaret esse tristitiam, &
malorum omnium cumulum principiúmq;: sermo
iam nobis istud abundantissime comprobauit. Restat
autem iam rectè factorum & periculorum facere cō-
parationem: vt scias manifestè, quod non solummo-
do præclara facientibus, sed aduersa sustinētibus, re-
tributiones appositæ sunt, & remunerationes admo-
dum magnæ: quæ non minus ad tribulationes perti- B
nent, quàm ad virtutes. Magis autem est, vbi & debe-
antur amplius tribulationibus. Et, si placet, maximū
inducamus patientiæ certatorem, qui in vtroque eo-
rum fortiter splenduit: illum, inquam, adamantē, illā
patientiæ petram, qui in Ausitide quidē regione du-
rauit: per omnem vero orbē excellentiæ suæ virtuti-
bus inclaruit. Et dicam eius actus & passiones, vt vi-
deas, vnde amplius eluxerit. Qui igitur erāt huius bo-
ni actus? Domus, inquit, mea omni venienti patuit: & *Iob 31.*
cōmunis erat viatoribus port⁹. Illius ferè omnia pos-
fidebant. Ego enim, inquit, erā oculus cæcorum: pes
vero claudorum. Ego eram pater inualidorum: iudi-
cium autem, quod non nouerā, inuestigaui: & cōfre-
gi molas iniustorum, & de medio dentiū eorū rapui
rapinā. Infirmi autē quancunq; habuerūt aliquādo
C necessitatem, à me impetrauerūt. Neq; exiit quisquā
ianuam meā sinu vacuo. Vidisti varias species huma-
nitatis, & diuersos misericordiæ portus: & eos q̄ op-
primerentur, modis omnibus adiuuātem. Vidisti in-
opem sufferentem, vidisti viduitati subueniētem, op-
pressos tuentem, vim facientibus formidabilē. Neq;
tantū vt adesset ac iuuaret, studiū propriū demōstra-
bat. Hoc em̄ solet esse multorū: sed & vt negociū ad
finē vsq; deduceret, & cum magnis hoc viribus face-
ret. Confregi enim, inquit, molas iniquorū: cōtra cō-
tentionē videlicet illorum, prouidentiā suam erigēs,
velut murum. Non autē solis hominū malignitatib⁹,
sed & ipsius naturæ insidiis oppositus diligētiam suā:
ex abundantia virium suarum emēdans eius errores.
Non enim habebat, quæ tribueret, mēbra peccatis.
D Nam cum dat oculos suos cæcis, pedes claudis, fiebat
totus membra debiliū: & per eum orbati luminibus,
priuati cruribus, illi videbāt, hi ambulabāt. Quid par
isti inueniri possit humanitati? Nosti cęteras eius, cre-
do, virtutes: vt ne omnia prosequens, videar elōgare
sermonem, Mansuetudinem videlicet, lenitatē, casti-
tatem veram. Qui etiamnum cū validus esset contra
iniqua facientes, nam vere admiratione maiore istud
dignū, mitis erat atq; māsuetus, & ipso dulcior mel-
le, etiam cæteris omnibus è famulis suis: quia amorē,
quem circa illum sumpserant, demonstrabant dicen-
tes: Quis det nobis de eius carnib⁹ satiari? Si autē ser- *Ibidem.*
uis ita desiderabilis erat & amabilis, quib⁹ necesse est
frequenter timori esse dominantē: multo vtique ma-
gis cæteris sanctis omnibus. Hęc igitur & his plura a-
pud temetipsam colligens veni, egredere mecum in
quendam passionis eius catalogum: & videamus sin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gula comparantes, quando clarior apparebat, cũ illa operaretur, an cum tristitiã pateretur, & quæ defectũ ei plurimũ cõmouerunt. Quando itaq; erat Iob illustrior, quando domũ suam omnibus aduenientibus aperuit: an cũ ea ruente, verba amara nõ protulit, sed potius domino benedixit? Vtiq; cũ hoc quidem virtus esset, istud ærumna. Quando splendidior erat, dic mihi, cũ sacrificabat pro filiis suis, & eos ad concordiam congregabat: an cum defossi & amarissimo genere fuissent mortis extincti, cũ magna philosophia pertulit quod euenit? Quando potius ille radiauit, quãdó ne de consura ouiũ suarũ calefacti sunt humeri nudorum: an cum audiens ignẽ descendisse de cœlo, & exedisse cũ pastoribus greges, non est commotus, neque turbatus: sed amantissime pertulit casum? Quando maior illuxit, cum sanitate corporis ad oppressorum patrociniũ vtebatur conterẽs molas iniquorum, & ex medio dentium rapiens rapinã, miseris portus existẽs: an cũ hoc idẽ corpus eius, hoc est indigentium scutum, vermibus videbatur absumi, sedens in stercore, & testa illud radens: Impleo, inquit, tabo glebas terræ? Atquin illa quidẽ omnia præclara facinora erant, ista vero omnia passiones: sed tamen ista illum clariorẽ, quàm illa fecere. Hæc enim maxime amarissima certaminũ portio, & maiorem virtutem requirens, & animam fortiorem & mentem philosophiæ appositiorẽ, quæ maiorem circa deum habebat charitatem. Et prẽterea cum illa quidẽ fierent, etsi impudenter & valde crudeliter: attamen contradicit diabolus, dicens: Nunquid gratis colit Iob deũ? Hæc vero cum contigissent, confusus abscessit, tergadans quòd neque vel impudentẽ contradictionem, vmbram saltem habentem aliquam possit opponere. Hęc enim coronę perfectio, hoc virtutis cacumẽ, ista fortitudinis aperta probatio, hoc verissimum philosophiæ incrementum. Indicat autem hic ipse beatus Iob, quanto tyrannis hæc animorũ, mœror scilicet, sit ipsa deterior morte, requiẽ eam vocans. Mors enim, inquit, viro requies. Hinc eam pro munere postulabat: tantum, vt à tristitia liberaretur, dicens: Si enim cõcedat dominus, & veniat mihi petitio mea, & meam spem det mihi deus: incipiẽs dominus vulneret me, & in finem me interficiat. Sit autẽ ciuitas mea sepulchrum, in qua supra murũ eius insiliebã. Quanto itaq; animi mœstitudo talis omnibus erat grauior, tãto maiores expectat retributiones. Vt autẽ & aliũde discas, quantũ lucri afferant passiones, etiamsi nõ propter deũ quisq; patiatur (& ne quis hoc hyperbolicos dicere me credat) patienter autẽ & fortiter ferat atq; mãsuete, deũ vero in omnibus glorificet: iste ipse nesciebat ꝓpter deũ ista se pati, & tamẽ pro hoc coronabatur, quòd cũ causam nesciret, patiẽter hoc ferret. Sed & ille Lazarus naturali infirmitate cõprehensus: hoc autẽ non erat pro deo pati: quoniam interim solummodo patiebatur, virilitérque portabat, quum non esset qui curaret: tolerauerat enim dolorem venientem à vulneribus, à fame, ab aspectu diuitis, & crudelitate: nosti quantas adipisci meruit postea coronas. Et quidẽ eius nullum præclarum facinus inuenimus. Nõ quòd pauperib' sit misertus, nõ quòd oppressis affuerit, nõ quòd boni fortè aliquid fecerit, sed quòd ianuæ diuitis pertulit exclusionẽ & debilitatem, & canum linguas, & despectũ contra se diuitis. Quæ omnia periculosa esse cõstabat. Sed interim magnificum iste nihil fecerat. Verum quoniã tantũmodo malorum istorum tristitiam fortiter pertulit: parem Patriarchę, quẽ plurimas scimus feciſſe virtutes, finem habere promeruit. Dicam aliquid cum his etiam aliud, quod opinionẽ multorum videatur excedere: non tamen veritatem. Et si bonum quis operatus fuerit magnificũ vel virile, non autem cum labore atq; periculo: non aliquammultã recipiet mercedem? Vnusquisq; sane propriam mercedẽ accipiet secundum suum laborẽ: non secundũ magnitudinẽ facti, sed prout fuerit qualitas passionis. Propterea & Paulus glorians, non eo quòd magnum quid feciſſet, solũmodo gloriatur: sed & quòd aduersa toleraſſet. Cum enim dixiſſet: Ministri Christi sunt, vt minus sapiens dico, magis ego: & per comparationem in quo ipse præcederet, texens nõ dixit, tantis & tantis prædicaui: sed dimittens oĩa sua præclara facinora, mala quæ toleraſſet, enumerat ita dicẽs: In laboribus plurimis, in plagis supra modũ, in carceribus abundãtius, in mortib' frequẽter: Quinquies quadragĩta à Iudęis vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum: ter naufragiũ feci. Nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sępe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In fame & siti, in frigore & nuditate. Prẽter illa, quæ extrinsec' sunt, incursus mei quotidiani. Vides velut serié passionũ, & glorię occasiones. Deinde infert facinus præclarũ. Et in hoc rursus, plus passionis aliquid inuenimus, quàm ipsius facti magnificũ. Cum eñ dixiſſet: Concursus mei quotidiani, ea quæ superuenirent, memorans, frequentes videlicet conturbationes: hoc enim est quod dicit, concursus mei. Intulit enim dicens: Solicitudo omnium ecclesiarũ. Non dixit, correctio, sed solicitudo: quod plus habet de passione, quàm de virtute. Et sequentia hæc desĩgnant: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Non dixit, corrigor: sed, infirmor. Et denuo: Quis scandalizatur, & ego non vror? Liber ab scandalo, sed particeps sum mœroris effect'. Deinde ostẽdẽs quòd hęc talia maximas haberẽt retributiones, fecut' est dicẽs: Si gloriari oportet, quę infirmitatis meę sunt, gloriabor. Et alibi denuo infert eiusmodi fugam, per fenestram in sporta demissus sum per murũ. Hoc autem de male patiendi genere descendebat. Si itaq;, vt diximus, passiones, magnas habẽt mercedes: omnibus vero passionibus peius & pernicios' animi defectus atque tristitia: cogita quãtæ tibi repositæ sint remunerationes. Non eñ cessabo frequẽter tibi hãc insonare cantilenã: vt, quod in principio videor esse superfluum, modo cõplere pręualeã: & ab ea ipsa tibi mœstitia afferẽs cogitationes, quæ possint cõtra eandẽ tibi parere consolationẽ. Vt autẽ & aliunde cognoscas, quantũ sit cũ passionibus aliquid fortiter facere, & quanto minus sit id ipsum sine labore perficere: Nabuchodonosor ille Babylonius, qui quum in sceptris & diademate viueret, euangelicũ opus aliquando perfeciſſe dicitur. Post illam enim fornacem, & gloriosam inopinatámq; virtutẽ in orbe toto terrarum extitit prædicator. Nam non lingua solũmodo, sed & per literas vbiq; sic scripsit: Nabuchodonosor populis, tribubus, linguis, habitantibus in omni terra, pax vobis adimpleatur. Signa & prodigia, quæ fecit mecũ de' excelsus, placuit corã me annũciare vobis, quoniã magna & fortia sunt, & quoniã ingẽs & forte regnũ eius, regnũ omniũ seculorũ & potestas in generationem

nerationem & generationẽ. Et edictum proposuit eiusmodi: Omnis populus, tribus, vel linguę, si dixerint Daniel.3. verbum contra deũ Sydrak, Misak, & Abdenago, erunt in perditionem, & domus eorũ in direptionem. Et adiungit: Quoniã non est deus alter, qui ita possit liberare. Vides minas in literis positas, vides timorẽ, vides doctrinã, vides excelsam prædicationẽ, & extensas literas vbiq; terrarum? Quid itaque, dic mihi, parem num apostolis accipiet iste mercedẽ, quoniã locutus est dei, nõ impari prædicatione, virtutẽ, quoniam tanto studio tam bonum sparsit vbique sermonem? Non planè, nec quasi aliqua ex parte: sed supra modum prorsus minorẽ. Atqui idipsum opus fecit, quod & illi. Sed quoniam non hic vel afflictiones vel passiones videntur adiunctæ: ideo intercisa sunt iura mercedis. Hic nanque cum potestate agebat hoc totum: illi vero prohibitionem & expulsionem sustinẽtes, pœnas omnes ferentes ac verbera in miseriis cõstituti, præcipitati, submersi, fame necati per singulos moriebantur dies: iam ipsa per desidiam anima sustinente tormenta, per vnunquenq; infirmum firmantes, per singulos qui scandalizabãtur iusti. Sed & erãt in his doloribus & mœrore, vices plurimę retributionum. Nam vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Nõ enim desistã frequenter hoc dicens, ac propterea & misericors deus, cum sæpe Paulus rogasset liberari se ab his passionibus & defectionibus dolorum atque discriminum, nequa- 2.Cor.12. quam annuit. Propter hoc enim, inquit, ter dominũ rogaui: & non merui postulata. Et dic mihi, rogo te, qua ex causa iam poterat maximã ille sperare mercedem, si eundẽ prædicaret in securitate & deliciis cõstitutus, ob hoc quòd os aperuit, linguã mouit, domi sedens? Sed hoc cuilibet facile erat, & ei qui animi videretur esse deiecti, & qui insane dissolutáq; viueret Act.20. vita. Modo vero vbi eorũ mortiũ, cursuum marinorum, mœstitiæ ipsius, lachrymarũ dolorumq;: (nam triennio, inquit, nocte & die cum lachrymis exhortãs vnumquenq; vestrum non destiti cum omni fiducia) remunerationes accipiet & coronas? Hæc itaq; cogitans, ac retractans quantum sit lucri, acta cum molestiis ac dolorib' vita: gaude & delectare quæstuosam & mille plenam coronis viã à prima tua ætate proficiens, etiã per frequentissimas passiones. Nam & imbecillitas corporis multiformis & varia, & innumeris mortibus peior, nõ desiit expugnare te sæpe: & detractionum & iniuriarũ quidam hymbres, & calumniæ nunquam, quæ tibi inferrentur, cessauerũt. Mœrores autem & crebri fõtes lachrymarũ per omnia inquietauere tempora. De istis autem etiam vnum per seipsum sufficit eis ad vtilitatem plurimã. Lazarus enim propter solam infirmitatem, similẽ Patriarchæ adeptus est finẽ: & publicano detractio pharisæi iustitiã, quæ pharisæum vinceret, deportauit. Et apostolorũ princeps correxit ex lachrymis illud peccati vulnus horrendi. Quando ergo vnum ac solum de passionibus prędictis vides ad meritum potuisse sufficere: cogita, quantas ipsa receptura es remunerationes, quæ cuncta simul, modum omnem superans toleraſti: & per omne, quod est amplius, tempus. Nihil enim, inquã, ita claros & bonos æmulatores bonis satiat infinitis, sicut turba tentationũ, & pericula, & dolores, & mœrores, & sustinere semper insidias malignorũ, & eorum vel maxime à quibus ista fieri non debẽt, eaq; omnia ferre mansuetè. Deniq; & filium Iacob nihil ita beatificauit, & fecit placere, sicut tunc illa omnia, calũnia, & vincula, & catenæ, & miseria quę inde descendit. Magnũ etenim illud castitatis indiciũ, quando Aegyptiam libidinem vicit, & miserrimam illam vocantem se ad conuentionẽ iniquissimam respuit, reperitur: sed nõ magnũ hoc ita, sicut passiones. Qualis enim laus est, dic mihi, nõ mœchari, neq; alienam copulam dissipare, neq; cubile ad se nõ pertinẽs violare: neq; lædere eũ, qui sibi benefeceratː nec pudore perfundere domũ patroni sui, qui eum magnum fecit? Illud est maximũ, id est, discrimen, insidiæ, furor libidinis mancipatæ, illata violẽtia, ineuitabile quoddam vinculũ thalami, quod ei adultera illa composuit: retia, quæ vndiq; accusatio tetendit: calumnia, carcer, catenæ: & quòd nihil eorũ quæ iusta fuerant, impetrauit, post certamẽ videlicet tantũ, pro quo debuit coronari: & quod in custodiam tanquã reus criminis vsq; deducitur: & cũ his, qui extrema deliquerant, clauditur. Fecit ergo eum magnũ pædor, ferrũ, & omnis miseria vinculorũ. Tunc eum video magis clarere, quàm cum supra sedem Aegyptiam frumẽta indigentibus diuidebat, famémq; soluebat, & cõmunis fiebat omnibus portus. Tũc enim video splẽdentem magis, cum illi compedes & manicæ imponerẽtur, quàm cum in superbis vestibus magna potẽtia ingerebatur. Tempus enim illud cuiusdam negociationis, & infiniti quæstus erat, illud scilicet vinculorum: deliciarum autẽ & libertatis & honoris tempus habebat quidem plurimam voluptatem, nõ autem plurimum lucrum. Præterea nec sic quidẽ eum beatũ dixerim, cũ honoratur à patre, quàm cũ ei inuidẽt fratres, & domesticos patitur inimicos. Nã à prima illi ætate grauissima pugna de domo veniebat ab his qui in eo quod arguerẽt nõ habebant: conficiebãtur autem & dissiliebant, eo quòd maiorẽ patris mereretur affectum. Et quidem amorem ipsum legislator Moses nõ de pueri meritis habuisse principium, sed à tẽpore ipso, quo natus est: quoniã vltimus est, inquit, genitus, & in vltima senectute. Eiusmodi autẽ amabilis filij pueritia: quippe qui contra spẽ generãt, propterea diligebatur. Amabat eñ, inquit, eum propterea quoniã filius senectutis erat ei. Hoc aũt legislator scripsir, sicut ego arbitror, nõ quod vere erat: sed ipsam patris cogitationem & occasionẽ exponens. Nam cum videret infantem inuidiã sustinere: curare hunc affectũ in fratribus volens, finxit causam dilectionis, quæ nõ magnam ei inuidiã generaret. Nam quia non erat amoris hæc causa, sed virtus animæ, quę esset & in ipsa ætate viridior, de Beniamin vtique apparet. Si enim ille propterea diligebatur, multo magis iuniorẽ plus eo diligi oportebat. Post Ioseph eñ est ille generatus: & magis iste quàm ille erat ei filius senectutis. Sed sicut prædixi: patris hoc constabat esse figmentũ, pugnam volẽtis dissipare fraternã. Sed ne sic quidẽ potuit, & incẽditur flamma validior. Et quoniã nihil facere prævalebant: interim detulerũt contra eum detractionem malignissimã, & criminatione appetiuere turpissima: prævenientes in odiis barbaram fœminam, multo apparẽtes ea esse peiores. Siquidẽ hęc in extraneum, illi iniqui extitisse videbãtur in fratrem. Sed nec hucusq; suam statuere malitiam, sed priora semper augebant: & solũ apprehẽdentes illum in solitudine vendiderunt, & seruũ ex ingenuo facientes, inuexerunt amarissimam seruitutẽ. Non enim contribulibus quibusdam, sed barbaris & alienæ linguæ viris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

viris, & in barbaras abeuntibus partes fratrem proprium vendiderunt. Deus vero clariorem eũ parans facere, patiebatur ea quę fiebãt: & longanimiter tolerabat succedẽtia pericula periculis. Post inuidiam enim illam & accusationem turpissimã interfectio secuta est: seruitus scilicet, ipsa morte acerbior. Nõ eñ tibi simpliciter transeat, quod dictum est: sed cogita, quale erat: vt infãtulus, q̃ fuerat bene natus in domo paterna, cum omni ingenuitate nutritus & dilectione tanta patris, subito à fratribus venũdaretur, qui nihil haberẽt quod accusarẽt: & alienis ac barbaris traderetur, & moribus peregrinis & extraneis: & vt verius dicam, magis bestiis quàm hominibus, & sine ciuitate & transmigrator & peregrinus, & seruus ex ingenuo efficeretur & ciue, vt qui tanta fruebatur felicitate, ad vltimam deduceretur miseriã seruitutis: vt supra modũ iniuriæ acciperet amarissimos dominos, & deduceretur in barbaram terrã. Sed nec in hoc mala ista cessauerũt: & expectabant insidiæ rursus insidias, post omnia illa miserãda vbi fratres suos adoraturos se esse prędixerat. cum enim eũ accepissent hi negociatores, non apud semetipsos retinuerunt, sed aliis eũ pejoribus barbaris tradiderunt. Nosti autẽ & hoc, quomodo ad cumulũ calamitatis accedat, malos dominos mutare peioribus. Molestiorem eñ facit seruitutem, cum peregrini sunt denuo illi qui comparant, & prioribus sæuiores. Et peruenit ad illam Aegyptiã & insanam mulierem, deoq; contrariam. Illuc inquam, vbi impudentia ora nascũtur: & est apud Aegyptios, ex quibus vnus solus potuit magnũ illum Mosem in fugam vertere: & vix paululum ibi requieuit benigno circa se deo mirabilia faciente, & tanquam ouem, feram illam, quæ eũ comparauerat, mitigante. Statim enim palæstra parabatur, & aliud denuo stadiũ aliaq; luctamina, certamina alia, & sudores priorib⁹ fortiores. Cum enim vidisset eum iniquissimis oculis illa, quæ emerat, & fuisset vultus eius specie captiuata, & vitiis omnino possessa: à cõcupiscẽtia huius libidinis leæna facta est de fœmina. Et erat iterũ Ioseph hostis domesticus, agens aduersus eũ cõtraria magis, quàm priores. Illi etenim odientes eum, domo expulerant: hæc diligẽs & incẽsa iuuenis specie. Et erat istud duplex bellum, magis autẽ triplex ac multiplex. Nõ enim, quia euasit hæc retia, & concidit hunc laqueum breui momẽto temporis: putes eum certamen istud tanquam sine labore superasse. Nam & sudorẽ sustinuit ingẽtem. Et si vis eum manifestius discere: cogita, quantum est iuuentuti certamen hoc. Nam in ipso flore ætatis tunc erat constitutus: quãdo naturæ maius erat incendium, quando maior concupiscentiæ tempestas, quando infirmiora cõsilia sunt. Adolescẽtium enim animæ non admodũ prudentia muniuntur, nec plurimum virtuti commodant studium: sed tempestas in eis acerbior passionũ: & ratio, quæ vitia gubernet, infirmior. Cũ natura vero & ætate accessit & libido mulieris. Et sicut Babyloniam fornacẽ manus illæ Persicæ cum multo studio succẽdebãt, abũdantiorem escam ignibus suggerentes, & porrigentes flammæ diuersa fomenta: sic tunc misera hęc atq; miseranda mulier accendit ignem illa fornace maiorem, vnguentis oblita, fucamentis genarũ, picturis oculorũ, voce confracta, motibus & gressibus dissolutis, mollibus vestimẽtis, auri circulis, & infinitis eiusmodi machinamẽtis, quasi per magica quædam turpitudinum volens illicere infantem. Et sicut captu-

Dan. 3.

rus feram, ad quam difficile peruenitur, omnia incitat artis ingenia: sic & hæc, vtpote quæ sciret adolescẽtis optime castitatẽ (nec eñ tanto adhuc tempore potetat latere) arbitrata est plurimo op⁹ esse apparatu, vt iuuenis iste caperẽt: & propterea omnia artificia luxuriæ commouebat. Sed nec hæc sola sufficiebãt: sed aptum tanquam ad hanc venationẽ tempus locumq; quærebat. Ac propterea non statim vbi amore capta est, semet ingessit: sed expectauit plurimũ tẽpus, malam istam quasi parturiens concupiscentiam, & seipsam diu apparãs: timens ne in ipsa velocitate & repentinis insidiis posset effugere. Et aliquãdo cum solum inuenisset intus in domo solito more degentem: barathrum tentationis profundius fodit, & vndique alas voluptatis expandens, tanquã in mediis iam retibus habens aquilam, sic subintrat: & sola solum retentans, imò vero non sola: nam habebat ætatem, & insidias ornamentorum secum cooperantes: ecce ad illicitum actum illum pertrahit virum fortem. Quid hac tentatione peius inuenias? Qua non istud est fornace validius: vt iuuenis speciosus, seruus desolatus, peregrinus, transmigrator, à domina sic luxuriosa & insana, sic diuite, sic potẽte, & tanta in solitudine (nã & hæc ad captiuitatem istam plurimum facit) cõprehenderetur, teneretur, blandimẽtis adiretur, & ad cubile dominicum traheretur, & fierẽt hæc omnia post tanta pericula, & tantas insidias? Nosti etenim quòd plerique vbi aduersa euaserint, & ad delicias vocati fuerint, ad requiem & vitam solutiorem animosius currunt. Sed non ille ita: sed perseuerabat per omnia propriam continentiam demonstrans. Ego thalamũ illum demõstrans, fornacem Babyloniam, & Danielis lacum, & vterum bestiæ marinæ, in quẽ Propheta Ionas dimissus est, fidenter vnum esse dixerim: immo thalamum istis esse peiorẽ. Ibi enim insidiarũ victoria corporis erat periculum: hic autem animæ aperta pernicies, & mors, vt ita dicã, immortalis, & calamitas remedium nõ habens. Nõ autem ex hoc solo malum esse cõstabat genus hoc discriminis: sed quòd cũ maleuolẽtia & dolo plenũ erat plurimis blandimentis, multo magis igne vario atque multiplici, non qui corpus incenderet, sed qui animã ipsam consumeret. Et hoc significans Salomon, dicebat: qui valde bene nouerat, quàm periculosum esset virum mulieri propinquare: Alligabit, inquit, quis in sinũ ignẽ, & vestimenta non cõburet? Quis ambulabit super carbones ignis, pedes autem suos non incendet? Sic qui intrat ad mulierem virum habentẽ, & omnis qui tangit eã. Hoc est autẽ quod dicit: Quomodo impossibile est coniunctum igni nõ incendi: ita qui accedit ad mulieres, non potest illud effugere. Hic autẽ, quod multo fortius erat, sustinuit. Neq; eñ ipse ad eã accessit, sed ab illa tenebatur solus à sola comprehẽsus: plurimis malis constrictus & insidiis, qui refrigerĩ quęreret & quietẽ. Sed tamen in tantis retibus cõstitutus, & tam vrbanam feram videṡ ad semetipsum accedere, omni eũ ex parte percutere requirentẽ, per tactũ, per vocem, per oculos, per colores, per stibiũ, per aurum, per vnguenta, per vestimentũ, per affectum, per verba, per circumpositũ ornamentum, per secretum, per solitudinẽ, p̃ hoc quod poterat latere, p̃ diuitias, per potentiã, & quę habebat in eo secũ facientia: cũ his omnibus quæ suprà cõmemoraui, ætatẽ, seruitutem, peregrinationem: vicit omne illud incendium. Istam ego tentationẽ dixerim grauiorẽ esse fratrum inuidia,

inuidia, & affinium odio, & distractione, & barbarorum dominatione, & longissima illa profectione, & peregrina conuersatione, & vinculis, & catenis, & lõgo malorum tempore, & miseria quæ ei illic euenit. Nam & de vltimis ei periculum vertebatur. Quoniã autem & hoc bellũ fugit: & hic quoq; factus est spiritus roris flãs à dei gratia, & à iuuenis ipsius viribus. Tantũ enim abundabat modestiæ & castitatis, vt & illius insaniã soluere festinaret. Sed tamen, quia ipse exiuit intactus: sicut illi olim iuuenes, qui apud Persidem ignem fugerunt (neque enim dolor, inquit, ignis in eis erat) & castimoniæ magn⁹ athleta probatus est, adamantis robur imitatus: videamus qualibus rebus postea frui meruit, & quid post coronãdum virum illum succedit. Insidiæ rursus & barathrum, & mors & periculum, & calumnię, & odium irrationabile. Nam miserrima tunc illa horrendo furore bacchata, amorem iracundia consolatur, & passionem vnam coniungit alteri passioni, & cõcupiscentiæ luxuriosæ irã nectit iniustam, & fit homicida post adulterij quęsitã voluptatem. Et feritatẽ plurimam spirans, & ad necem hominis attendẽs conuocat iudicẽ corruptum, dominum, inquam, illius virum suum: illum inquam barbarum Aegyptium, & introducit accusationẽ sine teste: & non sinit intrare ad iudicium eum qui appetebatur: sed absentem accusat, apud stultitiã iudicis simul & furẽtis, eo quòd quasi hęc persona existeret, cui facile crederetur: & ille seruus esset, q̃ accusabatur. Et confidẽs loquenſq; cõtraria, obtinuit iudicantem, & quasi victrix persuasit eum proferre sentẽtiam, innocentémq; damnare, & vindictã inferre sęuissimã. Et ecce vincula, carcer, catenæ: & ne accusatorem quidẽ sciens, cõdemnatur quasi adulter: quasi dominicum thorum concupisset, & alienas nuptias polluisset: quasi deprehensus, quasi cõfessus, quasi cõuictus. Nam & iudex & accusatrix apud plerosq;, qui non nouerant veritatem, & vindicta ipsa quæ processerat, fabulam ipsam tanquam fide dignam faciebant videri. Sed nihil horũ illũ turbare potuit: nec dixit, istæ sunt somniorũ retributiones, hic est finis visionum illarum, ista sunt præmia castitatis: cognitio sine ratione, & sentẽtia sine æquitate, & maligna rursus opinio. Tanquam fornicator de paterna domo nuper expulsus sum: & quasi adulter modo, & quasi mulieris castimoniam violassem, modò cogor in vincula: & hoc in me omniũ completur assensu. Et fratres quidem mei illi adoraturi me (hoc enim somnia illa mõstrabant) in libertate & abundantia deliciisq; versantur in patria, & in domo degunt paterna: ego autem, qui suprà illos videbar futurus, cũ sacrilegis & latronibus, & cũ furibus hic vincior. Nec posteaquam patria carui, periculis liberor & reb⁹ incertis: sed in aliena iterum terra alia pręcipitia nos expectãt, & gladij districti. Et illa quidem, quæ talia perpetrauit, & calumniata est, & quę dignam pro his pœnam vere deberet, exultat modo atq; bacchatur quasi quibusdam trophæis, clarissimisq; victoriis coronata: ego autem nullius consciius iniquitatis soluo vltimam pœnam? Nihil ille horum neq; dixit, neq; cogitauit: sed sicut vir fortis per supplicia tanquam per coronas ambulans gratulabatur: neq; contra fratres, neque contra adulteram doloris memoriã retinebat. Et vnde hoc manifestum est? Ex his, quę ipse ad quendã qui in carcere ligatus tenebatur, disputauerat. Tantum eñ aberat vt à mœrore possideretur, vt tristitias solueret aliorum. Nam quoniam vidit nonnullos illic turbatos & confusos atq; deiectos: accessit statim. Et vbi didicit causam, quòd ex somniis fuerat nata turbela: quæ viderant, soluit. Deinde cum rogaret, vt rex admoneretur de sui liberatione: & si enim vir fortis erat & admirandus, homo tamen erat, & nolebat catenis illis miserabiliter cruciari. Dum ergo rogaret, vti memor eius esset ad regẽ, & suaderet vt ipse quoque dimitteretur ex vinculis: cum necesse eũ esset & causam dicere, propter quã istuc trusus esset: vt posset & ille, qui pro eo rogaturus erat, dignã habere occasionem pro eo petendi: nullum tetigit de his, qui se læserant: sed cum se de criminibus liberasset, sterit huc vsq;, & non annexuit eos, quos in eum iniquos fuisse constabat. Nã & ego, inquit, ablatione ablatus sum de terra Hebræorum: & quum nihil fecerim, miserunt me in hunc locũ tormentorum. Et ob quam causam nõ dicis? Taces meretricẽ, adulterã: taces fratres fratricidas, inuidiam, necem, distractionem, furorẽ, insidias dominæ & luxuriam, laqueos, machinas, tantã calũniam, iniquum iudicium, corruptũ iudicem, iniustam sententiam, vindictam non habentem rationem? Vt quid ista taces & celas? Nõ, inquit, noui retinere malitiã: quia hæc mihi coronæ sunt potius & brauia, & plurimę mercedis occasio. Vides animã multa philosophia eruditã? vides mẽtem immunẽ ab iracundia, & ipsis periculis altiorem? Vides eũ cõdolentem magis inimicis, quàm memorẽ malignitatis? Ne eñ fratres in medium deduceret, vel illã sanguinariam: Rapina, inquit, raptus sum de terra Hebræorũ, quũ nihil fecerim. Et nũquam personã illius dicit: nec lacus illius memor est, nec Ismahelitarum, nec rei cuiuslibet alterius. Sed interim post ista nõ leuis eũ tentatio suscepit. Nam ille qui tantũ ab eo adeptus fuerat solatiũ, liberatus à vinculis, & reuocatus ad honorẽ priorẽ: statim vt est beneficiũ consecutus, oblitus iustitiæ fidẽ negauit. Nam homo hic quidẽ seruus in aulis regalibus versabatur cũ prosperitate quàm plurima: ille vero, qui splẽduerat supra Solem, & ita claros virtutis emiserat radios, habitabat in carcere, & nemo erat qui regẽ cõmoneret. Oportebat eñ adhuc multas ei componi coronas, & brauia plurima cõparari: vnde & prolixi laborum ambitus agebãtur. Manere quidem oportuit certamina deo finente, non tamen deserente, sed tantum permittente his, qui in eũ propriam exercebãt malitiam, quantum virum illũ fortem dissipare nõ possent, nec auferre de medio virtutis optimum certamen. Nam in lacum eũ mitti permisit, & vestem eius cruentari: ad necẽ vero eius illos venire non sinit. Et videbatur quidem frater, nimirũ Iudas, hoc dedisse consiliũ: hoc autem ex dei prouidentia veniebat. Et in Aegyptia muliere istud euenit. Qua enim ex causa, dic mihi, feruidus ille & luxuriosus (scis enim Aegyptium genus) ille, inquã, furiosus & iracundus, ideoque non admodũ iudicio & æquitati vtilis (quando & hæc quoq; species passionis isti hominũ generi innata est) qua, quæso te, causa quem credidit mœchum & vxori propriæ violentum, non statim commotus peremit, aut ignibus tradidit? Sed sic cum esset irrationabilis, vt cum vna parte sentiret, & accusato audientiam nõ præberet: in ipso tempore vindicandi, vultum se habere mansuetudinis demonstrauit: vt videns quod maius est, furentẽ fœminam & rabidam, flentem, vestes scissas circunferentem, & hic maxime subincensam, lugentẽ, & vlulantem,

Gen. 4.

Gen. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem,nec sic tamẽ ad iuuenis exarserit interitũ. Vnde? dic mihi. Nónne manifestum est,quoniã ille qui leones frenauit,& in fornacẽ frigus immisit,hic etiã bestiæ huius compescuit immoderatum furorẽ,& iram extinxit ingẽtem, adeo vt tẽperaretur ipsa vindicta? Hoc quiuis facile addiscere potest,& in ipsis vinculis contigisse. Nam permisit eum ille vincifi,& cum cõdẽnatis sedere: à crudelitate vero carcerẽ custodiẽtis eripuit. Nosti eũ quid potest carceris custos. Sed ille tunc mitis erat atq; mansuetus. Non solum enim nõ aliquibus affecit iniuriis,sed omnibus eũ,quos illic videbatur habere,præposuit. Atqui cum eum pro adultero suscepisset,atque damnato,& adultero satis nobili:non enim in domo aliqua vilissima, sed satis magna hoc scel' admisisse putabatur, sed interim nihil horũ illũ terruit vel coëgit, vt circa eum crudelis existeret:sed coronę iusto de illis passionib' nectebãtur,diuinumq; subsidium cum multa in eũ abundantia fundebatur. Vellẽ adhuc aliquid epistolæ prolixitatis adiungere:sed quoniã hoc quod diximus, vltra sufficientiam,modum arbitror excessisse:hoc in loco finem sermoni iam faciens,obsecro tuam veneration-nem, quod semper te rogare nõ destiti, vt à mœrore quidẽ liberata glorifices deũ,quod semper fecisti vel facis, & ei gratias pro omnib' molestiis & doloribus redde. Ita enim & ipsa plurima præmia cõsequeris,& diabolo letalẽ vulnus infliges:& nobis plurimam tribues consolationem, & poteris tristitiæ nebulam cũ omni facilitate dispergere,& sereniſſima frui trãquillitate. Ne itaq; tu recidas,sed emergere ex hoc fumo elabora. Fumo enim,si volueris, facilius hũc omnem mœrorẽ prorsus excuties. Hoc nobis iterum facito manifestũ,vt longe etiam cõstituti, plurimã de te talibus nos etiam literis metamus iocunditatem.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEpiscopi Constantinopolitani liber contra gentiles, Babylæ Antiocheni episcopi ac martyris vitam continens, per Germanum Brixium Altisiodorensem, canonicum Parisiensem, latinus factus.

DOMINVS noster Iesus ad crucis supplicium iamiam accessurus,ac mortem illam viuificam moriturus, nocte ea postrema,qua discipulos ad se suos semotis arbitris vocauit, apud eos cum permulta verba alia fecit, eosdem plurimarum rerum cõmonefaciens, tum inter alia & tale quiddam ipsis dixit:Amen dico vobis, qui credit in me,opera quæ ego facio,& ille facit, & his maiora faciet. Atqui multi olim alij magisti extitere,qui & discipulos habuerũt,& miracula itẽ ostẽtarunt, quemadmodũ iactitantes gloriãtur gentiles: verumtamen illorũ nemo vnquam eiusmodi orationem vsurpare, ac ne animo quidem versare sustinuit, neque sanè possint è gentilibus vlli,etiamsi nihil non se præstaturos,quæ illorũ est impudentia, profiteantur,commõstrare huiusmodi elogium, sermonémve apud se extare. spectra quidẽ certe demortuorũ, neque non cadauerum quorundã simulacra qui repræsentarent,multi multos apud illos nouarum mirãdarumq; rerum autores extitisse affirmãt, quin & voces nescio quas quibusdã è monumẽtis eductas ad nonnullos peruenisse referũt: quòd vero quispiam ex eis omnib', qui magna in admiratione habiti apud illos vixerunt,vel quos post obitum in deorũ numero relatos opinati sunt,tali ad discipulos suos oratione vsus sit,illorũ sanè nemo vnquã affirmauerit. Causam autem,si placet,aperiam, quamobrem illi in reliquis alioqui omnibus impudentes, nudo quasi capite, ac perfricta fronte mendacia sua proferentes,tamẽ eius generis cõmentũ effingere ausi nunquã fuerint. Non enim temere,neque certe ab re ab eo sermone cõminiscendo abstinuerunt:sed hoc ipsum astute sciuerũt pestilentissimi generis nostri hostes illi, eum qui aliis fucum facturus sit, oportere probabilia quędam, & versutię atque artificij plena,& quæ deprehendi non facile queant,commentari. Nam & callidos tum piscatores tum aucupes nequaquam nuda proponere retia,sed illis diligenter esca prius circunlitis, ita demum venationis vtriusque compotes euadere: qui si retibus detectis, ea beluis quas captant, contuenda prębuerint,fiet certe,vt neque pisces neqne aues vnquam in ea introeant,imò vero vt ne illis quidẽ prorsus appropinquent, ita vt vterq; domũ vacuis manibus sit reuersurus, tam qui mari piscatur, quàm qui terra venatur. Ergo quando & illis quoque propositum erat homines in nassam obtrudere, suam impostu-ram in huius vitæ quasi mare quoddam, nudam minime coniecerunt:sed confictis prius ac compositis his, quibus imprudentiores capere possent, vlterius mendacio procedere supersederunt, vt qui tum vererentur ne plus æquo mendaces apparerent,tum formidarent ne priores suas fraudes posteriorũ immodico vsu subuerterent. Si enim hoc dixissent,extitisse apud illos qui tale quiddã professus esset, quale seruator noster ad discipulos suos dixit:certe vel illis ipsis, quibus fucus fieret, ridiculos se præbuissent, quasi qui ne probabilia quidem mentiri possent. Nã tale quiddam profiteri,idque re ipsa præstare, ad diuinam illam virtutem solam spectat. Quòd si potuere olim dæmones,homines in errorem adductos per phantasmata nonnihil ludificari,idipsum tum vsu venit, quum luminis fons vulgo nondum cognitus esset:quo certe tempore partim fraude alia atque alia, partim sacrificiis ipsis declarabatur,quæ fiebant omnia dæmonum opera esse. Illos enim suas aras imperare humano sanguine rubefieri, neque non ab illis ipsis qui genuissent iubere eiusmodi sibi victimas immolari, id vero quã vel summam insaniam non obscuret? qui enim calamitatibus nostris nunquam satiantur, neque vllũ terminum aut finẽ propositæ semel aduersus nos pugnę norũt, sed immortalem vbique præ se rabiẽ ferũt, perinde quasi neutiquam illis abunde satis foret ad proprium furorẽ explendũ, ipsorũ aris horũ vel horũ tum vxores tum liberos pro ouibus ac bobus admotos immolari', ij nimirũ nouã quandam homicidij immanitatẽ excogitarũt, atque adeo insolentiorẽ calamitatis modũ introduxerunt. quos enim par erat peremptorũ cędes lugere, his dæmones iidẽ persuasere, autoresq; fuere, vt eos q occidẽdi essent, in miserabilis illius homicidij theatrũ producerent: q itẽ, vt ne humanæ tantũ leges ignominiã paterẽtur,& ipsas quoq; naturę leges funditus diuulsas subuerterunt: tum præstãtes, vt ipsa hæc, quam dico, natura aduersum semet debaccharetur, tum autẽ eædem omnium scelestissimã in hominum vitam introducẽtes. Nullos enim iam inimicos sic, vt genitores ipsos, cuncti formidabãt: atq; adeo quibus maxime omniũ fidere oportebat, hos maxime omniũ suspectos habebãt,atq; auersabantur. Siquidẽ cacodæmones illi summopere contendebãt, vt per quos dei beneficio ad mundi huius spectaculũ prodieras, per eos tute huiusmodi dono priuat' exigereris:hoc agẽtes,vt qui tibi ad vitæ munera capessenda administri fuissẽt,ij & mortis quoq; autores fierẽt:perinde quasi planũ facere volẽtes, mortalibus nihil prorsus lucri, nihil auctarij ex dei optimi bonitate accessisse,vt qui nõ aliis egerẽt iugulatoribus, quàm illis ipsis à quib' geniti fuissent. Hæc etiamsi magnũ aliquod miraculum subsecutũ fuisset, ne dicam sicubi exiguũ quoddam ac nihili existimandũ, idemq; multa impostura scatens proditũ fuerit, hæc inquã opera etiamsi magna essent:tamẽ quę ego dixi, eiusmodi fuisse cõstat, vt abunde probare possint,his quidẽ certe, qui mente prorsus alienata nequaquã sunt, quinam planè essent operum illorũ artifices, vt flagitiosi, vt omnibus modis scelesti,vt nihil nõ ad vitæ statusq; nostri subuersionẽ molientes. At vero dominus noster Iesus nobis,quod tale foret,nihil quicquã imperauit,quí potius admirabilis quũ sit ob ea quę edidit miracula,nimirũ ob ea quę reliquit pręcepta,nihil ominus quàm ob miracula iure ab oĩbus adorari,ac deus esse credi possit. Impietatẽ quippe eam,quam diximus, aduẽtu ipse suo soluit:& quod mirabilius etiã est, ab dura & immani tyrannide non nos modo, qui ipsum adoramus,sed eos itẽ à quib' blasphemiis ac cõuiciis laceratur,expediuit. neq; eũ gentiliũ quisquã huiusmodi victimas dæmonib' suis posthac offerre coactus est: tãta est ille erga nostrũ genus benignitate sẽper vsus, cuius etiam ampliora extãt erga inimicos suos beneficia, q̃ dæmonũ in amicos suos maleficia. Siquidem dæmones,eos à quibus colerẽtur atq; honorarentur, propriorũ liberorũ mactatores agere coëgerũt, quũ cõtra Christus eos qui se auersarẽtur,huiusmodi imperiis liberatos esse voluerit,immaniq; illi' sacrificij immunitatem, & pacẽ hanc admirabilem non intra suos modo coarctauerit,sed & ad alienos vsq; eduxerit. Hac ratione ostẽdens illos quidem tyrãnos quosdam,ac generis nostri pestilẽtissimos hostes esse:quo nomine sic his etiam quos sibi asciuerant,cõciliauerantq;,quasi alienis abutebãtur:siquidẽ erãt & ipsi alieni. Ipse autẽ & rex,& opifex,& assertor toti' generis hominũ extitit,itaq; vel alienis vt ꝓpriis pepercit. Etenim propriũ ipsius opus erat vniuersa hominum natura: quemadmodũ discipulus eius ait, In propria venit, & proprij eum nõ receperũt. Eius vero omnẽ in nos clemẽtiam enumerare temporis huius nõ est, de qua quidẽ vt nullo vnquam tẽpore loqui desinas, tanta etiam virtute præditus,quãta incorporeas illas virtutes præditas esse par est, tamẽ ne sic quidem rẽ pro dignitate attingas. quàm eũ bonus est,solus ipse nouit,quãdoquidem & solus ipse sic bonus est. Vide igit cuiusmodi verbis discipulos suos cõueniat:Amẽ amẽ dico vobis,q credit in me,opera quę ego facio, & ille facier,& his item maiora faciet. neq;enim tantæ eos gratię participes esse voluisser,nõ summa ipse, atq; adeo immensa bonitate præditus. ꝙ si quis forte mecum contendat, vbínam Christi oraculum hoc finem suum sortitũ sit, accepto in manus libro eo cui

Ioan.1.

Acta apostolorum nomen est(cõtinet autẽ is nõ acta ipsa omnia,neq; omniũ, sed vnius tãtum, & alterius, & ea quidẽ numeratu facilia)videbit hinc ęgrotos in lectulis decumbẽtes, vmbras autem beatorũ illorum solo statim corporũ attactu ipsis sanitatẽ restituere: hinc furiosos permultos nullo prosus alio quàm tactarum Pauli vestium remedio eguisse vt à dęmone quo exagitabãtur,liberarẽtur. Quæ omnia si quis fastum esse dicat,& figmentorũ prestigias minime persuasu faciles:certe quę nũc conspiciũtur, ad blasphemum os obturandũ,idq; pudefaciẽdum,ad effrẽnem linguã cohibẽdam,satis superq; fuerint. Nulla est eñ nostri huius orbis seu regio,seu gens,seu vrbs,vbi noua atq; inopinata miracula hæc nõ decantẽtur: quæ quidẽ si figmenta fuissent, prorsus in tãtam hominũ admirationem nõ venissent. Atque huius rei testimonium ipsi vos nobis exhibere possitis: eorum eñ quę à me dicuntur,necessarium nobis non erit aliunde fidẽ mutuari,quũ vos,qui hostes nostri estis,nobis per vos eam faciatis. Quámnam enim ob causam Zoroastem illum, itemq; Zamolxim ne de nomine quidem multi,imò vero nulli nisi admodũ pauci norunt? quoniam figmenta erant quæ de illis circunferũtur omnia, quanquam tũ illi, tum ij etiam qui illorum facta memorię prodiderunt,summi artifices fuisse ferũtur: illi quidem impostur cõminiscendę, atq; exercẽdę, hi autẽ mendacij orationis illecebris adumbrãdi. sed quemadmodũ omnia frustra ac temere fiunt,quũ vitiatum,infirmum, ac minime verũ fuerit eorum quæ dicere proposueris argumẽtum: sic quũ id solidũ,ac verum, omnia rursus frustra ac temere tentãtur, quæ ad illius subuersionẽ ab inimicis excogitata fuerint. veritatis enim robur planè nullo indiget auxilio, sed vt infinitos habeat,qui ipsam extinguere conẽtur,ea non solum non deleri potest,sed & per eos quoq;, à quibus oppugnatur,splendidior multo,ac sublimior exurgit,eosdem illos irridens, nihil aliud,quàm tũ sese discruciantes,tũ vere insaniẽtes. Etenim apud nos quæ vos figmenta esse affirmatis,& tyrãni & reges,& inuicti dicẽdo sophistæ,præterea & philosophi,& incantatores, & magi,& dæmones subuertere summo studio tẽtauerũt,& debilitata est aduersus eos lingua ipsorum,vt prophetæ verbum v surpem,& sagitta infantium plagæ eorũ factæ sunt. Ipsi enim reges non alium sanè fructum reportarunt,non alium quæstum fecerũt ex his,quas nobis struxere insidiis, nisi ꝙ feritatis opinionẽ apud omnes assecuti sunt. nam propter eum demũ furorem, quem in martyres prætulerunt, in communẽ naturã ferocientes, se ipsi imprudẽtes sexcẽtis obnoxios opprobriis reddiderũt. philosophi autem, & ingeniosi item rhetores, opinionẽ multam cum apud plerosq; haberent, illi seueritatis, hi eloquẽtiæ,gesta aduersus nos pugna,ita ridiculi euasere,vt visi fuerint nihil prorsus à nugãtibus pueris discrepare. ex tot eñ gentibus, ex tot populis,nõ sapientem aliquẽ,nõ insipientem,non virum, non mulierem,sed ne puerulum quidem à sententia suadẽdo deducere potuerunt, quin potius tantus risus ex his quæ illi cõtra nos conscripsere,exortus est,vt vel eorum libri iam olim exoleuerint, ex quibus etiam cõplures simulatq; editi fuere,fũditus depericrũt,sicubi autem saluus aliquis comperiatur,hũc penes Christianos saluum inuenias:tantum abest, vt ab illorũ in nos insidiis detrimentũ aliquod suspicemur: sic irridemus multiplices, eosdémq; superuacaneos illorũ

Psal.63.

aduersum

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersum nos conatus. neq; enim si adamantina atq; immortalia nobis corpora ineſſent,ſcorpios,ſerpentes,igne manibus cõſtringẽtes timeremus, quinimo & huius rei periculum vulgo oſtentãtes faceremus:eadem ratione, ne ipſi quidẽ poſteaquã animas noſtras fidémq; in nobis tãtam ſtabiliuit Chriſt⁹,hoſtium noſtrorum venenis petiti timemus. nã ſi nobis
Luce. 10. imperatum eſt ſuper ſerpẽtes,ac ſcorpios, ſuper omnem item diaboli tyrãnidem ambulare: multo magis ſuper lumbricos,& ſcarabeos: horum eñ librorũ ab aduerſariis religionis noſtræ cõſcriptorum nocumẽtum tali interuallo diſſidet, ſi eos compares cũ mali illius in nos dæmonis inſidiis. Et noſtrarũ quidẽ rerum ea eſt ratio: veſtrarum vero talis. Aduerſum vos nullus vnquam bellum geſſit, neq; enim Chriſtianis fas eſt neceſſitate ac violẽtia illata errorem ſubuertere,ſed tum ſuadela,tum ratione, tũ mãſuetudine hominum ſalus conciliãda eſt: quo nomine nullus omnino rex,ex eis qui à Chriſto ſteterunt,talia cõtra vos dogmata ſanxit, qualia aduerſum nos excogitarũt q dæmonum cultũ ſunt ſecuti. Veruntamen gentilis ſuperſtitionis error tanta quiete quũ frueretur, & à nemine illi negociũ faceſſeretur,per ſeſe tamẽ extinctus eſt,& in ſe ipſe corruit,eorũ corporum more quę lõga ac diutina tabes exedit: quæ quidẽ ſponte ſua, vel à nemine offenſa,corrumpuntur, ac ſenſim diſſoluta prorſus depereũt. Quo fit, vt quanquam nõ in totum ſatanicus iſte riſus ab orbe exoleuit,tamen vel ea quę iam facta ſunt,ſatis ſint ad firmandam in nobis rerum futurarũ fidem:plura enim tã breui tempore ſubuerſa quũ ſint, de reliquis nemo poſtea cõtrouerſiã mouebit. Etenim vrbe capta,muris dirutis,exuſtis prætoriis,theatris,deambulacris, deniq; deletis iis omnib⁹ qui arma ferre poſſent,ſi quis fortè intueatur portic⁹ aliquot ſemiuſtas, & paucarũ ædiũ ſtãtes adhuc partes,ſaluis aniculis ac puerulis:is nõ continuo victori, & qui plurima iam ex parte rerũ potitus fuerit,victoriã controuerſam facturus eſt,tanquã nõ valẽti quod reliquum eſt,conficere. Piſcatorũ vero inſtituta non perinde ſeſe habent, quæ ipſa in ſingulos dies magis florent,& quidẽ non per apertã quãdam,vt ſic dixeris,planitiem, non per quietẽ, ſed per afflictionẽ, per bella,per pugnas ad noſtrã vſq; ætatẽ perducta ſunt. Gentilitas enim per vniuerſum terrarum orbẽ latiſſime quum patuiſſet, mortaliumq; omniũ animos occupaſſet:poſtea ita vt videmus,poſt tantũ robur,atq; incrementũ,ipſius Chriſti virtute diſſipata eſt. Euangelica vero prædicatio,non quũ iam vbique tradita, ac ſolide ſtabilita eſſet, aduerſas bellatorũ manus ſuſtinuit, ſed vixdũ in auditorũ animis infixa atq; inſita,iam inde ab initio coacta,tanquã acie inſtructa depugnare cõtra vniuerſum terrarũ orbẽ, contra principatus,cõtra poteſtates,cõtra mũdi dominos,ac rectores tenebrarũ ſeculi huius,cõtra ſpirituales verſutias:fidei eñ ſcintilla nõdum bene accenſa,fluuij atq; abyſſi vndequaq; influebãt. Vos autẽ,opinor,nequaquam latet,nõ perinde eſſe plantã eam reuellere,quę multis iã annis radices alte egerit, vt eam quã nuper ſeueris:ſed tamen quũ is eſſet rerũ ſtatus,in Chriſtianę quidẽ pietatis ſcintillã,quod modo dixi, aduerſariorũ mare inundabat, ea vero ſcintilla ciuſmodi inundatione nõ ſolũ non reſtinguebatur, ſed & maior & illuſtrior inde quũ exurgeret, quoquò verſum ſtatĩ omnia ſuo ſtatu comprehendebat, aduerſariorũ partes facile perdens ac conſumẽs, noſtras autem Chriſtianorum excitans,atq; ad immenſan tollens altitudinem,etiamſi viri quidã ſimplices,tenues,atque obſcuri operam ad eam rem ſuã præſtarẽt. Neque vero piſcatorum illorũ vel verba, vel miracula ſucceſſum huiuſmodi efficiebãt:ſed Chriſti virtus in illos efficaciam ſuam infundẽs. Nam ex iis, qui quæ dixi miracula edebant,alter,is Paulus fuit,tabernaculorum texendorum artifex:alter,Petrus is fuit,piſcator erat,& quidem in mentem nunquã veniſſet hominibus tam tenuibus,tamq; abiectis tale quiddã effingere, niſi ſi quis eos inſaniſſe ac deliraſſe dicat:hi porrò quòd nõ inſanirent, liquet tũ ex egregiis virtutis eximiæ operibus,quæ illi ſolo verbo ediderunt, tũ ex compluribus,qui etiam nunc illis fidẽ habent. Nunquam igitur talia temere illi vel emẽtiti fuiſſent, vel gloriabũdi iactaſſent. Siquidẽ quòd initio dixi,qui aliis verba daturus eſt, mentitur quidem: mentitur autem non ſic,vt omnib⁹ planum id fiat. Si enim poſteaquam & res ipſæ contigerunt, & tam multi rerũ earundem euentum verũ fuiſſe ſunt teſtati,tum ij qui per ea tempora crediderunt,tum ij qui ex eo tempore vbiq; eadem hæc ita eſſe decantant,non apud nos modo,ſed & apud Barbaros,& ſi q barbaris ipſis ſunt efferatiores:nonnullos tamen adhuc inuenias, qui poſt tot ac tanta ſigna,poſt vniuerſi,vt ſic dicam,orbis teſtimoniũ,prorſus his omnibus,quæ antea facta ſunt, nullã fidem habeant(vt taceã hîc permultos eſſe, qui de re tota nihil quicquam inueſtigare,nihil indagare,nihil examinare laborãt)quis,obſecro, initio neque rebus ipſis corã perſpectis, neq; recepto rerum earundem digno teſtimonio, fidem ſuam Chriſto obſtringeret? quid autem omnino illos commoueret tale quiddam fingere atq; cõponere?neque enim orationis vi:(quo pacto enim, quum eorũ alter literas prorſus ignorauerit?)neque opum, ac diuitiarũ copia nitebantur,vt quibus neceſſarius victus vix ſuppeteret manuũ ſuarum opificio victitantibus:ſed neq; ob natalĩ ſplendorem criſtas tollere illis licebat,alterius enim patrẽ ignoramus,tam fuit ille obſcurus,atq; ignotus: Petri autẽ notus quidẽ pater fuit,ſed ea ex parte Pauli patrem claritudine ſuperat,quatenus eius nomen ſacræ tantum ſcripturę nobis notum,idq; propter filiũ,eſſe voluerũt. Quòd ſi & regionem, & gentem exquirere velis,alterum Cilicem fuiſſe comperies, alterũ ignobilis ciuitatis ciuẽ,ſeu verius dicam,non ciuitatis,ſed vici cuiuſdã infimi incolam,qui Bethſaidæ(locum in Galilæa hoc nomine appellãt)natus ſit. Iam artes eorum quiſquis audiet,quales fuerũt, videbit nihil illas magnum,nihil graue ſpirare: nã tabernaculorum artifex piſcatore quidem honeſtior, ſed idẽ tamen cæteris artificibus vilior. Vnde ergo,obſecro,vnde rem tantam ſimulare auderẽt?quãnã ſpe ſublati?quo præſidio freti?calamóne,atq; hamo?an cultro ac terebra? homines inſani in malam crucem iam hinc non vos auferetis,aut vobis præcipitiũ aliquod parabitis? Agedũ vero fingamus hoc,quod alioqui opinione quidem veſtra geri nequit, fieri tamen poſſe: hoc eſt, vt tum is,qui è palude recẽs egreſſus ſit,hæc verba vſurpet: Corporis huius vmbra mortuos ſuſcitauit, tũ is qui nuper ex coriaceorum tabernaculorum officina exilierit,de veſtibus ſuis eadẽ,quæ ille,gloriabundus profiteatur: quis ita inſaniret ex his qui hæc exaudirẽt, vt nũdis modo verbis tam magnis de rebus fidẽ haberet? quamobrem autem nullus planè ab illo tẽpore artifex tale quiddã vel ipſe de ſe, vel ali⁹ de illo prædicauit?

prædicauit?quãquã ſi quæ à noſtris facta ſunt, ea figmenta fuiſſẽt: veriſimile quidem eſt minori negocio talia mẽdacia fuiſſe cõficturos,qui illos ſunt ſubſecuti. Illi enim quum quod facerent,id ad alios, qui tale quiddã olim feciſſent,referre nõ haberent: certe nõ poterant ſperare futurũ, vt figmentum ſibi ſuum ſuccederet. Qui vero illis poſteriores fuere, ad illos ſpectantes, figmentũ idẽ promptius ſanè, ac facilius aggredi auſi fuiſſent, præſertim quum haberent priorũ exemplũ,audaciam ac fiduciã poſterioribus addens, perinde quaſi nullus vſquã ſit qui mentẽ habeat,quin potius omnes obſtupeſcãt,atq; inſaniant,atque adeo vnicuique volenti liceat, quæcunque ipſe velit de ſe prædicare,aliiſq; perſuadere. Nugę ſunt hęc,riſus, ac non niſi gentilis ſtultitiæ verba. Quemadmodũ enim ſi quis adductus ſit in cœlũ arcũ intendere, velut ſagittis ſuis illud perrupturus,aut Oceanum exhaurire, tanquam ſuis illum manibus vacuaturus:hunc profecto ex facetiorib⁹ riſu,ex grauioribus lachrymis,iiſq; permultis null⁹ nõ proſequeretur: Sic quoties nobis gentiles cõtradixerint,bene habebit res, ſi illos & rideamus & deploremus: res eñ multo magis arduas, multo magis imperuias aggrediuntur, quàm qui vel cœlũ vulnerare, vel abyſſum vacuare ſe poſſe ſperat. Neque enim vnquam donec lux exiſtet,tenebræ erũt lux,neque rerũ noſtrarum veritas refelletur. Veritas enim eſt, hac autem nihil validius. Atq; quòd vetera ea,quæ nos auditu accepimus, nõ minore fide digna ſint,quàm quę præſentia ſunt,& quę ipſi videmus,id certe omnes fateanẽ,niſi ſi qui forte ſtupidi,ac delirãtes fuerint:verũ vt victoriã etiã vel ex ſuperiorib⁹ facultatibus reportemus,volo & memorię noſtrę nouũ quoddã,atq; inopinatũ facinus proferre. Enimuero ne tumultuemini,ſi miraculũ ętate noſtra factũ dicturum me pollicitus, tamẽ à veteri hiſtoria narrationis exordiũ cõtexere aggredior. neq; enim intra vetera illa tantũ ſubſiſtã:neq; quæ ego vetera ſum huc allaturus, ea à rerũ nouarũ argumẽto diſcrepant: ſic eñ vtraq; inter ſeſe cohærẽt, vt nõ poſſis illorũ cõſequẽtiã alterã ab altera ſeparare. Id quod auditis rebus, pbe iudicabitis. Fuit imperator quidã maiorũ noſtrorũ tẽporibus, q qualis alioq fuerit, dicere non habeo, verũ vbi ſcelus ab eodẽ magna audacia, atq; improbitate factũ audieritis,& reliquã morũ illius crudelitatem perſpectã habebitis. quodnam ergo piaculum id fuit? Viſum fuerat genti cuidã cum hoc imperatore bello diceꝛtanti,bellũ tandem componere, ſic, vt neque alteros affligerent, neq; ipſi viciſſim ab alteris poſthac affligerentur,quin potius moleſtiis,periculis omni deniq; timore defungerẽtur, ac partis contenti,nihil quicquam præterea requirerẽt. præſtare eñ timore procul depulſo mediocribus frui,quàm plura appetentes vbiq; timere,trepidare,atque adeo malis vltro citroq; datis & acceptis vitã tranſigere. Itaque quum conſtitutum illis eſſet,bello prorſus depoſito, quietam ac minime ſolicitã vitam viuere, viſum eſt commodũ hoc firma aliqua pactione, ac ſtabilibus terminis vinctum cõfirmare. Tum fœdere facto, dato atq; accepto iureiurando,& regi pręterea ſuo ſuadere conantur,vti ſuo ille filio (puer autem is admodũ erat) pro certo pacis pignore depoſito præſtaret tum vt qui prius hoſtes erãt, bono in reliquum tempus animo eſſent, tũ animi ac conſilij ſui teſtimonio prodito indicaret, ſe, quam pacem cum illis faceret, eam citra dolũ omnem facere: qua oratione rex adductus filiũ dedidit,vt ipſe quidem opinabatur, amicis,ac ſociis:vt vero rei exitus probauit, beluę omniũ beluarum crudeliſſimæ. Amicitiæ ac fœderis lege regium illum puerulum quum accepiſſet,ſtatim omnia ſimul conculcauit,ac ſubuertit,iuſiurandũ,pacta,pudorem eum qui homini ab homine, religionem quæ deo debetur, miſericordiã quam à nobis ætas illa impetrare ſolet. ac neq; iuuentus ferã illam flexit, neq; ſanè,quę huiuſmodi ſceleribus comes eſſe ſolet,vltio agreſte illud pectus terruit, neq; patris filium deponentis verba ciuſdem animum ſubiere:ea,inquã,quæ ille filium in manum tradens fortaſſe mandarat,dum poſtulat vti illius curam quàm diligẽtiſſime imperator ſuſciperet, patrem etiam illum filio ſuo appellãs, dum obſecrat,vt quaſi ipſe genitor foret,ſic illũ enutriret,atque eruditet, perficerẽtq;,vt maiorũ ſuorum nobilitate dignus ille olim euaderet:deniq; dũ idem pater inter hæc verba media filij dextram homicidæ dextræ inſerat, ac multis etiam cum lachrymis congreſſum ſoluit:horũ omnium inquinatiſſimus ille nihil quicquam ſecũ reputans,quin potius omnibus illis vnà ex animo excuſſis cædem illam cædium omnium ſceleſtiſſimam patrat. Hoc enim flagitium filij etiam proprij cędę grauius eſt,cuius rei teſtimoniũ à vobis mutuabor,qui vriq; nõ ſic, opinor, indoluiſſetis (ſi modo ex animi mei affectibus & veſtrorũ item affectuum coniecturam facere oportet) ſi illũ audiiſſetis propriũ filium occidiſſe: tũ enim vnà cũ communibus legib⁹ & naturę etiã leges ſubuerti viſę fuiſſent. Hic autem plurima ſimul concurrerunt, quę numero ipſo,naturę neceſſitudine validiora eſſe poſſũt. Quoties eñ mihi ante oculos obuerſatur aduleſcens ille prorſus innocens,idem à patre deditus,idẽ à maiorum ſuorum regia auulſus,idem domeſticas delicias, gloriam,honorẽ cum extorri vita,hoc nomine commutans,vt poſſet impurus imperator pactis cũ hoſte fœderibus fidere:idẽ poſtea ab illo miſere confectus, & ſplendore domus paternæ per eadẽ fœdera priuatus,denique ab eodẽ iugulatus:nimirũ ſecũ pugnans me ſubit affectus,liquefacto ſimul,atq; exæſtuãte intus animo,quorum affectuũ alterũ mihi ira, alterum mœſtitia parit. Nam dum mecum reputo ſceleſtũ illum armantem ſeſe, gladiũ intentantẽ, pueri collum apprehẽdentẽ,qua dextra depoſitum receperat, hac eadẽ gladiũ in illud impellẽtem, diſrũpor, atq; adeo ira ſuffocor. Rurſus dum intueor iuuenẽ illum timẽtem,tremẽtem,ploratus extremos plorantẽ, patrem inclamantẽ, hunc ipſum iſtarum rerũ autorem fuiſſe teſtantem, cædem nõ ei qui gladiũ in guttur mergeret,ſed ei,qui ſe genuiſſet,acceptam referentem,neq; fugam adornare, neq; ſibi auxilio eſſe valentem: ſed quod vnũ ſupereſt, fruſtra de proprio parente expoſtulãtem, deniq; plagam receptantem, palpitantem, calcibus pauimentum ferientẽ, terram ſanguineis riuis inquinantem, ipſa mihi intus viſcera diſcerpũtur, ipſa mihi cogitatio obtenebratur, ac mihi ob oculos mœſtitię caligo quędã offunditur. At vero nõ perinde beluinũ illud imperatoris pectus affectũ videas: quin potius quaſi vel agnum,vel vitulũ immolaturus, ſic ad ſceleſtã illã cædẽ animatus fertur. Et puer quidẽ plaga accepta exanimis iacebat. At percuſſor admiſſo ſceleri patrocinabatur,poſteriori facinore pri⁹ illud obſcurare laborans. Exiſtimaturus es fortaſſe me de ſepultura loqui velle,deq; imperatoris impietate, qui à ſe occiſo ne tantillũ quidem terræ impertiuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuerit. Ego vero aliud quoddã facinus, eo quod à me iam dictũ est longe atrocius, indicaturus sum. Nam manus illas impias tam innocẽti sanguine vbi cõspurcauit, atq; conscelerauit, nouámq; illam tragœdiam peregit, quasi nullo prorsus à se scelere facto, effrõs & ipsis etiã saxis durior, ad dei optimi maximi tẽplum festinabundus accurrit. Miraturi fortasse sunt nõnulli cur factũ est, vt qui tam sæuum patrasset facinus, diuina statim plaga percussus nõ fuerit: aut quo pacto prius quàm introiisset, in illũ deus non continuo fulmen cœlitus contorserit, ita vt eiusdẽ os impudens cœlesti igne mox cõflagraret. At ego, si quibus huiusmodi cogitatio in animũ descẽderit, laudo quidem illos & admiror excandescentiæ istius causa: tamen huic meæ de illis tum laudationi, tũ admirationi nõnihil certe adhuc deesse dico. Etenim iusta quidẽ illos indignatio subit, tum ob peremptum iniuria puerum, tum ob diuinas leges tanta cum petulantia, atq; contumelia violatas: sed iidem tamen iræ impotẽtia exæstuantes, rem ipsam totã non perpendũt. Iustitiæ enim lege hac, alia quædã lex lõge sublimior in cœlis lata est. Lex vero ea quæ tãdem esse potest? Iis qui peccatum aliquod commisere, pœnam nõ euestigio deum irrogare, sed tempus delinquẽti concedere, ac veluti præscriptũ diẽ statuere, intra quem peccatum quum deposuerit, pœnitentię beneficio par tandẽ iis euadat, qui nullum prorsus peccatum admiserunt. Id quod & tunc deus in miseri ac perditi illius causa declarauit, sed nullus tamẽ propterea subsequebaꝫ profectus: inemẽdatus enim persistebat. At deus, quo est in humanum genus amore, hoc etiam quũ prouidisset, ne sic quidem illum despexit, neq; partes ipse suas intermisit, sed & laborãtem inuisit, adhibitis etiam iis remediis, quæ salutẽ afferre possent: cæterũ tantum abfuit, vt porrectũ ille mendicamẽtum admitteret, vt vel medicum ad se hoc nomine missum trucidauerit. Medicamẽtum porro, ac medicinæ item ratio huiusmodi erat. Forte fortuna per quod tẽpus crudelis, ac miseranda qũam dixi, fabula licentiose ageretur, magnus quidam atq; admirabilis vir (si modo viri nomine designare illũ fas est) nostri huius gregis curam gerebat, Babylas huic nomẽ erat: is igitur ꝑ eos dies Christi ecclesiã hanc à spiritus gratia sibi concreditã quum haberet, Heliam, atq; huius æmulum Ioãnem, non dico prẽteriit, ne inuidioso admodũ verbo vtar, sed vsqueadeo est assecutus, vt ne tantillũ quidem illorum generosorũ pectorũ libertati concesserit. Neque enim paucarũ ciuitatũ tetrarcham, neque gentis vnius regem, sed cũ, qui imperio suo plurimã totius orbis partẽ contineret, ipsum, ipsum hunc inquã homicidam, de quo nobis est sermo, eundẽ multarũ gẽtium, multarũ ciuitatum, immẽsi item exercitus dominum, eundẽ quoquò te vertas, tum ab imperij amplitudine, tum à morũ ferocitate terribilẽ, quasi vile quoddam, ac nullius precij mancipiũ sic à dei tẽplo exegit: tanta adeò cũ cõstantia, atque animi præsentia cum quãta pastor scabiosam ac morbidam ouem ab ouili excludit, dũ prohibet ne laborãtis ouis morbus ad reliquum quoque gregẽ cõtagione serpat. Et hæc quidẽ fecit Babylas, re ipsa seruatoris nostri verbum confimans: Solũ illum videlicet seruum esse, qui peccatũ facit, vt sexcentas etiã coronas capite gestet, vt omnibus, qui super terrã sunt, hominibus imperare videatur: qui autẽ culpæ nullius sibi cõscius est, vt in subditorũ classe censeatur, hũc vel regib⁹ omnibus regaliorẽ, præstantioremq; esse. Ergo ipsum imperatorẽ statim is, qui illius imperio parebat, rexit: & ei, q omniũ dominator erat, subditus iura dedit, atq; adeo aduersus eum, dãnationis calculũ tulit. Tu vero quisquis es qui hæc audis, noli quod dictũ est leuiter trãsmittere. Nã audit⁹ facti huius nũcius, extitisse ex subditis, qui imperatorẽ à templi vestibulo exegerit, per se abũde satis est ad commouẽdos ac perterrefaciẽdos auditorũ animos: qui si vis miraculũ totũ exacte pernoscere, ne verbũ ipsum nudũ spectes, sed ponito tibi ante oculos hinc satellites hastatos, hinc milites scutatos, hinc tribunos, hinc exercitus duces, hinc pmultos in aula regia educatos, hinc eos quib⁹ ciuitatum administratio credita esset, hinc præũtiũ, hinc sequentium fastum, hinc asseclarũ seipsos vrgentium turbam, deniq; vniuersum imperatoris famulitiũ: secundũ hæc ipsum imperatorẽ in medio illo comitatu multo cũ fastu ingredientẽ, eundemq; vestiũ, purpuræ, lapillorũ hac illac conspersorum, in dextra, in militaris vestis cõmissura, in capitis diademate refulgentiũ sumptu sibi placẽtem: ac ne hoc quidem loci cœptæ semel à te imaginis istius faciẽ finias, quin eãdem proferas ad dei vsq; seruũ illum, beatũ, inquam, Babylam, eiusdémq; humilem habitũ, vulgarem vestem, animam contritam, sensum ab omni temeritate alienum, atque his demũ coloribus vtrunque quum depinxeris, & alterũ alteri opposueris, tũ certe facti huius miraculũ belle perspicies. Imò vero ne sic quidem id exacte comprehẽdes. Babylæ enim fiduciam nullius planè sermo, nullius oculorũ acies repræsentare queat, sed solũ illius experimentum, atque vsus: cuius generosi animi prẽsentiã solus is possit recte animo concipere, qui potuerit ad idẽ fiduciæ fastigiũ pertingere. Quomodo enim senex ille accessit? quomodo prætoriam cohortẽ dissipauit? quomodo labia diduxit? quomodo verba fecit? quomodo increpuit? quomodo dextrã in pectus impactam firmauit? pectus, inquã, ira turgens, ac cẽde feruẽs: quomodo homicidam exegit? nihil illum eorũ quæ agerentur deterruit, nihil de sentẽtia deduxit. Exclamare hic libet, ô animũ imperterritum, mentémq; excelsam: ô cœleste pectus, & cõstantiam angelicã. Quasi enim depictam in pariete videret vniuersam illam speciẽ, sic omnia intrepide generosus ille vir peregit. Etemĩ illũ sacræ erudierãt literæ, mundi huius res omnes nõ nisi vmbram esse, ac somniũ, & si quid his vanius est: Propterea Babylã nihil ea omnia terruere, imò vero magis animauere: illorũ enim quæ corã contuebantur aspectus, eius cogitationẽ traducebat ad supremũ illum regẽ sedentẽ super Cherubin, abyssos cõtuentem, ad thronum illũ gloriosum, & excelsum, ad exercitum illum cœlestem, ad angelorum myriadas, ad chiliades archangelorum, ad tribunal incorruptũ, ad flumẽ ignis, ad iudicẽ ipsum. Propterea certe se ipse totum à terra in cœlũ transferẽs, quasi iudici ipsi adfisteret, ipsumq; audiret iubẽtem, vt sceleſtum, atq; inquinatum illum à sacrosancto grege expelleret, sic eiecit, & à reliquo armẽto separauit, nihil prorsus respiciens eorũ omniũ quæ videbat, quęq; terrifica aliis videtur: quin potius illo viriliter, atque admodũ generose expellendo, diuinis legibus vim, ac tyrannidẽ patiẽtibus opẽ tulit. Atqui quãta Babylas erga cæteros fiducia vsus sit, hinc cõstare potest: quemnã enim ex aliis metueret, qui aduersus ipsummet imperatorẽ tantam sibi potestatem sumeret?

sumere? Equidẽ vir ille qualis fuerit, coniectura quodammodo assequor: seu, vt verius dicã, de eo sic mihi persuasi, vt nihil quicquã vel in gratiã, vel in odium vnquam vel faceret vel diceret: sed generoso semper ac forti animo contra timorẽ, contra item adulationem, quæ timore impotẽtior est, contra id genus alia (cuiusmodi multa inter homines accidũt) sese opponeret, nec vnquam ne tantillum quidem rectũ adulteraret iudicium. Si enim amictus, dentiũ risus, pedis ingressus, hominis naturã arguunt: multo quidẽ magis tot, ac tãta illius egregia facta omnibus nobis fidẽ facere possint, quantã ille in reliqua vita virtutẽ amplexatus fuerit. Neque eũ nobis ille ob fiduciã modo, qua præditus erat, admirabilis esse debet, verũ ob id quoquẽ, quòd eam fiduciã ad hoc vsque loci perduxerit, simul ob id, quòd eã vlterius nõ promouerit. Talis est enim Christi sapiẽtia, quę permittit ne quid minus, ne quid item plus iusto decertes: sed vt omnia intra modũ efficias. atqui Babylæ licebat, si voluisset vlterius progredi: ei enim qui vitæ curã semel abiecerat (prorsus eũ non accessisset, nisi se ipse huiusmodi cogitatione armauisset) omnia libere agere licebat, & imperatorẽ cõuiciis aspergere, & diadema capite detrahere, & pugnis os contundere: nã & dextrã in pectus iã impegerat. sed tamẽ ab his omnibus abstinuit: animã enim habebat sale spirituali cõditam, quę res præstabat, vt nihil temere, nihil stulte, sed omnia recto rationis iudicio, ac stato ordine exequeret: non quemadmodũ gentilium sapiẽtes, qui nunquam intra modum, sed vbique, vt ita dicam, aut maiorem, aut minorem, quàm decet, orationis libertatẽ vsurpant: idq; vt nulquã fortitudinis, vbiq; affectuum ratione carentium opinionem sibi conciliẽt: in iis quæ assequi nõ possent, metus, atq; ignauiæ: in quibus excessissent, insolẽtiæ, ac vanitatis apud omnes cõuicti. At non sic Babylas noster, qui quod ipsi in mentẽ venerat, id non inconsulto aggressus est, sed nihil nõ accuratè perpendens, & animi sui cogitationes diuinis legibus conformans, ita demum ad opus eas eduxit. Eapropter sectionẽ ipsam neq; per summa tantũ inflixit, vt ne maior membri affecti pars incurata relinqueretur, neque altiorẽ quàm deceret, vt ne superuacanea plaga quod sanũ esset, offẽderet: sed plaga pri⁹ ad morbum attemperata, medicinam quàm optimã adhibuit. Equidem hinc illũ pronunciare ausim, ira, pusillanimitate, arrogantia, ambitione, odio, timore, adulatione prorsus vacauisse: quod si & maius quiddã atque admirabilius fatendũ est, nõ tam certe mirũ mihi videtur, eundẽ aduersus imperatoriam insaniã tanta fiducia constitisse, quàm vidisse, atq; intellexisse, quaten⁹ hoc ipsum facere oporteret, nec quicquã præterea vel fecisse vel dixisse. Equidẽ quod postremum hoc longe illo admirabilius sit, multos vtiq; inuenies illius cõpotes euasisse, ab hoc tamẽ superatos. vocis enim libertatem vtcunque vsurpare possunt & ex plebeis permulti: at illa eadem decẽter vti tẽpore consentaneo, & cõgrua tum mẽsura tũ prudentia adhibita, magni admodum animi & admirabilis fuerit, quando in beatum illum Dauid magna cũ licentia, contumelia inuectus est Semei, quem & sanguinariũ virum appellauit: verũ hanc ego nunquam dixerim fiduciam ac libertatẽ, sed linguæ potius intemperãtiam, mentis temeritatem, contumaciã, dementiam, atque id genus quodlibet vitium. Cõuenit enim, arbitror, vt qui alios reprehẽsurus est, is animum suum quàm longissime ab omni temeritate ac contumacia asserat, quámque vsurpat agendi vehementiam, eam ex verborum atque rerũ natura tantùm demonstret. Etenim medici dũ vel putrida mẽbra secare, vel intumescentia comprimere opus est, non ita prius animum suum complentes, ita demum ad curandum accedunt, sed tum maxime decenti in statu animi cogitationem continere adlaborant, vt ne arti ipsi turbati animi motus officiat. Quòd si corpus curaturo tanta animi sedatione opus est, quo, obsecro, animarũ medicum loco habebimus? quantã ab eo sapientiã exigemus? certe longe maiorem, atq; adeò tantam, quãtam bonus ille martyr præstitit. Nobis enim quosdã quasi terminos & regulas præscribit, per quas videlicet & in reliquis facta proportione, nobis ipsi modũ desumamus, sic miserũ illum à sacrosanctis claustris summouit. Ac factum quidẽ hoc videri potest vnum modo esse egregiæ virtutis opus: veruntamen si quis id perpendat, ac tanquã explicans vndique diligẽter speculetur, inueniet & alterum, & tertium item emolumentũ inde simul enasci, magnúmque inibi vtilitatis thesaurum recondi. Siquidem vnus tantũ is fuit, quem à tẽplo expulit Babylas, at multi extitere qui lucrum inde reportarunt. Quotquot enim erant qui fidem suam Christo nõdum obstrinxissent (de iis loquor, qui tyranni huius imperio parebãt, id autẽ imperium bonam totius orbis partẽ occuparat) ij certe omnes obstupuere, admirati sunt: inde edocti quantam seruis suis libertatẽ Christus impertierit, derisẽrunt suam ipsorum illiberalẽ & abiectam seruitutem, perspexerunt quantũ inter se discrepent Christianorum nobilitas, & gentiliũ probrum. Qui enim apud illos templorum administrationẽ susceperе, ij reges suos colunt plusquam dominos, plusquam idola etiã ipsa quę adorant, regúmq; metu statuis ipsis assident, ita vt maligni illi dæmones honorẽ omnem sibi impensum, imperatoribus solis acceptũ referant. Itaque vbi contingit imperatorẽ aliquem creari, qui cum illorum religione non consentiat: mox ibidẽ si quis in idolorum templa fuerit ingressus, passim aranearum telas parietibus circunfusas videbit, & tãto situ idoli statuam obductam, vt neq; nasus, neque oculus, neque alia quæuis totí⁹ oris pars appareat. Ex altaribus autem, aliorum reliquias solũ superesse, maiore parte iam collapsa, alia interim tã alta vndiq; herba circundari, vt qui altaria ea esse nescit, sterquilinij aceruum aliquẽ esse putet. Cuius rei causã hæc est: Illis olim licebat quæcunq; vellent suffurari, & per statuarum cultum ventri indulgere: nunc vero quamobrẽ sese miseri discruciauerint? accubantes enim, ac se ipsi conficientes, ab illis tamen nullã prorsus expectant retributionem: sunt enim ligna tantũ ac lapides: verum honore eo quem imperatores statuis iisdẽ exhibent, adducuntur illi ad huiusmodi cultum simulandum, qui certe tollitur, dum imperatores sapiunt, dei opt. max. filium adorantes. At non ea est rerũ nostrarum conditio, sed planè cõtraria. Quum enim in imperatorium thronum conscendit qui nobiscum in fide ac diuinitatis opinione cõsentit, hic segniores efficiuntur Christianorum res: tantum abest, vt illę per humanos honores erectæ consistant. Rursus quũ impius aliquis imperator regnat, qui nos vndiq; vrget, qui nos infinitis malis exercet, tũ eædem precũ accipiunt, atq; inclarescunt tum præmiorum ac triumphorum tempus, tum coronarum, præconiorum, ac

1. Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutis omnis ostentãdæ facultas. Quòd si quis dixerit superesse etiam nunc ciuitates, eãdem quam olim superstitionem circa idolorũ insaniam præ se ferentes, is primum admodũ paucas numerabit. Veruntamen ne hac quidẽ ratione officiet instituto à me sermoni. Eadem enim suppositio adhuc manet: nam pro imperatore, ciuitatis administratores habent parẽ secum idolis honorẽ deferẽtes. Atq; huius cultus causæ hæ existunt: crapulæ, comessationes tum diurnæ, tum nocturnæ, tibiæ & tympana, & quod liberũ est, turpia quidem cũ omni oris impudẽtia proferre, turpiora autem factitare, liberum item præ ingluuie disrumpi, præ ebrietate debacchari, & in probrosissimã insaniam dilabi. Id genus indecentes sumptus continent adhuc & fouent intercidentem illum errorem. Nam qui opulentiores inter illos sunt, in ordinẽ parasitorum cogunt eos, qui ob igniauiã fame pereũt, quos ipsos tanquam canes ad mensas suas enutriunt, eorúmq; impudẽtes vẽtres iniquarum cœnarum reliquiis differciũt, iisdẽ pro animi arbitrio abutentes. At nos, qui in vniuersum mores vestros iniquos, ac prorsus ratione carẽtes abominamur, qui ob propriã segnitiem, atq; ignauiam esurire coguntur, eos non pascimus, quin potius suadẽdo hortamur, vt & sibi, & cæteris opera sua victũ sufficiãt: qui vero mutilo sunt corpore, iis permittimus modo, victum necessarium ab iis, quibus facultates suppetunt, mẽdicare. At comessationes, ebrietates, & reliqua oĩs insania, ac turpitudo à cœtu nostro exacta, explosáq; est, pro quib⁹ introducta sunt quęcũq; grauia, quęcũq; casta, quæcunq; iusta, quęcũq; sunt probata, si qua virtus, si qua laus. Nã cætera illa quæ Græci iactabunde efferunt, philosophis suis attribuẽtes, facile commonstrarunt vanã gloriã, temeritatẽ, & puerilis cogitationis opera esse. Neq; enim temere apud nos dolio quis accepto se ipse inclusit, neq; vili ac lacero panno obtectus, sic per forum ingressus est. Ea enim admirabilia quidem esse videntur, laboréq; multo, ac summa ærũna plena, sed indigna tamen sunt quę laudẽ mereantur. Est autẽ diaboli astutię, sibi seruientes laboribus eiusmodi addicere, vnde qui decepti ab illo fuerint, cum diuellantur, tum ridiculi omnibus appareant. Labor enim is, ex quo nullum lucrum manat, nullam prorsus laudem meretur. Etenim existunt etiam hodie perditi quidam homines, nullis nõ flagitiis pleni, qui multo maiora iactitant, quàm philosophus ille. Alij enim acutos clauos comedunt, alij calceos mandunt, & deglutiunt: alij ad alia his longe flagitiosiora male consulti se conferunt, opera porrò huiusmodi multo sunt admirabiliora, quàm vel dolium illud, vel panni illi viles, ac laceri: sed ea tamen minime probamus, sicuti neque illa: quinimo & istos, & omnes item qui similibus pręstigiis mirabiles sunt æquè ac philosophũ eũdem damnãtes deploramus. Dices, magnã vero philosophus orationis libertatem apud regẽ præ se tulit. Videamus ergo quæ sit egregia illa libertas, num etiã ea dolij præstigiis vanior sit. quænã igitur illa? proficiscenti cum exercitu aduersus Persas Macedoni, eidémque philosophũ magna instantia hortanti, diceret, si qua re indigeret: nulla, ille inquit, nisi quòd regem rogauit, sibi à sole ne obstaret. acciderat eñ tum iam vt philosophus à solis radiis calefieret. hic nõ vos ipsos pudore suffundetis? non oculos, frontémq; cõtegetis? non hinc facessentes terra vos obruetis, ob ea ipsa vobis placẽtes, ob quæ pudore suffundi oportebat? quanto eñ præstiterat, veste aliqua sumpta, eáq; crassiuscula ad opus aliquod se traducere, neque non à rege quidpiam, quod vsui foret, petere: quàm lacero indutum pallio sedentem ad solis radios calefieri, paruorum lactentiúmq; puerorum more, quos nutrices lotos, atq; inunctos ibi collocant, vbi tũ philosophus idem sedebat, infelicis aniculæ gratiam flagitans? At admiranda ea est orationis libertas? imò verò & hac quoq; nihil certe prodigiosius. Bonum enim virũ oportet publica vtilitate facta sua omnia metiri, & aliorum vitam emendatiorem reddere. Postulare vero, vt ne sibi à sole obstetur, quámnam id ciuitatem, quámnam domum, quémnam virum, quámnam mulierem conseruauit? Age vero num quoddam lucrum vocis huius libertas peperit? nam lucrũ à libera martyris nostri voce natũ iam ipsi demonstrauimus, idq; vlterius progressi apertius detegemus. Tum eñ Babylas iniurium imperatorẽ, quatenus sacerdoti fas est, puniuit: principum altos spiritus compressit: diuinis legibus, dum violarentur, opem tulit: supplicium pro iniusto occiso exegit, suppliciorum omnium grauissimum, iis quidẽ certe qui mente sana sunt. Meministis quidem omnino, quũ de cæde ipsa verba facerem, quemadmodũ vestrũ qui audiebatis vnusquisque intra se afficeretur, atque inflãmaretur, percussorémque ipsum in manũ capere desideraret, neq; non precaretur alicunde apparere, qui cædẽ vlciscereturque hoc ipsum igitur beatus ille præstitit: pœnã eñ sumpsit tum se dignam, tum idoneam quæ illũ conuerteret, si modo stupidus admodũ non fuisset: nequaquã postulando, vt sibi ad solis radios calescenti abscederet rex, neu à sole obstaret, quin potius impudẽter in templi septa ingredientẽ, atque omnia confundentem, quasi canem quẽdam aut seruum improbũ à domini sui aula excludendo. Vides nunc me non iactabunde, non temere paulo antè dixisse, philosophorũ vestrorũ miracula à Babyla puerilis sensus opera reddita fuisse? At temperans, inquis, fuit, continentémq; vitam egit Sinopensis ille, vt qui etiam legitimas nuptias nõ sustinuerit? Sed adde, obsecro, temperantiæ ac continẽtiæ illius modũ. Tu vero nequaquam addes, quin libentius temperãtiæ laudes illi detraxeris, quàm temperantiæ eius modũ prodideris, adeo certe ille infamis, ac magno dedecore plenus. Percurrerem hoc loco & cæterorum nugas, stultum, ac vanũ studium, deniq; turpitudinem: vbi enim, quæso, vtile est seminis humani gustu non temperare? id quod faciebat Stagirites: quale commodũ cum matribus ac sororibus misceri? quod quidẽ philosoph⁹ Stoę præfectus lege sanxit. percurrerẽ etiam academiæ principem, illiúsq; discipulum: item & eos, de quibus maior est admiratio, his quos nominaui obscœniores fuisse demonstrarẽ: obscœnũ quoq; puerorum amorem ab illis in honestatis ac philosophiæ parte annumeratũ, omni retecta allegoria denudarem, nisi tum nobis ad alia properãtibus oratio lõgior hac ratione fieret, tum omnium illorũ risus, vno à nobis detecto, satis supérq; redargueretur. vbi enim is qui austeriorem philosophiæ partẽ sequi visus est, quíq; cæteros & linguæ libertate, & vitæ continẽtia excelluit, adeo turpis, adeo ineptus, adeo immoderatus fuisse demõstratus est (nam & humanis vesci carnibus indifferens esse dixit) quorsũ attinet & de reliquis deinceps verba facere, præsertim vbi q. studij, ac vitæ instituti excellẽtia cæteris illustrior fuit, omnibus tam ridiculus, tam puerilis,

tam puerilis, tam delirus apparuit? Itaq; eò nostra redeat, vnde aberrauit oratio. Ergo Babylas, vt dictum est, tum eos qui nondũ Christi fidem receperant, cõpescuit: tũ eos, qui iam receperãt, religiosiores etiam num reddidit, nõ priuatos homines modo sed & milites, & militum duces, & præfectos: planum faciens, ipsum etiam regem, cúmq;, qui summus fuerit apud Christianos, nuda tantummodo esse nomina, ac dum vel pœna irrogãda, vel honos deferẽdus fuerit, quisquis etiam diadema gestet, hunc vel infimis quibusq; adæquari. Ad hæc eorũ certe ora obturauit, qui impudentia quadam abutentes affirmare vellent, quum Christiani libertatem apostolis tribuimus, eã non nisi fictam quandam à nobis iactantiam esse: re quidem commõstrans olim etiam ciusmodi viros probabiliter extitisse, dum eorũ potestatem signorum præstatio maiorem efficeret. existit & hinc tertiũ quoddam rarę virtutis facinus, atq; exemplum. Futurorũ enim posthac & sacerdotũ & regum animos, horum quidẽ demisit, illorũ autem extulit: planum faciens terrę, & eorum quæ in terra fiunt, curã, ac prefecturam verius residere penes sacerdotẽ, quàm penes eũ qui paludamento ornatus, ac purpura indutus est: necnõ oportere de potestatis huius amplitudine sacerdotẽ nihil detrahere, sed hominẽ potius exuere q̃ authoritatem huic principatui supernè à deo attributã deponere. proinde q. sic è vita decesserit, vel mortu⁹ nemini nõ ꝓdesse poterit: at q. ordinis huiusmodi desertor fuerit, nõ solũ nemini mortuus vsui est, sed viuentiũ quoque, quibus præest, q̃ plurimos segniores molliorésque reddit, exteris ipse interĩ & vituperabilis & ridiculus. Idem etiã cũ è viuis decesserit, multo cum dedecore, ac mœrore ad Christi tribunal sistetur: vnde ipsum postea trahentes in fornacẽ ardentẽ abducent potestates eæ quibus id negocij demandatũ est. quãobrem sapientis verbum nos monet, Ne personã adsumpseris contra tuam ipsius animam. Quòd si dissimulare tutũ non est, dum homini ab homine iniuria infertur: quo tandẽ supplicio dignus non erit, qui sciuerit, ac neglexerit, intuitus diuinas leges iniuriã accipere? Quinetiam & aliud item nõ minus iis quæ dixi, bonũ nos Babylas docuit, quòd videlicet vnumquemque oportet suo officio fungi, etiamsi inde nullum lucrũ ad alios dimanet. neq; enim ipsi, ad imperatoris quidem emolumentum, libertas profuit, nihilo tamẽ secius suas omnes partes, atq; officiũ omnibus numeris impleuit, quum interim qui morbo laborabat, propria contumacia atq; vecordia artificis peritiam offenderit, medicamento à vulnere magna cum animi indignatione amoto. quasi eñ abunde satis ad impietatẽ non esset, homicidiũ patrasse, & frõte perfricta in dei tẽplũ insiliisse, sic homicidio priori & alterũ adiecit homicidiũ: & quasi simul studeret posterioribus scelerib⁹ priora vincere, nec tamẽ præcedentium indignitatẽ subsequentiũ excellentia obscurate (ea est enim diaboli insania, vt quæ contraria, ac sibi inuicem pugnantia sunt astruat, moliatúrque) sic vtriq; homicidio eximium id largitus est, vt mutuam quandã inter se congruẽtiam haberent. Et erat ꝓfecto pueri cędes prior posteriori miserabilior: Babylæ autẽ cædes posterior priori scelestior. Anima enim, quę peccati gustũ semel fecerit, tum quę nullius doloris aut pœnitentiæ stimulis tangitur, magnũ certe auctariũ morbo adiicere solet. Ac quemadmodũ vsu venit, vt scintilla ignis, si forte immensam materiam corripuerit, statim obuiam quamq; exurat, nec ante tamen subsistat, quàm quod reliquũ est, id omne depascatur, quantóq; plura comprehenderit flãma, tanto maius robur ad alia consumẽda concipiat: sitq; tum vt comprehensorũ à flamma lignorum cõgeries lignis iis quę mox flamma cõprehensura est, quasi insidias struat, flamma eadẽ sese semper lignorum cõprehensorũ auxilio contra ea quę intacta adhuc manent, armãte: Sic & peccati natura, vbi animi cogitationem aliquã adorta est, nec quisquam est qui malũ restinguat, procedẽs vlterius grauior certe, ac magis indomita efficit: propterea sæpe fit, vt quæ posteriora sint peccata priorib⁹ grauiora sint, anima semper posteriorũ peccatorũ accessione ad maiorẽ contumaciam ac despicientiã sese promouẽte, & per hęc ipsa suam quidem vim eneruante, peccati autẽ robur alente, qua vtiq; ratione complures videas in omne peccatorum genus imprudentes prolapsos, quòd flãmam initio exorientẽ non restinxerint: Sic & infelix ille imperator peccatis suis prioribus pŏsteriora grauiora adiecit: vbi enim iuuenẽ illum extinxit, euestigio ab illius cæde ad inferendã templo iniuriam irruit: rursus ab hac iniuria, tanquã iter semel cœptum persequẽs, ad contumaciam temeritatémq; suam, sacerdotio contumelia afficiendo se accinxit, vinctúmque ferro Babylã, atque in carcerem coniectum ita tũ excruciabat ab codẽ beneficij pœnas exigẽs: eúmque ob quæ officia admirari poti⁹, coronáq; insignire, ac plusquam etiã parentes proprios vereri conuenibat, ob ea ipsa cogebat maleficorum hominũ vincula, vinculorũ calamitates, miserias, ærumnas sustinere. Ita, quod modò dixi, peccatũ vbi intium cepit, nec est q. id vlteri⁹ progredi impediat, cohiberi postea, ac frænari haud facile potest: equorũ insanientiũ ritu, qui quũ fræno ab ore disiecto, nec nõ sessore ab armis excusso, atque resupinato, neutiquã tolerabiles occurrẽtibus euaserint, nemine illos inhibẽte, immoderato quodã impetu hac illac se ipsi præcipites ferũt: quo fit, vt salutis nostræ hostis huiusmodi animas ad insaniam impellat, quò eas medicorũ pręsentia atque auxilio destitutas deprehẽdens cõcidat, & infinitis malis exerceat. Etenim qui corpore laborãt, donec medicos ad se adire patiũtur, in magnã certe salutis spem ingrediuntur: vbi vero mẽte capti calcitrant, ac se morbo liberare volentes mordent: tũ deniq; morbo incurabili laborãt, idq; non ob morbi ingenium, sed quòd ab iis destituti sunt, qui insaniã illam sanare possint. In quam insaniã & tyrannus iste sese conIecit. Nam medicum nactus, hunc, vulnus adhuc dũ secaret, statim expulit, & à domo quàm potuit lõgissime exegit. Hìc poteras Herodis fabulã non iam auribus tantũ haurire, sed & coràm maiori sanè cũ petulantia atq; immodestia spectare: quoniam quidem & maiori certe cum ostentatione, atq; apparatu diabolus rursus ipsam fabulã in vitæ huius theatrũ agendam introduxit, pro tetrarcha regẽ substituens, pro vna causa duplex argumentũ idque lõge illo iniquinatius præbens: vt nõ numero tantum, sed & ipsa rerum natura, hæcce tragœdia clarior multo atq; illustrior euaserit. Non eñ hìc sicut illic nuptiis iniuria afferebatur, neq; ex illegitimo coitu, sed ex scelestiori puerilis cædis inquinamẽto, ex tyrãnide crudelissima, ex legis transgressione nõ in vxorẽ, sed in ipsam sanctimoniã præstita, historiæ huius telam diabolus cõtexuit. ConIectus ergo in carcerẽ Babylas, gaudebat quidem

Exod. 42.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat quidem de vinculis,dolebat autẽ de eius exitio,à quo vinctus fuerat.neq; enim pater, neq; pędotriba, quũ ille ex filij,hic ex discipuli flagitio,aut calamitate celebriores fiũt, celebritatis huius voluptatẽ mœrore vacantẽ capiũt.Propterea & beatus Paulus Corinthios alloquens dicebat: Precamur autem vt mali nihil committatis, nõ quò nos probati videamur,sed vt vos bonũ faciatis, nos autem tanquam reprobi simus.Eadem igitur ratione & admirabili viro Babylę discipuli salus desideratior erat, q̃. expectata ex carcere merces,cui quidem gratius certe accidere nihil potuisset,quàm si per discipulũ respiscẽtẽ huiusmodi laudibus priuari ipsum contigisset:seu,vt verius dicam,si discipulus prorsus in istam morum peruersitatem dilapsus non fuisset. Nolunt em̃ sancti corollas sibi alienis ex malis contexi: quòd si ab alienis malis nolũt,multo minus ab iis malis,quæ ipsorũ domesticis ac familiaribus obueniũt. Quo nomine & beatus Dauid victoria parta,ac triũpho iam acto,lugebat,& lachrymabatur, quòd ad calamitatẽ quã ex filio receperat,& hæc itẽ accessisset:quin exeuntibus ad cõflictum militibus multa tyranni nomine mandabat, eósq; qui ad illius cædem properabant,hac oratione cohibebat:Pareite puero Absalon.quẽ ipsum in prælio prostratũ lugebat,non sine fletibus,lachrymisque amaris inimicũ reuocans. Quòd si naturalis pater tã propẽso est erga liberos suos affectu,certe multo magis id de spirituali patre fatendũ est.Parentibus enim spiritualibus liberorum suorũ maior cura est, quàm naturalib⁹,Paulo ita attestãte:Quis infirmatur,& ego non infirmor? quis offendiculum patitur,& ego non vror?Sed hoc quidem æqualitatẽ nobis repręsentat, quanquam certe vix patres in hãc ipsam vocẽ erumpant. Veruntamẽ demus & illos hucusq; affectu accedere posse: nos enim spirituales patres maiora etiã præstare ostendemus.At hoc ipsum vnde? Ab iisdem iterũ visceribus,& à legislatoris Mosis verbis.Ille vero quid dicit?Si remittis eis peccatũ,remitte: sin minus,& meipsum ex libro quem scripsisti,dele.Nullus sanè est pater cui alioqui bonis infinitis perfrui liberum sit,qui tamẽ malit vnà cum liberis suis pœnis affligi.At Apostolus,vt qui in gratię statu versatus fuerat,paterni huius affectus intentionem addidit, propter Christũ. Non enim Mosis exẽplo cum illis pœnas dare malebat,sed vt aliis bene esset,sibi ipse excidiũ imprecabatur,quũ diceret: Optarĩ anathema esse in Christo pro cognatis meis fratrib⁹ secundũ carnem.tanta certe misericordia, atq; affectu olim sanctorum animi abũdabant.Vnde & Babylæ nostri viscera magis excruciabãtur,q̃ imperatoris exitiũ magis ac magis inualescere tueretur.Neq; enim solũ tẽpli causa stomachatus, sed beneuolentia quadã erga imperatorẽ adductus id fecit quod illum feciſſe diximus.Etenim hic dum diuina sacra contumelia afficeret,illis quidẽ detrimenti nihil afferebat, quin potius semetipsũ infinitis malis implicabat. quapropter pater filij amore tactus, illũ intuitus illata sacris contumelia furore percitũ præcipitem ferri,immoderatum illum impetũ cohibere conatus est, eundem à se obiurgatũ quasi effrænem equũ retro inhibere properans.At nõ sustinuit infelix ille,quin potius morso fræno prorsus obsistens, seq; & furori, & insaniæ, rationis gyro relicto, dedens, in extremi exitij voraginem coniecit,Babylam à carcere eductũ,iubens vinctum ad mortis supplicium abduci.Atq; hic quæ fierent, iis quæ cernerentur, minime respõdebant. Qui enim vinctus videbatur, omnibus simul vinculis solutus erat,tam ferreis,quàm aliis itẽ grauioribus(curas hãc intelligo,ac labores cęteráq; mala omnia quę nos in hac mortali vita circunsistunt)contrà, qui solutus ferro & adamante videbatur:aliis quibusdã cõpedibus longe grauioribus vinctus erat,peccatorum scilicet catenis irretitus. Sãctus igitur Babylas morti se propinquum dũ videret, corpus suũ vnà cum ferreis illis catenis sepeliendũ mandauit, planũ faciens, quæ ignominiosa videtur, ea quoties propter Christum fiunt,honorifica esse,ac splendida:eúmq; qui ea patitur,non solũ non dissimulare,sed inde sibi placere oportere,hac quidem in parte beatum Paulũ imitatus,qui sursum ac deorsum stigmata,vincula, catenam versabat,ob ea ipsa gloriabũdus,ac sibi placens, quorum alios puderet. Quòd autẽ alios puderet, id ille nobis ea defensione declarauit, qua ad Agrippã vsus est. Nam Agrippæ dicenti, Parum abest Paule, quin me Christianum efficias,respondit Paulus, Vtinam vel paruo, vel multo tempore, non solũ tu, sed & qui hic circunstãt omnes Christiani fierent: exceptis hisce vinculis: quæ vincula non vtiq; adiecisset, nisi res ea ignominiosa vulgo visa fuisset.Sancti enim dominũ vere quum amarẽt, afflictiones pro illo magna cum alacritate suscipiebant, per quas etiam clariores euadebant:vnde & hic idem ait.Gaudeo in afflictionibus meis. Lucas autẽ & de reliquo apostolorum cœtu eadẽ hęc testatur:post multa,inquit,flagella recedebãt gaudentes, quòd digni habiti essent pro Christi nomine ignominia notari. Igitur vt ne quis gentilium existimaret certamina ac dedecora vi ac necessitate à nostris sustineri:ipsa certaminũ symbola iubet Babylas vnà cum cadauere suo inhumari, ostendẽs sibi illa pergrata,& peramica esse,pro ea quidem charitate, qua totus in Christum appensus erat. Et extãt etiã nunc cum Babylę cineribus compedes, ecclesiarum prefectos omnes commonefacientes,vt vinciri,vt iugulari,vt quiduis pati oporteat:certe omnia prompto atq; alacri animo, ac magna item cum voluptate sustinenda, vt concreditæ nobis libertatis ne leuissimam quidem partem prodamus, aut contaminemus.Et quidẽ beatus ille in eo splendore atque honore mortem cũ vita commutauit. Enimuero existimaturus est fortasse quispiã hoc loci orationi nos nostræ finem imposituros. neq; enim vita hac finita laudatorum operum,aut virtutis ostentãdæ occasiones suppetere, quẽadmodũ neq; athletis post ipsum certaminum tempus exactũ corollas contexi conuenire. Verum ea quidem est gentilium non ab re opinio, quorum spes vltra hanc mortalem vitam haudquaquã prorogatur. At nos quibus vitæ huius exitus illustrioris vitæ alterius initiũ est, ab hac suspicione atque opinione longe absumus:quam sanè opinionẽ rectam esse,apertius à nobis alibi commonstrabitur. Interim & quę virtutis eximię opera post Babylę generosi martytis obitum obuenere,talia sunt,quæ magnam orationi nostræ fidem facere possint. Posteaquam enim pro veritate tuenda ad mortẽ vsque decertauit,& ad proprij sanguinis effusionem vsq; contra peccatum depugnans restitit, atque vt ne ordinẽ eum,quem à magno rege acceperat,desereret,ipsam etiam animã deseruit, nullo non generoso atq; egregio bellatore illustrius occũbens,animã quidẽ ipsius cœlum habuit, corpus autem (quo tanquam ministro ad

2.Cor.3.

2.Cor.11.

Exod.32.

Rom.9.

Act.26.

Colos.1.

Act.5.

stro ad virtutis opera præstanda vsus fuerat) terra,sic vt creatura ipsa athletam diuiserit.Atqui poterat Babylas vel exemplo Enoch transferri,vel Helię modo rapi,vt qui vtriusq; æmulator fuerat. At deus qua est in humanum genus benignitate,inter alias,quas infinitas nobis salutis nostræ occasiones dedit, & hanc quoq; viam nobis à se munitã esse voluit, idoneũ ad virtutem capessendũ stimulum, relictis scilicet interim apud nos sanctorum reliquiis. Nam post sermonis facultatem,ipsa certe sanctorum sepulchra proximum locũ obtinent ad animas hominũ in ipsos sanctos intuentium ad virtutũ earundem æmulationem excitandas.Ac sicubi quis huiusmodi cõditoriis adstat,suum statim sensum ab hac,quam dico,vi correptum animaduertit: capsulæ enim aspectus in animã inuadẽs ipsam percellit,& exuscitat,ac perĩde afficit, quasi qui illic mortuus iacet,preces simul fũdat,præsensq; adesse cernatur:deinde fit, vt qui se sic affectũ sentit,mira alacritate gestiens, aliúsque prorsus quodãmodo affect⁹,ita ex eo loco decedat.quisquis porrò animũ aduertere volet ad eos, qui mortuos luctu prosequuntur,probe inde edocebitur, imaginationẽ de mortuis cõceptam solere ex ipsis locis in animos insinuare:qui vbi mortuorũ sepulchris astiterũt,protinus quasi idem sepultos coram stantes contueãtur, sic eosdem in ipso statim vestibulo inclamãt: pleriq; autem intolerabili dolore vexati,reliquum vitæ tempus ad demortuorum monumẽta habitare sibi in animum induxerunt. Id quod nequaquam feciſſent,nisi à locorum aspectu cõsolationem aliquam cepissent. Et quid hic de locis ac sepulchris verba facio? quum & sæpe vestis sola mortuorum visa, & verbum vnum in mentem influens animum nostrum excitet,& memoriam interlabentẽ refricet, quibus de causis ipsas nobis sanctorum reliquias deus reliquit. Porrò autẽ quòd hæc dicam non temerariæ cuiusdam iactãtiæ causa,sed quòd id ipsum emolumẽti nostri gratia factum fuerit, abunde orationi nostrę fidẽ faciunt tum quæ quotidiana à martyribus miracula eduntur,magna affatim ad illa hominum multitudine affluente, tum illis nihilo inferiora Babylæ præclara post ipsius obitum virtutis egregiæ specimina. Vbi enim ita vt mandauit sepultus fuit, & tam longũ temporis interuallum ab eius sepultura interceſſit,vt nõ nisi ossa, ac cinis in feretro superarent,placuit imperatori vni ex iis q̃ postea imperarũt,deo ipsius animũ ad id impellente, capsulam in suburbiũ istud Daphnen abduci. Quum enim deus vidisset locũ illum adulescentium intemperantia quadam quasi tyrannide obsessum, in periculũ venire, ne prorsus ab iis desereretur, q̃ grauiores essent, quíq; in honestate ac modestia vitam degere in animo haberent: loci incommodũ ac noxam miseratus,misit qui contumeliã vindicaret. Etenim ipse Daphnes locus pulcher atq; amœnus vt esset,deus fecit, simul aquarũ copia, ac pulchritudine, simul terræ ingenio,simul cœli atque aëris temperie, non quidem vti solùm inde oblectamentum ac leuamẽtum captaremus, sed vti his de rebus se optimum opificẽ laudaremus.Salutis autem nostræ hostis (cuius ea est natura, vt dei muneribus in opus contrariũ semper abutatur) locum eundem quum occupasset, qua corruptorũ iuuenum turba, qua malorum spirituum habitaculis, affinxit præterea & infamẽ quandam fabulã, per quam suburbij decor omnis ac gratia dæmoni accepta ferebaĩ.Fabula porrò sic habet. Daphnen aiunt adhuc puellam Ladonis fluuij filiam (antiquis em̃ mos is recept⁹ fuerat, vt & fluuij gignerẽt,& quæ à fluuiis genita esset,in res postea sensu carentes mutarentur,& pleraq; id genus prodigiosa effingerẽtur)Daphnen, inquam, puellã, forma admodum præstantem fuisse volunt, quam quum vidisset Apollo,illius statim amore deflagrauit:hęc vero deũ cursu se capere cupientẽ fugiens, in suburbium istud quum peruenisset,ibidem substitit. mater porrò vim patienti filiæ opem ferre volẽs,aperto gremio virginẽ statim excepit,ac pro puella eiusdẽ nominis plantulã reddidit. hic perditus amator amorib⁹ suis fraudatus,arborem circumplexus, tum plantam,tum locum sibi vendicauit,propriúmq; fecit. In quo postea quum assiduus commoraretur, eũ præ aliis omnibus diligere atq; amare cœpit: postremo qui tũ rex erat, Apollini templum & arã extrui iussit, quo posset dęmon suam insaniam per eũ locum consolari. Et hæc quidem vetus fabula, at incommodũ à fabula exortum nõ iam fabula fuit. Posteaquam em̃ iuuenes permulti impudici illuc accedẽtes,suburbij pulchritudinem contaminarunt,ibidẽ in comessationibus atque ebrietatibus victitantes,volens diabolus malum hoc magis ac magis glíscere,fabulam eam quam recitaui, confinxit,dæmonem loci eius incolã esse diuulgans, vt eiusmodi historia maius illis impudicitiæ atq; impietatis incendiũ fieret. Ad tanta porrò isthæc mala tollenda inuenit imperator sapientissimum id remedium.Sanctũ Babylæ martyris corpus eum in locum si trãsferretur, existimauit perinde fore, ac si medic⁹ ad laborãtes mitteretur.Sin iter id, quod ab vrbe ad suburbiũ ferret, authoritatis regiæ mandato impediret, atq; interdiceret, iudicauit mandatum id omnibus vulgo visum iri tyrannicũ quoddam,agreste, ac crudele factum.Quòd si mãdato adderet, vt qui honesti ac moderati essent, iis suburbij adeũdi potestas fieret:qui vero incontinentes,atq; intemperantes,ab eo arcerẽtur,mandatũ perplexũ ac difficile fore censuit,vtpote per quod præuidebat quotidianas censuras in diiudicãda vniuscuiusq; vita necessarias. Itaq; martyris præsentiã malorum horum omnium finem ac remediũ fore existimauit, quem quidẽ idoneum intelligebat, qui tum dæmonis potentiã antiquaret, tum iuuenum luxum emẽdaret:qua vtiq; spe nequaquam falsus est.Nã vbi quis Daphnę appropinquat, viso statim martyris monumẽto, vel ab ipso suburbij vestibulo compescitur,atq; emendatur,more adulescentis alicuius in conuiuio accumbẽtis,ac pædagogum astantem contuentis, eundémq; vultus significatione iubentẽ,vt decẽti ordine seruato bibat,edat, loquatur, rideat, cauens necubi modũ supergressus, suam ipse existimationem dehonestet.porrò ab eiusdem monumenti aspectu tũ ab ea,quã de beato martyre concepit,imaginatione factus ille religiosior,ad capsulam ipsam cõtinuo accurrit: ad quam cum primum peruenit, maiorem animo trepidationem recipit,mox abiecto omni contemptu tanquam volatilis effectus, ita ab eo se loco domũ recipit. Idem etiam eos qui ab vrbe in suburbium ascendunt de via excipiens,huiusmodi cum temperantia relegat ad Daphnes laxamentũ, tantum non vocem illam inclamans, Exultate domino in tremore. & apostolicũ illud adiiciens,Siue comeditis,siue bibitis,siue aliud quoduis facitis,ad dei gloriã omnia facite.qui idem si incidat in nonnullos deliciis delibutos ex suburbio ad vrbẽ

Daphnen

B

C

D

Psal.2.

1.Cor.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se recipientes (si quibus forte vsu venerit vt quadam A
quasi animi socordia frænũ abiiciant, atq; in crapulam,in absurdas aliquas delicias præcipites ferantur) hos ebrios in suũ diuersorium excipiens, nõ permittit ebrietatis noxam gestantes, domũ abire, quinimo timore incussõ refrenans, ad eandẽ reducit sobrietatem qua prædita erant,antequã ebrietate madefierẽt. Etenim quasi tenuis quædã aura eos, qui in martyris ẽde fuerint,vndiq; circunspirans afflat,nõ ea quidem sensibilis, nec quæ ad augendã corporis vim faciat, sed quæ in ipsum tantum animũ obrepat, eundémq; vndiq; decenter compescens, ac terrestrem omnem sarcinam circuncidens reficiat, atq; ingrauescentem iam & fractum agilioré reddat. & quidem Daphnes forma,ac pulchritudo segniores,ad se ipsa euocat:at martyr quodã quasi in piscatu considentes, & ad se introgressis insidias parãs,eos retinet,ac veluti ad normam quandã prius compositos dimittit,& ita dimit- B
tit,vt amata in posterũ pudice,ac citra omnem incõtinentiam sint vsuri. dum enim ex hominibus alij socordia adducti, alij mundanis solicitudinibus impediti sanctorum martyrum monimẽta inuisere negligunt,perfecit deus,vt hocce irretirẽtur modo, & talem ipsi fructũ curationis animæ caperent: ac perinde fit,vt si quis ægroto medicamẽta salutifera admittere nolenti,medicamẽtum dulci quodã condimento oblitum præparet.qui igitur inibi tandem curãtur, eò perueniunt,vt iam non deliciæ solũ, sed & visendi sancti desideriũ suburbij adeundi occasionem multis afferat:siue,vt verius dicã,q; honestioris vitæ sunt, hoc vno nomine illuc ventitant, qui infirmiores illis sunt, vtroq; nomine: qui vero infirmissimi,non alio, quàm deliciarũ captandarum nomine: posteaquam autẽ illuc peruenerunt,eos aduocans ad sese martyr, C
suis ipsius epulis splẽdide exceptos, fortíq; armatura præmunitos,non patitur in malũ aliquod prolabi.Et est perinde mirũ eo in loco mollem aliquẽ ac socordem resipiscere,& tanquã è media insania sanum caput attollere, vt si qs in medios ignes cõiect' ab igni detrimẽti nihil accipiat. circunuallata enim rationis arce ab iuuẽtute,ab effrenata audacia,à vino,à saturitate,molestius etiã q̃ à flãma ipsa,beati Babylę ros inspectantium animam ex obtutu ipso influens flammã ipsam sopit,incendium sistit, ac magnam certe animi religionem instillat.Atque in eum,quem dixi,modũ, Babylas intemperantiæ tyrãnidem subuertit.At quo idem modo & dęmonis potestatẽ extinxit? Primum quidem tum dæmonis inibi habitantis obsidionem, tum fabulæ noxam iis ipsis, quas dixi rebus inefficacem reddidit:deinde & dæmonem ipsum exegit.Ve- D
rum antequã ad exactionis modum veniã, illud vos annotare postulo,Babylã nõ statim vbi aduenit, dæmonem eiecisse,sed manentẽ eum ociosum, inertem agendisq; rebus ineptũ reddidisse.Illi enim os ita obstruxit, vt vel lapidib' ipsis magis mutus redderetur. Et quidem manentẽ inibi dęmonem superauisse, nõ minus fuit quàm si eũdem de loco exegisset, quũ qui loci illius accolis oĩbus fucũ prius faceret, ne extincti quidẽ Babylę cineres contueri sustineret.Ea est enim sanctorũ potestas,vt illorum superstitum dęmones ne vmbras quidẽ aut vestes ferre possint,vita autem functorũ & loculos quoque reformident. Itaq; si quis quæ ab apostolis facta fuisse prædicantur,fidẽ non habet:is tandẽ memorię huius miracula intuitus ab impudentia sua desistat. Nã qui de omnibus olim gentilibus victoriã reportabat, à martyre tãquam ab hero increpitus,suppressa voce latrare desiit.Ac primũ quidẽ videbatur mut' esse,q; sacrificiorũ,& aliorũ id genus cultuũ particeps minime fieret. Dæmonum enim mores ij sunt,vt dum mortales nidore, fumo,sanguine eos inuitant,& allectant, tanquã canes cruoris auidi & helluones,ebibẽdi, absorbendiq; ei' causa pręsto adsint:rursus dũ nemo est,qui ea offerat, quasi fame quadã pereant.Quibus certe sacrificia dũ fiunt,ac fœda dũ celebrantur mysteria(quę ipsa nihil certe aliud sunt,quàm amores quidã obscœni,quàm puerorũ contumelia,quàm adulteria,quàm domorũ subuersiones, vt nihil hîc agã de inhumanis cædium generibus,neq; nefariis illorũ cœnis) quibus, inquã, fœda dum celebrãtur mysteria statim aduolãt, & delectãtur,etiamsi malefici,etiamsi præstigiatores,etiãsi pestes hominũ sint,qui mysteria eadem peragãt.Imò vero,vt verius dicam,non alios plane habent, quàm quos depinxi,sacrorum suorum administros. qui eñ temperans,modestus,castus est, is nec comessationẽ admittet,nec temulẽtiam, nec dictu fœdum aliquod verbũ proferet, nec alteri cuiquam id genus fœditatibus inseruienti aures suas accõmodabit. quanquam oportebat, si quam illi humanæ virtutis curam gererent, si quam felicitatis assęclarum suorum rationem haberẽt,nihil potius requirere, quàm vitam optimã, quàm mores recte emendatos,prętermissis illis indecoris dapibus,quibus tamẽ(quando nihil habent antiquius hominũ exitio) magnopere delectantur, iisdem coli se profitentes, quibus tũ nostra mortalium vita subuertitur, tũ honestas omnis radicitus diuellitur.Primũ igitur videbatur hic dæmon hac,quam dixi,ratione obmutescere,Post autẽ cõuictus fuit, violẽta necessitate præpeditus id facere. metus eñ, quo quasi indito in os fræno cogebatur, impedimẽto illi fuit,quò minus solita cõtra homines impostura abuteretur.vnde hoc liquet?Sed ne tumultuemini.Id eñ commonstrabo,atque ita commonstrabo, vt ne illis quidem,quibus maxime curę semper fuit impudẽter omnia asseuerare, in posterũ ea impudentia abuti liceat, quoties sermo inciderit, vel de veterum illorũ dæmonum, vel de istius dęmonis infirmitate.Neque enim mihi coniecturis opus est, neque id attinet planum facere probabilibus quibusdam rationibus,sed ipsum dæmonis hac de re testimoniũ adhibebimus. Ipse eñ letalẽ vobis plagam inflixit,vestrámque omnem fiduciam ac libertatẽ cõcidit.At vos ne illi succensearis:neq; enim prudens,sed à maiore quadã potestare coactus,tyrannidẽ ipse suam deleuit. Id vero quã tandẽ ratione factũ est? Mortuo eo imperatore qui Babylæ corpus in suburbiũ transtulerat, huius fratrem ad imperij administrationẽ perduxit is idẽ qui illũ imperatorẽ fecerat, atque hic sine diademate imperiũ accipit: hactenus enim demortui quoque fratris potestas prescripta erat.Idẽ hic imperator quũ impostor ac sceleſtus esset,primum propter eũ à quo principatũ acceperat, Christianum se esse simulauit: deinde eo vita defuncto,abiecta statim persona,frõte perfricta, quã antea superstitionẽ intus celauerat, hanc in medium productã nemini non manifestam fecit, diuulgato per vniuersum terrarũ orbem mandato,vt idolorũ templa instaurarẽtur,aræ excitarentur,pristini dæmonibus honores redderẽtur, magni itẽ illis prouentus variis ex locis supputerent.Quo ex mandato magi continuo,incãtatores, augures, haruspices,

spices,menagyrtę,hoc est mẽstrui viatores,seu prę- A
cones,deniq; omnifarię impostuę artifices vndique ad vniuersum orbe confluxerunt. hîc cernere quidẽ licebat regiam ipsam infamibus,abiectis ac profugis hominibus refertã.Nã quotquot vsquã fame tabescentes,quotquot ob veneficia ac maleficia cõuicti,quotquot publicæ custodiæ addicti, atq; ad metalli opus detrusi, deniq; quotquot sordidarum artiũ artifices vix inde victitare possent,quũ se ipsi derepente sacerdotes esse profiterentur, mirũ est quanto in honore, quãto in precio habiti omnes fuerint. Hic imperator duces ipsos, ac militum præfectos contemnere, assis vnius nõ estimare,contrà mares meritorios,& meretrices è fornicibus suis excitatas vnà secũ per totam vrbem,per angiportus omnes circunducere, quũ interim regius quidẽ equus, omnésque prætoriani ponẽ multo interuallo sequerẽtur,lenones autẽ, & meretriculæ anteambulonũ loco, & vniuersus meritorũ adulescentum chorus regem medium stipantes per forũ inambularent, sermones eos proferẽtes, atq; cachinnos attollẽtes, quos par erat eiuscemodi farinę homines attollere: quę ipsa certe nõ nescimus talia támq; absurda fuisse, vt posteris fide maiora futura sint. neq; enim priuatorum quispiam eorúmve qui humile pudendúmque viuẽdi genus instituerint, velit tam turpis, támq; indecens publice videri. Sed ad eos sanè,q; adhuc vita sunt superstite,oratione nulla opus est:qui enim adfuere, & ea dũ fierent spectauere,hi & quæ hîc à me dicũtur,nunc exaudiũt: propterea enim superstitibus etiã nunc testibus hęc scribo, vt ne quis vetera recensentẽ me,inter eos qui rei ignari sint,magna licentia mẽtiri existimet.Ex iis eñ qui ea viderunt, superant adhuc & senes, & iuuenes, quos omnes obsecro,& obtestor, si quid à me historiæ adiectum fuerit,in mediũ prodeant, méq; redarguant.sed scilicet tantũ abest, vt me de meo adiecisse quicquam sint redarguturi, vt deprehensuri etiam sint,multa certe à me prætermissa:neq; enim fieri potuit, vt oratione turpitudinis illius immẽsam magnitudinem repræsentarem:posteris vero, qui crediturí isthæc non sunt, vnum id dictum esse velim, dæmonem vestrũ, quem Venerem appellatis, nequaquam pudere id genus administris vti. Itaq; mirum nemini esse debet,si miser ille,qui prorsus dęmonum ludibrio sese addixerat, ea minime dissimularet, propter quæ dij ij quos coleret,magnopere sibi placent.Iam vero quis enumerauerit necromantias? quis puerorũ cædes? nã victimæ illæ à quibus homines ante Christi aduentũ non abstinebant, post eius apparitionem D
repressæ, deintegro renouabantur, non iam quidẽ in propatulo:nam tametsi imperator esset,ac licentiose omnia ageret, tamen tanta erat rerum earum impietas, vt ea imperatoriæ etiã licentiæ magnitudinẽ superaret: victimæ, inquã, illæ deintegro tamen renouabantur. Daphnen itaq; idem hic imperator grauitatem ore præferens conscendit,multis quidem cum donariis,ac sacrificiis, manante etiam sanguinis torrente,quem mactatarũ pecudũ cædes effecerat.Tum à dæmone magna instantia oraculum poscit, postulans sibi ille iis de rebus responsum vt daret,quas animo agitabat.Ibi strenu' ille scilicet,qui pelagíq; modum, & numerũ qui nouit arenæ, qui mutum capit, & surdum qui intelligit idem,vt de se ipse profitetur, bellè admodum cauit, ne in eum sermonẽ deueniret vt aperte testaretur per sanctum Babylam,ac vicino-

rum virtutẽ obstructum sibi esse os, ac propterea lo- A
qui nequaquam posse: nimirũ veritus, ne cultoribus suis ridiculus fieret. Cæterũ quum idem adumbrare vellet virium suarum à Babyla deuictarum conditionem,cum taciturnitatis titulum aperuit,per quẽ ridiculus magis reddebatur,quàm si prorsus tacuisset.tacẽs enim imbecillitatẽ tantummodo suã detexisset, nunc vero & imbecillitatẽ,& turpitudinem,& impudentiam declarauit,studens ea adumbrare,quæ adũbrari minime queunt:quis enim color hic esse potest? Daphnes,inquit,locus cadaueribus scatet,id qđ oraculũ arcet.Et quanto prestabat pessime dęmon,martyris virtutẽ non dissimulare, quàm titulum tam impudentẽ prætexere?Et hæc quidẽ dæmon. Imperator autẽ mente alienata quum esset,perinde vt in scena ludens,fabulámq; agens,cueſtigio ad beatum Babylam fertur. quanquam ô nequam, ac nequissime, B
nisi vobis ipsi vltro mutuo verba daretis, inq; aliorũ exitium colluderetis: quam tandẽ ob causam tu quidem suppressis nominibus,atq; in genere de cadaueribus loqueris: tu vero quasi certi alicuius cadaueris nomẽ exaudisses, aliis intactis Babylę vnius cadauer mouendum tibi sumis? oportebat eñ iuxta dęmonis sententiã conditoria ea omnia quę in Daphne essent effodere, & terriculũ à deorum aspectu quàm lõgissime abducere. At non de omnibus, inquis,mortuis dæmon verba fecit?Cur igitur id nõ aperte professus est?nempe tibi impostura fabulã agẽti,ænigma istud reliquit.Equidẽ cadauera,inquit,tibi dico, vt ne palàm fiat,me victũ esse: nam & alioqui reformido Babylam nominatim designare:at tu intelligito quod à me dictum est, atq; vnum pro omnibus martyrem amoueto.Ille enim est,per quem muti efficimur.Tan- C
tæ certe dementiæ dęmõ cultores suos à se damnatos esse voluit, vt tam apertã impostura capere nequirent. nam vt mente alienata, atque insana omnes essent:tamen nec sic quidẽ ignorare debebant,quòd victum sese dæmon fateretur, tam ea res manifesta, tam aperta futura erat. Nam si hominũ cadauera inquinatũ quiddã(quod tu esse vis) & execrabile sunt: multo magis brutorum cadauera,ac tãto certe magis quanto brutorum genus humano genere contemptibilius est.Multorum vero canũ, simiarum, asinorum ossa proxime templum defossa sunt,quæ potius mouenda fuerãt,nisi forte censes homines simiis esse viliores. Vbi nunc sunt qui Solẽ bellum dei opificiũ, & ad nostrum ministerium creatum,contumelia afficiunt,& dæmoni astrum attribuunt,& hunc illum es- D
se affirmant? Sol enim, in tanta etiam cadauerum in terra iacentium copia, per vniuersum orbem diffunditur,nec vllo loco neq; radios, neq; radiorum suorum efficaciã propter ipsas locorum inquinationes contrahit.At deus vester impuram hominum vitam, impostura,cædes non modo nõ auersatur,aut odit: sed diligit,amplexatur,amat,corpora autẽ nostra deuitat:quãquam peccati genus tale esse solet, vt vel apud ipsos authores in summã etiã reprehensionẽ veniat,corpus autẽ mortuũ, & quod minime mouetur, omni reprehẽsione ac criminatione vacat. Sed scilicet istud est vestrorũ deorũ institutũ,vt abominentur quæ abominanda nequaquã sunt: colãt iidem & approbent quæ omni odio & auersatione digna sunt. Et bonus quidẽ vir,quisquis est,neque à sano aliquo consilio,vel dãdo,vel capiẽdo, neq; ab opere necessario faciũdo per mortuũ corpus prohibebitur, imò

Universidad de Deusto
Biblioteca

si animo sano est,vel ad ipsa sepulchra inhabitans, & A temperantiam,& iustitiam, & omnē denique virtutē prēstabit: prētereāq; artifex suæ quisque artis opera absq; vllo impedimento facturus est, iisq; qui ipsum rogauerint prēbiturus nō solū cadaueris propinquus assidens,sed etiamsi ipsa mortuorum monimenta extruere opus sit,& pictor,& latomus & faber tā lignarius quàm ferrarius,denique omnes sua ipsorū opera conferunt, vnus autem omniū Apollo per cadauera impediri se ait,quo minus futura prospiciat. Atqui & apud nos magni & admirabiles viri extitere,q̄ res futuras quadringentis ac mille etiam ante annis quàm euenirent,prædixerunt:quod dum facerent, nullam prorsus harum excusationum vel quæfierūt,vel causati sunt:neq; mortuorum sepulchra perfringi, neq; eos qui intra ea iacerent abiici,neq; nouum & impudentem effodiendorū cadauerum modum excogitari iusserunt. Attamē ex eis nonnulli impiis ac scelestis B gentibus vicini quū habitarēt vel in mediis ipsis Barbaris,quorū omnia conspurcata ac polluta erant, vere futura vaticinati sunt, neq; illis ad vaticinationem aliorum obfuit conspurcatio. Quid ita? quòd quę illi dicebant,ea re vera per diuinę virtutis opus dicebāt. Dæmon autem quū prorsus in eo diuina vis nulla esset,de futuris nihil habuit quod imperatori prædiceret. Cæterū ne hæreat,perplexúsq; esse videatur, cogitur verisimilia quædā & ridicula simulare. Quamobrem enim, quæro ex te, superiore tēpore nunquā tale quiddam elocutus est? quandoquidē tum velamen hoc prætendere poterat, sui cultum ab hominibus intermissum esse:hac autē idem excusatione sibi adēpta,ad cadaucra confugit,anxius animi quorsum euaderet. Nā à decoro ipse suo recedere nolebat. Ve- C rum ipsi vos illū coēgistis,qui cultus excusationem ei ademistis, neq; locum illi feciſtis ad sacrificiorū penuriam confugiendi. Hæc igitur vbi audiuit fabulæ istius actor imperator, iubet statim capsulā deturbari: quo omnibus dæmonē victum esse innotesceret. Etenim si dixisset ille,per sanctum Babylā loqui impedior,sed hunc tamē ne loco suo moueatis,néve illius capsam vlterius cōturbetis:nimirū ea res dæmonis modo cultoribus innotuisset,illos enim puduisset factū id ad alios deferre. Nunc vero quasi ipsius infirmitatē traducere adlaboraret imperator, sic nihil nō fieri coēgit,quo ne volenti quidē factum adumbrare licebat. Neq; enim iam simulatio salua & integra esse potest,propterea quòd nō alius mortu⁹,sed solus Babylas illinc translatus est:nec solū qui vrbem, & suburbium,& agros itē incolebant, sed qui remotissime etiam habitabant,in rem prēsentē quum venirent,ca- D psulámq; non amplius illic esse viderēt,quæsita causa statim edocebātur,dæmonē ab imperatore rogatū vaticinari,respōdisse,id se præstare nō posse,nisi beato Babyla prius à se procul amoto. quanquā ô perridicule dæmon, licebat tibi ad alias cōfugere excusationes,cuiusmodi multis idētidē vteris, infinita semper rebus in dubiis artificiose excogitans,aliàs Lydorum regi promittēs magni imperij perditionē Alym fluuium trangresso: hunc ipsum tamen regem postea super accensam pyrā positum commonstrās, aliàs in Salamine hac eadē arte vsus, quum tu perridiculam illam addidisses cōiunctionē. Nam quòd dixisti,muliebria pignora perdes, simile fuit illi, quod Lydorū regi dixeras. quòd autem adiecisti, vsquā vel cerere sparsa,coēunte vel vsquā, maiore id certe risu dignū fuit, ac prorsus simile iis quę à circularibus in triuiis vulgo iactantur. At tibi ne istud quidē facere placuit. Licebat & tibi sermonē tuū obscuritate velare (nam & hoc tibi artificiū solenne esse solet) atenim institissent omnes iterum non intellectæ vocis solutionē quærentes? Tibi etiam licebat ad astra confugere: id enim tute persæpe nullo rubore, nullo pudore facis. neq; enim tibi res est cū viris mente prædītis, sed cū pecudibus, atq; adeò cum longe crassioribus, quàm sunt pecudes ipsæ: non erant vtiq; qui tum te consulebant,Græcis sapientiores ancipitia respōsa tua audire solitis, ab errore tamen sese non eximentibus. At mendacium intellexissent? Te igitur oportuit vni tuo sacerdoti veritatē aperire, qui quòd victus esses melius quàm tute multo adumbrare nosset. Nunc vero quis te miser adducit,vt te in tam manifestam impudentiam obtruderes? Sed tu fortasse peccasti nihil. Imperator vero perperā fabulæ subseruiuit. In genere enim quum de cadaueribus audiisset, ad Babylam solum adiens,te ille coarguit, & impostura tuam denudauit. Sed ne ille quidē volēs id fecit: neque enim vnius eiusdémq; erat tot ac tanta tibi donaria honoris gratia offerre,& temet rursum infamare. Verū omniū simul oculis martyris virtus tenebras offudit,neque passa est illos ea intelligere quę fierēt:quę omnia fiebant quidē quasi contra Christianos, risus autem non in eos qui ea paterentur,sed in eos qui ea facerēt totus vertebatur. quod ipsū vsu venire videmus, quū qui furore correpti sunt, in ipsos etiā parietes calcitrantes, & fanda ac nefanda in prēsentes conuitia iactitantes,sibi ipsi vidētur proximos belle vlcisci, quū factis talibus nō illos,sed seipsos dedecorēt. Id quod & tum certe euenerat. Trahebatur eū capsula per totam viam, reuertebatur autē martyr athletæ alicuius exemplo coronam alteram in suam vrbem ferens, in qua & priorem coronā reportarat. Quamobrem si quis est forte, qui mortuorū resurrectionem neget, quū videat martyris nostri facta illustriora post obitum esse,in posterū erubescat: qui martyr strenui alicuius bellatoris more trophæis trophæa coniunxit, magnis maiora,& mirabilibus mirabiliora. Tū enim certamen illi cū imperatore solo fuerat,nūc cum imperatore pariter ac dæmone. Tum imperatorē à sacro tēpli ambitu exegerat, nunc ex omnibus Daphnes locis pestilentissimū humani generis hostem expulit,non manum admouens, quemadmodū & prius fecerat, sed virtute inuisibili inuisibilem virtutem debellans. Ac viuentis quidē liberam orationē non tulit homicida, mortui autē cineres, neque imperator,neq; dæmon sustinuit,quo dæmone authore imperator hæc agebat. Nā quòd Babylas ambobus istis posterioribus maiorē incusserit timorem, quàm antea incussisset priori illi imperatori,inde certe aperte liquet. Prior enim ille Babylam captum,eundémque in vincula coniectū interfecit: posteriores autem isti Babylam solū transtulere. Cur enim capsulam in mare demergi neque dæmon iussit,neque posterior hic imperator voluit? cur non attriuit & exussit? cur non in vastam aliquam solitudinē deferri eam mandauit? Nam si ea piaculū & scelus fuisset,si eam abominans, ac non potius reformidans illinc demouisset, nō intra vrbem piaculum deducere, quin potius in mōtes quospiā,in saltus trāsferre oportuit. Sed scilicet perdito huic imperatori æque atq; Apollini Babylę virtus,& quam cū deo haberet fiducia cognita erat: ob id formi-

id formidabat,si hoc feciſſet,ne fulmen diuinū, néve A aliquem alium morbū in se ipse prouocaret: multa enim habebat Christi virtutis, tū in iis qui ante se regnauerant, tum in iis, qui vnà secū imperium administrabāt,spectatæ argumēta. Nā ex superioribus imperatoribus ij,qui similia attētauerāt,multis, iisq; intolerabilibus calamitatibus acceptis fœda,ac miserabili morte interierant, ita vt cuiusdā, dū adhuc viueret,spōte ex oculis pupillæ exilierint:Maximinus hic fuit:alius autem furore,alius alia id genus calamitate vexatus mortē cum vita cōmutarit. Cæterum ex iis qui tum cum ipso erant,patruus,cū licentiosius insaniam suā cōtra nos prodidisset, ausus impuris manibus sacra vasa contingere, hoc etiā scelere non contentus,sed contumelia vlterius progressus(vasis enim iis inuersis,& super pauimentū collocatis, atq; extēsis,ita super ea desedit) cuestigio illegitimæ huiusce B sessionis pœnas luit. Illius eū verenda corrupta vermiculos genararunt:ita,vt morbū diuinitus illatū cōstaret,ad quem curandū medici aues pingues,eásque peregrinas interficiebāt,quibus ad putrefacta mēbra admotis vermiculos euocabant: illi vero loco cū nō mouerentur, mordicus putridis partibus inhærebāt, atque illū ita demū multis diebus absumptum perdiderūt. Alius porrò regij ærarij præfectus,antequā aulę regię limē transcēderet, derepēte medius crepuit, & ipse id genus impietatis cuiusdā pœnas luens: hæc sanè,& his item plura,neque enim omnia enumerare tēporis huius est,animo lustrās impius imperator,verebatur temeritatē suā vlterius promouere. Me porrò hæc nō ex me enūciare ex eis constabit,quę ab illo postea edita sunt. Interim historiæ nostræ tenorem persequamur,quid exīde euenerit recēsentes. hoc enim demum mirū admodū est, non modo dei opti- C mi maximi virtutē, sed & enenarrabilem benignitatem patefaciēs. Babylas intra sacra templi septū erat, intra quod & prius fuerat,antequam Daphnen tralatus fuisset. At malignus dæmō statim edoctus est frustra sibi fraudis sua artificia conficta, seq; non iā certamen habere cū mortuo,sed cum eo qui viueret,qui efficax esset,quíq; nō se modo,sed omnes quoq; dæmones fortitudine superaret. Is enim deum precatus ignem in templū vt cœlitus demitteret, totum illius tectū exussit,ipsóq; idolo ad extremos vsq; pedes deleto,codémq; in cinerē ac puluerem redacto,ab omnibus parietibus,qui ipsi integri adhuc stāt,abstinuit. Ac si quis nūc illō accesserit,nunquā vtiq; dixerit factum id,ignis opus esse. Neq; enim incendiū id non ex compositō factū, neq; ex materia inanimi natum: sed tanquā manu quadam ignem circūagente atque D indicāte,à quib⁹ abstinere,quę porrò absumere oporteret,tāta certe concinnitate, tāto artificio ipsum tēplum detectū est,nec adsimile quidē iis,quę casu, ac temere incendio conflagrasse videmus: verū iis quæ parietū ambitum integrum cum habent, tecto tamē carent. Cætera enim omnia,& columnę item omnes, tam eæ quæ tēpli culmen, quàm quę vestibulū sustinebant, adhuc extant, præter vnā, quæ ad posteriorem tēpli partē stabat: & hæc tamē non temere perfracta est,sed ea de causa,quam postea dicturi sumus. Hoc incendiū vbi accidit: statim dæmonis sacerdos in carcerē rapitur,incēdij authorē indicare coactus: qui vbi nō habuit quē accusaret,intortis cubitis multis flagris vapulauit,in sublime rapt⁹, ac latera vndiq; cæsus, quāquam ne sic quidē ex eo quicquā didicetit:reiq; huius euētus similis erat illi qui in Christi resurrectione accidit. tū eū dispositi fuere milites qui corpus Iesu custodirent,ne qua possent eius discipuli furto illud auferre:cæterū is fuit tei ipsius euentus,vt nulla vel impudēs species iis relicta fuerit, q̄ resurrectionis eius fidē eleuare,ac calumniari vellēt. Atque hic distrahebatur miser sacerdos, quo testificaret factum id nō diuina ira, sed humano maleficio accidisse. Is tamen cōtortus,ac fœde laceratus,cum neminē haberet,quem proderet,ignē è cœlo delapsum testatus est,vt maleuolis, atq; impudentibus nullus iā calūniæ locus relictus fuerit. Sed quod nos paulo antè dicere volentes in aliū locū reiecimus, id ipsi hīc tēpestiue dicemus. quidnam vero id esse potest? Certe martyr noster Babylas imperatorē eousq; terruit, vt furore ille suo supersederet. Neq; eū ipsum quidē sacerdotē,cúmq; quē tāto antea honore prosequebat, tot malis tecti exusti causa affecit,& immanius,quàm fera crudelis dilaniauit(à cuius etiā vorandis carnib⁹ fortasse non tēperasset, nisi res ea detestanda, omnibúsq; abominabilis visa fuisset) Babylā autē per quē dæmon os suū obstruxerat, rursus in vrbē ea de causa trāstulit, vt maior illi honos ab omnib⁹ haberetur. Etenim idē imperator si minus prius,hoc est,quo tēpore victū se esse dæmō fassus est,at certe post ipsum incendiū omnia subuertisset,ac perdidisset,capsulam exussisset,vtrumque item monumentum, tum quod Daphne,tū quod in vrbe erat,nisi metus in eo quàm ira maior fuisset, ac nisi eius mœstitię timor imperasset. Solenne enim permultis esse videmus, cū eos ira, ac dolor corripuerit, etiamsi affectuū eorū authores non nanciscātur, in obuios quosq; ac suspectos iram effundere. Non procul autē ab hac suspicione Babylas erat. Nam simul vt in vrbē peruenit, statim ignis in templū inuasit. Sed quod dixi affectus cum affectu pugnabat,& iræ metus imperabat:mihi eū hīc cogita qualis esse poterat bon⁹ ille imperator in suburbiū ascendens, hinc martyris monumentum stans intuitus, hinc templū exustum,idolum deletum, donaria absumpta,& liberalitatis suæ,ac pompę satanicę memoriam omnem de medio sublatā. Nam vt cōcedamus futurū fuisse,vt illum hęc cernentē neq; ira,neq; mœstitia subire posset: ipsum certe dedecus ac risum permultū ferre minime potuisset,quin potius sacras, impurásq; manus in sancti Babylæ sacellū intendisset,nisi illū ea,quam ante dixi,causa prohibuisset. Neque enim parui momēti ea res esse videbatur,per quā videlicet præcisa ademptáq; erat omnis gētiliū fiducia & libertas, lætitia omnis extincta,ac tāta mœroris nebula illorū animis offusa,quanta certe offundi potuisset, si deorū simul omnium templa dirupta disturbatáq; fuissent. Ac quod rē ipsam verbis nō attollo, ipsa hic ego lamēti, & nenię eius,quā ciuitatis sophista in dæmonē conscripsit,verba apponam. Sic autē habet neniæ initium: Viri, quorum oculis æquè ac meis caligo offusa est, in posterū neq; pulchram,neq; amplam ciuitatē hanc vocemus.] Deinde cum nonnulla attigisset,differuisset́q; de Daphnes fabula(neque enim omnē illius orationē huic nostræ inserere tēpus patitur,ne lōgiores, quàm par est, simus) Persarum,inquit,rex olim ciuitate hac capta,tēplo pepercit. Verba porrò ipsa sunt hæc:Ille quidē ducto cōtra nos exercitu præstare putauit, si templū integrū esse sineret,ac certe statuæ decor barbaricę irę pręualuit, nunc autem ô Sol, ô Terra, quisnam,vel vnde hostis hic?

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic? qui citra omne auxiliũ equitum, citra omne præ- A
sidium & grauis & leuis armaturæ militũ, tenui scin-
tilla omnia absumpsit?] Postea vbi declarauit Babylã
dæmone superiorẽ fuisse tum, cum gentilium res vi-
ctimis ac sacrificiis maxime florerent: Et nostrum,
inquit, templum ingens illud diluuium non disturba-
uit: in sudo autẽ, atq; adeò cum nubes ipsa præteriis-
set, deiectum est.] nimirũ nubem ac diluuium appel-
lans imperatoris eius, qui præcesserat, tempus. Rursus
oratione paulũ prouectus idipsum amarulentius de-
plorat, his verbis: Ad hæc cum aræ tuæ sanguinem
sitirent, sedulus Daphnes custos, vel contemptus cũ
esses permansisti ô Apollo, aliquoties etiã iniuria la-
cessitus, atque externo spoliatus ornatu, patienter ta-
men tulisti: nũc vero multis ouibus, multis itẽ bobus
ad aram tuam mactatis, posteaquam sacrosanctũ im-
peratoris os pede excepisti, intuitus quę prædicebas, B
visus liberatus esse mortuo quodã, quẽ te iudicaueras
malum tibi vicinũ esse, ac tibi obstrepere, de medio
statim cultu solũ vertisti, vndénam hoc tẽpore glo-
riabimur apud eos qui memores sunt sacrorũ, statua-
rúmque tibi erectarum?] Quid ais lugubris decantator? Itáne Apollo, cũ nullus ei honos tribueretur, atq;
adeo cum in vituperiũ venisset, tutus Daphnes per-
mansit custos: honore autem, ac cultu illi præstito, ne
suum quidẽ templum tueri valuit: præsertim qui sci-
ret per illius casum ac ruinam futurũ, vt in maiorem
priore ignominiã ipse deueniret? Quis porrò mortu⁹
ille, ô sophista, q deo tuo negociũ facessit? qualis ma-
la ista vicinia? hoc loci eũ in beati Babylę virtutes cũ
incidisset, neque posset dæmonis ignominiam trans-
mittere, re simpliciter dissimulata præteriit, testatus
quidẽ dæmonem à martyre obturbari, ac premi: sed C
neutiquam adiiciens, quòd cum dæmon infirmitatẽ
suam adumbrare adlaboraret, eandẽ magis detexe-
rit: verũ simpliciter mala, inquit, vicinia liberatus est.
quamobrẽ enim nõ aperte indicas mortuus ille quis-
nam fuerit? quamobrẽ solus ipse deo tuo negocium
facessit? quamobrẽ solus translatus est? quamobrem
& tute ipsum eundem viciniam malam appellitas? An
ne quoniam dæmonis impostură conuicit? Atqui id
ipsum nõ praui alicuius hominis op⁹ fuerit, sicuti ne-
que mortui, sed viuentis potius, & op⁹ agentis & pro-
bi & præsidis, & patroni, & omnia pro vestra ipsorũ
salute procurãtis, siquidẽ voluissetis. Nam vt ne am-
plius vobis liceret vosmetipsos decipere, ac dictitare
dæmonem ipsum excandescentẽ, eundémque pro-
pter intermissa sacrificia expostulantẽ, tũ vero & de
reliquo sui cultu conquerentẽ vltro abscessisse: nimi- D
rum hac de causa illũ Babylas ex eo omni loco sum-
mouit, qui locus ei maxime omniũ grat⁹ esset, quém-
que præ aliis tam charum haberet, vt eum etiã inha-
bitare non grauaretur, tum, cũ nullus ei honos, nullus
cultus redderetur. Tu enim primo statim loco id te-
status es: Atque hoc ipso in tempore cum multas o-
ues, multos boues imperator illi immolaret.] Quo fit,
vt vndequaq; palàm fiat dæmonem ipsum coactum,
atq; à maiore potentia pulsum de Daphne decessisse.
Potuisset quidẽ Babylas vel statua ipsa stante dæmo-
nem exigere: sed vos nec credidissetis, quemadmodũ
neque olim, cum ab eo vinctus fuisset: & assiduo item
cultu instaretis. Quamobrem Babylas statuã primũ
stare cum permisisset, hanc ipsam tum deiecit, cũ ma-
xime impietatis flamma altior ferretur: planũ faciẽs
quisquis vincit, hunc sic vincere oportere: non quidẽ
iam depressis aduersariis, sed tum maxime, cum effe-
runtur ac clarescunt. Quamobrẽ enim Babylas cum
Daphnen transportaretur, imperatori transportatio-
nis eius authori non mandauit, vt & templũ subuer-
teret, & dęmonis statuã aliò transferret, quemadmo-
dum arculam trãsferebat? quia nullũ planè detrimẽ-
tũ ab ea statua Babylas sentiebat, neq; ei certe aduer-
sus dæmonẽ carneo auxilio opus erat: quem & tunc,
& nunc quoq; citra humanæ nanus præsidium deie-
cit, & priorem quidẽ victoriam nobis manifestã esse
noluit, sed illi os tantummodo cum obstruxisset, cõ-
quieuit. Tales enim esse sanctos cõstat, vt perfici mo-
do velint, quæ ad hominũ salutẽ spectant, non etiam
vulgo ostẽtare opera huiusmodi per seipsos fieri, nisi
ficubi vsus aliquis cogat. Vsum autẽ rursus esse dico,
seruãdorum hominũ curam, id quod tum vsu venit.
Cum enim impostură dæmonis mala inualescerẽt, tũ
demũ detecta nobis est victoria, & quidem non à vi-
ctore, sed ab eo ipso qui vict⁹ est: qua ratione & testi-
moniũ ipsum apud hostes nostros minime suspectum
fuit, & Babylas, vt de se ipse prædicaret, vel cũ neces-
sarium erat, euitauit. At vero cũ ne sic quidẽ dæmo-
nis impostura finẽ haberet, sed rursus q vel saxis ipsis
stupidiores erant, atq; adeo ad tam apertam veritatẽ
cæcutiebãt, deuicti dæmonis opem implorarent: hic
necesse fuit statuã igni deflagrare, quò per incẽdium
& alterũ item idololatriæ incendium extingueretur.
Cur tute ergo dæmonẽ increpas, qui affirmas illum è
medio ipso cultu se subtraxisse? Nõ ille quidem vltro
se subtraxit, quin potius exactus eiectúsq; est nolens,
coactúsq; tum, cũ ob nidorem ac sacrificia manere in
animo maxime haberet. Nam qui tũ imperabat im-
perator, quasi ob hoc vnũ imperaret, vt vniuersi ter-
rarum orbis pecudes insumeret, sic largiter & affatim
ad aras oues bouesq; mactabat, qui & eousq; insanię
prolapsus est, vt multi etiã ex iis qui philosophi apud
illos viderẽtur, coquum ipsum & carniũ cauponem,
necnon id genus artificem vocitarent. A tam opipa-
ra igitur mensa, ab huiusmodi nidore ac fumo, ab his
sanguinis torrentibus dæmon vtiq; non se ipse vltro
subtraheret, cum idẽ antea absq; his omnibus, quod
tute nuper affirmasti, propter eam insaniam, qua ami-
cam deperibat, libens ibidẽ moraretur. Sed enim sus-
pensa hìc à nobis oratione nostra, interĩ rursus exau-
diamus sophistæ huius lamenta. Misso enim Apolline
ad Iouem his verbis questus suos conuertit: Quale ô
Iupiter laborãtis animi laxamentũ perdidim⁹? quàm
Daphnes regio tumultibus vacua erat? quanto etiam
templum ipsum magis vacuũ? vtpote in quo natura
ex sese quasi portũ in portu fecerat, ambobus quidẽ
admodũ tranquillis, altero tamen maiorem tranquil-
litatem præstante. quis non ibi mortẽ? quis non ibi ti-
morem? quis nõ ibi luctũ posuisset? quis præterea for-
tunatas insulas inibi desideraſſet?] Quale, obsecro, la-
xamentũ ô sceleste perdidimus? qui vero templũ tu-
multibus magis vacuum? qui itẽ portus trãquillus? in
quo tibię, in quo tympana, in quo crapulę, in quo co-
messationes, in quo ebrietates? Quis, inquit, inibi
morbũ nõ posuisset? quis poti⁹ ex asseclis tuis morbũ
ibidẽ non cõtraxisset, etiãsi prius sanus esset? morbũ,
inquã, omniũ longe pestilentissimũ. Nam qui dæmo-
nem ipsum adorat, & ad Daphnes fabulę argumentũ
exaudiẽdum aures applicat, tũ autẽ tãtam Apollinis
insaniã videt, vt absorpta amica, loco atq; arbori etiã
nunc incubet: hic quantũ secum morbũ, quantã per-
turbationem

turbationẽ circunfert? hoc igitur animi laxamẽtum, A
hoc portum quietum, hoc morborũ defunctionẽ ap-
pellitas? Et quid mirũ fuerit, si cõtrariis contraria ap-
pendis? nam qui mente capti sunt, nullius rei naturã,
vt se habet, sentiunt: quin potius contra q̃ rei veri-
tas habeat, sententiam ferunt. Olympia, inquit, non
admodum procul.] Rursus enim ad huius lamẽtatio-
nem reuertar, ostẽdens quantã Gręci illi omnes, qui
tum vrbẽ incolerent, plagam accepissent, & simul vt
nequaquã id æquanimiter tulisset imperator: quin po
tius omnem suum furorem in martyris arculam effu-
disset, nisi eum maior metus cohibuisset. Quid igitur
ait? Olympia iam appetunt. Conuocatura est autẽ pa-
negyris ciuitates: hæ vero aderũt Apollini sacrifican-
dos boues agentes. Quid faciemus? quis præco, quæ
buccina lachrymas nõ exprimet, quis Olympia festũ
diem esse atteſtabitur? cum proximus casus luctũ in-
uexerit. Da mihi arcum & fidiculas, tragœdia inquit. B
Ego autẽ dico & vaticinij nonnihil, vt tum capiam,
tum excussis arcu sagittis petã sceleris huius authorẽ?
ô impiam audaciam? ô animam impuram? ô temera-
riam manũ? Tityus alter aliquis hic, vel Idas Lyncei
frater non magnus quidẽ, vt ille, neque iaculator vt
hic, veruntamen vnum hoc edoctus, vt cõtra deos in-
saniat. Aloei filios etiamnũ diis insidias struere cogi-
tantes morte consopiuisti ô Apollo, huic vero ignẽ
procul afferenti nõ obuiã iit sagitta ipsius cor petẽs.
ô dextram malignã, ô iniquum ignem, quónam pri-
mum delapsus est? quodnã mali huius exordiũ? Num
à tecto exorsus, ad reliqua deinceps serpsit? Ad illius
caput, ad faciem, ad phialam, ad cidarim, & talarẽ ve-
stem? Vulcanus ignis arbiter non cõminatus est igni
huic detrimentũ afferenti, cum beneficio deuinctus
Apollini deberet, ob indicium olim sibi ab illo factũ. C
sed neq; Iupiter qui imbrium habenas tenet, aquã in
ignẽ dimisit, præsertim qui olim Lydorũ regi pericli-
tãti pyram extinxerit. quidnã primum ad illum fari
ausus, qui bellũ hoc aggressus est? Vndénam audaciã
tantam sumpsit? quónã modo impetũ asseruauit suũ,
qui animi sententiã non mutauit, dei pulchritudinẽ
reueritus?] Quosq; tandem miser & infortunitate rẽ
ipsam intellecturus non es, qui dictitas ignem hunc
humana manu immissum, quiq; delirantium ritu pu-
gnantia inter se loquutus tecũ ipse digladiaris? Nam
si dæmõ Persarum regis tam magno exercitu stipati
capta iam vrbe, cæterisq; tẽplis exustis, facem manu
quatientis, eandémq; templo isti iamiam admoturi,
mentem immutauit (nam & hæc initio statim nęniæ
tuę dixisti, sic lamẽtatus, Persarũ regem eius qui nũc
nobiscum bellũ gerit ex maioribus vnum, vrbẽ pro- D
ditione captã cum exussisset, & ad Daphnen conce-
deret item facturus, dæmõ sic immutauit, vt face quã
manu teneret, abiecta Apollinẽ adoraret, adeo eius
animũ deliniit, & coërcuit conspectus) iste, inquam,
dæmon si furorẽ illum barbaricum, & tam magnum
exercitum victor, vt tute fateris, exuperare, ac pericu-
lum illud cuitare potuit (addis autem & eundẽ Aloi-
das diis insidias struere cogitantes morte cõpescuis-
se) quo, quæso, modo, qui tãta præstare potuit, nunc
nihil quicquã, quod tale foret, præstitit? quanquã si
aliud nihil, certe sacerdotis tã iniuste dilacerati, pro-
ducto facinoris authore, misereri oportuit. Et si au-
thorẽ ipsum prodere per ipsum incendij tẽpus recu-
sauit dæmõ, saltẽ repræsentare tum ac dedere opor-
tuit, aut etiam indicare tantum, si dedere non potuit,
cũ miser ille sacerdos suspenso corpore latera perfo-
deretur, cúmq; rogatus incendij authorem indicare,
non haberet quẽ nominaret: nunc vero ingratus &
inconsultus ministrũ suum iniuria flagris affligi, ac la-
cerari velut conniuẽtibus oculis permittit: finit item
& imperatorẽ post tot ac tanta sacrificia ludibrio ha-
beri. Eum enim vt insanum ac delirum omnes risere,
cum iram suam in miserum illũ effunderet. Quomo-
do autem qui regis procul adhuc distantis aduentum
prædixit (nam & ipsum hoc superius lamentatus es)
eũ qui sibi propinquus esset, ac qui se exureret nõ vi-
dit? Atqui vatem illum esse vultis, & vestris quidem
diis alias aliis artes, perinde vt hominibus distribuẽ-
tes, illi vaticinandi peritiam acceptam tulistis, nec ta-
men illum tecum artẽ suam communicare postulas.
Quo pacto igitur proprias calamitates nõ cognouit,
cum id factum ne eum quidẽ qui homo sit, latuisset?
At vero fieri ne potuit, vt obdormiret quo tẽpore il-
lum ignis contingeret? Sed nemo certe tam stupidus
est, quin flãma corpori suo admota statim excitetur,
& admouẽtem compescat. Reuera pueri semper sunt
Gręci, senex autẽ Grœcus nullus. Nam cum oporteat
domesticam imprudẽtiam comploratę, quòd videli-
cet vel res ipsæ dæmonũ impostură clamitent, ipsi
vos ne sic quidẽ ab illis deficitis, sed dedentes vos ad
internecionẽ prostituta vestra salute ducimini pecu-
dum ritu, quà illi vos subsequi iusserint, sessitando sta-
tuarum excidiũ lugentes. Tu vero & arcum flagitas,
nihil ab illo discrepãs, q hæc in tragœdia dixit. quo-
modo eũ non aperta ac manifesta insania fuerit, ex-
pectare vt aliquid istis armis efficias, quæ ne domino
quidem suo opem attulere? si enim maiorẽ tibi tum
artem tum experientiã vendicas, quàm dæmon ha- C
beat, certe haudquaquam oportebat illum abs coli
doctiorem, & imbecilliorẽ iis in artibus, quibus in
artibus illũ cęteris antecellere affirmatis: qui si primis
illi partibus cedis, siue iaculãdi, siue vaticinãdi, q fie-
ri potest, vt tibi persuaseris in artis particula quadam
præstare ea posse, quę ille totam artẽ callens præstare
minime potuit? Hęc certe deridicula prorsus sunt, ac
nugatoria. neq; eũ ille diuinatorię artis quicquã ha-
buit, neq; si habuisset, ei illa quicquã profuisset. Non
eũ, non, inquã, huius incendij author fuit homo, sed
diuina vna virtus, causam autẽ postea aperiã. Sed in-
terim non indignũ fuerit perdiscere, quã ob causam
Vulcanum ingratitudinis accusat, per hæc verba:
Vulcanus autem ignis custos non cominatus est
igni isti detrimentũ afferenti, cum beneficio deuin-
ctus Apollini ob vetus indiciũ deberet.] Quódnam,
quæso beneficium? quódnã vetus illud indiciũ intel- D
ligis? quamobrẽ occultas deorum tuorũ præclara &
magnifica facinora? si eũ beneficiũ indicares, nimi-
rum Apollinẽ magis ingratum fuisse ostenderes. Sed
te video, pudet, atq; erubescis. Igitẽ ipsi libere res tuas
aperiemus. Quódnã ergo illud beneficiũ? Aiũt Mar-
tem Veneris amore olim fuisse correptũ, eũdémq; cũ
Vulcanũ (Veneris is maritus erat) vereretur, obserua-
ta illius absentia ad eam accessisse. Apollinem autem,
cum illos vnà cõmixtos vidisset, ad Vulcanũ adiisse,
illiq; adulteriũ renunciasse: Vulcanum porrò re cõ-
perta, vinculis illos, sic vt erant, in lecto comprehen-
disse, deósque ad turpe illud spectaculum aduocasse,
ac tales quidẽ de illis adulterij pœnas sumpsisse. hu-
iusmodi beneficio deuinctus Vulcanus Apollini cum
deberet, postulante tempore ingratum in referenda
gratia

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia fuisse ait. quid igit admisit & Iupiter ô præclare? nam & tu hunc immanitatis insimulas, cum eũ dictitas imbrium habenas tenentẽ noluisse aquã in flãmam dimittere, præsertim qui olim Lydorũ rege infœlicitate presso pyrã extinxisset. Sedem nobis quidem non importune Lydi regis memoriam suggessisti. Nam & illũ flagitiosus hic dæmon vana spe turgidum decepit, in præsentaneũ periculum coniiciens, ac nisi humanitatem in eum suã Cyrus ostẽdisset, certe lõge illi abfuisset Iouis auxilium. Quapropter frustra Ioui vitio vertis, quòd filio suo Lydũ antetulerit, neq; eũ sibi ipsemet quo in loco in primis coleretur (Romuli vrbẽ intelligo) fulmine tactus auxilio fuit. Cæterum audiamus & reliqua lamẽti istius verba: ita enim belle luctũ eum, qui illorum animos occupauit, intelligemus. Viri, trahitur mihi mẽs ad dei Apollinis speciem, ac mihi ob oculos cogitatio typũ ipsum repræsentat, formæ lenitatẽ, colli mollitiẽ, idq; in lapide, cingulũ quo aurea tunica circa pectus sic colligebat, vt partim subsideret, partí subsurgeret, breuiter totus dei habit⁹ cuius irã vel feruentẽ nõ sedauisset, vt qui similis esset cantilenã occinenti. & Hercule audiuit hũc olí aliquis, vt aiunt, in meridie cithara ludentẽ. aures beatas. cæterũ cãtus erat terrę laudatio, cui quidẽ de aureo cyatho libare mihi videtur, quòd puellã occuluerit dehiscẽs ac sese deinde contrahẽs. Post hæc pauca admodũ ad incẽdiũ pertinẽtia questus, clamabat, inquit, viator flãma erumpente, turbabatur per lucũ Daphnes inquilina sacerdos dei, planctus autẽ pectorũ, & vlulatus ingens per locũ arboribus densum percurrens ad vrbẽ vsq; vehemẽs, atque horrificus peruasit. Imperatoris oculꝰ vix somnũ capere incipiẽs, amaro illo nuncio audito, è lecto exurrexit: ipse furore percitꝰ, Mercurij talaria peruestigãs, ad mali istius originẽ indagãdã pergebat, æquè intra se flagrans, ac tẽplũ ipsum: trabes ferebãtur deorsum ignẽ deferentes, id omne quod ignis cõprehendisset, absumentes, ipsum scilicet statim Apollinẽ tãquam à tecto non admodũ distantem, mox & alia Musarum ornamenta, signa inibi extantia, lapillorũ fulgura, columnarum pulchritudinẽ. Vulgus autem circunstans lugebat, auxiliũ tamen ferre minime valens, id quod vsu venire solet iis, q de terra naufragiũ spectãt, quorum vnum hoc supereſt auxiliũ, casum ipsum lachrymis prosequi. Nymphę certe è fõtibus suis egressę ingentem luctũ excitarũt, ingentem itẽ & Iupiter haud procul cõsidens, cuiusmodi illũ verisimile est labefactatis filij honoribus concitasse. Ingentẽ autẽ sexcẽtorum dæmonũ in luco agentiũ turba, neq; sanè minorem è media vrbe Calliope, præside musarũ Apolline ignis iniuriam sentiente.] Postea & sub finem ait:

Præsta te mihí talẽ Apollo, qualẽ te reddidit Chryses, dũ Græcis imprecaretur, ira plenũ, & nocti adsimilem: quandoquidẽ tibi ornamenta cum redderemus, & quicquid olim de tẽplo tuo ablatũ fuerat restitueremus, præreptum est quod colamus simulacrũ, haud aliter quàm si spõsus aliquis, interim dũ corollę cõtexũtur, emoriatur.] Et sophistę quidẽ nostri lamẽtatio hæc fuit, seu potius paruę quædã lamẽtationis partes hę. Mihi vero succurrit admirari, quí factũ est, vt ob quæ illũ præ pudore se auertere oportebat, ob ea ipse placere sibi putet, vt qui Apollinẽ eundem intẽperati atq; obscœni iuuenis ritu p meridiẽ cithara personantẽ inducat, dicátq; illi, cãtilenæ argumẽtum amicã esse, aures itẽ eas beatas vocet, quibus obscœnũ id carmẽ exaudire contigerit. Et quidẽ quod nonnulli ex iis qui Daphnẽ, & adiacẽtia Daphne loca incolũt, collachrymẽtur, quódq; & ciuitatis princeps ipse excãdescat, ac nulla certe alia in re, quàm in luctu ac lamẽtis versetur: id vero mirũ haudquaquã fuerit. Quòd autem ipsi etiam dij eadẽ mentis consiliíq; inopia laborent, & solũ inter se lachrymentur, quódq; neq; Iupiter, neq; Calliope, neq; frequẽs dæmonũ turba, ac ne ipsæ quidẽ nymphæ extinguendo incẽdio pares sint, sed oẽs eiulatus, omnes luctus tãtummodo excitent: id profecto ridiculũ admodum fuerit. Ex iis itaq;, quæ à nobis dicta sunt, magnã illos plagam accepisse liquet: etenim sophista vel in media ipsa monodia apertè professus est illos ad viuũ (quod dicitur) sauciatos. Id quod certe neutiquã leuiter tulisset imperator, nisi illũ maior metus ac formido distinuisset. Cęterũ tẽpus iam appetere puto, vt ostẽdamus tum cur irã suã non in imperatorẽ, sed in dæmonem conuertit, tum cur factũ est, vt ignis totum templum non absumpserit, sed tẽpli tecto statim dissipato correptũ simulacrũ improbarit, atq; refutarit: neq; eũ ea temere, neq; sine causa contigerunt, sed ab ea dei benignitate, qua errãtes homines tueri solet, facta fuere. qui eũ res omnes, etiam antequam enascãtur, nouit, is & hoc itẽ vnà cum aliis nouerat, futurũ, vt si fulmen contra imperatorẽ contorsisset, qui præsentes rem spectassent, temporario quodã timore percellerẽtur, altero autẽ, & tertio vertẽte anno, rei eius memoria deperiret, multíque miraculo fidẽ minime haberent: sin autẽ templũ flãma correptum fuisset, fore, vt ea res quouis buccinatore clarius nõ iis modo, qui tum superstites erãt, sed & posteris quoq; omnibꝰ deiram enũciaret, vt iis quoq; qui impudẽtes esse, ac factũ id occultare vellent, omnis calũniandi ansa esset prærepta. quisquis enim in rẽ præsentem venit, quasi nuper contigerit incẽdiũ, sic animo afficitur: idémq; horrore quodã perculsus, cœlum cõtuitus, statim dei opt. max. incẽdij eiꝰ authoris gloriã ac virtutẽ laudibus effert. Vt eũ si quis primarij cuiusdã latronis perfracta supernè spelunca, ac latibulo, vinctũ illũ extraxerit, tũ eiusdẽ supellectile omni ablata, locũ illũ feris, ac monedulis receptaculũ esse siuerit, postea quisquis latibulũ huiusmodi fuerit ingressus, simul vt locorũ deuastationes, ac direptiones cõtẽplatus fuerit, statim secũ animo cõcipit, ac reputat, qualis fuerit q locũ illũ prius inhabitaret: ita & hic vsu venit. Procul enim colũnas quis intuitus, postea vbi accessit, ac tẽpli limẽ supergressus est, effingit sibi dæmonis abominationem, fraudẽ, insidias, ac dei irã atq; fortitudinẽ admiratus, ita demũ de loco eo decedit. sic quę prius domꝰ erroris & blasphemię fuerat, nũc diuinę glorię hymnis decãtãdæ argumentũ est: tã ingeniosus, tãq; industriꝰ est deus noster. Atq; hęc quidẽ necopinata non nũc primũ, sed iã inde à superioribus seculis magno ille miraculo edere solet. Omnia porrò recẽsere, temporis huius non est: cõmemorabimus tamẽ factũ quoddã huius perquã simile. Prælio olí in Palęstina à Iudęis cõtra alienigenas quosdã facto, victoria potiti hostes, captã dei arcã, tanq; exuuias, & opimũ quoddã spoliũ suo cuidã idolo (huic nomẽ erat Dagõ) donarij loco cõsecrarũt: ea porrò in idoli eiꝰ tẽplũ perlata, statí idoli statua delapsa in caput iacebat. Vbi autẽ diuinę virtutis robur hac ruina illi minime agnoscẽtes, idolũ deintegro excitatũ in sede sua collocarũt, postridie sub auroręꝰ tẽpꝰ cò cũ accessissẽt, viderũt nõ iam

iam collapsum idolũ, sed prorsus diffractũ. Huius eñ manus ab humeris auulsæ vnà cũ pedibus ad templi limẽ exilierãt, reliqua idoli parte, & ea quoq; diuulsa, aliò dispersa. Et Sodomorũ itẽ tellus, vt parua magnis conferamus, hac ratione vnà cũ ipsis incolis incendio absumpta, sterilis facta est, vt non solũ qui id tẽporis superstites essent, sed & posteri itẽ omnes locorum vastitate admoniti, continentiores viuerent. si enim ad homines solos supplicium peruasisset, futurũ erat, vt factũ id postea ab aliis minime crederet: propterea locus ipse plagã accepit, qui tẽpore prorogari potest, quiq; & subsequentia omnia secula admonet, lege cautũ esse, vt qui similia cõmiserint peccata, ij similes pœnas luant, etiamsi in præsentia id non fiat: id quod & in tẽpli huius incẽdio accidisse videmus. Ecce enim iam vicesimus ex eo annus agitur, nec tamẽ ędificij ab igne relicti pars vlla deleta est: sed quę partes flãmas euaserunt, eæ solidæ ac firmiter stãt, suntq; etiam nũc sic validę, vt vel ad centenos, ducentenósque, & multo item plures annos durare possint. Id vero quí mirũ videri debet, si ex colũnis nulla prorsus ab altera auulsa ad solũ deciderit? Colũnarum enim earum, quæ ad posteriorẽ templi partem erant, vna tantum tum perfecta, nec ea quidẽ corruit, sed à sua sede mota, ad murum dũ caderet inclinata, sic mãsit. Cuius quidẽ columnæ partes sunt duæ, quarũ altera à basi ad sectionẽ oblique muro incubuit, altera à sectione eadem ad capitulũ supina cõstitit, & ea ab inferiori parte suffulta. Quanquã autem & venti vehemẽtes loco illi sæpe incubuere, & terræmotibus crebris tellus fuit cõcussa: ignis tamẽ reliquiæ incõcussę manserũt, quę ipsæ firmiter stant, propemodũ clamitantes, sese ad posterorũ emẽdationem asseruatas esse. Et quidẽ quòd templum ipsum totum nõ conflagrarit, hanc dicere possis causam esse: quòd autẽ imperator fulmine percussus non fuerit, aliã si quęsieris, causam reperies, ex eodẽ bonitatis & benignitatis dei fonte manãtem. Propterea eñ deꝰ ignẽ ab imperatoris capite defẽdit, eundémq; in templi tectũ eiaculatus est, vt alieno ille malo edoctus, pœnã sibi reseruatam effugeret, pœnitẽtia compunctus, & errore liberatus. Illi eñ hoc neque solum, neque primũ virtutis suæ signũ Christus dedit, sed & alia item multa hoc ipso non inferiora. Nã & patruus eius, & quęstor ærarius, sic vt dixi, vterq; vitã finiẽtes, præterea & fames in vrbẽ statim vnà cum ipso inuadens, & aquarum penuria nunquã antè visa, quàm ab eo sacrificia in ipsis fontibꝰ facta fuissent, & multa præterea alia, tũ ea quæ in ipsius castris, tũ ea quę in vrbibꝰ euenerũt, huiusmodi certe fuere, vt vel saxeam animã flectere possent, non ob id quidẽ quòd permulta essent, neq; ob id, quòd oĩa pariter ederẽtur, ac deinceps, & post ipsa statim scelera perpetrata, vt quondã Aegyptiorum regis tempore: sed quòd quę edebãtur miracula per sese talia erant, vt ad eorũ qui ea cernerent emendationem aliud alio nõ egeret, verũ illorum vnumquodq; hoc ipsum per se præstare possit. Nam vt cætera prætermittam, quem tãdem, qui idẽ non admodum stupidus esset, nõ perterrefecisset editũ ad veteris templi Hierosolymitani fundamẽta miraculũ? id porrò cuiusmodi fuit? Tyrannus cũ videret per omnes imperij sui fines Christi fidẽ diffusam, eandémq; ad Persas vsq;, aliósq; remotiores barbaros, atq; adeo vltra etiam illos peruasisse, breuiter omnẽ eam, quam sol radiis suis lustrat, regionẽ occupare, cruciabatur animo, atq; angebatur, apparabátq; sese ad gerẽdum contra Christianorum conuẽtus bellũ: infelix, vt qui ignoraret se cõtra stimulum calces. Ac primũ quidẽ Hierosolymitanũ templũ Christi virtute solo æquatum excitare conabatur, & Iudæorũ res quanquam Græcus homo procurabat, virtutis Christi periculũ inde facere volens. Hic vocatis ad se Iudæis quibusdã, iisq; sacrificare iussis (nam & illotũ maiores dicebat hunc religionis ritũ obseruare solitos) vbi Iudæi fidẽ eò confugerunt, vt dicerent, fas sibi nequaquã esse, id tẽplo collapso extra veterẽ metropolim facere, iubet illos pecunia de regali thesauro sũpta, suppeditatisq; iis omnibus quæ ad opus necessaria forent, abire, tẽplum instaurare, & ad ptistinam sacrorũ consuetudinem redire. Tum illi dementes planè, à matrisq; vtero errantes, atq; ad canos vsq; eruditione indigentes discesserũt, imperatoris mãdato parituri. At simul vt ædificaturi fossitiã humũ euacuare cœperunt, statim è fundamentis ignis exiliit, quo oẽs pariter absumpti fuere. Quæ res imperatori vt renũciata fuit, neq; vlterius insaniam suã promouere conatus est: metu enim detinebatur: neq; tamen dæmonũ errore (quorũ tyrannide prorsus premebat) liberari voluit. Ac tũ quidem supersedebat. Cæterũ nõ ita multo post tẽpore ad id genus leuitatis rediit, templũ quidẽ non iam ædificare audens, aliunde autẽ paruulis prędiis, ac velitationibus nos petens: aperto eñ marte nos adoriri tum differebat: primũ, atq; præcipue, quòd persuasus planè esset, frustra se id tẽtaturũ, deinde quòd nullam nobis ansam relinquere volebat, per quã martyrij corona redimiri possemus. Ferre eñ haudquaquã poterat, idque illi quauis calamitate indignius erat, si quis in mediũ, productus pro veritate vel ad mortẽ vsque tormẽta sustineret: vsq; adeo ex animo inimicitias se nostras suscepisse declarabat. nouerat eñ, nouerat inquã aperte, futurũ, vt si id ipse attentasset, oẽs pro Christi nomine suas animas proderent. Proinde vafer & callidus cũ esset, quos intelligebat ob peccatũ aliquod Christianorũ conuẽtuũ principibus pœnas dedisse, & à præfectura quã gererẽt amotos, eos omnes liberos esse siuit: hoc modo pessimis quibusq; licentiã largiens, Ecclesiæ leges subuertens, denique omnes inter se committẽs: fore eñ sperabat, vt postea minori negocio debellarẽtur, si prius bello inter se conflictati fuissent. quinetiã quendam, huic Stephano nomẽ erat, tum ob doctrinæ peruersitatẽ, tum ob vitæ improbitatẽ ab ecclesiastico prineipatu amotũ, iubet deintegro magisterij sedẽ occupare: atq; adeo Christianũ nomen tũc vt extingueretur, quoad eius poterat, elaborabat, Galilæos pro Christianis nos in edictis suis tum ipse appellans, tũ principes vt idem factitarent adhortans. Inter media autẽ ea signa, quæ per famẽ atq; siccitatem euenisse recensui, à sua ipse impudẽtia, ac duritia minime desistebat. Idem cõtra Persas bellũ suscepturus, tanto cũ fastu cum descendisset, vt si omnẽ barbarorum gẽtem deleturus esset, identidem nobis cõminabatur, cum diceret omneis se, post suum à Persis reditũ, funditus perditurũ. hoc enim bellũ sibi esse Persico grauius, atq; adeo oportere minore illo confecto, tum demum ad hoc quod maius foret descendere. & hæc quidẽ nobis annunciabant qui illi à consiliis erant. Aestuans porrò ira aduersum nos, ad maiorem quotidie insaniam sublatus, in eadem nunquam sententia perstitebat, sed priore illo consilio posito, rursus nobis persecutionem minabatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minabatur. Cæterum cum illũ deus inhibere, atque intumescentem sedare vellet, edidit rursus signũ hoc in Daphne, igni in templum immisso: hic vero ne sic quidẽ furore suo supersedit, quin potius summa depopũlandi nostri cupiditate cum disrũperetur, ne ad id quidem tẽpus, quod minitatus fuerat, sibi tẽperauit: sed Euphratẽ traiecturus, militum suorũ animos probabat, ac paucos quosdam adulatione cũ corrupisset, quos suæ voluntati repugnãtes inuenit, nequaquam exautorauit, veritus si eos à reliquorũ cœtu segregasset, ne copias suas cõtra Persas debiliores redderet. Quis nobis hic quæ subsecuta sunt enarrabit? quę quidem iis multo terribiliora sunt quę tũ in eremo, tum in mari, tũ in Aegypto acciderũt, quo tẽpore Pharao ille sensu carens plectebatur, & qui cũ eo erãt omnes submergebantur. Quemadmodũ eñ tũ, Exo.14. postea quàm Aegyptius ob nullũ calamitatis genus concedere, ac melior fieri voluit, illũ tandẽ deus vnà cũ suo exercitu perdidit: sic & nunc postea quàm ad omnia dei miracula imperator hic impudẽter constitit, nihil fructus inde percipere volens, animúmq; inemendatum ad omnia afferens, hunc ipsum deus idẽ extremis malis inuoluit, vt quoniam aliorum calamitatibus edoctus ad frugem bonã redire nõ sustinuit, eius suppliciis meliores alij euaderent. Qui eñ plures militum myriadas secum duxerat, quàm vllus vnquã ante ipsum imperator, quiq; Persidem omnẽ per incursionẽ, ac sine puluere, quod aiunt, capturũ se sperauerat, huic sic infœliciter, ac miserabiliter res successit, vt fœminarũ potius, ac puerulorũ, quàm virorũ exercitum illum secum habuisse dicas. Primũ eñ imprudentia sua in tantam illos necessitatem adegit, vt equinis carnibus vescerentur, ac partim fame, partim siti absumpti perirent. quasi enim in Persarũ gratiam copias ageret, neq; illos caperet, quin poti' suos illis prodere studeret, sic eos in locorũ difficultates quasdam conclusit, ac tantum non vinctos hosti tradidit. Enimuero calamitatũ earũ genus omne nullus possit, ne ex iis quidẽ qui illas viderũt expertiq; sunt, recensere: ita omnem modũ superarũt. Sed vt summatim dicam', illo turpiter ac miserabiliter mortuo (alij enim illum volunt à lixa quodam rerũ indignitatem non ferẽte percussum interisse: alij autem, ne vidisse quidẽ se, à quo interfectus ille sit, sed fuisse tantũmodo percussum dicunt, rogasseq; vt in Ciliciã, inibi sepeliendus, portaretur, vbi etiam nũc iacet) illo, inquã, tam turpiter mortuo, cũ viderẽt milites in extremo sese vitę periculo constitutos, cũ hostibus pepigerũt: quibus cũ iureiurãdo recepissent, abscessuros se à loco locorum omniũ tutissimo, eodémq; regionis nostræ tanquam muro quodã inexpugnabili, Barbaros humanos erga se nacti, ita euaserũt, atq; è multis pauci reuerterũt, & ipsi affectis admodũ corporibus, erubescẽtes ob fœdera cũ hostibus pacta, coacti vero illis per iusurandũ paternis bonis cedere. Hic videre erat spectaculũ qualibet captiuitate miserabilius: nã vrbis illius ciues à quibus gratiã aliquã expectabãt, quòd suos omnes intus muri instar in portu collocarãt, pro omnibus semper ad oĩa pericula obiecti, ab iis hostilia omnia passi sunt, propriis domibus, atq; agris relictis solum vertere coacti, & à maiorum suorũ possessionibus auulsi: & quidẽ iniuriam à suis acceperunt. hũc nos fructũ ab egregij istius imperatoris operibus percepimus. Hęc porrò temere à nobis dicta non sunt, sed vt satisfactũ esset iis, qui quærerent, cur non antea deus de imperatore pœnas sumpsit. Illũ enim rabie percitũ sæpenumero reprimere voluit, ne impetu vlerius procederet, & alienorum malorũ exemplo emendare: verũ vbi restitit, extremis illũ malis obiecit, iustam quidẽ peccatorũ eius retributionẽ in magnũ illũ iudicij diem reiiciens: præsenti autem pœna superiores excitãs & castigãs. Talis est eñ dei lenitas, vt qui eadẽ nõ recte vtũtur, eos grauiore pœna afficiat, quæ quemadmodũ respiscentibus vtilis, ita & obstinatis, ac peruicacibus maioris supplicij occasio esse solet. Quòd si dixeris, quid? nõne præuiderat deus fore vt tyrãnus hic nũquã emẽdaretur? huic ita respondebimus: præuiderat quidẽ, sed tamen ob id quòd malitiam nostrã prospiciat, officium ille suũ non intermittit: quin potius etiamsi eius nõ admittamus admonitionem, clementiam tamen in nos suam præstat: qui si postea in grauiora etiã nos peccata impingimus, id certe non iã eo authore euenit, qui non propterea lenis longanimisq; est, vt pereamus, sed vt seruemur potius: verũ nobis authoribus fit, qui in illius immensam tolerantiã iniurij sumus. Sic autem & infinitam suam in nos benignitatẽ ostendit. quoties enim recusamus ab eius prolixa lenitate adiuuari, tũ ille in aliorum vsum eam vertit, nusquã non clementiam erga nos suam simul & prouidentiã solertiámq; prodens. Id quod tũ præstitũ est. Et tyrannus quidẽ in hunc, quem dixi, modũ è viuis decessit. Rabiei autem eius, ac beati Babylæ virtutis argumenta extãt, & templũ, & martyrij monumentum: illud desolatum, hoc eandẽ quam prius efficaciam retinens. Cuius capsula nõ vltra refertur, deo rẽ sic dispẽsante, quò posteris testatiora sint præclara Babylę eiusdẽ facinora. Quisquis enim eò aliunde accedit martyrẽ requirẽs, hunc vbi ab eo loco abesse videt, statim causã scisciatur, neq; prius de loco decedit, quàm omnem eam historiam perdoctus fuerit: sic & dũ ad Daphnes locum accedit, & rursus ab eodẽ dum decedit, fructum maximum percipit. Ea est martyrũ virtus & viuentium, & mortuorũ, & ad loca illa vel illa adeuntium, & rursus ab eisdem aliò migrantiũ. Etenim ab initio ad finem vsq; Babylæ nostri præclara facinora continua quasi serie copulata fuere. Rẽ, quæso, animo lustra, dei leges ab iniuria vindicauit, pro occiso pœnas sumpsit, qua ex re planũ fecit, quãto inter se interualIo sacerdotiũ & regnum dissideant, mundi fastũ omnem dissoluit: vitæ huius opinionẽ conculcauit. Reges docuit nihil vltra modũ ipsis à deo datum potestatem promouere: sacerdotibus planũ fecit, vt principatui huic præesse oporteat. Atq; hæc quidẽ, & his item longe plura etiamnum viuẽs præstitit. Vbi autẽ hinc emigrauit, dæmonis robur eneruauit, gentilium impostură coarguit, vaticinij deliramẽta detexit, personam eius contriuit, simulationẽ omnibus denudauit, ac patefecit: eũ, qui in ea dominari videretur, obmutescere cogens, ac magna vehemẽtia opprimens: hodie quoq; templi parietes recti stãt, omnibus quasi prædicantes quà dęmonis impudentiam, risum, imbecillitatem, quà martyris coronas, victoriam, virtutem. Ea sanè est sanctorum fortitudo, tam inexpugnabilis, & terrifica tum regibus, tum dæmonibus, tum ipsi etiam dęmonum principi.

DIVI

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI ADVERSVS IVDÆOS ORATIO PRIMA, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE. *Authore damnato.*

Simile. ROVRSVS infœlices illi, mortaliúmq; omnium misertimi Iudæi ieiunaturi sunt, rursus Christi gregẽ muniamus necesse est. Quãdoquidem & pastores, quandiu noxia bestia molesta nõ est, sub ilicem aut populum porrecti, fistula canunt, sinentes oues libere pro suo arbitratu pascere. Verum simul atque senserint alicunde luporum incursionem imminere, mox abiecta fistula, fundam arripiunt, & omisso calamo, fustibus & saxis obarmant sese, próque septis consistentes magno emisso iubilo, ingentíque vlulatu vociferantes, frequenter ipso clamore feram priusquam irrumpat, abigũt: Itidem & nos facimus. Superioribus enim diebus in scriptura velut in prato ludentes choreásque ducentes, nihil in enarratione attigimus contentiosi sermonis: eo quòd nullus esset, qui nobis obturbaret, aut molestus esset. Cæterum quoniam hodie lupis omnibus sæuiores Iudæi, oues nobis circũuallaturi sunt, ad pugnos & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum. Ne vero mirum vobis videatur, si cum ieiunium illud post decem & eo amplius dies venturum sit, nos ab hoc statim tempore munimus & armamus animas vestras. Quandoquidẽ & inter agricolas qui vigilãtes & industrij sunt, cum habent vicinum torrentẽ, qui vexat lædítque segetem, non cũ suo tempore torrens inundat, videlicet hyeme, sed tempus illud pręuertẽtes & ripas obsepiunt, & aggeres erigunt, & fossas agũt, denique modis omnibus sese prępărant aduersus torrẽtis futurã violentiam. dum enim tranquillus est & stagnãs, atq; angustus, facile est illi admoliri manus: verum posteaquam increuit, multóq; aquarum impetu fertur violentus, non perinde facile est exundãtibus obsistere. Eóq; multo ante tempore pręueniunt illius irruptionem, vndiquaq; prępărantes quicquid agros possit tutos reddere. Eundem ad modũ & milites, & nautæ & agricolæ, & messores facere consueuerunt. Siquidem & milites priusquam veniat pugnandi tẽpus, & thoracem abstergunt, & scutũ si quid desit circunspiciunt, & frænos apparant, & equos omni diligentia nutriunt, cæteráq; omnia recte diligentérque curant. Similiter & nautę priusquã nauim in portum detrahant: & clauum apparant, & instaurant latera, & remos dolant, & vela consarcinant, deniq; quicquid præterea ad totius nauis armaturam pertinet, diligẽter accurant. Quin & messores consimili modo multis ante diebus & falces acuunt, & aream præparant, boues item & currũ, breuiter quicquid ipsis ad messem ac trituram conducibile iudicãt. Imò videas omnes homines si quid rerum agendum est, prius ad eas apparatum facere, vt cum aduenerit rei gerendæ tẽpus, facile conficiãt quod est opus. Hos igitur & nos imitãtes, multis ante diebus præmunimus animas vestras, exhortãtes vos vt impium hoc Iudæorũ & scelératum ieiuniũ fugiatis. Neq; enim ita dixeris, ieiunant: quin potius illud mihi ostendito, eos ex dei sentẽtia ieiunare. Quod ni id fiat, quauis ebrietate sceleratius est ieiunium. Neque enim solum considerandum est quid ab istis fiat, verum illud etiam obseruãdum, quam ob causam faciant. Etenim quod fit iuxta dei voluntatem, quanuis videatur improbum esse, tamen omnino deo gratum est & acceptum. Contrà, quod fit præter dei voluntatẽ, ac secus quàm ille vult fieri, quanquam existimatur acceptum deo, tamen est omnium pessimum & iniquissimũ. Etiamsi quis occidat hominẽ ita volente deo, quauis humanitate melius est hoc homicidium. Rursus si quis parcat, & humanitatis officium collocarit in quempiam præter dei sententiã, quauis cæde sceleratior est ista sanguinis parsimonia. Nõ enim ipsa eorum quæ fiunt natura, sed dei voluntas ac decretum efficit vt eadem vel bona sint vel mala. Vt autem intelligas hoc esse verũ, Achab cum aliquando regem quẽdam Syrorum ce- 3.Reg.20. pisset, contra dei voluntatem dedit vitam, & assessũ dignatus est, denique multa cum honorificentia dimisit. Mox Propheta quispiam accedens, dixit ad sibi proximum, In nomine domini percute me, ille vero noluit eum percutere. Dixit igitur ad illum: Eo quòd nõ audisti vocem domini, ecce tu fugies à me, & preuetiet te leo. Discessit ab illo, reperit eum leo, & percussit. Ac mox Propheta reperit alium hominem, cui dixit: Percute iam me. Et percussit eum homo ille, vulnerauitque eum, ac Propheta sibi obligauit faciem. Quid hoc absurdius fieri possit? Qui percussit Prophetam, euasit incolumis: qui pepercit, dedit pœnas: nimirum vt intelligeres in iussis diuinis nõ oportere curiosum esse, examinaréque rerum quæ præcipiuntur naturam, sed nihil aliud quàm obtemperare. Etenim ne prior ille veritus parceret prophetæ, non dixit illi simpliciter, percute, sed addidit, in verbo domini: hoc est, deus præcepit, ne quęre vlterius. Rex est qui hanc præscribit legem. Reuerere iubentis authoritatem, summáque cũ animi promptitudine obtempera. Atid facere nõ sustinuit, eoq; pœnas dedit grauissimas, suo exẽplo secuturos adhortãs, vt quicquid præceperit deus, per omnia obtemperarẽt, morémq; gererent in posterũ. Vbi posterior ille percussisset eũ & vulnerasset, propheta sibi caput obuinxit loro, & oculos obtexit, deniq; in eam speciẽ sese transformauit, vt à nemine posset agnosci. Cuius igitur rei gratia hoc fecit? Erat redarguturus regem, & sententiam in eum laturus de salute regis Syriæ. Is igitur cũ, vt erat impius, semper odiũ gessisset aduersus prophetas, ne conspectum ipsum & agnitũ ab oculis suis submoueret, eóque facto nõ reciperet correctionẽ, velat propheta simul & faciem suam, & negocij narrationẽ, vt & ipsi cõtingeret potestas dicẽdi quæ volebat, & regis confessionẽ extorqueret. Etenim cum rex prę- Ibidem. teriret, clamore compellans eũ dixit: Seruus tuus egressus est ad exercitũ vt præliaretur, & ecce vir quidam adduxit ad me virum, dixitq;: Serua mihi hunc, quòd si elapsus euaserit, erit anima tua pro anima illius, aut dependes argenti talentũ. Et accidit dum seruus tuus circunspiceret huc & illuc, & ecce vir non comparebat. Et dixit illi rex Israël: Ecce iudex tu apud me, occidisti. Et illico propheta detraxit velamen ab oculis suis, & agnouit illũ rex Israël, quòd esset vnus ex filiis prophetarum. Dixítque ad illũ: Hæc dicit dominus, eo quòd dimisisti verum exitio dignum è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & tuus populus p̃ populo illius. Vides quòd nõ solũ deus, sed & homines

simili

Universidad de Deusto
Biblioteca

simili modo iudicant, non respicientes ad eorũ quæ A fiunt naturam, sed ad finem potius & causas ob quas fiunt. Ecce, inquit, etiã ipse rex, tu iudex apud me qui occideris. homicida es, inquit, eo quòd hostẽ dimiseris. ob hoc enim Propheta velũ addiderat, & velut in aliena causa sententiã elicuit, vt rex quod verũ & rectum erat pronunciaret: quod & accidit. Etem postcaquam rex seipsum sua sentẽtia cõdemnasset, detracto velo, dixit Propheta: Quoniam tu dimisisti virum exitio dignũ è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus ꝓ populo illius. Vides quas pro humanitate pœnas luerit rex, próq; intẽpestiua sanguinis parsimonia quo affectus sit supplicio? Et hic quidẽ qui seruauit, punitur: alter vero, qui occidit, cõprobatus est. Igitur & Phinees, qui eodẽ temporis articulo duplex perpetrauit homicidiũ, virúmq; simul cum muliere sustulit, sacerdotio honoratur: adeo nõ B inquinauit manum sanguine, verũ etiam puriorẽ reddidit. Proinde cum videris eũ qui Prophetã percussit esse seruatum, cum vero qui nõ percussit extinctũ, & illum qui pepercerat dare pœnas, rusus eũ qui non pepercit approbatũ: semper apud te potior sit ratio, quid deus præcipiat, quam quæ sit negociorũ natura. Quòd si quid cõpereris illo cõprobante geri, illud solum amplectere. Atq; hac vtentes regula, & ieiuniũ hoc Iudæorũ expẽdamus. Etenim ni id fecerimus, sed actiones nudas per se tantum in mediũ prolatas cõsideremus, ingens erit confusio, magnaq; iudicij perturbatio. Nã prædonibus radũtur latera, & monimẽtorum perfossoribus, maleficisq; : verũ idem patiuntur & martyres. Facta quidẽ sunt eadẽ, cæterum animus & causa cur hæc fiant, non est eadẽ, eoq; plurimũ est discriminis inter hos & illos. Quemadmodũ C igitur in illis non tormentum tantũ expendimus, sed prius animũ & causam ob quam cruciatus inferũtur, consideramus: & ob id martyres amamus, non quòd cruciantur, sed quòd ob Christũ cruciatus ferũt: cõtrà, latrones detestamur, nõ quia puniũtur, sed quòd ob malefacta puniuntur: Ad consimilem regulã & in hoc negocio Iudæorum, rationẽ eorũ quæ fiunt subducito. Quòd si videris illos amore dei ieiunãtes, amplectere quod fit: at si perspexeris illos hoc prẽter diuinam voluntatẽ faciẽtes, magis eos detestare, maioreq; odio prosequere quàm ebrios, quàm temulẽtiæ & comessationibus indulgentes. In hoc autẽ ieiunio nõ satis est causam inquirere, sed & locus & tẽpus cõsiderãda sunt. Verũ priusquã moueamus aciẽ aduersus Iudæos, lubens orationẽ verterim ad eos qui sunt nostri corporis membra, ac nostri quidẽ ordinis esse D videntur, cæterum illorũ cultum sequuntur: quandoquidem horum causa totũ hoc quicquid est laboris suscepi, atq; hac quidem ex parte dignos esse video grauiore condẽnatione, quàm Iudæos vniuersos. Id esse verũ non modo sapiẽtes & cordati, verũetiã quicunque vel paulum habent mentis ac rationis, mecũ fatebuntur. Nec eũ opus est argumẽtis arte excogitatis, nec artificiosa probatione, nec prolixis sermonũ ambagibus ad hoc demonstrandũ, cũ satis sit illos simplici percõtatione interrogatos, ex ipsa respõsione capere. Quid igitur? Percontabimur istorum quẽque, qui in hisce rebus insaniunt, Christianus es? Quã igitur ob causam molestus es Ecclesiæ? Qui Persa est, nónne quæ Persarũ sunt curat? Barbarus, nónne Barbarorum ritus æmulatur? Qui habitat in ditione Romanorum, nónne vestris vtitur legib⁹? Age dic mihi, nónne si quis horũ qui apud vos viuũt, cum illis sentire fuerit deprehẽsus: inauditus citraq; examinationem punitur, etiãsi multa habeat, quibus causam suã possit defendere? Et si quis apud istos extiterit, q̃ Romanis vtatur institutis, nónne rursus idẽ perpetietur? Quomodo igitur tu qui ad impiũ illud vitæ institutũ defecisti, audes sperare salutem? Neque enim exiguũ interuallum est inter nos & Iudæos, neque de rebus leuibus aut vulgaribus inter nos est cõtrouersia, ne tu vnum & idem esse credas nostrum & illorum institutum, ac non miscenda misceas. Illi crucifixerũt Christum, tu crucifixũ adoras. Vides quãtũ interest? Qui fit igitur, vt ad illos qui Christum occiderunt, curras, profitens te adorare crucifixum? Neq; vero ipse legẽ hãc fero qua illos criminer, nec hãc accusationis formam inueni. An nõ scriptura simili modo accusat illos? Audi igitur quid dicat Hieremias aduersus eosdẽ illos: Abite in Cedar, & videte, emittite ad insulas Chettin, & iudicate, nũ talia facta sint. Quænam ista? An gẽtes mutẽt deos suos, & isti nõ sunt dij. Vos autẽ mutastis gloriam vestrã, in eam ex qua nihil vtilitatis capietis. Porrò quod dicit, huiusmodi est: Illi, inquit, cum venerẽtur simulacra, colántq; dæmones & adorent, tam constant in errore, vt ne velint quidem illa relinquere, & ad veritatem cõuerti. Vos autẽ qui verum adoratis deum, relicta maiorum religione vltrò ad aliena defecistis, neq; tantum religiosæ mẽtis præstatis in veritate, quantum illi præstant in suo errore. Proinde dicit: Si istiusmodi facta sunt, si mutarũt gẽtes deos suos, & isti nõ sunt dij: vos autẽ mutastis gloriam vestram, vnde nullam capietis vtilitatem. Non dixit, mutastis deum vestrũ: deus enim non mutatur: sed, mutastis gloriam vestram. Neq; enim me læsistis, inquit, neque vlla noxa ad me peruenit: vosmetipsos affecistis ignominia. Meã gloriã nõ imminuistis, sed vestram ipsorũ. Concedite sanè mihi vt hunc sermonem etiam ad nostros accommodẽ, si tamen par est illos appellare nostros qui cum illis sentiũt. Abite in synagogas, & videte nũ Iudæi mutaturi sint suum ieiunium, num illi sub Pascha nobiscum celebrarint ieiuniũ, num hunc diem vnquã prætermiserint. Atqui hoc non est ieiunium, sed legis trãsgressio, sed error, sed peccatum: attamen illi nũquam mutarũt, vos autem mutastis gloriam vestrã, vnde nihil vtilitatis capietis, & vltrò ad illorum ritus descciistis. Quãdo Paschæ ieiunium celebrarunt illi? Quando martyrũ festos dies nobiscum egerũt? Quãdo diem Epiphaniorum nobiscum cõmuniter celebrarunt? Illi nõ accurrunt ad veritatem, & vos ad iniquitatem properatis? Iniquitatem autem dico, quandoquidẽ ista fiunt nõ suo tẽpore. Erat olim tẽpus quo cõueniebat ista seruare, iam vero non est amplius. Eóq; quod tum iuxta legem fiebat, nunc prẽter legẽ fit. Concedite mihi vt illud etiam Heliæ dicã aduersus eos. Cum enim ille conspiceret Iudęos impie viuẽtes, & nunc quidẽ obtemperantes deo, nunc rursus idola colentes, ad hũc loquitur modũ. Quousq; claudicatis vtroque poplite? Si domin⁹ est deus, venite & sequimini eũ. Idem & ipse loquor ad istos. Si iudaismũ paratis verũ esse, qua gratia obstrepitis Ecclesię? Quòd si Christianismus ver⁹ est, sicut reuera est, in eo manete, & illum sequamini. Particeps es nobiscũ mysteriorum: age dic mihi, Christũ adoras, ab illo bona petis, & cũ illius hostibus festũ celebras? Et quo tandem animo prodis in Ecclesiam? Verũ hæc dixisse sufficiat ad illos qui

los qui prædicãt se nobiscũ sentire, cum quærant diuersa. Igitur & ad illos volo dirigere sermonẽ. Concedite mihi vt liceat doctrinã hanc altius repetere, quo perspicuum fiat, Iudæos nunc ieiunantes legem ignominia afficere, deiq; præcepta cõculcare, semper ea faciẽtes quæ illius placitis aduersantur. Etenim cũ illos volebat ieiunare, tum incrassabantur dilatabanturq;. Rursus vbi nõ vult eos ieiunare, mordic⁹ tenẽt ieiunium, quũ vellet illos victimas offerre, ad simulacra properabant. Cum non vult illos celebrare festũ diem, studio festũ diem agunt. Et ideo Stephanus di- Act.7. xit ad illos: Vos sẽper spiritui sancto resistitis. In hoc, inquit, solũ incubuistis, vt quæcunq; deus præceperit, iis contraria faciatis, quemadmodum & nunc faciunt. Vnde id liquet? Nimirũ ex ipsa lege. Siquidem in ipsis etiam festis Iudaicis, non tempus solũ, verum Deut.12. & locũ obseruari iussit ipsa lex. Nam & de pascha q̃d erat apud ipsos disserens, loquitur hunc in modũ: Nõ B potestis celebrare pascha in vlla ciuitatum earũ quas dominus deus dat vobis. Sed quẽadmodũ decimoquarto die primi mensis, ita Hierosolymis iubet illud peragi, similiter & Pentecostẽ. Et hic loci simol & tẽporis obseruationẽ cõplexa est, dum post septẽ hebdomadas iubet hoc festũ celebrari, rursum cũ addit: In loco quẽ elegerit dominus deus tuus. Sic & festũ scenopegiæ & ieiuniũ hoc instituit. Sed dispiciamus, vtrum tandẽ horũ est magis necessariũ, locus an tempus. Et si non sint hæc inter se paria, vtrũ obseruandũ est, tẽpus neglecto loco, an neglecto tẽpore loci ratio tenẽda est. Quod dico, tale est: Prẽcepit domin⁹ vt in primo mẽse & Hierosolymis celebrarẽ pascha, videlicet tẽpore pariter & loco præfinito. Ponam⁹ igitur duos quospiam esse qui pascha celebrẽt, quorum alter præuaricetur locũ, tẽpus obseruet: rursus alter obC seruet quidẽ locũ, sed transgrediatur tempus. Atque is qui tẽpus obseruat neglecto loco, celebret pascha in primo mẽse, sed alicubi, puta extra Hierosolymã. Is vero qui locũ obseruat neglecto tempore, pascha celebret Hierosolymis, non tamẽ primo mẽse, sed secundo. Deinde videamus vter horũ duorũ sit in crimine, vter probãdus, isne qui neglecto tempore locũ seruauit, an qui loco neglecto tempus seruauit. Etem si is qui tẽpus neglexit, vt intra ciuitatẽ pascha celebraret, videtur approbandus: cõtrà, qui seruato tẽpore locũ neglexit, vocandus est in crimen, & impietatis reus peragendus: nimirũ liquet, quod isti quoque legem violant, loco non suo facientes quod faciunt, etiãsi decies millies prędicent sese seruare tẽpus. Vnde igit hoc nobis perspicuũ est? videlicet ab ipso Mose. Siquidem cum quidam essent celebraturi Pascha, Num.9. adierũt Mosem dicẽtes: Nos impuri sumus super hominis anima, num omittemus offerre munus domino iuxta tempus suum, in medio filiorũ Israël? Respõdit illis Moses: State hic, & audiam quid præcepturus sit dominus de vobis. Et respõsum dedit dominus Mosi, dicens: Homo quicunq; fuerit inter vos impurus super hominis anima, aut in longo itinere, aut in nationibus, faciet pascha mense secũdo. Quod autem dicit tale est: Quisquis, inquit, primo mẽse deprehẽsus fuerit in peregrinatione, ne faciat pascha extra ciuitatẽ, sed mense secundo, vt venire possit Hierosolymã, ac tẽpus negligat potius quàm faciat extra ciuitatẽ. Ex hoc declarãs quòd obseruatio loci, tẽporis obseruatione magis est necessaria. Quid igit isti habẽt quod dicant, qui extra ciuitatẽ præscriptam faciũt pascha?

Nam posteaquã transgrediuntur id quod magis est A necessariũ, nihil illos excusare potest eius obseruatio quod minoris est momẽti. Igitur etiãsi decies millies videãtur seruare tẽpus, extrema legis trangressio est quod faciunt. Atque id esse verũ nõ hinc liquet tantum, verũ etiam ex prophetis. Cum enim cõstet illos nunquam sacrificasse, neq; canticum cecinisse in terra aliena, neq; istiusmodi ieiuniũ ieiunasse: quam veniam promerentur isti? Attamen illi quidẽ expectantes reditum in ciuitatẽ suam, nihilo secius perũistebãt in lege parẽtes illi, quæq; lex præscribebat, implẽtes. Hoc enim lex ipsa illis fore promiserat. Isti vero hæc faciunt, cum nullam habeant spem fore vt pristinum vitæ statũ recipiant. Non habẽt, inquã, vllam spem: id ipsorũ prophetarũ testimonio docere possumus, & tamen ne sic quidẽ possunt conquiescere. Iam vt maxime sperarent se ciuitatẽ recepturos, etiam tunc B oportebat sanctos illos imitari, tũ à ieiuniis, tũ à cæteris obseruationibus abstinẽtes. Quòd eũ istiusmodi rerũ nihil illi fecerint, audi quid rogantibus respõderint. Cum eũ vrgerent, compellerent, cogerentq;: Barbari vt vterẽtur organis suis, dicerentq;: Cantate Psal.137. nobis canticum dómini: illi qui pulchre legis mentẽ tenebant, respondẽrunt: Non decere vt ista facerent extra Hierosolymã: quomodo, inquiunt, cãtabimus canticũ domini in terra aliena? Rursus tres illi pueri qui versabantur in Babylone, dicebant: Non est hoc Daniel.3. tempore princeps, neq; propheta, neque dux, nõ locus vt sacrificemus in cõspectu tuo, & inueniam⁹ mi- καιρὸν. sericordiã. At sanè multus erat ibi locus, cęterũ quoniam ibi templũ non erat, abstinent à sacrificiis. Iam vero & ad alios per Zachariã loquitur dominus: Nũ Zach.7. ieiunium ieiunastis mihi per annos septuaginta? Sentiens de annis quos egerãt in captiuitate. Quomodo ergo tu nunc ieiunas, dic mihi, cũ maiores nec sacrificauerint, nec festa celebrauerint? Id ex eo palàm est, quòd ne pascha quidẽ ibi celebrarunt. Nam vbi non erat sacrrificiũ, ibi ne festũ quidẽ erat, eo quòd omne festũ sacrificiorũ peragi oportebat. Quòd si pleniorem huius rei demonstrationẽ exhibere velimus, audi quid dicat Daniel: In dieb⁹ illis erã ego Daniel Dan.10. lugens, panẽ desiderabilẽ nõ comedi, & vinum carnẽsq; non ingressæ sunt in os meũ, & vnguento non vngebar in hebdomadibus illis. Et factũ est in decimoquarto die primi mẽsis vidi visionẽ. Hic mihi diligenter auscultate. Ex his enim perspicuũ est, quòd tum pascha nõ celebraueritis. Quĩ sic? Dicã. Per dies azymorũ, id est quibus abstinebant à fermentatis, ieD iunare Iudæis fas non erat. Hic autem dies viginti vnum prorsus nõ attgitit panem. Et vnde hoc docetur, dicit aliquis? Et quòd isti viginti dies & vnus inciderint in dies azymorũ. Id inde demonstratur, quòd dicit, quarto & vigesimo die primi mensis. At paschę festũ vigesimo primo die finiebatur. Nam incipiẽtes à decimoquarto die primi mẽsis, deinde dieb⁹ septẽ continuata celebritate, ad vigesimum primum diem perueniebant. Attamẽ Daniel perseuerabat ieiunãs etiam cũ prætersisset paschæ tempus. Nam cum cœpisset à tertio die primi mensis, ac deinde per dies viginti vnum continuasset, nimirũ decimumquartum diem præteriit, & post hunc item alios decẽ ieiunauit. An non igitur isti exleges & impij, qui cũ illi sancti viri in aliena terra nihil seruauerint eorũ quæ lex pręscribebat, tamen per contentionẽ & peruicaciam diuersa factitant? Etem si quilibet fuissent incogitan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes parumq; circũſpecti,qui talia vel facerent,vel dicerent:forſitã incogitãtię negligentiæq; tribueret aliquis,quòd ea nõ obſeruauerunt.Iam cum fuerint amantes dei,cũ pij,cum ij qui pro dei præceptis tradiderũt animas ſuas:conſpicuum eſt, eos haudquaquã per negligẽtiam feciſſe quod fecerũt, ſed ab ipſa potius lege perſuaſos,quod non oporteat quicquã taliũ ceremoniarũ extra Hieroſolymam obſeruare. Quin & aliud quiddã ex his perſpicue colligitur lõge maximũ,videlicet quòd obſeruationes ſacrificiorũ,ſabbatorũ,& nouiluniorũ, deniq; ſimilium rituum omnium ex ſuperfluo additæ ſunt Iudaicę vitæ,vt neq; ſi ſeruentur, aliquid magni momẽti cõferre poſſint ad virtutem:neq; ſi prætermittãtur, poſſint ex bono facere malũ,aut pietatis ſtudium,quod in animo ſitum eſt,aliqua ex parte imminuere. Illi igitur qui vitã angelorum nobis in terris oſtenderunt, cum harũ rerũ nihil omnino peregerint,non victimã mactarint,non feſtum diẽ obſeruarint,non iſtiuſmodi ieiuniũ ſuſceperint:adeò tamen placuerũt deo, vt ipſam naturam tranſcenderint,totoq; terrarũ orbe ſuperiores,meritis ſuis in dei cognitionẽ raperẽtur. Quid enim proferri queat quod cum Daniele cõferatur?quid quod cum tribus pueris? quandoquidẽ illi quod præceptũ in euãgeliis maximũ, quodq; bonorum omnium caput ante proditũ euangelium occuparunt, ipſiſq; factis declararunt.Maiorẽ hac, inquit, charitatẽ nemo habet, quàm ſi quis animã ſuam exponat pro amicis ſuis. Illi vero animã ſuã expoſuerũt pro nomine dei. Nec hac parte ſolũ admirandi ſunt, verumetiam ob hoc quòd id nullius mercedis gratia fecerunt. Ideoq; dicebant,Eſt deus in cœlo potẽs eripere nos:qui etiã ſi non eripiat,notũ ſit tibi rex nõ ſeruituros diis tuis. Sufficit nobis illa merces,quòd propter deum morimur.Hæc præſtiterũt,tamq; inſignẽ virtutẽ exhibuerunt,nihil eorũ obſeruãtes quæ lex præſcripſerat.Ergo qua tãdem,inquies,gratia deus iſta præcepit,ſi nõ volebat obſeruari?Qua gratia tuam ciuitatẽ demolitus eſt? Nam alterum è duobus illi faciendum erat, ſi voluiſſet illa remanere:aut nõ debebat præcipere, vt ipſi vno tantũ in loco ſacrificia fierent , cum vos per oẽs mũdi plagas eſſet diſperſurus: aut ſi nolebat vos eo in loco ſacrificare, non ſolũ debebat vos per vniuerſum orbẽ diſſipare, verumetiam ſolam illam ciuitatem deſertam & inacceſſam reddere,in qua ſola victimas iuſſerat immolare. Quid igitur ? An ſecũ ipſe, inquis,pugnat deus, q vno in loco ſacrificari iuſſerit, & rurſus ab hoc ipſo loco quẽ præſcripſit, excludat? Nequaquã,imò magnopere ſibi conſtat deus: neque enim initio ſibi volebat offerri ſacrificia . En ipſum prophetã adduco teſtem , qui loquitur hunc in modum , Audite verbum domini principes Sodomorũ, attendite ſermoni dei veſtri populus Gomorrhę.Nõ ad Sodomitas & Gomorrhęos verba faciens hęc loquit,ſed ad Iudęos.Sic autẽ appellat illos deus,quòd imitantes illorum malitiam , ſibi cognationem cũ illis aſciuiſſẽt.Similiter & canes illos appellat,& equos inſanientes in fœminas, non quòd illorum eſſet trãſformata natura,ſed quòd illorum animalium incõtinentiam imitarentur.Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum ? Cæterũ qui Sodomis habitabãt, nunquam viſi ſunt immolare victimas,ſed ad Iudęos ſermo dei dirigitur , ob cauſam quã diximus , Sodomorum cognomina illis tribuẽs. Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarũ,dicit ? Plenus ſum holocauſtomatis arietum, & adipẽ ouium , & ſanguinem hircorum ac taurorum nolo . Nequaquã veniatis in conſpectũ meum . Quis enim exquiſiuit hæc omnia de manibus veſtris ? Audiſtis clariſſimã vocẽ dicentem,quòd in initio nõ poſtularit hæc de manibus veſtris?Etem ſi poſtulaſſet,ſimiliter & priſcos illos omnes qui ante hos floruerunt,prius ad hoc vitæ inſtitutum adegiſſet.Quo igitur,inquis,conſilio hęc præcepit?Nimirum veſtræ morem gerens infirmitati,nõ aliter quàm medicus,vidẽs hominẽ febricitãtem,moroſum,miniméq; ſibi temperantẽ, ſi concupiſcat frigidam bibere,ac ni accipiat,periturũ , ac planè futurum,vt vel ad laqueũ fugiat, vel è ſublimi ſe præcipitem det,dum ſtudet maius excludere malũ,permittit quod minus eſt , cupiens illũ à violenta morte reuocare.Conſimilem ad modũ fecit & deus , quoniã vidit illos inſanientes,anxios,concupiſcẽtes victimarũ oblationem, iamq; niſi acciperẽt quod deſiderabãt, paratos vt ad idola ſe deflecterenr, imò non ſolũ paratos,verumetiã eò iam prolapſos,permiſit immolationem victimarũ. Atque vt ſcias hanc fuiſſe cauſam, vel ex ipſo tẽpore declaratur id quod dico . Siquidẽ poſt feſtũ quod impiis dæmonibus celebrarant, tum demum permiſit illis immolationes pecudũ, tantum nõ dicẽs:Inſanitis,& vultis immolare victimas, quin igitur mihi potius immolatis ? Quanquã ne hoc quidẽ ita permiſit,vt perpetuo liceret, ſed prudẽtiſſimo cõſilio quod permiſerat,rurſus eripuit.Et quẽadmodum ſi medicus ille (nihil enim vetat eodẽ exemplo denuo vti)poſteaquam indulſit appetitui laborantis, mox phiala è ſuis ędibus allata præſcribat, vt ex hac ſola bibat aquam:deinde perſuaſo ægroto,clã iis qui miniſtrant,præcipiat conſtringere phialã illã, vt eum clàm nihilq; ſuſpicantẽ auocet ab illa cupiditate bibendi frigidam:Itidem fecit deus permittẽdo ſacrificia.Neq; enim in vllo orbis loco permiſit id fieri,niſi in vnis Hieroſolymis.Mox vbi per breue tẽpus ſacrificaſſent, diruit ciuitatẽ : & quemadmodum ille fracto vaſe,ita de⁹ ſubuerſa ciuitate,vel inuitos illos abducere voluit à victimis.Eteũ ſi clare palamq; dixiſſet,deſiſtite: haudquaquã facile ab immolãdi inſania deſtitiſſent.Nunc autẽ loci adempti neceſſitate,clanculum ac diſſimulãter illos abduxit ab oblationũ inſania.Sit igitur medicus quidẽ ipſe deus,phiala vero ciuitas:ſit ægrot⁹,ille moroſus Iudęorũ populus. Denique frigida potio , ſit victimarũ permiſſio conceſſioq;.Quemadmodũ igitur medicus fracto vaſe ęgrotum cohibet ab intẽpeſtiuo frigidi potus appetitu:ſic & deus,euerſa ciuitate ipſa,adeoq; fundit⁹ diruta , vt omnibus facta ſit inacceſſa,Iudęos à ſacrificiis abduxit.Nam ſi non hoc agebat , cur religionẽ illã in vnũ locum concluſit,qui nuſquã non eſt præſens,qui implet vniuerſa?Cur cultum redegit ad victimas , victimas ad certũ modum , modũ ad tempus, tempus ad vnam ciuitatẽ contraxit,ac rurſus hanc ipſam ciuitatem ſubuertit?Adde quod mirũ eſt & incredibile,totus terrarũ orbis conceditur Iudæis ad ſacrificandũ, vbi fas non eſt ſacrificari , ſolam Hieroſolymam illis adire nõ licet,in qua ſola licet immolare . An nõ igitur vehementer etiam tardis clarũ perſpicuumq; eſt, quã ob cauſam ea ciuitas fuerit ſubuerſa ? quẽadmodum faber iactis fundamentis,erectis parietibus, cõcamerata teſtudine,ipſaq; concameratione in vnum lapidem in medio poſitũ connexa , ſi eum tollat , totam ędificij compagem ſoluerit : Similiter deus cum eam

Ioan.15.
Dan.3.
Eſa.1.
Eſai.56.
Hiere.5.
Eſaiæ.1.

eam ciuitatẽ feciſſet quaſi nodum totius religionis Iudaicæ,ac mox eã ſubuerterit:nónne pariter & vniuerſum eius ciuitatis ſtatũ diſſoluit? Verum hactenus aduerſus Iudæos pugnatũ eſto . Nam hodie ſolum eminus in illos iaculis velitati ſumus,tantũ locuti,quãtum ſatis erat ad depellendũ periculũ à fratribus noſtris,imò multo etiã amplius . Reſtat autem illud neceſſario,vt vos qui adeſtis,adhortemur, vt multã ſolicitudinẽ habeatis pro mẽbris veſtris. Ne dixeritis, quid mea refert ? cur autem ego rerũ alienarũ curioſus ſim & ſolicitus?Domin⁹ propter nos mortuus eſt. tu vero ne ſermonẽ quidẽ profers pro illo ? Et quam inuenies veniam,aut quã reperies excuſationẽ?Quomodo ad Chriſti tribunal ſtabis cũ fiducia,dic mihi, tot animarum exitium diſſimulãs? Vtinam mihi contingat eò currẽtes videre,nequaquã vobis opus eſſet, ſed celerrimã adhiberẽ correctionem . Quoties frater eſt ad meliora reuocandus , etiam vitã oportebat impendere,vt ſerues.Imitare dominũ tuum.Quòd ſi famulũ habes,ſi vxorem, multa cum auſteritate illos domi contineas. Etem ſi nõ permittis illis vt in theatrum eant,quanto magis à ſynagoga Iudæorum ſunt arcẽdi?Maius eſt hic ſcelus quàm illic.Quod illic fit, peccatũ eſt:quod hic,impietas.Hæc nõ ideo loquor, vt illos ſinatis in theatrũ ire , nam & iſthuc malũ eſt: ſed vt ab illis arcentes , & ab his multo magis prohibeatis.Age dic mihi,quid ſpectaturus eò curris?num homines tuba canẽtes? At oportuit domi ſedẽtẽ gemitus ac lachrymas ,p illis profundere,quòd rebellãt præcepto dei,quòd diabolũ habẽt cum ipſis choreas agentem. Nã, vt antè dixi, quod ſit præter voluntatem dei,etiãſi quãdo fuit permiſſum: poſtea violatio legis eſt,& innumerabiliũ ſuppliciorũ materia.Tuba canebant Iudæi tum cũ habebant ſacrificia,nunc vero non eſt illis permiſſum idẽ facere.Proinde accipe iã qua de cauſa datæ ſint illis tubę.Fac,inquit,tibi tubas ductiles argenteas.moxq; commõſtrans vſum illarum ſubiicit : Et illis canite in holocauſtomatis veſtris,Vbi igitur eſt altare,vbi arca,vbi tabernaculũ & ſancta ſanctorũ , vbi ſacerdos, vbi Cherubin gloriæ, vbi thuribulũ aureum,vbi propitiatoriũ , vbi phiala, vbi pateræ libatoriæ, vbi ignis ille cœlitus demiſſus? Cum omnia amiſeris,nihil aliud retines quàm tubas? Vides illos ludere verius quàm ſacrificare?Verũ quẽadmodũ illos culpamus , quòd legem tranſgrediuntur:ita multo magis vos incuſamus,quòd ad trãſgreſſores legis concurritis , nec illos tantũ qui eò cõcurrunt , verumetiam eos quibus cũ ſit autoritas prohibendi ſuos,nolint tamen id facere . Ne mihi dixeris: Quid mihi cum illo commercij eſt?Alienus eſt,ignotus eſt. Dũmodo ſit fidelis, dum eorũdem particeps myſteriorũ,dum eadẽ iungatur eccleſia, & fratribus, & cognatis,& neceſſariis,& cęteris omnibus eſt propinquior. Proinde quemadmodũ nõ ipſi tantum fures dant pœnas, verũ etiam eadem pœna plectuntur ij,quibus cum eſſet poteſtas vetãdi, non vetuerũt tamen:ita non ſolum qui impie agunt,verum etiam illi qui cum poſſint ab impietate reuocare,tamen vel ob pigritiam , vel ob timiditatẽ id facere nolunt , ſimili cũ illis pœna plectuntur. Alioqui talẽtum illud quod acceperat ac defoderat ſeruus ille , reddidit integrũ: attamen dat pœnas, eo quòd nõ auxerat lucrũ:ita tu quidẽ etiamſi ipſe purus & innocẽs perſeueres, cęterum non augeas talentũ , nec fratrem pereuntem reuoces ad ſalutẽ, eadẽ quæ ille patitur, patieris. Quid magni poſtulo? vnuſquiſq; veſtrũ vnum mihi ex fratribus ad ſalutẽ reuocet.Hic ſolicitus , hic quiſq; curioſus eſto,quo nimirũ in craſtina cõmunione multa cum fiducia cõpareamus donaria deo ferẽtes.Donaria inquam omniũ precioſiſſima , ſi animas errãtium reduxerimus,etiãſi contumelia fuerit ferenda,ſi tolerãda verbera,breuiter ſi quid aliud his etiã moleſtius ſufferendum, omnia faciamus vt illos recuperemus. Quandoquidẽ & ægrotos ferimus calcibus feriẽtes, contumeliis & conuiciis inceſſentes,nec offendimur contumeliis: verũ nihil aliud videre cupimus , quàm ſanitatẽ hominis per morbũ indecora faciẽtis.Quin & medici veſtẽ ſæpe lacerauit ægrotans,at non ideo à cura deſtitit ille . Quí fit igitur vt q corporibus cõſulunt , tanta vtantur diligentia , nos animabus iſtorum pereuntibus ceſſemus,perinde quaſi exiſtimem⁹ nihil accidere graue , cũ membra noſtra putreſcunt? At nõ ita Paulus:ſed quomodo?Quis,inquit,infirmatur,& non infirmor?Quis offenditur, & nõ vror ego? Hunc ignẽ tu quoq; concipe,& ſi conſpexeris fratrẽ pereuntẽ,quamuis conuicietur,quamuis vim & contumeliã inferat, quamuis verberet , quamuis minitetur ſe futurũ hoſtem,aut aliud quidlibet intentet,fac omnia perferas fortiter,vt illius lucrifacias ſalutẽ . Si ille fiat inimicus,deus tibi eſt amicus,magniſq; in die illo bonis te remunerabitur. Vtinam autem hæc donet deus ſanctorũ votis ac precibus,vt & qui in errorem abducti ſunt, recuperentur ad ſalutem, & vos in hoc venatu voti cõpotes euadatis:& illi ipſi blaſphemi liberati ab impietate ſua , Chriſtum agnoſcant ab ipſis crucifixum,vt omnes vno animo , eodemq; ore glorificemus deum & patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

2.Cor.11.

EIVSDEM ADVERSVS IVDÆOS
Oratio ſecunda.

VNde tandem nobis hodie frequentior conuentus factus eſt ? Ad efflagitandum quod polliciti ſumus , comparuiſtis omnes , & in hoc adueniſtis,vt argentum igni probatum quod me vobis exhibiturũ promiſerã, accipiatis . Nã eloquia, inquit,dei,eloquia pura, argentum ignitum probatũ terræ . Benedictus deus, qui vobis tantum audiendi ſpirituales ſermones inſpirauit ardorẽ. Quemadmodum enim homines vino & potionibus dediti,ſingulo quoque die ſimul atque ſurrexerunt,obambulant, curioſeq; diſquirunt , vbi cõpotationes agantur, vbi conuiuia,vbi cœnæ,vbi comeſſationes,vbi temulentiæ,phialæ,crateres,& pocula:Sic & vos quotidie ſimulatq; ſurrexeritis,curioſe perquiritis , vbinam futura ſit exhortatio , vbi ſalubris admonitio , vbi doctrina , vbi ſermo ad ſermonem Chriſti conducens. Quas ob res & nos quoque propenſiore ſtudio hoc quod polliciti ſumus , aggredimur : & quæ promiſimus,ſumma cum fide præſtabimus.Itaque pugna nobis cum Iudæis ſuſcepta,exitum quem debuit,ſortita eſt. Trophæum erectũ eſt, & corona nobis parta eſt, & brabium ex ſuperiore dictione reportauimus . Siquidem hoc ſuſceperamus agendum, vt demonſtraremus quòd ea quæ fiunt ab iſtis,ſit quædã tranſgreſſio legis præuaricatióque,nec aliud quàm hominum aduerſus deum erecta machina bellúmque, idq; deo auxiliãte nobis accuratiſſime demonſtratũ eſt. Etem ſi ciuitatẽ ſuam eſſent aliquando recepturi,& ad priſtinũ vitæ ſtatum redituri, templumque inſtauratum viſuri,quemadmodum aiunt ipſi, quanquam id nun-

Num.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam est futurum,ne sic quidē haberēt iustam excu- A
sationem eorū quæ faciunt. Nam & tres illi pueri, &
Daniel cęteriq; omnes qui viuebāt in captiuitate,ex-
pectabant donec reciperēt ciuitatem suā,ac post an-
nos quadraginta viderent patriæ solū, pristinisq; vi-
uerēt legibus. Atqui cum hoc illis & palàm euidēter
esset promissum:non tamen ausi sunt quicquam eorū
facere iuxta legis ritū quę faciūt isti. Hoc pacto pote-
ris & ipse Iudæo occludere os. Roga illū,qua de cau-
sa ieiunas,cum non habeas ciuitatē? Quòd si dixerit,
Quoniam spero me recepturū ciuitatē,dic illi: Proin-
de quiesce, donec receperis. Nā illi sancti donec ad
patriam suam redirent,nihil eorum quæ tu facis, ausi
sunt facere. Vnde palàm est,quòd nunc legē dei vio-
las:etiamsi,vt vis,recepturus sis ciuitatē,tamen pacta
cum deo inita rescindis,& in ipsum vitę statum cōtu-
meliosus es. Igit̄ in oratione superiore diximus vestrę
charitati, quantū satis est ad retundendā Iudæorum
impudentiam,& ad redarguendam eorū prævarica- B
tionem. Cæterū quando non hoc tantum nobis erat
propositum,vt illorū ora clauderemus, verum vt ec-
clesiā copiosius de suis ꝓpriis dogmatibus edocere-
mus:age rursus,& hoc ex abūdanti demōstremus, ꝙ
templū nunquam instaurabitur, neque ad pristinum
vitæ statū restituendi Iudæi sunt. Hoc pacto fiet vt &
vos exactius noueritis apostolica dogmata,& illi cō-
trà ad maiorē impietatē prolapsi capiantur. Harum
vero rerum testem adducemus non angelū, non ar-
changelum, sed orbis vniuersi principē dominū no-
strum Iesum Christū. Is enim quum ingressus Hiero-
solymam,vidisset templū, dixit futurum vt Hieroso-
lyma cōculcaretur à gētibus multis, donec implerē-
tur tempora gentiū,videlicet tēpus significans vsque
ad consummationē mūdi. Ac rursus hæc de templo C
comminatus est,loquens discipulis,non mansurū la-
pidem super lapidē in eo loco qui nō diruatur: vide-
licet explanatè prędicens eū prorsus abolēdum,& in
perpetuam solitudinē redigēdum. Verū Iudæus om-
nino reiiciet hoc testimoniū, nec recipiet ea quæ di-
cimus. Inimicus,autē,inquit,meus est qui talia loqui-
tur:ego illum adegi in crucem, & quomodo recipiā
illius testimoniū? Atqui hoc ipsum prodigiosum est
ô Iudæe, quòd cum tu crucifixeris eū, ille posteaquā
abs te crucifixus est,tūc ciuitatē tuā euertit, tuā gen-
tem dissipauit, tuū populū per vniuersum orbem di-
sperſit, videlicet re ipsa declarās se resurrexisse,ac vi-
uere,atq; nunc agere in cœlis. Quoniā enim ex bene-
factis noluisti potētiā illius cognoscere,per afflictio-
nem ac supplicia demōstrauit robur suum ineuitabile
pariter & inexpugnabile. At ne sic quidē credis, aut D
putas illū esse deum, ac totius orbis dominū, sed ar-
bitraris hominē fuisse quemlibet è vulgo. Age igitur
perinde quasi nihil aliud quàm homo fuerit,ipsum ę-
stimemus. Quū aliquos videm° homines quos in om
nibus cōperimus esse veraces, nec vlla in re mētien-
tes:horū etiamsi fuerint hostes,modo sapiamus,dicta
recipimus. Rursum si videtimus eos mentientes, etiā
si in nōnullis veraces fuerint,nec illa facile recipimus
quæ verè ab illis dicta sunt. Age nūc igitur cōsidere-
mus Christi mores, & cuiusmodi fuerit vita. Nō cū
hoc tantum quod diximus,prædixit,claréq; pronun-
ciauit:verumetiā alia multa, longo post tēpore ven-
tura,vaticinat° est. Proferamus igitur prędictiones il-
las in mediū,in quibus si videris illum mēdacem, ne
hanc quidem recipito, neq; putes illi fidē habendā.
Contrà,si videris illū in cęteris omnibus veracem, &
hanc ipsam prædictionē euenisse:deinde quū videas
immensum temporū curriculū attestans veritati eo-
rum quę prędixit,ne velis vltra perfricare frontē,ne-
que rebus sōle clarioribus obstrepere. Videamus igit̄
quid præterea prędixerit. Accessit ad illū mulier ala-
bastrū habens vnguenti precioſi, & effudit vnguen-
tum in caput illius accumbentis. Hoc factū indigne
ferentes discipuli,dicebant: Quin istud potius venū-
datum est triginta denariis,ac datū pauperibus? Hoc
reprehendens,loquitur hunc in modū: Quid molesti
estis mulieri? bonū enim opus fecit. Dico eū vobis,
quum prædicatū fuerit hoc euangelium in vniuersa
terra, dicet & hoc quod illa fecit,in ipsius memoriā.
Vtrúmne mentitus est,an dixit verum? Euenit quod
prædixit,an fuit inane vaticiniū? Interroga Iudæum,
& si millies perfricuerit frontē,aduersus hanc prędi-
ctionem nō poterit oculos attollere. In omnibus eū
ecclesiis appellari mulierem audimus. Sunt consules,
duces,viri,mulieres,nobiles,illustres,splēdidi,in om-
nibus vrbibus, & in quamcunq; orbis partē deuene-
ris, summo cū silentio audiunt omnes huius mulieris
officium. Nec est vlla mundi plaga quæ factum hoc
ignoret. Atqui quot reges multa magnaq; in multos
contulerunt beneficia, bella cū laude gesserunt, tro-
phæa statuerunt,gentes gubernarūt, ciuitates erexe-
runt, & innumeris commodis auxerunt rempublicā,
& tamen cum suis benefactis silentio tegūtur. Itē re-
giną primarięq; fœminę innumerabilia benefacta cō
tulerunt in eos quibus imperabāt,quæ ne de nomine
quidem vlli notæ sunt. Hæc autē abiecta mulier quæ
tantum effudit vnguētum, toto terrarū orbe decan-
tatur. Ne temporis quidem tam immensa longitudo
memoriam illius vel extinxit,vel extinguet vnquam,
idq; quum factū ipsum non esset insigne (quid enim
magni erat vnguētum effundere?) neq; persona esset
celebris:erat enim mulier abiecta, neque multi testes
aderant:nam inter discipulos res est gesta,neq; locus
nobilis, neque enim hoc fecit per theatrū transiens,
sed in domo decē duntaxat hominibus pręsentibus.
Attamen neque personæ vilitas, neq; testium pauci-
tas,neque loci obscuritas, neq; vlla res alia potuit il-
lius abolere memoriā. Quin potius reginis omnibus
ac regibus vniuersis celebrior est nūc hęc mulier,nec
vlla ætas obliuioni tradidit quod factū est. Vnde id?
dic mihi,aut quis hoc effecit? An nō deus ipse, cui tū
hoc officiū præstabatur, hanc famam per omnia ter-
rarum loca disperſit? Proinde dic mihi, nū huiusmo-
di prædicere,virtutis humanę videtur? Quis enim fa-
næ mentis hoc dixerit? Nā prędicere quę facturus es-
set,priusquam ab ipso fierent,mirū quidem ac prodi-
giosum:verū prædicere quę fiūt ab aliis, efficeréq; vt
fides illis habeat̄,sintq; cunctis perspicua,multo ma- Matt. 16.
ius est ac mirabilius. Rursus prædixit Petro: Sup hāc
petram ædificabo ecclesiā meam,& portę inferi non
prevalebūt aduersus eā. Proinde dic age Iudæe,quid
habes qđ reprehendas aut redarguas ex iis quę dicta
sunt? quid habes quod doceas hanc prædictionē esse
mendacem? An non testimoniū cum rebus consen-
tit, etiamsi mille modis ipse contendas in aduersum?
Quot enim bella aduersus ecclesiam concitata sunt,
quot exercit° instructi,quot arma mota, quod nō af-
flictionum & vindictę genus excogitatū, fartagines,
catapulta,lebetes,fornaces,lacus & precipitia,bestia-
rum dentes,maria & proscriptiones,aliáq; innumera
tormen-

tormentorum genera,neq; dictis memorāda, neque A
factis toleranda? Atq; hæc non tantum ab extraneis,
verum etiam à nostris domesticis. Nam ciuile quod-
dam bellū occuparat omnia, vel quouis potius ciuili
bello pernicioſius. Neq; enim ciues modo cum ciui-
bus,verū etiam cognati cum cognatis, domestici cū
domesticis,amici cū amicis conflictabātur: nihil ta-
men horum dissoluit ecclesiā, ac ne inferiorem qui-
dem reddidit. Atq; id sanè mirū & incredibile,quòd
hæc in ipsis statim primordiis mota sunt. Nā si tū ir-
ruissent hæc acerba,posteaquā iam radices egerat,&
per omnes mundi partes plantatum esset euangeliū,
haud perinde fuisset admirandū nō fuisse subuersam
ecclesiam. Cęterū cum in ipso doctrinæ exordio nu-
per iacto fidei semine, teneris etiamnū auditorū mē-
tibus,tot procellæ bellorū eruperint,res nostras non
solū nulla ex parte fuisse diminutas, verumetiā mul-
tam accessionem adiunctā fuisse: hoc nimirū superat B
omne miraculū. Ne quis autem dicere possit, quòd
nunc ecclesia ob pacem a regibus prębitā constabili-
ta sit,cū esset minor,quū videretur imbecillior, tunc
illam oppugnari permisit:vti cognoscas etiam quod
nunc in tuto est,non acceptum esse ferendū paci quā
præstāt reges,sed à potētia dei proficisci. Id quo ma-
gis cognoscas esse verū,reputa tecū, quàm multi co-
nati sint apud Grecos opiniones nouas ac peregrinas
viuendi rationes inducere,velut Zenō,Plato,Socra-
tes,Diagoras,Pythagoras,aliiq; innumeri: tamen a-
deò nō vicerunt, vt pleriſq; ne de nomine quidē sint
noti. Christus autē nō modo præscripsit vitæ formā,
verumetiam hanc per totū terrarum orbem planta-
uit. Quàm multa fertur Apollonī° ille Tyaneus feciſ-
se? verū vti scires illa omnia esse conficta, vana, nihil
habentia veri, extincta sunt, & finē acceperunt. Iam C
ne quis arbitretur contumeliā esse Christi, quòd de
illo verba facientes,Pythagoræ,Platonis,Zenonis &
Tyanei meminerimus: (non eū id facimus ex animi
nostri sententia,sed ad Iudæorum infirmitatem nosi-
psos demittētes, qui credūt nihil aliud eū esse quàm
hominē) itidē & à Paulo factum est. Is enim ingres-
sus Athenarum vrbē,nō ex prophetis nec euangelio
cum illis disseruit,sed ab ara cepit exhortationē. Nō
quòd aram illam ad faciendam fidē plus habere mo-
menti crederet quàm euangelia,neq; quòd literas il-
lic inscriptas potiores duceret prophetis: sed quoniā
cum gentibus disputabat,quæ nulli nostrorum volu-
minum credunt, à propriis ipsorū dogmatibus ipsos
1.Cor.9. aggressus est. Hinc est quod ait: Factus sum Iudęis Iu-
dæus,his qui sine lege erāt,tanquā essem sine lege,cū D
sine lege non essem deo, sed essem in lege Christi, vt
lucrifaciā eos qui sine lege sunt. Itidē & veteris testa-
Psal.85. menti scriptura facit de deo Iudæis loquens. Sic eū
ait: Quis similis tui in diis domine? Quid ais ꝓpheta?
Itáne comparatio est vlla dei veri ac deorū falsorū?
Non,inquit, hoc vt comparationem inducā locutus
sum, verum quoniā ad Iudæos mihi erat sermo, qui
magnificā de dæmonibus habent opinionē, ad illo-
rum imbecillitatem memet accōmodans,hoc docē-
di genere sum vsus. Quoniā igit̄ nobis quoq; dispu-
tatio est aduersus Iudæos, qui Christū existimāt sim-
plicem fuisse hominē, & hominem quempiam legis
prævaricatorē: propterea ab his quæ apud gentes in
admiratione sunt, induxi cōparationē. Quòd si vul-
tis me & eorū qui apud ipsos Iudæos eadem conati
sunt vel aduersus discipulos, vel aduersus principes
aut prefectos,sed protinus extincti sunt,exępla recē-
sere,age conabimur & hæc demonstrare. Hoc igitur
modo Gamaliel illis obturauit os. Cū eū videret il-
los insanientes, cupidosq; effundēdi sanguinis disci-
pulorū,studēs eos ab ipotenti vesania cohibere,iussis
paulisper secedere apostolis, sic ad illos verba fecit. Act. 5.
Prospicite vobis quid de his hominibus sitis facturi.
Ante hos em̄ dies exortus est Theudas,dicens se esse
aliquē,& secuti sunt illū viri quadrīgēti, & ille periit,
& oēs quotquot ei paruerūt,dispersi sunt. Et post illū
exortus est Iudas Galilæus,qui conciauit turbā ma-
gnā,& mortuus est,discipuliq; illius perierunt. Et nūc
dico vobis,prospicite vobis,quoniā si factū hoc fue-
rit ex hominibus,dissoluetur. Sin ex deo est,nō pote-
stis illud dissoluere,ne fortè cōperiamini & aduersus
deū pugnare. Vnde igitur manifestū est,fore vt quic-
quid ex hominibus sit dissoluatur? Experimentū, in-
quit,cepistis à Iuda & Theuda. Itaq; & hic qui ab istis
prædicat̄,si talis est quales fuerūt illi, nec diuina po-
tentia peragit omnia,expectate paulisper,& ipse rerū
euētus vobis faciet fidē: ex ipso fine certū cognosce-
tis,vtrū hic sit impostor,vt dicitis, ac legis transgres-
sor, an deus vniuersa tēperans, ineffabiliq; potentia
res mortaliū dispensans moderansq;. Quod dico,fa-
ctū est. Expectarunt,& ex ipsis factis declarata est di-
uina & inexpugnabilis potentia. Atq; hoc inuentum
quod ad decipiendos plurimos adhibitū erat,retor-
tum est in caput diaboli. Nam quum videret illū ad-
ueniſſe,volens illius obscurare aduentū, submisit de-
ceptores aliquot, quò videlicet & ille vn° quispiā ex
eorum numero putaretur. Quodq; de cruce fecit, pro-
curans vt duo latrones cum illo crucifigerentur: idē
fecit de illius aduentu,studens veritatē admixto mē-
dacio obscurare: verū nec illic prevaluit, nec hic, quā
magis hoc ipsum potētiā Christi declarauit. Alioqui
dic mihi,quid est in causa, vt quum tres fuerint cru-
cifixi eodē loco,eodē tēpore,sub iisdē iudicibus, illi
fileātur,hic solus adoretur? Rursus quā ob rē tandem
quū plures nouā viuendi rationē induxerint,ac disci-
pulos habuerint,illorū ne nomē quidē hodie notum
sit,hic per omnes mūdi plagas colatur? Res em̄ potis-
simum elucescūt ex collatione. Cōfer ista mihi ô Iu-
dæe,ac disce veritatis excellentiā. Quis impostor tot
ecclesias toto terrarū orbe parauit? Quis ab extremis
ad extrema mūdi cultū suū protulit? Quis oēs subie-
ctos habuit,idq; quū essent innumera obstacula? Ne-
mo sanè. An nō igitur perspicuū est Christū non esse
impostorē,sed sospitatorē,sed beneficū, sed curato-
rē,sed principē vitæ nostrę? Proinde ad id quod erat D
propositū redibo,si prius vnā adhuc prędictionē ad-
didero. Nō veni,inquit, vt mitterem pacē super ter- Matt. 10.
ram,sed gladiū: non declarans quid ipse cuperet, sed
rerū euentū prædicens. Veni em̄,inquit,separare ho-
minē,excitare filiū aduersus patrem suum, & nurum
aduersus socrum suā, & filiā aduersus matrem suam.
Vnde hęc prædixit,si nihil aliud erat quàm homo, &
vnus quispiā è vulgo? Quod aūt dicit, hūc habet sen-
sum: Quoniā eueniet, vt in eadē domo vn° sit fidelis,
alter infidelis: deinde pater velit filiū suum pertrahe-
re ad impietatē, hoc ipsum prædicens ait: Adeò vin-
cet euāgelij potestas,vt filij quoq; contemnāt patres
suos,& filiæ matres,& parētes liberos. Nō solum au-
tem prius habebūt familiares contēnere, verū etiam
suam animā exponere, cūctaq; sustinere ac perpeti,
ne pietatem ab se repellant,aut quicquā deserant eo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum quæ noſtrę conducũt prędicationi. Vnde hęc ille tum ſcire, tũ efficere potuit, ſi fuit homo vnus quiſpiam è vulgo? vnde illi venit in mentẽ hæc cogitare, quòd ipſe filiis eſſet magis reuerendus futurus q̃ patres? quòd parẽtibus dulcior quàm liberi? quòd vxoribus deſiderabilior q̃ mariti, idq; non vna in domo, neque duabus, neq; tribus, neq; decem, neq; viginti, neque centum, ſed vbique per orbem terrarũ, in vrbibus omnibus ac regionibus, in terra pariter atq; in mari, & in parte mũdi habitata ſimul & inhabitabili? Nec illud poſſis dicere, dixit quidẽ iſta, verum haud perduxit ad effectũ. Complures igitur in primordiis eccleſiæ atq; adeò nunc quoq; ob pietatem habẽtur odio, eiiciũtur è paternis ędibus, nec ad quicquã horum reuertuntur, abunde magnũ ſolatiũ eſſe ducentes, quòd hęc ob Chriſtũ perpetiũtur. Dic mihi, quis hæc vnquã potuit inter homines? Hic igitur qui hæc omnia prædixit, de muliere illa, de eccleſia, de bello hoc: idem prædixit templũ ruiturũ, Hieroſolymã interituram, eámq; ciuitatẽ nõ amplius fore ciuitatem Iudæorum quemadmodũ fuit antea. Itaque ſi mẽtitus eſt illa oĩa, nec euenerũt quæ prædixit, diffide & his. Quòd ſi vides illa clariſſime eueniſſe, inq; dies ſingulos augeſcere, neq; inferorum portas aduerſus eccleſiã præualere, ſi vides quod mulier illa fecit, prędicari tanto iam tẽpore per vniuerſum orbem, ſi homines qui illi crediderũt, eũ pluris faciunt quàm parentes, quàm vxores, quàm liberos: quur quæſo te, huic vni prædictioni reſiſtis, præſertim quũ ex ipſo tẽpore teſtimoniũ illius ſilentium imponat impudẽtiæ tuæ? Quòd ſi poſt excidiũ vrbis nõ tranſiſſent niſi decem anni, aut viginti, aut triginta, aut quinquaginta: minime tamẽ decebat vel tum impudẽter obſiſtere, etiãſi fuiſſet aliqua reluctandi reliqua occaſio: iã vero ſi nõ quinquaginta tãtum, & centum, imò bis ac ter tantũ annorũ multóq; amplius præteriit poſt ciuitatẽ captam, nec interim vllũ veſtigiũ, aut vmbra apparuit, pollicens rerum veſtrarũ mutationem: quur fruſtra, nulláq; de cauſa impudentiã tuam obtines? Hæc ſatis erant ad demonſtrandũ vobis, nunquã fore vt templum reſtituatur. Verũ quando veritas multis modis exuberat, omiſſis euãgeliis ad ꝓphetas me verto, quibus & maxime videtur fidere: atq; ex his perſpicuũ faciam, neq; ciuitatẽ, neque templum vnquã poſthac reſtituendũ. Quanquã nihil erat mihi neceſſe demõſtrare quòd nõ reſtituetur. Neq; enim hoc meũ erat, ſed illorũ partes erãt, docere quòd eſſet reſtituẽdum. Nam ipſe quidem ex ipſo tẽpore cõgruum habeo teſtimonium, mihi patrocinãs: ipſi cõtrà, quum ex ipſo rerum euẽtu deiiciantur, nec alioqui quicquã eorum quæ dicũt queãt demõſtrare, tamẽ nihil aliud quàm oſtentant ſeſe, quum oporteat ipſos hoc teſtimoniũ exhibere quod exhibeo. Nã illa quę dico, ex ipſo rerũ euentu doceo eſſe vera. Corruit eñ ciuitas, nec tã longo iam tempore inſtaurata eſt. Contrà quæ dicũt iſti, nudis verbis nituntur. Atqui debebãt ipſi docere, futurũ vt ciuitas rurſus inſtauretur, quãdoquidem in forenſibus iudiciis videmus ſic fieri probationes. Nã quoties inter illos aliqua incidit cõtrouerſia, & alter alterũ ſcripto cõuenit, deinde is aduerſus quem agitur, inficiatur ea quę obiiciũtur, cogitur is qui negat, poſtea teſtes & alias adferre probationes, quibus doceat non eſſe vera quæ ſcripto continẽtur, non is qui ſcriptum produxit: Eodemmodo cõueniebat & iſtos hic facere, nobiſq; in mediũ producere prophetam qui prædixerit omninò futurũ vt ciuitas reſtituatur. Nã quod prorſus eſt neceſſe, prophetas vobis prædixiſſe venturum iſtius captiuitatis in qua eſtis finem, ſi venturus eſt, nimirũ perſpicuum eſt omnibus qui vel inſpexerint libros propheticos. Mos enim erat apud Iudæos vetus, vt ꝓphętę diuinitus afflati prædicerẽt illis quæ immineret, ſeu bona, ſeu mala. Qua gratia & quam ob rem? Propter inſignẽ illorũ improbitatem & impudentiã. Alioqui fugiſſet illos, beneficia quib⁹ afficiebantur, à deo proficiſci: eaq; quæ fiebãt, dęmonibus aſcripſiſſent, & bona illis imputaſſent. At nunc quidem eũ illis egreſſis ex Aegypto, mare ſciſſum eſſet, aliáq; prodigia fierẽt, obliti quòd hęc autore deo gererentur, iis qui dij non erant, tribuebãt ea quę fiebant, dicentes Aaroni: Fac nobis deos qui præeãt nos. Videntur autẽ & Hieremiæ dicere: Sermonem quẽ locutus es ad nos ſub nomine domini, nõ audiemus ex te, quoniã faciemus omnia quæ egredientur ex ore noſtro, vt ſacrificem⁹ reginæ cœli, & immolemus illi victimas, quemadmodũ hactenus fecimus & nos, & patres noſtri, & principes noſtri, & repleti ſumus panibus, & bene nobis erat, & mala nõ vidimus: & poſteaquã deſtitim⁹ ſacrificare reginæ cœli, & immolare illi victimas, diminuti ſumus omnes nos, & gladio famẽq; defecimus. Proinde ne quid eorũ quę contingunt ſimulachris imputarẽt, ſed potius crederent & vltiones & beneficia ipſis à deo ꝓficiſci, illas quidem ob peccata, hæc vero per dei bonitatẽ erga genus humanum, prophetę diuinitus afflati prędicebant illis euẽtura. Atq; vt certius ſcias hanc eſſe cauſam prędictionis, vide quid dicat vocaliſſimus ille Eſaias ad populũ Iudaicum: Scio quòd durus es tu, & neru⁹ ferre⁹ ceruix tua: hoc eſt, inflexibilis: & frõs tua ærea, hoc eſt, impudens. Sic & nos frequenter ſolem⁹ eos qui neſciunt erubeſcere, χαλκοπροσώπους, id eſt, ęream habẽtes faciẽ appellare. Et annũciaui tibi quę ventura erãt in te priuſquã fierent, & ingeſſi auribus tuis: deinde prædictionis cauſam applicans, ſubiicit: Nequãdo dicas, idola me ſeduxerũt, & ſculptilia cõflatiliáq; præceperunt mihi. Ac rurſus, quoniã peruicaces quidã & elati, poſt euentũ rei, perfricabãt frõtem, perinde quaſi nõ antea fuiſſet illis prędictũ: prophetæ non ſolũ futura prædicebant, verum etiam teſtes adhibebant eorũ quæ gerebãtur. Sic enim rurſus loquitur idẽ Eſaias: Da mihi teſtes viros bonę fidei, Vriam ſacerdotẽ & Zachariã filium Barachiæ. Nec hoc cõtentus, in nouo volumine deſcriptã depoſuit prophetiã, quò poſtquã eueniſſet, ipſæ res de ſe ipſis teſtimoniũ ferrẽt, quòd afflatu cœleſti multo ante tẽpore fuiſſet illis prædictũ. Eóq; non ſolum ſcripſit in volumine, ſed in nouo volumine, quò poſſet in multũ durare tempus, nec facile corrũpi, ſed expectare euẽtum rerũ quæ ibi cõtinebantur. Equidem eſſe verum quod dico, videlicet deũ illis omnia ventura prædixiſſe, non ex his tantũ, verũ & ex ipſis quę illis acciderunt tum bona tum mala, demõſtrabo. Tres ſeruitutes grauiſſimas pertulerunt Iudęi, quarũ nullã deus illis ingeſſit nõ prædictã, ſed ſingula illis prædicenda curauit, & locũ, & tẽpus, & perſonam, & afflictionis ſpeciem, & reditũ, aliáq; cuncta ſumma cum diligentia prænuncians. Ac primo loco dicã de captiuitate quã paſſi ſunt in Aegypto: De⁹ loquẽs ad Abraham his fermè verbis vtitur, Sciens ſcias, quòd ſemẽ tuum peregrinũ erit in terra nõ ſua, & in ſeruitutem adigent & affligent illud annis quadringentis. Gentẽ autem

autem cuicunq; ſeruierint, ego iudicabo, dicit dominus. Quarta autem generatione reuenient huc cũ apparatu copioſo. Vides vt & numerũ annorũ expreſſerit, & ſeruitutis modũ, quum nõ ſimpliciter inquit, in ſeruitutẽ adigẽt, ſed addit, affligent. Audi quomodo Moſes paulo poſt exponat afflictionẽ: Paleæ, inquit, nõ dantur famulis tuis, & iubẽt nos lateres facere, & flagris cędebãtur quotidie, vt intelligas quid ſibi velit, in ſeruitutem adigent & affligent. Gentẽ autem, inquit, cuicunq; ſeruierint ego iudicabo: ſignificans Aegyptiorũ ſubmerſionẽ in mari rubro, quam in canticis deſcribens Moſes ſic loquitur. Equũ & aſcenſorem proiecit in mare. Mox & reditus modum, quòd eſſent redituri cum multa ſupellectile. Sumite, inquit, cõmodato à ſuo quiſq; vicino & cõtubernali vaſa aurea & argentea. Quoniã enim longo tempore ſeruierant, nec mercedẽ receperant, deus effecit vt inſcientibus ac nolẽtibus etiã peterẽt, clamãtq; pheta dicens: Eduxit eos cũ argento & auro, nec erat in tribubus eorũ infirmus. Hæc eſt vna ſeruitus exactiſſime prædicta. Age nunc & ad alterã captiuitatẽ vertamus ſermonẽ, quam perpeſſi ſunt in Babylone. Nã & hęc accurare prędixerat Hieremias ita loquẽs: Sic ait domin⁹, Poſteaquã impleti fuerint in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo eos, & ponam erga vos verba mea bona vt redeatis in locũ hunc, & cõuertã captiuitatẽ veſtrã, & cõgregabo vos ex omnibus gẽtibus, & ex cũctis locis in quos diſperſi vos, dicit dominus, & cõuertam vos in locũ vnde vos demigrare feci. Vides vt rurſus hic & ciuitatẽ expreſſerit, & annorum numerũ, & vnde & quò eſſet illos congregaturus. Eóq; Daniel nõ prius ſuper his rogauit dominum quàm vidiſſet annos ſeptuaginta cõpletos. Quis hæc dicit: Ipſe Daniel ita loquens: Et ego Daniel faciebã opera regis, & admirabar viſionẽ, nec erat qui intelligeret, & intellexi in libris numerũ dierum, qui fuit ſermo domini ad Hieremiam prophetam, ad expletionẽ deſolationis Hieroſolymæ anni ſeptuaginta: & dedi faciẽ meam ad dominum deum meum, vt exquirerẽ precationem & obſecrationem in ieiunio, ſacco, & cinere. Audiſti quemadmodũ hæc quoque captiuitas prædicta fuerit, & ꝓpheta nõ auſus fuerit preces ad ſupplicationẽ admouere deo ante tempus præfinitum, ne fruſtra temeréque admouens audiret quod audiuit Hieremias: Ne rogaueris pro populo hoc, neque poſtularis pro illis: quoniam non audiam te. Verum vbi vidit vaticiniũ eſſe cõpletum, ſimúlq; tempus vocare ad reditum, tunc orat, nõ ſimpliciter, ſed in ieiunio, ſacco & cinere: & quod in hominum moribus euenire ſolet, id fecit erga deum. Nos enim quum videmus aliquos qui famulos poſt multa grauiáq; commiſſa coniecerunt in vincula, non protinus in principio exordióq; punitionis admouem⁹ ſupplicationem: ſed vbi ſciuerimus illos aliquot dies tẽperationes eſſe factos, tũc adimus heros, nacti iam & ab ipſo tẽpore auxiliũ: hoc ſanè & propheta fecit. poſteaquam enim pœnas dederant, haudquaquã dederant dignas admiſſis, attamen iam adit deũ pro illis verba facturus. Quòd ſi videtur, ipſam etiã deprecationẽ audiamus: Confeſſus ſum enim, inquit, & dixi, Deus magne & admirabilis qui ſeruas pactũ tuum & miſericordiam tuã his, qui te diligunt, & ſeruãt præcepta tua. Quid facis ô Daniel, pro hominibus qui peccarunt & offenderunt intercedens, eorũ mentionem facis qui leges illius ſeruauerunt? Ergo indigni venia ſunt, qui præcepta illius violant? Non ob iſtos hæc loquor, inquit, ſed ob horũ progenitores, ob Abrahã, ob Iſaac, ob Iacob. Illis promiſit, illis pollicit⁹ eſt deus, qui præcepta illius ſeruauerũt. Quoniã igitur hi nullo iure poſſunt petere ſalutẽ, idcirco progenitorũ mentionẽ facio. ac ne putares quòd de his verba faceret, quum adieciſſet, Qui ſeruas pactũ tuum & miſericordiã tuam diligentibus te, & ſeruãtibus præcepta tua: mox ſubiicit, peccauimus, iniquè egimus, iniuſtitiã perpetrauim⁹, exceſſim⁹, deflexim⁹ à præceptis tuis, & à iudiciis tuis: non auſcultauimus ſeruis tuis prophetis. Vna ſiquidẽ ſoláq; purgatio peccatoribus reliqua eſt poſt peccata, videlicet vt ſua commiſſa confiteãtur. Tu verò mihi cõſidera & iuſti virtutem, & Iudæorũ improbitatem. Nam ille quidem nullius mali ſibi conſcius ſeipſum multa cũ auſteritate damnat dicẽs: Peccauimus, iniquè fecimus, iniuſtiam perpetrauimus: Hi vero malis innumeris pleni, contra fecerũt dicẽtes, Seruauimus præcepta tua: & nunc beatos dicimus alienos, & reſtituuntur qui patrant iniquitatẽ ac peccata. Quemadmodum enim ſolent iuſti poſt iuſta facta modeſte agere, ita ſolent mali poſt admiſſa ſcelera laudare ſeſe. Qui nulli⁹ peccati ſibi cõſcius erat, dicebat: Iniquitatẽ fecimus, deflexim⁹ à præceptis tuis. Contra, qui innumerabiliũ facinorũ ſibi conſcij erãt, dicebãt: Seruauimus præcepta tua. Atque hęc cò loquor, vt alterũ vitemus, alterum imitemur. Poſt hæc quoniã attigerat illorum peccata, narrat & vindictam ac pœnam quam dederunt, & ex hoc deum ad miſericordiam reuocare cupiens ait: Et venit ſuper nos execratio quę ſcripta eſt in lege Moſi ſerui dei, quia peccauimus. Quænam eſt iſta execratio? Vultis ne legamus illã? Niſi ſeruieritis, inquit, domino deo veſtro, inducet ſuper vos gẽtem impudentem, & nõ audies vocẽ illius, & eritis numero pauci. Hoc idẽ declarantes tres illi pueri, palámq; faciẽtes quòd ob ipſorũ peccata accidiſſet hoc vindictę genus, & ipſi pro cõmunibus peccatis cõfeſſionẽ proferentes dicebãt: Tradidiſti nos in manus hoſtium impiorũ, inimiciſſimorũ, deſertorũ, ac regi iniuſto & ſceleratiſſimo, terrã quę tranſgreſſa eſt. Vide quomodo cõpleta eſt illa execratio quæ dicit: Eritis numero pauci. Rurſus quod dicit, Adducã in vos gẽtem impudentẽ: idem hoc & Daniel hic tectè ſignificans dicit: Venerunt ſuper nos mala, qualia nõ acciderũt ſub omni cœlo, præ his quę facta ſunt Hieroſolymis. Quæ tandẽ iſta? Matres liberos ſuos comederũt. & hoc ſanè prędicit Moſes: cæterũ Hieremias oſtendit eueniſſe. Illę quidẽ loquitur: Ciuitas tenera ac delicioſa. Cuius enim non cepit experientiã pes eius vt inſiſteret in veſtigio propter teneritudinẽ ac delicias, attinget impiã mẽſam, & ſuos ipſius filios comedet. Hieremias autẽ declarat hoc euenire dicẽs, Manus mulierũ miſerabiliũ aggreſſæ filios ſuos. Quanquam autem peccata illorũ qui peccauerãt elocutus eſſet, & vltionem in mediũ adduxiſſet: ne ſic quidem illos ex his iudicat dignos qui ſeruẽtur. Vide bonitatem famuli. Siquidem hic quum oſtẽdiſſet quòd nõdum digna meritis eſſent perpeſſi, nec his quæ multa licet pertulerãt, diſſoluiſſent quę pro cõmiſſis debebant, mox confugit ad dei miſericordiã, & ad ſolitã illius bonitatẽ erga genus humanum, dicens: Et nunc domine qui eduxiſti populũ tuum è terra Aegypti, & feciſti tibi nomẽ, vt hic eſt dies, peccauim⁹, iniquitatẽ fecimus. Et quẽadmodũ illos, inquit, nõ ex ipſorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

benefactis saluos fecisti,sed afflictionē videns,& angustias & clamorē illorū exaudiēs: sic & nos libera à præsentibus malis, propter solā bonitatē tuam erga genus hominū. Nam aliud nullū habemus ius sperādę salutis.Hæc loquutus,multáq; lamētatus,mox inducit ipsam ciuitatē ceu mulierē aliquam captiuam, & ait: Ostende faciē tuā super sanctificationē tuam, inclina aurem tuā & audi, aperi oculos tuos, & vide interitum nostrū ciuitatísq; tuæ, in qua inuocatū est nomen tuum sanctū. Posteaquam circumspectis hominibus neminē vidit qui possit deum reddere propitium, ad ædificia cōfugit, & ciuitatē ipsam obiicit, eiúsq; desolationē ponit ob oculos, atq; ad hæc deflexo sermone deum propitium reddit. Id perspicuū est ex his quæ sequuntur.Verū quod dicebam:oportet enim ad id quod erat propositum reuerti, quādo hæc obiter interiecta sunt,nō simpliciter,neq; temere,sed vt animos vestros aliquantisper refocillarē ex perpetuis contētionibus fatigatos. Age redeam' igitur vnde digressi hęc diximus, demōstremúsq; quòd ea quæ Iudæis erant euēturæ,diuinitus prædicta sunt illis exacte plenéq;. Iam eū duas captiuitates sermo noster demōstrauit illis accidisse, quemadmodum à prophetis erat prædictū, idq; non casu neque præter expectationē. Supereſt vt vbi tertiā adiecerimus, de hac qua nūc tenētur dicam', doceamúsq; perspicue, quòd null' propheta promisit illis futurū,vt vllo pacto ab his malis in quibus nūc sunt,soluātur aut liberentur.Quæ est igit tertia? Quæ facta est sub Antiocho cognomento Illustri. Nā Alexander Macedonū rex,vbi Dariū Persarū regē deuicisset,in sese transtulit imperiū. Hoc autem extincto, quatuor post illum reges successerunt,è quorū vno prognatus Antioch' longo post tempore & templū incēdit,& sancta sanctorum deuastauit,& sacrificia sustulit,& Iudęos subegit, deniq; totam illorū religionem ac ritus destruxit.Et hæc omnia ad vnū vsq; diem exactissime prædicta sunt à Daniele, & quando hęc essent futura, & quomodo,& à quo, & qua ratione, & vbi finē acceptura, & quā tandem mutationē sortitura. Hoc autē euidētius perspicietis vbi visionē ipsā audieritis quā sub similitudinis inuolucro proposuit ꝓpheta,arietis vocabulo designās Dariū regem Persarum: hirci vero Græcorum regem,videlicet Alexandrū Macedonem: quatuor cornua vocat eos, qui post illū extiterunt: postremū cornu ipsum signat Antiochū. Quin præstat ipsam audire visionē. Vidi, inquit, visionem & sedebā in Vbal: (Vbal locum quempiā dicit, Persarū lingua sic illū appellans.) Et sustuli oculos meos & vidi,& ecce aries vnus stās in Vbal,& erāt illi cornua excelsa,& vnū excelsius cęteris,& excelsum illud peruenit vsque ad extrema: & videbā arietē mouentem cornu contra mare,& Boreā,& Notum, & omnes bestiæ nō steterūt in conspectu eius, nec erat qui eriperet de manu illius, & faciebat iuxta voluntatem suam,&magnificatus est,& ego intelligebā. De potētia loquitur Persica,quę peruasit totā terram. Deinde de Alexādro Macedonū rege loquens dicit: Et ecce hircus caprarum venit ab Austro super faciē vniuersæ terræ,& non tangebat terrā,& hirco illi prominebat cornu in medio oculorū ipsius. Deinde narrans congressum Alexandri cū Dario,ciúsque victoriā viribus partam: Venit,inquit,hircus vsque ad arietē habētem cornua,& efferatus est in eū, & percussit arietem,(dicendū est enim cōpendio) & cōtriuit vtrunque cornu illius,nec erat qui eriperet de manu illius. Post hæc narrās mortē Alexandri & quatuor regum successionem,& quū hic inualesceret,inquit, contritum est cornu magnū, & exorta sunt quatuor cornua sub illo,ad quatuor vētos cœli. Hinc trāsiēs deinceps ad Antiochi regnū venit,& declarās quòd ex horum vno sit ort', sic ferè ait: Ex vno prodiit cornu validū, & exaltatū est vehementer supráq; modū ad Notum & Orientē: deinde designans, quòd Iudaicam ditionem funditus destruxit: Post hæc,inquit per eū sacrificium turbatū est delicto. Et factū est, & successit illi prospere,& sanctum desolabitur,& datum est contra sacrificiū peccatum,altari sublato, sanctis conculcatis idolū statuit intus,& hostias immolauit dæmonibus impiis,&proiecta est in terrā iustitia,propter mala quę fecit: Et successit illi prospere. Deinde repetēs denuo hāc eandē quæ sub Antiocho Illustri facta est captiuitatē,excidiumq; ac desolationē templi,etiam ipsum tēpus addidit. Exorsus denuo ab Alexādri regno vsque ad finē libri, commemorās obiter & omnia quæ Ptolemæi & Seleuci cōflictātes inter sese fecerunt,quæq; horū ductores gesserunt,dolos, victorias,exercit',pugnas nauales,prelia pedestria: deinde progressus in Antiochū desinit iterum, dicens, Brachia ex ipso exorientur,& prophanabunt sanctum,& transferent continuationem (Continuationē appellans solēnes & quotidianas victimas) & inferēt in illam abominationē, & eos qui violant testamentum, hoc est prævaricātes Iudæos adducēt in ruinas,fectū habebūt ac transferent, & populus cognoscens deū suum prævalebit: Maccabæorū res significās,quę acciderūt sub Iuda & Simone & Ioāne: & prudētes populi intelligent ad multa, & infirmabuntur in gladio & flamma: nimirū iterum narrans incendium ciuitatis:& in captiuitate & in direptione dierū, & quū infirmati fuerint,adiuuabūtur adiutorio paruo: Significans quòd in mediis illis malis poterūt respirare,& emergere ex afflictionibus,quib' inuoluti sunt. Et adiungētur illis multi in ruinis,& ab intelligentibus infirmabūtur. His autē verbis significat futurū,vt multi etiam stantes cadant. Deinde causam etiā aperit, ob quā permisit deus illos in tātis malis versari. Quæna est ea?vt intēdant,inquit,in illis,& eligant ac dealbēt vsque ad terminū temporis. Propter hæc em, inquit, hæc permisit deus,vt eos repurgaret,ostēderétq; qui essent inter illos probati. Deinde cōmemorans regis illius potentiā,ait,Vt faciat iuxta volūtatem suam, & exaltabitur & magnificabitur. Mox blasphemū illius animū significans addit: Aduersus deum deorum,inquit, loquet superba, & prosperabit donec cōsūmmet iram: declarās q̄ nō ex proprio cōsilio, sed propter irā dei aduersus Iudęos ille sic inualuerit. Tandē vbi dixit quanta mala per alios cōplures facturus esset,tum Aegypto,tū Palæstinæ, quomodo redituru sit,& quo vocante & qua vrgente causa: postea narrat earum rerum cōmutationē: præterea quòd Iudæi posteaquā per hæc omnia pœnas dederint, nāciscētur aliquod auxiliū,misso angelo in illorū subsidium. In tempore eū illo, inquit, exorietur Michael princeps magnus,qui præfectus est filiis populi tui,& erit tēpus afflictionis, quale nō fuit ex quo gentes fuerūt in terra,vsq; ad tēpus illud, & in tēpore illo salua fiet omnis multitudo, quæ reperietur descripta in libro, hoc est qui digni sunt salute. Verū ne nūc quidē adhuc demonstratum est de quo fuit instituta quæstio.

Dan.8.

Dan.8.

Quid

Quid autem hoc est? Videlicet quòd illis etiā tēpora prefinierit in his malis,velut illic,annos quadringentos & postea septuaginta. Videamus igit,an his quoque prefiniat tēpus aliquod. Vbi vero licebit hoc inuenire:In his quæ post hæc dicentur,Quoniā em audierat multa magnáq; mala, ciuitatis incendiū, subuersionem,familiarū captiuitatem, postea desiderat finem illorum discere, & quæ futura sit earū calamitatum commutatio. Percontans autē loquitur hunc in modū: Domine quis est istorū finis? Et dixit,veni huc Daniel,quoniam signati sunt sermones:videlicet recte significans obscuritatem eorum,quæ dicerētur vsq; ad temporis finē. Mox causam aperiēs quare ista permiserit euenire mala,donec eligātur,inquit,&dealbent,& igni examinētur multi, & iniquè agent iniqui,& intelligent omnes impij, & cordati intelligēt. Deinde quanto tempore sint illos contristatura hæc mala prædicens ait,A tempore trāsmutationis endelechismi. Sic autem vocabatur quotidianū sacrificiū. Nam hoc perpetuum est,frequens & continuū. Erat autem mos Iudæis & vesperi & sub aurorā & singulo quoq; die sacrificiū offerre deo. Atq; hac de causa sacrificiū illud endelechismum,id est,assiduitatem siue continuationē vocabant. Itaq; veniēs Antiochus hūc morē sustulit,& immutauit:hoc est quod ait angelus,A tempore transmutationis endelechismi,hoc est à tempore quo cōmutabitur hoc sacrificiū. Sunt autē dies mille ducēti & nonaginta, hoc est, tres anni cum dimidiato,ac paulo amplius. Deinde quòd tū esset futurus horū malorum finis ac terminus, subiicit:Beatus qui sustinuerit, ac peruenerit vsq; ad dies mille trecentos & triginta quinq; Ducenti nonaginta addēs quadraginta quinq;. Quoniā enim in mense & dimidio mensis accidit vt fieret ille conflictus,in quo victoria illa pura facta est, & omnium malorum vrgentium cōmutatio,quum ait:Beatus qui sustinuerit ad dies mille trecentos triginta quinq;,rerum immutationē declarat. Neq; simpliciter dixit q̄ peruenerit,verū quoniā multi eorum qui impietatem perpetrarant viderunt commutationē,non eos simpliciter dixit beatos,sed eos qui testimoniū præbuerāt in diebus afflictionū,nec à pietate desciuerant,ac deinde consequuti sunt relaxationē, nec amplius patiebantur, quæ merito patiebantur qui nō perdurarant in tēpore certaminis ac probationis bonorū ac malorū,vt instabiles in bono,temporariisq; amici reperirētur. Eóq; nō simpliciter dixit,qui peruenerit:sed, qui sustinuerit & peruenerit. Age,quid his esse potest dilucidius? Vides vt non vsq; ad annum vnū, aut mēsem, sed vnum vsq; diem summa cura & captiuitatē & captiuitatis solutionē prędixerit propheta. Atque vt sciatis quòd hæc nō loquor ex cōiecturis, age proferamus & aliū testem eorum quæ dicta sunt, quem illi grauissimum habēt authorem, Iosephum loquor: qui calamitates illorū tragicas descripsit,ac vetus testamentū omne veluti paraphrasi fusius explicauit: qui fuit post Christi aduentū, & captiuitatem à prophetis prædictā commemorans, de hac quoque diserūit,Danielis visionē enarrans, de ariete, de hirco, de quatuor cornib',de postremo post illa exorto. Et ne quis habeat suspecta quæ à nobis dicta fuerint,Age referamus & illius verba. Quū enim laudasset Danielem, supráq; modum extulisset, cæteris omnibus prophetis anteponens, ad hanc venit visionē,ac dicit: Reliquit autem nobis suorū scriptorū monumēta: vnde nobis huius prophetiæ exactā & inequitabilē certitudinē præstitit. Ait enim, Susis,quę Persidis est metropolis, quum exisset in campum cū sociis suis, subito terrę motu cōcussionéq; oborta, deprehēsum fuisse solum fugientibus cæteris:& ipse quidē turbatus pronus in faciē concidit innixus ambabus manibus:dein vbi quispiā tangeret eum interea,iuberétq; surgere ac videre quę post multas ętates ciuib' essent euentura, erecto monstratum ait fuisse arietē ingentem,cui multa quidem enata sunt cornua,sed horum postremū excelsius fuisse cęteris. Deinde sustulisse oculos ad occasum,vidisseq; hircum,qui per aērē impetu ferebatur. Hunc cōgressum fuisse cum ariete, & cornibus inuolutum bis eum in terrā deiecisse, conculcasséq;. Atque hircū fuisse visum excelsiorē,è frōte producentē cornu maximum, non adglutinatum, sed agnatum. Quatuor autē ad singulos obuersa ventos;ex his aliud minus exortū fuisse scripsit, quod increuit. Dicebat autē qui illi hæc ostendebat deus, futurum vt gēs ipsius bellū ageret, ac ciuitatem vi subuerteret,templū confunderet,sacra prohiberet:futurum autē ad dies mille ducētos nonaginta. Hęc quidem vidit in campo iuxta Susas Daniēl quæ scripsit. Declarat autē q̄ deus exposuerit quid sibi vellēt quę per visū apparuerāt,videlicet q̄ aries indicaret regna Persarum ac Medorū,cornua vero reges futuros,extremū autem ac postremò natum regem esse,qui hos omnes præcessurus esset tū opibus tum gloria. Cæterum hircus significabat & ex Græcis oriturū regem, qui bis congressus cū Persa prælio superaret, ablaturus vniuersum illius principatum. Significatū autem fuisse per magnū cornu,quod erat in frōte hirci, primum regem,& quatuor illorū exortum. Excisō autē illo significari, iuxta quatuor cornua singulorū successorum exortum post mortē primi regis, foréq; vt regnū illius inter multos diuideretur, quandoquidē primus ille nec filios nec fratres esset habitur', eósq; plurib' annis regnaturos in orbe terratū. Ex his rursus exoriturum regem quendā qui expugnaturus esset & leges illius gentis,& religionē ac ritus sublaturus, tum sacrilegio spoliaturus templū, ac per triennū vetiturus fieri sacra. Hæc sanè iam euenerūt omnia. Passi sunt ista Iudæi ab Antiocho, cui cognomē Illustri,sicut Daniēl multis ante annis prędixerat,scripsitq; euētura. Age q̄d his possit esse euidētius? Nunc tēpus est,nisi videmur esse molesti, vt ad id q̄d quærebatur reuertamur,cuius gratia hanc prę̄sentem captiuitatem ac seruitutē, reliquáq; omnia hodie mouimus. Agedum igitur nunc vigilantibus animis auscultate. Non em̄ nobis de rebus vulgaribus certamē est. Absurdū enim fuerit alios in certaminib' Olympiacis quotidie à medio noctis vsq; ad meridiē perdurare expectātes vt videant, cui cessura sit corona, nudóq; capite excipere solis radios,nec pri' abscedere q̄ de certamine fuerit pronūciatū: nos vero nunc quū certamē sit nō de tali corona,sed de corona immortali,defatigari ac tędio affici. Itaq; q̄ tres captiuitates prędictę fuerint antequā acciderēt,vna quę annos habebat quadringētos,altera septuaginta, tertia tres ac dimidiatū, hactenus satis est nobis demōstratū. Age supereſt vt & de hac loquamur. Quod autem de hac vaticinat' sit propheta, rursus eundē Iosephū adducamus testē, q̄ rēs Iudaicas optime nouit. Postq̄ em̄ illa dixerat,audi quid post subiiciat: Eodē autem, inquit, modo Daniēl & de Romanorum principatu scripsit,

Iudaicæ antiquitatis l.8. ca.14.

Dan.11.

Universidad de Deusto Biblioteca

scripsit,quódq; ab illis tollēda esset Hierosolyma,ac desolandum templū. Tu vero illud mihi considera, quòd tametsi Iudæus esset Iosephus,tamē veritus est vestram imitari peruicaciā. Etenim quū dixisset subuertendam esse Hierosolymā, non ausus est addere quòd esset restituenda, neque tempus aliquod certū præscribere:sed quoniā sciebat,prophetam non prefinisse tempus, quanquā superius enarrans Antiochi victoriam ac desolationem, & dies & annos expresserat,quantumq; temporis esset duratura,de victoria Romanorū nihil istiusmodi loquutus est: tātum hoc scripsit, quòd esset in solitudinem redigenda Hierosolyma,templumque diruendum.Cęterū quòd esset aliquando venturus finis desolationis, non addit, eo quòd videret ne prophetā quidē hæc addidisse.Hęc autem omnia, vt ait, Christo monstrante conscripta reliquit:vt qui legerint,& euenisse conspexerint,Daniëlem admirentur ob honorē illi à deo habitū. Vbi igitur dixerit Daniël, fore vt templū redigeretur in solitudinē,nos deinceps cōsideremus. Nam vbi precationē illā in sacco & cinere perfecerat, venit ad eū *Danie. 9.* Gabriel,& ait:Septuaginta hebdomades abbreuiatę sunt super populū tuū & super ciuitatē sanctā. Ecce hic,inquit aliquis,& tempus expressum est.Tēpus,nō captiuitatis, sed post quantū temporis esset reditura captiuitas.Possumus & aliud tempus dicere, quādiu esset duratura captiuitas,rursum tēpus post quòd esset ventura.Septuaginta,inquit,hebdomades abbreuiatæ sunt super populū:non ait,super populū tuum, nō super populū meū.Atqui propheta dixerat,ostēde faciē tuā super populum tuū, sed deus illum posthac pro alieno ducit,propter futurā audaciā.Mox & causam exprimit:donec inueterascat delictū,& consumment̄ peccata.Quid est hoc,donec cōsummētur peccata?Multa,inquit,peccant,sed malorū finis tunc erit,quum dominū suū occiderint.& hoc dixit Christus: *Matt. 23.* Implete mensuram patrum vestrorū.Seruos occidistis, addite & herilem sanguinē. Vide quomodo concordāt sentētiæ.Christus dixit,implete:Propheta ait,cōsummetur delictū,& signētur peccata. Quid enim est,signentur?ne quid præterea reliquum fiat,& adducat iustitiā sempiternā. Quid est autem æterna iustitia, nisi quæ à Christo data est? Et donec ꝓpheta quoq; signet visionē & inungatur sanctus sanctorum:hoc est,Sistere oportet posthac prophetias:hoc enim est signare,sistere vnctionē,sistere visionē.Ideo *Luc. 16.* Christ⁹ dixit:Lex & prophetæ vsq; ad Ioannē.Vides vt hęc omnino minentur desolationē,ac scelerū malefactorumq; vindictā?Non enim indulturum se,sed incubiturum peccatis illorū,minatur deus. Quando tandem hoc factū est?quando prorsus sublatæ,quando vnctio sic est sublata, vt nunquā sit reditura? Et si nos sileam⁹,ipsi lapides clamabūt,adeò manifesta est ipsa rerum vox, nec enim possunt aliud tempus proferre,quo hęc gesta sunt,quàm hoc longū ac magnū, sed maius etiam futurū.Post hæc exactius etiā de his loquēs ait,Et cognosces & intelliges ab exitu sermonum,vt respondeas,vtq; ędificetur Hierusalē, donec regnet Christus,Hebdomades septem,& hebdomades sexaginta duę.Hic mihi diligenter auscultate, nā est totius quæstionis cardo:hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duę,conficiūt annos quadringentos octoginta tres.Nec enim hic dicit hebdomadas dierū aut mensium, sed annorum. Nam à Cyro vsque ad Antiochū qui dictus est Illustris,& captiuitatem illā,sunt anni trecēti nonaginta quatuor. Itaq; declarans quòd nō de captiuitate sentiat,quę fuit sub Pompeio,Vespasiano & Tito,vlterius profert tēpus: mox docens nos, vnde oporteat supputare, demonstrat non esse numerandū à die reditus.Sed vnde tandem?Ab exitu sermonum,vt respōdeas,& ædificetur Hierusalē. At nō fuit extructa sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomēto Longimano.Post descensum enim rursum ascēdit Cābyses,deinde Magi, post hos Darius Hystaspæ filius, deinceps Xerxes Darij filius, post hunc Artabanes,post Artabanē Artaxerxes Lōgimanus imperauit Persidi. Et dum hic regnū obtineret,anno vigesimo regni illi⁹ Neemias reuersus ciuitatem instaurauit, & hæc Esdras accuratissime descripsit. *1. Esd. 2.* Nos igitur hinc quadringētos octoginta annos numeremus,&haud dubie veniemus ad hāc subuersionē.Eóq; dicit: *Danie. 9.* Aedificatur platea & murorum ambitus.Quū igitur,vt ait,restituta fuerit,suumq; statū receperit,ex hoc supputa hebdomadas septuaginta:vide hanc captiuitatem nondū sortitam finē esse. Atque hoc ipsum euidētius etiam aperiēs,quòd mala quibus nunc tenentur,non sunt habitura finem, ad hunc ferme modum loquitur:Post hebdomadas autem septuaginta abolebitur vnctio, & iudicium non erit in ea,& ciuitatem & sanctum perdet,cum eo qui præcedit & venturus est:& concidentur tanquam in diluuio,neque supererunt reliquiæ,neque radix quæ repullulet,& vsque ad finem belli abbreuiati internecionibus.Rursus loquēs de hac captiutate dicit:Tolletur sacrificiū & libamen,ac præterea,super templū abominatio desolationis, cōsummatio dabit̄ ad desolationē. Heus Iudęe audis consummationē, quid adhuc superest quod expectes?Rursus post hęc.quid autē est,post hæc? hoc est, pręter hęc quę dicta sunt, post sacrificiorū & libaminis sublationē & aliud maius accedet malum.Quodnam hoc dicis?Super templum abominationis. Hieron enim vocat templum, abominationē autē desolationis vocat statuam quā collocauit in templo,is qui ceperat ciuitatē.Et vsque ad consummationem,inquit,desolationis. Quam ob rem dicit Christus,qui iuxta carnē fuit posterior Antiocho Illustri,vaticinās imminens vrbis excidiū, ac declarās q; de hac prędixerit Daniël: *Matt. 24.* Quum, inquit, videritis abominationē desolationis, de qua loquutus est Daniël propheta,stantē in loco sancto,qui legit intelligat. Quoniā enim omne simulachrū & hominis effigies apud Iudæos appellabat̄ abominatio, recte significans statuā illam,simul aperuit & quo tēpore,& simul quo rege captiuitas esset vētura.Quòd autē de Romanis hęc dicta sunt,& ipse Ioseph⁹,quēadmodū ante docuimus,asseuerauit. Quid igitur vobis reliquum est quod loquamini? Quū reliquas captiuitates prædicunt prophetæ, certum & præfinitū tempus expresserunt: in hoc nullū tempus prefiniūt, quin potius contrariū addunt,videlicet captiuitatem vsque ad consummationem duraturam.Porrò quòd hactenus dicta vana non sint, age à rebus etiam ipsis exhibeamus testimoniū.Nam si Iudęi nunquam tentassent ædificare templū, dicere poterant: Si voluissemus aggredi templi instaurationē, omnino potuissemus,& perfecissemus. Nunc autē res ipsa demonstrat eos nō semel aut bis,sed ter aggressos,& impetū fecisse, nō aliter quàm fit in certaminibus Olympiacis,vt nulli dubiū esse possit,quin ecclesię sit victoria. Qui enim igitur hoc aggressi sunt? Nimirum illi qui

semper

sēper resistūt spiritui sancto,q; res nouas moliūtur, q; seditiōes cōcitāt.Post deuastationē quę facta fuit sub Vespasiano ac Tito,sub Adriano mota seditione conati sunt pristinam rempublicā instaurare,haudquaq̄ intelligentes quòd arbitrio dei bellū gereretur,iubētis in perpetuum eam ciuitatē deuastari. Porrò deo bellāte superare impossibile est. Impetu igit̄ facto in Cæsarem,rursus eū adegerūt, vt funditus deleret ciuitatem,deuictis ac subactis illis:omnibusq; reliquiis abolitis,ne in posterū possēt impudēter agere,statuā suam in loco collocauit.Deinde sciēs futurum vt illa tempore collaberetur,quo illius victoriæ notam immedicabilem inureret,& illius impudētiæ monumētum, nomen suum ciuitatis ruinis imposuit. Quoniā eū ipse dicebat̄ Aelius Adrianus,ideo & ciuitati nomē Aeliæ iussit imponi,inde & Aelia dicit̄ in hodiernum vsq; diē,cognomine euictoris & euersoris. *Hierosolyma dicta Aelia.* Post hunc sub Constantino rursus eadē aggressi sunt. At ille amputatis illorū auriculis,ac rebellionis signo impresso corpori illorū,per omnia loca circūferebat illos,ceu fugitiua mancipia ac verberones,corporibus mutilatis cōspicuos illos faciens omnibus,ac eos qui per omnes regiones erant sparsi,erudiēs,ne in posterum eadē conarētur.Sed hæc,inquient,prisca & obsoleta. Imò hoc potius notū est etiā iis qui inter vos sunt seniores.Quiddam etiam dicturus sum,valde iuuenibus clarum ac perspicuum. Non enim gestū est sub Adriano aut Constātino,sed sub imperatore qui fuit ętate nostra ante annos viginti. Etenim cū Iulianus q; imperatores omnes superauit impietate,vocaret illos ad sacrificandū idolis, & ad suam impietatē pertrahere conaret̄,ac mox obiiceret illis priscū culturæ ritū,dicēs: A vestris maioribus deus hoc modo cultus est,etiā nolentes tum fatebantur hæc quæ nos nunc demōstrauimus, quòd fas non esset extra ciuitatem immolare victimas:sed totam,inquiebāt, religionē violāt,quicunq; sacrificāt in terra aliena. Proinde si vis nos videre sacrificātes,redde nobis ciuitatē,restitue tēplū,exhibe nobis sancta sanctorū,colloca aram, & sacrificabimus nūc quemadmodū olim. Nec puduit sceleratos & effrōtes hæc poscere à viro impio paganóq;,& impuras manus vocare ad extructionem sanctorū:nec intelligebant se conari impossibilia,neq; perpendebāt,quòd si homo illa demolitus esset,potuisset homo illis ea restituere. Verū quū deus esset qui ciuitatē illorū subuerterat,fieri nequaquam potuit,vt quę deus decreuerat,vnquam verteret humana potētia.Nā quæ deus sanctus,inquit, statuit,quis dissipabit?ac manum illius excelsam quis auertet?Sicut eū quæcunq; ille stabilierit, voluerítq; manere,nullus homo potest demoliri, ita quæcunq; destruxerit, voluerítq; manere diruta, nemo poterit instaurare.Verū esto sanè,templum reddiderit,aram prorsus erexerit,quēadmodū vos frustra potuisse fieri suspicamini:nū & ignē cœlestem è sublimi poterat vobis demittere? qui si defuisset, impiū & impurum fuisset sacrificiū. Ob hoc enim perierunt filij Aaron, quòd ignē alienū induxerint. Nihilominus ad omnia obcæcati,obsecrabant ac supplicabāt, vt cū ipsis susciperet & aggrederetur instaurationē templi. At is q; & pecunias impēdit, & pręfectis dedit negociū, viros primates & artifices vndiquaq; accersi iussit,nihil nō fecit, nihil nō tētauit, paulatim ac sensim hoc agens,sperānsq; futurum, vt si posset illos ad sacrificandū inducere,facile illos reuocaret ad cultus simulacrorum.Simul & illud fore sperabat insanus ille ac vecors,vt Christi sententiā frustraretur, quæ non patitur templū illud instaurari. Verum is qui comprehendit sapiētes in ipsorū astutia, protinus ipsis factis declarauit illi,quòd dei decretū omnibus est potentius,quódq; valida sunt opera sermonū dei. Nam simul atq; tentassent hunc impiū conatū, cœpissentq; nudare fundamēta, multámq; terrā exhausissent, restarétq; vt iā structurā aggrederentur:protinus ignis exiliens è fundamentis exussit multos, & intēpestiuā pertinaciam interrupit. Hæc vbi resciuit imperator, quanquā tanta vesania deditus erat illi negocio, veritus tamē ne vltra progressus in suū ipsi⁹ caput ignē accerseret,destitit,extinctus cum tota gēte. Et nūc si redeas Hierosolymā, conspicies nuda fundamenta: quòd si causam quęras,haud aliam quàm hāc audies. Huius rei nos omnes testes sumus.Nostra enim ętate hæc non ita pridē acciderunt. Iam considera victoriam insignē.Non hoc accidit sub piis Cæsaribus,ne quid dicere possint, quòd Christiani superueniētes opus perfici vetuerūt,sed tum quum res nostræ afflictæ,quum omnes de vita periclitaremur, quū omnis libertas esset sublata,quum floreret paganismus,quū fideles alij quidē in ędibus suis latitabāt, alij vero in solitudines demigrarunt,forásq; fugerant,tum demū hæc acciderunt, ne qua istis vel impudēs reliqua fieret occasio tergiuersandi.Etiámne adhuc dubitas Iudæe, quū perspicias & ex Christi prædictione, & ex prophetarū vaticiniis, & ex ipsarum rerum demonstratione testimoniū aduersus te confirmatum? Verū nihil mirū est.Istiusmodi quippe fuit tua natio, ab initio effrons & peruicax,sempérq; rebus euidētibus repugnare solita. Vultis vt & alios prophetas in vos armemus,q; hoc ipsum aperte dicūt,futurū quòd vestra ditio, vestráq; religio finē esset sortitura: nostra contrà effloritura, totóq; terrarū orbe proroganda, Christi præconiū, aliudq; sacrificiorum genus inducēdū,iis quæ apud vos fuerūt,abrogatis?Audi Malachiam qui cæteris prophetis fuit posterior:nondū enim Esaiæ aut Hieremiæ produco testimoniū,neque cuiusquam aliorū qui præcesserunt captiuitatis tempus,ne dicere possis quòd hęc mala quæ prædixerūt, acciderūt in captiuitate: sed adduco prophetā q; fuit post reditū è Babylone, ac post ciuitatis instaurationem,deq; rebus nostris aperte vaticinatus est. Etenī posteaquā redissent,ac restituta ciuitate tēplū extruxissent, hanc præsentē desolationē narrans,futurāq; sacrificiorū sublationē,hoc fermè pacto sub persona dei loquit̄ Malachias, *Malac. 1.* Accipiā facies vestras,dicit dominus omnipotēs,quoniā ab ortu solis vsq; ad occasum, nomen meum glorificatū est inter gentes, & in omni loco sacrificiū offertur nomini meo, & sacrificium purum.Vos autem prophanastis illud.Quando hæc euenerunt Iudæe?Quādo in omni loco incēsum oblatū est deo? Quando sacrificiū purum? Non possis aliud proferre tēpus,q̄ hoc,posteaquam Christus aduenit.Quod nisi de hoc tēpore prędixit,nisi de nostro sacrificio vaticinatus est, sed de Iudaico, etiā legi repugnat prophetia. Nam cū Moses vetet vllo alio in loco sacrificiū fieri, præterquā in eo quem elegit dominus deus,cumq; ille in vnum locum sacrificia illa concluserit:nimirū propheta dicens, quòd in omni loco incēsum adolendū sit, ac sacrificiū purū, aduersatur ac repugnat Mosi. Verū nulla est inter illos pugna,neq; dissensio.Ille de alio locutus est sacrificio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficio,& hic de alio post vaticinatus est. Vnde hoc declaratur? Tum ex his quæ dicta sunt, tũ ex aliis plurimis signis. Ac primũ ex ipso loco. Non enim in vna ciuitate, quẽadmodũ sub Iudæis, sed ab exortu solis vsq; ad occasum prędixit hãc culturã esse celebrãdã. Præterea ex sacrificij modo, siquidẽ purum illud appellãs, declarauit de qua loqueretur. Deniq; à personis offerentiũ. Nõ em̃ dixit, in Israël, sed in gentibus. Ac ne putares quòd in vna duabúsve aut tribus ciuitatibus hoc culturę genus instaurandũ esset, nõ simpliciter dixit in omni loco, sed ab ortu solis vsque ad occasum: demonstrãs q̃ quantũ terræ sol aspicit, tantundem Euangeliũ esset occupaturũ. Purum autẽ dicit sacrificium, quasi prius illud fuisset impurum, non quidem suapte natura, sed iuxta voluntatẽ offerentiũ. & ideo dixit: Incẽsum abominatio est mihi. Quãquam & alioqui si quis ipsum hoc sacrificiũ conferat cũ illo, ingẽs immensumq; discrimẽ inueniet, vt iuxta comparationis rationem solũ hoc purum dici mereatur. Quodq; de lege & gratia dixit Paul⁹, ne glorificatũ quidem fuit, quod erat glorificatum, propter eminentem gloriã: idem & hic iure dixerimus, videlicet quòd hoc sacrificium cũ illo collatũ solum dici debeat purum. Non enim per fumum ac nidorem, non per sanguinẽ ac redẽptionis precia, sed per spiritus gratiam offertur. Audi igitur & alium prophetã hoc idem prædicentem, quòd dei cultus non circumscribẽdus esset loco, sed ipsum omnes deinceps homines essent laudaturi. Sophonias autem ad hunc ferme modũ loquitur, Illucesceat dominus super omnes gentes, & abolebit omnes deos gentiũ, & adorabunt illũ è suo quisq; loco. Atqui non dixit hoc Moses, sed vno in loco sacrificari iussit. Cũ igitur audias prophetas hoc dicentes ac vaticinantes, quòd nõ in vnam ciuitatem, neq; in vnum locũ compellẽdi sint homines, sed q̃ę quisq; domi sedens culturus deum, quod aliud possis afferre tẽpus q̃ hoc præsens? Audi sanè quo pacto & euangelia & apostoli cũ prophetia concordẽt. Hic dixit, Illucescet dominus: Apostolus ait, Illuxit gratia dei salutaris. Hic, inquit, super gẽtes: Ille, super omnes homines. Hic dixit, Abolebit deos gentium: Ille erudiens nos, vt abnegantes impietatẽ ac mũdanas concupiscẽtias, sobrie & iuste & pie viuamus. Rursum Christ⁹ Samaritanæ dixit: Crede mihi mulier, quòd venturum est tempus, quando nec in mõte hoc, nec Hierosolymis adorabitis patrem. Spiritus est deus, & qui eum adorãt, in spiritu & veritate oportet adorare. Hæc autẽ dicebat, simul & necessitatem tollẽs obseruãdi loci, & culturę sublimius magisq; spirituale genus inducẽs. Ex his igit̃ rursum poterat demonstrari, quòd posthac neq; sacrificia, neq; sacerdotium, neq; regnum apud Iudæos futurum sit. Nam per vrbis euersionem hæc omnia potissimũ semel probata sunt: attamẽ poteramus & alios prophetas allegare, qui hoc expresse loquũtur: sed video vos orationis lõgitudine fatigatos, vereorq; ne frustra temeréq; videar esse molestus. Quapropter polliceor me hæc alio tẽpore absoluturũ. Illud interim rogabo vos, vt fratres vestros seruetis, ab errore reuocetis, ad veritatẽ reducatis. Nihil enim profuerit audisse, nisi facta demonstrẽtur, quę cum dictis consentiant. Etenim quæ dicta sunt, non propter nos dicta sunt, sed propter infirmos, vt illi postquã hæc à vobis didicerint, & à praua consuetudine fuerint liberati, syncerũ & germanũ præstent Christianismũ, fugiántq; pra-

Sopho.2.

Tit.2.

Ioan.4.

uas Iudæorũ synagogas, siue quæ fiunt in ciuitate, siue in suburbiis, speluncas latronũ, dæmonum habitacula. Proinde ne deseratis illorũ salutem, sed omnia facientes, nihil nõ tentantes, ægrotos reducite ad Christũ, vt & in hoc seculo, & in futura vita recipiamus præmiũ benefactis nostris longe maius: Gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, qui cũ & per quem patri gloria vnà cum spiritu sancto nũc & semper & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM ORATIO TERTIA, QVVM superiori die prolixius disseruisset aduersus Iudæos, atque hinc raucedinem vocis contraxisset, hanc deinceps orationem habuit.

BEstiæ donec in syluis pascunt, & ab hominibus negliguntur, mitiores sunt, minúsq; sæuæ. Verũ vbi venatores eas captas in ciuitates adduxerint, atq; inclusas extimularint, vt pugnẽt cum iis qui bestiis obiiciuntur, protinus irruentes vbi carnem degustauerunt, & sanguinẽ humanum bibẽrũt, postea nõ facile abstinẽt à talibus epulis, sed multa cum auiditate ad eandẽ decurrunt mensam. Hoc sanè & nobis vsu venit: quoniã nunc cum Iudæis pugnã suscepimus, & impetu aduersus illorũ impudẽtes cõtradictiones facto, rationes illorũ subuertim⁹, omnẽq; celsitudinẽ erigentẽ sese aduersus cognitionem dei, & cogitationes captiuas duximus ad parendum Christo, maior etiã nos cepit aduersus illos bellandi cupiditas. Sed quid faciã? Videtis mihi vocem factã imbecilliorẽ, idémq; mihi nũc accidere, quasi si quis miles concisis aliquot ex hostibus, magnóq; animo impressione facta in hostiũ condensatam aciem, pluribus prostratis, mox fracto gladio consternatus ad suos sese referat. Quin poti⁹ quod nobis accidit, periculosius est. Nam militi qui fregit gladium, licet ab alio quopiam astantium ensem eripere, suúmque animum exerere, multámq; strenuitatẽ ostendere. Cæterum si vox laboret, non licet ab alio vocem mutuo sumere. Quid igitur? suffugiemus & nos? At non permittit hoc vestrę charitatis tyrannis ac violentia. Vereor & patris præsentiam, & vestram reuereor promptitudinẽ. Proíde conabor & ea quę supra vires meas sunt. Omnia cõmittemus & precib⁹ huius, & charitati vestræ. Ne vero vestrum quispiã reprehendat orationem, velut intempestiuã, si cum martyres vos hodie vocent, nos supersedentes illorũ exponere certamina, aduersus Iudæos exuimur. Nã & ipsis martyribus hic sermo est exoptatior. Ex nostris em̃ laudationibus nihil illis splẽdoris accresceret. Quid enim egeãt linguis nostris, quorum certamina superãt naturã humanam, quorũ præmia vim ingenij nostri vincunt? Deriserunt hanc vitam, conculcarunt carnificinas ac tormenta, despexerunt mortem, ad cœlũ euolarunt, erepti sunt è fluctibus rerum humanarũ, in tranquillũ enauigauerunt portũ, haudquaq̃ aurum argentúmve, aut vestes preciosas, sed thesauros quos nemo potest eripere importãtes, tolerãtiã fortitudinẽ & charitatẽ. Nunc in Pauli chorũ peruenerunt, ante coronas suas expectatione coronarũ alacres ac gestiẽtes, eo quòd iã de futuro incerti esse desierunt. Quid igit̃ istis opus sit oratione nostra? Hoc igit̃ argumentũ illis gratius. Ex nostris enim laudationibus, quẽadmodũ antea cœperã dicere, nihil illorũ glorię accesserit. Cæterũ ex nostris aduersus Iudæos cõflictationibus multũ illis adiungetur gaudij, & libenter auscultaturi sunt maxime sermones eos q̃ pro gloria dei dicũtur.

Iudæi

Iudæi in primis inuisos habẽt martyres, quandoquidem ab illis crucifixũ maxime diligunt. Nam isti di-
Matt.17. cebãt: Sanguis eius super nos & super filios nostros: illi vero sanguinẽ propriũ effuderũt eius amore quẽ illi occiderunt. Hos igitur sermones libenter audiẽt. Ergo quòd si hæc Iudæorũ seruitus finẽ esset habitura, hoc quoq; prędicturi fuerint prophetę, & nequaq̃ filẽtio prætericturi, satis declarauimus: posteaquã docuimus oẽs captiuitates, vt à prophetis prędictæ fuerant, in illos venisse, primũ in Aegypto, deinde in Babylone, tertiã sub Antiocho illustri. Domõstrauimus enim harũ vnicuiq; & locum & tempus fuisse prædictũ in sacris literis. Huic vero prẽsenti nullus propheta præfiniuit tẽpus. Verũ quòd esset vẽtura, omniaq; desolatura, ditionẽ insuper & religionem trãslatura, quantoq; tempore post reditũ è Babylone ventura, prædixit Daniel. Cęterũ q̃ sit habitura finẽ, quódq; aliquãdo sistenda sint ista mala, nec ille patefecit, nec quisquã aliorũ prophetarũ. Quin cõtrà magis prędixit, quòd ad finẽ vsq; duratura esset hęc seruit⁹. Attestatur his quæ diximus, & ipsum tẽpus, quod iã tantũ peractũ est, nec vllũ initiũ ad hunc vsq; diẽ bonę cõmutationis ostẽdit, idq; cũ crebro iam conati sint instaurare tẽplũ. Nã semel & iterũ ac tertio sub Adriano, sub Constãtinuo, sub Iuliano conat⁹ illorũ interruptus est. Primum quidẽ à militibus, rursus ab igni promicante è fundamentis, & illorũ importunã peruicaciam coẽrcente. Iam vero lubẽs illos rogauerim, qua de causa cum tantũ temporis in Aegypto versati receperint statũ suæ ciuitatis, ac rursus abducti in Babylonẽ redierint Hierosolymã, tertio sub Antiocho tam multa passi mala, ad pristinũ reuersi sint statum, ac denuo sacrificia, altare, sancta sanctorũ, breuiter omnia cũ pristina receperint dignitate, nunc nihil simile factum fuerit, verum quum centũ anni, imò bis tantũ, imò ter, imò quater tantũ, multóq; amplius annorũ præterierit (nã hic quingentesimus ex eo tẽpore agitur annus) ne significationem quidem vllam eius mutationis videm⁹ alicũde apparere, sed res illis funditus collapsas, ac ne per somnium quidem vllam spem eis ostẽdi, quemadmodũ prius. Eteṁ si peccata sua obiicerent, dicentes: Quoniã peccauimus deo, offendimúsq;, ideo nõ recipimus nostrã regionẽ, & si qui prius cum à prophetis accusarentur assidue, nõ erubescebãt, atq; illis atrociter exprobrãtibus homicidia negabant, iidẽ nunc confiterẽtur damnarẽntq; propria peccata: lubens deintegro vnũquenq; illorũ interrogauerim, ob quę tandẽ peccata ô Iudęe, extra Hierosolymã agis tanto tẽpore? Et quid istuc nouũ est aut mirũ? Non enim nunc tantũ in peccatis viuitis, prius in iustitia rectéq; factis soliti viuere. Nónne iam olim ab initio in innumerabilib⁹ peccatis versabamini? an non innumera reprehendit in vobis Ezechiel ,,ppheta, cum inductis duabus meretricib⁹ Oolla & Oolliba, loquitur hunc in modũ, Lupanar ædificatũ est in Aegypto, & insanistis in Barbaros, & alienos deos coluistis. Quid porrò? quũ mare finderetur, quũ petræ rumperẽtur, quum tot miracula fierẽt in deserto, nónne vitulũ adorastis? Nónne Mosem nunc lapidib⁹ impetẽtes, nũc aliis atq; aliis modis frequẽter conati estis occidere? Nónne adhuc perseuerabatis blasphemias iacientes in deũ? Nónne Beelphegor immolastis? nónne filios vestros ac filias sacrificastis dęmoniis? nónne omne peccatorũ gen⁹ perpetrastis? nónne ,,ppheta vobis sub persona dei loquitur, Quadraginta annos infensus fui generationi huic, & dixi *Psal.94.* semper errãt corde? Qui fieri potuit, vt tum vos non auersaretur deus, sed post mactationẽ filiorum, post tantã improbitatẽ, post ineffabilẽ ingratitudinẽ, etiã prophetã apud vos esse passus est, magnũ illum Mosem, signáq; edidit miranda ac prodigiosa, quæq; sub alio mortaliũ nemine facta sunt? Hæc inter vos contigerunt, nebula sup vos testudinis vice porrecta, columna tedę loco vos pręcedẽte, hostibus vobis vltrò cedentibus, ciuitatibus sola propemodũ voce captis. non armis vobis opus erat, non acie, nõ pugna, tantũ insonuistis tuba, & vltro mœnia corruerũt. Suppeditatus est vobis nou⁹ quidã & inauditus cõmeatus, de quo clamat Propheta, dicẽs: Panẽ cœli dedit eis, pa- *Psal.77.* nem angelorũ comedit homo. Quibus igitur de causis, dicite mihi, tunc ásperna ntes deũ, simulachris immolantes, liberos mactãtes, prophetas lapidibus obruentes, aliáq; innumera scelera perpetrãtes, tantam beneuolentiam estis consequuti, tantã à deo prouidentiam? Nunc vero cũ nec idola colatis, nec liberos occidatis, nec ,,pphetas lapidetis, in perpetua degitis captiuitate? Num enim tũ alius erat deus quàm nunc est? An non idẽ est qui tũ illa gubernabat, & qui nũc quæ fiunt operatur? Quid igitur in causã fuit, vt quũ grauioribus peccatis abũdaretis, vberior fuerit erga vos dei beneficentia: nũc vero quũ leuiora peccetis, prorsus vos auersetur, perpetuęq; tradiderit ignominię? Etenim si vos nũc ob scelera reiicit, multo magis hoc tunc conueniebat facere. Quòd si tunc vos sustinuit impie viuentes, nũc multo magis oportebat sustinere, quum nihil simile committatis. Quam ob rẽ igit̃ nõ sustinuit? Si vos pudet causam dicere, ego dilucide profitebor, imò potius nõ ego, sed ipsa rerum veritas loquitur. Posteaquã Christũ occidistis, posteaquam in dominũ iniecistis manus, posteaquã sanguinem illũ precioſum effudistis: propterea non est vobis reliqua corrigẽdi spes, neq; venia, neq; purgatio. Tum enim. quę per audaciam perpetrastis, in seruos perpetrastis, in Mosem, in Esaiã, in Hieremiam. Tum tametsi impietas aliqua cõmittebatur: tamẽ audacia nondum processerat vsq; ad malorum caput. Nunc autem omnia veterũ facinora vestris sceleribus occultastis, nec vobis vllũ reliquistis locũ atrociora committendi, ob insaniã qua debacchati estis in Christũ: eóq; nunc grauiores luitis pœnas. Eteṁ si hæc nõ est causa vestrę reiectionis qua nunc tenemini, quare deus vester tũ vos occidẽtes liberos vestros tolerauit, nunc autẽ à talibus abstinentes auersatur? Siquidem occiso Christo maius grauiúsq; scelus cõmisistis, quàm si mactassetis liberos. Agedũ igitur dicite mihi, etiámne posthac sustinebitis illum vocare impostorẽ ac legis transgressorẽ, ac nõ potius aliquò discedentes, vosipsos occultabitis, qui corã oculis obtueamini tam manifestã & euidẽtem veritatem? Et-enim si impostor erat Iesus, quemadmodũ dicitis, legisq; transgressor, par erat vt hanc etiam laudem fer-
Ezech.23. retis, qui talẽ occideritis. Nam si Phinees vnico tanretum perempto homine, totã numinis iram aduersus populum exardescentẽ sedauit (Stetit enim, inquit, *Psal.105.* Phinees, & placauit & cessauit quassatio) támq; multos homines eripuit ab ira diuina vni⁹ hominis cędem: multo magis hęc vobis oportuit accidere, si legis trãsgressor erat quẽ vos crucifixistis. Quur igitur, quęso, Phinees, viro legis transgressore petẽpto, iustus habitus est, & sacerdotio honoratus? Vos autẽ quum in crucem

Universidad de Deusto
Biblioteca

crucē egeritis virū impostorē, vt dicitis, deoq; aduersantem: qui fit vt nō solū nō feratis laudē & honorē, verū etiā acerbiora passi sitis, quàm tum cū filios vestros mactaretis? An non istud perspicuū est etiā vehemēter tardis & hebetibus, quòd posteaquā aduersus seruatorē ac principē orbis impie egistis, talis vindicta de vobis sumpta sit? Et nūc sanè abstinetis à nefario sanguine, & sabbatis, tū vero ipsum etiā sabbati
Hier.17. diē violabatis. At ecce de⁹ p Hieremiā iussit parci ciuitati vestrę, si desisteretis gestare onera sabbato. Sed hoc nūc facitis, neq; tollitis onera sabbato, attamē ne sic quidē vobis reconciliatur ille. Nam peccatū illud vestrum omniū erat maximū, vt ista vobis excusatio de peccatis, superuacanea sit. Non eñ ob cætera vitę cōmissa, sed ꝓpter illud facinus estis in istis calamitatibus. Quod ni sic haberet, de⁹ haud vos fuisset ad istū modum auersatus, etiamsi innumera alia peccata cōmisissetis. Id quū perspicuū sit ex omnibus quę dicta sunt, ex hoc quod dicturus sum, erit dilucidius. Quid autē est hoc? Audimus deū crebro per prophetas dicentē maioribus nostris, Vos quidē eratis digni malis innumeris, at ego non facio propter nomē meum, ne prophanetur inter gentes. Nō propter vos ego facio domus Israël, sed propter nomen meū. Sensus autē hic est, Eratis quidē grauioribus digni suppliciis ac pœnis: verum ne quis diceret, quòd deus quū ob inopiam virium nō posset seruare, reliquit Iudęos in manib⁹ hostiū, auxiliabor & prospiciā vobis. Itaq; si legis transgressor erat Christus, quē vos crucifixistis, etiāsi decies mille peccata commisissetis, multo etiā priorib⁹ illis grauiora: profectò propter hoc factū seruasset vos deus, ne nomē ipsius pollueretur, ne ipse crederetur nō esse magn⁹, néve quis diceret quòd ipsius causa hæc pateremini. Quòd si videtur ob suā ipsius gloriā relaxare peccata: multo magis hoc nūc erat facturus, & mactationē hāc acceptā habuisset, ac multitudinem peccatorū vestrorum deleuisset. Cæterum, quoniam, vt apparet, vos perpetuo auersatur, palā est quòd per hanc iram & perpetuā derelictionem, demonstrat etiā vehementer impudentibus, eum qui à vobis occisus est, nō fuisse trāsgressorē legis, sed ipsū legis conditorem, & innumerabiliū bonorum authorem vobis aduenisse. Eóq; vos qui impie fecistis aduersus illum, in contumelia & ignominia degitis: nos vero qui illū adoramus, honore vos omnes prędedimus, peráq; dei gratiā venerabiliores vobis omnibus sum⁹, & in maiore dignitate cōstituti. Et vnde liquet, inquiūt, quòd nos repulit deus? Quæso te, etiamnum opus est hoc verbis demōstrare, cum ipsa res clamitet, ac vocē tuba clariorē emittat, tū per vrbis euersionem, tum per templi destructionē, tum per cætera omnia? Verū homines, inquiunt, nobis hęc intulerūt, nō deus. Imò deus ista potissimū effecit. Quòd si hęc hominibus imputas, illud rursum considera, quòd vt homines ista fuerint ausi, nisi deo placuisset, haudquaq; potuissent ad effectū perducere. Quū igit rediisset ille Barbarus, totā Persidem secum ducens, sperāsfore vt vniuersos ex insidiis adortos caperet, ciuitatē totam velut sagena quadā ac reti cōclusam habebat: tunc demum, tum inquam, quoniam deus erat vobis propitius, absq; bello, sine conflictu, sine prælio centum octoginta milibus militū interfectorū Assyriorum apud vos relictis, ita fugit, vt satis haberet si solus euaderet incolumis. Verū & alia bella innumerabilia frequēter istum ad modum iudicauit deus: itidem & nunc nisi ipse esset qui semel vos deseruit, haudquaquā potuissent ciuitatē vestrā diruere, ac templū vastare, nequaq; huc vsq; tanto tēpore mansisset solitudinis calamitas, nequaquā vobis sępe conantibus instaurationē, conatus in vacuum cessisset. Iam non ex his solū, verumetiā ex aliis conabor vobis facere fidē, quòd nō suapte virtute vobis ista fecerūt Romanorū imperatores, sed quia deū habuistis iratū, q vos deseruerat. Etenī si quod gestū est, humanū erat opus: oportuit vestras calamitates excidio finiri, nec longius proferri vestrā ignominiā. Ponamus enim iuxta vestram sententiā, mœnia ab hominibus fuisse subuersa, ciuitatem dirutā, altare deiectum: num & illud ab hominibus factum, quòd prophetæ cessarūt? num & spiritus gratiā sustulerunt? nū alia quæ apud vos fuere magnifica destruxerunt? veluti vocē de propitiatorio reddi, vim vnctionis, declarationē quæ fiebat in lapidibus sacerdotū: neq; eñ Iudaica religio origines oēs habebat ex inferioribus, sed plures ac magnificētiores superne è cœlis. Hoc autē dico: Permisit sacrificia fieri. Altare quidem erat ex inferioribus, quēadmodū gladi⁹ & ligna, necnon sacerdos. Cęterū ignis venturus in adyta illa, victimásq; consumpturus, è supernis habet originem. Nec enim homo inferebat ignem in templum, sed flamma è sublimi immissa suo ministerio consummabat hostiam. Rursum si quādo cognoscendū erat aliquid è propitiatorio, vox quæpiā è medio Cherubin ꝓdibat, prædicēs futura. Rursus è lapidibus qui erāt in pectore summi sacerdotis, id vocabant declarationē: relucebat fulgor quidā futura significās. præterea quoties esset aliquis inungēdus, deuolabat spiritus gratia, & insiliebat in vnguentū. Hæc autē administrabāt prophetæ. Quin & nebula frequēter & fumus adyta corripiebat. Itaq; ne Iudæi perfricta frōte hominibus imputarēt suarū rerum vastationē, non solū ciuitatem deus passus est dirui, ac templū vastari, verumetiam illa quæ cœlitus habebant originē, è medio sustulit, videlicet ignem, vocem, è lapidibus reddi solitū fulgorē, & huius generis alia vniuersa. Proinde cum tibi Iudæus dixerit, homines nos expugnarunt, homines insidiis adorti sunt, dicito illi: Profectò nequaquā expugnassent homines, nisi deus hoc permisisset. Verū esto sanè, murū vestrum diruerint homines, nū & ignem ex alto deuehi vetuit homo? Num vocē assidue ex propitiatorio audiri solitam inhibuit homo? Num declarationē in lapidibus? num sacrā vnctionē? num cætera omnia sustulit homo? An nō deus hæc omnia submouit? Nemini nō perspicuū est, sed qua de causa sustulit? An nō manifestū est ideo feciſſe, quòd vos odisset, quódq; semel auersatus esset? Nequaquā, inquiunt, sed quoniā ciuitate caremus, ideo caremus & istis. Quin potius vt ex abūdanti impudentia illorum ora claudamus: age & hoc scripturarū testimoniis demonstremus, quòd tēpli apparatus nō fuerit causa destructionis cęterorū à prophetis prędictę, sed ira dei, & quòd magis etiam ipsum prouocarint insanientes in Christum, quàm tum cum vitulū adorarent. Nam quum vaticinaretur Moses, nec templū erat, nec altare, sed quum persisterent in innumeris impietatibus, tamen prophetiæ donū non cessauit. Verū & hic ipse egregius vir, & alij rursus præter hunc septuaginta tū extitere prophetæ: nec id solū, verū & post datum templum reliquamq; totā culturam: deinde hoc incēſo, cunctisq; deportatis in Babylonem, rursus extiterūt

Ezechiel

Ezechiel & Daniel, qui nec sancta sanctorum aspicerent, nec altari assisterent, sed in media Barbarorū regione & impurorum hominū consortio agentes spiritu repleti futura prædicebant, idq; de rebus multo tum pluribus, tum admirabiliorib⁹ quàm præcesserant: ac diuinam visionē viderunt, quatenus ipsis videre licuit. Itaque dicite mihi, quam ob causam non habetis nunc prophetas? An non perspicuū est hanc esse causam, quòd de⁹ vos repulerit? Sed quā ob causam repulit? Clarū item & hoc, quòd ob illum crucifixum, & impiū illud facinus. Vnde hoc liquet, inquis? Ex hoc quòd cum antehac impie viueretis, nihil non obtinebatis: nunc vero cum videamini modestius viuere post crucem, atrociores luitis pœnas, neq; quicquam eorū contigit habere quæ prius habebatis. Vt autē & ipsis prophetis hoc euidēter & expresse testificantibus, præsentium malorum causam intelligatis, audite quid dicit Esaias, quomodo prædicit simul & ventura omnibus per Christum beneficentiā, & ve-
Esaiæ.53. stram improbam ingratitudinē. Liuore, inquit, eius nos sanati sumus: salutem indicans per crucē omnibus oblatā. Deinde de nostri similibus loquēs, subiecit: Omnes vt oues aberrauim⁹, homo in via sua erravit. Tum crucis modum explicans, sic loquitur: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & vt agnus in conspectu tondentis ipsum sine voce fuit, sic non aperuit os suū. Et vbi licet hoc videre? In nefasto prætorio Pilati, quum tam multa, inquit, testimonia proferrent adMatt.27. uersus ipsum, nihil eis respondit Iesus. Et dixit ad illū præses: Audis quàm multa in te testificētur? Verū nihil respōdit, sed stabat tacit⁹. Hoc olim cœlitus afflatus propheta dixerat: Sicut ouis ad occisionē ductus
Esaiæ.53. est, & sicut agnus corā se tondente mutus. Post hæc exponens iniquitatem in prætorio perpetratā ait: In deiectione eius iudicium sublatū est. Nemo tum iuxta iuris rationem de illo suffragium tulit, sed falsa potius aduersus illū recipiebant testimonia. In causa erat quòd tum nolebat elabi. Nam si voluisset, omnia turbasset, concussisset q; Etenī si id temporis quo pēdebat in cruce, saxa discidit, orbem terrarum obscurauit, solis radios auertit, nōctem medio die per vniuersam terrā induxit, idem potuisset in prætorio facere. Verum noluit, mansuetudinē ac lenitatem exhibens. Eóq; dicit: In deiectione illius sublatū est iudicium. Deinde demonstrans, quòd nō esset vnusquisquis-
Colos.3. bet è vulgo, subiecit: Generationē eius quis enarrabit? Quis enim est? de quo dicit: Tolletur de terra vita eius. Ideo & Paul⁹ dicit: Vita nostra abscondita est cū Christo in deo. Quum apparuerit Christus vita nostra, tūc & vos apparebitis cū illo in gloria. Sed quod dicere proposuerā, vt demonstrarem quòd propter hunc sustinuerit præsentia mala, tempus est vt ipsum Esaiam inducā loquentem. Vbi nam hoc est, inquis? Post dictū prætorium, post occisionem, post assumptionē, vbi dixit: Tolletur de terra vita ei⁹, & subiicit:
Esaiæ.53. Et dabo improbos pro sepultura eius, & diuites pro morte illius. Nō simpliciter dixit Iudæos, sed improbos. Quid eñ illis improbius esse possit, qui post tot tantáque accepta beneficia beneficū occiderūt? Nisi hæc euenerūt, nisi nunc viuitis in ignominia, nisi omnibus quæ maiores habuerūt, estis priuati, nisi corruit vestra ciuitas, nisi templū vestrum versum est in ruinam, deniq; nisi vestræ calamitates superant omnem tragœdiā, ne credas ô Iudæe. Contrā, si res ipsæ clamitant, si quod prædictū erat à prophetis, perfectum est, quid frustra, quid incassum obtines tuā impudētiam? Nā vbi illa apud vos veneranda, vbi pontifex, vbi stola & rationale, vbi declaratio? Ne vero mihi istos patriarchas dixeris, caupones, negociatores, iniquitate plenos. Dic mihi qualis est sacerdos, cū non sit vetus illud oleum, neq; quicquam omnino veteris sanctimoniæ? Dic inquā, mihi qualis sacrific⁹, quū nō sit sacrificiū, neq; altare, neq; cultura? Vis tibi recitē leges de sacerdotio, quomodo solēt olim confecrari, vt intelligas quòd qui nūc apud vos dicūtur patriarchæ, non sint sacerdotes, sed per simulationē sacerdotū agant personā, nec aliter ludant quàm histriones in scena, imò, vt verius dicā, nec sustinere possint sacerdotis personā? non dico iuxta veritatē, verū ne iuxta simulationē quidē sacerdotij. Excute igitur: recordare quomodo tū Aarō factus sit sacerdos, quot hostias pro illo immolatit Moses, quot pecudes prostrauerit, quomodo illū lauerit, quomodo illū vnxerit, extremū auriculę, manū dextram, in sancta sanctorum introduxerit. Post hæc iussit præscripto septem dierū numero manere intus. Quin potius operæprecium est audire verba illorū: Hæc, inquit, vnctio Aarō, & vnctio filiorū eius. Et dixit domin⁹ ad Mosem,
Leui.7. dicens: Assume Aarō & filios eius, & stolas, & vnctionis oleū, & vitulū pro peccato, & arietē, & conuoca synagogam ad ostiū tabernaculi testimonij. Et dixit Moses vniuersæ multitudini congregatæ sermonem quē mandarat dominus, & posteaquā applicuisset illos (dicendū est eñ cōpendio) lauit eos aqua, induit tunica, cinxit zona, induxit ependyten, imposuit humerale, præcinxit illū ac substrinxit, imposuit rationale, imposuit declarationē & veritatē, & mitrā imposuit capiti illius, & super mitram laminā aureā, deinde sumpto oleo cōsperfit altare, & sanctificauit illud, & vasa, & basim sanctificauit ex eodē, & effudit ex eo in caput Aarō, & filiis illius similiter fecit, & adduxit
Leui.8. vitulū. Quum autē occidisset eū, posteaquā Aarō cū filiis suis imposuissent manus, sumpsit de sanguine, & imposuit cornibus altaris, & purificauit altare, & sanguinē effudit in basim, & sanctificauit illud, vt propitiaret sup illud. Deinde posteaquā quædā ex his mactasset, alia foris, alia intus, adduxit rursus aliū arietē, & ipsum immolauit in holocaustū, & iterū adduxit arietē consūmationis, & rursus Aarō cū filiis imponēte manus occidit, rursūsq; sumēs de sanguine eius super extremū auriculæ Aarō dextræ, & super extremū manus dextrę, & super extremum pedis dextri, simili modo fecit & filiis illius. Deīde sumēs hostias, imposuit manib⁹ Aarō & filiorū eius, ac sic obtulit. Et sumpto sanguine, rursus ex oleo cōsperfit super Aaron & stolas illius, & super filios eius, & super stolas eorū, & sanctificauit eos, & iussit coqui carnes in atrio tabernaculi testimonij, illicq; eis vesci: & ab ostio tabernaculi testimonij ne egrediamini, inquit, dies septē, donec impleatur dies ordinationis vestrę. Septē eñ diebus cōsummabit manus vestras, vt ꝓpitietur ꝓ vobis. Cū igit dicit, q, his reb⁹ legitime initiatus sit Aarō, his purificatus, his sanctificatus, per hæc placauerit deū: nihil autē horū nunc fiat, neq; victima, neq; holocaustū, neq; sanguinis aspersio, neq; olei inūctio, nec adsit tabernaculū testimonij, neq; ad præfinitū dierum numerū sedeatur intus: profectò palā est, q, sacerdos qui nūc apud istos est, impurus sit ac nefastus, illegitimus ac prophanus, denique quòd non propitiet, sed prouocet. Etenim si non poterat aliter consecrari,

nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi hisce ritibus: omnino necesse est totum sacerdotium illorum non consistere. Vides à me meritò dictum, quòd non solum à veritate, verũ etiam ab ipsa rei simulatione procul absunt. Nec ex his tantum, verum etiã ex aliis discere licet, quanta fuerit sacerdotij dignitas. Proinde cũ aduersus Aaron seditionem mouissent homines quidam scelerati perditíque, conantes eum à principatu depellere, & de honore cũ illo disceptarent, mansuetissimus Moses cupiens illis rebus ipsis facere fidẽ, quòd non vt fratrem, aut cognatum, aut familiarẽ euexisset illum ad eum honorem, sed dei parens edicto tradiderit illi sacerdotium illud, iussit vt vnaquæque tribus virgã adferret, idem præcepit Aaroni: quum attulissent, omnes accepit, & intus reposuit. eo facto iussit expectari diuinũ iudicium, quod per virgas illas esset proferendum. Deinde quum simul omnium reliquorũ virgæ manerent in eodem habitu, sola virga Aaron germinauit, frondésque produxit ac fructus, vt intelligerẽt quòd naturæ dominus illum delegisset denuo, literarum vice foliis vtens. Etem qui in initio dicebat: Germinet terra herbam graminis, ciúsque vim ad fructificandum excitauit, idem & illud lignum quod erat aridum & infrugiferum, fecit vt absque terra sine radice germinaret. Ac nũc quidem illa virga simul & illorum malitiam & dei iudicium declarat, non emittens quidẽ vocẽ, sed ipso aspectu quauis tuba clarius exhortãs, ne quid talium facinorum in posterum aggrederentur. Nec hoc modo tantum, sed alio quodam argumẽto deus declarauit eum sacerdotẽ. Etenim quum multi mota aduersus illũ seditione, appeterent ipsius honorẽ (principatus enim res est pro qua depugnari solet, eo quòd expetaẽ à multis) iussit vt illatis thuribulis, & impositio thymiamate, cœlitus expectarẽt sententiam. Atque illis adolentibus, terra dehiscens, omnes absorbuit, & eos qui ipsis consenserant, foculósq; sumpserant, ignis è cœlo demissus exussit. Tum ne quod acciderat, temporis progressu deletum obliuione iaceret, néve admirabilẽ hanc dei sententiam ignorarent posteri, præcepit Moses, vt thuribula sublata applicarent ad altare, vt quemadmodum virga sine voce vocẽ emisit ipso conspectu, itidem & hæc per ora posterorum volitantia cunctis commemorarentur, admonitura consulturáq; minoribus, ne maiorum amentiam imitarentur, ne quãdo simili pœna plecterentur. Ad hunc modũ olim sacerdotes creabantur, nunc verò lusus meri sunt risusq;, quę fiunt apud Iudæos omnia, pudor & cauponatio, plena immensæ impietatis. Hos igitur sequeris, dic mihi, qui pertinaciter solent semper tũ facere, tum dicere omnia, quæ dei legibus aduersentur? ad horum synagogas accurris? nec metuis, ne fulminis impetus cœlitus emicans exurat caput tuum? An ignoras eos qui ipsi quidẽ non prędantur, sed tamẽ in prędonum speluncis conspecti fuerint, easdẽ dare pœnas cum prædonibus? Quid autem loquor de prædonibus, profecto scitis omnes ac meministis, quòd apud nos scelerati quidã & impostores statuas principis demoliti sunt. Quid factum? Non illi tantum qui facinus ausi fuerant, sed quotquot simpliciter præsentes erãt iis quæ gerebantur, quoniam videbantur illis assentiri, in iudicium abrepti, easdẽ cum illis pœnas dederunt. Tu verò vbi pater afficitur contumelia, vbi filius lacessitur conuiciis, vbi spiritus sanctus contemnitur, cò studes accurrere? Age dic mihi, non metuis, non horrescis, quum teipsum in loca prophana impuráq; conũcis? Dic mihi, quid habebis quod excuses, quã sperabis veniam, qui volens teipsum in barathrum immittas, in præcipitium des? Neq; enim mihi illud dixeris, quòd illic sita est lex, & prophetarũ libri. Neque enim ista res locum reddit sanctũ. Vtrum enim maius est, libros esse repositos in loco, an loqui ea quæ sunt in libris? Perspicuũ est melius esse si ea quę sunt in libris sones, habeásque in animo. Ergo respondemihi, quum diabolus recitaret ea quæ sunt in scripturis, num os illius sanctificatũ est? Non potes dicere, sed permansit id quod erat diabolus. Quid autẽ dæmones? quũ prædicarent ac dicerẽt: Isti homines serui dei altissimi sunt, annunciantes vobis viam salutis, an ideo illos in apostolorũ ordinem referemus? Nequaquã, imò nihilo minus execramur illos odimúsque quàm antea. Ergo quum verba prolata non sanctificent, libri repositi sanctificant? Minime. Qua tandem ratione id cõsequitur? Imò hoc nomine odi synagogam, quòd legem habeat ac prophetas, & nunc etiam amplius odi, quàm si nihil istorum haberet. Quur ita tandem? Quoniam hinc habent escam, variámque fraudis materiã, qua simpliciores alliciant. Quandoquidẽ & Paulus spiritum illum loquentem magis quàm tacentẽ insectatus est. Etenim molestia tædióque affectus, inquit spiritui: Exi ab illa. Qua de causa? Quoniã clamabat: Isti homines serui dei altissimi sunt. Tacentes eũ non perinde decepissent simplices, loquẽtes autem multos simpliciores erant attracturi, persuasuríque, quo nimirum & aliis in rebus sibi auscultarent. Siquidem vt ostium aperirent suis fraudibus, possẽtq; in posterum mentiri confidentius, propterea vera quoq; nonnulla commiscebant: non aliter quàm qui letifera miscẽt venena, os poculi melle circumlinentes, efficiũt vt facilius accipiatur malum. Hanc ob causam & Paulus potissimum afficiebatur molestia, festinabátque illis occludere os, quòd sibi autoritatẽ vsurparent nequaquã ipsis cõgruentem. Hanc ob causam & ipse Iudæos odi, quòd quum legem habeant, legem violant, & hoc modo simpliciores inescare conantur. Non perinde graue crimen admitterent, nisi quũ credant prophetis, diffiderent Christo. Nunc verò sibi omnem venię spem ademerunt, qui cũ se iactent prophetis credere, contumeliis afficiunt eum quẽ illi prædixerunt. In summa, si credis illos esse sanctos, eo quòd illic lex & prophetarũ libri repositi sunt, superest vt & idola & idolorum templa pro sanctis ducas. Quondã enim quũ bellum teneret Iudæos, victores Azotei ceperunt arcam, inque suum templum intulerunt. An ideo sanctum erat illorum templũ, quòd haberet arcam? Nequaquam, sed prophanum, sed impurum: id protinus ipsis factis declaratum est, vt hostes intelligerent victoriam ipsis cessisse, non ob impotẽtiam dei, sed ob iniquitatem eorum à quibus colebatur, arca capta in aliena terra vim suam ostendit, idolo bis in solum deiecto, effecit vt etiam comminueretur. Tantũ aberat vt locum sanctificaret, vt locum etiam expugnaret. Verum hic quænam est arca penes Iudæos, vbi non est propitiatorium, non vnctio, non testamenti tabulæ, non sancta sanctorũ, non velum, non summus sacerdos, non thymiama, non holocaustum, non victima, non alia quæ tum arcã illis reddebant venerandam? Mihi quidem Iudæorum, quam nunc habent, arca nihilo melius habere videtur, iis quæ veneunt in foro, imò

Gen. 1.

Act. 16.

foro, imò peius habet. Nã hæ nihil lædere possunt si quis adeat, illa vero quotidie multã noxã infert iis q accesserint. Fratres ne fitis pueri sensib', sed malitia paruuli estote: eósq; qui ad ista stupẽt, ab hoc intẽpestiuo certamine liberantes, erudite quid oporteat timere, reuereríq; nõ istã arcã, sed quòd concurrentes ad illam violant templũ dei, per conscientiam ad Iudaismum propensam, per intempestiuã istam obseruationẽ. Quotquot, inquit, in lege iustificamini, à gratia excidistis. Hoc oportet timere, ne in die illo audiatis ab eo q vos iudicaturus est: Discedite, nõ noui vos: cõmunicastis eũ cũ his qui me crucifixerunt, ad Iudæorũ qui impiè agebant in me, ac legẽ violabãt, synagogas cõcurristis. Atqui ego quidẽ templum illorum subuerti, & in ruderũ aceruum verti templum illud venerabile, templum res verendas & horrendas cõtinens. Vos autẽ habitacula negociationum nihilo meliora speluncis latronum colitis. Etenim si tunc cum esset Cherubin, cum arca, cũ adhuc spiritus floreret gratia, dixit: Fecistis illud spelũcam latronũ, aut vt refert Ioannes, domũ negociationis, propter iniquitates ac cædes illorũ: Nũc postquam illos spiritus deseruit gratia, cunctáque illa magnifica sublata sunt etiã cũ deo pugnãtes impiã istã religionẽ celebrant, quid addere possit aliquis, vt nominatis synagogis reperiat illis dignã impietatem? Etenim si iam tũ erat spelunca latronũ, cum statum suum obtineret: nunc etiam si lupanar, si trãsgressionis locũ, si diaboli spelunca, si animarũ exitium dixeris, si totius perditionis præcipitiũ ac barathrum, denique quicquid addideris, minus quàm pro rei dignitate dixeris. Templũ cupis videre, ne curras ad synagogã, sed ipse fias tẽplum. Vnicũ templum diruit deus Hierosolymis, & innumerabilia erexit illo lõge venerabiliora. Vos, inquit, templũ estis dei viuentis. Hanc domũ exorna, omnem exige cogitationẽ malam, vt fias preciosum membrũ Christi, vt fias templũ, deinde & alios redde tales. Et quemadmodũ cum vides pauperes nõ facile prætercurris: ita cum videris aliquẽ ad synagogam currentẽ, ne dissimules, sed oratione ceu fræno quodam cohibitũ reducas ad Ecclesiã. Hæc est maior eleemosyna quàm illa, imò maior quàm decẽ milia talentorũ, quàm hic mundus vniuersus, quantus quantus vndiq; patet oculis. Siquidem homo est toto mundo preciosior; huius eũ causa & cœlũ, & terra, & mare, condita sunt, & sol & stellæ. Perpende igitur quanta sit dignitas eius cuius saluti consulitur, & ne contẽpseris illius curã. Nam etiamsi pecuniæ vim immẽsam dinumerarit aliquis, nihil simile præstiterit ei quod præstat is qui seruat animã, & abducẽs ab errore ad pietatẽ manu reducit. Qui dederit pauperi, famẽ soluit: q Iudaizãtem correxerit, impietatẽ extinxit. Ille paupertati solatiũ adhibuit, hic iniquitatẽ inhibuit: ille corpus liberauit à dolore, hic animã eripuit à gehenna. Ostendi thesaurũ, ne deseratis lucrũ. Non est quod hic paupertatẽ causemini, nõ est quod mendicitatẽ prętexatis: verba tantũ insumenda sunt, sermonis modo fit impendiũ. Ne pigritemur igitur, sed omni studio venemur fratres nostros, eósq; vel inuitis in domum nostrã pertractis prandium apponamus, ad mensæ communionẽ illos ascisc amus hodie, vt vbi nostro in conspectu ieiuniũ soluerint, satísque declarauerint, fidémq; plenã fecerint, quod in meli' correcti sint, & sibi ipsis & nobis æterna bona concilient, gratia ac bonitate domini nostri Iesu Christi, q cum & per quem pati vnà cum spiritu sancto gloria, imperium, honor, & adoratio in æuum.

Hier. 7. Ioan. 2.

EIVSDEM ADVERSVS IVDÆOS
Oratio quarta.

VTrum vos pugnæ huius cum Iudæis susceptæ satietas cepit, an vultis vt rursus hodie quoq; materiam eandem tractemus? Quanquam enim multa sunt iam dicta, attamen arbitror vos sic affectos, vt cupiatis iisdẽ de rebus iterũ audire. Etem qui nõ satiatur amore erga Iesum, is nec vnquã satiabitur pugna aduersus eos suscepta, q Iesum oderũt. Super hæc, & alioqui nobis hic sermo necessarius est. Supersunt enim adhuc festorum Iudæorũ reliquię. Sed quemadmodum illorũ tubę multo sceleratiores erant iis qui sonant in theatris, & ieiunia quauis ebrietate & comessatione erant improbiora ita & tabernacula quæ nunc apud illos figuntur, nihilo sunt honestiora diuersoriis, in quib' scotta versantur ac tibicinæ. Ne quis autẽ orationis huius audaciã reprehendat. Nam ausus est extremus summáq; impietas secus de illis opinari. Cum enim aduersus deũ cõtendant, ac spiritui sancto resistant: cur non de illis feramus sententiã? Erat olim hoc festũ venerabile cũ iuxta legẽ fieret, deíq; iussu. Nunc autẽ non amplius, eo quòd tota illius dignitas sublata est, eo quòd contra dei mentẽ celebratur. Quíq; maxime violant legem prisc áq; festa, ij maxime omnium sunt qui nunc videntur ea celebrare. At cõtrà nos sumus qui maxime legem veneramur, qui eam velut hominem senio defectũ quiescere sinimus, nec in caucas hominibus differtas protrahimus posteaquã incanuit, neq; præter ætatẽ certare cõpellimus. Nunc enim nec esse legis tempus, neq; vetustę religionis, satis antè demonstrauimus. Age igitur, quod superest hodie persoluamus. Satis quidẽ erat ex Prophetis omnibus demonstrasse, quòd nunc extra Hierosolymam tale quippiã facere, trãsgressio legis sit & impietas. Nam si verum esset quod isti semper vbiq; iactantes prædicant, futurum vt ciuitatem denuo recipiãt, ne sic quidẽ possent à violatæ legis crimine liberari: attamen nos ex abũdanti hoc quoq; demõstrabimus, quòd nec ciuitas sit instauranda, neq; priscũ reipublicæ statum sint recepturi. Hoc autẽ demõstrato, reliqua oĩa in cõfesso sunt, videlicet q, neq; sacrificiorum ritus, neq; holocaustorum, neq; legis vis, nec alia pars vlla status illius cõsistere poterit. Primũ enim præcepit lex, vt ter in anno omne masculinũ ascẽderet in templũ, cæterum deiecto tẽplo hoc fieri nequaquã poterat. Rursus præceperat, vt qui profluuio seminis laboraret, q lepra contaminatus esset, quæ menstruo fluxu teneretur, quæ peperisset, offerret sacrificia. Atq nec hoc fieri potest, cũ desit locus, nec extet altare. Iussit cani sacros hymnos, & hoc antè declarauim' tũ ipso loco vetari, tũ à prophetis dãnari accusantibus illos ac dicentibus, quòd foris legerent legẽ, & appellarent cõfessionẽ. Cum igitur ne legere quidẽ fas fuerit extra ciuitatem, quomodo legẽ seruare potuerũt extra ciuitatem? Hanc ob causam & minitans illis dicit, Non visitabo filias vestras cũ stuprũ admiserint, neq; nurus vestras cũ mœchatę fuerint. Quid autem hoc est? Recitata veteri lege conabor vobis reddere dilucidi'. Quę igit illa lex? Si mulier pręuaricata fuerit à viro suo, eumq; negligẽs despexerit, dormieritq; aliq s cũ illa coitu seminis, & latuerit oculos viri, nec testis fuerit aduersus illã, nec fuerit deprehẽsa: ac sup ipsũ

Num. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem ſpiritus zelotypiæ,cæterũ ipſa nõ fuerit cõ-
taminata.Senſus horũ verborũ hic eſt:Si mulier, in-
quit,mœchata fuerit,& vir habeat illã adulterij ſuſpe
ctam,ille quidẽ ſuſpicabitur.Et ſi nõ fuerit teſtis,nec
vterus coarguens, ducet, inquit, illã ad ſacerdotẽ, &
offeret donũ illius,ordeaceam farinã. Cur ita tãdem
nõ ſiligineã,nõ triticeã farinã, ſed ordeaceã? quoniã
id quod gerebat luctus erat, & incuſatio ſuſpicióq;,
forma ſacrificij domeſticã calamitatem imitabatur,
eóq; dicit:Nõ effundes ſuper illã oleũ,neq; impones
illi thus. (nã contrahendus eſt ſermo.) Adducet illam
ſacerdos,ſumẽtq; purã aquam in vaſe fictili,& ſumet
de terra quæ eſt in pauimẽto, ſumptámq; cõiiciet in
aquam,ſtatuétq; mulierẽ,& adiurabit illã & dicet: Si
non es trãſgreſſa,nec polluta viro tuo,ſalua eſto ab a-
qua redargutionis.Quòd ſi trãſgreſſa es ac polluta,&
aliquis tecũ concubuit,det dominus te in execratio-
nem,ac deteſtationem in medio populi. Quid eſt, in
execrationẽ,ac deteſtationem? Vt dicant,nẽ mihi ac-
cidat qđ accidit illi mulieri. Vt reddat dominus vte-
rum tuũ inflatũ,& ingrediatur aqua execrata,inflétq;
ventrem tuũ,& dicet mulier, fiat, fiat. Et erit ſi fuerit
polluta,ingredieẽ aqua redargutionis,& inflabit ven-
trẽ illius,& erit mulier execrabilis. Quod ſi nõ fuerit
polluta mulier,erit inuocua, & proſeminabit ſemen:
Ergo poſtquã in captiuitatẽ abducti ſunt, neq; quic-
quã horũ fieri poteſt,cũ nec tabernaculũ habeãt:nec
offerãtur hoſtiæ,dominus cõminãs dixit: Nõ viſita-
bo filias veſtras, cũ ſtuprũ admiſerint: nec nurus ve-
ſtras,cũ mœchatæ fuerint. Vides legẽ à loco vim ha-
bere? Ex hoc perſpicuũ eſt ne ſacerdotium quidẽ eſ-
ſe poſſe,cũ deſit ciuitas. Quemadmodũ enim fieri nõ
poteſt,vt imperator ſit,ſi nõ ſit exercit⁹ aut diadema,
non purpura,non alia quæ regnũ commendant, cõ-
probántq;: ita nec ſacrific⁹ eſſe poteſt ſublata hoſtia,
vetita oblatione, ſanctis conculcatis, toto rerũ ſtatu
abolito. Nam his reb⁹ omnibus cõſtabat ſacerdotiũ.
Sufficiebat igitur nobis ad probationẽ quemadmo-
dũ dicere cœperamus,q; neq; ſacrificia,neque holo-
cauſtomata,neq; reliquæ purificationes,neq; præter-
ea quicquã obſeruationis Iudaicę rediturũ ſit. Super-
erat,vt demonſtraretur,nunquã fore vt templum in-
ſtauretur. Nam quemadmodũ omnia ſunt abrogata
ſi non ſit templũ,& ſi quid videatur fieri, facinus eſt
aduerſus legẽ cõmiſſum: ita poſteaquã ratio demõ-
ſtrauit nunquam fore vt templũ redeat ad priſtinum
ſtatum,eadẽ opera & illud demonſtratum eſt, quòd
neq; cæteri ritus & cultus ad priſtinũ ſtatum ſint red-
ituri: Non ſacerdos erit quiſpiã,non rex. Etenim ſi nõ
erat permiſſum vti quis ex ipſorũ cognatione quam-
uis plebeius,ſeruiret alienigenis: multo magis fas nõ
erat ipſum regẽ alienigenis ſubiici. Verum quoniam
hic contendimus conamúrq; nõ tantũ, vt illis obtu-
remus os, verumetiam vt veſtrã charitatem erudia-
mus:age hoc ipſum aliunde demõſtrabim⁹,videlicet
quòd illis & ſacrificiorũ & ſacerdotij finis ſit,adeo vt
nunquam amplius ad priſtinam conſuetudinem hæc
ſint reditura. Quis igitur hęc dicit? Admirãdus ille ac
magnus propheta Dauid: declarans cũ quod omne
ſacrificiorũ genus eſſet eiiciendũ, & aliud inducen-
dum,loquitur hunc in modũ: Multa feciſti tu domi-
ne deus meus mirabilia tua,& cogitationibus tuis nõ
eſt qui ſimilis ſit tui. Annũciaui & locutus ſum. Vides
Prophetæ ſapiẽtiã: vbi dixiſſet,multa feciſti tu domi-
ne deus meus mirabilia tua, ſtupefactus admiratione
diuini opificij,nihil dicit de cõditione rerũ nobis cõ-
ſpicuarũ,cœli,terræ,maris,& aquę,& ignis,nõ de ſtu-
pendis illis prodigiis,quę acciderunt in Aegypto,nõ
de cæteris huiuſmodi oraculis. Sed quę dicit eſſe mi-
racula? Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti. Quid obſecro
dicit? An iſtud ſtupẽdum eſt ac mirandũ? Nequaquã
inquã:nõ enim hoc ſolum vidit, ſed cœlitus edoctus
proſpiciebat oculis ,ppheticis futurũ vt gẽtes adduce-
rẽtur: & quomodo qui pri⁹ erãt addicti diis,colebántq; lapides,miſeriores ipſis brutis,repente viſum
recipęrent,omniúmq; dominũ agnoſcerẽt,ac relicta
impura dæmonũ cultura, purè citráq; ſanguinẽ deũ
colerent:ſimúlq; intelligens quòd nõ illæ ſolũ,ſed &
Iudæi infirmiores relicta hoſtiarũ, holocauſtomatũ,
aliorúmq; corporalium rituum obſeruatione,ad no-
ſtram & ipſi philoſophiã adducerẽtur,ſimúlq; repu-
tãs ineffabilẽ dei erga genus humanum charitatem,
quæ ſuperat omnẽ intellectum, & attonitus admira-
tione tãtę mutationis futurę,& quàm mirabiliter iſta
deus in aliũ ordinem trãſlaturus eſſet, & homines ex
dęmonibus factur⁹ angelos:ac vitę genus inducturus
cœlis dignũ. Tum quod hæc omnia eſſent futura ve-
tere ſacrificio abolito, & altero in illius locũ inducto
per corpus Chriſti:quod ſacrificiũ admiratus ac ſtu-
pefact⁹ dicebat:Multa tu feciſti deus meus mirabilia
tua,& ex perſona Chriſti totũ hoc vaticiniũ edit. Sa-
nè cum dixiſſet:Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti, ſub-
iicit:Corpus autẽ adaptaſti mihi. De corpore loquẽs
dominico,cõmuni pro toto orbe ſacrificio, quo no-
ſtras purificauit animas,peccata diſſoluit, mortẽ ex-
tinxit,cœlos aperuit, multáſq; ac magnas ſpes nobis
oſtẽdit,cæteráq; præparauit oĩa:quę quidẽ & Paulus
videns exclamauit,dicẽs:O altitudo diuitiarũ,ſapiẽ-
tiæ & ſciẽtiæ dei,quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia
eius,& imperueſtigabiles vię ei⁹. Hęc igit̃ omnia pro-
ſpiciens dicebat: Multa tu feciſti domine deus meus
mirabilia tua. Deinde cũ ex perſona Chriſti diciſſet,
Holocauſtomata & pro peccato nõ probaſti, ſubiũ-
xit,Tũc dixi,ecce adſum:quoniã perfectioris doctri-
næ tẽpus eſt. Nã imperfectiora per ſeruos erãt docẽ-
da, ſublimiora vero & humanã ſuperantia naturam
per ipſum legis authorẽ,ideo & Paulus dicebat:Mul-
tifariè multiſq; modis deus locutus patrib⁹ noſtris p
prophetas,extremis hiſce diеb⁹ locutus eſt nobis per
filium, quem conſtituit hæredẽ omnium. Ac rurſus
Ioãnes:Lex per Moſem data eſt,gratia & veritas per
Ieſum Chriſtum facta eſt. Itaq; hæc ſumma legis laus
eſt, quòd ea naturam humanã illi doctori præpara-
uit. Deinde ne putares hunc eſſe recentẽ deum, aut a-
liquid nuper inuẽtũ adferre,audi quid dicit:In capi-
te libri ſcriptum eſt de me. Iam olim meũ aduentum
prædixerunt Prophetę,& in initio librorũ meę diui-
nitatis cognitionẽ obiter hominibus aperuerunt. Ita-
que cum deus dicit initio conditi mundi: Faciamus
hominẽ ad ſimilitudinẽ noſtram, recte nobis filij di-
uinitatẽ aperit ad quẽ loquitur. Poſt hæc declarans
quòd hæc vitæ ratio nõ eſt priori contraria, ſed hoc
quoq; voluiſſe deũ,vt illo ſacrificio antiquato in eius
locũ hoc induceretur (Nam erat correctionis vehe-
mentia,nõ cõtrarietas aut pugna) vbi dixiſſet: In ca-
pite libri ſcriptũ eſt de me,ſubiecit:Vt facerem volũ-
tatem tuam deus,volui,& legẽ tuam in medio vẽtris
mei. poſt exponẽs quæ tandẽ eſſet voluntas dei,præ-
termiſſa mẽtione hoſtiarũ,holocauſtomatum, obla-
tionum,laborũ,ac ſudorum,ait, Annũciaui iuſtitiam
in Eccleſia

in Eccleſia magna. Quid hoc eſt, annunciaui iuſtitiã
in Eccleſia magna? Non dixit, dedi:ſed, annunciaui.
Quid tandẽ igitur? nõ ex benefactis,nec laborib⁹,nec
pẽſatione,ſed ex ſola gratia iuſtificauit genus noſtrũ.
Quod & Paulus declarans dicit:Nũc autẽ abſq; lege
iuſtitia dei manifeſtata eſt, iuſtitia autem dei per fidẽ
Ieſu Chriſti,non per vllum ſudorẽ aut laborẽ. Et hoc
aſſumpto teſtimonio hunc in modũ loquitur: Vmbrã
enim habens lex futurorũ bonorum, non ipſam rerũ
imaginẽ,ſingulis annis iiſdẽ hoſtiis quas ſemper offe-
rũt,nunquã poteſt accedẽtes perfectos reddere. Eóq;
que ingrediens mundũ dicit:Sacrificium & oblatio-
nem noluiſti, corpus autẽ adaptaſti mihi: ſignificans
ingreſſum vnigeniti in mundum per carnis diſpenſa-
tionem. Sic enim ad nos venit,non locũ loco cõmu-
tãs(quî nanq; cõueniat hoc in cũ, qui eſt vbiq; quiq;
cuncta cõplet?)ſed per carnẽ nobis factus cõſpicuus.
Cæterum quoniã nõ ſolum aduerſus Iudæos eſt no-
bis pugna,verumetiã aduerſus gentes,ac multos hæ-
reticos:age profundiorẽ ſenſum quendam hic vobis
aperiam⁹,quęramúſq; quid tandẽ ſibi velit, quòd cũ
Paulus innumerabilia haberet teſtimonia,quę docẽ-
rẽt ceſſare legẽ veterẽſq; ritus, huius meminit: neq;
eũ ſimpliciter, neq; fortuitò id fecit, ſed ratione ac
ſapiẽtia quadã ineffabili. Quòd eũ alia quoq; habue-
rit teſtimonia,tũ maiora, tũ vehemẽtiora ſi voluiſſet
adducere,omnes cõfitebũtur. Eſaias enim ait:Nõ eſt
mihi volũtas in vobis,plenus ſum holocauſtomatib⁹
arietum, & adipem agnorũ & ſanguinem taurorum
& hircorũ nolo,neq; ſi veneritis in conſpectũ meum.
Quis eũ exquiſiuit hęc de manib⁹ veſtris? Si obtule-
ritis ſimilaginẽ,fruſtra facietis. Incẽſum abominatio
mihi eſt. Et alibi rurſum: Nõ nũc aduocaui te Iacob,
neque moleſtiã tibi exhibui Iſraël,nõ glorificaſti me
ſacrificiis,neq; ſeruiſti mihi in donis,neq; tibi mole-
ſtus fui in thure,neq; paraſti mihi argẽto ſuffitũ. Hie-
remias autẽ:Ad quid mihi thus è Saba offeras,& cin-
namomũ è terra longinqua? holocauſtomata veſtra
nõ delectarũt me. Ac rurſus: Holocauſtomata veſtra
cũ ſacrificiis veſtris,& comeditis carnes. Et alius in-
ſuper Prophetarũ ſic ait:Aufer à me ſtrepitum cãtio-
num tuarũ,& canticum organorum tuorum non au-
diam. Rurſus alibi,cũ Iudæi dicerẽt: An accipiet do-
minus in holocauſtomatibus, ſi dedero primogenita
mea pro impietate mea,fructũ vẽtris mei pro pecca-
to animę. Propheta increpãs illos dicebat:Annũcia-
bo tibi homo quid ſit bonũ,& quid domin⁹ de⁹ quę-
rat abs te,vt diligas miſericordiã, & facias iudiciũ &
iuſtitiam,vt paratus ſis ambulare poſt dominũ deum
tuum. Dauid quoq; ſic dicebat:Nõ accipiã de domo
tua vitulos,neq; de gregibus tuis hircos. Quã igit̃ ob
rẽ cũ tot poſſet adferre teſtimonia, per quæ deus vi-
deẽ illa ſacrificia reiicere,neomenias,ſabbata,dies feſ-
tos,omnib⁹ illis omiſſis hui⁹ vnius meminit? Nõ ſim-
pliciter id factũ,neq; fortuitò:ſed iã cauſam dicem⁹.
Multi infideles, & ex Iudæis ipſis pugnãtes aduerſus
nos, dicunt veterẽ religionem antiquatam eſſe, non
quòd ipſa eſſet imperfecta,neq; quòd inducta ſit ma-
ior,noſtra videlicet religio, ſed propter improbitatẽ
eorũ qui tunc offerebant ſacrificia. Eſaias itaq; dicit:
Si extenderitis manus veſtras, auertã oculos meos à
vobis:ſi multiplicaueritis obſecrationẽ,non exaudiã
vos. Mox cauſam addẽs proſequit̃:Manus veſtrę ſan-
guine plenæ. Hoc autẽ non eſt ſacrificia accuſare,ſed
offerentium iniquitatẽ criminari. Et ideo nõ accepta

habuit ſacrificia, quòd ea manibus impuris offerrẽt.
Rurſum cum Dauid dixiſſet: Nõ accipiam de domo
tua vitulos, neq; de gregibus tuis hædos, adiecit di-
cẽs:Peccatori autẽ dixit deus, Quare tu enarras iuſti-
tias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ? Tu
autem odiſti diſciplinã, & abieciſti ſermones meos
poſt tergũ tuũ:ſi videbas furẽ,currebas cũ eo,& cum
adultero ponebas potionem tuã: os tuum abũdauit
malitia, & lingua tua contexebat dolos:ſedẽs aduer-
ſus fratrẽ tuũ obtrectabas,& aduerſus filiũ matris tuę
ponebas offendiculũ. Vnde perſpicuũ eſt, quòd hic
ob has etiã cauſas reiecerit ſacrificia,quoniã furabã-
tur,quoniã fratribus inſidiabantur. Sed cũ vnuſquiſ-
que Prophetarũ,inquiunt,accuſet offerentes,fatẽtur
omnes deũ has ob cauſas aſpernatũ fuiſſe noſtra ſa-
crificia. Sed Paulus illis plagã ſatis magnã inflixit, &
abunde illorũ impudentiæ ſilẽtium impoſuit hoc te-
ſtimonio. Cũ enim vellet oſtendere, quòd ipſam Iu-
dæorum religionem vt imperfectiſſimã reiecciſſet,ir-
ritámq; feciſſet:hoc aſſumpſit teſtimoniũ,in quo ac-
uſatio offerẽtiũ nulla eſt,ſed ipſius religionis imper-
fectio nuda per ſe declaratur. Prophera eũ nulla in
re accuſans Iudęos, ſimpliciter ſic loquit̃: Sacrificiũ
& oblationẽ noluiſti,corpus autẽ adaptaſti mihi,ho-
locauſtomata & pro peccato nõ probaſti. Idq; expo-
nens Paulus ait: Tollit prius,vt poſterius ſtatuat. Nã
poſteaquã dixit,ſacrificiũ & oblationẽ noluiſti,dein-
de addidit,corpus autẽ adaptaſti mihi: quoniã oſtẽ-
dit aliud inductum ſacrificiũ, nullã præterea ſpẽ de-
dit futurũ vt illud reſtitueret. Et hoc ipſum interpre-
tans Paulus dixit: Per oblationẽ hanc ſanctificati in
voluntate Chriſti. Si enim ſanguis taurorũ & hircо-
rum, & cinis vitulę aſperſus inquinatos ſanctificat ad
carnis emundationẽ:quãto magis ſanguis Ieſu Chri-
ſti, qui per ſpiritũ æternũ obtulit ſemetipſum imma-
culatum,emundabit cõſcientiam veſtrã ab operibus
mortuis? Itaque quòd illud ſacrificiũ antiquatũ eſt,
& aliud in eius locum inductũ, quódq; poſthac illud
non ſit reſtituendũ:ſatis ex his demõſtratũ eſt. Age,
iam ſupereſt, vt quod dudũ conati ſumus demõſtra-
re,illius ſacerdotij ritus poſthac nõ exorituros, neq;
denuo redituros, euidenter hoc palámq; è ſcripturis
ipſis dilucidum faciamus,pauca prius vobis præfati,
quò fiat euidentior eorũ quę dicenẽ enarratio. Abra-
hã reuerſus è Perſide genuit Iſaac,Iſaac deĩde Iacob,
Iacob duodecim patriarchas,ex quib⁹ profectę ſunt
duodecim tribus,magis autẽ tredecim: quandoqui-
dẽ loco Ioſeph,duo ipſius filij Ephraim & Manaſſes
extiterunt tribuũ principes,& quẽadmodũ vnicuiq;
filiorũ Iacob,tribus cognomine reſpõdebat, Ruben,
Simeõ,Leui,Iuda,Nephthalim,Gad,Aſer, Bẽiamin:
ſic ſub Ioſeph duo illius filij cognomẽ indebãt tribu-
bus,& appellabãtur,altera quidẽ Ephraim,altera ve-
ro Manaſſe. Harũ itaq; tredecim, cæteræ quidẽ om-
nes agros habebãt ac prouentus multos,& agricola-
bãtur oẽs,reliquáq; omnia exercebant ad victũ per-
tinentia. Cæterũ tribus Leui ſola honorata ſacerdo-
tio,à negociis ad victũ pertinẽtibus liberata erat,ne-
que colebant agros,neq; tractabãt opificia,neq; prę-
terea quicquã hui⁹ generis exercebãt, ſed ſoli ſacer-
dotio vacabãt, ac decimas accipiebãt à toto populo
tum frumẽti,tũ hordei. Ex his eũ rebus illis portio-
nẽ dabant omnes,& hic erat illis prouentus. Nec fas
erat ex vlla alia tribu ſacerdotẽ vnquam fieri. Ex hac
enim tribu factus eſt Aaron,nimirũ de tribu Leui, ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

per successionẽ illius posteri sacerdotiũ accipiebant, A neq; quisquã vnquam ex alia tribu creatus est. Hi itaque Leuitę decimas ab illis accipiebãt, & sic alebanẽ. Sed ante Iacob, sub Isaac, sub Abrahã cum nondum esset Moses, nondũ scripta lex, nõdum Leuiticum sacerdotium esset proditum, non tabernaculũ, non tẽplum esset, non tribus discretæ, nõ Hierusalẽ extaret, cum nullus omnino in Iudæos rerũ principatum occupasset, fuit quidã Melchisedech, rex idem & sacerdos: typus eñ futurus erat Christi, cuius & scriptura manifestè meminit. Cum enim Abrahã irruptione facta in Persas, ac fratris filio Loth ex illorũ manibus erepto, oĩbus spoliis direptis rediret, hostibus virtute deuictis, hũc in modũ de Melchisedech loquitur scriptura: Et Melchisedech rex Salem obtulit panẽ ac vinũ: erat eñ sacerdos dei altissimi, & benedixit Abrahæ, dixítq;: Benedict⁹ es Abrahã deo altissimo, q̃ cõ-
Gen.14. didit cœlũ & terrã, & benedictus deus altissimus, qui B tradidit inimicos tuos sub manus tuas. Et dedit illi decimas ex oĩbus Abrahã. Si quis igitur Prophetarũ extitit qui dicat, quòd post Abrahã posteq; sacerdotiũ illud, & hęc sacrificia atq; oblationes exoriturus esset sacerdos alius, non ex illa tribu, sed ex alia, ex qua nũquam creatus est sacerdos, non secundũ ordinẽ Melchisedech: manifestũ est quòd vetus sacerdotiũ cessauit, aliud autẽ nouum in illius locum inductum est. Nam si futurũ erat vt vetus illud obtineret non secũdum ordinem Melchisedech, sed secundũ ordinem Aaron, oportuit hoc explicare. Quis igitur hoc dicit? Hic ipse q̃ de sacrificiis locutus, de Christo disserẽs
Psal.109. hoc quoq; alicubi dicit: Dixit domin⁹ domino meo, sede à dextris meis. Deĩde ne quis de vulgariũ hominum aliquo suspicaretur illud esse dictũ, nõ dicit hoc Esaias, neq; Hieremias, neq; quisquã alius propheta C priuatæ cõditionis, sed ipse rex: vt intelligeres quòd nõ possit hominẽ appellare suũ dominũ, sed deũ solum. Nã si priuat⁹ fuisset, fortassis aliquis improborũ dixisset illũ de homine loqui. Quomodo enim si de quopiam hominũ hæc locutus fuisset Dauid, dixisset quòd homo à dextris cõsedisset ineffabilis ac summę illi⁹ maiestatis? Hoc eñ impossibile. De hoc vero ait: Dixit domin⁹ domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. Deinde ne putares cũ imbecillem esse minúsq; potẽtem: Tecum, inquit, principatus est in diebus potẽtię tuæ. Manifestius etiã declarãs addidit: Ex vtero ante luciferum genui te. Ante luciferũ nullus hominũ fuit genitus. Tu sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedech. Non dixit secundũ ordinem Aaron. Proinde percontare Iudæum, si sacerdotiũ vetus nõ D est antiquãdum, quam ob causam induxit aliũ sacerdotem secundũ ordinẽ Melchisedech, & non secundum ordinẽ Aaron. Per hoc igitur ipsum rem euidẽtiorẽ reddidit. Cum enim dixisset de Christo, quem-
Heb.7. admodum & alibi loquitur: Tu sacerdos in ętternũ secundum ordinẽ Melchisedech, subiũxit, de quo multus nobis sermo, & enarratu difficilis. Deinde cũ increpasset discipulos, (dicẽdum est enim breuiter) ait: Quis est ille Melchisedech? & adducit historiam quæ loquitur hoc modo: Hic occurrit Abrahę reuertẽti à cõcisione regum, benedixitq; illi, cui & decimas impartit⁹ est Abrahã. Post aperiẽs considerationẽ figuræ: Contẽplamini autẽ quãtus sit iste, inquit. Hoc autẽ nõ simpliciter dixit, sed ostẽdere cupiẽs, quòd maius sit sacerdotiũ nostrũ quàm Iudæorũ, atq; in ipsis typis præueniẽs rerũ excellẽtia declaratur. Nã Abrahã Isaac erat pater, auus Iacob, proauus Leui, siquidẽ Iacobi filius erat Leui. Ex Leui sacerdotiũ apud Iudæos sumpsit originẽ. Verũ hic Abrahã progenitor Leuitarũ ac Iudaicorũ sacerdotũ, sub Melchisedech, qui typũ gerebat nostri sacerdotij, laici locum obtinuit, idq; duplici modo declarauit. Primũ quòd illi dederit decimas. Nã laici sacerdotibus dabant decimas. Deinde quòd benedictionẽ acceperit ab eo. Et enim laici à sacerdotib⁹ benedictionẽ accipiũt. Rursum considera quãta sit excellẽtia nostratis sacerdotij, quandoquidẽ Abraham patriarcha Iudęorũ, progenitor Leuitarũ comperitur benedictionẽ accipere à Melchisedech, illíq; dare decimas. Nam horũ vtrũque narrat vetus testamentũ, & quòd Melchisedech benedixerit Abrahæ, & q̃ decimas ab eo acceperit. His igitur in mediũ adductis Paulus dicebat: Cõsiderate quãtus est iste. Quis? Melchisedech, inquit, cui etiã decimas Abrahã ex præcipuis dedit, ipsorũ patriarcha. Et quidẽ hi qui sunt ex filiis Leui, sacerdotium accipiẽtes, mandatũ habẽt, vt decimas accipiãt à populo, hoc est à fratribus suis, quanquã egressis è lũbis Abrahæ. Quod autẽ dicit tale est: Leuitæ, inquit, qui apud Iudæos sunt sacerdotes, mandatũ acceperunt iuxta legẽ, vt decimas acciperẽt ab aliis Iudæis, attamẽ oẽs Leuitę progeniti sunt ex Abrahã, quẽadmodũ & reliquus populus, nihilomin⁹ decimas accipiũt à fratrib⁹ suis. Melchisedech vero q̃ nõ ducit originẽ ab illis, neq; enim ex Abrahã progenitus erat, neque ex tribu Leuitica, sed ex alio genere: decimauit Abrahã, hoc est, decimas accepit ab Abrahã: nec id solũ, verũ & aliud quiddã fecit. Quid autem hoc? quòd eidem, q̃ promissiones habebat, videlicet Abrahamo, benedixerit. Et quid hoc inquis, significat? quòd hoc sacerdotium illo multo sit inferius. Quomodo? Citra omnẽ controuersiam quod minus est à maiore benedictionẽ accipit. Itaque nisi Abrahã progenitor Leuitarum fuisset inferior Melchisedech, nequaquã ille huic benedixisset, neq; hic illi decimas dedisset. Deinde volẽs ostẽdere quòd per Melchisedech aduenerit hoc sacerdotiũ, subiecit dicens: Et, vt ita loquar, hoc est propemodũ, per Abraham etiã ipse Leui qui decimas accipiet decimat⁹ est. Quid est, decimatus est? Decimas dedit Melchisedech & ipse Leui, qui nõdũ erat genitus per patrẽ ipsius, inquit. Adhuc eñ in lũbis patris erat cũ occurreret Abrahæ Melchisedech. Nã ideo hoc occupãs dixit. Cuius igit̃ causa hæc dicebat? Subiicit dicẽs: Si cõsummatio igit̃ erat per Leuiticum sacerdotiũ, populus enim sub illo legẽ accepit, quid opus erat deinde secundũ ordinem Melchisedech exoriri alium sacerdotẽ, qui nõ dicatur iuxta ordinem Aaron? Quid autẽ est quod dicit? Si res, inquit, erãt perfectæ quæ gerebãtur apud Iudæos, neq; lex erat vmbra futurorũ bonorum, sed ipsa totũ efficiebat, nec futurũ erat vt cuiquam alteri concederet, neq; vt sacerdotiũ pri⁹ cessaret, qua de causa Prophe ta dixit: Tu es sacerdos in æternũ secũdum ordinem Melchisedech? dicendũ enim erat, secundum ordinẽ Aarõ. Et idcirco ait: Si cõsummatio per Leuiticũ sacerdotium erat, quid deinde opus erat secundũ ordinem Melchisedech exoriri sacerdotẽ alium, qui non diceretur secundũ ordinem Aaron? Ex hoc enim liquet, quòd illud finẽ acceperit, aliud in illius locũ inductũ sit multo meli⁹ ac sublimius. Hoc autẽ euicto, simul & illud in confesso est, quòd alius etiã vitæ status sacer-

tus sacerdotio congruẽs, simul inducẽdus esset, neq; A non legislatio melior, nimirũ nostra. Quod sanè demonstrans Paulus dicebat: Trãslato eñ sacerdotio, necessario fit & legis trãslatio. Quoniã autẽ pleráque legalia circa sacerdotij ministeriũ consistebãt, prius autem sacerdotiũ profligatum est, nimirum alio in illius vicẽ inducto, legationẽ etiã meliorẽ in illius locũ induci oportuit. Post hęc declarãs de quo hęc dicat, ait: De quo eñ dicunt̃ hęc, alterius trib⁹ particeps fuit, ex qua null⁹ vacabat altari. Manifestũ est enim q̃ ex Iuda exortus est dominus noster, in quã tribũ nihil de sacerdotio Moses locutus est. Cũ igitur clarũ sit Christũ ex illa esse tribu, nimirũ ex Iuda, & sacerdotẽ iuxta ordinem Melchisedech, porrò Melchisedech esse multo honorabiliorẽ Abrahamo, nimirũ & illud vndiquaq; constat, q̃ etiã aliud pro alio inducitur sacerdotiũ, multo quàm pri⁹ fuerat sublimius. Nã
B si typus talis etiã Iudaico sacerdotio splẽdidior erat, multo magis ipsa veritas: quod tractans idẽ Apostolus, dixit: Amplius adhuc manifestũ est, si secundum similitudinẽ Melchisedech exoritur alius rex, qui nõ sit iuxta legẽ pręcepti carnalis, sed iuxta virtutẽ vitæ incorruptibilis, quòd nullũ illius præceptum erat carnale. Non enim oues mactare neq; vitulos iussit, sed virtutẽ animi curare, & hoc pacto deum colere, & horum præmia vitã nobis designauit, quę nunquã corrũpetur. Ac rursum mortuos nos sub peccatis veniens suscitauit, & in vitam reduxit destructa duplici morte, altera peccati, altera carnis. Quoniã igitur venit, propter hoc dicit: Non iuxta legẽ præcepti, sed iuxta virtutẽ vitæ incorruptibilis. Iam igitur & illud quod restabat demonstratũ est, quod translato sacerdotio, legis quoq; translationẽ fieri conueniebat. Attamẽ & hoc ipsum expresse licebat demõstrare, pro-
C phetásq; testes rursus adducere, quòd & lex esset trãsferenda, quòd reipublicæ status in melius transmutãdus, & q̃ nũquam rex aliquis Iudæus exoriturus sit. Verum quoniã tantum est dicendum, quantum auditor possit capere, nec omnia simul, nec aceruatim, illis in aliud tẽpus dispẽsatis: hic sermonẽ finiemus, exhortãtes vestram charitatẽ, memineritis eorum quæ dicta sunt, & hęc illis quę prius dicta sunt, annectatis: quódq; prius rogauimus, idẽ & nũc rogamus, vt fratres vestros reducatis ad salutẽ, multam solicitudinẽ habeatis pro mẽbris neglectis. Propter hoc enim nos tantum laborum susc̃ipimus, non vt vulgari more loquamur, neq; vt plausum strepitúmq; feramus: sed vt auulsos ad viã veritatis reducamus. Ac ne quis mihi dicat, nihil mihi cũ eo est negocij, vtinã cõtingat mi-
D hi mea ipsius negocia recte gerere. Nemo suũ ipsius negociũ recte gerere potest neglecta proximi salute,
1.Cor.10. propter hoc & Paul⁹ ait: Nemo quod suũ est quęrat, sed quisq; quod alterius: sciẽs quòd sua cuiusq; vtilitas in proximi vtilitate sita est. Sanus es tu, sed oculus tuus infirmat̃: hoc est, est ægrotus. Itaq; si vere solicit⁹
2.Cor.11. fueris ꝓ egrotãte, magis dolebis, & imitaberis in hoc quoq; beatũ illum qui dicit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego nõ vror? Etenim si cũ duos obolos dederimus, paulúmq; pecuniæ insumpserimus in pauperes, gaudem⁹: si poterimus animas seruare, quãto maiorẽ voluptatis fructum capiemus? quantum autẽ in futuro seculo recipiemus gaudium? Nam ibi quoq; quoties cõueniemus, multã capiemus voluptatẽ ex congressu, reminiscẽtes officiorum, quæ vicissim alij in alios prẽstitimus. Deinde cũ illos cõspexerimus ad tribunal illud metuendũ, multæ fiducię participes erimus: & quemadmodũ qui iniuria afficiunt, qui vsurpãt aliena, qui rapiunt, qui mala innumera proximis inferũt, cũ illuc venerint, cõspicue viderint qui hæc passi sunt, (videbũt enim, videbũt inquam, omnino, id quod perspicuũ est & ex diuite illo & Lazaro) neq; os aperire poterunt, neq; habebunt quod dicãt aut excusent, sed multo pudore magnáq; condẽnatione repleti ex illorũ aspectu, ad ignea flumina adducentur. Itidẽ qui bene viuunt, qui docent, qui instituunt, vbi viderint eos quos seruauerũt, illic patrocinãtes ipsis, multa fiducia replebũtur. Et hoc Paul⁹ declarãs dixit: Gloria vestra sum⁹, quẽ- 2.Cor.1.
admodũ & vos nostra. Quando hoc? In die domini nostri Iesu Christi. Ac rursus Christus exhortatur, dicens: Facite vobis amicos ex mãmona iniquitatis, vt Luc.16.
cum defeceritis, accipiãt vos in æterna sua tabernacula. Vides q̃ multa fiducia nobis contingit ab his, quos hic nostro beneficio iuuerimus. Quòd si vbi pecunia dũtaxat insumit̃, tot sunt coronę, tãta merces, tanta remuneratio: vbi iuuatur anima, quî fieri potest vt nõ multa magnáq; nobis cõtingant bona? Etenim si Tabitha illa quæ viduas vestiebat, quæ paupertati Actio. 9.
subueniebat, à morte in vitam reuocata est, & lachrymæ eorũ qui beneficiis affecti fuerãt, animã in corp⁹ reduxerũt, cum nondũ venisset resurrectio: quid facient hominũ lachrymæ per te seruatorum? Quemadmodum enim hanc circunstantes viduæ viuam ex mortua reddiderunt, sic & te tunc circunstantes qui nunc per te seruati fuerint, efficiẽt vt multã experiaris humanitatẽ, & ex incendio gehennæ eripiẽt. Hæc igitur scientes non ad præsentẽ horam tantum feruidi simus & vigilantes, sed ignem quem habetis nunc,
C excitate egressi foras, lustrantésq; curate salutẽ ciuitatis. Quod si ignoretis, disquirite vbi sint q̃ his malis ægrotant. Sic enim & nos vobis prõptius lubentiúsque loquemur, ipsis factis cognoscentes quòd nõ in petram semẽ iacimus, & vos ipsi circa virtutis exercitationem eritis alacriores. Quẽadmodũ in pecuniis, qui duos lucratus est aureos, prõcliuis est ad decẽ, ad viginti colligẽdos congregandósq;. Sic vsu venit & in virtute, qui fecerit bonũ opus, officiúmve pręstiterit, extimulationẽ aliquã aut exhortationem ad agẽdũ sumit, vt alia quoq; benefacta aggrediatur. Vt igitur & fratres seruemus, & nobis veniã pro peccatis, imò potius multã fiduciam reponamus, deniq; curemus & illud, vt à cæteris omnib⁹ nomẽ dei glorificetur, cũ vxoribus, liberis, & famulis ad hunc venatũ & indaginẽ egressi, extraham⁹ è diaboli laqueis captos
D ab illo iuxta ipsius voluntatẽ: nec prius desistamus, q̃ quicquid per nos præstari poterit, pręstiterimus, siue pareãt, siue nõ pareãt. Quin potius impossibile est vt Christiani cũ sint, non pareant: sed ne vel hanc excusationẽ habeatis, illud dico: Si posteaquã multa verba exhauseris, & quicquid per te præstari poterit, expleueris: videris illũ non obtẽperare, adducito ad sacerdotes, & omnes per dei gratiã potientur venatu, totúmq; tuũ erit, qui illũ adduxeris. Expedit vt hæc & vxores dicant viris, & viri vxoribus, & filij parentib⁹, & patres filiis, & amici amicis. Discãt hęc & Iudęi, & ij qui nobis quidẽ coniuncti vidẽtur, sed cũ illis sentiunt, q̃ nobis aliquod studiũ est, ac solicitudo, vigilantiáq; pro fratrib⁹ nostris ad illos vltro currẽtibus. Et omnes ante nos, illos corrigẽt, qui cũ nostræ professionis sint, tamẽ illò cõmeant. Quin potius nemo

posthac ausurus est ad illos cõfugere, sed erit corpus Ecclesiæ purũ. Deus autem qui vult omnes homines fieri saluos, & ad agnitionẽ veritatis venire, & vos ad istum venatũ corroboret, & illos ab hoc errore liberet. Deniq; cunctos ad salutẽ reuocatos dignos reddat cœlorũ regno, in gloriam eiusdẽ domini nostri ac saluatoris Iesu Christi, cui gloria & imperium, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM ADVERSVS IVDÆOS,

Oratio quinta.

PRæteriit ieiunium Iudæorum, imò potius ebrietas Iudęorum. Est enim & absque vino ebrietas, est & in sobrietate temulenta luxuriosáq; comessatio. Quòd si nemo posset absq; vino temulentus esse, nequaquã Propheta diceret: Væ iis qui ebrij sunt, & nõ à vino: si nõ esset sine vino ebrietas, haudquaquam dixisset Paulus: Nolite inebriari *Ephe.5.* vino in quo est luxuria. B Nam quemadmodũ vino, sic & alio modo possit aliquis inebriari. Eóq; dixit. Nolite inebriari vino. Est enim ebrietas & in ira, & in absurda concupiscentia, & in auaritia, & in amore gloriæ, denique in aliis innumeris affectibus. Ebrietas enim nihil aliud est, quàm excidisse à recta ratione, deliratióq; & sanæ mentis priuatio. Non solum igitur qui multum exhaurit merum, verumetiam qui alium quempiam morbum alit in animo, vehementer ebrius esse iudicabitur. Etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui scortis vacat, ebrius est. Et quemadmodũ is qui multum ebibit merum, seséq; ingurgitauit, illiberales voces effundit, aliúdq; pro alio videt: sic & hic veluti mero quopiã, sua cupiditate repletus, neq; sana profert verba, sed obscœna omnia, sed perniciosa, sed illiberalia, risúsq; plena, aliáq; pro aliis videt, cæcutiens ad ea quæ cernũtur. C Quòd si cui mulieri stuprum inferre concupiscit, hanc vbiq; imaginans, non aliter quàm mente captus, ac delirans, in conuenticulis, in conuiuiis, in omni tempore, in omni loco, & si innumera hominũ milia ipsum alloquãtur, ne audire quidem videtur, sed ad illã tantũ intentus est animus, nec aliud somniat quàm peccatũ, habétque suspecta omnia, metuit omnia, nihilo melior animante quod alligatũ scutica impellitur. Rursusq; quẽ tenet ira, ebriꝰ est. Similiter & huic turget facies, vox fit asperior, oculi fiunt sanguinolẽti, mẽs obtenebratur, prudẽtia submergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro aliis audiunt, nimirũ ira lõge grauius quàm vllum merũ soleat percellẽte cerebrum, tempestatẽ concitãte, turbationẽmq; gignẽte insedabilẽ. Quòd si ebrius est, quẽ tenet concupiscẽtia iráve: D multo magis homo impiꝰ & in deũ blasphemus, illiúsq; legibus repugnans, quíq; hanc intẽpestiuam Iudæorũ pertinaciam nũquam vult effugere, ebrius est insanítq;, deterius affectꝰ quàm ij q̃ comessantur, quíq; mente capti sunt, licet ipse morbum suũ non sentire videatur. Nã id maxime conuenit ebrietati, etiam sensu vacare malorũ, quæ turpiter cõmittit. Quemadmodũ igitur illud est grauissimũ in mente captis & attonitis, quòd cũ ęgrotẽt, nec hoc ipsum sentiant se esse ægrotos: sic & Iudęi, nũc cũ sint ebrij, non sentiunt tamẽ morbũ suum. Præteriit igitur illorum ieiunium, quauis ebrietate fœdius. Nos autẽ ne remittamus pro fratribus nostris solicitudinẽ, neque posthac existimemus vllam illorũ curam esse importunam: sed quemadmodũ faciũt milites, vbi commisso prælio verterint in fugã aduersarios, ab insectatio- A ne redeuntes, nõ protinus currũt ad tabernacula, sed prius ad conflictus locũ profecti, tollũt eos q̃ ex ipsorum numero cæsi sunt, ac vita quidẽ defunctos terra occulunt: cæterũ si quos viderint inter mortuos spirantes adhuc, nec letale vulnus habẽtes, iis in tẽtoria sublatis, multã adhibẽt curationem extracto telo, accersitis medicis, absterso sanguine, pharmacis porrectis, reliquáq; omni curatione admota ad sanitatẽ reducũt. Et nos igitur quoniã opitulante dei gratia Iudæos persecuti sumꝰ armatis aduersus illos vndiquaquẽ prophetis, reuersi ad nos videamus, num qui fratrum nostrorũ ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti sint, nũ qui illis in festo cõmunicauerint: ac neminem quidẽ tradamus sepulturæ, sed potius sublatos omnes curemus. Nã sub externis quidẽ hostibus, qui semel conciderit, animámq; efflarit: fieri nõ potest vt miles eũ recuperet, & ad vitam reuocet. Cæte- B rũ in hoc bello prælióq;, etiã si quis letale vulnus acceperit, fieri potest vt auxiliãte nobis dei gratia eũ ad vitam reducamus. Nõ em̃ hæc naturæ mors est, quẽadmodũ illa, sed voluntatis ac propositi. Volũtatem autem mortuã licet denuo suscitare, animæq; morti datæ persuadere licet, vt ad suã vitam redeat, suumq; dominũ agnoscat. Agite ne defatigemur fratres, neque delassemur, neq; desistamꝰ, neq; quisquã illa verba dicat, ꝙ ante ieiuniũ illis cauere oportuerit, omnémq; mouere lapidẽ: nũc vero posteaquam ieiunatum est, posteaquam peccatum admissum est, posteaquam iniquitas cõsummata est, quę superest vtilitas? Etem̃ si quis nouit quid sit fratri cõsulere, nouit & illud, quòd nũc potissimũ oporteat admouere manus, omnéq; studiũ impendere. Neque enim tantum ante peccatũ admissum conuenit fratris saluti cauere, ve- C rum & post lapsum manus porrigẽdę sunt. Etenim si deus ab initio fecisset istud, tantúmq; nobis cõsuluisset ante peccatũ, post peccatum neglexisset hominẽ, passúsq; fuisset perpetua in ruina iacere: nullus adhuc nostrum vnquam salutẽ fuisset consecutus. Verũ hoc nõ facit deus, quippe amãs humani generis ac mitis, nostręq; salutis auidissimꝰ. Quin & post peccata multam præstat solicitudinẽ, quandoquidem & Adæ cauit ante peccatũ, dicẽs, è quouis ligno quod est in paradiso comedẽs comedes: *Gen.2.* è ligno vero cognitionis boni malíq; nõ comedetis, sed quocũq; die comederitis, morte moriemini. Ecce & facilitate legis, & largitate concessorũ, & acerbitate supplicij, & ipso fine illationis prospexit ne peccaret. Nõ em̃ dixit, post vnũ aut duos trésve dies, sed in ipso die quo comederítis, morte moriemini. Deniq; cunctis quibus cauere D oportuit modis, cauit homini: attamẽ vbi post tãtam prouidentiam, eruditionẽ, exhortationem, beneficẽtiam lapsus est, nec obtemperauit iussis diuinis, nõ dixit deus, quæ iã restat vtilitas. Comedit, cecidit, trãsgressus est legẽ, credidit diabolo: despexit pręceptũ dei, accepit vulnus, mortuus est, neci traditus est, in dãnationis sentẽtiã incidit. Quid posthac est quod illi loquamur? Nihil horũ dixit, sed protinus ad illum venit, allocutꝰ est, cõsolatus est, ac rursus aliud admouit remediũ, videlicet laborẽ ac sudorem: nec prius destitit oĩa facere, conari omnia, donec naturã collapsam restituisset, atq; à morte liberasset, & ad cœlũ prouexisset, maioráque q̃ perdiderat homini bona dedisset: factis ipsis docens diabolũ, quòd his insidiis nihil ꝓfecisset, sed quòd homines eiectos è paradiso, paulo pòst visurꝰ esset in cœlis angelis permixtos. Idẽ fecit

fecit in Cain. Siquidẽ & illius priusquã peccaret, cauerat saluti, denũciato periculo dicẽs: *Gen.4.* Peccasti, quiesce, ad te cõuersio illius, & tu illiꝰ dominaberis. Vide sapientiã prudentiámq; dei. Hoc metuis, inquit, ne te frater spoliet pręrogatiua primogenitorũ, propterea quòd mihi charus est, ne principatũ sibi vsurper tibi debitũ. Nã primogenitos, posterius genitis oportebat honorabiliores esse. Bono, inquit, animo sis, ne metue, ne hac de causa despõdeas animũ: ad te cõuersio eius, & tu dominaberis illius. Quod autẽ dicit hũc habet sensum, Mane in honore primogeniti, & esto fratri tuo refugiũ, vmbraculum, ac patrocinium, imperáq; & dominare illius, tantũ ne ad parricidiũ prosilias, neque ad impiã illam feraris occisionem. Verũ ne sic quidẽ auscultauit, neque conquieuit, sed cæde semet impiauit, dexterã in fraternum immisit iugulũ. Quid igitur? nũ dixit deus, Sinamus illum in posterũ? Quis posthac erit profectus? Perpetrauit parricidiũ, mactauit fratrem, contempsit admonitionẽ meam, insanabile, miniméq; condonandũ homicidium ausus est perpetrare, talíq; ac tãta dignatus solicitudine mea, eruditione, cõsilio, cũcta illa propulit ex animo, nec vlla ratione cõuersus est. Deseratur igitur in posterũ ac proiectus esto, nec vllo meo respectu dignus habeatur. Nihil tale deꝰ nec dixit, nec fecit, sed ad illũ venit denuo & corrigit hominẽ dicẽs: Vbi est Abel frater tuus? Ac ne inficiantẽ quidẽ deserit, sed vel inuitum adigit ad facinoris confessionẽ: cúmque ille dixisset, Nescio: nũ custos fratris mei sum ego? ait, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ipsę, inquit, res prædicant te homicidio inquinatũ. Quid ille? Maius est peccatũ meum quàm vt mihi remittatur, etsi eiicias me de terra, etiam à facie tua occultabor. Huius sermonis sentẽtia sic habet, Grauiora quidẽ cõmisi, quàm vt veniã mereãtur, aut excusari possint, aut condonãda sint: sed si velis vrgere quod factũ est, omnibꝰ obiiciar, tuo auxilio destitutus. Quid igitur deus? Non sic, inquit, imò quisquis occiderit Cain, septẽ vindictas persoluet. Ne metuas, inquit, hoc, viues longã vitã. Si quis te occiderit, obnoxius erit multis suppliciis. Nã septenarius numerus in scripturis infinitæ multitudinis significationem habet. Quoniã igitur Cain multis suppliciis obnoxius erat, anxietati, tremori, suspiriis, deiectionibus animi, dissolutioni corporis: Qui occiderit, inquit, te, & ab illis vinculis liberarit, ipse in sese vindictas accerset. Ac videtur quidẽ id quod dicitur vehemẽter atrox esse, cũ cõtrà declaret domini beneuolentiã. Etem̃ deus volens posteros ad tẽperantiã adducere, tale supplicij genus excogitauit, quod Cain à peccato posset liberare. Nã si protinus illũ interfecisset, abisset quidẽ peccatũ in sese tectũ ferens, neq; posteris vllo pacto fuisset cognitus. Nunc autẽ permissus multo tempore viuere in illo tremore, docuit obuios omnes ipso aspectu, vacillationéq; carnis exhortans ne quãdo similia auderent, ne similia paterentur, simul & ipse redditus est melior. Nam tremor & timor ac vita cũ anxietate peracta, corporísq; dissolutio, veluti vinculo quopiã constrinxit illũ, neque permisit denuo ad simile facinus prorũpere, & prioris assidue cõmonefecit, & interim ipsius animã moderatiorẽ reddidit. Sed inter hæc loquẽti mihi venit in mentẽ, vt in medium adducã, quęrámq; quãobrem tandẽ cum peccatum suũ esset confessus, factúmq; damnasset, dicẽs se maiora peccasse quàm vt veniã mereretur, nulláq;

A excusatione se dignũ esse, non potuerit abluere peccata, cũ Propheta dicat, Dic tu iniquitates tuas prior, *Esa.43.* vt iustificeris: sed condemnatus fuerit? Quoniã nõ dixit quemadmodũ iussit Propheta: nõ enim simpliciter dixit, Dic tu iniquitates tuas, sed ait, dic tu prior iniquitates tuas. Quod quæritur hoc est, nõ simpliciter esse dicẽdas, sed prius esse dicẽdas, non expectandã redargutionẽ accusantis. Hic autẽ nõ dixit prior, sed expectauit donec redargueret̃ à deo, quin potius illo redarguente negauit. Postquam autẽ semel factũ est peccatũ palam, tum dixit peccatum, quæ quidem non est confessio. Proinde tu quoq; dilecte cum peccaueris, ne expectaris vt ab alio accuseris: sed priusquã accuseris ac deferaris, tu condẽna quę facta sunt. nã si quis alius deinde te redarguerit, nõ iã cõfessionis est officium, sed illius qui accusat correctio. Quapropter & alius quispiã inquit: Iustus suiipsius accu- *Prou.18.* B sator est in principio sermonis. Itaq; nõ hoc est quod quęritur vt accuses te ipsum, sed vt prior te ipsum accuses, nec expectes ab aliis redargutionẽ. Petrus itaq; post illam nefariã abiurationem, quoniam celeriter suum ipsius peccatũ recodatus est, nullóq; accusante dixit peccatũ, fleuítque amare: adeo abluit illam ab- *Matt.26.* negationem, *Lucæ.22.* vt etiam primus Apostolorũ fuerit factus, ac terrarũ orbẽ totum subiecerit. Sed quod dicebam (nam oportet ad id quod propositũ est reuerti) satis vobis ex his demonstrauit ratio, ꝙ non oporteat fratres lapsos negligere neque cõtemnere, verũ prospicere quidẽ illis ante peccatum, cæterum etiam post peccatũ multã erga illos præstare curam. Itidẽ faciunt & medici: præscribũt enim ac præcipiũt hominibus, quę possunt illorũ sanitatem tueri, omnémque morbũ excludere: cæterum vbi neglexerint pręC scripta, & in valetudinẽ aduersam inciderint, nõ negligunt eos ipsi, sed tum maxime multã adhibent solicitudinẽ, quò illos morbo leuẽt. Identidẽ & Paulus fecit, qui eũ qui stuprũ cõmiserat, post illud pecca- *1.Cor.5.* tum quod ne inter gentes quidem inueniebatur, non contempsit: verum etiam auersantẽ, nolentémq; cõfiteri peccatũ, sed subducere se parantem ac resilientem, reduxit ad sanitatẽ: & ita reduxit, vt cõiungeret corpori Ecclesiæ: neq; dixit apud sese, quid amplius? quę vtilitas? Stuprũ cõmisit, peccatũ perpetrauit, nec vult desistere à lasciuia, verũ sibi placet, & immedicabile vulnus reddidit: sinamꝰ igitur illũ ac deseramus. Nihil horũ dixit, sed propter hoc ipsũ maxime multa vsus est erga illum solicitudine, quod ad nõ referẽdam malitiam vibebat illũ esse delapsum: neque cesD sauit terrere, minari, punire, tum per sese, tũ per alios complures, nihil nõ faciens, nihil nõ tentans, donec illũ ad agnitionẽ peccati perduxisset, ad sensum iniquitatis, postremo donec ipsũ liberasset ab omni noxa. Hoc sanè facito tu quoq;, imitare Samaritanũ illũ, qui in Euãgelio tantã erga vulneratũ præstitit solicitudinẽ. Etenim illic præteriit leuita, pręteriit pharisæus, ac neuter deflexit ad iacentẽ, sed inclementer crudelitérq; relicto semineces abierũt. Samaritanꝰ autem quispiã, qui nulla ex parte illi coniunctus erat, nõ prętercurrit, sed accurrẽs misertus est, instillauit oleũ & vinum, imposuit asino, duxit ad diuersoriũ, pecuniam partim dedit præsentẽ, partĩ pollicitus est, pro eius qui nihil ad ipsũ pertinebat curatione, nec dixit apud sese: Quæ mihi cura est istius? Samaritanus sum, *Luca 10.* nihil mihi cũ illo, procul absumus à ciuitate, & ille ne ingredi quidem potest. Quid autẽ si ferre non possit

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

viæ longitudinẽ,mortuũ afferam? capiendus ſum ob cædem,obnoxius ero homicidio. His ſanè de cauſis multi ſæpe prætereũtes ac videtes homines vulneratos,prætereunt,nõ quòd grauẽtur tollere, pecuniiſq; parcãt,ſed metuẽtes ne & ipſi pertrahãtur in iudiciũ tanquam cædis rei: verũ humanus ille ac mitis nihil horum metuit,ſed his omnibus contemptis impoſuit eum aſino,& in diuerſoriũ perduxit, neq; quicquam harum rerũ ſpectabat, non periculum, non pecuniarum impendium,non aliud præterea quicquã. Quòd ſi Samaritanus adeo humanꝰ mitiſq; fuit erga hominem ignotũ, quam habituri ſumus nos veniã, ſi proprios fratres neglexerimꝰ in malis grauioribus? Nam & iſti qui nunc ieiunauerũt, inciderunt in prædones Iudæos:imò verius oĩbus prædonibus ſequiores, quique grauioribus malis afficiũt eos q in ipſos incidũt. Neq; enim veſtes illorũ lacerarũt, neque corpori inflixerunt vulnera,quemadmodũ illi tunc fecerãt:ſed animã ſauciarũt, multiſq; vulneribus illis inflictis ſic abierunt illos relinquentes in fouea peccati iacẽtes. Ne igitur diſſimulemꝰ talẽ tragœdiã calamitatemq;, neque prætereamus incleméter tã miſerabile ſpectaculum. Quinetiã ſi alij hoc fecerint,tu ne feceris. Ne dixeris apud temetipſum,homo ſum mũdanus, vxorem & liberos habeo, iſta ſacerdotũ ſunt, iſta monachorũ. Neq; enim Samaritanus ille hæc dicebat, vbi nunc ſacerdotes?vbi nunc phariſæi?vbi Iudęorũ doctotes? ſed perinde quaſi venatũ quempiã maximum nactus eſſet, ita lucrũ arripuit. Et tu igitur cum videris aliquẽ egẽtem curatione vel corporis vel animæ: ne dicito apud teipſum,quare ille & ille eũ non curauerũt?ſed à morbo libera. Ne petas ab illis cauſas negligentiæ. Si inueneris aurũ iacens, nõ dicis apud teipſum,quare ille aut ille hoc nõ ſuſtulerunt?ſed feſtinas ante alios rapere. Itidẽ & de fratribꝰ collapſis cogita,putatóq; te theſaurũ reperiſſe,nimirũ occaſionẽ illis medẽdi. Etenim ſi inſtillaueris illi velut oleũ ſermonis doctrinã, ſi obligaueris humanitate temperãtiáq; vulneratũ,ſi ſanaueris,ille te faciet ditiorẽ quouis theſauro. Qui eĩm eduxerit precioſum ex indignitate,tãquam os meũ erit,inquit ille. Quid huic poterit æquiparari? Quod neq; ieiuniũ,neq; humi peractę cubationes,neq; peruigilia, neque aliud quippiã poteſt efficere,efficit fratris ꝓcurata ſalus. Cogita quàm multa tuũ os frequẽter peccauerit,q̃ multa verba obſcœna protulerit,quàm multa cõuicia,q̃ multa maledicta euomuerit,& omnino ſuſcipies collapſi curam. Nam hoc vno benefacto omnẽ illam delere maculã poteris. Et quid dico delere? facies vt ſit os tuũ ſicut os dei. Quid huic honori poſſit æquiparari? Nõ enim ego iſta polliceor, ipſe deus hoc dixit. Si vnũ quempiã eduxeris, inquit, vt os meũ erit os tuũ, purũ, ſanctúmq;. Ne igitur negligamus fratres, neq; prætereũtes dicamus,q̃ multi ſunt qui ieiunãt,quàm multi intercepti ſunt,ſed curã habeamus illorũ, etiamſi multi ſint qui ieiunarunt,tu ne traducas,néve in fabulã vertas Eccleſiæ calamitatẽ,ſed medere potius. Et ſi quis dixerit,multi ieiunarũt,obtura illi os, ne fama diuulgetur,eíq; dicito: Ego quidẽ nõ noui, deceptꝰ es homo,mẽtirisq; dicẽs illos eſſe multos. Ac delatori quidẽ impone ſilentiũ,cæterũ eos qui intercepti ſunt ne neglexeris: vt vtrinq; multa ſecuritas cõtingat Eccleſiæ,tũ ex eo quòd fama non ſit euulgata, tum inde ꝙ eos ipſos interceptos ad ſacrũ gregem reduxeris. Ne igitur obambulantes referamus qui peccauerint, ſed feſtinemus vt eos qui peccarũt, corrigamus. Eſt enim praua conſuetudo tantũ accuſare fratres,nec illorum curã habere, traducere mala infirmorũ, nec mederi. Auferamus igitur hãc prauã cõſuetudinẽ chariſſimi. Neque enim ea mediocrẽ peſtem inuehit. Et quo pacto?ego dicã. Audiuit aliquis ex te quòd multi cũ Iudæis ieiunauerint,minimé; expẽdẽs quo animo dixeris, in aliud id quod dictũ eſt, detorſit. rurſus ille parũ attẽtus,alteri hoc ipſũ elocutus eſt,deinde paulatim hac mala fama increſcente, magnũ quidẽ probrũ offunditur Eccleſiæ: his vero qui pereũt nulla affertur vtilitas, quin potius grauiſſima noxa, tũ his tũ aliis. Etiãſi pauci fuerint,nos tamẽ eos rumoribꝰ malis multos facimꝰ:& eos qui ſtãt,imbecilliores reddimus:& eos qui ad caſum procliues ſunt,impellimus. Frater eũ audiens eſſe multos qui ieiunarũt, ipſe negligentior erit: Deinde rurſus qui infirmior eſt, hoc audito accurret ad multitudinẽ eorũ qui ceciderũt. Ne igiẽ vel ſuper hoc, vel ſuper alio quouis improbo facto gaudeamus,etiãſi multi fuerint peccatores,traducere eos ac dicere multos eſſe,ſed potiꝰ obturemꝰ os,& coërceamꝰ. Ne mihi dixeris,multi ſunt qui ieiunarunt,ſed corrige multos. Nõ ideo mihi conſumptũ eſt tantũ verborũ,vt accuſes multos, ſed vt ex multis facias paucos, imò potius ne paucos quidem, ſed & hos ipſos etiã ſanes. Ne itaq; traduxeris peccata, ſed medere. Quẽadmodũ enim qui traducunt, & in hoc tantum vacant, etiã ſi pauci fuerint qui peccauerunt, faciunt vt multi eſſe putẽtur:ſic qui cohibent ac ſilẽtiũ imponũt traductoribus,lapſorúmq; curã habent, etiã ſi multi fuerint,& eos ipſos facile corrigunt, nec quenquã ſinunt ex horũ fama lædi. Non audiſtis ꝙ Dauid deplorans Saũlẽ dixit,Quomodo ceciderunt potentes? Ne annũciaueritis in Geth,neq; prędicaueritis in viis Aſcalonis,ne lætẽtur filiæ incircunciſorũ. Quòd ſi ille rẽ manifeſtam noluit traduci, ne aduerſariis gigneret voluptatẽ:quanto magis non oportet hæc efferre ad aures alienas, ſed potius ad noſtras,vt neq; hoſtes audiẽtes gaudeãt, neq; noſtri re cognita concidãt,ſed oportet cohibere rumorẽ, & vndiquaque compeſcere. Ne mihi dixeris, hoc illi dicebãt.apud te ipſum cõtine verbũ. Quemadmodũ tu nõ poteras tacere, ita nec ille poterit hęc apud ſeſe cõtinere. Hęc nõ de hoc preſente tantũ ieiunio dico, ſed de cæteris etiã innumerabilibus peccatis. Ne hoc conſideremus tantũ,an multi ſint abrepti: ſed illud conſideremus,quomodo illos reducamus,ne exaggeremꝰ res hoſtium,ac noſtras deiiciamus:ne illos potẽtes oſtẽdamus,noſtras vero res imbecilles:ſed omnia potius in contrariũ faciamus. Nouit etiã fama vel deiicere,vel erigere animũ. Ideóq; moneo vt illos rumores augeamus,q̃ res noſtras attollũt,magnáſq; videri faciũt:nõ autẽ illa fratres exaggeremꝰ,quę toti ſodalitati dedecus offundũt. Cõtrà,ſi quid audieriꝰ boni,apud omnes proferamꝰ:ſi quid vero mali prauiq;, apud nos ipſos occultemus,idq; vt tollamus,nihil nõ faciamus. Et nũc obãbulemus,curioſe ſcrutemur,cõtemplemur eos qui lapſi ſunt,etiãſi in ædes oporteat ingredi,ne grauemur. Quòd ſi ignotus fuerit,nec vlla ex parte ad te pertinẽs is q̃ cecidit, ſcrutare, eſto curioſus quẽ habeat amicum aut neceſſariũ,& cui maxime obtẽperet,hoc aſſumpto ingredere in ædes,ne pudeſcas, neq; erubeſcas. Si ingredereris pecuniã poſtulaturꝰ,aut beneficiũ acceptuꝰ ab illo, ęquũ erat erubeſcere. Cæterũ cum pro illius ſalute ingrediendi occaſionem

Quare nõ expedíat publicare turbã peccantium.

Hiere. 15.

occaſionẽ ceperis, liberatus es ab omni crimine. Aſſide ſanè, loquere cũ illo, aliis de rebus facto ſermonis exordio, quò correctio careat ſuſpicione. Dic mihi, laudáſne Iudæos eo ꝙ Chriſtũ crucifixerint, quodq; eum conuiciis afficiãt, & legis tranſgreſſorem appellant? Profecto nõ ſuſtinebit ſi fuerit Chriſtianus, etiãſi millies Iudaizet, dicere, laudo: ſed obturabit aures, dicétq; tibi, abſit. Bono animo ſis homo, quũ ab ipſo ceperis conſenſum vnius proloquij. Rurſus aſſumito dicens: Quomodo igitur cũ illis, dic mihi, quomodo particeps es feſti? quomodo cũ illis ieiunas? Poſt hæc accuſa illorum improbitatem, expone omnẽ iniquitatem, quam ſuperioribus diebus narrabam apud veſtram charitatẽ, à loco, à tempore, à templo, à prædictione prophetarũ redargui: oſtende quomodo fruſtra & incaſſum omnia faciunt, nec vnquã ad priſtinum ſtatũ redituri ſunt, quódq; fas illis non eſt extra Hieroſolymam quicquã tale facere. Ad hæc cõmonefacias gehennę, formidãdi tribunalis Chriſti, eorũ quæ noſtram cauſam illic vel leuatura vel grauatura ſunt, quódq; illorũ omnium redditurꝰ ſumus rationem, quòd vltio nõ parua repoſita eſt eis qui talia audent. Commonefacito & Pauli dicentis: Quicunq; in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis: & rurſus cõminantis. Si circũcidamini, Chriſtus nihil vobis proderit. dicitóq; quòd quemadmodum circuncifio, ita & ieiunium Iudaicũ è cœlis expellit ieiunãtem, etiamſi habuerit alia innumerabilia benefacta. Dic, ꝙ Chriſtiani ꝓpter hoc vocamur & ſumꝰ, vt Chriſto pareamus, nõ vt ad hoſtes curramus. Quòd ſi prætexat curationes aliquas, dixeritq; tibi, pollicentur remediũ, & ideo ad illos curro: patefacito illi impoſturas, incãtationes, applicaturas, veneficia. Neq; enim alio modo videntur mederi, neq; enim vere medẽtur. Abſit. Quin ego quidẽ illud longe mirabilius dicã, etiamſi vere ſanarẽt, ſatius tamẽ eſſe emori, quàm ad Chriſti hoſtes accurrere, itáq; ſanari. Quid enim prodeſt curare corpus, anima pereũte? Quid autẽ lucri, aut quid ſolatij nãciſcamur, mox coniiciendi in ignem æternum? Nam ne dicerẽt iſta, audi quid dicit dominus: Si extiterit propheta in te, aut ſomniũ ſomnians, ediderítq; ſignũ ac prodigiũ, euenerítq; ſignum ac prodigiũ ſicut loquutus eſt, dixerítq;, eamus & ſeruiamus diis aliis: ne auſcultetis prophetæ illi, quoniã tentat vos dominus deus veſter, an diligatis ipſum ex toto corde veſtro. Quod dicit tale eſt: Si quis, inquit, prophęta dixerit, Poſſũ excitare mortuũ, mederi cæco, ſed obtẽperate mihi, adoremꝰ dęmones, immolemus idolis. Deinde ſi qui hæc loquiſ, poſſit mederi cæco, aut excitare mortuũ: nec iſta præſtanti crediderís, inquit, eò ꝙ deus tentans te, permiſit vt ille hoc poſſit, non quòd ille nõ noſſet tuũ animũ, ſed vt tibi probationis occaſionẽ exhiberet, an vere diligeres deum. Eſt autem amantis, etiamſi exanimes ad vitã reuocẽt qui nos conantur ab amato diſtrahere, nequaquã tamẽ ab amato deficere. Quòd ſi hęc dixit Iudęis, multo magis ad maiorẽ ſapientiam inuitauit eos quibus reſurrectionis oſtiũ aperuit, quibus prędecpit ne in rebus præſentibus figerẽt amorẽ, ſed ſpes omnes ad vitam futuram transferrent. Sed quid dicis? Affligit te, premítque corporis morbus? Atqui nondũ tanta paſſus es, quãta beatus ille Iob, imò ne minimã quidem partem malorum illius. Siquidẽ poſtquam ſimul interiſſent greges & armenta cum cæteris omnibus, in prædam abductus eſt, & puerorũ totus chorus, cáque omnia vno die peracta ſunt, vt non modo natura calamitatũ, verũ etiã perpetuitas deiicere poſſet athletã. Poſt hæc omnia vulnꝰ accepit letale, vidit vermes toto vndiq; corpore ſcatẽtes, nudúſq; ſedit in ſterqui linio, publicũ iis qui aderãt calamitatis ſpectaculũ, ille iuſtus, ille pius, ille ab omni malo opere abſtinens athleta. Ne hic quidẽ erat malorũ finis, ſed dolores addebãtur diurni pariter ac nocturni, nouáq; quædã & admirabilis illum fames oppugnabat: Auenam, inquit, video cibum meum, probra quotidiana, ſcommata, riſus: Nam famuli, inquit, mei, & concubinarũ mearum filij inſurrexerũt aduerſum me, & in ſomnis terrores, cogitationũ perpetua quædam fluctuatio. Atqui vxor conſiliũ dedit, vt ab his omnibus malis liberaretur, ita loquens: Dic aliquod verbum aduerſus dominum, ac morere. Dic, inquit, blaſphemiam, & ab vrgentibus malis liberare. Quid igitur? Nũ ſubuertit ſanctum illum virum mulieris conſilium? Imò contrarium fecit, magíſq; ſibi ſumpſit alas, ſic etiam vt increparet vxorẽ. Potiꝰ enim duxit, maioribus affici cruciariq; doloribus, innumeráque perpeti mala, quàm blaſphemia vlla tantorũ malorum relaxationẽ cõſequi. Itidẽ & ille qui triginta octo annis detẽtus fuerat in infirmitate ſua, ſingulis annis currebat ad piſcinã, & ſingulo quoque anno repellebatur, nec aſſequebatur ſanitatẽ: ſed quotãnis cõſpiciebat alios ſanari, propterea quòd multos haberent à quibus curarentur, ſe vero quoniam nullos haberet qui ipſum exhiberent, in perpetua manere paralyſi. Ne hic quidem confugit ad diuinos, non adiit incantatores, aut profiliit ad eos qui per applicaturas promittunt ſanitatem, ſed expectauit diuinã opem, cóque tãdem admirandam quandam & inauditam ſanitatẽ adeptus eſt. Lazarus autem cum fame, cũ morbo, cum ſolitudine per omnem vitã colluctatus eſt, non triginta & octo annos verſatus in his, ſed per omne vitę tempus. Sic igitur & expirauit in diuitis veſtibulo iacens, cõtemptus, irriſus, eſuriẽs, canibus obiectus pabulũ. Sic autẽ illius corpus debilitatũ erat, vt nec canes irruentes vlceráq; illius lingentes poſſet abigere. Haud tamen quærebat incantationẽ, non petala circunligauit, non expertus eſt impoſturas, non veneficos ad ſe vocauit, nec aliud quicquam veritarũ artium tentauit, ſed prius habuit illis immori malis, quàm vlla ex parte deſerere pietatẽ. Quam igitur veniam nos impetrabimus, qui cũ illi in tantis malis perdurarint, ob febriculã, aut leue vulnus procurrimus ad ſynagogas, veneficos & impoſtores in ædes noſtras accerſimus? Non audiſti, quid dicat ſcriptura: Fili ſi accedis ſeruiturus domino, præpara animã tuam ad tentationem: dirige cor tuum, & perdura in morbo ac paupertate: in illo fidens eſto. Sicut in igni probatur aurum, ſic homo ſit acceptus in camino deiectionis. Si tu famulum flagris cæcideris, & ille triginta aut quinquaginta plagis acceptis, illico prouocet ad libertatem, aut deſerat tuum dominium, & ad alios quoſpiã ſeſe cõferat, qui te oderint, eóſq; in te cõcitet: dic mihi, num is abs te veniam impetraturus ſit? An quiſquã pro illo poterit eſſe patronus? Nequaquã. Quur ita tãdem? Quoniam officiũ eſt heri, punire talem famulũ. Non ob id tantũ, verum etiam ob hoc, quòd ſi fugiendum erat, nõ ad hoſtes & oſores domini prioris oportebat fugere, ſed ad amicos & cognatos. Proinde tu quoq; ſi videris te puniri à deo, ne profugias ad inimicos Iudæos, ne magis etiã illos in te ꝓuoces, ſed ad amicos illius

Galat. 5.

Deut. 13.

Iob. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius martyres ac ſanctos, q illi placuerũt, quíq; multam apud illũ habent authoritatẽ. Sed quid loquor de famulis & heris? Filius nõ poterit hoc facere, nec abnegare cognationẽ quã habet cum patre. Nam & naturę leges, & leges ab hominibus inſtitutę, ſic præſcribũt, etiãſi flagris cædat pater, ſi à mẽſa depellat, ſi ędibus exigat, ſi quocunq; modo puniat: iubent omnia fortiter perpeti, nec vllam illi venią concedunt, ni paruerit pertuleritq;. Etiãſi filius cęſus innumeras querimonias deplorãs proferat, hæc verba audit ab omnibus: Pater eſt qui cecĩdit ac dominus, habétque potestatẽ in te quod vult faciendi, & oportet omnia placide ferre. Ergo famuli quidẽ ferũt dominos, filij parentes, frequenter & præter æquũ punientes: tu vero nõ ſuſtines deũ te corripientẽ, qui plus habet in te iuris, vtpote verè dominus, qui plus te diligit q̃ pater, quiq; nihil per iracundiam, ſed omnia facit in tuã vtilitatem: ſed ſi leuis aliquis morbus acciderit, illico reſiliẽs ab illius dominio, ad dæmones accurris, & ad ſynagogas confugis? Et quam tandem poſt hæc veniam conſequeris? Quo pacto valebis illum denuo tibi propitium reddere? Quin potius nec alius quiſquã pro te deprecari poterit, etiamſi tantum valeat apud deum authoritate quantũ Moſes. Non eſt, inquam, quiſquã qui hoc facere poterit. Nõ autem quid deus loquatur ad Hieremiã de Iudæis: Ne depreceris pro populo iſto, quoniã ſi ſurrexerit Moſes & Samuẽl, nõ exaudiam illos. Adeo ſunt peccata omnem remiſſionem ſuperantia, quæq; nullã recipiãt excuſationem: Itaque ne tantã in nos prouocemus iram, etiamſi videantur aliqui febrẽ incantamentis ſedare, non enim verè ſedant: tamen aliam in conſcientiã inducunt febrẽ, ratione ſingulis diebus ſtimulante, conſcientiaq; flagellante ac dicente: Impie feciſti, iniquitatẽ perpetraſti, violaſti fœdus cũ Chriſto ictum, ob paululum bonæ valetudinis, pietatẽ deſeruiſti. Nũ tu ſolus hæc paſſus es? An non alij multo quam tu acerbiora paſſi ſunt? Attamẽ nullº illorũ tale quid auſus: tu vero mollis ac diſſolutus animã tuam oppigneraſti. Quomodo excuſaberis Chriſto? quomodo illũ implorabis precibus? qua cõſciẽtia poſthac ingredieris eccleſiã? quibus oculis videbis ſacerdotẽ? qua manu ſacrã attinges menſam? quibus auribus audies ſcripturas quę illic leguntur? Quũ his ſtimulis quotidie ratio te pungetvrgebitq;, quũ conſcientia flagellabit, rurſus ipſe dices: Quæ hæc eſt ſanitas, quũ intus tam multas habeam cogitationes accuſatrices? Quòd ſi perduraueris pauliſper, cóſque qui vel incantationem aliquam canere voluerint, vel applicationes aliquas applicare corpori, multa etiam cum cõtumelia tuis ex ædibus ieceris: protinus ab ipſa conſciẽtia refrigerationem acceperis. Etiãſi millies exurat febris, anima tua quouis liquore, quauis irroratione meliorẽ vtiliorémque mitigationẽ adducet. Quemadmodũ enim poſtquã receperis incãtationẽ, ſanúſq; factus fueris, miſerius affectus es iis qui febre laborant, dum tecum reputas peccati magnitudinem: ſic nunc quoque etiam ſi febriciteris, innumeráq; patiaris mala, repulſis impiis illis, quouis ſano melius eris affectus animo, geſtiente præ gaudio conſcientia ac laudante te probantéque ac dicẽte, euge euge, heus homo Chriſti ſeruº, fidelis vir, athleta pietatis, qui malueris moleſtiis immori q̃ deſerere tuã pietatem, proximo ſecundum martyres loco ſtabis in illo die. Quemadmodũ enim illi præoptarunt cędi flagris torqueríq;, vt ad honorem perCap. 7. & 15.

uenirent: ita tu quoq; hodie prę optaſti flagellari torqueríq; à febri vulneribúſq;, ne abiiceres pietatẽ, nõ incãtamẽtis, nõ applicaturis ac ſpebº iſtiuſmodi ineſcatus, neq; ſenſu premẽtium dolorũ deiectus. Nam etſi te non auferat hæc febris, alia prorſus auferet, etſi nunc nõ moriamur, tamẽ poſthac moriemur. Mortale corpus ſortiti ſumus, non vt illius cupiditatibus obtemperantes impietatẽ amplectamur, ſed vt illius affectionibus ad pietatem abutamur. Hæc enim corruptibilitas, & hoc ipſum mortale corpº, ſi ſobrij fuerimus, nobis eſt materia probationis, multámq; nobis in illo die præſtabit fiduciã, nõ autẽ in illo ſolum, verumetiam in præſenti vita. Siquidẽ quum ieceris incantationes multa cũ contumelia ex ædibus tuis, omnes hoc auditu collaudabũt, mirabuntur, & inter ſe dicent: Ille laborans ægrotánſq;, plurimis exhortãtibus, incantãtibus, cõſulẽtibus, vt magicis quibuſdã incantamentis vteretur, nõ acceſſit: ſed reſpondit, Satius eſt hoc pacto mori, quàm deſerere pietatem. Ad hæc conſequẽtur multi plauſus ab his qui audierint, cunctis ſtupẽtibus, deũ glorificãtibus. Hoc quot ſtatuis erit tibi honorabilius? quot imaginibus magnificẽtius, quanto honore inſignius? Omnes laudabunt, omnes tuam felicitatẽ prædicabũt, omnes te corona dignũ iudicabunt. Præterea ipſi quoq; meliores fiẽt, ac viciſſim tuum exemplũ æmulabuntur, imitabunturque fortitudinẽ, & ſi quis alius tale quippiã fecerit, tu mercedẽ feres, qui exẽpli fueris author. Neque tantum conſequentur laudes rectè factorum, verum etiam celerrima morbi leuatio, quũ ipſa tua præclara voluntate conciliante tibi deũ ad maiorem beneuolentiam, tum ſanctis omnibus gratulantibus tuæ prõptitudini, atq; ex intimo corde pro te preces fundẽtibus. Quòd ſi hic talia ſunt præmia fortitudinis huiº, cogita quãtas illic recipies coronas, quũ angelis omnibus præſentibus, omnibus archãgelis, Chriſtus adueniens prehenſa manu tua in medium te illud theatrum produxerit, cunctíſq; audientibus dixerit: Hic homo quum aliquando febre correptus eſſet, multis ipſum exhortantibus vt à morbo liberaretur propter nomen meum, ac reuerentiã quam habet erga me, ne quid offenderet meã bonitatem, omnes qui pollicebantur ipſi damnatarũ artium præſidio ſanitatẽ, repulit, cúmq; ignominia reiecit, ac præoptauit emori potius morbo, quàm deſerere meã beneuolentiam. Etenim ſi eos qui ipſi potũ dederunt, qui veſtierunt, qui cibum dederunt, in mediũ adducit: multo magis adducet eos qui propter ipſum optarũt obnoxij eſſe & affligi febri. Neq; enim ſimile eſt dare panẽ ac veſtem, & morbum diutinũ perferre. Imò hoc illo multo maius eſt. Quanto emi laboris ac doloris plus toleratum fuerit, tanto etiã corona erit magnificentior. Hęc & ſani meditemur, & ægrotãtes inter nos colloquamur: & ſi viderimº nos ipſos aliquãdo febri intolerabili correptos, illud apud nos ipſos dicamº: Quid autẽ ſi nobis alicunde intẽtata lite ad tribunal rapiamur, móxq; ſublatis nudentur latera, an non neceſſe fuerit omnino perpeti, idq; nullo lucro nulláq; mercede? Hoc & nunc cogitemus, propoſita ſit etiã tolerãtiæ merces ſatis magna, vt leniat collapſum animũ. Sed moleſta eſt febris. Verũ oppone illi incendium gehennæ, quod effugies omnino, ſi volueris iſtam febrim cũ omni tolerãtia perferre. Reputa tecũ quàm multa paſſi ſunt apoſtoli, cõſidera iuſtos perpetuo in afflictionibus fuiſſe, recordare beati Timothei, q nũquam ab

quã ab aduerſa valetudine reſpirauit, ſed ab adoleſcẽtia iugi morbo erat obnoxius, ídq; Paulus declarans dixit. Modico vino vtere propter ſtomachũ tuũ ac frequẽtes infirmitates tuas. Quòd ſi ille iuſtus, ille ſanctus, ille qui orbis præfecturã ſuſcepit, q mortuos excitauit, qui dæmones abegit, qui morbos innumerabiles in aliis correxit, tã acerba paſſus eſt: quã excuſationẽ habebit qui tumultuatur ac deficit in morbis temporariis? Non audiſti ſcripturã dicentem, Quem diligit dominus caſtigat, flagellat autẽ omnẽ filium quem recipit? Quàm multi frequẽter optarunt martyrij coronã accipere? Hæc eſt parata martyrij corona. Nõ enim is modo martyriũ peragit, qui iuſſus ſacrificare, potius ducit emori, verũ etiam ſeruantem quod iuſtum eſt, ac ſpõte propter deũ mortẽ accerſere, manifeſtũ eſt martyrium. At vt intelligas hoc eſſe verũ, recordare quomodo Ioannes Baptiſta mortuus ſit, & qua de cauſa, & quãobrẽ, quomodo Abel. Neuter enim horũ vel altare vidit incenſum, vel ſtatuam poſitã, vel iuſſus fuit immolare dæmonibus: ſed ille quidẽ quia tantummodo reprehendit Herodẽ, decollatus eſt: hic vero quoniam deũ meliori ſacrificio honorauit quàm frater, occiſus eſt. Nũ igitur priuati ſunt martyrij corona? At quis hoc audeat dicere? quandoquidẽ ipſum etiã mortis genus ſufficit ad omnibus perſuadendũ, quòd inter primos martyres celebrantur. Quòd ſi etiam diuinã ſententiam ſuper his prolatã quæris, audi quid dicit Paulus. Nam quæ ille loquitur, ſine dubio ſpiritus ſunt. Puto emi, inquit, quòd ſpiritũ dei habeã. Quid igitur hic dicit? Exorſus ab Abel quũ dixiſſet, quòd maiorem hoſtiã Abel præ Cain obtuliſſet deo, & propter hãc mortuus adhuc loqueretur: deinde digreſſus ad prophetas ac decurſa ſerie vſq; ad Ioannem, dixiſſet, occiſione gladij mortui ſunt, alij vero diſtenti ſunt, multis, & diuerſis mortis generibus cõmemoratis, ſubiecit hoc modo: Itaque nos quoque tantã habentes circundãtem nos nubem martyrũ, abiecta omni ſegnitie, & tenaciter inhærente peccato, per tolerantiã curramus. Vides quòd etiã Abel appellauit martyrẽ, & Noë & Abraham & Iſaac & Iacob. nã & iſti propter deũ mortui ſunt. Quemadmodũ, inquit Paulus, quotidie morior: atqui non mortuus eſt, ſed propoſito tantũ perpeſſus eſt mortẽ: Sic & tu ſi repuleris incantamẽta, veneficia, ac magicas artes, etiãſi morbo moriaris, martyr perfectus fueris, eò quòd aliis pollicẽtibus morbi leuationẽ cum impietate, præoptaris mortẽ cũ pietate. Et hęc nobis dicta ſunto aduerſus eos q iactãt dicúntque dæmones mederi. Cæterũ vt intelligas, ne hoc quidẽ eſſe verũ, audi quid Chriſtus dicat de diabolo, Ille homicida erat ab initio. Deus dicit, homicida eſt, & tu ad illum tanquã ad medicũ curris? Dic mihi quum accuſaberis, quam rationẽ adferre poteris, qui credas horũ impoſturis eſſe fidendum potius quàm Chriſti ſententiæ? Quum igitur deus dicat, homicida eſt: iſti vero dicãt, poteſt leuare morbos, nimirum repugnantes ſententiæ diuinę: tu recipiẽs maleficia illa & incantamẽta, nihil aliud quàm ipſis factis tuis iudicas, iſtorũ verbis potius habẽdam fidẽ quàm Chriſti. Quòd ſi diabolus homicida eſt, manifeſtũ eſt quòd illi ſeruientes dæmones ſunt. Et hoc quoq; te ipſis factis docuit Chriſtus, q permiſit illos irruere in illũ gregẽ porcorũ, vt intelligeres quòd eadem facturi fuerint hominibº, ſtatímq; præfocaſſent, ſi deus illis permiſiſſet aduerſus eos propria potẽtia ac volũtate vti. Nunc vero ipſe illos coërcuit, phibuítq;, nec quiequã eis permiſit facere aduerſus homines: quod quidẽ ipſi poteſtate accepta in porcos declararunt. Etenim ſi porcis non pepercerũt, multo minus à nobis abſtinuiſſẽt, ſi aduerſus nos poteſtatẽ habuiſſent. Ne igitur dilecte fraudibus illorũ abducaris, ſed eſto confirmatus in timore dei, ne ſimilis illorũ fias. Nam ſimiles illorũ ſunt qui faciunt eadẽ, & omnes qui cõfidunt illis. Et quomodo ingredieris ſynagogam? Si ſignaris frõtem tuã, illico fugiet praua poteſtas ſynagogam inhabitãs: ſin vero nõ ſignaueris, in ipſis foribus protinus arma abiecíſti, mox nudũ & inermem abreptũ diabolus malis innumeris afficiet. Sed quid attinet de illis loqui? Nam quod ipſe quoq; maximũ peccatum eſſe iudicas, ad ſceleratũ illum locũ accurrere, manifeſtũ eſt ex ipſo adeũdi modo. Etem quoties illuc accedis, ſtudes & famulos & amicos & vicinos fallere, iubéſq; ne te deferant ad ſacerdotes: ac ſi quis detulerit, indignaris. An non igitur magnæ dementiæ ſit, homines velle fallere, quum deus qui videt, vbiq; ſit præſens, perfrictáque facie tantum facinus audere? Sed non times deũ? Ergo ſaltẽ ipſos reuerere Iudęos. Quibº emi oculis ipſos intueberis? quo ore alloqueris, profitens te eſſe Chriſtianũ, tamen ad illorũ artes currens, & ab illis opem imploranſ? Non perpendis quantũ riſum in te effundent, quot ſcommata, quantam ſubſannationem, quanta dedecora, quantam irriſionem, quanta probra? Etſi non palàm, certe in ſua ipſorũ cõſcientia. Proinde dic mihi, hęccine ſunt tolerabilia? hæccine ferenda? Etiamſi mille mortes ſint oppetendę, & non ferenda mala tolerare ſit neceſſe: multo ſatiº erat omnes illas perpeti moleſtias, quàm iſtis ſceleſtis riſui & ludibrio fieri, præterea cũ mala conſciẽtia viuere. Hęc non dico vt audiatis tantum, verum etiam vt his morbis laborantes ſanetis. Quemadmodum enim illos incuſamus, quòd ad ſceleratum illud theatrum, & impiam illam aberrent ſynagogam: ſic & vos, quòd infirmos corrigere non vultis. Non igitur hoc eſt quod quęritur dilecte, vt huc ingreſſus tantũ audias quæ dicuntur. Nam id quidem etiam ad condemnationẽ facit, quum auditis ſermonibus non adiungitur operũ demonſtratio. Etenim propterea Chriſtianus es, ideo hoc nomẽ accepiſti, vt Chriſtũ imiteris, ciúſq; legibus operum exhibitione pareas. Quid autẽ ille fecit? Non Hieroſolymis deſidens vocauit ad ſe ęgrotos, ſed obambulabat ciuitates ac vicos, geminos curãs morbos, tũ animi, tũ corporis: attamẽ poterat eodẽ in loco ſedens oẽs ad ſe attrahere, non tamẽ hoc fecit, nobis prębẽs exẽplũ, vt obambulemus & quęramus eos q̃ pereũt. Rurſus hoc etiã parabola de paſtore ſignificauit: non enim deſidebat cũ nonaginta ouibus, expectans donec quæ aberrauerat veniret ad ipſũ, ſed abiit ipſe & inuenit, inuentáq; geſtauit humeris ac reduxit. An nõ vides medicos quoq; hoc ipſum facere? Nõ cogunt ægrotos lecto decũbentes ad ipſorũ ędes deferri, ſed ipſi accurrunt ad eos. Hoc & tu facito dilecte, ſciens hãc præſentẽ vitã eſſe breuem: quódq; niſi hęc lucra parauerimus, nullã illic ſumus habituri ſalutem. Sępe vna anima quam lucrati fuerimus, poteſt innumerabilium peccatorũ pondus abolere, animęq; redimẽdæ fieri preciũ in illo die. Cogita quamobrẽ prophetа, quamobrẽ apoſtolus, quamobrem iuſti, quamobrẽ frequẽter angeli miſſi ſint, quapropter ipſe primogenitus filius ac verbũ dei aduenit. An non vt homines ſeruaret?

1. Tim. 5.

Heb. 12.

Ioan. 8.

Simile

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes seruaret?an nõ vt eos errãtes reduceret? Hoc idẽ fac agas tu quoq; pro viribus tuis, omnéq; studium ac solicitudinẽ impendas ad reducẽdum eos qui aberrarunt. Ad hæc vos singulis concionibus adhortari non cesso: siue mentẽ adhibeatis siue nõ adhibeatis, ego dicere non desinam. Nam hanc legẽ nobis deus præscripsit, vt siue audieritis, siue non audieritis, hoc ministeriũ impleamus. Et si quidẽ audieritis ea quæ dicũtur, multa cũ voluptate hoc ipsum faciemus. Sin autem neglexeritis, ac per insignem socordiam contempseritis, nobis quidẽ ex vestra inobedientia nullum futurũ est periculum: (quandoquidem quicquid erat nostrum, præstitimus) attamen quanquam non periclitamur nos qui præstiterimus omnia quę in nobis sunt, dolemus tamen ꝙ vos accusabimini in die illo. Non enim absq; periculo vobis erit audisse, si nõ accesserint opera. Audi igitur quomodo Christus accusans doctores sermonẽ occultantes, etiam his qui
Matt.25. docentur, loquatur. Quũ enim dixisset: Oportuit deponere pecuniã meam apud mensarios: & adiecisset, Ego veniens cũ vsura vtique repetissem illam: ostendit, quòd postquã audierit (nam hæc est pecuniæ depositio) qui accepit doctrinã, vsurã facere oporteat, tanquam domino repetituro. Vsura autẽ doctrinę nihil aliud est, quàm operũ exhibitio. Ergo quoniã nos quoq; deponim⁹ pecuniã in aures vestras: necesse est vt vos reddatis vsurã domino, hoc est, salutem fratrũ vestrorũ. Itaq; si hæc ipsa quę dicũtur tantũ detinueritis, nihil ex his lucri facientes: metuo ne eãdẽ detis pœnam, quam dedit ille qui defoderat talentum. Nã ille propterea manibus ac pedib⁹ vinctus in tenebras iectus est externas, quoniam non deprõpsit in alios quæ audierat. Ne igitur nos quoq; eadem patiamur, cum qui quinq; talẽtis acceptis duo lucratus est imitemur, etiamsi sermonem, etiamsi pecuniã, etiãsi corporis laborẽ, etiamsi preces aut aliud quippiã, quicquid illud fuerit, proximo seruando insumere oportuerit, ne grauemur, vt vndecunque talentum nobis à deo traditum pro sua quisque portione multiplicantes, possimus illam beatam audire vocem, Euge serue
Matt.22. bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui, quam nobis omnibus audire contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quem patri gloria simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

THEODORI GAZAE THESSALONICENSIS ad Alphonsum regem præfatio in orationes de incomprehensibili dei natura, diui Ioannis Chrysostomi, quas è Græco in Latinum vertit.

EVndem regem & pontificẽ olim fuisse accepimus, diue Alphonse rex inclyte, tanquã regis officio is fungi non posset, qui minus iura & rationes rerum sacrarum teneret, quas nosse pontificis certe interest. Romani itaque tui, gens armis præstantior cæteris omnibus, ingenio autẽ, doctrina, & deorum cultu facile cum Græcis etiam conferẽda, homines præditos sacerdotio poti⁹ Reipublicæ præsse censuere: & vehemẽtius de summo põtifice, quàm de consulatu solebant contẽdere: quippe qui ita sese dignius rempublicã regere credi posse arbitrarentur, si profiteri cognitionẽ partis quoque diuinæ viderẽtur. Græcis itẽ hominibus hæc eadẽ opinio semper & probata, & summo in studio habita est. Vnde apud Atheniẽses inter nouos illos, & primarios magistratus regia dignitate prędit⁹ is enumerabatur, qui dearũ Cereris & Proserpinæ mysteriis, & Mineruæ Iudis præesset, & sacra vrbis præcipua faceret: ad quem causa vel impietatis, vel sacerdotij, vel cuiusuis de religione controuersiæ deferretur: qui iura matrimoniorum discerneret, & vnus ex principũ numero, cum sancto Areopagitano senatu de homicidiis iudicaret. Ad hæc Iudæorũ genti, cuius nobilitatẽ Iosephus cognomine Flauius insignis author, duobus libris, quos contra Appionẽ Grãmaticũ scripserat, late ac perpulchre aperuit, id fuisse in more certũ est, quã diu reges tales siue diuinitus, siue optimo iudicio hominum crearentur, vt reipublicę bona & seruarentur & augerentur. Aegyptios præterea, quos bonarũ artium, & religionis studiũ singulare nobilitarit, atque etiam Persas, Medos, Indos, gentes nominis magni, suos reges vel ex sacerdotũ ordine facere, vel maxime familiaritate sacerdotibus deuinctos habere solitos legim⁹. Ita omnes quasi duce natura regerentẽ, regem, quẽ peritum esse rerũ humanarũ oportere censerent, eundem haud quaquã diuinarũ esse ignarum patiebantur: & vt gens quæque magis ad rempublicã probam & laudabilẽ accederet, ita diligentius id seruauit semper, & coluit. Verũ hac nostra ætate, sic institutum videlicet à primis Christianæ religionis tẽporibus vsque habetur, vt nõ iidẽ & reges sint, & põtifices: credo ob eam potissimum causam, quoniã regi facili⁹ posse existimabãt, si duo quidã, quorũ alter rebus humanis, alter diuinis præesset, crearẽtur. Quãobrem & si vterq;, tam rex quàm põtifex, sine altero exequi officij quidẽ sui ratione authoritatéq; posset vices rei tum diuinæ, tum humanæ, tamen digestũ in duas personas est. Vnde fit, vt rex sæpi⁹ res sacras sibi vendicare iure suo existimet, & pontifex non alienã adire prouinciã arbitretur, si quando rem attinẽtem ad regem sibi attribuat: quod cęterorũ quoq; officiorum collegis vsuuenire conspicuum est. Cedere tamẽ & rex pontifici debet, & regi pontifex: & alterũ seruari ab altero, quantum constitutũ delegatúmque à maioribus est, oportere existimamus. Quod etsi rex minus diuinã rẽ facit, minúsque iudex constitutus est rerum sacrarũ, quas ecclesia suo vocabulo spirituales appellat: tamen rationes nosse earum rerũ, & quemadmodũ agi singula Christianæ religionis debeant, minime ignorare pulchrũ proculdubio est, & maiestati regiæ consentaneũ. Quocirca tu vt semper hoc ita esse iudicasti, ita semper dedisti operã, ne quid desit, quòd te regẽ minus perfectum absolutúmq; ageres: atque ita effectũ est, vt te cæteris nostrę ætatis regibus elegantiorem, & planẽ cũ illis, quorum memoriam & laudem seruant secula, comparãdum omnes & censeamus & prędicemus: ac nisi mẽtiri quis velit, & verba contrà quàm sentit facere (quod non hominis grauis & veri, sed assentatoris est) te quisque adeo religione, & rerum diuinarum scientia cæteris principibus antecellere affimauerit: vt non cui te cõparer, quærat, sed cuius vnius exẽplo cęteros omnes ad eam ipsam præclaram virtutem hortetur & moneat. Quis enim ex tot terrarũ orbis principibus te pietate insignior? quis diuini cultus obseruantior? quis ordinem sacerdotũ sibi deuinxit familiarius, vel plura sug pietatis reliquit monumenta? Quis autẽ acutius de reb⁹ diuinis, aut subtili⁹ potest differere? Cęteri prorsus vel eo tenentur errore, vt putent parum attinere ad principem rerum diuinarũ cognitionem: vel cum eam

eam probarent studeréntq; adipisci, voluntate quidem proxime accesserunt ad laudẽ, sed doctrina atque ingenio tanto te existũt inferiores, vt non minus theologię princeps, quàm facultates & copię rerũ ciuiliũ iure inter principes habearis & nomineris. Sed cur præ cæteris principibus te considereș, quãdo ne hominibus priuatis, qui in hoc stadio versantur, amplius quicquã supereșse quàm tibi percipimus? Quoties Narcissus Verdunẽsis, & vir & theolog⁹ singularis, argumentis, quibus vel respõdisses, vel obiecisses, recitatis in frequenti omniũ doctorum conuentu, ratione demonstrauit euidentissima ita esse, vt qui tecũ ita disputãt, nõ regiæ maiestati, sed exquisitæ tuę doctrinæ viribus cedant, & victorem te inuiti interdum confiteantur. Quoties eiusdẽ scientiæ profeșsores alij vltro, sed animo inuito, vt verbo Homeri vtar, expertos in se fuisse fateri, quod Narcissum doctorẽ sæpenumeto explicasse retuli, vidimus. Ita fit vt maiorem in modum tuũ admiremur ingeniũ, quo præter cæteras virtutes ingenuas, quas tã multas cõplexus mirifice es, theologiã tam pulchre cõsequi potuisti: quę res & si honestissima & grauissima est, tamẽ ob percipiendi difficultatẽ vix à paucissimis quęritur. Ita merito vnus tu vehemẽtissime laudaris ab homine probato & laudato, Bessarione Pontico Romanæ ecclesiæ cardinali, quem desideriũ tui visendi Neapolim ad te duxit, ac mẽsem iam quartũ tenet apud te summa cum delectatione, laude & admiratione tuarum virtutum & operũ. Laudat hic sapiens vir, & religionibus venerandus te regem & sapiẽtem, & religionis tum cultorẽ, tum defensorem egregium: bona animi tui commendat homo, cui certe omnium consensu contigit, vt literarũ Græcarũ sit facile princeps, Latinarum autem tantum teneat, quãtum nemo adhuc Græcorũ cõsequi potuit: effert summis laudibus prudentiam, ingenium, doctrinam, mores, denique præstãtiam tui animi. Vir qui præ sui animi magnitudine admodum paucos solet laudare, te tamẽ ita is admiratur, exosculatur, & complectitur animo, vt vix posset abs te discedere. Ostendit hic porrò quanti tuam doctrinã faceret, cũ libros, quos Aristoteles nobilis philosophus de rebus diuinis inscriptos Metaphysica edidit, hos diligentissime tibi in Latinũ conuertisset sermonẽ, ac tuo dicasset nomini: vt quos ille Alexandro regi sapienti perquam gratos composuit, iidẽ ad te interpretati mitterentur regẽ theologum, ac longe rebus diuinis edoctiorẽ, quàm de rege Alexãdro cõiectari ex iis quæ accipimus, liceat. Te igit religionis obseruantissimũ, & Christianæ doctrinæ studiosissimum regẽ, si operibus non modo, quæ ad rem attinet militarem, verumetiam quæ summæ religionis sunt, adire cẽsemus, nõ inepte id agim⁹, nec ea offerre videmur, quæ minus te delectent & moueãt. Quã ob rem post Mauricij illos de re militari libros, quos anno superiori obtuli tibi, vt iudici peritissimo eorũ quæ imperator ille & gessit & scripsit: has de incomprehensibili dei natura orationes quinq;, Ioãnis Antiochensis, cognomine Chrysostomi, doctoris ecclesiæ singularis, conuerti: & legẽdas propterea tibi obtuli, vt vel ex hac mea interpretatione, & ingeniũ, & dicendi copiam eius doctoris perciperes, & te sacro sermone, vt soles, oblectares. Fuit is certe facundior cæteris Christianæ religionis doctoribus, & copiosior. Et quãquam more ecclesiæ, vel in grauitate sermonis, vel in exquisito Atticæ linguæ vsu negligentior, aut Gregorio, aut Basilio eiusdem profeșsoribus, & prædicatoribus Christianæ religionis, tamẽ in exponendis sacris codicibus, tum magna vtilitate populi ad dilatandum argumentum, ad amplificandam sententiam, ad exemplorum copiam, ad facilem & omnino accommodatum, tum ad populi aures, tum ad religionis præcepta elocutionem, ad memoriam omnium, quæ officium doctoris Christiani requirit, hic meo iudicio anteponendus est cęteris: nec esse arbitror quempiam, qui, si modo quæ is Græce disseruit, assequãt, aliter sentiat. Vnde hic iure optimo cognomẽ id Chrysostomi meruit, ab oris aureo flumine: quod idem datum est Prusiensi Dioni: sed eo dignius Ioãni nostro, quo longe hic plura, & ad hominum vitam morésq; vtiliora, quàm Prusiẽsis ille scripsit, prædicauit, & docuit. Constat hunc iisdem clarusse temporibus, quibus Arcadius Theodosij imperatoris gentilis, cuius filius tum armis, tum pietate, ingenio, & literarum bonarum studio sese exhibuit singularem, tantáque apud eum ipsum imperatorem authoritate & gratia valuisse, vt & suos ciues Antiochenses, homines parum quietos, & plus sibi libertatis sumentes, quàm Romanorum pateretur imperiũ, ab ira capitali imperatoris sæpe liberarit, vniuersámque ipse vnus seruauerit ciuitatem, ne pœnas grauissimas lueret: & ecclesiæ Constantinopolitanæ patriarcha præfuerit, quę dignitas proxima in sacro ordine à summo pontifice habetur. Vixit tanta probitate morum, & sanctimonia illustris, vt nomẽ sancti acceperit ea vice, qua aut heroa, aut certe diuum, homines superioris religionis nominarent eum, qui virtute quadam excelluisset heroïca, mirúmque in modũ generi mortalium profuisset. Huius itaq; orationes. quas homilias ipse à conuersatione, & suæ doctrinæ communicatione inscripsit, vt hominis sancti & docti & elegantis, & diui Arcadij imperatoris familiaris, leges cum ociosior fueris: eris autem eò citius, quò plus apud te religionis charitas, quàm ciuile negocium valet.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATURA, CONTRA ANOMŒOS, ABSENTE EPISCOPO, HOMILIA PRIMA, THEODORO GAZA THESSALONICENSI INTERPRETE.

QVID hoc sit fratres charissimi, pastor abest, & tamen oues suum cum diligentia seruant ordinem, video. Profecto boni illius pastoris id quoque officium est, vt non modo illo præsente, verum etiam absente ouile studium omne adhibeat, ne quid temere agatur. Brutorum gregem si quis educet, nec adsit, manere intra septa necesse est: vel si sine pastore prodierit, passim oberrat & vagatur. At inter vos nihil eiusmodi video euenire: sed etiam cum pastor abest, vos cõsueta pascua petitis cum ordine & decore. Verum vt melius loquar, pastor & ipse adest mente & animo, quanquam corpore abest: nemo id abesse dixerit, cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum ordinem noſtrũ,& modeſtiam cõrempletur,tametſi minus corporeã eius faciem cernit. Quam ob rem ego magis magiſq; illum laudo & miror, quòd tantũ nobis imponere ſtudij,virtutis, veræq; religionis potuerit.Nam & copiarũ imperatorem ita præcipue commendamus,ſi eo nõ ſolũ præſente,ſed etiam abſente milites ſuum ordinẽ ſeruãt & tuentur.Quod idẽ Paulus à ſuis petebat diſcipulis, cũ diceret: Itaq; chariſſimi ſic ſemper obtẽperaſtis, non in præſentia mea ſolũ,ſed multo magis in mea abſentia.Cur multo ampli⁹ in abſentia, quàm cũ paſtor adeſt?Si lupus gregem inuadit,repelli facile poteſt,& fugari:at cum abeſt,grauius periculũ imminet, cũ nemo ſit qui defendat,& ſeruet.Adde quòd paſtor cũ adeſt, mercedem ſtudij ac induſtriæ cũ eo ipſo ouili, quod cuſtodit regítq;, partitur: cum autẽ abeſt, totum ſuum officium,munúſq; virtutis ab ipſo ouili proficiſci intelligendũ eſt.ob hæc eadem vel abſens ille humaniſſimus magiſter & pater, vbicunq; gentium ſit,vos veſtrúmque conuentũ & ordinem cogitat, & complectitur animo:neq; tã quos ſibi habet præſentes,quàm vos abſentes cernit,atq; intuetur.Noui illius ſummũ amorem,noui charitatis feruorẽ inſuperabilẽ, quem penitus radicẽ innixum viuaciſſima,animo continet, & ſingulari ſtudio colit.Quippe qui certe ſciat charitatem ipſam caput eſſe bonorũ omnium,& radicem, fontem & parentẽ,atque ea vna abſente,cętera vobis nullum fructũ afferre,nullam præſtare poſſe vtilitatẽ. Hęc enim diſcipulorũ domini indicium eſt,magnus ſeruorũ dei character.In hoc,inquit, omnes cognoſcent,q⁹ mei diſcipuli eſtis. In quo? nũ in eo,vt mortuos ſuſcitẽt,vt leproſos purgẽt, aut dęmonia expellant?Minime,inquit.Sed illa miſſa faciens oĩa,in hoc vno,dicit,omnes cognoſcẽt,quod mei diſcipuli eſtis, ſi charitatem adinuicẽ habueritis.Nam illa vnius ſupernæ gratiæ munera ſunt,hoc humani ſtudij eſt officium:animum autem probũ & generoſum, non tam ea quæ deus præbuerit munera, quàm ſuorũ laborũ officia cõmendant.Quapropter Chriſtus nõ à ſignis, ſed à charitate ſuos cognoſci diſcipulos aſſerit. Hæc enim ſi adeſt,nulla pars deeſt philoſophię: ſed integerrima perfectiſſimáq; virtutis ratio habetur: quemadmodũ certe laborũ expertẽ eſſe neceſſe eſt omnium, cui hęc deeſt.Quocirca & Paulus eam cõmendat,& verbis magnopere extollit,quãuis eius dignitatẽ nemo ſatis attingere queat. Quid enim ea eſſe poſſit condignũ,quæ prophetas,legémq; vniuerſam continet, ſine qua nõ fides,non ſcientia, non ſacramenti ratio, non ipſum martyriũ,non quicquid dixeris aliud ſeruare hominẽ valeat?Nam ſi tradidero,inquit,corpus meum,ita vt ardeam, charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodeſt.Idem item cum ſummũ bonum,& caput bonorũ omnium charitatẽ eſſe oſtendere vellet,ſic retulit:Siue prophetiæ euacuabunt,ſiue linguę ceſſabũt, ſiue ſcięntia deſtruet: manet autẽ fides,ſpes, & charitas.Sed quæſtio ex iis, quæ de charitate propoſui,oritur nõ (meo iudicio)negligenda:prophetiã enim euacuari, & linguas ceſſare nil mirũ eſt, quãdo hæc mira vbi ſuũ vſum ad tẽpus nobis præſtitere,deinde ceſſant,& nihil detrimẽti noſtrę inferre poſſunt rationi.Iam prophetia nulla eſt,nullũ linguarum munus: & tamen ratio pietatis nihilo impedita eſt. At ſi ſcięntia ceſſat,ambigendũ,quærendúmq; eſt,an quicquid hominis reſtet.Cum enim dixiſſet,ſiue prophetię euacuabũtur,ſiue linguę ceſſabũt:adiunxit, ſiue ſcięA tia,deſtruetur.Quòd ſi ſciętia aliquãdo ceſſauerit,res noſtra nõ ad melius,vt ſperam⁹,ſed in deterius deducetur. Nam ſine ſcientia id quoq; vt homines ſimus, amittemus.Deũ enim metue,inquit,& mandata eius cuſtodi,quoniã hoc quiſque homo eſt. Quòd ſi homo non aliud ſcit,quàm deũ timere: timor autẽ ipſe dei nõ niſi ex ſcientia prodeat:ſcientia item deſtruetur,vt Paul⁹ author eſt, aliquãdo noſtra omnia amittemus,& ſcientia priuati omnino peribimus,& nulla ex parte meli⁹,imò multo ex reb⁹ vilius quàm animalia bruta euademus.Hac enim re vna præſtamus,cum in cęteris omnibus corporeis longe admodũ à natura brutorum ſuperemur. Quid igitur ſit,quod Paulus dicat,& qua de re ita aſſerat,vt ſcientia deſtruat? Nõ de perfecta & vniuerſali ſciętia diſputat,ſed de particulari & imperfecta,profectúmq; noſtrum in meliora deſtructionem voluit nominare, videlicet noſtra B particulari ſcienta ita deſtructa,vt non præterea particularẽ perfectã,& vniuerſalem habeamus. Vt enim puerilis deſtrui ſolet, non deleta ſubſtantia & natura pueri,ſed tẽpore aucto,& ipſius ætatis proceſſu,euẽtuq; in virũ perfectum:ſic in ea ſcientia poſſe fieri intelligere debemus.Parua hæc ſciętia,inquit, nõ propterea erit parua, ſed amplitudinẽ in poſterũ capiet, magnáq; efficietur, hoc ſub illo vocabulo, Deſtruetur,intelligit: quod clarius ipſe ſuis frequẽtibus verbis explicauit. Vt enim cũ audires ſcientiam deſtrui, non poſſes inferre deſtructionẽ cuiuſque ſciętię, ſed incrementum potius,& ſciendi profectum in melio-1. Cor. 13. ra,addit:Ex parte em̃ cognoſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum eſt, tunc euacuabitur quod ex parte eſt.Vt non præterea ſit hoc ex parte,ſed perfectũ, ergo imperfectio eius C deſtruitur,ne prętera ſit imperfectũ,ſed perfectũ eſſe incipiat.deſtructio igitur iſta accumulatio eſt,& ad maiora acceſſio. At velim, vt aduertas diligentiam Pauli:non enim partẽ cognoſcimus,dicit:ſed ex parte cognoſcimus:hoc eſt,partis partem tenemus. Sed quantum reſtet,& vtrum maiorem an minorem partem teneamus. Ergo vt te partẽ minorem tenere intelligas, nec quamlibet minorẽ, ſed centeſimam aut milleſimã,accipe quę ſequuntur: vel potius antequã verba Apoſtoli recitẽ,exemplũ referam, quo exprimetur quoad fieri poteſt exẽplo,quantũ reſtet, quãtúmque ſit,quod impræſentiarum tenemus. Quæris quantũ differentiæ ſit inter præſentem ſcientiam & futuram.Quantum inter virũ perfectum ſit, & lactẽtem puerũ,tanto futura ſcientia pręſente amplior eſt D & pręſtãtior.Quod ita eſſe à Paulo itẽ accipe, qui cũ dixiſſet, Ex parte cognoſcimus: vellętque explicare quãta ex parte,& quàm exiguũ eſſet id quod tenem⁹, addit:Cum eſſem paruulus,loquebar vt paruulus,ſapiebam vt paruulus, cogitabã vt paruulus: cum autem factus ſum vir,euacuaui quæ erant paruuli.Cum habitu paruuli,præſentem ſcientiã comparat: cũ habitu viri perfecti, futurã ſcientiam confert. Nec dicit, cum eſſem puer, quoniã & qui dicennis eſt, puer dicitur:ſed cũ eſſem paruulus,hoc eſt,infãs & lactẽs, & parentis deſiderans vbera. Hunc enim à ſcriptura vocari paruulum, accipe à pſalmo, qui ita dicit: Do-Pſal.8. mine domin⁹ noſter, quàm admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra:Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.Ex ore paruulorũ & lactentium perfeciſti laudem. Vides iam paruulũ accipi pro lactente vbique?Tum ſpiritu præſagiens ſancto, hominum

posteriorum impudẽtiam & temeritatẽ explicat,nec A vno exemplo contentus,ſed etiam ſecundo & tertio Exod.4. idem affirmat. Quemadmodum enim Moſes cum ad Iudæos mitteretur,trium ſignorũ demonſtrationem accipiebat:vt ſi primo illi diffiderent,ſecundo obtẽperarent:aut ſi parum etiã arderent, ſecundo perſuaſi,& tertio eximiũ prophetam illum reciperẽt: Sic & Paulus tria proponit exẽpla,primum ex paruulo, ſecundum ex ſpeculo,tertiũ ex ęnigmate.Nam poſteaquã dixit,Cum eſſem paruulus,intulit: Videmus autem nunc per ſpeculũ. Secundum vero præſentis infirmitatis exemplũ eſt,& imperfectæ ſcientiæ noſtræ indiciũ. Tertio per ænigmatis obſcuritatẽ idem declarat. Etenim puer tametſi cõplura videt, audit, loquit̃,tamẽ nihil expreſſe,nihil dilucide aut videt, aut audit,aut loquit̃,& ſapit quidẽ,ſed nihil integre. Itaque more pueri ego quoq; & ſcio cõplura,tamẽ modum eorũ ignoro. Deum nanque eſſe vbique,totúmB que eſſe quaq; in parte orbis terrarũ noui,ſed quemadmodum ſit,neſcio.Item non inceptum, non genitum,ſempiternum eſſe deũ non ignoro: ſed quo pacto ita ſit,intelligere nequeo.Haud enim humana ratio poteſt capere,quemadmodũ fieri poteſt,vt aliqua ſubſtantia ſit,quæ neq; à ſemetipſa,nec aliunde ſuam originem habeat.Filiũ eſſe à patre deo immortali genitum noui,ſed quemadmodũ,ignoro. Spiritum ex eo procedere ſcio:ſed quemadmodũ,neſcio.Vbi igitur illi ſunt,qui ſe totã ſcientiã recepiſſe affirmãt, qui ſe in fauces ſummæ ignorãtiæ præcipitarunt?Nã qui hoc in ſeculo totũ ſciendi modum ſe recepiſſe autumant,in poſtero priuatos ſeſe omni ſciętia cõſtituũt, & miſerrimos ac perditos eſſe patiuntur. Quippe cũ ego qui me ex parte cognoſcere aſſeuerẽ,& hãc meã ſcientiã deſtrui aliquando debere fatear,in melius ac C perfectius proficiſcar,deſtructa particulari ſciętia,& accedente perfectiore & pleniore:ille vero q ſe integerrimã perfectiſſimam q; tenere ſciẽtiam arbitretur, & tamen deſtrui eã aliquando debere cogatur aſſerere,omni ſcientia priuatũ,deſtitutúmque in poſtero fore nequaquã poſſit inficiari.quam enim nũc tenet, deſtruitur,& nulla requirit̃ perfectior,cũ ea ſit perfectiſſima,vt ipſe cenſet,quã hoc tempore obtinet. Videtiſne quemadmodũ cum omnem hoc in ſeculo ſe habere ſcientiam contendant, neq; in hoc habeãt quod intelligãt, & in poſtero omni deſpoliati ſcientia peſſum eant? Tam malũ,tam nefarium eſt,non intra iuſtos ſe cõtinere limites,quos principio deus immortalis nobis deſcripſit & ſtatuit. Sic Adã honorẽ, quo erat prædítus,ſpe amplioris amiſit.Sic homines cupidi & quæſtui dediti,ſępenumero cũ plura maioD ráque perſequerentur,nõ modo nihil plus acquirere potuerunt,ſed etiã quæ habebant,amiſerunt.Sic etiã iſti ſummæ ſciętię authores,cũ ſe totũ tenere arbitrẽtur, parte etiã quam poſſunt habere, deſtituti labuntur & corruũt.Quas ob res vos fratres chariſſimi hortor & rogo caueatis,& inſaniã illorum hominum fugiatis.Contẽdere enim ſcire quid ſubſtãtiæ deus ſit, poſtremę eſſe inſanię iudico.Quod vt melius intelligatur, prophetarũ ſententias afferam: quos non ſolum quid ſubſtãtiæ deus ſit ignorare videmus, ſed etiam de ſapientia eius quãta ſit,plane ambigere:quãquam non à ſapientia ſubſtãtia eſt,ſed ex ſubſtãtia ſapientia. Verum cum eam ne prophetæ quidẽ plene percipere valeant:quantum ij inſaniunt, qui ſubſtantiam ipſam ſuis obiicere rationibus poſſe arbitrãtur?

Audiam⁹ quid de ea Dauid dicat,ppheta præclarus: Pſal. 138.
Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me.Vel potius altius repetamus:Cõfitebor tibi,quoniã terribiliter magnificatus es.Quid cũ terribiliter dicat,ſignificat?multa ſunt,quæ licet miramur,non tamen cũ timore:Verbi gratia:Magnifica ædificia columnarũ, ornamẽta parietum,picturas corporũ, flores & elegantiam miramur.Item maris vaſtitatẽ, immenſóſq; gurgites, ſed non ſine metu,cum eius inſpicimus altitudinẽ.Sic & propheta cum vaſtũ id immenſúmq; diuinæ ſapientiæ mare inſpiciat,vertigine quaſi tẽtatus ſtupeſcit,ac ſummo cum timore demirãs recedit, atq; exclamat: Confitebor tibi, quoniã terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua. Ac rurſus:Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me.Corroborata eſt, & nõ potero ad eam. Vide modeſtiã famuli,nota animi gratitudinẽ. Gratias,inquit,ppterea tibi ago,quòd te dominũ habeo incomprehenſibilẽ. Non de ſubſtãtia agit hoc loco, illam enim vtpote inter omnes conſtantẽ eſſe incõprehenſibilẽ omittit.Sed cum deum eſſe vbique cogitaret,hæc retulit,explicauitq; ne id quidẽ ſe intelligere,quemadmodum fieri poſſit, vt deus vbiq; adſit. Hac de re eum illa dixiſſe,accipe ab his quæ adiũgit: Si aſcendam in cœlũ,tu illic es:ſi deſcẽdero in infernũ,ades.Videſne quàm propheta, quẽadmodũ deus vbique adſit, intelligere nequeat, ſed ambigat, hæreat,vacillet vna eius ipſius rei cogitatione.Quomodo igitur fieri poteſt, vt nõ ad poſtremũ inſaniæ ſint profecti,qui tantũ ab illius gratia abſunt, quãtũ quidẽ ipſa dei ſubſtantia ſit,curioſe quærũt & perſcrutãtur? Atqui hic eſt ille ppheta,q incerta,inquit,& occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi:veruntamẽ qui occulta & incerta diuinę ſapiẽtię percepit, de hac eadẽ ſapientia refert,immẽſa eſt,incõprehẽſibilis eſt.Quippe qui magnus domin⁹ dicat,& magna virtus eius, & ſcientię eius nõ eſt numerus:id eſt,nulla eſt cõprehẽſio.Heus tu,quid ais?Sapientia dei nõ comprehẽdi à nobis poteſt? Nónne iſtud perſpicua ſit inſania? Magnitudo eius nullo deſcribit̃ fine, & tu ſubſtantiã deſcribere audes,ſatiſq; complecti animo poſſe opinaris? Hæc eadẽ cum Eſaias pro ſuo nobiliſſimæ philoſophiæ ſtudio cõtemplaretur:Generationẽ,dicebat, Eſaiæ.53. eius quis enarrabit?nõ,quis enarrat:ſed, quis enarrabit:vt omnẽ poſteri temporis rationẽ ſecluderet. Cũ itaq; Dauid dicat: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me,Eſaias nõ ex ſe tantũmodo inquit, verumetiã ab omni natura humana ſecludi narrationẽ eiuſmodi aſſerit.Sed videamus,an Paulus vas illud electionis cognouerit, vtpote quia gratia ampliore potiret̃. Omnino hic eſt,q illa refert:Ex parte cognoſcimus,& ex 1. Cor. 13. parte prophetamus.Nec eo loco ſolũ, ſed etiã alibi, non de ſubſtãtia, ſed de ſapientia ipſe quoq; diſſerẽs ea, quæ in prouidẽtia verſetur, nõ de illa vniuerſali, qua angelis,archãgelis, ac omnibus ſupernis virtutibus prouidetur:ſed de ea prouidẽtię parte,qua homi nibus terrę incolis cõſulitur,ac de eius ipſi⁹ parte,nec tamen totã eam ſcrutatur,qua ſol oritur, qua animæ inſpirantur,qua corpora effigiantur, qua mortalia alũtur,qua vniuerſus mũdus cõtinetur:ſed hęc omnia omittens,& particulam quandã diuinæ prouidentiæ inquirens,qua ſcilicet Iudæos neglexerit, gentes autem natos receperit,amplexus ſit:& hãc ipſam particulam veluti ad mare immenſum & gurgitẽ prælatũ inſpiciẽs,cõturbaſ̃,deficit & recedit, illico voce magna exclamat:O altitudo diuitiarũ & ſapiẽtię & ſciẽ- Rom.11. tiæ dei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ dei,quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius. Nõ incõ-
prehẽſibilia dicit,ſed inſcrutabilia:quòd ſi ſcrutatio-
nem non patiãtur,longe minus percipi poſſint & cõ-
prehendi. Et inueſtigabiles vię eius. Iã vias eius inue-
ſtigabiles eſſe audis,& ipſum eſſe cõprehenſibilẽ pu-
tas? Sed cur loquar de viis? præmia ipſa,quæ nos ma-
nẽt,cõprehendi non poſſunt. Oculus enim nõ vidit,
neq; auris audiuit,neq; in cor hominis aſcenderunt,
quæ deus præparauit his q diligũt eũ. Et munus eius
inenarrabile eſt. Gratias eñ deo, inquit, pro inenar-
rabili eius dono,&pax eius omnẽ excedit intellectũ.
Quid ais? iudicia inſcrutabilia ſunt,&viæ inueſtigabi-
les,pax omnem excedit intellectum, donũ inenarra-
bile: quæ præparauit diligẽtibus ſe,non aſcenderunt
in cor hominis, magnitudo finẽ non habet, ſcientia
caret numero, omnia eius incõprehenſibilia ſunt: &
ipſe ſolus eſt comprehẽſibilis? quis ad tantam inſaniã
poſſit accedere? Retine illũ hæreticũ,noli ſinere abi-
re,vrge acri⁹, quęre quid in iis Paul⁹ referat: Ex parte
cognoſcimus. Non id de ſubſtãtia,ſed de diſpẽſatio-
nibus dici reſpondent. Omnino ſi de diſpenſationib⁹
Paulus ita dixerit,longe amplius vicimus,quàm ſi de
ſubſtantia loqueretur. Nam ſi dei diſpenſatio incom-
prehenſibilis,multo magis ipſe deus incõprehenſibi-
lis eſſe debeat. Verũ nõ de diſpenſationibus agi hoc
loco,ſed de ipſa dei ſubſtãtia,accipe ex his quę addũ-
tur. Cum eñ propoſuiſſet: Ex parte cognoſcimus, &
ex parte prophetamus,adiunxit:nũc ex parte cogno-
ſco:tunc autẽ cognoſcam ſicut cognitus ſum. Dic er-
go,à quo eſt cognitus? A deõ ne,an à diſpẽſationib⁹?
A deo ſcilicet. Deũ igitur ipſum ex parte cognoſcit,
non tamẽ ita ex parte, vt partem ſubſtantiæ nouerit,
partem ignoret, cũ deus natura ſimpliciſſima ſit: ſed
quòd eſſe quidem deũ proculdubio norit,quod autẽ
ſubſtãtię ſit,omnino ignoret. Sapientẽ eſſe certo ſcit:
quantum ſapientia valeat,neſcit. Magnum eſſe mini-
me ignorat:ſed quemadmodũ & quæ ſit eius magni-
tudo,intelligere non poteſt. Vbiq; deũ adeſſe explo-
ratũ habet,ſed quemadmodũ, neſcit. An prouideat,
contineat,regat, gubernet ſumma cũ diligentia om-
nia,non dubitat: ſed modum quo hæc agat,ignorat.
Hac de cauſa ex parte cognoſcimus,& ex parte pro-
phetamus. Sed iã ſi placet,dimiſſis prophetis & Pau-
lo,cœlũ petamus, & an in illa regiõe ſuperiori aliqui
ſunt,qui dei ſubſtantiã norunt,quæramus: quãquam
ſi qui id ſcientes,ibi cõperiãtur, nihil inde poteſt de-
duci argumẽti. Nihil enim cõmune angelis cum ho-
minibus eſt,cum tam magnum diſcrimen inter natu-
ram corporeã ſit & incorpoream. Veruntamen de-
mus & concedamus,vt latiſſime intelligatur, deũ in-
comprehenſibilẽ eſſe, quãdo ne in cœlo quidem vir-
tus aliqua ſit creata, quæ norit diuinam ſubſtantiam.
Audiamus igitur angelos ipſos, non quòd de diuina
ſubſtantia illi diſputent inter ſeſe,atq; diſceptent,ſed
quòd glorificant,adorãt,& modulos triumphales ſe-
cretóſq; aſſidue referũt ſummo cũ timore. Alij, glo-
Eſaiæ. 6. riã in excelſis deo,modulãtur:alij,hoc eſt Seraphim,
ſanctus,ſanctus,ſanctus cõcinũt:& ſuos auertũt ocu-
los, cum ne condeſcenſum quidem & indulgentiam
dei valeãt tolerare. Ad hęc,Cherubin benedicta glo-
riã eius ex loco eius obſeruatiſſime referũt, nõ quòd
locus aliquis circa deũ cõſtet,ſed quòd more huma-
no conſueuimus dicere,vbicunq; ſit,& quemadmo-
dum ſit: quanquã ne id quidem tute dici de deo po-
teſt. Homines ſumus,nec aliter quàm lingua humana
verba de deo facere poſſumus. Vidéſne quantũ timo-
ris,quãta religionis obſeruãtia inter angelos eſt? Vi-
des quantus contẽptus,quanta negligentia inter ho-
mines? Angeli glorificant,honorãt, colunt,obſeruãt,
adorant: homines paruifaciunt,petulanter ſcrutãtur,
temere pluſquã capere poſſunt,conantur rapere. Illi
commẽdant & laudant,hi diſceptãt & plus ſibi arro-
gant,quàm valeant intelligere. Illi oculos integũt &
venerantur: hi contendunt impudẽter inſpicere atq;
intueri ineffabilem gloriam. Quem non hominũ eo-
rum miſereatur? Quis non lugeat,quum adeo errãtes
inſaniẽtéſq; videat? Volebã prolixius agere,ſed quo-
niam nunc primũ in iſtud diſputandi certamẽ deue-
nerim,cõmodius eſſe arbitror nõ plura vobis in-præ-
ſentiarum proponere, ne larga eorũ quæ occurrant,
copia, ſuo impetu memoriã eorum quæ iam accepi-
ſtis,detrahat atq; aboleat. Aliàs itaque,ſi deo placue-
rit, ſæpius de hac re diſſeremus. Equidẽ iampridem
hæc referre vobiſcũ & diſcutere cupiebam: ſed cun-
ctandum præterea,differendúmq; duxi ob eam rem,
quia complures ex his,qui eo morbo laborãt,videre
noſtris intereſſe libẽter ſermonibus: quos cum nollẽ
repellere, linguam adhuc meã retinui, vt primũ illos
nobis familiares,deuinctóſq; reddere: deinde in hoc
perluctandi genus me more athletarum expoliarẽ.
Nunc vero quoniã dei immortalis gratia ipſi me &
adhortãtur & rogant adire hunc puluerẽ, ſubeo iam
pro incomprehenſibili deo certamen, & arma ſuſci-
pio: quæ hominum vanas cogitationes, omnem ani-
mi elationem atq; ſuperbiam, cõtra dei ſcientiã poſ-
ſint euertere,fũdere,& proſternere. Suſcepi tamẽ nõ
vt euerterem aduerſarios,ſed vt erigerẽ iacẽtes. Hæc
enim armorum meorum vis eſt, vt homines conten-
dentes feriant atq; vulnerent: audientes pie benigne-
que,curent cũ diligentia, & tueantur. Non id genus
armorum inferre vulnera,ſed mederi vulneribus cõ-
ſueuit. Igitur non cõtra illos excandeſcemus,nõ ani-
mo irato agemus: ſed modeſte,humane,amicéq; diſ-
putabimus. Nihil enim manſuetudine validius, nihil
modeſtia efficacius. Quamobrẽ Paulus rem huiuſce-
modi ſeruari accuratiſſime monet cũ dicat, Seruum
domini nõ pugnare oportet, ſed manſuetum eſſe er-
ga omnes. Ac rurſus: Modeſtia veſtra nota ſit, nõ fra-
tribus, dicit: ſed omnibus hominibus. Quæ eñ ſit vti-
litas, inquit, ſi eos diligitis, qui vos diligũt? Si tamẽ a-
micitiæ detrimento ſint, & ad ſocietatẽ ſuæ impieta-
tis inuitent: recedendũ, reſiliendũq;, etiamſi cum pa-
rentibus agitur, eruendus eſt oculus ſi offẽdit. Ita eñ
præcipitur: Si oculus tuus dexter te ſcandalizat, crue
eũ: quod nõ de oculo corporis intelligimus. Nã ſi de
corporis natura hoc diceretur, crimẽ & culpa iure in
corporis creatorẽ transferretur. Præterea non oculũ
vnum, ſed vtrunq; eruere oportet. Nam ſi alter, id eſt
ſiniſter relinquetur, nõ minus ſcãdalizare te poterit.
Sed vt intelligas non de oculo dici, adiungit dextrũ:
quò oſtendat præſtare, ſi quem amicũ habeas etiam
charum perinde ac tuum oculum, eum quoq; reiice-
re,& à tua prędicre familiaritate, ſi modo te ſcanda-
lizet, hoc eſt, animę noceat. Quid enim iuuat habere
oculũ, cum reliquũ corpus lędatur & pereat? Ergo ſi,
vt propoſui, detrimentoſę ſint amicitię, reſiliamus &
fugiamus: at ſi nullã noxam, nullã iniuriã nobis ad re-
ligionẽ, pietatiſq; rationẽ inferãt, inuitemus, ducam⁹
amicos ad meliora. Verũ ſi neq; prodeſſe amico poſ-
ſis,& detrimẽtũ ex eo haurias: cõſulere tibi debes, vt

tutus, ſecuréq; maneas. Fugiendæ ſunt eñ amicitiæ,
Rom. 12. ſi offendant. Si minus probẽtur, fuge, tamẽ ſine lite,
ſine pugna. Sic enim Paulus monet, cũ dicit: Si poſſi-
bile eſt, quod ex vobis eſt, cũ omnibus hominib⁹ pa-
cem habentes. Seruus es dei qui author pacis eſt: qui
cũ dęmonia eiiceret,& bona ageret innumerabilia,&
cũ male audiret, in homines qui eũ dixere dæmoniũ
habere,nõ fulmẽ miſit, non ora maledica proſtrauit,
nõ linguas igne cõfulſit impudicas,ingratas, impro-
Ioan. 8. batas,quanquã hæc facere omnia poterat,ſed verbis
hiſce duntaxat maledicta illa auertit: Ego dæmoniũ
non habeo,ſed eũ honoro,qui me miſit. Famulus itẽ
pontificis alapã cõtumelioſe in eius faciẽ inflixit. At
is ita reſpõdit: Si male locutus ſum,teſtimoniũ perhi-
be de malo: ſi bene,cur me cædis? Quòd ſi dominus
& angelorum & hominũ omniũ, vindictã ſibi nõ fa-
ciat,ſed excuſet,& ſeruo atrienſi examinadũ propo-
nat,nihil ,pfecto eſt, quod nos ſermone egeam⁹ pro-
lixiore admonitionis: hęc eñ pauciſſima verba abũ-
de ſufficiãt,hæc tantũmodo animaduerte. Cogita te-
cũ frequẽtius,meditare & refer. Si male locutus ſum,
teſtimoniũ perhibe de malo: ſi bene,cur me cędis? Et
quis ſit qui hæc dixit, intellige, & ad quem, & cuius
cauſa dixerit. Ita enim efficietur,vt hæc verba diuinũ
quoddam & perpetuum carmen tibi habeantur, vt
omnem animi inflationẽ,omnem timorẽ doloremq;
ſedare poſſint & tollere. Cogita dignitatẽ eius qui af-
fectus eſt contumelia & authoritatẽ,perſonam vilem
atq; abiectã eius qui contumelia affecit. Adde grani-
tatem contumelię,& moleſtiã,& acerbitatẽ. Non e-
nim maledixit ſolũ,ſed etiã cæcidit: nec modo quo-
libet cæcidit,ſed alapa: qua quidẽ plaga nil ignomi-
nioſius,nil contumelioſius eſſe poteſt. Sed tamẽ hæc
omnia æquo animo tulit,& tranquillo,vt tu latiſſime
intelligeres,quemadmodũ modeſtiã,patientiã,man-
ſuetudinẽ, denique virtutis officiũ ſeruare deberes.
Hęc nõ modo philoſophari probaréq; hoc loco de-
bemus fratres chariſſimi: verumetiã quum res exigit,
meminiſſe & colere probata & cõmendata, quæ di-
ximus: verum non ſatis hoc eſt, ſed etiã cum res agi-
tur,ſerues ea oportet, quæ probas & laudas. Nam &
athleta non fruſtra ſe in palæſtra exercet, ſed & fru-
ctum,quem ex ſtudio meditãdi ceperit,in ipſo dimi-
candi certamine explicat. Igitur & tu qui modo au-
diſti,poſtea quum ira te concitarit, quantum fructus
adeptus hinc fueris oſtendens, & verbum illud cre-
brius dices: Si male locutus ſum, teſtimoniũ perhibe
de malo. ſin bene,cur me cędis? Hoc mãda memorię,
hoc tuo inſcribe animo & tene. Nam ob eam rem
idem ſæpius memoro, vt in animis noſtris inhęreat,
vt eius memoriam fructúmq; memoriæ nullum tem-
pus,nulla negocij occupatio poſſit delere. Etenim ſi
hæc verba ſcripta in pagina animorum noſtrorũ te-
neamus,nemo tam durus,tam excors,tam inſenſatus
ſit & lapideus,vt per iram turpiter efferatur, & erret.
Nam omni fræno, omnibus habenis firmius ac vali-
dius linguam noſtram,vltra modum decorémque ſe
proripiẽtem poſſunt hæc verba inhibere & retinere,
poſſunt hæc animum intumeſcentem ſedare, com-
peſcere, & in perpetua modeſtia tranquillitatéque
conſtituere: poſſunt hæc truces oculos & efferatam
faciem emendare, placare, & mitigare: poſſunt hæc
pacem pleniſſimam integerrimámq; in nobis creare
& conſeruare, qua vtinam ſemper fruamur & potia-
mur, gratia & clementia &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE incõprehenſibili dei natura cõtra Anomœos. Homil. ſecunda.

AGe iterũ aduerſus impios Anomœos certa-
men ingrediamur: qui ſi ægre ferant, quòd
impij appellantur, fugiãt ipſi rem, vt ego vo-
cabulum fugiã: diſcedant ipſi à mente impia, vt ego
ab hac probroſa appellatione diſcedã. Sed ſi ipſi cũ
fidem re ac opere negligant,& ſemetipſos turpiſſime
tractent,nõ ſentiunt: cur mihi ſuccenſeant, qui ea ob-
iicio,quæ ipſi ſummopere exerceãt? Nuper quum in
hoc veniſſemus curriculũ diſputandi, & luctandi ca-
ptus eoſdẽ tetigiſſemus, quemadmodũ meminiſtis,
pugna nos cum cuneo Iudæorũ excepit, cum mini-
me eſſet tutum mẽbra propria grauiter ægrotantia
negligere. Diſputatio cõtra Anomœos agi quoq; tẽ-
pore poteſt opportuno. At fratres noſtros morbo te-
terrimo,Iudæorũ opinione laborãtes,niſi feſtinatius
ab igne eripuiſſemus Iudaico, nihil iuuare admonen-
tes poſſemus, cum iã error ieiunandi ille pro volun-
tate ceſſiſſet firmius. Deinde nos aduẽtus accepit pa-
trum ſpiritaliũ, qui complures huc diuerſis ex locis
acceſſerunt. Neq; enim per id tẽpus duximus eſſe op-
portunum, vt dũ illi omnes veluti flumina quædam
in hoc mare ſpirituale affluerent, nos ſermone proli-
xiore ageremus: poſt deceſſũ illorũ celebritates per-
crebræ martyrum occurrẽre, quorũ ſolennitatẽ ne-
gligere,& laudẽ haudquaquã deberemus. Quæ pro-
pterea refero atq; enumero, ne per aliquã meam ne-
gligentiam aut deſidiã commiſſum eſſe exiſtimetis,
vt certamen Anomœorũ vſq; ad hoc tempus differ-
retur. Nunc itaq; cum Iudæorum pugnam, deo bene
iuuãte, curſu felici expedierimus,& patres in ſuas re-
dierint ſedes, & martyrũ laudes nos ſatis delectarint,
age diuturnũ veſtrum audiendi deſiderium expleа-
mus. Nam certe ſcio non minus vos hąc de re audire
cupere, quàm me diſputare: cauſã cur ita ſit dicã. Ci-
uitas noſtra ſemp dedita Chriſto, eiusq; obſeruãtiſ-
ſima fuit,& paternã hãc deniq; accepiſtis hęreditatẽ,
vt nũquã pietatis veræq; religionis opinionẽ adulte-
rari, deprauariq; patereмini. Vnde id cõſtet? Venerãt
olim ex Iudæa nonnulli tẽpore maiorũ veſtrorũ, qui
lucem ac munditiam doctrinæ apoſtolicæ perturba-
rent,atq; præciperent circuncidi,& legẽ ſeruari Mo-
ſi. Quam rem nouã ferre minime potuerunt qui per
id tempus vrbẽ colebant: ſed quemadmodum canes
generoſi & nobiles, cõſpectis lupis aggrediẽtibus at-
que vaſtãtibus gregẽ, ſic concitati illi inſultarũt, nec
prius expellẽtes profugantéſq; vndiq; illos deſtite-
rũt, q̃ effeciſſent, vt ab apoſtolis quoquouerſus de-
creta mitterentur, quæ & illorũ & poſterorũ omniũ
impiorũ inſidias contra fideles & impetus reprime-
rent atq; arcerẽt. Sed vnde exordiar? An ab ipſa per-
fidiæ infidelitatiſq; eorũ improbatione & compella-
tione? quippe cum ſummopere nitãtur,& omnia tra-
ctent ac faciant, vt fidem ab hominibus omnino ex-
cludant: quo crimine quid fieri poſſit grauius? quid
ad pietatẽ ſceleſtius? Cũ enim deus immortalis quip-
piam aſſerit, accipere cũ fide oportet quod aſſerit, nõ
temere rimari & perſcrutari. Vocet me, qui ex his ve-
lit, infidelem ac impiũ, non ægre feram. cur ita? quia
facta dictáque mea quo nomine appellãdus ſim, late
oſtendunt. Stultũ etiã me appellet, ſi placet, in Chri-
ſto. Nam vel hoc nomen tanquã adeptam coronam *1. Cor. 4.*
gloriabor,& cõmunem hãc habebo cum Paulo nun-
cupationẽ. Sic enim ille egregius author ſcribit: Nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

stulti propter Christũ. Porrò hæc stultitia prudentior omni sapientia est. Quæ eñ externa illa sapientia comperire nõ potuit, hæc stultitia quam secundũ Christũ excolendam censemus, nimirũ efficere potuit: hæc tenebras orbis terrarũ excussit, hæc lucẽ cognoscendi reuocauit. Quid secundũ Christum stultitia sit, cupis audire? Cũ nostras efferas cogitationes compescimus, & animi furẽtes appetitiones continemus & moderamur, tunc secundũ Christũ stultitiam colimus: atq; etiã quoties data opera animũ expertẽ externarũ disciplinarũ, & vacuũ scisciamentis illis curiosis habemus: vt cũ res exegit sacra Christi edicta recipere, vacantẽ & mundũ ad recipiendũ adhibeamus. etenim quoties aliquid deus asserit, quod minus scrutari ac discutere valeas, ex bona fide recipiendũ & admittendũ est. Nam rerum eiusmodi causas pertinacius quærere, & rationes exigere, & modũ scisciA tari: animi certe est nimiũ audacis & temerarij. Quod & ipsum sacræ scripturæ testimonio confirmabimus. Fuerat Zacharias quidã vir miræ virtutis, præclariq; nominis: sacerdotio prædit⁹, & patrociniũ totius populi commeritus apud deũ immortalem: qui sancta sanctorũ ingressus, ipsum scilicet penetrale, quod vnifas erat illi inspicere, ac pro populo deo supplicãs (intellige quantũ in illo fuit authoritatis) & dominum reddens propitium famulis, quasi quidã esset interpres dei & hominũ: vidit angelum intra parietem sacri illius domicilij stantẽ, cuius aspectu ictus atq; expauidus vocẽ audit: Noli timere Zacharia, exaudita Luc.1. est oratio tua, & ecce Elizabeth vxor tua pariet filiũ. Sed vnde hæc verba consequendi habeant rationẽ? Ille pro populo rogabat, pro peccatis veniã suis conseruis implorabat. Hic noli timere, inquit, nam exaudita est oratio tua. Atq; exaudiendi indiciũ addit, fiC lium in lucem venturum Ioannem. Vide quàm recte ista sequantur, quũ pro peccatis rogaret populi, nasci ex eo debere filium, qui clamaret? Ecce agnus dei, qui Ioan.1. tollit peccatum mũdi: ratione sanè optima, ita angelus retulit: Exaudita est oratio tua, & Elizabeth vxor tua pariet tibi filiũ. Quid ille ad hęc? quod enim probare voluímus id est, nullam iis dari veniam, qui modos dei oraculorũ scrutantur, & hęsitant, qui diuinas sententias non fide recipiũt, sed rationis examine requirunt. Conspicatus est suam ætatẽ, suam caniciem, suum debile corpus & imbecillũ. Animaduertit suæ vxoris naturã sterilem, atq; ita diffidit, & modũ quo ita fieret petiit & dixit: Vnde hoc sciã? Quo pacto, inquit, possit fieri? Iam ego consenui & percanui, vxor sterilis prouecta in diebus suis, ætas inepta, natura incõmoda, quæ ratio huius pollicitationis sit, nõ equiD dem video. Ego qui seram, admodũ sum imbecillis: seges quæ semẽ recipiat, nihil reddere potest. Nónne illi seni dixeris esse ignoscẽdum, cum rerum ordinẽ petat, & legem naturę consideret? Nónne aliquid illũ ex ratione rerũ deliberare putaueris? Sed tamen deo nullam mereri veniã visus est, & recte quidem. Quũ enim asserit deus, nemo suas rationes debet mouere. Nullus rerũ consequentiæ aut naturæ necessitati locus relinquitur. Nil penit⁹ huiusmodi est obiiciẽdũ. Vis enim diuinæ sentẽtiæ longe iis omnibus est superior. Homo quid agis? Deus pollicetur, & tu respicis ætatẽ, & senectutẽ proponis? Num senecta validior sit voluntate diuina? Nũ natura potẽtior sit suo creatore? Nescis verbo illius vno sũma atq; præcipua esse effecta opera? Iam eius verbum cœlũ instituit, angelos creauit, orbem terratũ condidit, creaturam omnẽ produxit: & tamẽ tu de filij procreatione & vnius animulę inspiratione dubitas? Idcirco molestę angel⁹ tulit, ne sacerdotij quidem negocio pepercit, imò ob idipsum pœnam illi subeundã censuit grauiorẽ. Qui eñ plus quàm cæteri obtinebat honoris, habeat fidẽ quoq; quàm cęteri ampliorẽ. Sed quemadmodũ puniatur, videamus. Ecce eris tacẽs, & nõ poteris loqui. Lingua tua, inquit, quæ ad meorum verborum diffidentiam suum officiũ præstitit, pœnam incredulitatis ipsius luet. Ecce eris tacẽs, & nõ poteris loqui vsq; in diem quo hęc fiẽt. Animaduerte clementiã domini & humanitatẽ. Quia mihi, inquit, non credis, nunc pœnam aliquã solues: quum autẽ re effecta monstrauero quod proposui, tunc illam meã extinguam: quũ te punitum iure optimo intellexeris, tũc te supplicio eximam. Audiãt Anomœi quemadmodũ deus ægre atque molestę tulit, quũ eius sententia curiosius quæreretur. Quòd si ille quum minus crediderit humano mortaliq; puerperio, punitur: tu qui diuinam ac ineffabilem & supernam illam vnigeniti generationẽ pẽsitas vane & rimaris, quo pacto effugere valeas, quin supplicio plectaris grauissimo? Ille nihil sua authoritate asseruit, sed tantummodo quo pacto res efficeretur, voluit intelligere, & tamen nullã veniã consequutus est: tu qui & scire te vehemẽter affirmas, quæ omnibus inconspecta, inaudita, & incomprehensibilia sunt, qua excusandi ratione vtaris? Quod genus supplicij non merito tibi haurias? Verum dispẽsationem generationis ad tempus aliud differamus, nunc priorem causam repetamus: cuius reliquias his diebus supersedimus, quum radicem illam perniciosam secare atq; euellere conaremur, quæ parens malorum omniũ est, ex qua omnis eorũ opinio proficiscitur. Quenam sit ista omnium malorum origo, horret animus dicere, piget ea narrare, quæ illi assidue meditantur atque efficiunt. Quod nemo vnquã dicere ausus est, ipsi se ita deum nosse quemadmodũ deus se ipse nouit, asserũt. Hoc audẽt dicere? hoccine refelli debeat argumentis, & tanquam res dubia in controuersiam cadere? Nónne satis hac ipsa verborũ serie efficitur, vt omnis eorũ impietas late ostendatur? Nónne statim ex se, ipsum eorũ scelus explicatur, & deprehenditur furor? Id manifesta est insania minime ignoscẽda, nouus impietatis modus, nemo vnquam aliquid tale vel animo concipere, vel lingua referre ausus est. Intellige homo infelix & miser, quidnam sis, & quid quæras atq; explores. Homo quum sis, deum scrutaris, & nosse omnibus rebus contendis. Tua ipsa tantummodo nomina satis tuæ amentiæ possunt monstrare nimietatẽ. Homo es, terra, cinis, caro, sanguis, fœnum, flosculus herbæ, vmbra, fumus, vanitas, & si quid iis exilius, vili⁹, atq; abiectius. Sed nolim ita putetis, quasi ego inuehar in naturã humanam, velimque maledictis eam lacessere. Nec eñ à me ista dicũtur, sed à prophetis studio philosophiæ veræ atq; nobilis: non tamen vt genus nostrum vituperarent notarẽntq; illa retulerunt: sed vt hominum stolidorum & desipientium animos opinione inflatos castigarẽt: non vt nostræ naturæ detraherent, ac probro darent & vitio, sed quo furentiũ hominum insolentiam & petulantiã compescerẽt atq; ablegarẽt. Nam si postquam tam copiosę, tã seuere, imò acerbe disputarũt, non desunt, qui animi fatui elatione superbiam diaboli superent: quo tandẽ amentiæ non prouecheren-

tur, si nihil eiusmodi sãctissimi illi homines apposuissent? Qui vbi appositã gerunt medicinam, tamen adhuc inflantur & intumescũt: ad quid fastus stoliditatisq; nõ demũ ruissent, ni illi tot atque talia de natura asseruissent humana? Audi quid ille beatus patriarGen.18. cha de se referat: Ego sum puluis & cinis. Deum alloqui meruit, & tamẽ nihil propterea effertur, quinimo eapropter moderatiorẽ se exhibere oportere censebat & humiliorem. At isti qui ne cum vmbra quidem illius sunt conferẽdi, angelis ipsis maiores sese faciũt & superiores: quam rẽ certe vltimæ insaniæ argumẽtum esse nulli dubiũ est. Deum scrutaris, & pertinaci studio inuestigas, qui nullo esse cœpit initio, nullã patitur immutationẽ, nullo corpore constat, nulla corruptione disperit, qui vbiq; adest, omnia superat, omni creatura excelsior est? Audi quid de eo prophetæ Psal.103. prophetãtur, & metue: Qui aspicit terrã, & cõtremere facit eam. Aspexit enim, & illico terrã tam magnã, B tam põderosam commouit & cõquassauit. Qui tãgit montes, & fumigantur. Qui cõmouit orbem terrarũ Psal.103. funditus, & columnæ eius concutiũtur. Qui mari minatur, & secat id. Qui dicit abysso, desolaberis. Mare vidit & fugit: Iordanis cõuersus est retrorsum. Montes exultauerũt sicut arietes, & colles sicut agni ouiũ. Omnis creatura mouetur, metuit, contremiscit, destituitur, soli isti contendũt, despiciunt, negligunt, parui faciunt suam salutẽ, non dicam dominum omnium. Paucis ante dieb⁹ à superiorũ virtutũ ordine eos admonebam⁹: hoc est, ab angelis, archãgelis, Cherubin, Seraphin, nũc à creatura sensu priuata. Hoc eñ gen⁹ ferũ hominũ nullis rationib⁹ cedũt, nullis argumẽtis flectunẽ. Vides cœlũ hoc, q̃ pulchrũ, q̃ amplũ, q̃ magnificũ sit, quẽadmodũ vario stellarũ ordine exornetur & splendeat, quantũ edurare potuerit tẽporis. Iã C enim quinq; millia annorũ atq; etiã plus seruat & cõstat, nec tamẽ lõgo tẽporis spacio effectũ est vt senescat, sed ad corporis modũ adolescẽtis robusti floret, vigẽtq; ętate: & quã prĩcipio sortitũ est pulchritudinẽ, eandẽ integerrimã seruat, nulla ex parte factũ deteri⁹ tãto spacio tẽporis. Attamen hoc pulcherrimũ, splẽdidissimis stellis elegãtissime ornatũ, infessũ, edurans q; iã diu, deus, quẽ tu scrutaris, & rationibus tuis subiicis, & definis, quasi quis p ludũ tuguriũ faceret, Psal.40. ita summa cũ facilitate creauit. Quã rem Esaias propheta pulcherrime exprimit cum dicit: Qui instituit cœlũ sicut camerã, & extendit sicut tabernaculũ supD terrã. Quid de ipsa terra? qui continet gyrũ terrę, qui fecit terrã quasi nihil, tã ingẽs corpus, tã opus arduũ. Animaduerte quot montiũ moles, quot mortaliũ gẽtes, quot stirpiũ, quot quadrupedũ, reptiliũ denique animantiũ genera suo dorso sustineat tell⁹. Sed tamẽ hanc talẽ tantãq; deus facile adeo condidit, vt propheta quòd ne exemplũ quidẽ tantę facilitatis haberet, perinde ac nihil factũ tradiderit. Quũ enim non satis rerũ conditarũ magnitudo & ornamẽta potentiã facultatẽq; sui conditoris exprimerẽt, sed lõge ab omni illius vi & excellẽtia iacerent inferius, modum prophetæ excogitarũt aliũ, quo pro viribus possent aliquid plus nobis explicare de diuina potẽtia: quo magnitudinẽ nõ solũ creaturarũ, sed etiã modũ creationis referrẽt, vt vtraq; ex parte, videlicet tũ rerum magnitudine cõditarũ, tũ facilitate cõdendi possem⁹ dignius quid pro virili nostra de deo omnipotẽti intelligere. Igitur nõ modo rerũ magnitudinẽ spectare debemus, verumetiã qua factæ sunt à deo facilitatẽ.

Nec solũ in terra hoc patet, sed etiã in ipsa natura hominũ. Quippe quũ author dicat: Qui continet gyrũ A terrę & habitãtes in ea quasi locustas: aut quasi situlę oẽs gẽtes in cõspectu eius: ne minus cõsideratè quod dicit prætereas, sed diligẽtius attẽdas, discutias, atq; inquiras rogo & hortor. Repete oẽs gẽtes, cõplectere animo Syros, Cilices, Cappadoces, Bithynios, Mysos, Phryges, Męones, Lycios, Pãphylios, Iones, Assyrios, Arabes, Indos, Aegyptios, Aethiopes, Pœnos, Hispanos, Gallos, Germanos, Sarmatas, Pannonios, Sauromatas, Massagetas, deniq; oẽs Scythas, degentésq; vltra Aquilonẽ: item Albanos, Iberes, Bactrianos, Caspios, Medos, Persas, Parthos, Armenios, põti Euxini vicinos oẽs & incolas, Thraces, Macedonas, Græcos omnes: adde Epirũ, Daciam, Dalmatiã, Italiam: insulas omnes tã interioris maris quàm exterioris, cæterásq; innumerabiles gẽtes, quarũ ne nomina quidẽ nouimus: hæc oĩa mortaliũ genera instar guttæ labentis de situla corã deo versari autumat. Accipe accuratius, dic quæso, quota eius guttæ particula sis, qui deũ, cui vniuersæ gẽtes pro stilla situlæ habẽtur, scrutaris atque examinas? Sed cur de cœlo, terra, mari & natura hominũ loquar? Cœlũ superet ipsum nostra oratio, & vlterius pergat ad angelos. Nostis deniq; vnũquemuis angelũ repẽdi, paremq; esse vniuersæ huic visibili creaturæ, vel poti⁹ multo nobiliorẽ, pręstãtioremq;. Nã si homine iusto dignus non sit vniuersus mũdus, vt Paulus author est, qui dicit: Quibus nõ erat dignus hic mũdus: lõge minus ad dignitatem possit accedere angeli, qui omni homine iusto superior est admodũ & præstantior. Veruntamẽ milia angelorũ sunt innumerabilia, mille milia archangelorũ: adde sedes, dominationes, potestates, principatus, cœtus incorporeos virtutũ innumeros, deniq; genera cœlestia innumerabilia, quæ oĩa deus creauit tanta cũ facilitate, quantã nemo valeat verbis exprimere. Satis eñ illi ad omnia fuerat voluisse. Itaque vt nobis volũtas nihil affert laboris, nihil negocij: sic illi creare tot tãtásq; virtutes facile fuit, & sine vllo labore. Quod ꝓpheta expressit cũ diceret: Omnia quęcũque voluit, fecit in cœlo & in terra. Vidésne quẽadmodũ non solũ ad condendũ res inferiores, sed etiã ad creandũ virtutes superiores, vna eius voluntas satis fuerit? Hæc cũ audis, nõ te luges, non te ab hominum cõsortio distrahis, nõ te obruis, qui eò temeritatis atq; amentiæ prorusti, vt quẽ glorificare dũtaxat debes & adorare, hunc ceu rẽ quandã abiectã & vilẽ curiosè scruteris, & contendas penitus cõprehenD dere? Hinc Paulus sapiẽtissimus ille cùm incomparabilem dei exuperantiã, & naturæ humanæ fragilitatẽ cogitaret, cõtra homines qui dispensationes diuinas scrutabantur & perquirebant, molestissime ferens dicebat ad hãc vehementiã: O homo tu quis es, qui respõdeas deo? Quis es? intellige prius tuã naturã, quæ sit: nomẽ eñ nullũ cõperies, quod possit tuã satis exprimere exiguitatẽ. Dices credo, homo prędite sum libertate, & honore præpõderãs. Sed honorẽ adept⁹ es istũ, nõ vt libertate ad obloquẽdũ abutaris, sed vt eũ q; te affecit honore, colas atq; obserues summo cũ honore. Deus te cẽsuit honorandũ, nõ vt eũ afficeres contumelia, quod facis quũ eius substantiã inquiris & perscrutaris: sed vt animo pio, fideli, modesto, grato vicẽ pro viribus reddas. Nã dũ eius pollicitationes minus scrutaris, glorificas & obseruas: porrò cũ quæris & curiosius exploras, nõ sententiã solum, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiã dicentẽ ſententias contemnis & negligis. Quàm vere deum glorificet is, qui eius pollicitationẽ minus ſcrutetur & quærat, ex Paulo accipe, q̃ de Abrahã ac eius obedientia, & in rebus omnibus fide hæc dicit: Cõſiderauit quidẽ corpus ſuũ emortuũ, quũ iam ferè centum annorũ eſſet, & emortuam vuluã Sarę: verum in repromiſſione dei non hæſitauit fide. Natura quidẽ & ætas, inquit, faciebãt vt deſperaret, ſed fides ſpẽ bonã mouebat. Sed cõfortatus eſt fide, dans gloriã deo, & pleniſſime ſciens, quia quęcunq; promiſit, potẽs eſt facere. Vides quẽadmodũ qui ratus & certior de rebus iſtis eſt, quas deus aſſerit, gloriã reddit. Quòd ſi gloriã is reddit, qui confidit & credit: cõtumeliam certe, qui diffidit, non in deũ, ſed in ſuũ caput conuertit & trahit. Tu quis es, inquit, qui deo reſpondeas? Deinde quum oſtendere vellet, quantum differentiæ inter deũ & hominẽ eſt, retulit minus quidẽ q̃ res tanta deſiderat: eo tamẽ quod proponit exemplo fieri poteſt, vt etiã lõge maiorẽ differentiã intelligamus. Quid dicat, audi: Nunquid dicit figmentũ ei q̃ ſe finxit, quid me feciſti ſic? An nõ habet poteſtatem figulus luti, ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ vas in honorẽ, aliud vero in contumeliã? Quid ait? Itáne debeo ſubiici & obtẽperare deo, vt lutũ figulo? Ita inquit. Tantũ eſt enim inter deũ & hominẽ diſcrimen, quantũ inter figulũ & lutũ: vel potius ne tãtũ quidẽ, ſed lõge ampliusquippe cũ luti & figuli eadẽ natura ſit. Quod etiã apud Iob ſcribitur: Sine, inquit, habitãtes domus luteas. Sed ſi homo nobilior & formoſior luto videatur, hoc nõ diuerſitate naturæ, ſed ingenio artificis prouenit: Nam materiæ quidẽ ratione nihil inter lutum & te intereſt. quòd ſi nõ credis, ſepulchra & monumenta inſpice maiorũ tuorũ, illa ſuo exẽplo facile tibi poſſunt perſuadere te puluerẽ eſſe & lutũ. Diſcrimen itaq; luti & figuli nullũ eſt. At inter deũ & hominẽ tanta eſt ſubſtãtiæ differentia, quãta nec lingua narratur, nec animus complecti omnino polleat: Quo igitur modo illud manib⁹ figuli, quocunq; duxerint, obſequit, paret & ſeruit: ſic tu morẽ gerere ac deo obtẽperare prõptus libẽnſq; debes, quoties aliquid iſte ſtatuit & diſpẽſat: nec aliter q̃ more luti ad nutũ te volũtati diuinæ exhibere tuũ omnino eſt. Nõ enim ob eã rẽ Paulus illa ſcripſit, vt nobis poteſtatẽ agẽdi auferret, & liberũ arbitriũ tolleret: ſed vt multo amplius noſtrã temeritatẽ, procacitatẽq́; prohiberet atq; perimeret. Sed ſi placet, illud etiã videam⁹, quid quũ illi intelligere velint, tã vehementer increpantur & reprimuntur. Num ſubſtantiã dei ſcrutabãtur? Minime: nemo vnquã id auſus eſt. Sed quod eſt minus, diſpẽſationes diuinas quęrebãt, ſcilicet quã ob rẽ hominũ alius puniret, alius veniã impetraret, alius ſupplicio liberaret, alius angorib⁹ & moleſtiis implicatus eſſet, alij ignoſceretur, alij minime. Hæc em̃ & cętera id gen⁹ illi ſciſcitabãtur & quęrebãt. Vnde id cõſtat? ex his quę ſcribũtur ſuperius. Cũ em̃ dixiſſet, Ergo quẽ vult miſeratur, & quẽ vult indurat: dices itaq; mihi, quid adhuc quęritur: volũtati em̃ eius quis reſiſtet? adiũxit cõtinuo: O homo tu quis es, q̃ reſpõdeas deo? Ita cõſtat eos cõfutari & reprimi q̃ curioſius dei quærebãt diſpẽſationes. Quòd ſi illis ne id quidẽ cõcediẽ, tu q̃ beatã illã ſubſtantiã, quę rebus omnib⁹ cõfulit, quæ oĩa regit, gubernat, diſpenſat, tã curioſe inquiris & perſcrutaris, nõ te putas mereri vt fulminib⁹ innumerabilibus corripiaris? Quî fieri poteſt, ne iſta ſint furoris ſummi facinora? Audi prophetã dicentẽ, vel potius deũ immortalẽ verba facientẽ oris illi⁹: Si pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi domin⁹ ego ſum, vbi eſt timor meus? Qui em̃ metuit, nõ ſcrutatur, ſed colit, obſeruat, adorat, honorat, glorificat, laudat, cõmendat. Accipe hæc tũ à ſuperis illis virtutibus: tũ vero ab ipſo beato Paulo, qui vt cæteros reprehẽdit, ita ipſe nõ aliter agit q̃ docet: audi q̃d ad Philippẽſes ſcribat, cũ ſe particularem adhuc tenere ſcientiã & nondũ totam perfectámq; recepiſſe velit declarare: quod idẽ ſcribẽs ad Corinthios dixit: Ex parte cognoſcimus. Fratres ego me nondũ arbitror comprehẽdiſſe. Quid hac voce aperti⁹, quid certius, quid expoſitius, quid deniq; manifeſti⁹ dici poteſt? Tuba clarius ſonat, vniuerſum cõmouere faciẽs orbẽ terrę, cõtentũ eſſe eo ipſo ſciendi modo, quẽ deus præbendũ cenſuerit, nec totũ perfectũq́; ſciẽtię mun⁹ in hoc ſeculo ſe recepiſſe exiſtimare. Quid dicis Paule? Chriſtũ in te ipſo loquẽtẽ geris. Idcirco ita ſentio, ita mihi eſt perſuaſum doctrinę ipſius Chriſti, qui in me loquitur, beneficio. Quã ob rẽ iſti quoq;, niſi penit⁹ ſpirit⁹ ſancti adiumẽti & auxilij eſſent inanes, ciũſq; omnẽ intelligendi operãdíq; gratiã ab animo ſuo exterminaſſent, nõ cũ Paulus diceret, nondũ cõprehendiſſe me arbitror, ipſi totã ſcientiã adeptos eſſe arbitrarẽtur. Vnde, inquis, id cõſtet, vt de fide, ſciẽtia & opinione iſta dicãtur à Paulo, nõ de vita & morib⁹? Quaſi dicat: Ego min⁹ me eſſe perfectũ virtute ac vitę officio probũ & laudabilẽ arbitror. Profecto hoc ipſũ ampliſſime ille explicauit, cũ diceret: Certamẽ bonũ certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Qui itaq; receptur⁹ erat coronã, & ſuũ curſum perfecit: qua ratiõe dicere apte de ſe poteſt, nondũ cõprehẽdiſſe arbitror? Agẽda itẽ, & non agenda nemini eſſe poſſunt incerta, ſed omnib⁹ tã Græcis, quàm barbaris vitæ officia explorata habẽtur omnia: nec eſt vllũ mortaliũ gen⁹, quod ignoret quid honeſtũ ſit, quid turpe, quid iuſtũ, quid iniuſtum, quid vtile, quid inutile aut detrimẽtoſum: quid deniq; probatũ improbatúmve ex legib⁹ & inſtitutis maiorũ ſuorũ. Quo igitur pacto ipſe vn⁹ ſe intellexiſſe cõprehendiſſèq; negaret, quæ omnibus cõſtant? Atq; vt latius mea hæc ſentẽtia pateat, epiſtolã ipſam non itẽ interciſam, ſed continentẽ exponã. Cũ em̃ dixiſſet: Videte canes, videte malos operarios, cũ plura de his qui importune ritus Iudaicos introducebant diſſeruiſſet, addidit: Quæ mihi fuerũt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtũ detrimenta, vt inueniar nõ habẽs iuſtitiã, quæ ex lege eſt: ſed iuſtitiã quę ex deo eſt, quę p fidẽ Ieſu Chriſti eſt. Poſt hęc qua de fide loquatur, adiũgit: Vt cũ cognoſcerem, & potẽtiã reſurrectionis eius, & ſocietatẽ paſſionũ eius. Sed quid ſignat cũ dicit: potẽtiã reſurrectionis eius? Nou⁹ quidẽ, inquit, & inuſitatus reſurgẽdi mod⁹ apparuit. Plerique enim antea reſurrexere mortui, verum eodẽ quo Chriſtus modo nemo vnquã ſurrexit. Cęteri quippe omnes, q̃ aliquãdo reſurrexerũt, in terrã iterũ redierũt: & mortis vinculis relaxati ad tẽpus, rurſum ad poteſtatẽ illi⁹ ducti ſunt. At corpus ipſius domini cũ ſemel ſurrexerit, nũquã pręterea collapſum in terrã eſt, ſed cœlũ aſcẽdit, & tyrãnide hoſtis perempta, ex toto vniuerſũ terrarũ orbẽ ſecũ luci reſtituit, & nũc victor & domin⁹ omniũ regio ſedet ſolio. Quę cũ animaduerteret omnia Paulus, vellétq; explicare tot tamq́; admirãda, quę ratione quidẽ nulla, fide autẽ vna poſſent recipi, ac pro veris certíſq; haberi, dixit

xit fidẽ cognoſcẽdi potẽtiã reſurrectionis eius. Nam ſi reſurrectionẽ abſoluta contẽplatione nulla docere ratio poteſt, cũ hoc ſit plus q̃ natura & ſeries rerũ patiatur: quo pacto eã exprimere poſſit reſurrectionẽ, quæ tã à cęteris omnib⁹ differat reſurrectionibus tãq; nobilior ſit & admirabilior? Nulla certe ratio eſt quę rẽ tantã attingere valeat, ſed fide opus eſt, ſi opinari velimus corp⁹ mortale, fluxũ, caducũ, ſenſu omni priuatũ ſurrexiſſe, & vitã recepiſſe perpetuã, nullo fine, nullo termino deſcribendã. Quod idẽ alibi ſignificat his verbis: Chriſt⁹ cũ ex mortuis reſurrexerit, nõ prętera moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. Duplicatur itaq; admiratio, cum & ſurrexerit, & eo modo ſurrexit: cauſa hæc eſt, cur dicat fidẽ cognoſcẽdi potentiã reſurrectionis eius. Quod ſi fieri non poteſt, vt eius reſurrectionẽ ratione captem⁹, lõge minus ſuperã illã generationẽ ratiocinari nos poſſumus, & eius elicere ſcientiã. De his rebus cũ Paulus diſpuraret, de cruce quoq; & paſſione domini egit, quæ & ipſa cõmittẽda fidei cẽſui: quæ vbi mouit, explicauit q; oĩa, id addidit: Ego me arbitror nõ cõprehendiſſe. Nõ ego arbitror me nõ ſcire aut noſſe dicit, ſed cõprehẽdiſſe: ne ex toto vel ſcire vel ignorare intelligatur. Quòd em̃ fateẽ ſe arbitrari nondũ cõprehẽdiſſe: adhuc illum eſſe in via, & ambulare ac vlterius pergere, needũ deueniſſe ad finẽ, quẽ totũ adipiſceret, ſignificat. Quod ad alios quoq; ſcribẽs ſic admonet, dicẽs: Quicunq; perfecti ſumus, hoc ſentiam⁹: & ſi quid aliter ſapitis, hoc de⁹ reuelabit, nõ ratio docebit. Vides nõ de vita & morib⁹ agi, ſed de opinione & fide? Vita em̃ & mores nõ deſiderãt reuelationẽ, ſed opinio & ſcientia. Quod idẽ etiã alibi ſignificãs ſcribit: Si quis exiſtimat ſe aliquid ſcire, nondum aliquid nouit. Nõ enim nihil omnino ſcire aſſeuerat, ſed nihil quemadmodũ oporteat. Habet quidẽ ſciẽtiã, ſed nõ perfectã illã & exquiſitã. Quod vt lati⁹ ita eſſe intelligas, omiſſis ſuperiorib⁹ illis, mẽtéq; illa accipiẽdi, inferiorem hanc & ſenſu noſtro ſubditã creaturã proſequamur. Cœlũ hoc formã quidẽ cõcamerati gerere nouim⁹, idq; nõ ingenio noſtro & ratione, ſed diuinæ ſcripturæ ſentẽtia. Cõplectíq; idẽ vniuerſam terrã nõ ignoramus, quod & ipſum ab eodẽ diuino fonte hauſim⁹. Sed qua ſubſtãtia cõſtet, neſcimus. Dicat q̃ cõrendit, & ſe nouiſſe affirmat, quid ſubſtãtiæ cœlũ ſit. Nũ humor quidã in gelu cõcretus? Nũ obdẽſata nubes & inſpiſſatę obducta ſubſtantiã? Nũ aër craſſus & corpulẽtior? Nemo certe q̃d ſit, plane docere poteſt. Quod ſi ita eſt, quis prętera poſtulet argumẽtũ, quo amentiã intelligat & furorẽ eorũ qui deũ quid ſit ſe ſcire autumãt? Cœli quod quotidie cernis, naturã reddere nequis, & inuiſibilis dei ſubſtãtiã ſcire indubie ꝓfiteris? Quis tã rudis & inſenſat⁹ ſit, quin his qui hęc garrulant, nõ poſtremũ inſaniæ irroget? Quas ob rẽ es vos fratres chariſſimi oẽs & hortor & rogo, curare tẽtetis pro virib⁹ corũ opinionẽ, perinde ac inſaniã & deliriũ furẽtiũ, cũ modeſtia tamẽ & cũ clemẽtia. Nã hęc eorũ opinio orta eſt ex ſtoliditate & inflatione mẽtis vehemẽtiſſima: vulnera autẽ inflata & tumeſcentia tactũ omnẽ recuſant aſperiorẽ, ne attrectationẽ quidẽ manus patiũtur. Proinde medici ſpõgia quadã præmolli & humefacta vlcera leuiter lenitérq; attrectare cõſueuerũt. Quod cũ his quoq; vlcus in animo ſit inflatũ ac tumeſcẽs, officij eſt his quas diximus rationibus, velut humore quodã clemẽte ac mirifico, ſpõgia molliſſima abluendũ curare, atq; flatũ eorũ cõpeſcere ac tumorẽ omnẽ diffundere conari: & quãuis nos afficiant contumelia, quãuis inſpuãt, calcitrẽt, quodcũq; faciãt, noli relinquere curã, noli deſerere hominẽ. Multa em̃ huiuſmodi patiatur neceſſe eſt, qui furioſum hominẽ curat. Non propterea deſiſtendũ eſt frater chariſſime, quinimo eapropter maiorẽ in modũ miſerandũ, illachrymandunq;, quòd tali genere morbi laborant & pereunt. Hæc tamen ad eos dicta intelligi volo, qui animo ſint firmiore, qui nullum ex ſocietate colloquiiſq; eorũ poſſint capere detrimentũ. Nam qui infirmior eſt, fugere debet congreſſum & vocem, deuitet is conuentũ eiuſmodi hominũ, ne ratio amicitiæ pariat errorẽ impietatis. Sic enim & Paulus facit, ipſe quidem cum ægris conuerſatur, & dicit: Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, his qui in lege erãt, tanquã ſine lege eſſem. Sed ſuos diſcipulos atq; infirmiores auocat, cõmonefaciẽs ad hunc modũ dicẽs: Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Quod propheta etiã præcipit, cũ dicit: Exite ex medio eorũ, & ſeparamini, dicit domin⁹. Medicus enim cũ ad ægrotũ accedat, prodeſt ſæpenumero & illi & ſibi. Sed ſi quis parũ ſanus validiuſq; acceſſerit, & ſe & ægrotantẽ mutua cõtagione reddet infirmiorem: & qui prodeſſe illi haud quicquã potuiſſet, ſibiipſi magnam hauſit labẽ. Omnino quẽadmodũ qui oculos inſpiciunt lippientiũ, malo afficiũtur eodẽ: ita his accidit, qui conſortiũ blaſphemorũ & fœdorum illorũ hominum adeũt, eo quòd animo ſint infirmiori: plurimũ quippe contrahunt ſibi impietatis, & ſtolidorũ numerum augent. Igitur qui ita ſe habẽt, vt offendãtur, vitent & fugiant illorum colloquia, & optent dũtaxat, vt clemẽtiſſimus deus qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, liberet eos ab errore & diaboli laqueo, & ad lucem ſcientiæ reſtituat: hoc eſt, ad deum & patrem, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de incomprehenſibili dei natura, contra Anomœos, Homilia tertia.

AGricolæ, quibus non deeſt induſtria, arborẽ quam ſylueſtrẽ ac ſterilem viderint, ſuis officientẽ laboribus, vel ex radicis reptatu improbo, vel vmbræ opacitate nimia detrimentum inuehentẽ generi vrbano ſtirpiũ & frugali, præcidendã tollendãq; ſummo ſtudio curare conſueuerũt: qua in re flatus quoq; interdũ, caſusq́; adiuuat, qui ſuo impetu comã intorquẽs vehemẽtius arboris frãgat ſtipitẽ, molẽ totam proſternat, itaq; bona laboris parte leuet agricolã. Cũ itaq; nos quoq; arborẽ præcidendã curemus ſylueſtrẽ, atq; erraticã ipſam Anomœorum opinionẽ, deũ immortalẽ rogemus, nobis gratiã ſui diuini ſpiritus mittat, quæ omni vehemẽtius flatu occurſans, errorẽ illũ ſtirpit⁹ extrahat, & noſtrũ laborẽ reddat leuiorẽ. Profecto vt ſeges cultu ſolito deſtituta herbas vitioſas educit, & ſentib⁹ horret, & arbores ſponte interdũ edit ſylueſtres: ſic animus Anomœorũ cultu ſcripturæ ſacræ priuatus, & carens doctrinæ ſanctæ & Chriſtianę munere, ſponte ac ſuopte motu ferocem iſtam & horridã prompſit hæreſim. Hanc etenim arborẽ non Paulus plantauit, nõ Apollo rigauit, non deus auxit: ſed plantauit rationũ intẽpeſtiua ſcrutatio, rigauit ſuperbia ſtolida, auxit ambitioſa cupiditas. Itaq; flãma ſpiritus ſancti opus eſt, vt non ſolum extrahamus peſſimã iſtã radicẽ, ſed etiam peruramus. Inuocemus igitur deũ ipſum, quẽ illi ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ledictis lacessunt,nos omni laude prosequimur & honore:rogemúsq; vt linguâ ad dicendũ plenius & mẽtem ad intelligẽdũ certius excitet. Causam eñ illius agimus,pro eiúsq; gloria laboramus,vel vt verius loquar,pro salute nostra contẽdimus. Deũ nanq; nemo quisquã est,qui vel contẽnendo offuscet,vel cõmendando reddat illustriorẽ. Manet ille quidem semper in suo eodẽ statu cum gloria,neq; laudibus ampliandus,neq; maledictis diminuendus. Homines vero, q̃ digne illum commendant,vel potius qui pro viribus (nam digne quis potest commendare?) fructũ sibi ex ea ipsa commendatione egregie capiunt. Contra,qui blasphemant & pro nihilo putant, ipsi lædunt salutẽ & perimunt. Verissima nanq; illius sententia est, qui blasphemis inquit hominibus: Lapidẽ qui sursum iaciunt in excelsum, in ipsorũ caput iaciunt & contendunt. Quemadmodũ enim qui lapidẽ illò iaculatur, corp' cœleste nõ attingere,nedũ lacerare potest,plagam autẽ suo capite excipit,cũ lapis eodẽ vnde iaculatus est redeat: ita q̃ beatã illã blasphemat substãtiã, vtnunq̃ offẽdere eã potest,cũ lõge potior atq; excelsior sit, q̃ vt affici aliquo possit detrimẽto: sic ferrum aduersum animã suã acuit & parat, cũ se ingratũ domino bene merenti exhibet. Inuocemus itaq; ipsum ineffabilẽ,inuisibilẽ,incomprehẽsibilẽ,inintelligibilem deũ, q̃ omnẽ linguæ humanæ superat facultatẽ, qui omnes mortalis intelligentiæ vires excedit: quẽ neq; angeli inuestigare,non archãgeli indagare, non virtutes,nõ deniq; aliqua creatura cernere valet: sed filius dũtaxat cognoscit & spiritus. Nec vero ignoro aduersarios nostros verbis his meis insolentiã summã obiecturos, quòd ne supremis quidẽ virtutibus deũ esse comprehẽsibilẽ iudicẽ. Verum ego suum ob idipsum illis obiicio furorẽ. Non insolenter is agit, qui natiuorũ omnium vim comprehẽdi & superari à suo creatore autumat, sed qui ipsum incõprehensibilem virtutibus superis existimat posse describi,& cõprehendi rationibus hominũ, qui terrenã hãc regionem incolunt, & tam à superis illis distant ac discrepant. Ego nisi quod pollicitus sum, probauerim atque demonstrauerim, me crimine insolentiæ damnandum esse confiteor. Arq; vos posteaquã ostensum sit deũ incomprehensibilem esse virtutibus superis, contendetis præterea & affirmabitis vosmet illum nosse, & comprehendere:quo terrę hiatu,quo præcipitio,qua mala cruce non iure optimo puniamini, qui eo insolentiæ deueniſtis,vt quæ virtutes incorporeæ omnes inspicere nequeunt,hæc vos explorata certãq; habere putetis,ac prædicetis? Age igitur ad rem ipsam demonstrãdam explicandámq; veniamus,si prius interim orauerimus, à deóq; implorauerimus auxilium. Sæpius enim orandi ratio rẽ de qua agitur,probabit atque exponet. Inuocemus itaq; ipsum regem regũ, & dominũ dominantium, qui solus habet immortalitatem,& lucem inaccessibilẽ habitat: quem nullus hominũ vidit,neq; videre potest,cui est honor & imperium,in sempiternũ,Amen. Hæc nõ mea sunt verba,sed Pauli. Tu velim animi deuotionẽ intelligas,& amorem penè incredibilem. Cum enim dei meminerit, non ante ad destinatæ doctrinæ rationem venire patitur,quàm debitũ suum exoluat, finem dicẽdi faciens cum commendatione & laude. Nam si memoria iusti cum laudibus,teste Salomone viro sapiẽtissimo: longe magis mentionẽ dei immortalis facere cũ commẽdatione debemus & laude. Quod idem Paulus in exordiis suarũ epistolarum facere assolet. Sæpius enim cũ epistolã ordiatur,si dei meminerit, non prius pergit vlterius, quàm debitã reddat commendationem & gloriam. Audi quid scribens ad Galatas dicat: Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequã: secundũ voluntatẽ dei & parris,cui est honor,& gloria in secula,Amẽ. Atq; etiã alibi: Regi autẽ seculorũ immortali,inuisibili,soli sapienti deo honor & gloria in secula,Amen. Sed nunquid in patre tantummodo hoc facere consueuit,non itidem seruat in filio? Vide quemadmodum in vnigenito quoq; faciat hoc idem diligentissime. cum enim dixisset: Optabã anathema esse à Christo pro fratribus meis,qui sunt cognati secundum carnem,adiunxit: Quorũ adoptio filiorũ,& gloria,& testamentũ,& legislatio,& obsequiũ,& promissa,quorũ sunt patres, & ex quibus est Christus secundũ carnẽ,qui est benedictus super omnia in secula,Amen. Iam vt patri,sic etiã filio postquam laudẽ & gloriam reddiderit,sermonẽ aggreditur: quippe qui dicentem audierit Christũ,vt omnes honorẽt filium, sicut patrem honorant. Sed vt intelligatis ipsa nostrę orationis proposita verba ea esse,quæ rẽ de qua agimus probare possint atq; exponere: age hæc ipsa in medium afferamus. Regem regum,inquit,& dominũ dominantiũ, qui solus habet immortalitatẽ,& lucem inaccessibilem habitat. Hic insistendum,interroganduméq; hæreticum illũ, quid hoc significet: Et lucem inaccessibilem habitat. Atq; attendas velim diligentiæ Pauli. Nõ enim dicit,qui lux inaccessibilis est:sed, qui lucem inaccessibilem habitat, scilicet vt intelligas, quàm ipse habitans deus inaccessibilis sit,quando domicilium quod inhabitat inaccessibile est. Nõ tamen ita hæc refert,vt dei locum & domum esse suspiceris:sed quo latius, quàm ipse deus incomprehensibilis sit accipias. Quapropter nec lucẽ incõprehensibilem habitat,dicit,sed inaccessibilem: quod longe plusquam incomprehensibile est. Quod enim inquisitum,inuestigatúmq; comprehẽdi nõ potest, id esse incomprehensibile dicimus. Quod autem ne inuestigandi quidẽ vllo pacto operam patitur, & ad quod nemo propius accedere potest, id inaccessibile est. Exempli gratia: Mare incõprehẽsibile dicimus,quod subeuntes vrinatores, multúmq; altitudinis trãsmittentes,fundũ attingere nequeunt:inaccessibile,quod nemo vel vrinari tentet, vel metiri. Quid ad hæc dixeris? Hominibus,inquis,lux illa incõprehẽsibilis est, non angelis,non virtutibus superis. Tu vero angelus es,inter virtutes incorporeas enumeraris: non homo es,& eiusdẽ cuius ego substantiæ? An etiam tuæ naturæ oblitus es? Sed ponamus hominibus tãtum esse inaccessibilem,quanquã hoc nõ additum est, nec ita Paulus ait, hominibus lucem inaccessibilem habitat, angelis vero nõ inaccessibilẽ. Veruntamẽ hoc si placet do tibi, & pono. Sed licet angelis sit accessibilis, quid hoc ad te hominẽ, qui examinas & contendis, & comprehensibilem esse naturæ humanæ diuinã illam substantiam iudicas? Verũ vt non hominibus solum, sed etiam virtutibus superis incomprehensibilẽ esse intelligas, audi quid Esaias dicat: (cum autem Esaiam dico, sentẽtiam spiritus sancti intelligo:propheta enim nõ nisi quæ diuinitus inspirantur, scribit & loquit:) Anno quo mortuus est rex Ozias,vidi dominum sedentem in solio excelso & eleuato,& Seraphin

phin stabant circũ eum,sed alæ vni, & sex alæ alteri: duabus obuelabant facies suas, & duabus obuelabãt pedes. Dic quæso,quamobrẽ alas prætendũt, & suas operiunt facies? quid aliud dixeris causæ,quàm splẽdorem procursantem è solio illo, & fulgur prosiliens ferre nequire? quanquam nõ ipsam meram videbant lucem,nec ipsam synceram substantiam: sed quæ videbant,condescensus erant & indulgentia. Quid nomen hoc condescẽsus significat? Cum deus nõ vt est, se ostendit, sed quoad videre is potest qui aspectum huiusmodi meruit, eatenus firmitate videntis suã repræsentationẽ metitur ac temperat, condescendere illum tantisper dicimus:& eiusmodi rem condescensum nominamus & indulgentiam. Constat & illa cõdescẽsum fuisse verbis ipsius prophetę. Vidi dominũ, inquit,sedentem. At deus non sedet. corporis eñ hic habitus:& in solio, cum deũ nullum solium complectatur. Est enim nullius penitus capiẽs descriptionis. Attamen ne condescensum quidẽ ferre potuerunt, quanquam propinquæ: Seraphin enim stabant circũ eum,inquit:quod tamen nõ loci signat propinquitatem. Sed cũ spiritus sanctus vellet ostendere illas essentias, quanquam diuinæ substantiæ propiores, nõ tamẽ propterea posse prospicere:idcirco dixit,Seraphin stabant circum eum, non vt locum & spaciũ indicaret, sed quò ex ipsa loci propinquitate poprius quàm nos illas esse ostẽderet. deũ namq; incõprehẽsibilem esse non pari modo nos atque virtutes nouimus. Sed quanto illę excretiores,puriores,sapientiores,& perspicaciores sunt natura humana, tanto perfectius norunt,& melius. Quemadmodum lucem radiorum solis non tam cæcus,quàm qui videt, esse inaccessibilem nouit: sic naturã dei inaccessibilem non codẽ nos nouimus modo quo illæ superæ virtutes & incorporeæ. Quantũ enim inter hominẽ cæcũ & videntem discriminis est, tantũ illæ à nobis differunt. Quamobrem si prophetam dicentem audis,vidi dominum:noli quasi eius substantiam viderit, suspicari, sed condescensum ipsum vidisse intellige,eúmq; obscurius,quàm virtutes superæ videant: nõ enim tantum videre,quantum Cherubin potuisset. Sed cur de beata illa substantia loquor,quando ne angeli quidẽ substantiam homo videre libere valeat? Quod vt ita esse intelligatis, hominem vobis in medium ducam, dei immortalis familiarem, & plurimũ confidentem audentémq; cum sapientia & religione, cum iustitia cæterísq; virtutum officiis,sanctum Danielem, cuius insignem pietatem & probitatem iuuat audiuisse: vt cum eum ostendam expauescentem,languentem,deficientem, destitutum omnino propter præsentiam angeli,nemo causa peccatorum malæq; conscientiæ hoc accidisse existimet:sed exposita illi' animi audẽtia, virtutísq; amplissima confidentia, naturæ humanæ fragilitas planè deprehendatur,& pateat. Hic igitur Daniel trium hebdomadarũ diebus panem desiderabilem non comedit, & vinũ aut mulsum non introiuit in os eius, neq; vnguento vsus est. Tum visionem meruit illam, cum iã aptior eius animus esset ad recipiẽdam eiusmodi faciẽ, lenior scilicet ieiunij beneficio fact', & spiritualior. Quid igitur inquit? Leuaui oculos meos & vidi:& ecce vir lineis vestitus,& renes ei' accincti auro obryzo,& corp' eius quasi chrysolith',& facies ei' quasi species fulguris,& oculi ei' quasi lãpas ardens, & brachia eius & crura quasi species æris candentis,& vox sermonũ eius,vt vox multitudinis. Vidi autẽ ego solus hanc visionem, porrò viri qui erant mecũ non viderunt: sed terror nimius irruit super eos,& fugerunt in absconditum,ego sol' relictus vidi,& non remansit in me fortitudo:sed species mea immutata est in me,& emarcuit, nec habui in me quicquã. Quid istud sit,Species mea immutata est,& emarcuit? Fuit ille adolescẽs corpore pulchro, forma perquã venusta & liberali. Quem florẽ, quam elegãtiam oris,cum summus præsentiæ diuini angeli pauor absumpsisset, pallorémq; induxisset, & vultus tristitiã, adeò vt perinde quasi animã expirare videretur,hac de causa dixit:Speciesmea immutata est,& emarcuit. Vt enim vbi auriga perterrit' habenas amisit,equi præcipites ferũtur, & currus distractus labefactatur,ac perit:Sic prorsus euenire animo solitũ est, quoties magno occupatur stupore,grauíq; metu detinetur:quippe qui ictus expauidúsque suo desit officio, ac veluti quasdã habenas suas actiones amittat, mẽbráq; ereptis sensibus deserat,quæ protinus amisso quo continentur & reguntur, frigent, corruũt & labũtur. Quod Danïeli quoq; tunc accidit. Quid angelus facit? Erigit hominem sicq; alloquitur: Danïel vir desideriorũ intellige verba quę ego loquor ad te, & sta in gradu tuo:nunc enim missus ad te sum. Ille surrexit tremebundus. Et cũ angelus item is ad eum fari inceperit: Ex die quo posuisti cor tuum affligi in cõspectu dei,exaudita sunt verba tua, & ego veni, pter sermones tuos. Rursum frangitur,& exanimatus labitur in terrã. Quod euenire his, quibus animus deficit, solet. Vt enim illi cũ receperint se erectíque respexerint aliquãdiu rursum inter sociorũ amplexus, dum frigido insperguntur rore,deficiunt, resolutisq; membris collabũtur: sic nobilis ille propheta afficiebatur,laborabat,occumbebat:animus enim metu vehementi perculsus,conspectúsq; impatiẽs angeli,minime lucem illam ferre idoneus, solicitabatur, & admodũ conturbatus cadebat, quasi se extrudere corpore veluti vinculis festinaret. Audiant qui principẽ angelorum perpensant atq; examinant. Danïel quem venerati leonum oculi sunt beluarum ferocissimarũ, Danïel qui plus quàm natura pateretur humana,efficere potuit, præsentiam angeli sui conserui ferre nequiuit, sed defectissimus viribus, atque exanimatus iacuit. Sunt enim conuersa, inquit, intestina mea in visione mea, & nihil in me spiritus remansit. Isti qui tam longe ab illius iustissimi hominis virtute absunt, & iacent,& sordent, ipsam substantiam dei sese diligentissime nosse profitentur: quæ suprema & prima est,quæ milia angelorum creauit,quorum vnum Daniel videre non potuit. Sed redeo ad id quod proposui explicandũ, & quàm superis quoq; virtutibus de' quanquam condescendẽs minime cõspiciatur, ostẽdam. Cum enim Seraphin alis productis sese obuelant,nulla prorsus alia ratio est quàm lux,quam inaccessibilem deũ habitare præclare Paulus retulit: nec Seraphin solũ re ipsa lucẽ esse inaccessibilem prædicant, sed etiam Cherubin qui his superiores virtutes ordinantur. His enim prope constare datum est: illæ sedem deo ministrant,ipsæ pro solio subditæ: non q̃ deus sedili consideret, sed vt nobilitatem virtutũ earum intelligas & præstantiam. Audi igitur aliũ quoque prophetam de his, modo quidẽ diuerso, sed cogitatione eadem narrantem: Factum est verbum domini ad Ezechiẽlem filium Buzi secus fluuium Thobar. Hic quoque ad Thobar fluuium, quomodo Da-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niel ad Tigrim diuinã rẽ accipit. Quoties enim deus nonnihil explicaturus ſuis famulis eſt, extra vrbẽ tumultúmq; hominũ ducit, & loco tranquillo conſtituit, quò nullis rebus, quæ ſeſe aut oculis aut auribus offerant, animus interpelletur: ſed liber omnino, ac ocioſus vacet eorũ quę diuinitus aperiantur, contẽplationi. Sed quid ſe vidiſſe enarrat? Ecce nubes veniebat ab Aquilone, & ſplẽdor in ea, & in medio ſimilitudines animaliũ quatuor. Hic aſpectus eorũ, ſimilitudo hominis in his, & quatuor facies vni, & quatuor alę vni. Erat his altitudo & aſpectus horribilis, & terga eorũ plena oculis in circuitu eorũ quatuor, & ſimilitudo ſuper caput animaliũ firmamẽti, quaſi aſpect⁹ cryſtalli horribilis extẽti ſuper capita eorũ deſuper: & alis vnũquodq; duabus velabat corpus ſuũ: & ſuper firmamentũ quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinẽ throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Et vidi quaſi ſpeciẽ electri à lumbis eius & deſuper, & à lumbis ei⁹ vſque ad dorſum vidi ſpeciẽ quaſi ignis ſplendentis, velut aſpectũ arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. Poſt hoc cum vellet exprimere, nec à propheta, nec à virtutibus illis meram ipſam ſubſtantiã recipi, illud
Ezech. 2. addidit: Hęc viſio ſimilitudinis glorię domini. Vides tam hic, quàm ibi dei condeſcenſum? Attamen virtutes ipſæ ſuis etiã pennis ſæpe operiuntur, vtpote quæ facie detecta nequeant contueri, quanquã ſapientiſſimæ & puriſſimæ. Vnde id conſtat? Ex ipſa nominũ ratione. Nã ideo angelus dicitur, quia dei ſententias hominibus ἀγγέλλει, hoc eſt nunciat. Et archangelus nũcupatur, q⁹ angelis ἄρχει, id eſt imperat, ſiue præeſt. Sic illæ quoque virtutes nomina ſortiũtur, quę ſapiẽtiam, puritatẽ, notam denique earum nobilioręconſignatiſſimè indicẽt. Et quẽadmodũ angelorũ pinnę naturę eminentiã referunt: (Gabriel quippe volitans repræſentatur, nõ quòd deus pinnatos angelos condidit, ſed vt eũ ex ſupremo domicilio & cœleſti collegio, ad terram & genus deueniſſe humanum intelligas) ſic in his quoque, de quibus agitur, nihil pinnæ ſignificant aliud, quàm vires ſublimes atque excelſas naturæ. Quo igitur modo pinnæ ſuperiorem natutæ conditionẽ interpretantur, ſolium requiẽ in his ipſis dei deſignat, oculi perſpicacẽ dei intelligẽtiam, propinquitas ſolij & hymnus aſſiduus inſomnium & vigilantiã docẽt: ſic etiam ipſa nomina partim ſapientiã, partim puritatẽ, ſynceritatémq; declarant. Enimuero Cherubin nuncupatio plenã accumulatámque ſcientiam exprimit. Seraphin vero à candẽte flagrãtéq; ore nomen inuenerunt. Vides quam & puritatẽ, & ſapientiam nomina explicent. Quòd ſi virtutes tã expletæ ſcientiæ compotes, ne condeſcenſum quidem dei valeant tolerare: quantæ ſit amẽtiæ facinus, quæſo, homines in quibus particularis quædam ineſt
1. Cor. 13. ſcientia, Paulo authore: Qui ex parte cognoſcimus, inquit, & per ſpeculum & ænigma: ea ſibi perſpicua exploratáque haberi putare, quæ ne illis quidem patere virtutibus liceat? Statueram quidem non modo Cherubin ac Seraphin, verumetiam principatibus, poteſtatibus, & omni virtuti creatæ deũ eſſe incomprehẽſibilem explicare: ſed animum feſſum iam ſentio veſtrum, non tam eorum quæ propoſui multitudine, quàm horrore. Solet enim animus pij hominis expaueſcere, quoties diu in ſuprema illa verſatur cõtemplatione. Quamobrẽ age animum reuocemus de cœlo, & ſolita recreemus exhortatione: qua vt homines, qui eo morbo laborant conualeſcant aliquando optemus. Nã ſi pro ægrotis, pro laborãtibus in argẽtifodinis metallorũ, pro ſeruientibus duram ſeruitutẽ, pro agitatis ſpiritu malo, deũ rogare præcipimur: quanto magis pro his orare debeamus? Error nanq; impietatis lõge grauior agitatione illa dæmonis eſt: furori etenim illi ignoſci poteſt, at vitium hoc omni caret purgandi ratione, nullã veniam poteſt impetrare. Sed quoniam mentionẽ orationis pro agitatis fecimus, nonnihil ad vos quoq; fratres chariſſimi cenſeo diſſerendũ, quò morbum perquam grauem à cõuentu noſtro eiiciã. Perperam enim, ac perabſurde agetur, ſi qui externis tam accurate medemur hominibus, membra propria peſſum ire patiamur. Quod genus morbi iſtud ſit? Ingentẽ, & pene inauditam hanc populi multitudinẽ, quæ modo affluxit, tantáq; cum attentione ſermonẽ audit meum, ſæpenumero tempore illo perhorrendo requiſiui, & tamẽ nunquã videre potui, atq; ita me vehemẽs cepit ſuſpiriũ, quòd cum ego diſputo veſter conſeruus, ſtudiũ adhibetis & ingenium, contẽditis animũ, alter alterum impellit & iactat, vt ipſe propius adſit, frequentes ad finẽ vſque dicendi patientiſſime perſeueratis. Cum autem ipſe Chriſtus cõmunis magiſter & dominus, ſemet in ſacris myſteriis oſtenſurus eſt, vacua deſertáq; eccleſia redditur. Proh fidem hominũ Chriſtianorũ, quo pacto iſthæc veniã conſequantur? Facit profecto veſtra iſta ſiue deſidia, ſiue negligentia, vt laudem ſtudij auſcultandi illius omnem amittatis. Quis enim non tam vos, quàm me damnet ac reprobet, cum fructum omnem audiẽdi delapſum cernat, & euanidũ? Nam ſi cum diligentia his quæ docuiſſem attenderetis, facto palam ſtudiũ faceretis veſtrum, non verbis tenus corde habere monſtraretis. Sed quòd ſtatim cum audiuiſtis, diſceditis, & fugã quaſi vos hoſtis inſectatur arripitis: coniectari omnino licet, nihil vos receſſiſſe & recondidiſſe animo vtilitatis. Nã ſi quæ propoſita ſunt, recondita in animis veſtris ſeruarentur: prorſus vos illa in templo tenerẽt, & ad rem horribilem maiore cũ deuotione hortarentur & mouerent. Nunc vero quaſi fidicinã audiretis aliquam, ſic omni vtilitate vacui, ſimul ac fact⁹ finis dicẽdi eſt, diſceditis. Sed ô frigidã excuſationem excuſandi, quam à cõpluribus reddi audio. Orare vel domi poſſum⁹ dicunt, ſed homiliã doctrinámq; audire non niſi in eccleſia poſſumus. Te homo decipis, & magno in errore verſaris. Nam ſi & domi quoq; datur orãdi facultas, tamen fieri nõ poteſt, vt domi tã bene ores, quàm in eccleſia, vbi tot patres, vbi clamor felici ſocietate excitus ad deũ immortalẽ refertur: non pariter exoras cum ſolus dominũ obſecras, atq; tuis cũ fratribus. Eſt enim in hoc plus aliquid, videlicet concordia, cõſpiratio, copula amoris & charitatis, ſacerdotum clamores: præſunt enim ob eam rẽ ſacerdotes, vt populi orationes quæ infirmiores per ſe ſunt, validiores illas cõplexę ſimul in cœlũ euehãtur. Adde quòd nil fruct⁹ capi ex homilia poteſt, niſi oratio adiũgatur. Porrò ſermoni oratio debet anteire. Sic apoſtoli dicunt: Nos in oratiõe ac ſermonis doctrina perſeuerabimus. Sic Paulus facit cũ in exordiis ſuarũ epiſtolarũ oret, vt perinde quaſi lumẽ lucernę lux ipſa oratiõis tegat ſermonẽ, ac dirigat. Profecto ſi orare cum diligentia inſueſcas, nihil eſt quod doctrinã tui conſerui deſideres, cum ipſe deus ſine vllo interprete mentem tuam abunde luce afficiat. Quòd ſi omnis oratio tantã vim habeat,

habeat, lõge magis eam, quæ ore multorũ prouenit valere conſentaneũ eſt. Plus em̃ neruorũ in ea eſt, & multo audiẽtia maior, quàm in domeſtica illa & priuata. Vnde id cõſtet, Paulũ ipſum dicentem audi: Qui
2. Cor. 1. ex tãtis periculis eripuit nos & eruit, etiam ſperamus quòd adhuc eripiet: vobis quoq; in oratione pro nobis ſubueniẽtibus, vt dono in vos collato, à multis pſonis gratiæ agãtur pro nobis. Sic etiã Petrus carce-
Actu. 12. rem euaſit. Oratio em̃ pro eo ab eccleſia ſedulo agebatur ad deũ. Quòd ſi Petro eccleſiæ oratio profuit, & columnã illã ac ſtabilimẽ noſtræ religionis carcere liberauit: cur eius vim tu contẽnis & negligis? Qua te poſſis purgare ratione? Deum quoq; dicentẽ audi, quàm populo cum beneuolẽtia inuocãte placetur, & parcat. Quippe qui ſe excuſans apud Ionã prophetã
Ionæ vlt. ſtuticis argumento cucurbitæ, verba ad hunc modũ faciat: Tu doles ſuper cucurbita, in qua non laborasti, neq; feciſti vt creſceret: ego nõ parcam Niniue ciuitati meæ magnæ, in qua habitant plures quàm centumuiginti milia hominũ? Non abs re amplũ populi numerũ proponit, ſed vt intelligas plurimũ eam pollere orationẽ, quæ cum conſenſu agitur, & iugi concordia pluriũ hominũ. Quod exemplo quoq; rei humanæ libet explanare. Nã ante hos decẽ annos capti ſunt nonnulli tyrannidẽ appetẽtes, cuius rei vos etiã meminiſſe arbitror. Fuit inter eos quidã dignitate ac principatu præditus, qui cũ damnatus capite ad ſupplicium duceretur: popul⁹ motus miſericordia, vniuerſus prætorem adiit, & deprecãdi cõmuni opera efficere potuit, vt reus ille venia nulla dignus liberaretur ab ira imperatoris. Quòd ſi cũ irã terreni imperatoris velitis extinguere, vniuerſi cũ liberis & vxorib⁹ feſtinatis: cur quoties ad cœleſtẽ illum imperatorẽ placandũ, reddendúmq; propitium ire pergitis, vt eius iræ eximatis non vnũ, vt tunc: nec duos, aut tres, aut centum, ſed omnes orbis terrarũ peccatores, omnes dæmone agitatos, à flagello liberetis diaboli: foris ſedetis, non vniuerſi concurritis, & eccleſiã penetratis, vt deus veſtrã reueritus atq; exoſculatus cõcordiam, & illis pœnã dimittat, & vobis peccata abſoluat? Si in negociis neceſſariis nõ omni leone vehementius, diſruptis omnibus vinculis, curriculo is & te confers ad ſupplicationẽ communẽ, quam ſpẽ habere poſſis ſalutis? Ne ita facias. Tẽpore illo mi frater chariſſime, non ſolũ homines clamorem illum horribilem reddunt, ſed etiã angeli domino genu flectunt, & archãgeli rogant, habẽt ſibi tempus id idoneum, habẽt ſacram illam oblationem in fauore. Itaque vt homines ramos olearũ gerentes mouere reges conſueuerunt: eóq; arboris genere miſericordiã commemorant & humanitatẽ: ſic angeli tunc pro ramis oleaginis corpus domini ipſum protendẽtes, rogãt pro genere humano, quaſi dicãt: Pro his domine rogamus, quos tu adeo dilexiſti, vt pro eorũ ſalute mortem obires, animam in cruce efflares: pro his ſupplicamus, pro quib⁹ ipſe tuũ largitus es ſanguinem: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolaſti. Agitatos quoq; ob eã rem diaconus tẽpore illo adducit & iubet caput inclinare. Cũ eos vnà cũ fratribus orare non liceat, adducit eos, vt tu miſeratus, & quia tã acerbe vexantur, & quia vocẽ reddere nequeunt, tua facultate ad eorũ vtaris defenſionẽ & auxilium. His itaque magis magiſq; animaduerſis fratres chariſſimi, omnes tẽpore illo in eccleſiã properemus, vt dominũ ad miſericordiam inuitemus, & tempeſtiui adiumẽti gratiam cõparemus. Probaſtis quæ dixi, magno cum tumultu & plauſu admonitionẽ recepiſtis: ſed velim cutã quoq; adhibeatis, vt facto veſtra approbatio oſtendatur. Iã non longũ poſt tempus periculum faciam obtemperandi. Oratio excipere ſolet admonitionẽ. Equidem genus id probãdi & cõmendandi cupio atque poſtulo: plauſum illum deſidero, quem non dicta, ſed facta conficiant. Alter igitur alterũ hortetur conſtare, quo nunc modo manetis: & ſi quis ſe moueat, reuertite, retinete cum diligentia, vt duplicem tam proprij ſtudij, quàm curæ in fratres mercedem adepti, fidẽtius ac audentius ſupplicetis deo immortali, benigno ac propitio, & conſequi vitæ felicitatẽ tum præſentis, tum futuræ poſſitis, gratia & humanitate domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum patre viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
de incomprehenſibili dei natura, contrà Anomœos, Homilia IIII.

SAtis iam eſſet fratres chariſſimi, ſi poſteaquã nuper oſtendimus deũ incõprehenſibilem eſſe hominibus, atque etiam Cherubin ipſis & Seraphin, moleſtia hominũ hęreticorum leuati nihil vlterius moneremus: ſed cũ animus & ſtudium ſit, vt non ſolũ ora aduerſariorũ comprimamus, ſed etiam vos faciamus doctiores, eandẽ aggrediamur cauſam, & ſermonem vlterius protrahendũ cenſemus. Faciet enim mora, quam his in rebus traxerimus longiorẽ, vt & vos plura percipiatis, & ego palmam adipiſcar ſplendidiorẽ, dum ſi quid reliquiarũ reſtet, id penitus excidendũ delẽdúmq; perſequor. Nã herbas quoq; vitioſas & noxias non modo tondere per ſummа ceſpitũ: ſubito enim radix repullulat: verũ etiam ſtirpitus ab ipſo telluris gremio euellere, diſpoliataſq; ſua humo ſolis ardori facilius macerandas exiccandáſq; exponere, officiũ boni agricolæ eſt. Age igitur cœlũ iterũ ſermone cogitationéq; petamus, nõ tamẽ vt curioſe rẽ inquiramus diuinã, non vt pluſquam ſatis ſit indagemus, ſed vt hominũ qui ſe ignorant, nec modum humanæ naturæ intelligere patiuntur, cõtentionẽ intempeſtiuã peruertamus. Hinc enim magna argumẽtandi copia. Nõ ſolũ dei conſpectũ, ſed etiã angeli intolerandũ ſanctiſſimo illi viro extitiſſe oſtẽdimus, totã vobis hiſtoriã recitauimus. Et ſæpius beatũ Danielem poſuimus ante oculos pallentem, contrementẽ, nihilominus quàm qui ex vita diſcedunt conſtantem, cum eius animus vinculum corporis abrumpere feſtinaret, & liber ſupernũ petere domicilium. Nam vt domeſtica & manſueta quædã columba per tabulata ſpacians ædium, ſi ſtrepitũ ſenſerit, exterrita abuolat in tectũ, & ſublimem ſeſe efferẽs, exitum ſolicite petit, pauoréq; leuari enititur: ſic anim⁹ beati illius à corpore efferre, foráſq; omni ex parte extrudere cogebatur. Et quidẽ exiſſet, abuolaſſet, corpus ſuũ deſeruiſſet, niſi continuo angelus eũ intimo liberaſſet metu, ad ſuumq; reuocaſſet diuerſoriũ. Hæc ob eam rem tunc latius diſſerebamus, vt illi re cognita, quantum inter angelum & hominem intereſt, perſpectáq; conſerui præſtantia emendarentur, atq; ita ceſſarent fæuire in dominũ. Vir ille iuſtiſſimus qui tãtum apud Dan. 8. deum valebat, conſpectum non tulit angeli, qui vero tam ab illius virtute lõge abſunt, nõ angelũ, ſed ipſum dominum angelorum perquirũt atq; examinant. Ille ferocitatem leonũ edomuit, nos ne vulpeculas quidem vincere poſſumus. Ille draconẽ conuulſit, tamq;

perni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pernicioſam beluam ſuperauit ſua in deū familiaritate:nos minutiſſima reptilia pertimeſcimus. Ille regē more leonis fœuientē cohibuit, irā ille Nabuchodonoſoris flamma omni rapacioꝝ in hoſtes ruentē ſtatim quum acceſſiſſet,extinguere,& diſpulſa caligine, lucē cunctis reſtituere potuit. Verūtamen qui lucem præbuit illam,cum angelū dilucentem aſpexiſſet,caligine graui occupat⁹,humi proſtratus eſt.Quo igitur modo purgare ſeſe habeant, qui beatā illam dei naturam perluſtrare tentant,& explorare? Sed nos ſinē dicendi non in his ipſis tū fecimus, ſed etiā ad ſapiētiſſimas illas virtutes cēſuim⁹ pergere,quas ſuos auertere oculos,pinnis ſe obuelare, cruribus cōſtare erectis,clamorē aſſiduū reddere late oſtendimus.Porrò illæ virtutes pauorē metúmq; rebus omnibus ſuū vobis aperuerunt.Quo eū ſapientiores ſunt,ac propius ad ineffabilem & beatam illam accedunt ſubſtantiā, eo magis quàm nos deū, quàm ſit incomprehenſibilis norunt. Auget enim admirationē & metū ſapientiæ magnitudo. Diximus item quid inacceſſibile eſt, quod eo plus eſt quàm incōprehenſibile:poſtquā inueſtigatū eſt,incomprehēſibile eſſe conſtat: inacceſſibile autē ne inueſtigandi quidē operam, aut vllum aditum recipit: quam ad rem ſimilitudinē quoque à mari petiuimus. Ad hæc Paulū non deum ſed lucem eſſe inacceſſibilem dixiſſe retulimus,vt ſi domicilium dei inacceſſibile,longe magis ipſe habitās deus inacceſſibilis eſſe intelligeretur. Quæ tā pręclarus ille autor ſcripſit, non vt loco circumſcribat deū & ſpacio: ſed vt ampliſſima argumenti copia doceret, q̄ deus inacceſſibilis,minimé q; intelligibilis. Adduximus alias quoq; virtutes,id eſt Cherubin, ſuꝑ aquas firmamentū,cryſtallū,throni ſimilitudinem, ſpeciē humanam,electrum,ignem,arcum oſtendimus. Quæ cum
Ezec.2. propheta enumeraſſet omnia,adiūxit:Hęc viſio ſimilitudinis gloriæ domini. Atq; ex his omnibus dei cōdeſcēſum intolerabilē eſſe virtutibus ſuperis explicauimus. Quę modo non vacāter cenſui repetenda:ſed quoniam promiſſionis illius debitorē me eſſe ſcio,intelligere diligentius volo quantū exoluerim, quantū reſtet.Sic æris alieni boni ratiocinatores faciūt,afferunt tabellas in mediū in quibus ratio computandi omnis notata eſt. Vnde cum quantū de ſumma ſuis reddiderint creditoribus cōſtiterit, reliquū exoluūt. Quorum exemplo ego quoq; memoriam veſtri animi velut libellū aperiā, & ſermone quaſi digito quodam parte quæ ſoluta iam eſt dogmatum demōſtrata,pergā ad reliqua.Sed quid reſtat?an vt oſtēdamus non principatus,nō poteſtates,nō dominationes,nō ſi qua creata virtus alia eſt,dei exquiſitā capere comprehenſionē?Sunt enim vel aliæ virtutes,quarum ne nomina quidē nouimus. Animaduerte hæreticorum amentiam quæſo, ſeruorū ipſorum nomina ignoramus,& tamē ſubſtantiā domini ipſius exquirunt, cōtendúntq; cōprehēdere.Sunt enim angeli, archāgeli,throni,dominationes,principat⁹ & poteſtates: ſed non hi ordines ſolū, ſed innumera cœleſtem regionem incolunt genera, quorū nulla dicendi facultas numerū poteſt exequi illorū. Vndenam cōſtet,quæretis,plures hiſce enumeratis virtutes eſſe, quarū nomina ignoramus?Paulus qui hęc docuit,id etiā dixit,
Epheſ.5. cum de Chriſto in hunc modū ſcriberet: Conſtituit cum ſuper omnē principatum,& poteſtatem, & virtutem, & dominationē, & omne nomē quod nominatur nō ſolū in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Videtis quàm ſint aliqua facillimæ cognitionis nomina:hac de cauſa nō ſolū quæ in hoc ſeculo nominantur,ſed etiā in futuro,inquit.Verū quid mirū,ſi virtutes illæ exquiſita careāt comprehēſione diuinæ ſubſtantiæ?id enim demōſtrare nil ardui eſt.Sunt porrò diſpenſationes eiuſdē illius cōplures, quas neſciant principatus iidē & poteſtates,& dominationes. Quā ad rem teſtē religioſiſimū item Apoſtolum citemus. Quippe cum verbis eiuſdē planè oſtendatur eſſe nō nullas diſpenſationes, quas virtutes illæ nobiſcum intellexere, cum omnino antequam nos intelligeremus,ignorarēt: nec modo nobiſcū, verū ꝑ nos ipſos accepere:Quod aliis generationibus, inquit, non eſt agnitum:ſic nunc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu, eſſe gētes cohæredes & concorporales, & cōparticipes promiſſionis ei⁹ per Euangelium, cuius factus ſum ego Paulus miniſter.Sed quónā argumento cōſtat modo virtutes ſuperas accepiſſe(quæ enim propoſita adhuc ſunt,de hominib⁹ proculdubio diſſeruntur) audi: Mihi omnium hominum minimo eſt data graria hęc euangelizare in gentib⁹ inueſtigabiles diuitias Chriſti.Quid inueſtigabile eſt?quod quæri non poteſt, quod non ſolū ſcrutari,ſed etiā veſtigare nequeas.Audiant quemadmodū percrebra aduerſum ſeſe iacula à Paulo iaciātur. Nā ſi diuitiæ inueſtigabiles ſunt, quī fieri poteſt quin de⁹ qui largitus diuitias eſt,veſtigabilis ſit? Et illuminare omnes quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſcōditi à ſeculis in deo,qui creauit,vt manifeſtetur nunc principatibus & poteſtatibus per eccleſiā multiformis ſapientia dei.Audis quemadmodū nunc,non antè,cognouerint hoc illæ virtutes, & recte quidē. Rem eū de qua apud imperatorē conſultatur,miles neſcit.Vt manifeſtetur principatibus & poteſtatibus ꝑ eccleſiā multiformis ſapiētia dei.Vide quantū honoris in genus humanū deus immortalis contulerit, nobiſcū & per nos virtutes ſupernę regis ſummi ſecreta cognouerūt. Sed vndénā pateat de cœleſtibus illis dici?Nā & dæmones principat⁹ & poteſtates ſolet appellare, *Epheſ.6.* velut cū dicat:Nō eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinē & carnē, ſed aduerſus principes, aduerſus poteſtates, aduerſus mūdi rectores tenebrarū ſeculi huius. Nunquid ergo hoc etiā loco illud velit intelligi, dæmones rem minime tenuiſſe?Nequaquā,ſed de illis virtutibus ſupernis loquitur:vbi eū principatibus & poteſtatibus dixit, addit, in cœleſtibus: ille enim principatuū & poteſtatum ordo cœleſtis eſt, hic ſub cœlo verſatur. Sed ad debitū illud ſoluēdum veniamus, hoc eſt ad demonſtrandū nec principatus, nec poteſtates nouiſſe dei ſubſtātiam.Quis hæc dicit?Nō itē Paulus,aut Ezechiel, aut Eſaias: ſed vas illud immaculatum,& ſanctū,ipſe tonitrui filius, chariſsimus ille Chriſto Ioannes,qui ad pectus recubuit domini, atque ab illo diuino fonte ſacra ſua flumina hauſit. *1.Ioan.4.* Quid hic dicit?Deum nullus vnquā vidit. Vere tonitrui filius dictus,qui vocem tam illuſtriorē, tam omni tuba clariorem reddidit,qui vt omnes contentioſi conturbarentur,& obmutęſcant,facit diligentiſsime, Sed ſcrupulū qui ſe obiiciat,videamus.Quid ais Ioānes?deum nullus vnquā vidit? Ergo minime prophetis credemus,qui ſeſe vidiſſe inquiunt.Eſaias em: *Eſaiæ.6.* Vidi dominum,inquit, ſedentem ſuper ſoliū excelſum, *Dan.7.* & eleuatum.Daniel: Vſquequo throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedebat. Micheas: Vidi dominum *3.Reg.22.* deum Iſraël ſedentem ſuper ſolium ſuum. Alius rurſus

Amos.9. ſus propheta: Vidi dominū ſtantē ſuper altare & dixit mihi:Percute cardinē,&c. Denique multa huiuſcemodi teſtimonia poſſunt colligi, quæ cum ita ſint, quamobē Ioannes negat ita eſſe quenquā qui deum viderit?Nullū vidiſſe deum Ioannes inquit, vt exquiſitam illam comprehenſionē,& expreſſam cognitionem in nullo cōtigiſſe intelligas.Cōſtat illa cōdeſcēſum fuiſſe omnia, nec vidiſſe quempiā illorū ſyncerā ipſam ſubſtantiā, eo quòd varie quiſque viderit. Deus enim ſimplex omni cōcretione abiūctus, nulla forma aut figura effigiat⁹ eſt. At vero illi omnes figuras viderunt varias: quod idē deus per alium itē prophetam inſinuans ac ſuadens, neminē ſcilicet exqui-
Oſee.12. ſite ipſam ſuā vidiſſe ſubſtantiā,inquit: Ego viſiones multiplicaui,& in manibus prophetarum aſſimilatus ſum.Tum ex his quę deus Moſi denegat: cū enim ille
Exod.33. videre deū ſenſu oculorū cōcupiſceret: is, Nemo videbit faciem meam & viuet,addidit.Liquidū itaque nobis hoc & cōfeſſū habetur. Quamobrē nō de natura humana ſolū ſic ait: deum nullus vnquam vidit, ſed etiā de virtutibus ſuperis. Proinde vnigenitū allegat eius dogmatis præceptorē & autorem.Ne quis enim vnde id cōſtet obiiceret,addidit:Vnigenitus filius q̄ eſt in ſinu patris,ipſe expoſuit:teſtē prorſus locupletiſſimum, & magiſtrum egregiū ſuæ opinionis allegat.Atqui ſi Moſes id idē vellet deſignare, porrò hic vacāter dixiſſet:Vnigenit⁹ expoſuit filius. Nā vel antequā Ioannes hæc tāquam ab vnigenito accepta referret,cōſtaret ita eſſe verbis prophetæ, qui ex deo acceperat.Verū quòd plus aliquid q̄ olim propoſitū fuiſſet,ipſe nobis eſſet reuelaturus,videlicet ne virtutes quidem ſupernas poſſe deum videre,idcirco vnigenitū allegare magiſtrū voluit. Viſum autē hoc loco pro cognitione poſitū arbitrare:haud em pupillæ & oculi & genæ inſunt in virtutibus illis ſupernis,ſed quod viſus in nobis eſt,idē in illis cognitio.Quapropter quoties deum nullū vnquam vidiſſe audis, illud intellige, nullū eſſe qui deum nouerit, qui deum cognouerit, qui ſubſtātiam dei exquiſita ratione percęperit. Quin etiam cū de Seraphin audis oculos auertiſſe,pinnas viſui obduxiſſe,item Cherubin hoc idem feciſſe, noli oculos habere illos exiſtimare. corpori enim hæc forma peculiaris eſt: ſed his ipſis humanæ ac pinguis Mineruæ vocabulis cognitionē illarū deſignari tibi à propheta intellige.Cū itaq; dicat deum quamuis condeſcendentē minime ferre illas virtutes potuiſſe,nihil aliud docet,niſi ei⁹ cognitionē expreſſam,amplam,integram nō potuiſſe recipere,neq; ausas eſſe intueri ſyncerā illā perfectiſſimāmq; ſubſtantiam, imò ne ad ipſum quidē eius cōdeſcenſum ſatis aſpirare.Hinc etiam Euāgeliſta certior,neq; humanę naturę intereſſe rē tātam ſcire, neque ipſis virtutibus ſuperis deū eſſe comprehenſibilem, ipſum à dextris eius ſedentē,ac diligentiſſime rem ſcientē allegat huius opinionis autorē. Nec filius tantummodo dixit: quāquam etiā ſatis ſi ita dixiſſet,ora impudentiū hominum cōprimere atq; obturare poſſemus. Vt enim Chriſti eſſe cōplures poſſunt, ſed verus & præcipuus Chriſtus vnus eſt: & multi quidē domini nominātur, vnus tamen dominus per excellentiā eſt,ac etiam dij plures dicūtur,at verus princepſq; deus vnus eſt: Sic multi quoq; filij appellantur, verus tamen filius vnus eſt,& quidē ipſa articuli græcæ linguæ adiectio præcipuam & excellentē vnigeniti exprimere poteſt cōditionem.Attamen non cōtentus his fuerat, ſed quū dixiſſet,deū nullus vnquam vidit,iunxit: Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris,ipſe expoſuit.Primū vnigenitus dixit,deinde filius. cū eīn propter nominis cōmunitatē gloriā eius pleriq; minuant, vnum ex hoc vulgari filiorū numero eſſe arbitrātes:nomen etenim filij cōmune omnium eſt:hinc quod eius præcipuum eſt, & peculiare,ac nemini è cæteris tribui poteſt hominibus,id eſt vnigenitus, antepoſuit: vt ex hoc credas,vel cōmune illud nō præterea eſſe cōmune,ſed peculiare eius & propriū,nec vlli è cæterorū numero perinde ac ei cōueniens.Atq; vt dilucidius quod doceo fiat,exponā latius.Filij nomen & hominibus datur & Chriſto,ſed nobis abuſiue, illi proprie: at vero vnigeniti nomē eius vni⁹ eſt, nec vlli è cæteris vel ꝑprie vel abuſiue cōtingit. Vt igitur ab ea quę nemini cōgruat,niſi ipſi vni appellatione, alterā quoq; illam multitudinis propriā eius eſſe per excellētiā arbitreris, eapropter primū vnigenitus,poſt filius dicit. Sed ſi minus hæc tibi ſufficiāt,inquit, tertiū illud addam, craſſum quidē atque humanū, verum efficax ſatis, vt vel iacentes homines ad vnigeniti intelligendā gloriā erigat.quid hoc ſit?In ſinu patris.Chariſſimi, hoc verbū eſt ad explicandā cognitionē, & verā germanámq;,vt ita loquar,intimitatē aptiſſimū: modo piè, & quemadmodū deū deceat,accipiatur. Vt em quū ſedem audis,& ſedere à dextris, non ſedile intelligis, non locū,nō aliquid deſcriptionis,ſed ſedis vocabulo,& ſedēdi ſocietate honorē parem,& nulla ex parte diuerſum cogitas:ita quū ſinum audis,non amiculi gremium,non loci quicquam adeſſe putandum,ſed ipſo ſinus vocabulo proximitatē apparentē & familiaritatē apud eundē arbitrare. Nam cū verſari in ſinu dicitur, longe expreſſius propinquitas genitoris, quàm cum ſedere à dextris,ſignificatur:nec enim pater ſuo in ſinu tenere filiū pateretur,niſi eiuſdem eſſet ſubſtantiæ,nec filius in ſinu paterno degere auderet, ſi naturā inferiorē ſortiretur. Ergo vt filius & vnigenitus in ſinu degens paterno,rem omnem patris diligentiſſime nouit & tenet.Ob eámq; rem verbis hiſce Euangeliſta vſus eſt,vt filij exquiſitā ſuo de patre cognitionem explicaret. De hac enim ipſa cognitione agebatur.Quod niſi ita eſſet,cur quæſo, ſin⁹ vocabulum ſumeretur?Nam ſi neq; corpore deus cōſtat,neque cognitio & ad genitorē propinquitas aduocat: fruſtra id nomen inferitur,nullum ad vſum idoneum. Verum non fruſtra (dictum enim quicquam à ſpiritu ſancto fruſtra putare nefas eſt) ſed filij ad patrē propinquitatem deuinctionémq; declarat.Cum enim rē magnam aſſeruiſſet,videlicet ne ſuperam quidē creaturam poſſe deū videre, id eſt, exquiſita ratione cognoſcere, huiuſq; opinionis teſtē fide dignum vellet adhibere,hæc inſeruit verba,cui vt filio & vnigenito, & vt in paterno ſinu degenti, de rebus omnibus crederes,nec quicquam dubitares.Si autem quis nō cōtendat,nec agere impudentius velit, idem hoc æternitatē interpretari dixerim.Vt enim eo quod ad Moſem dicitur: Ego ſum qui ſum, ſempiterni rationem dicimus: idem vel ex hac dictione qui eſt in ſinu patris,deducere ſanè licet. Sed iam deū incōprehenſibilē eſſe omniū creaturarum generi, latè ex his quæ propoſuimus,patet. Reſtat vt à filio & ſpiritu ſancto duntaxat exquiſite illū cognoſci diſſeramus. Verum hoc in aliud tēpus differri meli⁹ eſt, ne admodū prolixo ſermone memoriā eorū quæ propoſuimus, obruamus atque obliteremus. Hinc itaque ad ſolitam

veniamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

veniamus admonitionẽ. Quẽnam ista solita admonitio est? Vt orationẽ seruemus ingenuam mẽte sobria, animo vigili. Nuper enim cũ hac de re disseruissem, omnes facile vidi obtemperantes: quamobrẽ perperam certè ageretur, si cũ negligitis, non increpem, cũ ex officio facitis, non laudẽ. Laudare igitur vos hodie volo, & gratiã vobis ob illam obedientiã reddere. Gratiam autem reddã, si vos docuero, quamobrẽ illa præ cæteris oratio solet fieri, & cur homines dæmone agitatos, & furore accitos teterrimo, adduci tempore illo & capita inclinare iubet diaconus. Qua de causa igitur agitur ita dicã. Vincula perquam praua & grauia agitatio dæmonũ est: vincula enim ferro validiora. Vt itaq; tempore instante, quo iudex prodire, & pro tribunali sedere solitus est: custodes carceris, homines quos in vinculis tenẽt, omnes carcere educũt, & pro cancello septisq; fori collocãt squalẽtes, sordẽtes, coma expletos nimia, pannis miserrime obductos: sic patres statuerãt, vt quũ breui Christum velut pro tribunali sedere, in ipsisq; sacramẽtis apparere futurũ esset, homines dæmone agitati illi tanquã vinculis quibusdã retenti adducerentur, non vt rerũ quas cõmisissent, examen subirent modo eorũ qui in vinculis sunt, nec vt luerẽt pœnas, & supplicio afficerẽtur: sed vt populo vniuersáq; ciuitate præsente cõmunes pro his fierẽt supplicatiões, vt omnes iugi cõcordia dominũ communem orarẽt pro his, & quòd misereretur, magno clamore contẽderent. Cæterũ vt his tunc succensui, qui orationẽ huiusmodi negligerent, forisq; tempore eo versarẽtur: sic impræsentiarũ his qui intus constant, succensendũ vtique reor, non quia intus manẽt, sed quod cũ eo quo debẽt, maneãt loco, nihilo melius afficiũtur, quàm q foris euagãtur. Disputant em̃ inter sese, & aut iocantur, aut negocia tractant tẽpore illo perhorrendo. Homo quid facis, quũ tot in vinculis fratres videas tuos adstãtes, tu de rebus quæ nihil ad te pertinẽt, disputas? Vnus ipse aspectus nõ satis te pauefacere, & ad cõdescensum cõmiserationém q; ducere potest? Frater tu⁹ in vinculis, & tamẽ tu piger & negligens. Quo pacto tibi ignoscatur, quũ tam durus sis, tã inhumanus, tam crudelis? non vereris, ne dũ disputas, omittis, negligis, dæmon quis inde prosiliens, tuam animã nactus ociosam, & scopis mũdatã, ei sese insinuet, & summa cũ facilitate domũ patentem ingrediatur? Quàm cũctos tempore illo luctu confici, quàm riuos lachrymarũ effundere, madentésq; vbertim oculos peruideri, & flere atque ingemere vniuersam ecclesiã deceat? Iam post sacramenti communionẽ, post sacri lauacri splendorem, post Christi societatẽ lupus ille agnos de nostro ouili rapere potuit, & retinere: tu cũ tãtam calamitatem, tantam iacturã vides, nõ lachrymas cõmoues? Quam purgandi rationẽ habere tua ista possint facinora? Si nolis vicẽ fratris dolere, saltẽ pro te ipse verere & expergiscere. Si domũ tui vicini cõsumi incendio videris, etiã si infestissimus tibi sit ille vicinus, nónne intẽtissime ad extinguẽdum occurres, ne ignis paulatim serpens, tua quoque vestibula ineat? Idem in his qui dæmone agitantur, considera: ignis quidẽ & exitiosum incendiũ dæmonum agitatio est. Caue igitur ne tuam etiam animam dæmõ sensim paulatimq; incedens occupet. Cumq; eum præsentem videris, refuge quãprimũ ad dominũ, vt perspecto animi tui ardore & studio dæmon nullũ sibi aditũ apud te dari intelligat. Nã si viderit desidiosum, oscitãtem, ocio & pigritia marcescentẽ: cõpendio te vtpote diuersoriũ desertũ ingredietur. At si excitatũ, intẽtũ, studiosum, paratũ, cœlũ ipsum petẽtem, ne respicere quidẽ audebit. Quamobrẽ & si fratrẽ contemnis, tamen rebus tuis cõsulere, & aditũ omnẽ in tuũ animũ immundo illi spiritui occludere debes. Nihil autẽ est, quod tam excursionẽ eius aduersus nos arcere ac repellere valeat, quàm orandi ac deprecãdi intentum studium. Haud enim illa diaconi exhortatio erecti cõstantisq; frustra & sine causa instituta sancitáq; est: sed vt nostras repentes humi cogitationes erigeremus, vt nostrum animũ pressum, demissum, fatigatũ rerum humanarũ cura, reiecta omni eiusmodi solicitudine, erectũ, leuatũ, recreatũ, deo immortali repræsentarem⁹. Animũ igitur iubemur erigere. Quo verbo Paulum quoq; modo eodẽ vtẽtem licet perspicere. Cũ enim ad homines iacentes, & oneri aduersarum rerum succumbentes, ac penè perditos scriberet, dicebat: Languẽtes manus, & resoluta genua erigite. Quid igitur? *Heb.12.* nũ de manibus & genibus corporis scribit? Minime. Non enim cũ hominibus cursum pugilatúmve exercentibus ille disputat: sed vires cogitationũ prostratas tentatione, suscitandas his verbis monet atq; hortatur. Cogita apud quẽ proxime stas, quibuscum inuoces deũ, scilicet cũ Cherubin, cum Seraphin, cum omnibus cœli virtutibus: animaduerte quos habeas socios: satis hoc tibi sit ad sobrietatẽ, cum recordaris te corpore cõstantẽ, & carne coagmentatũ admitti, cũ virtutibus incorporeis cõmendare omniũ dominũ. Nemo igitur animo resoluto sacras illas & mysticas laudes ineat socius, nemo rerũ vitæ humanæ cõsilia illo tẽpore volutet, sed omni terrena sorde animo pulsa, in cœlũ quisq; se totũ trãsferat, vtpote qui propinquus solio glorię suę stet, & cũ Seraphin volitet, atq; ita laudẽ sanctissimã referat summo, optimo, gloriosissimo deo. Idcirco bene cõstare tempore illo iubemur. Bene em̃ cõstare nihil aliud est, nisi ita constare, vt hominẽ cõuenit, q. corã deo immortali stat, cũ horrore tremoréq;, cũ sobrio, parato studioslóque animo. Nã id quoq; vocabulũ pertinere ad animum, Paulus idẽ docet, cum dicit: Sic state in domino cha- *Philip.4.* rissimi. Etem̃ vt sagittarius qui sua tela directurus sit, probe ac scite priusquã mittat, quẽadmodũ conster, procurat: & vbi se per directũ calci, ppositæ accurate cõstituit, tũ iacere incipit: Idẽ etiã tu agere debes. cũ sagitta pessimũ illud infestúmq; hostis diaboli caput transfigere cupias, cura de statu cogitationum tuarũ accipere prius, vt ex directo, & sine vllo impedimẽto fixo pede tela tua ꝓbe in illũ possis dirigere. Hactenus de oratione. Cum autẽ post illã orandi desidiam genus insidiarũ aliud aggressus hostis idem diabolus molestiã quandã intulerit: nos hac etiã sua tentandi facultate eum frustrari faciamus. Quid itẽ infestus & pessimus ille molitus est, cũ vos ad hunc modũ quasi ad corporis cõpagẽ vnius adductos cõstitutósq; vidisset, magna cũ intẽtione præcepta vitæ opinionisq; optimę accipientes animaduertisset, submittere quidẽ aliquos è suis ministris qui consilio & hortatione vos à studio audiẽdi abducerẽt, minime ausus est, ratus scilicet neminẽ vestrũ tali cõsilio obtẽperaturũ: sed latrunculos quosdã, furaces humunculos vestræ inseruit multitudini, quibus molitus sæpius est, vt à multis aurum appensum subriperetur. Ne igitur hoc semper accidat, & vestrũ auscultandi animũ iactura pecuniæ furto indies inualescẽte extinguat, consulo atque

atq; hortor neminem huc vehientem secum portare aurum: ita enim efficietur, vt nunquã vestra attentio præstet illis furandi occasionẽ, & lætitia quã ex mora huius cõuersationis capitis, nulla pecuniæ amissione peruertatur. Hanc enim rẽ ille molitus est, non ea gratia vt vos redderet pauperiores, sed vt iacturę pecuniariæ molestia reuocaret à studio audiẽdi. Nã & Iob illum ditissimũ hominẽ omni dispoliauit pecunia, non ad eum finẽ vt inops egenúsq; fieret, sed vt pietate amoréq; illo suo erga deũ singulari enudaretur. Cupit em̃ ille, & studet nõ pecunias auferre, quippe q nihil esse hoc nouerit, sed per priuationẽ pecuniarum præcipitare in peccatũ delictúmque animæ. Quod quidẽ si facere nequeat, nihil se perfecisse arbitratur. Certior itaq; de eius animo, studióque in te frater charissime, quoties tibi aurũ, vel per fures, vel per quasuis artes auferat, facile patere, & gratias age, vt debes, domino. Ita enim plus possis lucrari quàm amiseris, & vulnus duplex hosti infligas, & quia non ægre tulisti, & quia gratias domino egisti. Nã si te viderit damno pecuniarũ frangi, eóq; adduci vt in dominũ perturberis: nunquã desistet, quin idem moliatur & inuehat. Sed si te non modo non blasphemare deũ qui te creauit, verumetiã gratias illi agere in rebus perspexerit arduis: recedet prorsus à tentationũ negocio, certus scilicet causam gratiarũ agendarum, fidelisq; & constantis animi præberi tibi ab ipso rerũ aduersarum periculo, itaq; palmam confici tibi illustriorem, & præmia dari ampliora. Quod certè vel iure Iob illi piissimo euenisse cõstat. Quũ enim sublatis opibus, & corpore morbo grauissime infestato animum nihilominus sibi constare & gratias agi perspexerit, non itẽ aggredi ausus est, sed turpiter, & omni venia procul deuictus abiit, reliquitq; sua opera illum dei athletã clarioré. Hoc igitur nos quoq; & tenentes & cogitantes, peccatum rem vnã metuamus, & euitemus: cętera animo forti & constanti feramus, siue iactura pecuniarum, siue corporis morbus, siue temporum difficultas, siue rerũ molestia, siue hominũ iniuria, siue quid aliud malũ nobis inuehatur. Hęc enim non solũ detrimento afficere nequeunt, sed etiã prodesse egregie possunt, si animo grato pióq; feramus. Porrò longe plures, ampliorésq; mercedes nobis hæc cõparabunt, atq; efficiẽt. Iam enim vides & Iob illum, quàm post adeptam patientię coronam & fortitudinis, omnia quę amiserat, dupliciter recepit. Tu vero non duplicata, nõ triplicata, sed centuplum exaucta recipies omnia, si modo forti animo tuleris & tranquillo, atque etiam vitam possidebis ęternam, quam vtinam omnes adipiscamur, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de incomprehensibili dei natura, contra Anomœos hæreticos. Homilia V.

VT rem sibi explicandam propositurus sit ampliorem, & tam prolixũ desiderantẽ sermonem, vt nõ vno ac altero die, sed vix pluribus possit expediri: eum necesse habere arbitror non vniuersam eodẽ dicẽdi cursu rem offerre auditorum auribus, sed in plura partiendo leuius hinc & facilius reddere onus orationis. Nã & lingua & aures & singuli nostri sensus modũ, normam & limitem certum habent datũ à natura. Quemadmodũ qui egredi superaréq; contẽdit vel ab ea ipsa data, præsentéq; sibi facultate eiicitur, & quod seruare potest, amittit, cũ plura quàm valeat prosequatur. Quid luce iucũdius? quid radio solis acceptius? Attamẽ res hæc tã iucunda, tã accepta & placida, vbi supra modũ sese oculis nostris obtulerit, grauis molestáque occurrit. Quamobrẽ de⁹ immorralis noctẽ diei succedere voluit, quę oculos fatigatos demissis genis operiret, & pupillis quietẽ recõciliaret, atq; ita vim recrearet videndi, & ad futurũ officiũ redderet aptiorẽ. Hinc etiã vigilia & somnus res inter se cõtrariæ, pariter iucũdissimæ accedũt suę moderatione vicissitudinis: & quũ lucẽ suauẽ nominemus, somnũ quoq; suauẽ dicimus, qui nos dimouere à luce cõsueuit. Ita omnib⁹ in rebus graue molestúmq; est, quod immodicũ est: suaue, vtile & iucundũ, quod modicũ est. Quã ob causam & si dies iã quint⁹ posteaquã agere de incõprehẽsibilitate incepimus, tamẽ nondũ perficere disputationẽ valuim⁹ totam, sed adhuc partim differendũ, partim relaxandum censuimus. Verũ vbinam disputationẽ reliquimus nuper, inde etiã repetamus necesse est, quũ vna quædã dicendi sit series & sequela. Diximus autem à Ioanne filio illo tonitrui propositũ esse, deum nullus vnquã vidit, vnigenitus filius q. est in sinu patris, ipse exposuit. Hodie quo loco ipse vnigenit⁹ dei filius exposuerit, cõperire atq; excipere operępreciũ est. Respondit, inquit, Iudæis, & dixit: Non quia patrẽ vidit *Ioan.6.* quisquam, nisi is qui est ex deo, hic vidit patrẽ. Visionem hic rursus cognitionẽ appellat. Nec vbi, nullus vidit patrẽ dixisset, tacuit, ne quis de hominibus tantũ hoc dici existimaret, sed quũ ostendere vellet nec angelos, nec archãgelos, nec virtutes omnino supernas cognoscere, certũ hoc ipsũ ex his quæ adiũxerat, reddidit. Quũ enim præposuisset, Non quia patrẽ vidit quisquã: addidit, nisi is qui ex deo est, hic vidit patrem. Nã si nullus tantũmodo dixisset, cõplures credo de natura dũtaxat humana hoc dici arbitrarẽtur: nunc vero quod vbi, nullus præposuit, adiũxerit, Nisi fili⁹, ea ipsa vnigeniti adiectione omnẽ secludit creaturam. Quid igitur? nunquid spiritus etiã sanctus seclusus est? Nequaquã, pars enim creaturę ille non est: vocabulum id autẽ nullus, semper ad distinguẽdam creaturę tantùm conditionẽ poni solitum est. Itaque fit, vt nec si de patre agitur, fili⁹ remoueatur: nec si de filio, spiritus vnquã secludatur. Atq; vt hoc ipsum cõtinuo explanetur, videlicet verbũ hoc nullus, non ad spiritus sancti seclusionẽ, sed ad creaturę positũ, dum de ea ipsa cogitatione filij vnius disseritur, audiamus quid Paulus ad Corinthios scribat, Quis em̃ scit quæ *1.Cor.2.* sunt hominis, nisi spirit⁹ hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt, nullus cognouit, nisi spirit⁹ dei. Quẽadmodũ igitur eo loco cũ nullus dicatur, nõ seiungitur filius: sic etiã hic, vbi de Christo nullus, positũ est, non spiritus secludit sanctus. Patet ergo hoc ita esse vt ꝓposuimus. Nã si cũ diceret, nullus patrẽ vidit, nisi is q. ex deo est, secluderet spiritũ: vacãter Paul⁹ scriberet, Vt homo sua quisq; nouit: sic spirit⁹ sanctus rẽ dei nouit diligẽtissime & tenet. Vnus quoq; eodẽ hoc dicit modo: habet em̃ eandẽ omnino vim atq; potestatẽ. Quod ita esse ex eodẽ illo autore accipies, Vnus deus pater ex quo oĩa, & vnus domin⁹ Iesus Christus, per quẽ omnia. Nã si quòd vn⁹ dicitur pater, filius à deitate secludit: pari vtiq; ratiõe pater quoq; à dominatione dimouebitur ipse, q. filius vnus domin⁹ dicitur. At vero nõ ꝓpterea pater secludetur à dominatione, quia Christ⁹ vn⁹ dicit domin⁹: ergo nec fili⁹ dimoueri à

Universidad de Deusto Biblioteca

ri à deitate debet,cũ vnus deus pater proponitur. Si **A** autẽ dicant,idcirco vnus deus dicitur pater, quoniã filius etsi deus est,tamen nõ talis est qualis pater:licet his eisdem vti in eos quæ ipsi aduersum nos sumũt,& ponunt:scilicet vnus dominus Christus dicitur,quoniam dominus quidẽ pater quoque est, sed non talis qualis filius est.Quod si nefas dictu,nec pri⁹ illud ratione vlla dicendũ est.Sed quemadmodũ,cum vnus dominus Christus dixeris, non patrẽ secludis à perfecta absolutáq; dominatione,nec est cur filio vni rationem tribuas dominandi : sic cum vnus deus pater protuleris,non à vera germanáq; deitate excludis filiũ.Nec est ꝙ patris vnius deitas esse cõfirmetur:filiũ quippe deum esse,& talẽ qualis pater est deum,dum tamen filius manet,constat ex eo ipso quod additur. Nam si nomẽ hoc deus, patris tantũmodo esset, nec posset vllã significare personã siue hypostasim aliã, **B** sed illam solam primã atque ingenitam, vtpote proprium eius vnius & peculiare (vt ita dicam) notificũ, vacanter pater adiungeretur. Satis em̃ esset dixisse, vnus deus. Ita enim cũ diceretur, facile intelligeremus. Verum quoniã deus,nomẽ commune patris & filij est, atque ob eam causam, si vnus deus tãtum dixisset, quémnam deum referret,minus cõstaret:ideo pater addidit, vt de prima illa & ingenita hypostasi seu persona dici ostẽderetur,tanquã deus,nomen solum satis eam nõ posset exprimere, cũ pater id commune haberet cum filio:nomina enim diuina partim cõmunia,partim propria habentur.Cõmunia, vt eadem atq; indifferens substantia ostendatur: Propria, vt personarũ denotetur proprietas.pater nãque & filius nomen personæ propriũ est: deus vero & dominus cõmune. Quamobrem vbi nomẽ cõmune deus, **C** proposuisset autor ille sapiẽtissimus, meritò propriũ id addẽdum censuit,vt posses de quo diceret,intelligere, ne in execrandã illã incideres Sabellij opinionem.Nec enim deus,nomẽ maius quàm dominus esse:nec dominus minus quàm deus,patet veteri in te-
Deu.6. stamẽto,in quo pater frequẽter domin⁹ dicitur: Dominus deus tuus,dominus vnus est.Dominum deum tuũ adorabis,& ei soli seruies.Itémq;:Magnus dominus noster, & magna virtus eius, & sapiẽtiæ eius non est numerus.Atq; etiam cognoscant, quia nomen tibi dominus,tu solus altissimus in omni terra.Atqui si dominus,nomen minus quàm deus, indignúmq; illa substantia esset, haudquaquã filiũ qui minor eorum sententia esset, nomine eodẽ quod patri conueniat, eiúsq; vnius propriũ sit,appellare oportet.Sed nõ ita, non ita.Nec em̃ filius patre inferior est,nec dominus **D** nomẽ quàm deus abiecti⁹. Quapropter vicissim modo de patre, modo de filio sine vllo discrimine scriptura sacra his appellationibus vtitur. Itaq; vt patrẽ dominum appellari audiuistis,filium quoq; deum di-
Esaiæ.7. ci audite: Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ,& vocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod est interpretatũ nobiscũ deus.Vides quomodo & patri dominus nomen,& filio deus nomẽ reddatur,vt enim ibi est scri-
Psal.82. ptũ:Cognoscãt quia nomẽ tibi dominus : ita hoc lo-
Hier.13. co:Vocabit nomẽ eius Emmanuel:itémq;, Puer na-
Esaiæ.9. tus est nobis,& filius datus est nobis,& vocabitur nomen eius magni cõsilij angelus, deus fortis & potẽs. Velim consideres ingeniũ & spiritualem sapientiam prophetarum. Nam ne cum deũ tantummodo dicerent,de patre differere putarẽtur,incarnationis prius meminerãt. Nõ enim pater ipse natus de virgine est,

A nec fact⁹ est puer.Quãdo etiã propheta alius ita scribit:Hic deus noster, nõ existimabitur alius aduersus eũ:addidit.Inuenit omnẽ viã scientiæ,& dedit eã Ia- *Bar.3.* cob puero suo,& Israël electo suo: post hæc in terris visus est,& cũ hominibus cõuersatus est.Paulus vero sic ait:Ex quibus Christus secundũ carnẽ, qui est su- *Rom.9.* per omnia deus benedictus in secula,amen.Itẽ: Omnis fornicator,aut auarus non habebit hæreditatẽ in regno Christi & dei.Ad hęc per illuminationẽ dei,& saluatoris nostri Iesu Christi, Ioãnes quoq; sic nominat eum,cũ dicit:In principio erat verbũ, & verbum erat apud deũ,& deus erat verbum. Sint ista, inquis: sed illud ostende,vbi scriptura filiũ patri coniungẽs, dominum patrẽ ipsum appellat. Ego vero non istud solũ,sed etiã dominũ tam patrẽ quàm filium appellara iunctis personis facilè ostẽdam.Vbi Christus cum **B** aliquãdo cũ Iudæis differeret,quid vobis videtur de Christo,interrogauit,cuius fili⁹ est? Illi dicũt:Dauid. Dicit eis: Quomodo igitur Dauid in spiritu dominũ eũ vocat,dicens:Dixit dominus domino meo sede à dextris meis?Ecce domin⁹,& dominus.Vísne pręterea vbi deũ patrẽ,& deum filiũ nominet, iunctis personis accipere?Audi cũ Dauid prophetã,tũ apostolũ Paulũ:Sedes tua deus in seculũ seculi,virga directio- *Psal.64.* nis,virga regni tui.Dilexisti iustitiã,& odisti iniquitatẽ,propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitię prę consortib⁹ tuis.Paulus hoc idẽ allegat,& suę sentẽtię testimoniũ adhibet, quũ dicat : Et ad angelos quidẽ dicit : Qui facit angelos suos spiritus: ad filiũ autem: *Heb.1.* Thronus tuus in seculũ seculi.Sed quamobrẽ,inquis, patrẽ hoc loco deum appellat, filiũ autem dominũ? Nõ temere,nec sine causa id facit, sed quòd aduersũ **C** gentiles ageret,qui deorũ opinione plurium laborarent,ne illi dicerent:Cum nobis deorũ aut dominorum plurium cultũ vitio des, ipse eidem es obnoxius crimini,cum deos dicas,non deũ.Idcirco indulgens imbecillitati eorũ,nomine filium appellauit diuerso, quod tamẽ vim eandẽ omnino obtineret. Quod ita esse latè intelliges,si eam epistolę partẽ altius repeta- *1.Cor.8.* mus.De his autẽ quæ idolis sacrificãtur,scimus quoniam omnes scientiã habemus.Scientia inflat, charitas vero ædificat. De escis autẽ quæ idolis sacrificãtur,scimus quoniam nullum idolum in mundo est:& quoniã nullus deus, nisi vn⁹. Vides quomodo in eos qui plures colerent deos,differit Nam & si sunt q dicũtur dij & domini multi, siue in cœlo siue in terra, eosdẽ ita impugnat?Vt certe sint dij multi,& domini multi,hoc est,qui dicãtur: nobis tamẽ vnus deus pa- **D** ter,ex quo omnia:& vnus domin⁹ Iesus Christus,per quẽ omnia.Hinc etiã,vnus, addidit, ne deos itẽ plures introduci illi arbitrarẽtur. Et quãuis patrẽ deum vnum appellet,tamen nõ à deitate secludit filium: vt etsi filium dominũ vnum dicit, non tamen remouet patrẽ à dominatione, sed imbecillitatẽ emẽdat gentium,nec vllam vult dare occasionẽ. Quod idẽ certe causa etiam fuerat quamobrẽ non expresse ac manifeste, sed obscurius raróq; à prophetis fili⁹ dei Iudęis significaretur.Quòd em̃ ipsi nuper errore deorũ plurium essent abiuncti, si iterũ deum & deum audiuissent,prorsus ad morbũ animi reuerterẽtur. Quocirca frequẽs id apud prophetas vsurpatũ est:Vnus deus est,præter quẽ nullus est alius, non quò secluderent filium, absit : sed vt hominum imbecillitatem emendarent,ac suaderent antè suspicionem plurium deorum reiicere, quàm filiũ & hunc deum prædicarent.

Quoties

Quoties igitur audis,vnus & nullus,& cętera generis **A** eiusdem : nõ trinitatis opinionem diminui,sed quãtum inter eam & creaturã interest,verbis his ipsis si-
Rom.11. gnari arbitrare.Quippe quum etiam alibi dicat:Quis cognouit sensum domini ? Quod quidẽ, quis, nec filium,nec spiritũ à cognitione secludere, ostensum iã his quæ supra diximus est, quũ testimonium affere-
1.Cor.2. mus illud:Quis enim scit quæ sint hominis, nisi spiritus hominis,qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nullus
Matt.11. cognouit,nisi spirit⁹ dei.Ad hæc filius ait:Nullus cognoscit filiũ,nisi pater:neque patrem quis cognoscit, nisi filius.Igitur & hoc loco ad eandẽ sententiam accipe:non quia patrẽ quis vidit,nisi qui est ex deo,hic vidit patrẽ : plene & exquisite illum nouisse, & causam quamobrem nouerit dicit,quoniã ex eo est. Cuius item documẽtũ, quòd eum norit exquisite. Hinc enim aperte eũ nouit,quia ex eo est,argumentóq; est ex eo,quòd eũ plane apertéq; cognoscit. Substantia **B** nanque substantiam superiorẽ nunquam perfecte intelligere potest, etiã si parũ interest. Audi quid propheta de angelis, ac de hominũ genere dicat, quàm parum inter eam vtranq; naturã interest. Cum enim proposuisset:Quid est homo, quòd memineris eius, aut filius hominis quòd visitas eũ?addidit. Minuisti eum paulominus ab angelis.Veruntamen etsi parum discriminis est,tamen quia interest aliquid, nescimus exquisite angelorum substantiã, nec si summè philosophabimur,comperire vnquam quid sit poterimus. Sed cur de angelis loquor?Quãdo ne ipsius quidem animi nostri substantiam satis nouimus, imò nullatenus attingere valeamus. Sin illi nosse contendũt,percontare quidnam substãtiæ sit animus, nũquid ignis, num aër,num aqua,nũ terrra? nihil ex his esse dicent Hæc enim omnia corporea sunt,ille incorporeus est, **C** Tamẽ qui angelos nesciũt, qui suos animos ignorãt, iidem dominũ & conditorem omnium rerum scire exquisite contendũt.Quid hac amẽtia potest fieri tetrius?Sed cur de substãtia loquor animi?Iã quemadmodum insit animus in nostro corpore,ignoramus. Quicquid enim dixeris,extendit sese vna cum dimẽsione corporis,totáq; infusa per artus mẽs agitat molem.At hoc penitus ratiõe caret,'cũ id corporis propriũ sit,atq; ita euenire videamus,vt plerũque & manibus præcisis & pedibus integer ille permaneat, nihilo ipse truncatus,corpore diminuto & manco.Sed non tota toto in corpore est,sed parte se colligit certa & residet: ergo reliquas partes reddi inanimas necesse est:sed dici ne id quidẽ potest. Verũ animũ esse quidẽ in nostro corpore nouimus : sed quemadmodũ sit,ignoramus.Et quidẽ etiam hãc rationẽ sciendi **D** propterea de⁹ immortalis à nobis secluserat, vt larga quadã argumẽti copia nostta opprimeret ora,& mẽtem fragilẽ detineret, ac deorsum moueret: constarétq; minime res maiores, quã vires possunt humanę attingere,scrutari & curiose exquirere. Sed ne rationibus nostris hæc confirmemus,scripturã iterũ repetamus sacrã,vt inde argumenta longe potiora adducamus.Non quia patrẽ vidit quisquam, nisi is qui ex deo est,hic vidit patrẽ.Sed quid hoc doceat,nõdum id verbum cognitionẽ vlli plenam exquisitámq; attestatur.Sed creaturã quidẽ minus eum nosse signat, cum dicat:Non quia patrem vidit quisquam. Filium item nosse eundẽ significat,cum addat, nisi is qui est ex deo,hic vidit patrẽ. Verum exquisite eum nouisse, & ita,vt ipse se nouit,nondũ explicatum est. Dixeris

A enim:Esse itaq; potest,vt nec creatura, nec filius eum expresse sciãt: sed quãquam expressius quàm creatura filius nouerit, tamen plena illa & exquisita cõprehensione filiũ quoq; carere. Nã quòd eũ videt, quicquid tandẽ est, cognoscere ait:perfecte autem & absolute cognoscere,& ita vt se ipse,nondum ostendit. Vultis ne igitur huius quoque fidẽ à sacris scripturis, atq; à voce domini ipsa petam⁹? Audi q̃d ad Iudæos ipse dicat : Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrẽ.Quid hac cognitione certius quęras?Interroga aduersariũ,an pater filium exquisite norit, omnémq; eius teneat rationẽ,nec eũ quicquã filij lateat, sed integrã, expletã, & absolutã quandam cognitionem percalleat. Ita est,inquit. Ergo cũ audis ita filiũ patrẽ nosse,vt & ipse pater filiũ nouit : nihil præterea quærere, nihil ambigere debes: cum tam pari modo inter sese æquẽt cognitiones.Quod idẽ etiã alibi ex- **B** primit cũ dicit:Nemo cognoscit filiũ,nisi pater,neq; *Matt.11.* patrẽ quis cognoscit,nisi filius,& cui velit filius reuelare.Reuelat autẽ nõ quantum cognoscit, sed quantũ nos recipere possumus.nã si Paulus ita fecit,multo magis Christus idẽ facere debet. Ille quippe ad suos discipulos scribẽs,sic ait: Nõ potui vobis loqui quasi spititualibus,sed quasi carnalibus:tanquã paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, nõ escam, nondũ enim poteratis.Sed dicet fortasse agẽdum ita fuisse cũ Corinthiis tantũ . Quid si pleraque alia nouisse ipsum ostendã,quę nemo acceperit, sed vnus ipse sciens è vita abiit?Vt hoc quod ad Corinthios scribit,sic dicẽs: Audiui ineffabilia verba,quæ nõ licet homini loqui. *2.Cor.12.* Veruntamẽ hic etiã ipse, qui ineffabilia audiuisset, & quæ nemini narrare liceret, particularẽ quandã cognitionẽ tenuit,& multo futura illa inferiorem. Qui **C** enim hoc retulit,idẽ etiã illa scribit:Ex parte cogno- *1.Cor.13.* scimus, & ex parte prophetamus. Itemq;. Cũ essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebã vt paruulus, cogitabã vt paruulus.Atque etiã nunc video per speculũ in ænigmate,tũc autem facie ad faciẽ.Ita omnis istorũ deprehẽditur fraus,omnis fallacia coarguitur: quãdo enim ipsa dei substãtia ignoratur, nõ inquam an sit,sed quid sit,furoris certe est summi vel nomẽ ei tribuere, nedũ comprehendere opinari. Quanquam & si nota certaq; haberetur,non tutũ propterea esset nosipsos iudicio nostro modũ appellãdi statuere substantiæ domini.Nã si Paulus nomẽ virtutibus superis imponere minus ausus est,sed quũ dixisset: Cõstituit *Ephe.1.* Christũ super omnẽ principatum,& potestatẽ,& virtutem,& omne nomẽ quod nominatur, nõ solum in hoc seculo,sed etiã in futuro : quũ docuisset nomina **D** nonnulla esse virtutũ,quæ tũc scire poterimus, minime ipse cõfisus est vel alia ꝓ illis statuere nomina,vel eadẽ illa exquirere:quî fieri potest, vt his omnib⁹ aut ignoscatur,aut purgãdi detur occasio,qui in ipsa substãtia domini tã temerè audent,totq; nefaria cõmittunt? Quando autẽ ipsius quoq; sapiẽtiæ ratio ignoratur,profecto genus id hominũ non secus quàm insanos deliròsq; despicere aspernariq; debemus. Iam deum esse vnigenitũ certũ est, nomẽ tamen idipsum esse diuinæ illius substãtiæ à nullo vel propheta, vel apostolo,vel euangelista, aut expresse, aut per ambagem propositũ est. Et recte quidem : qui enim ipsam ignorarent substantiã, quo pacto eius nomen tradere haberẽt?Sed cur de sacris loquor scripturis,quando tã absonè,tã iniquè de natura dei ꝓponitur quæstio, vt ne quidẽ gentilibus, qui à vera opinione aberrarunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

errarunt,tale quid vnquã placuerit? Nemo enim naturæ diuinę definitionẽ reddere,vnóve amplecti nomine deum ausus est.Sed cur naturam,inquam,diuinã,quãdo ne virtutes quidẽ incorporeas,quos deos appellãt illi inferiores,plenè definierunt,sed obscura quadã expositione ac descriptione potiꝰ quàm definitione docuerunt? Verũ quid isti pro sua eximia sapientia ex his,quæ diximus,inferẽt?Ergo deũ,quem colis,ignoras. Prorsus nihil ad hanc eorũ obiectionem respondere debemus,cũ tam latè scripturæ sacræ autoritatibus demonstratũ sit,fieri non posse vt quid substãtiæ sit deus sciatur. Verũ quoniam non propter inimicitias agimus,sed quò eos doceamꝰ & emendemus:age benigne id etiã ostendamus,nõ eos qui nesciunt quid substãtiæ deus sit:sed eos potius,q scire contendunt,deum ignorare. Dic quæso,si inter duos orta altercatio esset de cœli magnitudine,quorũ alter negaret hominis oculũ rẽ posse percipere,alter contenderet fieri posse vt palmo suę manus facile metiendo totam molẽ transmitteret: quem cœli nouisse dixeris magnitudinẽ? eúmne, qui scire contendit,quot palmos cœli ambitus compleat,an eum qui nescire cõfitetur?Hũc prorsus. Quòd si qui cœli amplitudini cedit,hic potius nouit eius magnitudinem: lõge omnino abest,vt is mẽte sit sanus,qui in dei immortalis ratione ne tantillũ quidem censeat temperandũ.Requiritur certe à nobis,vt esse deũ sciamus, non vt quid deus sit indagemus.Quod Paulus doctor
Heb.11. eximius docet, cũ dicit: Credere enim oportet eum qui ad deũ accedit, quia est. Propheta item cum impietatis quempiã argueret, nõ crimini affignat quòd nescit quid deus sit:sed quòd deũ esse ignorat,quip-
Psal.13. pe qui ita scribat: Dixit insipiens in corde suo, nõ est deus.Igitur vt ille impius est,non quia deũ quid substantiæ sit,ignorat:sed quia nescit deũ esse,sic satis ad pietatẽ est scire deum esse.Sed habent aduersarij nostri aliam quoq; argumentandi meditatam euigilatámq; rationẽ.Dicitur,inquiũt, deus spiritus est. Sed nunquam hoc nomẽ exprimẽs diuiniæ substãtiæ est. Quis eñ si nuper adeo fores scripturæ sacræ adierit, non peregrinã & omnino alienam iudicet istam sententiam?Iam enim eadẽ ipsa ratione deus ignis quoque.Nam vt scriptũ est,deus spiritus est: ita scriptum habemꝰ:Deus noster ignis cõsumẽs est.Itemq;: fons aquæ viuæ.Nec spiritus, & ignis, & fons solũ sit: sed etiam animus,& ventus,& mens humana,& complura alia multo his quæ modò enumeraui, absurdiora. Non enim omnia persequi debeo, nec illorũ insaniã imitari.Spiritus quippe nomẽ plura significat.Nã &
1.Cor.5. animũ nostrum: velut cum Paulus dicit: Tradite hominẽ huiusmodi satanæ,vt spiritus saluus sit. Et ventum,vt propheta inquit: Spiritu violẽto cõteres eos. Donum etiam spirituale spiritus dicitur: Ipse spiritus cõtestatur spiritui nostro.Item:Orabo spiritu, orabo etiam mente.Ad hæc ira atq; excandescentia,autore
Esa.27. Esaia:Nõ tu es,qui meditaris spiritu duro interimere eos.Præsidium quoq; & auxilium dei vocari spiritum nouimus: spiritus enim ante faciẽ nostram Christus dominus. Erit igitur deus hæc omnia illorũ sententia,atq; ex his ipsis rebus cõstabit. Sed ne tempus incassum teramus,dũ confutanda refellendáq; proponimus,quæ tam perspicui sunt erroris, vt nullã penitus postulẽt contradictionẽ: age finem hic faciamus dicẽdi aduersus eos,ad orandũmq; more nostro veniamus.Ergo pro his amplius rogemus, atq; oremus vt aliquando insania liberentur, hoc enim gratũ acceptúmq; deo saluatori est:Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Minime igitur negligẽdũ,vt preces pro his agamus, supplicemúsq; domino.Aptissima enim arma oratio est, thesaurus certe perpetuꝰ,diuitię inexhaustę,portus quietus,occasio tranquillitatis,deniq; autor,parens,fons, & radix bonorum omniũ & innumerabilium oratio est, atq; etiam regia ipsa facultate potior & superior. Sæpius itaq; euenit', vt cum rex ipse ægrotet, cuber, febriat,ardore laboret,& adsint medici,adsint clientes,familiares,proceres,milites, duces: nõ ars medicorũ,nõ amicorũ præsentia, non familiariũ administratio,non medicamentorũ copia,nõ apparatus magnificentia,non pecuniarũ facultates, nõ aliud quicquam rerum humanarum possit reddere infestantem morbum leuiorem. At si quis valens apud deũ familiaritate accesserit,& corpus languẽs dũtaxat tetigerit,& syncere pro eo orauerit,languorẽ omnẽ expellit:& quod nõ diuitiæ, nõ numerus ministrorum magnus,nõ medicinalis scientia, nõ regius fastus efficere potuit,hæc vniꝰ pauperis atq; egeni oratio potuit. Orationem autẽ dico, non tenuem illam & desidiosam, sed eam quæ intẽta ex animo dolente & corde contrito proficiscatur.Hæc eñ est quę in cœlũ scandere valeat.Et quemadmodũ aqua dum per plana & ampla spacia fertur, non in altũ exurgit, sed tenuem sese late quaquauersus expẽdit:cum autem manu artificũ subtus colligente stringentéq; coacta fuerit in angustũ, iã inde solicita omni telo velocius se in excelsum iaculatur,petitq; regionẽ supernam:Sic mens humana dũ ociosa & liberior quàm expediat, degit, diffunditur,latéq; defluit:cum autẽ rerum euentu ad-periori,casúq; subtus coarctãte aduerso solicitetur,iã agilius se extrudit,& intẽtas, dilucidásque orationes mittit in excelsũ. Atq; vt intelligas eas potissimũ orationes posse exaudiri,quę presso afflictóq; animo red-
Psal.114. dantur,audi quid propheta referat:Ad dominũ cum tribularer clamaui,& exaudiuit me.Igitur nostrã feruefaciamus cõscientiam,affligamus animã,torqueamus memoria peccatorũ, vt non in angustam deducamus viam,sed vt idoneã exaudiri à deo efficiamus, vt vigilem,sobriã, & ipsum cœlum tangẽtem reddamus. Nihil tam pigritiã & negligẽtiam potest expellere,quàm dolor & afflictio animi, quæ vndiq; cogitationes vagãtes colligat,& sua in sede cõstituat. Qui ita afflictus mœstúsq; orat, hic lætitiæ plurimũ post orationẽ sibi potest conciliare. Et vt frequentia nubium principio cœlũ obfuscat: vbi vero percrebras dimiserit stillas, iam & humore sepositio serenũ cœlum & dilucidũ facit: sic mœror animi dũ intus versatur,caligine cogitationẽ nostram obducit:cum autem verbis orationis & lachrymis, quæ solẽt comitari orationẽ, foras versus euaporatus, difflatúsq; euanuit, plurimũ iam inde splendoris afferri in animum solitũ est, fauore scilicet humanissimi & liberalissimi dei, veluti radio quodã in eius qui orat animum ingruẽte,ac luce afficiente lętissima.Sed quàm frigidã, quàm ineptam & sordidã complures sui erroris reddunt rationẽ.Non audeo, inquiunt, minime cõfido, me pudet,ne diducere quidẽ os possum, peccata me detinent.Satanica ista verecundia est, pudendi ratio pessima,obtentus negligentiæ ac desidiæ, occludere tibi aditum ad misericordẽ & clemẽtissimum deum. Tuus hostis diabolus te petit, cum te tam verecundũ facit,

facit,& pauidũ. Diffidísne? Magna idipsum ad confidendum facultas,magna hinc proficiscetur vtilitas,si te arbitraris meritò catere fidendi audendíq; facultate:vt contrà summus pudor,summũ dedecus,summa condemnãdi ratio, si te arbitreris posse fidenter agere.Quanquã enim multa ex officio feceris,quãquam nullius tibi sis conscius mali:modò putes agere posse fidẽter ac liberè, omni gradu orationis cõtinuo eiicieris ac decides.Cõtrà,si onera cõscientiæ innumerabilia sustines,peccatis fũmis grauaris: nec est quod te non premat delictũ, modò illud vnũ persuasum sit tibi,te omniũ esse minimũ,mirifice tibi animus fidendi audendíq; apud deum præstabitur. Quanquam id nulla humilitas est,vt cum peccator sis, peccatorẽ te opineris:humilitas enim est quoties quispiã rerum sibi præclararũ conscius, nihil magni de se ipso existimat.Quoties quis Paulo similis dicere iure suo potest:
1.Cor.4. Nullius mihi ipse sum conscius:& tamẽ dicit, non in hoc iusticatus sum.&,Christus Iesus venit peccatores saluare,quorũ primꝰ sum ego.Hoc est humilitas, si te excelsum per virtutũ officia, humilem per opinionẽ reddas.Deus tamẽ pro sua ineffabili humanitate, nõ solũ modestos illos & humiles, sed etiam eos qui sua confitẽtur peccata,recipit,amplectitur,benignissime tractat. Atq; vt planius intelligas, quàm sit bonũ nihil magnum de se opinari,finge animo bigam duplicem: quarũ sub altera virtus iuncta sit cum superbia: sub altera peccatũ cum humilitate. Videbis enim bigã illã peccati virtuti facile anteire,palmámq; decursionis celerioris obtinere,nõ peccati pernicitate, sed coniugatæ humilitatis facultate.Cõtrà,bigã alteram virtutis retardari & vinci nõ imbecillitate virtutis,sed superbię mole ac pondere.Vt eñ humilitas prę summa sua excellẽtia,peccati superat pondus,atq; in cœlũ peruenit:sic superbia prę nimio suo pondere ac intolerabili onere suæ molis prævaler, adeò vt etiã leuissimam illam & supernã virtutẽ vincat, deorsumq; versus facile detrahat.Quoniã alterũ quod dixi, non parũ existat pernicius altero, latius sanè exẽplo pharisæi & publicani illius perspicies.Iunxerat pharisęus
Luca.18. iustitiã cũ superbia,dixitq;:Deꝰ,gratias ago tibi,quia nõ sum sicut cæteri hominũ,raptores,iniusti, adulteri, nec velut hic publicanus. O insaniã hominis, vniuersa natura hominũ minus explere superbiã eius & insolentiam potuit:itaq; publicanũ proxime stantem petulãtissime inuadit, & elatus sua iustitia temerè insultat in hominẽ.Sed quid hic agit? non repellit probra sibi obiecta, non angitur maledictis,nõ repugnat aduersario, non vlciscitur inimicũ, sed patitur facile petulantiã. Itaq; efficit vt illud aduersarij telum medicamento sibi occurrat atq; remedio: & probrũ cõuersum in laudẽ sit,& maledictum in coronam & cõmendationem.Tam magnũ humilitas bonũ est, tam magnum comparatur emolumentũ, dum hominum maledictis minus mordemur,dũ ad illatas contumelias minus incẽdimur.Licet enim vel ex his ipsis fructum egregie capere modo publicani illius. cũ enim
Luca. 18. patienter probra tulisset,peccata sepositio oĩa: cumq; dixisset,Deus propitius esto mihi peccatori,descẽdit iustificatus super illũ,& dicta superauerũt facta,& verba vicerunt opera. Alter nanque iustitiã, & iciunia,& decimas proposuit suas,alter verba dũtaxat reddidit: atq; ita effectũ est, vt magnus ille numerus delictorũ deleretur, & peccata obliterarentur omnia publicani. Non enim verba deus tantummodo audiuit: verumetiam animũ,quo ita dicerentur,inspexit: quem cum humiliatũ contritúmq; comperiret,misertus est, & benignissime ac humanissime egit. Hæc tamen nõ ob eã rẽ dixit,vt licentius peccaremus: sed vt animũ seruaremus humilẽ & modestum. Nam si homo publicanus vltimũ vitiorum genus non humili, sed facili quodã & pio dũtaxat animo peccatis propositis, & rem,vt erat,confessus, tantum beneuolentiæ apud deum contraxit: quantũ meritũ quæso sibi homines comparare possint,qui cũ præclara egerunt bona,nihil magni feciſſe arbitrentẽ?Quas ob res vos hortor,& rogo,& oro fratres chariſſimi,crebriꝰ deo immortali confiteamini,& enumeratis vestris delictis veniã petatis,& numẽ propitium.Non te in theatrum conseruorum tuorũ duco, nõ hominibus peccata tua detegere cogo.Repete corã deo conscientiã tuam, & explica,ostende deo medico præstãtissimo tua vulnera, & pete ab eo medicamentũ. Ostende ei qui nihil opprobret,sed humanissime curet. Cur taces, quę optime ille nouit?Dic atq; enumera, vt fructũ maximum cõsequaris.Dic,vt abstersis hic tuis maculis, abeas illuc mũdus,& sine vllo dedecore, vt intolerabili promulgatiõe illa delictorũ tuorũ libereris.Tres illi pueri in fornace continebantur, suámq; animã exposuerunt certo suæ vitæ periculo. Veruntamẽ post tot tãtaq; virtutis officia referunt:Nõ possumus aperire os, cõfusio & opprobriũ facti sumus seruis tuis,& colentibus te.Cur itaq; os aperuistis?Vt hoc ipsum dicere-mus,nobis os minus licere aperire,atq; ita dominum inuitaremus ad beneficiũ.Vis orationis vim ignis extinxit,impetũ leonũ cohibuit, bella composuit, prælia remouit,tẽpestates sustulit,dæmonia expulit,cœli fores aperuit,vincula mortis disrupit,lãguores eiecit, offensas repressit,vrbes terræmotu nutantes firmauit, plagas cœlitus irruẽtes,insidias hominũ,mala deniq; omnia deleuit oratio.Orationẽ autem, vt iterum dicam,non eã commẽdo, quæ frustra in ore habeatur, sed quę ab imis animi prodeat.Vt enim arbores quę radicẽ altius miserint, quanuis summũ ventorũ excipiant impetũ,nõ frangi aut euelli possunt, cum planta & firmissima stirpe innitãtur:sic oratiões quas animus de suo imo reddiderit,perquã tutè affixę efferũt sese in excelsũ, nullóq; peruertũtur aggressu cogitationũ.Vnde propheta insignis ait: De profundis cla-
Psal. 129. maui ad te domine.Hæc ita doceo,nõ vt verbis probetis tantũ,& laudetis:verumetiã vt factis palam animũ vestrũ recepisse quæ laudat faciatis.Nam si apud homines suos quempiã casus dixisse,suásq; calamitates narrasse,affert nõnihil cõsolationis,quasi difflatio quædam malorũ per ipsam narrationẽ ageretur:longe magis si cũ domino illo cõmuni ægritudines animi tui communicaris,consolationẽ atque remedium capies.Homo eñ vel grauatur plerunq; tædio alienę querelæ, & luctus repellit,fugitq; hominẽ miserũ: at vero deus non ita agit nobiscũ,sed inuitat,ducit,hortatur, acceptat. Et si totũ diẽ in cõmunicandis cum eo tuis calamitatibꝰ cõsumpseris,ita te magis magísq; diliget,& tuis precibꝰ liberalius annuet.Et quidẽ hoc ipse dominus explicãs,ita dicebat:Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Vocat,obsequamur:inuitat,accedamꝰ:si peccatis innumerabilibus detinemur, cursum ob eã rem maiorem in modũ eò agamus. Tales enim homines ad se vocat:Non veni,inquit,iustos vocare,sed peccatores ad pœnitentiã.Homines oneratos,oppressos, fessos, fatigatos

Universidad de Deusto
Biblioteca

fatigatos pondere peccatorũ. Deus enim dicitur cõsolationis, deus misericordiarũ: quoniam hoc eius officium est perpetuũ, vt homines dolentes, mœrentes, afflictos cõsoletur atq; hortetur, etiam si peccata cõmiserint innumerabilia, modò nosipsos ei dedamus, modò accedamus nec negligam⁹ re ipsa experti sciemus eorũ quæ proposui veritatẽ omnium. Nihil penitus nos dolore afficere poterit, si orationẽ intẽtam exquisitámq; habeam⁹: quicquid eñ acciderit, facile per eius orationis facultatẽ repellemus. Nec mirũ si casus humanos tollere vires possunt orationis, quãdo & ipsam peccatorum naturã extinguunt, & compendio excidunt, ac delent. Vt igitur vitã cum facilitate agamus, & quæcũq; peccata cõtraximus, omnia reiiciamus, & fidenter ac ardẽter apud Christi iudicis nostri tribunal constemus: hoc assidue nobis ipsi medicamentũ præparemus, ex lachrymis, studio, sedulitate, pecunia cõpositum. Ita enim efficietur, vt perpetua valetudine bona fruamur, & bona illa futura obtineamus: quæ vtinam omnes nos consequamur, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI sermo, Quòd neque viui, neque mortui anathemate plectendi sunt.

NVper ad vos de incomprehẽsibili cognitione dei disserẽs, tam scripturarũ testimoniis, quàm rationibus quas natura suppeditat copiosè declarabam, quòd licet illam inuisibiles potestates, quæ vitã omnino beatã & materiæ expertẽ agunt, attingere nequeãt: nos tamen, quorũ vita planè dispescens & fluitans est, & qui omnibus vitiis immersi sumus, tentemus apprehẽdere id quod inuisibilibus substantiis est denegatũ. Atqui dum id argumẽti tractamus, & multum nostro tribuentes iudicio, & inanem ab auditoribus captãtes gloriolã, fit interim, vt neque naturæ nostræ mensura nobis comperta sit, neque diuinam scripturã, neque patres probè imitemur, & proinde à nostrarũ imaginationum deliriis, quasi à rapido torrente abstracti, in grande ruimus peccatũ. Age nunc & de anathemate, quæ conuenit, in mediũ fideliter afferamus, demõstraturi vim mali, quod pleriq; neque inter mala computãt, vt detegatur morbus eorũ qui hoc malo laborant, compescanturq; ora perpetuo frænũ respuentia. Etenim in tam deploratã valetudinem res nostræ perductæ sunt, vt quasi vulgariter ęgrotãtes, ignorem⁹ nos pessime habere. Atq; adeò impletur in nobis vox ꝓphetica: Nõ est, quòd adhibeãtur, vel malagma, vel oleũ, vel obligaculum. Igitur de hoc malo vnde dicendi initium faciã? num à dominicorũ mandatorum dispositionibus, an à vestra insciti a & stupore? Rideórne, & insanire videor, q̃ hæc dico? Exibilórne, quòd tam iniucũda, lachrymísq; digna dicturum me polliceor? At quid mihi accidit? Doleo, mente dissecor, rumpuntur viscera: quia video tam insensatos & malos, vt legis trãsgressione Iudæi, & impietate gẽtes superẽtur. En specto viros, qui nullũ ex sacris literis germanũ sensum, imò nihil omnino sacrarũ literarũ tenent, & vt pleraq; transeam, nam erubesco dicere, furibundos, nugaces, cõtentiosos, qui neq; sciunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant, in hoc vno tantũ audaces, quòd dogmata statuũt, & anathema declarant ea quę maxime ignorant. Hinc est, quòd exteris, hostibúsq; fidei nostræ ludibrio sumus, habemuráque: perinde quasi nulla sit nobis honestæ vitæ cura, & nunquam benefacere didicerimus. Heu mihi quàm dura atque dolẽda sunt hæc. Heu mihi, Prophetæ desiderauerũt videre quæ vidimus, & nõ viderũt: & audire quæ audiuimus, & non audierũt: & nos inter hęc enutriti sumus. Audite oro quænã illa, nequando pereamus. Nã si sermo per angelos dictus, ita cõfirmatus est, vt omnis transgressio & inobedientia iustã præmij repensationẽ acceperit: quo pacto nos adeò salutis negligẽtes supplicia effugiemus? Dic quis scopus euãgelij gratiæ? quidnã spectat? an nõ filij dei in carne aduentũ? Et quare? an vt mutuũ mordeamus & deuoremur? Minime. Nã cũ vbiq; perfectiora sunt præcepta quę à Christo quàm quæ à lege data, etiã maior charitas à nobis exposcitur. Lex dicit: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum: hic autẽ & moriẽdum est pro proximo. Audi & Christũ quid dicat: Homo quidam descẽdebat à Hierusalẽ in Hiericho, & in latrones incidit, qui & despoliarũt ipsum, & vulneribus inflictis abierunt semimortuo relicto: accidit autẽ quòd sacerdos quidam descenderit eadẽ via, viśóq; ipso transiit: similiter & Leuites, cũ esset in eodẽ loco, viso ipso trãsiit: Samaritanus autem quidã vt venit ad eum locum, viditq; illum, misericordia motus est, & accedens obligauit vulnera eius, infundens oleũ & vinum: & impositio eo super iumentũ suum, duxit in diuersorium, curámq; eius egit. Postero autẽ die deprõptos denarios duos stabulario dedit, ac dixit: Curam eius habe, & si quid expenderis vltra, cũ rediero reddam tibi. Quis igitur horũ trium proximus tibi fuisse videtur ei qui in latrones incidit? Ille autẽ dixit: Qui fecit cũ eo misericordiam. Dixit autẽ ei Iesus: Vade, & tu fac similiter. Papè, quàm mira? Non sacerdotẽ, non leuitã dixit proximũ: sed illum, qui iuxta Iudæorum decreta eiectus erat: qui Samaritanus erat, qui alienigena: q̃ in multis blasphemabat, & illũ ipsum vocat proximum: quia apud eũ inuẽta est misericordia. Hæc verba filij dei sunt. Hæc & opera eius sunt, quæ in carne aduentes demõstrauit. Nam mortuus est, nõ solũ pro amicis & suis, sed & pro inimicis, ꝓ tyrãnis, pro maleficis, pro osorib⁹, pro crucifigẽtibus, atq; pro his ipsis quos tales fore ante cõditionẽ mũdi sciebat, eósq; prę scius formauit, vincẽte prę scientiã bonitate, & pro eis sanguinẽ fudit, mortémq; subiit. Panis, inquit, caro mea est, quã ego dabo pro mundi vita. Paulus itẽ per epistolam sic dicit: Si enim cum inimici essemus, recõciliati sumus deo per mortẽ filij eius. Et iterũ in epistola ad Hebræos dicit ipsum ꝓ vniuersis gustasse mortem. Cum igitur & hæc ab ipso gesta sunt, & horũ typos exprimit ecclesia, quotidie ꝓ omnibus preces facies, quomodo tu audes talia loq̃? Quin dic, quid est isthuc ipsũ dicere anathema? Vide quid dicis: cognosce quid loqueris. Nosti verbi vĩ? Quãuis inuenies in sacra scriptura, quod dicitur cõtra Hiericho: Et anathematizabis totã ciuitatẽ domino deo tuo. Et inualuit apud nos oẽs consuetudo, quæ in hodiernũ vsq; diẽ durat, vt anathema dicatur quod certo loco suspẽsum. An hoc tu dicis anathema? sed hoc plerũq; in bonũ sonat, & est interdũ oblatũ deo. Quid ergo illud, quòd anathema tu dicis eũ qui oblatus est diabolo, nec vltrà regionẽ salutis inhabitat, sed alienus est à Christo? Heus, quis tu tãtę authoritatis, q̃ tantã tibi vsurpas potentiã? Tunc enim sedebit filius dei, & statuet oues à dextris, & hædos à sinistris. Cur igitur dignitatẽ tantã assumis? quę apostolis tantum communicata, & his qui illorũ idonei successores, verè pleni gratia &

Esaiæ.1.

gratia & virtute. Iã apostoli diligẽter id mandati seruarunt. Sic enim hæreticos eiiciebãt ex ecclesia, quasi effodiendus esset dexter oculus. Qua tẽpestiua mẽbri desectione, magnũ suę compassionis & doloris indiciũ præ se ferebãt. Atq; idcirco Christus quoq; dextrum oculũ dicit, vt illum abiecturis compassionem commendaret. In qua re, sicut & in aliis, admodũ diligentes fuere: hęreses quidẽ redarguendo & eiiciendo, nulli autem hæreticorũ hanc pœnam adhibẽdo. Porrò Apostolus in duobus duntaxat locis vocẽ hãc quasi coact⁹ affert, nec tamẽ certę & determinatę per-
1.Cor.16. sonæ illã intentat. Nam Corinthiis scribit: Si quis nõ
Galat.1. amat dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit. &, Si quis vobis euangelizauerit aliud præter id quod accepistis, anathema sit. Cur igitur quod nullus eorũ, qui potestatẽ acceperũt, vel facere, vel declarare ausus fuit, tu facere audes, planè aduersarius mortis dominicæ, & præoccupãs iudiciũ regis? Vultis discere qualia de hoc sanctus quidã dixerit, qui & apostolorũ tẽporibus martyriũ meruit? Monstraturus huius verbi grauitatẽ, tali vtebatur exemplo: sicut priuatus homo, regiã sibiipsi purpurã circumponens, vnà cũ omnibus qui se iuuãt, punitur vt tyrãnus: ita & q̃ dominicam sententiam fert, & hominẽ facit anathema ecclesię, abducit seipsum in extremã perniciem, vsurpando dignitatem filij dei. Sic ille dicebat, Putatísne hanc parui momenti rem esse, ante iudicẽ iudiciúque tempus aliquẽ eiusmodi sentẽtia condemnare? Anathema enim oĩbus modis à Christo separat. Ad hæc quid respondẽt illi malitia potẽtes? Hæreticus, aiunt, ille factus est, inhabitãtẽ habet diabolũ, aduersus deũ iniustitiam loquitur, multos in profundum perditionis abducit eloquentiæ suæ efficaci suadela & deceptione. Sanè propter hoc à patribus eiectus est, maxime quia eius magister quoque partẽ ecclesiæ abstulit, Paulinũ vel Apollinarẽ designãdo. Sanè de singulorum istorũ discrimine, sermo multis bene notũ facit, refutauit, errorem in pernicios issimæ præsumptionis penetralibus inualuisse redarguens. Doce, ait, in lenitate, erudiens eos qui obsistunt, si quãdo det eis deus pœnitentiã ad agnoscendam veritatem, vt resipiscãt à diaboli laqueo capti in voluntatẽ illius. Extende sagenam charitatis, vt non subuertatur claudicans, sed potius sanetur. Ostẽde, quòd magna affectione bonũ proprũ cupias facere commune. Affer dulcem escã compassionis in hamo, & sic scrutare profunda, atque ex imo perditionis extrahe eũ qui sensu descenderat, vt & quod opinabatur, & quod ignorabat, bonũ existimaret. Erudi sicut alienũ ab apostolica traditione, & siquidẽ hoc boni cõsulere voluerit homo qui pri⁹ errore infect⁹ erat, iuxta vocẽ ꝓphetę, & ille viuet vita, & tu animã tuã liberabis: si autẽ respuit sermonẽ, vtpote contentiosus, tu contestare ne reus fias, tantũ cum longanimitate & suauitate, vt ne animã eius de manu tua iudex requirat. Ne odio habeas, ne auerseris, ne persequaris, sed syncerã & verã erga eum ostẽde charitatem. Vt interim etiamsi aliud nullum, certe hoc feras lucri, & magna est hæc vtilitas, egregiúmq; lucrum quod diligis, & simul doctrinã Christi doces.
Iacob.5. In hoc enim, ait, cognoscent, quòd mei sitis dispuli, si charitatem habueritis inuicẽ. Qua absente nihil proderit vel scientia mysteriorum dei, vel fides, vel prophetia, vel paupertas, vel cõfessio Christi: id quod &
1.Cor.13. Paulus ipse demõstrauit, dicens: Si tenuero mysteria omnia, & omnẽ scientiam, & fidem, ita vt etiã montes dimoueam: charitatẽ autem non habuero, nullam inde vtilitatẽ capio. Et si linguis angelorũ loquar, & si impertitus fuero omnes facultates meas, & si tradã corpus meum, ita vt comburar: charitatẽ autem non habeam, nihil sum. Charitas suauis est, nõ inflatur, nõ quærit quæ sua sunt: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Dilecti, nullus ex vobis taliter erga Christũ fuit affectus, qualiter ista sancta anima. Nullus hominũ talia verba præter illum loqui ausus fuisset. Nam anima eius amburebatur cũ diceret, Adimpleo afflictiones Christi in carne mea quæ reli- *Coloss.1.*
quæ. &, precabar ipse anathema esse à Christo ꝓ fratribus meis. &, Quis infirmatur, & non infirmor ego? *2.Cor.11.*
cumq; tanta erga Christum affectione prędit us esset, non iniurias, non violentias, non anathemata cuipiã inferebat: & profecto, quasi non esset is qui tot gẽtes, & integras ciuitates domino obtulisset: sed quasi humiliaretur, verberaretur, colaphis cæderetur, ridiculusq; esset omnib⁹, ita hæc curabat blandiẽdo, adhortãdo, obsecrãdo. Sic sanè & apud Ethnicẽses sibi patefecit introitũ. Nam cum inuenisset omnes idolorũ cultu insaniẽtes, nõ exprobrauit eis dicẽs: Impij estis vos, & planè oĩs religionis expertes. Non dixit: Omnia vos diuino honore dignamini, deum ipsum, vnicum & verum dominũ & opificem vniuersi, negatis. Sed quid? Obambulãs, inquit, & cõsiderans culturas *Actor.17.*
vestras, inueni etiã aram inscriptã, ignoto deo. Quem igitur ignorantes colitis, hunc ego vobis annũcio. O miraculũ, ô patetna viscera. Piè colere dicit Græcos & idololatras, quanuis impiè colẽtes. Quare? quia vt pij & verè religiosi cultũ suum perficiebant, deum se colere putantes. Hoc & vobis persuadete. Huius vos imitatores oẽs fieri precor, atq; vobiscũ & meipsum. Nam cũ dominus, qui prænouit quid vnusq̃isq; nostrũ elegit, & qualis futurus est: hoc facit, vt bonitatẽ & magnificentiam suam comprobet: neq; enim propter malos creationẽ intermisit, sed etiam illos communibus bonis locupletauit: quo pacto igitur tu sec⁹ facis, qui in ecclesia cum aliis adcurris, & hostiã filij dei perficis? Nescitis quòd calamũ confractum non contriuit, & linũ fumigans non extinxit? Et quorsum hoc dictũ? audi: Iudam, & eos qui sicut ille exciderãt, tamdiu non abiecit, quousq; seipsum quisque abductũ errori mãcipauit. Nónne & pro populi ignorantiis preces offerim⁹? Nónne prę ceptũ habem⁹, vt pro inimicis, & qui nos oderũt & persequũtur, precemur? En quàm probè implem⁹ ministeriũ? en obsecro ordinatio non effert, nõ in sublime extollit, non potentiam præstat? Omnes eundem spiritũ accepimus, omnes in adoptionẽ filiorũ vocati sumus: quos autem ꝓbauit pater, eos fratrib⁹ in potestate seruire voluit. Eia ministeriũ nostrum curemus: obsecramus, & contestamur vos, vt à tãto malo desistatis. Nam is quẽ tu anathematizare decreuisti, vel viuit, & adhuc in mortali vita hac supereſt, vel mortuus est. ꝓ si adhuc supereſt, impiè agis, qui eum qui à malo in bonũ se vertere potest, crudeliter absecas: sin mortuus est, multo magis crudelis es. Cur nã? Quia domino suo stat vel cadit, non iã sub iure humano existẽs. Et de eo quod occultatũ reseruatúmq; seculorũ iudici, pronunciare tutum est solũ ei, qui mensurã scientiæ, & quantitatẽ fidei cognoscit. Dic mihi obsecro, quî scis, quibúsnã verbis sese accusabit vel defendet ille in die quo deus venturus est, vt iudicet occulta hominum? Profecto inscrutabilia sunt iudicia, & imperuestigabiles viæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Quis enim cognouit sensum domini, vel quis eius consiliarius fuit? Dilecti, forte nullus ex vobis baptismum se consecutũ putat, nullus iudicium aliquando futurum suspicatur. Quid dico iudiciũ? ipsam nostrã mortem & egressum è corpore non cogitamus, adeo corda nostra huiꝰ vitæ solicitudine & curis obbrutescũt & desipiũt. Obsecro, desistite ab hoc malo. Ecce dico, & cõtestor corã deo & electis angelis, hinc vobis in die iudicij magnũ malum, & inextinguibilem ignem parari. Nam si in virginũ ordine eos, qui cum fulgida fide & morũ honestate vixerũt, dominus qui omniũ opera eorũ considerabit, ob misericordiæ penuriã à thalamo arcebit: quomodo nos qui in omni luxu & crudelitate erga cognatos versamur, obliti dei, salutẽ assequemur? Eapropter vos oro, ne vobis verba hæc mẽte excidãt. Dogmata enim impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere & anathematizare oportet: hominibus autẽ parcẽdũ, & pro salute ipsorũ orandũ. Det deus omnes nos ita charitatis erga deũ & proximũ esse studiosos, implereq; mandata domini, vt cũ misericordiæ oleo, & fulgidis lãpadibus occurramus in die resurrectionis ipsi superno & cœlesti spõso, offerẽtes ei plurimos in gloria, quos nostra cõpassione & pietate lucrifecimꝰ: præstãte gratia & misericordia ipsiꝰ vnigeniti filij dei, cũ quo patri sit gloria simúlque sancto spiritui in secula, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
aduersus Gentiles demonstratio, quòd Christus sit deus.

VOniam librorũ magnitudo, fastidium parit mortaliũ plerisque, qui vel ignaui domi resident, vel immodicis huius vitæ curis implicãtur, vel hebetudine & insciti a prepediũtur: ideo operæpreciũ visum, resecare multiloquij remoramẽta, & in arctũ redigere varios prolixósq; patrũ sermones, vt ad instituti operis lectionem etiam plurimum desides allecti, magnã promptitudinem & alacritattẽ præ se ferant. Atq; ea de causa, orationem hanc nullis verborum nominúmve fucis & lenociniis illustrabo: sed huiusmodi nominibus vtar, quę & famulo, & ancillæ, & viduæ, & institori, & agricolę comprehẽsibilia, captuque facilia sint: & omnino periclitabor, vt quantũ fieri potest, omissa prolixitate, appetitꝰ & studia excitẽ supinorũ oscitãtiúmq; auditorũ, quò & ad hæc nostra facilè & absq; labore ingrediantur, & quę apprehendunt fideliter memoria retineant. Primum autem cũ gentibus nobis certamen ineundum. Dicet enim vtiq; gentilis: Vnde manifestum q̃ Christus est deus? Ante omnia igitur hoc præstruere oportet, & sponte sequentur alia omnia. At non à cœlo petenda demonstratio, neq; ab aliis id genus. Nam si ad gentilem dixero, creauit cœlũ vel terrã, vel mare: non me feret: Incredulus enim est. Si dixero, Mortuum excitauit, cæcos curauit, dæmones fugauit: neq; hoc accipiet. Deniq; si dixero, quòd regnũ & ineffabilia bona promiserit, hoc non solũ non credet, sed & ridebit. Vnde igitur illũ, maxime si idiota est, instituemꝰ? Non aliunde quàm ab his quæ inter nos & illum cõfessa sunt, & quæ in dubiũ reuocare nequit. Nã quòd cœlũ fecit, & alia quæ dicebam, non sustinebit vt sibi nunc suadeantur. Quæ igitur sunt quæ & ille feciſſe Christũ confitetur, & non contradicit? Quòd Christianorũ genus plantauit Christus. Neutiquam enim contradicet, quòd omnes vndiquaq; ecclesias orbis Christus fundarit. Hinc faciemus demonstrationem A virtutis Christi, & ostendemus ipsum deũ. Etenim nõ est puri hominis, in tantis rebus orbẽ terra matique tam breui tempore comprehendere, & tam absurdis moribus præuentũ, tantisq; malis irretitum liberare humanũ genus: & nõ Romanos tantũ, sed & Persas, & omne (vt sic dicã) barbarorũ genus. Insuper q̃ hæc confecit nullis vsus armis, nullos faciens sumptus, nullos mouens exercitus, nulla prælia committẽs, sed per vndecim viros principio, ignobiles, viles, rudes, idiotas, pauperes, nudos, persuasit tot hominũ tribus: idq; non præsentibus solũ, sed & futuris. Quid? quot subuertit leges patrias, aboleuit consuetudines inueteratas, euellit stirpes tanto tẽpore radicatas, & q̃ illis suas alias implãtauit? Abduxit ab his in quæ propensi eramus, & in ardua & difficilia induxit, cúmq; hæc faceret, infestabãtur & sui ab omnibus, & crucẽ ipse genus mortis ignominiosissimũ sustinuit. Nihil B hic cõtradicẽt, quòd crucifixus est & à Iudæis, quòd innumera ab illis passus, quòd quotidie prædicatio increscit & floret: nõ hic solũ, sed & apud Persas, etiãnum dum ab illis oppugnatur. Etenim & inde multa sunt martyrũ examina, & q̃ ibi lupis ferociores erãt, accepta prædicatione ouibus mansuetiores euasere, núncq; de immortalitate & resurrectione, & ineffabilibus bonis disserunt. Neq; in ciuitates solas, sed in solitudinẽ vsque peruaserunt hæc præclara facinora, & in pagos, & in regiones, & in insulas, & in portus, ac nauiũ stationes. Nec priuati & principes tantum, sed & ipsi reges qui diademata ferunt, insigni fide crucifixo se submittunt. Ad hæc, Non simpliciter contigerunt ista omnia, sed multo antea prædicta sunt: atque adeò vt ne sermo suspectus sit, libros habemus à Iudęis, qui illũ crucifixerunt, & ipsorũ testimoniis, & ex libris quos illi custodiunt, nostra probamus, è quibus C etiã nunc nõnulla proferemus. Primo omniũ q̃ deus existẽs, homo futurus erat, dicit Hieremias: Hic deus Bar.3. noster non conferetur alius ad illum, inuenit omnem viã scientiæ, & dedit ipsam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terra visus est, & cũ hominibus cõuersatus est. Vides quomodo oĩa paucis verbis declarauit, nempe quod deus existens, homo factus est, & quòd etiã veterem legem ipse condidit? Inuenit enim, inquit, omnẽ viam scientiæ, & dedit ipsam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Ecce declarat his, quòd & ante suũ in carnẽ aduentũ omnia ipse dispensarit, & omnia ipse fecerit, legẽ statuens, prouidens quoq;, curans & benefaciẽs. Alius propheta nõ solũ quòd homo futurus, sed & quòd è virgine nascẽ- Esaiæ.7. dus erat, dicit, quem audi. Ecce, inquit, virgo in vtero habebit, & pariet filiũ, & vocabunt nomen eius Emanuël: quod si interpretetur quis, sonat, nobiscũ deus. Deinde ostendit, quòd nõ apparẽter, sed verè homo sit. adiecit enim dicens: Butyrũ & mel comedet. Mos enim est, vt his cibis peculiariter pascantur pueri mox vt nati fuerint. Et declarãs quòd nõ purus homo, iterum addit dicens: Propter quod priusquã sciat puer bonum vel malũ, bene sciet à malo seligere bonum. Et quòd nõ solũ homo ex virgine, sed & quòd ex domo Dauid futurꝰ, audi quomodo & hoc multo antea prædicit Esaias, figuralibus verbis & trãslatione vsus multa, prædicit tamẽ: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & quiescet super eũ spiritus dei, spiritus sapiẽtiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritꝰ sciẽtię & pietatis: spiritus timoris dei implebit ipsum. Nã Iesse ille pater fuit Dauid. Manifestũ igitur, quòd à tribu illa, & non solum A à tribu illa, sed & à domo illa processurus erat. Et hoc prædixit, dicens: Egredietur virga de radice Iesse, nõ de virga loquẽs, sed de Christo & regno eius. Quod non de virga dixerit, consequentia declarãt. Nam cũ dixisset, Egredietur virga: adiecit, quiescet super eũ spiritus sapiẽtiæ & intellectus. Nullus autẽ tam insipiens qui dicat, quòd super lignũ veniat spiritus gratia, sed manifestũ quòd super immaculatũ illud templum: & non dixit, veniet: sed, super eũ quiescet: quia Matt.3. vt venit, mansit, & non discessit. Hoc etiã Euangelista dixit: Ego vidi spiritum descendentem sicut columbam, & mansit super eum. Neq; siluit Iudaicam sententiam, quã ostenderunt ipso nato. Nam euangelista sic dicit: Vt Herodes audiuit, turbatus est, & omnis Ibid.2. Hierusalẽ cũ eo. At propheta audi quomodo & hoc Esaiæ.9. multo ante prędicẽs annũciarit: Puer natus est nobis, & filius datꝰ est nobis, & vocabitur nomẽ eius magni B cõsilij angelus, admirabilis, cõsiliarius, deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri seculi. Hoc de puro homine nemo dicit, etiã qui valde contẽtiosus. Nam nullus hominũ vnquã etiam ab ipso seculo dictus est Deus fortis, sicut neq; pater futuri seculi, neque princeps pacis huius. Nã pacis suæ, ait, nõ est terminus. Et manifestat rerũ euẽtus, q̃ pax in omnẽ intrauit terrã, & in mare, in orbẽ habitabilem & inhabitabilẽ, & in Isaiæ.14. montes & colles & valles à die illa à qua Christus incipiens dixit: Pacem meã do vobis, nõ sicut mundus dat pacem. Hominũ enim pax statim dissoluitur, & varias habet vicissitudines. Verum quæ à Christo datur, stabilis est, imò firma, solida, immortalis, fine carẽs, licet milia bellorũ vndiquaq; ingruãt, & quotidie milia insidiarum parentur: attamen omnipotens sermo suus etiã hanc perficit, & conseruat. Non solum C autem prædixerunt futurũ hominem, sed & modum aduentus eius. Nã afuturus erat non iaciens vel fulmina vel fulgetra è supernis, nec concutiẽs terrã, nec rotans cœlũ, nec alia id genus prodigia operans: sed absque strepitu, & ita absq; tumultu & turbatione, vt nemo persentisceret. In domo enim fabri natus est, in Psal.71. domo ignobili & vili. Audi, quomodo neq; illud propheta prædicẽdo tacuerit, dicit enim: Descendet sicut pluuia in vellus, quibus aduentus illius tranquillus & quietus signatur. Neq; hoc cõtentus, declarauit etiã quàm mansuete & suauiter cum hominibus cõuersaturus esset. Nam cũ iniuriis afficeretur, opprobraretur, conspueretur, flagellaretur, & deniq; cruci affigeretur, nullũ vltus est talia facientẽ: sed tulit omnia sapienter, & æquo animo, contumelias, insidias, insaniã D & furorẽ importunæ illius plebis. Quod etiam ipsum Isa.42. manifestans scriptura, sic dicit: Calamũ contritũ non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec educat in veritatẽ iudicium, & in ipso gentes sperabunt. Et alius locum in quo nascẽdus erat, indicat, di- Matth.2. cens: Et tu Bethlehẽ in terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda: ex te enim egredietur dux, qui reget populũ meum Israël, & exitus eius ab initio à diebus seculi. En diuinitatẽ & humanitatẽ indicat. Nam dũ dicit, & exitus eiꝰ ab initio, & à diebus seculi, substantiã declarauit, quę ante secula fuit. Cum autem dicit: Egredietur dux, qui reget populũ meum Israël: natiuitatem secũdum carnem docet. Vide autẽ iterũ & aliam prophetiam refulgentem. Non solum enim quòd nascendus sit, sed & quòd nobilis ille locꝰ futurus, tametsi vilis & paruus. Nequaquã eũ, inquit,

minima eris in ducibꝰ Iuda. Nã omnis orbis Bethleẽ confluit, vbi natꝰ positus est: & nobilis factus est locus ille non alia de causa, quàm hac sola. Item & tempus quo affuturus erat, manifestauit, sic dicẽs: Nõ deficiet Gen. 49. princeps ex Iuda, neq; dux ex lumbis eius, donec veniat cui repositũ est: & ipse erit expectatio gentium, ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem pullũ asinæ suæ: lauabit in vino stolam suã: & in sanguine vuæ pallium suum: iucundiores oculi eius vino, albiores dentes eius lacte. Vides & hoc vaticiniũ congruere? Nam tunc comparuit, cum iam deficerent principes Iudaici, & sceptris Romanorũ subderentur: & impleta est prophetia quæ dicit: Nõ deficiet princeps à Iuda, neque dux à lumbis eius, donec veniat: Christum dicẽs. Nã simul vt natus est, & descriptio prima facta est, imperantibus videlicet Romanis Iudæorũ genti, & eam sub seruitutem suã agentibus. Deinde assignatur & aliud: Et ipse erit expectatio gentium. Aduentu enim suo gentes omnes attraxit. Herodes Christũ inquisiturus erat, & interempturus propter eum omnes qui ibi erant pueros: & neq; hoc siluerunt prophetæ, sed multis antea tẽporibus prædixerũt, dicẽtes: Vox in Rhama audita est, luctus & fletus, & clamor multꝰ: Hier.31. Rachel plorabat filios suos, & consolari noluit, eò q̃ non erant. Rediturus erat ex Aegypto, & hoc significauerunt vates: Ex Aegypto vocaui filiũ meum. Erat Osee.11. in locis insignibus manifestãdus, vbi statim signa faceret ac doceret, & ipsum prædictũ est, propter quod Esaias dicebat: Regio Zabulõ, terra Nephthalim, po- Esaiæ.9. pulus qui sedebat in tenebris, vidit lucẽ magnam: sedẽti in tenebris & vmbra mortis, lux orta est eis. Quibus manifestat aduentũ illius. Doctrinam quoque & cognitionẽ, quam à miraculis illius acceperint, enarrat: & deiceps alia miracula subiũgit, quomodo claudos curarit, quomodo cęcos sanos, & quomodo balbos expedite loqui fecerit. Tũc aperiẽtur, inquit, oculi cęcorũ, & aures surdorũ audient, tunc saltabit quasi ceruus claudus, & clara erit vox inexpedite loquẽtiũ: quod scilicet nunquã factũ est, quàm in aduẽtu illius. Signorum item aliquorũ etiam speciatim meminerunt. Ingresso enim aliquando in templum, pueri adhuc ab vbere pendentes, & inexpeditam habentes linguã, cecinerunt in illũ hymnos, sic dicentes: Osiã- Matt. 21. na in excelsis, benedictꝰ qui venit in nomine domini. Hoc multo antea prædixerat propheta, sic dicẽs: Ex Psal.8. ore infantiũ & lactẽtiũ perfecisti laudẽ, dum destruis inimicũ & vltorem, hoc est Iudaicum populum: contra quem pugnabat natura, & opificẽ prædicabat, fũgebatúrq; apostolico munere innocens ętas, necdũ loqui valens. Porro q̃ nonnunquã disputando cum Iudæis, ob ingratitudinem eorũ, pleraque ænigmatis & parabolis adumbraturus esset, prędictum etiam istucipsum antea fuit: Loquar eis, inquit, propositiones à fundatione mundi, eructabo occulta ab initio. Quin & sapientiã eius in concionãdo propheta prædixit, inquiẽs: Diffusa est gratia in labiis tuis. Et alius iterũ, Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glo- Esa.28. rificabitur, & valde sublimis erit. Prętera aduẽtus sui insignia facta cum miraculis, quasi in summa enarrat idẽ. Spiritus, ait, domini super me, cuius gratia vnxit Ibid.61. me: vt euãgelizẽ pauperibus misit me, vt prædicẽ captiuis remissionẽ, & cæcis visum. At quòd Iudæi tanta beneficia in se conferentẽ, quem nec in paruo, nec in magno arguere poterãt, sine omni causa auersaturi essent, audi Dauid dicentem: Impugnauerunt me Psal. 119.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratis,cũ oſoribus pacis erã pacificus. Erat aſino aliquando ciuitatẽ ingreſſurus: hoc etiam ipſum olim
Zach.2. eſt prædictũ, Zacharia ſic dicente: Gaude valde filia Sion,prędica filia Hieruſalẽ:Ecce rex tuus venit mãſuetus,aſcendens ſuper ſubiugalẽ & pullum nouum. Eiecit vendentes columbas & nummularios, faciens hoc zelo domus dei, & oſtendens quòd non ſit contrarius deo,idem ſentiendo quod pater:vnde & iuſtè vindicabat,quia facta erat domus patris, domus negociationis. Cui rei cõſcius propheta mentẽ qua fa-
Pſal.68. ciebat,prædixit in hunc modũ:Zelus domus tuæ comedit me.Quid hoc euidentius dici potuit? Tradendus erat à participe menſæ ſuę,proditorẽ agente. Vi-
Ibid. 40. de quomodo & illum reuelauerit propheta: Qui comedit,ait,panem meũ, magnificauit ſuper me calcaneum.Conſidera item,quàm conſonet euangelium:
Marc. 14. Qui intinxit, ait, mecũ manum ſuam in catinum, ille me tradet. Erat autẽ illũ traditurus nõ ſimpliciter,ſed vendens ſanguinẽ precioſum, & pro illo pecuniam accipiens:& neq; hoc obticuit propheta,demonſtrãs conſona, & impudentia illorũ conſilia, ac ſermones
Matt.26. quos inter ſe conferebant.Nã ille dicebat:Quid vultis mihi dare, & ego vobis illũ tradam? Iſti vero reſpondebãt: Triginta argẽteos.In ænigmate dicit:Os peccatoris & doloſi ſuper me apertũ eſt. Proditor ille damnãs ſeipſum ob peccata quæ fecerat, argẽteos abiecit,& ad laqueum currens vitam finiuit, fecitque vxorem ſuam viduam, & filios orphanos,& domum deſertam.Vide ergo quomodo & hanc tragicam ca-
Pſal.108. lamitatem propheta annunciat,dicens:Fiant filij eius orphani,& vxor eius vidua.Cõmoueãtur, vſquequo ciiciantur à ſcrutantibus domus eorũ. Et poſt illũ factus eſt apoſtolus quidã Matthias, & iſtucipſum etiã
C pręcinuit, dicẽs: Epiſcopatũ eius accipiat alter. Tradito Ieſu,& cõprehẽſo voluntariè, coactũ eſt conciliũ iniquitate plenũ conuenientibus Iudæis & gentibus. Vides quomodo etiã hoc prædixerit propheta, dicens:Quare fremuerunt gẽtes,& populi,vſq; Abiiciamus à nobis iugum ipſorum. Quæ vox eſt eadem, cum illa quam clamauerunt cũ Pilato dicente: Regẽ
Ioan.19. veſtrum crucifigam?reſponderunt:Nos regẽ non habemus niſi Cæſarem. Ad hæc quoq; prædixerunt & multos alios ſermones & accuſationes, quos interim
Eſa.52. miſcebant.Silebat Ieſus,& ſilentiũ quoque Eſaias dixit: Sicut ouis ad occiſionẽ ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente mutus,ſic non aperuit os ſuũ. Poſtea corruptam ſententiã monſtrans, In humilitate ſua iudicium illius ſublatũ eſt,ait:hoc eſt, nullus illi iuſta iudicauit.Poſtea & cauſam cędis dicit.Nam ſuorum
D peccatorum gratia non eſt paſſus quæ paſſus eſt, immaculatus enim & innoxius erat, ſed pro mundi malis traditus eſt.Vide quomodo duo hæc aperuerit,cũ dixit: Peccatũ non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius.Cuius ergo gratia occiſus eſt? pro iniquitatibus populi ad mortem venit. Quid lucri à cruce & morte illa?Bona quib' nũc gaudemus, peccati interitus,vulnerũ animę emendatio,cura & medicina mirabilis,ac rara.Quod & ipſum quomodo prędicat vide,dicit enim:Omnes ſicut oues errauimus,vnuſquiſque in viam ſuã aberrauit, & diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ, liuore eius nos curati ſumus. Ad hæc & Iudæi pœnas daturi erãt pro flagitiis ſuis.Vide quomodo hoc manifeſtauit,dicẽs:Dabo malos pro ſepultura eius,diuites pro morte eius.Quod Dauid cũ dixiſſet,Abiiciamus à nobis iugũ ipſorũ,adiicit:Qui habi-

A tat in cœlis irridebit eos: tunc loquetur ad eos in ira ſua,& in furore ſuo cõturbabit eos. Quibus ſignificat diſperſionẽ eorũ in omnes gẽtes in toto orbe. Quod & in euangeliis declarans, dicebat: Eos autẽ qui me Luca.10.
ſuper ſe regnare nolebant,adducite huc, & occidite eos ante me. Præterea, qui prænunciauerunt mortẽ, neque mortis genus ſiluerunt,ſic dicentes:Foderunt Pſal.21.
manus meas,& pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Inſuper & aliã poſt crucifixionem iniquitatem non tacuerunt,dicentes: Partiti ſunt ſibi veſtimenta mea,& ſuper veſtẽ meã miſerunt ſortem. Cõſequenter ſepeliendus erat,quod ſic manifeſtatũ:Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & in vmbra mortis.Funeris quoq; pompam non tranſierunt ſilẽtio:nempe,quòd mulieres attulerũt myrrham, guttã,
& caſiam,audi quid dicat propheta:Myrrham,& gut- Pſal. 44.
tam & caſiam à veſtimentis ſuis,ex quibus lętificauerB unt te filiæ regũ in honore ſuo. Reſurrecturus erat, vide quomodo & hoc prædixerunt:Nõ derelinques, ait,animã meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ. Aliis autem verbis Eſaias idem hoc monſtrat,dicẽs:Et dominus vult ipſum purificare à plaga,oſtẽdere ei lumen, iuſtificare iuſtũ, qui bene multis ſeruierat.Quòd eius occiſio fuerit multorũ peccatorum humanorũ ſolutio, Peccata, dicit, multorũ ipſe tulit. Quòd à dæmonibus liberauit homines,Et diuiſit,ait,ſpolia fortis: per mortẽ eũ hoc fecit:& ea cauſa in mortẽ tradita eſt anima eius.Et quia prędiciendus erat toti orbi, addit: Et ipſe hæreditare poſſeſſurus multos. Inſuper deſcendit in infernum, omnes diſturbauit,& tumultu turbationẽq; implerã arcẽ deſtruxit.audi de hoc in inferioribus tumultuã- Pſal.23.
tes,& dicẽtes:Tollite portas principes veſtras,& eleC uamini portæ æternales, & intrabit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutũ ipſe eſt rex glo- Eſaiæ.45.
riæ.Et Eſaias iterũ:Portas æneas confringã,& vectes ferreos conterã, & aperiã tibi theſauros obtenebratos,& inuiſibiles oſtendã tibi.Infernum ſic vocat.Nã quanuis infernus eſſet, animas tamẽ tenebat ſanctas, & vaſa precioſa, Abrahã, Iſaac & Iacob. Propter qđ theſauros vocat: obtenebratos autem, quia nondum ſol iuſtitiæ ibi fulſerat, neq; de reſurrectione ſermones prædicarat. Iam quòd non mãſurus in terris poſt reſurrectionẽ, ſed aſcenſurus eſſet, hoc quoq; nobis manifeſtauit,dicẽdo:Aſcendit deus in iubilatione,& Pſal. 46.
dominus in voce tubæ.Per iubilationem & tubã,clara eius aſcenſio docetur. At quòd aſcẽſurus ipſe, non ſtaturus eſſet cum angelis,neq; cum archangelis, neque cum aliis adminiſtratoriis virtutibus,ſed ſeſſurus
D ſuper ſedem regiam,audi quid dicat: Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum.Poſt hæc miſſuEſa.53. rus erat apoſtolos,& hoc prædixerũt,dicẽtes:Quàm ſpecioſi pedes annunciantiũ pacem, annunciantium bono.En quantũ laudat corporis partem pedes, qui illos vndequaque ferebant.Sub hæc, commemorat Pſal.67.
quomodo prævaluerint apoſtoli,dicit enim: Dominus dabit verbũ euangelizãtibus virtute multa. Non enim mouerunt arma, neque expenderunt pecunias, neque robore corporis, neq; exercituum multitudine,neq; aliquo tali vſi ſunt:ſed verbo ſimplici,& multam habente virtutem, ac miraculorũ oſtenſionem. Crucifixum enim prædicantes, & miracula faciẽtes, totum orbẽ ſibi ſubiecerunt: & propterea dicit: Dabit virtutẽ euangelizantibus virtute multa:miracula ſignificans.

la ſignficans. Etenim mira virtus erat, piſcatorẽ, pu- A
blicanum,pellionẽ,nudis pręceptis mortuos ſuſcitare,dæmones expellere, mortẽ abigere, philoſophorum linguam mutam facere, rhetorum ora conſtringere, apud principes ac reges verſari,Barbaris,Græcis,& omni hominũ generi imperare.Nã omnia hæc verbo illi perfecerũt, & virtute multa mortuos in viuos mutauerunt,peccatores in iuſtos, cæcos in videtes,& mortuos naturæ,ac malitiam animę expulerũt. Dein,quòd virtus hęc eis à ſpiritu ſancto affuerit,declararunt,cũ dicunt: Spiritu impleti ſunt, prophetaruntq; viri ac mulieres.Quòd autem in linguis igneis
Ioel.2. ſuper eos cõſedit,Ioel multo antea prædixit,inquiẽs: Effundã de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ, & prophetabunt filij veſtri,& filię veſtrę: & adoleſcẽtes veſtri viſiones videbunt,priuſquam veniat dies domini magnus:futurum illũ prędicens:nam nec hunc ſiluit. Poſtea, declarans fide ſalutem cõſtare, dicit: Et erit, B
omnis qui inuocauerit nomẽ domini,ſaluus erit. Nec ſolũ habemus quòd illi mittendi erant,ſed etiã quòd
Pſal.18. in totum orbem peruenire debeat prædicatio, ita vt nulla pars eſſet in qua non audiretur. In omnẽ terrã, ait,exiuit ſonus eorũ,& in fines orbis terræ verba eorum.Ad hæc,quòd cũ authoritate prædicarint,& regibus potentiores fuerint,docet inquiens: Cõſtitues eos principes in omni terra. Quòd autẽ regibus maiores ſint Perrus & Paulus,declarauit euentus.Nã regum leges,etiã ipſis viuentibus irritãtur: at piſcatorũ illorũ,etiã mortuis ipſis ratæ ſunt, & immobiles manent:licet multis legibus,animaduerſionibus, armis, ſuppliciis,argutiis, verborũ eloquentia, cognationibus,amicitiis, dæmonibus,diabolo, cõſuetudinibus, malis morib', voluptatibus, & infinitis aliis refringere plurimi conati ſint. Et quia illi cõſtituti principes, C
etiã deſiderabiliores ſint ſubditis,nõ ſicut multi prin-
Pſal.44. cipes,terribiles,moleſti,& atroces:ideo ſubdit,dicẽs: Propterea populi cõfitebuntur tibi in ſeculũ:hoc eſt, gratias dicent tibi,gratias multas tibi offerent, quòd tales principes dediſti. Et quòd prædicatio vbiq; increſcat,audi:Poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hęreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Et
Iſaiæ.11. iterum alicubi: Implebitur omnis terra ſciẽtia domini,ſicut aqua multa,quę operit mare.Et facilitas obedientiæ docetur.Non docebit,ait, vnuſquiſq; proximum ſuum,& vnuſquiſque fratrem ſuum dicens: cognoſce dominũ: quia omnes cognoſcent me à minimo illorum vſque ad maximũ illorum. Indiſciſſa eccleſia manifeſtatur: In nouiſſimis diebus inſignis erit mons domini præparatus in vertice montiũ, & exal- D
tabitur ſuper omnes colles,& venient ad eum omnes populi,& gentes multæ.Et quòd non ſolum firma, & ſolida,& immobilis,ſed quòd & multa orbi pace prędebit.Et interibunt principatus multorũ in ciuitatibus,& monarchiæ: vnũ autem quoddam regnũ propagabitur,& abũdantius erit pace,nõ ſicut prius. Nã
Iſa.2. priſca illa regna,& doloſi rhetores, & armati milites parauerũt:Chriſto autẽ aduenientе,omnia illa diſſoluta ſunt, & bella in partẽ ſeorſum cõceſſerunt.Hoc enim docẽs propheta dicebat:& confringẽt gladios ſuos in vomeres, & lanceas in falces, & non accipiet gens contra gentem gladium,& non diſcent bellum. Nam prius in illis omnes exercebantur, nunc & artis eius obliti ſunt,imò plures eius neq; initium guſtarũt. Si autẽ ſunt pauca quædã bella: quid hoc ad crebra illa & continua,cum gens contra gentem inſurgeret?

Deinde & vnde conſtituta ſit eccleſia,prędicit.Nam non ſolũ benigni & manſueti,& ſuaues homines, ſed & feri,& inhumani inter ſeipſos, & lupi, & leones, & tauri moribus,colligẽdi erant:è quibus omnibus vna fiebat eccleſia.Audi quomodo armenti illius varietatem declarãs propheta dicit:Tunc paſcetur ſimul lupus cum agno, quo frugalem vitam regum indicat. Quòd autem non de feris hęc ſonant,vt fortè dixerit Iudæus,quando hoc factũ eſt dicat, nunquam lupus agno cõpaſcuus fuit. Aut ſi ſimul paſcetur, quid hoc humano generi proderit?Sed hoc ad feros & agreſtes homines pertinet,Scythas,Thraces, Mauros, Indos, Sauromatas,Perſas:quia gẽtes illę omnes ſub vno iugo erũt.Id quod & alius quidã propheta manifeſtius
Sophon.3. dicebat:Et ſeruient ei ſub iugo vno,& adorabit eũ vnuſquiſq; à loco ſuo. Non vltra Hieroſolymis ſolum, ſed in toto orbe:neq; vltra dicetur hominib', vt Hieroſolymas adeant,ſed vnuſquiſq; domi manens, cultum illũ perficiet. Erant eiiciẽdi Iudęi, audi quomo-
Malac.1. do & hoc prædixit propheta:Ecce & in vobis cõcludentur ianuę,& non accenditis altare meũ gratis. Et mihi quidem ſeruiunt, ait, ab Oriente ſolis vſque ad Occidentem. Nomen meum glorificabitur in gentibus,& in omni loco ſacrificiũ mihi offertur,& hoſtia pura. Vides quomodo cultus nobilitatẽ manifeſtauit,quomodo excellentiã & immutationẽ eius,quòd non in loco,ſed modo:non in nidore & fumo, ſed in alio cultu noſtra erunt miniſteria. Et quomodo illos, dicet quiſpiã, attraxerunt apoſtoli? Qui non niſi vnã linguam habebant, nempe Iudaicã: quomodo Scytham, & Indum, & Sauromatam, & Thracem docebant? Acceperant à ſpiritu ſancto gratis multiiugarũ linguarũ dona. Et hoc quoq; non apoſtoli ſolum ſuũ C
dicunt, ſed & prophetæ ſimul duo hæc declarantes, ſcilicet, quod varietatem linguarũ acceperint apoſtoli,& quòd neq; hoc attraxerit Iudæos. In variis linguis,& in labiis aliis loquar populo huic, & neq; ſic audient me,dicit dominus.Quid hoc manifeſtius vidit aliquis?Erãt Iudæi increduli futuri,& gẽtes ad fidẽ adſciſcẽdæ.hoc Eſaias declarãs manifeſtat: Inuẽ- Eſa.65.
tus ſum ab his qui me non quærũt, manifeſtatus ſum his qui me non inquirũt.Dixi:Ecce ego ſum,ad gentẽ, quæ nõ inuocauit nomen meũ. ad Iſraël expandi tota die manus meas, ad populũ incredulũ, & cõtradicentem.Et iterũ: Annunciamus coram eo vt puer, & ſicut radix in terra ſitienti. Domine quis credidit auditui noſtro,& brachiũ domini cui reuelatũ eſt? Et nõ dixit,doctrinę noſtrę:ſed auditui noſtro:vbi oſtẽ- D
dit,quòd non propriũ aliquid loquuntur, ſed ea ipſa adminiſtrarunt, quæ audierũt à deo. Et quòd noſtra Iudaicis præferenda magiſq; colenda ſint:vide quomodo prædicit propheta:Irritabo vos in nõ gente,in gente inſipienti irritabo vos. Prioris populi vilitatem ſignat in hoc,quòd dicit,in non gente: non enim gẽs putabatur eſſe,ob vilitatẽ nimiam, ob ſtultitiam, ob inſipientiã. Sed mutatio hæc fide facta eſt, vt noſtra gẽs nũc multo dignior appareat,quàm iſta fuit olim. Vide etiã quomodo declarauit hoc ægrè laturos Iudæos,& inde irritatos futuros meliores: dicit eñ:Irritabo vos in nõ gente:hoc eſt, tanta dabo ipſi bona, vt æmulatione corripiamini, & mordeamini. In hoc meliores facti ſunt.nam cum audirẽt Moſem, & prophetarũ ſigna viderent, mare diuiſum, petras ſciſſas, aërem mutatũ, aliáque prodigia, filios ſacrificabant, & initiabant Beelphegor,magicæq; vacabãt atti. At

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi nos ad fidem accessimus, longéq; venerabiliores
apparuerunt res nostræ, quàm illorũ: & ipsi zelotypia
laborarũt, & humiliati sũt, & ita meliores facti, quàm
dum à prophetis erudirentur, & prodigia viderent.
Nã ex ęmulatione nostri rectè se gerunt: nullus enim
ipsorum vel pueros nunc immolat, vel ad idola cur-
rit, vel vitulũ adorat. Virginitatis decor apud veteres
neque nominabatur, in noua autẽ lege fulsurus erat.
Vide quomodo & hoc prædixit Dauid: Afferẽtur re-
gi virgines post eam, afferentur in templum regis. Et
neque ipsum sacerdotũ nomẽ obticuit, episcoporum
nomen dico. Constituã enim principes tuos in pace,
dicit, & episcopos tuos in iustitia. Veniet vt iudex ra-
tionem exacturus ab hominũ genere, & cũ primis à
Iudæis. Vide quomodo hoc pręd icit & Dauid & Ma
Malac. 3. lachias. Malachias eñ sic dicit: Et veniet sicut venti-
labrum, sicut herba fullonũ, & purgabit argenteum
1. Cor. 3. & aureum, iuxta dictũ Pauli, Dies declarabit, quia in
igne reuelabitur. At Dauid secundũ eius aduentum
prædicans, Deus manifestè veniet, dicit: Nam prior
eius aduentus multæ misericordiæ est, secundus autẽ
non item: sed aderit è cœlis ipsis, angelorũ multitu-
dine vndique effusa, aduentúq; suo ad similitudinem
Luc. 17. fulguris omnia comprehendente. Nã vt fulgur egre-
diens in Oriente, etiam in Occidente videtur, ita erit
aduentus filij hominis. Quo declaratur eius claritas,
& quod semetipsum annunciet: nullo enim pręcone
Psal. 49. opus habebit: quod propheta docẽs dicebat: Domi-
nus manifestè veniet. Deinde iudicium adducens fu-
turũ, sic inquit: Ignis in conspectu eius exardescet, &
in circuitu eius tẽpestas valida. Dixit supplicia, dicit
& fulgorẽ: Aduocabit cœlum desursum, & terram, vt
discernat populũ suum. Terram hic omne hominum
genus dicit, deinde cum omni hominũ genere & Iu-
dæos iungit. Nam ad ipsos pertinet: Congregate illi
omnes sanctos eius, quia deus iudex est. Aduentu suo
cultum victimarum reiecturus erat, vt ne amplius ille
acceptus esset, sed nostrum illud sacrificium admitte-
retur. Accipe quomodo & hoc pręd ictũ sit: Sacrifi-
cium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti
mihi. Nam per corpus, & obedientiã nostram insti-
tuturus erat cultum nouum: ideóq; dicit, corpus au-
tem perfecisti mihi. quod & alibi manifestãs dicebat:
Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu
auris obediuit mihi, non videns mare scissum, nõ pe-
tram ruptã, sed audiens meos apostolos. Et vbi corp⁹
perfecisti mihi, tũc dixi, ecce venio. In capite libri scri
ptũ est de me. Duo autẽ hæc manifestauit: & ꝙ affutu-
rus sit tunc, quãdo cessabunt sacrificia: quod & factũ
principatu Iudæorũ ad Romanos trãseunte: & quòd
de aduentu suo antequam adueniret, prædictum sit.
Quomodo autem scriptum de eo quòd aderit, dixi-
Baruch. 3. mus quod Baruch dicit: In terris visus est, & cũ homi-
Deut. 18. nibus conuersatus est. Dicit autẽ & Moses sic: Pro-
phetã vobis excitabit dominus deus de fratribus no-
stris. sicut me, ipsũ audietis: & erit, omnis anima quæ
prophetam illũ non audierit, exterminabitur de po-
pulo suo. Vides hoc in nullo impletũ, quàm in hoc so
lo. Etenim multi prophetę surrexerunt, & omnes pa-
rum auditi sunt: attamẽ propterea Iudęi nihil sũt pas-
si. Hunc autẽ quia non audierunt, vagantur erratici,
fugitiui & exules, oberrantes vbiq;, exclusi à sua ciui-
tate, & à paternis legibus & consuetudinibus, in igno-
minia & vltionis pœna. Quæ sub Vespasiano & Tito
sunt passi, iam dicere nõ vacat: ita omnem calamita-

A tem excedit ea tragœdia. Et impletũ est propheticũ
illud: Omnis qui nõ audierit prophetã illũ, extermi-
nabitur. Propter hæc omnia, quæ illorũ fuerũt, in so-
litudinẽ redacta, quia prophetã illum nõ audierunt.
Quòd suscitabit omnes, prædictũ est cum dicũt: Re-
surgent mortui, & euigilabũt qui in monumẽtis. Ros Esa. 26.
eñ paradisi medicina ipsis est. Quòd post crucẽ, post
mortem res Christi clariores futuræ, & quod post re-
surrectionẽ prædicatio Christi inualitura esset, simi-
liter prædictũ. Nam postquã orauit in Olíueto, pro- Marc. 14.
ditus est à discipulo, consputus est, conuicia audiuit,
flagellatus est, crucifixus est, & irrisus quantũ illi vo-
lebant, neque sepulturã obtinuit: vestes eius diuiserũt
carnifices: in mala opinione vitam finiuit, vt blasphe-
mus, vt tyrãnus. Nam omnis qui seipsum facit regẽ, Ioan. 19.
dicebant, nõ est amicus Cæsaris. Et iterũ: Ecce audi-
stis ꝙ blasphemus est. Erántq; hęc omnia antea signi-
B ficandą. Ne timueris horũ gratia, ꝙ crucifixus, quòd
flagellatus, ꝙ colaphis cæsus, ꝙ consputus, quòd à la-
tronibus conuiciis incessitus, quòd tyrannidis & bla-
sphemię nomine occisus. Ita se habebũt res eius post
mortem & resurrectionẽ, vt nemo contradicat, quin
summo honore antecellat. Hoc certe & factũ est, &
prædictũ, quod & propheta pręd icebat inquiens: E-
rit radix Iesse, & qui exurgat vt regat gẽtes, in ipso gẽ Esaia. 11.
tes sperabũt. Et erit quies eius, honor. Hoc autẽ mor-
tis genus diademate quouis gloriosius est. Nam reges
positis diadematis, crucẽ suscipiunt, mortis symbo-
lum. In purpuris crux, in diadematis crux, in precibus
crux, in armis crux, & in mensa sacra crux, & in toto
orbe crux, & super solẽ fulget crux. Et erit requies e-
ius, honor: licet diuerso modo in rebus humanis cõ-
tingere solet. Nã cũ hi ꝗ hic in magna gloria, rebúsq;
C florentibus agunt, moriũtur, pereunt cũ eis simul alia
omnia: id quod non solũ in diuite, sed & in principe,
atque adeo id & in regibus ipsis quis videt. Nã leges
eorum irritantur, statuę obscurantur, memoria extin-
guitur, nomen eorũ in obliuionem venit, à cognatis
despiciuntur. Et licet pridẽ mouerint arma, concita-
rint seditiones populorũ & vrbiũ, reuocauerint pro-
scriptos, occiderint dominos, simul tamen concide-
runt hæc omnia, quãuis gloriosa prius fuerint. At se-
cus in cruce euenit. Ante crucẽ in luctu res erant, Iu-
das prodidit, Petr⁹ negauit, reliqui profugerũt, Iesus Ioan. 18.
solus inter amicos cõprehẽsus est: multi qui credide-
rant, retrorsum abierunt. Cæterum vbi occisus est, &
mortuus, vt discas quòd nõ sit purus homo: non so-
lum res eius nõ interciderũt, sed multo clariores illu-
striorésq; & sublimiores sunt redditæ. Nam ante cru-
D cem præcipuus apostolorũ, neque ostiariæ minas tu-
lit, & post tantam eruditionẽ aiebat se nescire quis es-
set. At post crucem, orbis ad fidem accessit, & infiniti
martyrum populi occisi, malentes mori quàm dicere
quod pręcipuus ille apostolorũ formidãs vnius ostia-
riæ minas. In omni regione, omni ciuitate & solitudi-
ne, & parte orbis, quæ habitationi accõmoda, & quæ
non accommoda, prædicamus crucifixũ. Et reges &
principes, & milites, & præsides, & serui, & liberi, &
idiotæ, & sapiẽtes, & insipiẽtes & barbari, & reliqua
hominũ genera, ac terræ oẽs quas sol spectat, ad hoc
nomen currũt, vt adorẽt: vt discas quid sit, Et requies
eius honor. Et locus quidẽ quo corp⁹ hoc positũ, bre
uis erat, & valde angust⁹: augustior tamẽ & venerabi-
lior mille regũ palatiis, imò etiã regibus ipsis. Et erit
requies eius honor. Nõ in ipso tãtũ, sed & in discipu-
lis suis

lis suis hoc contigit. Nã qui ducebantur & circũdu-
cebantur, qui contẽpti erãt & vincti, & qui innumera
patiebantur dum viuebant: vbi defuncti sunt, regibus
ipsis erãt magis venerabiles. etiã Romæ, quæ vrbium
est regalissima, relictis omnib⁹, ad sepulchra piscato-
ris & pellionis currunt & reges, & pręsides, & milites.
Et in Constantinopoli reges nostri magnam gratiã
putant, non si prope Apostolos, sed si vel extra eorũ
vestibula, corpora sua sepeliantur, fiántq; piscatorum
ostiarij reges. Neq; hinc in morte confunduntur, sed
honestantur & ipsi, & eorũ nepotes, & pronepotes.
Et erit requies eius honor. Quale autem symbolũ hu-
ius mortis? Signũ erat mortis maledictæ, mortis om-
nium defamatissimæ. Hoc enim solum mortis genus
maledictioni obnoxium fuit. Vt exempli gratia quid
dicam, qui olim peccabant, cõburebantur, lapidabã-
tur, & aliis modis vitam finiebãt, vt suppliciis tãtum:
Crucifixus autem, & in ligno suspẽsus, nõ solum hoc
ferebat, vt graue aliquod supplicium, cui adiudicat⁹
Deut. 21. erat, sed & vt maledictũ quoddam. Nam maledictus
omnis, dicit, qui pẽdet in ligno. Veruntamẽ hoc ma-
ledictũ, hoc abominabile, hoc extremi supplicij sym-
bolum, crux, diadematibus & coronis clarius factum
est. Neque eñ sic regia corona ornatur caput, vt cru-
ce, quæ omni cultu dignior, & quam omnes prius ab-
horrebant, eius figurã tantopere quærũt: atque adeo
vbiq; ea inuenitur apud principes, apud subditos, a-
pud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nu-
ptas, apud seruos, apud liberos: subinde omnes ea se
signant, inscribendo in nobilissimũ membrũ nostrũ.
In fronte eñ nostra quasi in columna quotidie figu-
ratur. Sic in sacra mẽsa, sic in sacerdotũ ordinationi-
bus, sic iterũ cum corpore Christi in mysticis cœnis
fulget. Hanc vbiq; celebrari videre licet, in domibus,
in foro, in solitudine, in viis, in montibus, in collibus,
in vallibus, in mari, in nauigiis & insulis, in lectis, in
vestibus, in armis, in thalamis, in symposiis, in vasis
argenteis, in aureis, in margaritis, in murorũ picturis,
in corporib⁹ brutis male affectis, in corporibus à dę-
moniis obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in nocti-
bus, in delicatorũ choreis, in monachorum ordini-
bus: adeo certatim donũ hoc mirabile rapiunt om-
nes. Mira est hęc gratia, nullus cõfunditur, nullus eru-
bescit, cogitãs quòd maledictæ mortis symbolũ fue-
rit: sed omnes ipso magis ornãtur, quàm diadematũ
coronis, vel multis gẽmatis monilibus & torquibus.
Et non solũ nõ fugitur, sed & desideratur & adama-
tur, & oẽs de ea soliciti sunt, & vbiq; fulget, & sparsa
est in parietibus domorum, in culminibus, in libris,
in ciuitatibus, in vicis, in locis quæ habitantur, & quę
non habitantur. Vellem audire à pagano, vnde sym-
bolũ tã maledictæ mortis ac supplicij omnibus tam
desiderabile, si nõ magna crucifixi virtus? Quòd si ni-
hil hoc esse putas, sed adhuc impudẽs manes, & veri-
tati te opponis, & ad lumẽ cæcutis: ex alio argumẽto
disce, quale hoc sit, & quantæ virtutis. Sunt lictoribus
multa tormentorũ genera, ligna, lora, vngues, plum-
bum, quibus torquent corpora, & mẽbra dilacerant,
& distrahunt: & quisnam vellet hæc in domũ suam
inferre? quis vellet manu cõtingere? vel quis vellet ad
carnifices, dũ hęc agunt, propius accedere vt videat?
An non plures ita abominantur, vt neq; aspectũ, ne-
que tactũ sustineant, aliqui nauseãt, & inauspicatum
cẽsent, procúlq; fugiũt, & oculis auersanť? Tale quip-
piam vtiq; & crux olim erat, atq; illis multo grauior,

A vt suprà memini. Nam non mortis tantũ, sed & ma-
ledictæ mortis symbolum erat. Vnde ergo, dic mihi,
omnibus tantũ eius studium & cura, quòd ita deside-
rata cũctis, & omnib⁹ desiderabilior? Ipsum ergo hoc
lignum, in quo positũ sanctũ corpus domini, & cru-
cifixum: quarenã habere totus orbis ita contendit, vt
qui paruum quiddam ex illo habẽt, hoc auro inclu-
dant, tã viri quàm mulieres, & ceruicibus suis aptant,
hinc valde honestati, & magnifici, muniti & protecti,
licet condemnationis fuerit lignũ? Sed qui omnia o-
peratur & præparat, qui orbẽ terrarum à peccato tã-
to transfert, & terrã cœlum facit, etiam rem hanc, li-
cet contemptã, & omnibus mortibus turpiorem, su-
pra cœlos eleuauit. Hæc igitur omnia præuidẽs Pro-
pheta dicebat: Et erit requies eius, honor. Hoc enim
mortis symbolũ (non desisto idẽ sæpe cõmemorare)
multæ benedictionis argumentũ est factum, & omni-
B nigenæ securitatis murus, tẽpestiua diaboli plaga, dę-
monum frænũ, chamus cõtrariarum virtutum. Hoc
mortẽ sustulit, hoc inferni æreas portas cõfregit, hoc
ferreos vectes cõtriuit, diaboli arcẽ expugnauit, pec-
cati neruos execuit, totũ orbem condemnationi sub-
iectum eripuit, plagã à deo immissam aduersus natu-
ram nostrã remisit: quæq; nõ potuit mare cum diui-
deretur, & petræ cũ rumperentur, & aër cum muta-
retur, & manna quod quadraginta annis tot milibus
dabatur, & lex, & alia signa, tam in eremo, quàm in
Palæstina facta: ea potuit crux, non in vna gente, sed
in toto orbe, & in omnibus quas sol aspectat terris.
Crux maledicti symbolum, quod omnes fugiebant,
quod omnes deprecabantur, quod probrosissimũ di-
cebant omnes, tantũ ac tale post crucifixi mortẽ ro-
bur accepit. Disce ergo, quãta eius sit virtus, quomo-
C dǫ sine bello & omnia facile operetur: non solum au-
tem hæc, sed & pręter hæc & alia ostendunt eius vir-
tutẽ. Orbẽ enim cum esset sterilis, & infœcundus in
sermone virtutis, & non melius se haberet ad hoc, vt
aliquid boni pariat, quàm terra solitaria, vel infœcũ-
da mulier: fecit matrẽ multorum filiorum, & paradi-
sum frugiferã. Et hoc quoq; antea prædictum à pro-
pheta sic dicẽte: Lætare sterilis, quæ non paris: iubila Esa. 54.
& clama, quę nõ parturis: quia plures sunt filij sterilis,
quàm habentis virũ. Et quòd talem eum fecerit, de-
derítq; ei & legẽ, sed priore multo præstãtiorem: mi-
nime obticuerunt prophetę, dicentes: Disponã testa- Hier. 31.
mentum nouũ, non sicut disposui patribus eorum in
die qua manum eorũ apprehendi, educendo ipsos è
terra Ægypti: quia ipsi non manserunt in testamento
meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc est
D testamẽtum quod disponã eis: dabo enim leges meas
in mente eorum, & in corde eorũ inscribam eas. Præ-
terea illam magnam mutationẽ, eruditionémque fa-
cillimam declarans prædicebat: Et nõ docebit vnus-
quisque proximũ suum, dicens: cognosce dominum.
quia omnes scient me à minimo ipsorum vsq; ad ma-
ximum. Iam etiã hoc ipsum quòd daturus esset & re-
missionem peccatorum, omnibus ad se venientibus,
prędixit Propheta, sic dicẽs: Hoc erit ipsis à me testa-
mentum, quia auferã iniquitates eorum, & iniquita-
tum eorũ non ero memor amplius. Quid hoc mani-
festius? quid dilucidius? Vocatur lex noua, veterẽ ex-
cellit: facile credentes instituũtur, dantúrq; in baptis-
mate gratia & donũ. Porrò ꝗ hæc fecit, idẽ aderit, &
post hęc iudicabit: sed vide quomodo nec hoc silẽ-
tio trãsierint. Nã eorũ aliqui viderũt ipsum in habitu
quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo venturus est: alij per verba ipsum prædixerũt. Nã Daniel quidẽ in medio Babylonis, & inter Barbaros, vidit ipsum in nubibus sedentẽ. Ecce enim, ait, quia filius hominis venit, & peruenit vsque ad antiquum dierũ, & ei oblatus est omnis principatus, omnes populi, tribꝰ & linguę ei seruiũt. Et de tribunali eius subdit, dicẽs: Throni positi sunt, & libri aperti sunt, & fluuius ignis exiit ante eũ, mille milia ministrabant ei, & decem milia assistebant ei. Et quòd per ignẽ erit hoc iudicium: Ingredietur, ait Malachias, sicut ignis conflans, & sicut herba fullonũ. Sed quòd boni magno honore tunc perfruentur, ac de resurrectione gaudebunt, inquit idem Daniel: Resurgent qui in puluere sedent. Vidisti diligentiam Prophetarum, quomodo ventura omnia prædixerunt? Quomodo ergo adhuc in incredulitate perstas, cum tantam virtutis eius demonstrationẽ acceperis? Verba ante hæc tẽpora prædicta sunt, & opera verbis succedere vides cõsona, & omnino prætermissum nihil. At quòd nõ sint figmẽta, testantur hi qui libros & primũ acceperunt, & cõseruant, inimici nostri, & à crucifixoribus progeniti. Et quomodo hoc, dicet quis, quòd habẽtes libros nõ credunt? Ecce viderunt tunc operantem miracula, & non crediderunt: sed hoc non arguit id quod nõ creditur, sed eos magis qui in meridie cæcutiũt. Nam & hunc mundum in mediũ proposuit, opus bonis proportionibus vndique bene constitutum, & voces vndequaque missas, quæ annũcient opificẽ. Et sunt homines aliqui, qui dicere audent omnia fortuita, & per se mota: alij non esse facta quæ videntur, alij opificiũ & conditionẽ, ac prouidentiam dæmonibus adscribunt: alij fortunæ, & natiuitati, & fato, & stellarũ circumferentiæ. Neq; hæc in opificem cadit reprehensio, sed in eos potius, qui inter tot remedia adhuc extremis laborant morbis. Nam ita contingit, vt anima prudens si videt aliquid quo sibi opus, non multis ad hoc egeat adiumentis: imprudens autẽ, & stupida, & quæ multis antea languet affectionibus, cęcutiẽs maneat etiã quanticunq; illi contingant manuductores. Vide vt hoc semper & vbiq; euenit, non in hoc argumento dũtaxat. Nam quot sunt, qui nullis vnquã auditis legibus, honeste ac legitime vixerũt, cum interim quidam à pueritia enutriti legibus, vsq; ad senectam, nunquã transgredi illas cessarunt? Hæc & apud veteres contigerunt. Nã Iudæi, licet signa & miracula plurima haberent, nunquã tamen per ea meliores euasere. Niniuitæ vna tantũ voce audita, vitam mutarunt, à peccatis liberati. Hoc etiã videre licet non in nobilibus tantum viris. Nam Iudas quanta doctrina admonitus, factus est proditor: latro autẽ qua admonitione incitatus, in cruce Christũ confessus est, & eius regnũ prædicauit? De rebus igitur, non à peruersis consilia quære, sed à rerũ veritate calculum iustum affer apud recte volentes. Nõ crediderũt Iudæi, & crediderũt multi ex gẽtibus, quod & ipsum à prophetis nõ est prętermissum silentio. Dicit enim: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Et Esaias: Domine quis credidit auditui nostro, & brachiũ domini cui reuelatum est? Et iterũ: Inuẽtus sum ab his qui me quęrũt, notus factus sum his qui me nõ interrogant. Et in hoc Christi aduentu crediderũt Chananęi & Samaritana mulier: sacerdotes autẽ & principes eũ impugnauerunt, & ei insidiati sunt, & alios abegerũt, & è synagogis credentes in eum eiecerunt. Non vtiq; rara hæc fuerint: nam & vita nostra plena huiusce modi exemplis est, quæ & partim nostro tẽpore, partim superioribus seculis acciderũt. Nihilominus licet nõ omnes, tamen etiã ex Iudæis & nunc, & olim multi credidere. Quòd autẽ nõ omnes, nihil nouum, nihilq; admirabile. In causa enim est, quòd aliũ insipientia, alium vero incogitãs, vel affectionibus pessundata mẽs perdit. Cæterũ quia prophetias quæ de Christo, multo ante sua tempora prædictas tractauimꝰ, age in mediũ afferamus quæ etiã ipse in terris ambulans, cúmque hominibus cõuersans, de futuris dixit, vt & inde eius potentiam ac virtutẽ discas. Igitur cum adesset, nostrąq; salutis ageret negociũ, variis modis id egit, & quantũ ad illos qui tunc viuebãt, & quantũ ad posteros attinebat. Et qd facit? Miracula operatur, prędicit nonnulla lõgis posthea tẽporibus euentura. Et per ea quæ tunc fiebant, veritatem eorũ quæ post multum tempus ventura exponit, fidem faciens auditoribus tã præsentibus quàm sequuturis, & ex dictis suis quæ tunc implebantur, & miraculis quæ fiebãt: atque hac duplici demõstratione sermones fide digniores erãt. Nam duplicia prædicere solebat, ea videlicet quæ in præsenti vita, & quæ post cõsummationẽ & mortem euentura: & confirmabant hæc se mutuum, omniáq; vere dicta monstrabantur. Et vide quid dicam: nam sermo parum dilucidus est, vnde & dilucidiorẽ ipsũ facere tentabo. Duodecim erant discipuli sequentes ipsum, & Ecclesiam referebant, quanuis nullus tunc eam mente conciperet: siquidẽ nec nomen Ecclesiæ erat: sed florebat synagoga. Quid igit dicit? Orbe fermè toto in impietate detento, prædixit: Super petrã hanc ædificabo Ecclesiam meã, & portæ inferi non prævalebũt aduersus eã. Examina quid hoc sibi verbum vult, & videbis perspicuã eius veritatem. Nam non solũ hoc mirũ est, quòd ædificauit eam per totũ mundum, sed quia inuictam fecit, & inuictã licet tot bella insurgant. Hoc enim est quòd portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Pericula, ait, quæ mortẽ generant, pericula quæ ad infernũ deducunt. Vidisti prædictionis veritatem? vidisti euentus certitudinem ac robur? vidisti verba in operibus relucentia, & virtutem absque armis omnia facile conficientem? Ne ideo quia paucis dicitur. Ædificabo ecclesiã, transcurras obiter: sed considera & cogita tecũ, quid sit in tam breui tempore omnem sub sole terram tãtis Ecclesiis impleri, tantas gentes ad fidẽ transferri, populos persuaderi, vt patrias leges irritent, consuetudinẽ stabilitam & radicatam reuellãt, altaria & templa, & statuas & sacrificia, & profana festa, & immundum odorẽ, sicut fimum aliquem aboleant: & excitent altaria vbique gentium in regione Romanorum, Persarum, Scytharum, Maurorum, Indorum, & vltra orbẽ nostrum. Nam & Britannicæ insulæ extra hoc mare sitæ, & quæ in ipso Oceano sunt, virtutem verbi senserunt (sunt enim etiam illic fundatæ ecclesiæ, & erecta alteria.) Illius, inquam, verbi, quod tunc dictum, quod & in omnium animabus, ínque omnium labiis plãtatum. Vnde & omnis (vt dicitur) terra spinis plena, repurgata, factúsq; purus ager, semina pietatis suscepit. Magna res foret, & excellẽter magnæ diuinęq; virtutis, etiãsi nemo interturbaret, essẽtq; pax summa, & multis simul adnitentibus, & reluctante nullo, posse intra tam breue tempus totũ orbem à consuetudine sua mala, qua præoccupatus fuit, liberari, & ad aliam induci. Verum hoc multo maius, quòd nõ solũ in aliam

Dan. 7.
Malac. 3.
Dan. 12.
Ionæ 3.
Psal. 17.
Matt. 15.
Matt. 16.

in aliam inducitur, sed in multo difficiliorem: non solum eñ diuersa consuetudo erat, sed & voluptate firmata. Duo violenta. Quæ enim acceperat à patribus, auis & proauis, aliísq; superioribus progenitoribus, & philosophis, & rhetoribus, ea respuere docebatur, qđ sanè difficillimum erat: at difficilius nouam accipere consuetudinẽ quæ nuper irrepserat, illámq; valde laboriosam. Abduxit enim Christus à voluptate, & induxit ad ieiunium: abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis: abduxit à luxu, & induxit ad temperantiã: abduxit ab ira, induxit ad mansuetudinem: abduxit ab inuidia, & induxit ad benignitatẽ: abduxit à via lata & spaciosa, & induxit in angustam & arctam & præruptam, & induxit assuetos viæ latæ. Neque enim alios homines extra hujus mũdi cõsuetudinem viuentes assumpsit, sed illos ipsos qui in talibus vitiis computruerãt, & luto molliores erãt, iussit vt angustam & arctam viam, asperámque illam & duram ambularent. Et persuasit eis. Quot autem persuasit? Non duobus, vel decẽ, vel viginti, vel centum, sed omnibus fermè sub sole habitãtibus. Et per quos persuasit? Per viros vndecim illiteratos, priuatos, ineloquẽtes, obscuros, pauperes, patria, facultatibus, robore corporis, præcellẽtia gloriæ, dignitate progenitorũ, vehemẽtia rhetorices, eminẽtia sciẽtiæ carẽtes: per piscatores, per pelliones, per barbaros. Neq; eñ cadẽ illis & auditoribus vox, sed extraneum planè & peregrinũ sermonem à linguis eorum, quibus prædicabant, sortiti erant. Hebraicũ dico. Atque per hoscę ædificauit Ecclesiã hanc, quæ à finibus vsq; ad fines extenta est. Neque hoc solũ mirabile, quòd priuati, & pauperes illi, & parui, & ignobiles, & illiterati, & viles, & exotici sermonis, & cõtemptibiles, toti orbis correctionẽ attẽtarunt: sed & quòd ad longe difficiliora opera ipsum ducere iussi, non hoc in pace fecerunt, sed infinitis bellis hinc inde excitatis. Nã in vnaquaque gẽte & ciuitate, & quid dico, gẽte & ciuitate? in singulis domibus gerebatur bellũ. Radicata eñ hæc doctrina, & puerũ sæpe à patre diuisit, & nuptã à socru, & fratrẽ à fratre, & seruum à domino, & subditũ à principe, & virũ à muliere, & patrem à pueris (neq; enim simul omnes crediderũt.) Ad hæc, quotidianas inimicitias, cõtinua bella, multáſq; ipsis mortes attulit. Et fecit, vt Apostolos quasi cõmunes hostes & inimicos pleriq; auersarentur, abigerẽntq; eos à se omnes, reges, prícipes, priuati, liberi, serui, populi, vrbes: & nõ solũ ipsos, sed & (quod graui) nouitios in fide, & eos qui ab ipsis instruebãtur. Eodẽ enim bello premebãtur & discipuli, & magistri. Videbatur enim doctrina hæc contraria præceptis regiis, & cõsuetudini & patriis moribus: quãdoquidem adhortabantur ab idolis abstinendũ esse, despectui habẽda altaria, quæ patres progenitoréſq; ipsorum coluerãt: desistendũ à profanis præceptis, ridendas solennitates, respuẽda sacrificia: quæ illis maxime horribilia & formidabilia videbãtur, pro quibus & animas potius exposuissent, quàm vt eligerent ea quæ ab illis dicebantur, & crederent in natũ ex Maria, & crucifixum, & ductum ad tribunal præsidis, consputũ, & infinita alia passum, & eum qui mortem maledictam sustinuit, qui sepultus, quiq; resurrexit. Et quę ad passionẽ pertinebant, omnibus manifesta erãt: vtpote flagella, colaphi, alapæ, sputa, crux, irrisio, probra, quæ omnes in eũ iactabãt: & sepultura, quæ partim beneficij loco erat: at resurrectio nõ item: nã resurgens solis discipulis apparuit: veruntamen & eã dicendo persuasetũt, sicq; Ecclesiam ædificauerunt. Quo pacto, & qua ratione? Virtute eius qui iussit: ille eñ præuius omnia faciebat, reddens etiã facilia quæ dura. Nisi enim diuina quædam virtus effecisset, nequaquã hæc vel principiũ vel prędudium accepissent. Quo enim modo ille dixit, fiat cœlũ, & monstrauit opus: fundetur terra, & illius substantia producta est: fulgeat sol, & indicauit astrum, omniáq; verbo operatus est: eodẽ modo idem & ecclesias illas plãtauit. Et verbũ hoc, Ædificabo Ecclesiam meam, hęc omnia operatũ est. Illa verba dei cõdiderunt opera tam admirabilia, & quæ nemo expectasset. Nam sicut cũ dixit: Germinet terra herbã fœni: & omnia mox hortus erãt, & omnia pratũ, terráq; mandatũ suscipiens, infinitis ornabatur plantis: Sic & nunc vbi dixit: Ædificabo Ecclesiã meam: multa acceleratione facta est, etiam contra illã tyrannis sę armantibus, & militibus arma mouẽtibus, & populis plus valido igne insanientibus, & obluctante consuetudine, etiam oratoribus, & sophistis, & diuitibus, & principibus insurgentibus, sermo dei velut ignis validus aduenięs spinas consumpsit, agros repurgauit, seminauit verbũ prædicationis. Et licet hi qui crediderunt, in carceribus seruarentur, despectui essent, amitterent substantias, occiderentur, traderẽtur igni, submergerentur aqua, & omne tormentorũ genus sustinerent cum summa ignominia, & persecutionem paterentur vt hostes publici, plures tamẽ semper accrescebant: non solũ nihil ex afflictionibus aliorum facti segniores, sed & multo alacriores, & ad pulchram hanc piscationẽ affiliebãt: sicq; à piscatoribus capiebantur, non coacti, non vim passi, sed sponte accurrẽtes, gratiámq; habentes adducẽtibus. Et quanuis viderent fluere torrẽtes sanguinis credentium, feruentiores tamẽ reddebantur in fide, & fidentiores. Et nõ discipulis solũ, sed & magistris vinctis, fugatis, flagellatis, aliáq; mille mala passis, discipuli plures fiebant, & magis studiosi. Quare Paulus clamat, dicens: Atq; adeo plures fratres freti in domino vinculis meis, vt abundantius audeãt impauide sermonẽ loqui. Et alibi iterũ: Vos imitatores facti estis ecclesiarũ dei, quæ sunt in Iudæa: quia eadẽ passi estis quæ & nos à cognatis, ppriis, prohibẽtibus nos loqui gẽtibus vt saluentur. Aliis quoq; scribẽs, sic dicit: Memores estote dierum pristinorũ, in quibus illuminati graue passionum certamen tulistis, scientes meliorẽ habere substantiam in cœlis, & manentẽ. Vides virtutis excellentiam, quæ tanta operata est? Nam qui tanta patiebantur, non solũ non ægrè ferebant, vel deficiebant, sed & gaudebant, gestiebãt, exultabãt. Et de discipulis quidem dicit, quòd publicationẽ substantiæ cum voluptate acceperint: de magistris vero, quòd iuerint à cõspectu concilij gaudẽtes, vtpote digni habiti pro nomine Iesu cõtumeliã pati. At de seipso ait: Gaudeo in afflictionibus meis, & adimpleo quod reliquũ afflictionũ Christi in carne mea. Et quid miraris, quòd in passionibus gauisus fuit, cũ & moriturus non solũ gaudebat, sed & discipulos ad communionem lætitiæ suæ vocabat, quod sanè excellenter lætantis animæ erat: sic enim ait, Gaudeo & congratulor omnib vobis, idipsum etiam vos gaudete & congratulamini mihi. Et quid factũ est dicito, quòd tanto gaudio impletur? Ego eñ, ait, immolor, & tẽpus meę resolutionis instat. Sic igitur ædificabãt. Alioq nullus ædificare potest parietẽ vnũ, quẽ lapidibus & calce extruit, si impe-

Gen. 1.
Philip. 1.
1. Thess. 2.
Hebr. 10.
Actor. 5.
Coloss. 1.
Philip. 2.
2. Tim. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si impediatur & fugetur: illi autẽ etiã Eccleſias in toto orbe vbiq; extruxerunt, licet ligarẽtur, perſecutionem ferrent, fugarentur, proſcriberentur eorũ bona, flagellis cẽderẽtur, occiderentur, comburerẽtur, ſubmergerentur vnà cum diſcipulis. Et ædificabãt, non lapidibus, ſed animabus & inſtitutis: qđ planè multo difficilius quàm lapidibus extruere. Non eñ par eſt, conſtruere ſenſibilem parietẽ, & animæ tantis temporibus à dęmonib⁹ irritatæ perſuadere, vt ab inſania illa deſiſtat, & ad tantã perueniat temperantiam. Nihilominus hoc potuerunt nudi illi, & calceis carẽtes, & vna veſte amicti, pérq; vniuerſum orbẽ currentes. Habebant enim adiutricẽ & commilitantem inuictã
Matt.6. virtutem eius, qui dixerat: Super petrã hanc ædificabo Eccleſiam meã, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Numera quot tyrãni ab illo tẽpore aduerſus ipſam inſtruxerũt acies, quot grauiſſimas perſicutiones mouerũt, quomodo toto priore tempore, quãdo nouitia erat fides, & nuper plantata, teneraq; hominũ mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Veſpaſianus & Titus, & poſt illũ omnes, vſque ad beati Conſtantini tempora, & omnes illi, alij minus, alij ſæuius infeſtabant eccleſiã, infeſtabant tamẽ omnes. Quòd ſi qui ipſorum viſi ſunt manſueti, hoc ipſum quòd reges manifeſte in impietate erãt, materia aliqua bellorũ erat, cum alij eis adularẽtur, alij ſatagerent, vt aduerſus Eccleſiam bella ſuſciperẽt. Veruntamẽ inſidiæ & machinationes illæ omnes leuius quàm araneorũ telæ diſcerptæ ſunt. Et ea quibus nos inuadebant, & quibus inſidiabãtur, citius fumo diſſoluta, puluere præterierunt infirmiora. Magnum enim nobis numerum martyrũ implerunt, immortaléſque illos Eccleſię theſauros reliquerũt: & colũnas, & turres, & eos qui non ſolũ viuẽtes, ſed & mortui poſteris magnæ vtilitatis materia facti ſunt. Vides prædictionis robur? Et portæ inferi nõ pręualebunt aduerſus eã. Ab his & de futuris crede, quòd nullⁿ obſiſtet. Si enim cũ ex paucis cõſtaret, & nouę ſectæ opus eſſe videretur, nouáq; haberetur doctrina, ac tot bella, tot pugnæ vbiq; committerentur, non prævaluerunt, neque obſtiterũt: multo magis cum vniuerſum orbẽ, & omnem locũ, & mõtes, & colles, & valles, & terram, & mare, & gẽtes omnes quæ ſub cœlo ſunt, comprehenderit. Parũ eſt, quicquid reliquum eſt impietatis, præſertim ſublatis tẽplis, altaribus, idolis, omnibúſq; feſtis & ſacrificiis, & fumo, & nidore, & profanis cõuentibus. Quo pacto ergo tale atq; tantum negociũ, tot munitũ obſtaculis, finem habere potuiſſet, tã clarum veritati exitũ teſtificantem, niſi diuina quædam & inuicta virtⁿ fuiſſet, quæ & hæc prædixiſſet, & perfeciſſet? Nullus vtiq; his contradixerit, niſi quis valde inſanus, & totus ſtupidus ſit, naturæq; ſenſu priuatus. At nõ hæc tantũ, ſed & cæterę eius prophetię, & alia, inuictam eius potentiã teſtantur. Nam futura veriſſime prædixit, & ad finẽ fœliciſſime perduxit. Adeóque impoſſibile eſt, vt intercidat vel vnũ verborũ qđ ab eo dictum, imò citius peribit cœlũ & terra, quàm aliquod verbũ in prophetia falſo dictũ coargui poſſit. Propter quod & ipſe antequã res fieret, hoc ipſũ
Matt.24. declarans, de dictis ſuis ita manifeſte affirmauit: Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Et meritò: nã licet verba ſint, ſunt tamen verba dei, & per quæ res condũtur: ſic cœlũ fecit, ſic angelorum multitudines, ſic alias inuiſibiles poteſtates:
Pſal.148. Quod manifeſtum faciẽs Propheta dicebat: Dixit & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt. De omni ſimul creatura tã quæ ſupra, q̃ quæ infra nos: tã ſenſibili, q̃ intellectuali: tã corporea, quàm incorporea, ea pronuncians. Indicabat igitur, vt antea commemoraui, prophetia de Eccleſia, magnitudinẽ, pondus & eminentiam veritatis, prudentiæ, bonitatis & curæ eius. Agè & aliã eius prophetiã in manus accipiamus, quæ ſole & radiis illius ſit clarior, quæ ante omniũ oculos ſita, quę in omnes ſubſecuturas generationes protendatur, ſicut & prior. Nã id genus ſunt multa eius vaticinia: nõ conſummantur breui tempore, neque in vna generatione complentur: ſed ad omnes pertinẽt homines, tã ad eos qui ſunt, quàm q̃ futuri ſunt poſt illos, & iterũ ad illorũ poſteros, & eos qui illos quoq; ſequentur: & ita vſq; ad ſeculi cõſummationem, omniáq; docent veritatis illius fortitudinem, quemadmodum & prius vaticinium. Nam à die qua dictum eſt, conſtat Eccleſia ſolida, & ſtabilis, ac inuicta, florẽs & fulgens, & indies magis ac magis vigens, creſcens, & plus roboris ſumẽs, & omnibus qui ab illo die vſq; ad domini aduentum futuri ſunt, præſtãs vt ſummos inde fructus, & ineffabilẽ vtilitatem capere queant. Nam & qui ante nos, & qui ante illos, & qui multo ſuperius fuere, cognouerunt eius virtutẽ, videntes eam vexari bellis, periculis, tumultibus, turbis, fluctibus & tempeſtatibus: & neq; ſic ſubmergi, vinci, ſuperari, & extingui: ſed florere, creſcere, & extolli. Et hoc vaticinium quod nũc dicturus ſum, tale eſt, vt demonſtrare poſſit eius robur, ac dictorum veritatem. Et quænam prophetia illa? Ingreſſo aliquando Ieſu in templũ Iudaicum, florens tunc & vndequaque fulgidum auro, conſpicuúmq; tam pulchritudine, quàm magnitudine ædificiorũ, ac alia omnifaria magnificentia, non ſolum artificio, ſed & materia, admirantibúſq; diſci-
Matt.24. pulis: quid inquit? Nónne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non manebit lapis ſuper lapidẽ. Eam ſubuerſionem ibidem declarans, deſolationem, interitũ, ruinam, quæ nũc in Hieroſolymis: Omnia enim ædificia illa, quãuis fulgida & præclara, corruerũt. Vides in vtroq; magnam & ineffabilem eius potentiam, in eo quod ſe colẽtes augebat & ædificabat, & in ſe impingentes humiliabat, deſtruebat, & radicitus euellebat. Nuſquam enim huic ſimile templum erat, & tam venerabile, & quod tãto cultu inſigne. Nã in toto orbe habitantes Iudæi, etiã in finibus terræ, illuc olim proficiſcebãtur, dona & hoſtias, & oblationes, & primitias, & multa alia ferentes, orbisq; diuitiis templũ ornabant: cõfluebant eñ eò omnes ex toto orbe aduenæ Iudæi, ita vt celeberrimũ nomẽ loci eſſet, etiam in extremitatibus terræ. Sed vnũ verbũ Chriſti omnia illa obſcurauit & perdidit, & quaſi puluerẽ è medio eiecit. Et illuc olim neq; Iudęis omnibus, neq; ſacerdotibus omnib⁹, ſed vni ſoli ſummo ſacerdoti intrare licebat: & hoc ſemel tantũ in anno, & cum ſtola, coronis, & mitra, alióq; amictu ſacerdotali: nũc autẽ & meretricibus, & mollib⁹, & effœminatis, & mœchis ingredi licet, nec eſt qui prohibeat: Nã vt verbũ illud aduenit, oĩa euaneſcere fecit, & perdidit. Et tãtæ ſolùm ſuperſunt tẽpli reliquiæ, vt monſtrari queat olim ibi fuiſſe templũ. Cogita ergo quantæ & hoc ſit virtutis. Nam hi qui olim tã potentes erant, vt ſe opponerẽt populis & regib⁹, & abſq; ſanguine vbiq; hoſtibus prævalerent, miros & inopinatos triũphos ſtatuẽtes: templũ vnum ab illo die vſq; in hodiernũ reædificare non valuerunt: quanuis tot tantíq; reges, & tanta

tanta multitudo in toto orbe diſperſa ipſos iuuarent, eſſentq; ſibi tãtæ opes. Vides quomodo quæcunq; ædificauerit, nullus deſtruet: & quęcunq; deſtruxerit, nullus ædificabit? Ædificauit Eccleſiã, & nullus eam deſtruere poterit: deſtruxit templũ, & nullⁿ illud ædificare poterit, idq; in tã longo tempore. Nã & illã deſtruere conati ſunt, & non potuerũt: & hoc ædificare attentauere, & nec idipſum potuerũt. Cõcedatur autẽ hoc, quod nullus dicere poterit, ſi attentaſſent, potuiſſent: ecce attentarũt, & nihil valuerunt. Enimuero rex, qui hac noſtra ætate omnes alios impietate præcellebat, & facultatẽ tunc dedit, & cooperatus eſt: & opus incipiebãt, ſed nec in minimo profecerũt: nam ignis à fũdamẽtis exiliẽs, omnes ipſos fugauit. Quòd autẽ voluerint, & hoc indiciũ eſt, quia vſque nũc manent fundamẽta denudata: vt videas quòd attentarũt quidem effodere, non valuerunt autẽ extruere. Nam obſiſtebat eis hoc Chriſti verbũ. Quamuis autem & olim deſtructũ templum illud, attamen vbi poſt ſeptuaginta annos redierunt, ſtatim excitatũ eſt, fuítq; priore multo præclarius. Et dicunt hoc Prophetæ, & prædicunt priuſquã factum. Nunc autem ſupra quadringenteſimum annũ eſt, & nulla vel cogitatio vel expectatio eſt, ſed neque ſpes quòd inſtaureť. Et quid obſtabat, ſi non diuina virtus obluctata eſt? Nõ certe opum penuria, quarũ multa illis copia: neq; patriarcha, qui omniũ vndequaq; colligebat tributa, & immenſos theſauros poſſidebat: non raritas populi, non pudor, non lites, non inſcitia, non bella, non hi qui in Palæſtina, non in Phœnice, non alia multitudo. Quo modo ergo non potuerunt vnum templum extruere, præſertim videntes cultum ſuũ alioquin vbique reſidere quaſi ligatũ, & Iudaicos ritus aboleri, & ſacrificia & oblationes, & alia legitima auferri? imò nõ licebat eis excitare vel templũ vel altare, aut ſacrificium offerre, aut immolare ouẽ, aut imponere thymiama, aut recitare legẽ, aut inſtituere feſta, aut aliud quiddam, quod vel in veſtibulis quondã agebant. Porrò cum olim in Babylone eſſent, & cogebantur ab hoſtibus vt pſallerent, illis tamen non parebãt: & licet ſerui & captiui eſſent, dominis tamẽ & imperatorib⁹ nõ obediebant: ſed quia patriã & libertatem amiſerãt, & periclitabantur de vita, in medio laqueorũ & in manibus potentiũ derelicti, iuſſiq; canere canticũ in or-
Pſal.136. ganis, ſic dicebãt: Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, quando rogabãt nos, q̃ captiuos duxerant nos. Quomodo cantabimus canticũ domini in terra aliena? Neq; quis dicere poterit, quòd ob organorum penuriam, luctũ faciebant: nam & ipſi cauſam poſuerant, dicentes: Quomodo cantabimus cãticum domini in terra aliena? Nã in ſalicibus in medio eorũ ſuſpẽdimus organa noſtra. Sed neque ieiunium
Eſa.58. ieiunare licebat: & hoc declarans Propheta dicebat: Non ieiunabitis ieiuniũ mihi ſeptuaginta annis, dicit
Zach.7. domin⁹. Et quòd neq; immolare, neq; ſacrificare eis ius erat, audi è tribus pueris dicentibus. Non eſt princeps, neq; propheta, neq; dux, neq; locus primitiarũ corã te, vt inueniri queat miſericordia. Non dixit, nõ eſt ſacerdos: aderant eñ ſacerdotes. Sed vt diſcas, q̃ hoc totũ illius loci erat, & omnia quæ à lege ſtatuta, tunc erant impedita, dixerũt, nõ eſt locus. Et quid de ſacrificando & litando inquam, prorſus ipſam legem
Eſa.29. legere nõ licebat. Quod & alius Propheta citans, ait: Et legerunt abſq; libris legem, & induxerunt confeſſionem: non Paſcha, non Pentecoſten, non ſcenopegiam, neq; aliud quicquam illorũ. Attamen nunc videnť, quòd ſolitudo eius loci ab his omnib⁹ ſe excludat, & quòd attentarunt quidẽ, ſed temeritatis pœnã luentes non potuerunt locũ in quo hæc omnia licebat legitime operari, erigere & cõſtruere. Nã virtus Chriſti, quæ ædificauit Eccleſiã, eadem & templum deſtruxit. Et prædixerunt prophetiæ etiã hoc, quod & aderit Chriſtus, & hęc operabitur. Et quidam poſt *Malac.1.* captiuitatẽ ſic dicebat: Propter quod & in vobis cõcluduntur ianuæ, & nõ accenditur altare meum gratis: nõ eſt mihi voluntas in vobis. Quia ab Oriẽte Solis vſque ad Occidentem nomen meum glorificatum eſt in gẽtibus, & in omni loco ſacrificiũ offertur mihi, & oblatio pura. Vides quomodo manifeſte & Iudaiſmum eiecit, & Chriſtianiſmum monſtrauit effulgentem vbiq; in terra diffuſum, rationémq; cultus ſignificauit? Alius iterũ: Et adorabit eum vnuſquiſque *Sopho.2.* à loco ſuo, & ſeruiẽt ei ſub iugo vno. Alius quoq; ait: Virgo Iſraël cecidit ſuper terrã ſuam, non eſt qui eri- *Amos.5.* gat eã vltrà. Et Daniel manifeſte omnia hæc narrat, & quòd omnia auferẽtur, ſacrificiũ & immolatio, & vnctio, & iudiciũ. Sed hęc omnia, quando cũ Iudæis conferemus, manifeſtius & latius conſiderabimus. Iã autem in inſtituto itinere manentes, gentiliũ ſtultam contentionẽ redarguimus. Nõ tibi dixi mortuos ſuſcitatos, nõ leproſos mundatos: vt ne dicas hæc, mẽdacia, figmenta & fabulas: quis vidit, quis audiuit? Et quanuis q̃ dixerũt, quòd crucifixus ſit à Iudæis, & cõſputus & alapis cæſus, & colaphis: illi etiã hæc dixerũt: quomodo dignos fide putas in illis, in his vero arguis, quaſi dixerint nõ facta? & ſi ad gratiam magiſtri ſui hæc ſcripſiſſent, ſtulte & fruſtra iactaſſent, ſi nõ tacuiſſent quę multis ignominioſa & dura videnť. Nũc autem horum veritatẽ monſtrarunt hi qui in his maxime conuerſati ſunt, omniáque valde diligenter & magna copia tractarũt, neque paruũ neque magnum prætermittẽdo, ſed in ſignis & miraculis plura trãſierunt: omnia autem quę ad paſſionem attinent, & quę contumelioſa videntur, ab omnibus dicta ſunt. Verũ ego nihil horum tibi dixi, de ſignis & miraculis loquor, vt abundanter omnem impudentis linguæ furorem compeſcã. Sed in medium attuli ea quæ nunc apparent, & quæ nunc ante oculos ſita ſunt, quæ ſole clariora, quæ vbiq; in toto orbe diſperſa, quæ in toto orbe recepta factáq; ſunt: ita vt humanã naturã tranſcendant, ſintq; dei ſolius. Quid dicis, non ſuſcitauit mortuos? An & hoc potes dicere, quòd Eccleſię non ſint per totũ orbem, vel quòd non inſidias paſſæ, vel quòd non infeſtatæ, vel quòd non vicerint & obſtiterint? Sed ſicut dici non poteſt, quòd nõ ſit ſol: ita nec hæc. Quid autem templi Iudaici ſubuerſionem dicã? Non vides ante totius orbis oculos hæc conſpicua? Quare non ipſe tecũ expendis? Si nõ deus eſſet Chriſtus, quomodo colentes illũ, ſic aucti forent cum diuexarentur? At hi qui crucifixerunt illũ, & impegerũt in petrã, & ſic humiliati ſunt, vt & totam rempublicã perdiderint, ipſiq; vagi, errones & profugi obambulent, neque vllus ex eis in tãto tempore liberatus eſt: quanuis tunc tã potentes Iudæi illi fuerint, vt aduerſus Romanorum principatũ bellum decreuerint, & arma mouerint, & longo tẽpore illis ſe oppoſuerint, etiã aliquando vicerint, & negocia fecerint non vulgaria Auguſtis: tanta ipſorũ potentia erat. Veruntamen qui cũ tantis regibus bella geſſere, & in acie decertarunt, & opum tantã potentiam ac armorum & militum

Universidad de Deusto
Biblioteca

militum habuerunt, tótq; milites, ac fossores, vnum non potuerunt extruere templum: sed synagogas in omnibus ciuitatibus ædificant, locũ autem, à quo sue reipublicæ dominiũ cœpit, & vbi omnia facere consueuerunt, & vnde Iudaismus collectus est, illum solum reparare non potuerunt.

DIVI IOANNIS CHRTSOSTOMI
contra Anomœos, Sermo.

NUm apud vos diem differui, & inde tantũ vos dilexi, quantũ si ab initio vobiscũ essem educatus: tantum me vobis charitatis alligant vincula, quantũ si plurimo tempore fructus dulcissimæ consuetudinis à vobis percepissem. Quod sit non quia ego admodũ ad amicitiam & charitatẽ sim idoneus, sed quia vos desiderabiles, omniúmq; maxime amabiles. Quis enim nõ admiraretur, & obseruaret igneum zelũ, charitatẽ absque simulatione, benevolentiam in præceptores, concordiã inter vos, quibus conspicui estis? Sufficerẽt hæc & lapideam animã vobis conciliare. Et propterea non minus vos amamus, q̃ Ecclesiã illam in qua nati, scripti, & eruditi sumus. Soror enim illa huius vestræ est, vósq; cognationem illam opere declarastis. Quãuis autẽ illa tempore sit antiquior, hæc tamen fide feruentior est, & illic maior patientia, maiorísq; fortitudinis indiciũ. Nam video vndequaq; hic lupos obambulare, ouile autẽ nõ imminui. Quassant sanctã hanc nauim continuo tempestas & hyems, procellarúmq; vis: non submerguntur tamen qui in ea nauigant. Vndecunque inuadunt hæreticæ flammæ, & qui in medio sunt camino, rore spirituali perfruũtur. Est & hoc admirabile, quòd videmus in hac parte ciuitatis Ecclesiam hanc plantatã, & nihilominus quasi in medio camino oleam germinantem, foliísq; comantem, & fructu grauem. Igitur cũ vos tam cordati, támq; multis bonis digni, agè prõpto studio promissionẽ pridẽ vobis receptã reddamus. Tũc em̃ de armis Dauid & Goliath apud vos philosophabamur, sermone nostro ostendentes, hũc quidẽ omnigena grauíq; armatura vndiq; munitum, illũ autem armis nudum, fide munitissimũ, & hũc quidem extrinsecus fulgidũ thorace & scuto, illum autẽ intus spiritu & gratia radiantem, atque hanc ob causam à puero certamine victũ iuuenem, à nudo superatum armatum, à pastore prostratum militem, à pastoralis lapidis natura, bellici æris naturam contritã & corruptam. Proinde & nos lapidẽ illum in manus accipiemus, angularem illum & spiritualem inquam. Si enim Paulo philosophari licuit de petra in solitudine, neque nobis quis succensebit, si lapidẽ illũ eodem modo accipiamus. Nam sicut non natura petræ visibilis apud Iudæos, sed virt° spiritualis petræ emittit illarũ aquarum flumina, ita vtique apud Dauid nõ sensibilis, sed spiritualis lapis barbaricum illud caput deiecit. Et nos quoque pollicebamur vobis, nihil ex rationibus dicturos. Nostra em̃ arma, nõ carnalia, sed spiritualia destruentia rationes, & omnem sublimitatem quæ super terram sese extollit contra scientiam dei. Præceptũ nobis est, vt eas demoliamur, non extruamus, imperatum nobis est, vt eas dissoluamus, nõ armemus. Rationes enim mortalium timidæ sunt. Et quare non dicam timidæ? Quemadmodũ enim timidus, etiãsi securo loco ambulet, nõ audet, sed formidat ac trepidat: ita quæ propter ratiões accepta sunt, etiamsi vera sint, nondum tamen satis certa argumẽta, dignámq; fidem animæ afferunt. Proinde quia tãta rationũ infirmitas est, agè scripturis contra aduersarios pugnemus. Vnde igitur sermonis exordium sumendum? Vnde vobis placet, an ex noua, vel ex veteri? Nõ enim solũ in Euangeliis, & Apostolorũ verbis, sed & in tota veteri lege fulgentẽ vnigeniti gloriã videre licet. Vnde mea sententia etiam inde aduersus illos corripiẽda sunt tela. Ita enim non illos tantũ qui suos sermones inde afferunt, sed & multos alios hæreticos simul prosternere poterimus, videlicet Marcionem, Manichæum, Valentinũ, Iudæorúmq; omnium ora. Nam sicut cũ à Dauide prostratus est Goliath, in fugam simul versus est omnis Allophylorum exercitus: & mors quidẽ vnius corporis, & percussio vnius capitis erat, fuga autem cõmunis, & timor totius exercitus: Ita & si nos vnam hæresim deiecerimus, communis erit enumeratorum omnium profligatio. Manichæi enim & qui factioni illorũ socij, videntur accipere Christũ qui prædicatur: Prophetas autem & patriarchas qui illũ prædicant, contemnũt. Contrà, Iudæi eos qui Christũ prædicãt, accipere videntur, Prophetas, inquã, & legislatorem suum: Christum autẽ qui ab illis prædicatur, contemnunt. Igitur si fauente gratia dei demõstrauerimus magnã vnigeniti gloriã in veteri prædictã, omnia illa deo aduersa ora, linguáq; blasphemas cõfũdemus & cõpescemus. Nam si colliquescet Christũ in veteri instrumẽto prædicari, qua se defensione tutabũtur Manichæi, & cæteri qui cum illis scripturã contẽnunt, quæ prædicat illum communẽ omnium deum? Quod itẽ effugium erit Iudæis, quã veniã merebuntur ij qui à Prophetis promissum non suscipiunt? Itaq; cum abunde de eis triumphare possimus, sermonẽ ad libros vetustiores vertamus, & ad ipsum qui aliis omnibus vetustior est, ad Genesim, inquã, & ad caput Geneseos cõscẽdamus. Dicit enim Christus: Si credidissetis Mosi, credidissetis vtiq; & mihi, nã ille de me scripsit. id qd nunc declarare tẽtabimus. Posteaquã igitur perfecta est omnis creatura, cœlúmq; vario syderũ choro coronatũ, & terra omnigenis floribº ornata est, multáq; essent montiũ cacumina, multi campi & valles, & in summa, omnis terræ facies plantis & arboribº & herbis cõspicua, lasciuirẽntq; greges & armẽta: aërẽ autem impleret genus auium cantillantiũ natura & singulari musica: maria quoq; marinis animalibº plena: similiter & stagna, & fontes, & fluuij, omnibus quę in eis nascuntur: nihilque esset imperfectũ, sed perfecta oĩa: tunc quærebat corpus caput, ciuitas principem, creatura, inquam, hominẽ. Formaturus igitur ipsum deus, inquit: Faciamus hominẽ secundũ imaginẽ & similitudinẽ nostram. Ad quẽ dicit? Manifestũ quòd ad vnigenitum suum. Non dixit fac, vt ne seruile aliquid suspiceris præceptũ iuberi: sed dicit faciamus, vt forma consultoriorũ verborũ æqualis detegeretur honor. Nam deus interdum consiliarium habere, interdũ nõ habere dicitur: & nõ sibiipsi pugnat scriptura, sed per duo hæc aperiuntur vobis absc̃dita dogmata. Quãdo enim significare vult, deũ nullius egere, dicit eum non habere consiliariũ: quando autem docet æqualem vnigeniti gloriam, consiliarium vocat Christũ. Et vt discas duo hæc, quòd Prophetæ filium vocẽt consiliarium: non quòd pater opus eius consilio habeat, sed vt vnigeniti gloriam doceant, & quòd non opus habeat consiliario, audi Paulũ dicẽtem: O profunditatẽ diuitiarum, & sapientiæ & scientiæ dei, quàm

quàm inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis em̃ nouit sensum domini? vel quis cõsiliarius eius fuit? & propterea dicit eũ nullius indigere. Esaias vero iterũ de vnigenito dei loquẽs, sic inquit: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius magni cõsilij angelus, admirabilis, cõsiliariº. Et si admirabilis, cõsiliariº: quomodo Paulus dicit. Quis sensum nouit domini, vel cõsiliarius eiº fuit? nisi quòd Paulus, sicut dixi, voluit patrẽ nullo indigere. Propheta autem æqualẽ filij gloriam docere voluit. Et idcirco etiã hic non dixit fac, sed faciamus. Dicere em̃ fac, præcepti esset seruo iniungẽdi, quod discere inde potes. Accessit aliquãdo Cẽturio Iesum, & dicit: Domine, filius meº iacet in domo paralyticº, & grauiter torquetur. Quid igit̃ Christus? Ego cũ venero, curabo eum. Cẽturio autẽ non audebat medicum in domũ trahere, quanuis misericors ille sponte sua pollicebatur se illò iturũ, vt causam & occasionẽ illi daret, quo virtutem suam nobis declararet. Præscius enim quid ille dicturus erat, pollicitº est se affuturũ, vt viri pietatem discas. Dicit enim Cẽturio: Nõ sum dignus vt intres sub tectũ meum: Neque morbi necessitas eũ à pietate auertere valebat, quin excellẽtiam domini testaretur, etiam in tanta calamitate. Ea propter dicit: Dic tantum verbum, & sanabitur puer meus. Nã & ego homo sum, habẽs sub me milites, & dico huic vade, & vadit: & alteri veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit. Vides quòd verbum fac, est domini ad seruũ loquẽtis? At faciamus, verbũ est eius cui æqualis honor. Quãdo em̃ seruo dominus loquitur, dicit, fac: quando autẽ pater filio, dicit, faciamus. Quid ad hæc dicit hęreticº? Cẽturio ita suspicabatur: res autẽ non sic se habet, neq; Apostolus est Cẽturio, neq; discipulº, vt ipsius verbis credamº. Verisimile est quòd errauerit. Bene, nõ est Apostolº. Quid ergo? Videamus quod sequitur. Nũ correxit ipsum Christus? num increpauit: nũ dixit ad ipsum, Cur hoc facis homo? Maiorẽ de me habes opinionẽ quàm par est. Plura mihi tribuis quàm mihi debentur. Ex authoritate putas me imperare, cũ nõ sit mihi authoritas. Nũ dixit tale quid? Minime, sed stabiliuit illius sententiã, & comitibus dixit: Amẽ dico vobis, neq; in Israël tantã fidẽ inueni. Igitur dominus laudando confirmat Cẽturionis verba. Vnde iã non sunt Centurionis verba, sed occasio quædã à domino ad virtutem declarandã oblata. Quod enim ipse laudat, & calculo suo tãquam bene dictũ approbat, pro diuino oraculo habẽdum est. Authoritatẽ enim superne à domini iudicio sumit. Vides vt nouũ veteri consonet, & vtraque authoritatẽ Christi indicent? Quid igitur, si faciebat quidem hominẽ, cum hoc vt ministeret fecerit, inquit? sed audi verba quæ sequũtur, & desiste ab intẽpestiua contentione. Enimuero vt dixit, Faciamus hominẽ: non dixit secũdum imaginẽ tuam minorem, neq; secundum imaginem meam maiorẽ, sed secundũ imaginem nostrã, nempe patris & filij imaginẽ, quæ vna est. Non enim dixit imagines, sed imaginẽ nostram, nõ quòd duæ sint inæquales, sed vna & eadẽ æqualis patris filiiq; imago. Vnde & à dextris iubet sedere, vt æqualem honorẽ & potestatem nõ inferiorẽ discas. Minister enim nõ sedet, sed adstat. Sedere dominicæ potestatis est, adstare seruilis & subiectę conditionis, propterea & Daniel dicit: Aspiciebam donec positi sunt throni, & antiquus dierum sedit, mille myriades ministrabãt ei, & mille milia assistebãt ei. Et iterum Esaias: Videbã dominũ sedẽtẽ super thronũ excelsum, & eleuatũ, & Seraphin in circuitu eius stẽterunt. Micheas autẽ. Videbã dominũ deũ Israël sedẽtem super thronũ suũ, & omnis exercitus cœli stabat à dextris eius & à sinistris eiº. Vides vbiq; supernas virtutes assistentes, ipsum autẽ sedentem? Cur igitur videris & filium à dextris habentẽ cathedram, non ministrantis dignitatẽ quandã putes, sed habentis authoritatem dominicam. Idcirco & Paulus cum vtraq; sciret, quòd adstare ministrantiũ sit, sedere autem imperantium & præsidentiũ: vide quomodo hæc separat, dicẽs: Angelis quidẽ suis inquit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammã ignis. Filio autem: Thronus tuº deus in seculũ seculi. Itaq; cũ sermo noster omnino probauit filij dignitatẽ non seruilẽ, sed herilem esse, adoremus quoq; & dominũ ipsum patri honore coæqualẽ: sic & ipse præcepit cũ dixit, vt omnes venerentur filiũ, sicut venerantur patrẽ. Coniungamus item rectitudini dogmatũ diligẽtiam vitæ & operũ, vt ne dimidiatim quæ ad nostram salutẽ spectent, curẽtur. Iam vitæ diligentiã & puritatem nihil sic efficit & corrigit, vt continua in tẽplis cõuersatio, & alacre ad audiendũ verbum dei studium. Quod enim corpori est cibº, hoc animæ diuinorũ eloquiorũ doctrina. Non em̃ in solo pane viuit homo, sed & in omni verbo quod procedit per os dei. Hinc & famẽ inducere solet, vt huic mensæ nõ cõmunicetur. & audi de hoc interminantẽ, & famẽ hanc in ordine suppliciorũ & pœnarũ intentantem. Dabo enim eis, inquit, non famẽ panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi sermonem domini. Quomodo igitur non absurdũ pro corporali fame repellenda facere & attentare omnia, animę autẽ famẽ sponte quęrere? quãuis multo grauior sit, quãto scilicet grauius est & dãnũ. Oro & supplico, ne tã male nobis cõsulamus, sed præferatur hoc studiũ occupationibus & curis omnibus. Quid enim tantũ lucrari potes, quãtum damni facis & tibiipsi, & toti domui, si cõuentũ & synaxim relinquis? Quamuis & integrũ thesaurũ auro refertum inuenias, & propter illũ domi detinearis: maius tamen detrimentũ quàm lucrũ facies, & tanto maius quãto sensibilibº spiritualia sunt meliora. Nã licet illa multa sint, & vndiquaq; affluant, nõ tamen hinc tecũ commigrabunt ad vitã futurã, neq; simul nobiscũ in cœlos trãsferentur, neq; adstabunt apud terribile tribunal, sed sæpe & ante mortẽ nos destituentia dilabuntur: quòd si ad finẽ vsq; manserint, necessatio tamen sub ipsum finẽ tolluntur. Spiritualis autem thesaurus possessio est quę auferri nequit, & vbiq; comes est, sequitúrq; peregre eũtes, multũ fiduciæ apud tribunal Christi nobis tribuẽs. Quòd si ex aliis cõuentibº multũ lucri cõsequimur, certè ab his qui hic celebrãtur, duplex lucrũ expectare licet. Non enim hũc fructum solũ capimus, quòd animã diuinis eloquiis rigamus, sed & quòd hostes cõfundimus & dispergimº, fratribus nostris magno solatio existẽtes. Nostrę huiº aciei & ordinis lucrũ est laborare, vtiq; periculosam partẽ in exercitu tenemus. Et propterea omnes huc cõfluere oportebat, & hostes qui nos adoriuntur, repellere. Esto, nequeas longũ sermonẽ producere, nec habeas docẽdi gratiã, adsis solum, & totum perfecisti. Nónne qui ad hæc vestibula ascendit, videns paucos, alacritatem suã remittit, abiicit, torpescit, factúsque segnior, inde recedit, fitq; sic oĩs multitudo hæc paulatì dissolutior & ignauior? Sin videris cõcurrere vndiquaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

diquaq; magnóq; ſtudio: nónne etiam ſi valde ignauus ſis, alacrior redderis? Nã ſi lapis ſepe ad lapidem cõcuſſus ſcintillas exilire facit, tametſi nihil ſit frigidius lapide, nihilq; igne calidius: attamẽ cõcuſſio, victa natura ignẽ elicit. Quod cũ in lapillis contingit, multo magis idem ſit & in animabus quæ mutuũ atterũtur, & igni ſpiritus cõcaleſcũt. Nõ audiſtis quòd
Actor. 4. apud maiores noſtros tantũ centũ & viginti erat totus fideliũ numerus, imò ante illos centum & viginti, duodecim tantũ erant, & neque hi manſerunt omnes, ſed vnus ex eis Iudas periit? & erãt vndecim omnes, attamen ex vndecim illis facti ſunt centum & viginti, & ex cẽtum & viginti tria milia, & deinde quinque milia, deniq; omnem orbem terrarũ impleuerũt ſcientia dei: non tunc conuentus tenuiores fiebãt, ſed ſimul in tẽplo cõuerſabantur, precibus & lectionibus intenti, & propterea magnũ ignẽ incenderunt, propterea nunquã diffluxerunt, ſed totũ attraxerunt orbem. Hos & nos quoque imitemur. Quomodo enim non abſurdũ, quòd non tanta cura Eccleſiæ habetur, quantam vicinis ſuis mulieres exhibent? illæ cũ viderint virginem aliquam pauperẽ, & omni deſtitutam præſidio, officioſe ſua afferunt, & magnã quis ibi videt frequentiã, dum virgo deſponſatur: & aliæ quidem offerunt pecunias, aliæ corpore præſentes ſunt, quod etiã ipſum nõ eſt parum: nam hiſce ſtudiis exiſtimãtur humanæ & pacificæ, cõtegitúrq; illarũ pupertas. Facite hoc & vos in hac Eccleſia, concurram⁹ omnes vndiquaque, & eius contegamus inopiã, imò ſoluamus eius paupertatem, continuo hic præſentes.
Ephes. 5. Caput mulieris vir eſt, mulier viri adiutrix. Ne igitur caput abſq; corpore viam ad hæc ſancta arripiat, neque corpus abſque capite, ſed integer huc ingrediatur homo. Habete & pueros vobiſcũ. Nam ſi iucundum eſt videre arborem quæ habet nouam plãtam è radice ſua exurgentem: multo magis iucundũ eſt videre hominem omni olea amœniorem, à radice ſua filium habere adſtantem, quaſi nouam plantam. Non iucũdum autem hoc ſolum, ſed & vtile. Etenim quod dixi, ſi cõgregati fuerimus, maius lucrum erit. Enimuero & agricolã tunc maxime admiramur, non quãdo agrum colit antea bene cultum, ſed ſi loca non ſeminata & inarata, digna cura excoluerit. Sic & Paulus faciebat ſtudioſus maiore ſtudio euangelizans, vbi Chriſtus non erat nominatus. Illum & nos ad decorem Eccleſiæ, vtilitatémq; noſtrã imitemur, quotidie ad hanc congregationem confluentes. Nam ſi concupiſcentia flagras, poteris eam facile reſtinguere, tantum viſa hac domo, & ſi iraſcaris, facilè beſtiam domabis, iram inquam, & ſi alia quapiam affectione impeteris, tempeſtatem eam facile ſedabis, reddéſque pacem & ſerenitatem animæ tuæ. Qua nos frui concedat dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria nunc, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
aduerſus hæreticos, Sermo.

EST lapis quidã quem chryſaconion vocãt, quo probatur aurum adulterinũ & nothũ, ſi illi atteratur, oſtenditúq; purum & immixtum, incorruptúmq; numiſma. Hũc indicẽ ego fideliſſimorũ hominũ cor dixerim. Nam vt qui de fide rationes orthodoxorũ & aduerſariorũ accipiunt, & in gnomone cordis quaſi atterũt & probãt, inueniunt fidẽ orthodoxorũ ſyncerã & puram, prauámq; aliud ſentientiũ opinionẽ, & fidem eſſe adulterinam. Verũ ne videar à ſcripturis aberrare tali parobola vtens, audi Apoſtolũ nos admonẽtem & cõſulẽtem: Eſtote probi nũmularij: & quia eloquia domini auro ignito & probato conferuntur, Dauid inquit: Eloquia domini caſta, argentũ ignitum probatum terræ. Eſaias quoq; cũ cõſideraſſet apud Iudæos diuinæ legis eloquiũ vitiatum ſicut argentum, & diuinam doctrinã humanæ malitiæ lenocinio adulteratam, dicit eis: Argentũ veſtrum reprobum, caupones veſtri miſcent vinũ aqua. Proinde dilecti, cum in promptu habeatis & vos gnomonẽ & indicem cordis, cum noſtras tum aduerſariorũ rationes accipite, nihil ad cuiuſquã gratiã facientes, ſed in veritate ambulantes, & quorũ rationes ſolidas probaueritis, eas in cordibus veſtris fortiter ſeruate. Hæc autẽ dico nõ omnibus, ſed his qui adhuc in fide claudicãt & hæſitant. Nã qui ſtabiles & immutabiles in fide, anchorã confeſſionis triplici funiculo vnitam, in profundum mentis ſuæ proiecerũt, etiam abſq; his inconcuſſam
Ephe. 6. & immotã cordis ſui ſcapham in fide cuſtodiũt. Nũc non eſt nobis certamen aduerſus ſanguinẽ & carnẽ, ſed contra principatus, contra poteſtates, contra mũdi dominos, rectores tenebrarũ harum, contra ſpirituales verſutias in cœleſtibus. A quib⁹ excitati hoſtes fidei, blaſphemos ſermones ex gutture quaſi ſagittas è pharetra deprõptos, in ſublime deitatis iaculãtur. Et vide dilecte hæreticorũ alia lingua loquentiũ aciẽ. Armatum eſt enim cor eorũ quaſi exercitus impiorũ, contráq; deum pugnantium. Acuta eſt lingua eorum gentilium impietate quaſi ſerpentis. Fulget eorũ ſermo quaſi honeſtus & aduerſarius impietati ſpiritus: ſed coinquinati ſunt eorũ mores, immaniſq; illorum iniquitas eſt in deũ. Habent arcũ extẽtum, os inquã quod porta carens, nõ clauditur. Habẽt quoq; ſagittas, iacula verborũ, inquã, contra veritatem ſtridentia, quæ à mente eorũ prodeunt, & ſimpliciorũ animas & conſcientias vulnerãt. Propterea patres & fratres precemur, vt domin⁹ animæ noſtræ manus cõtra aciem aduerſariorũ erudiat, & mentis noſtrę digitos ad prælia ſermonum inſtruat, vt & nos dicamus pſalmum qui dudũ decantatus eſt: Benedictus dominus qui docet manus meas ad præliũ, & digitos meos ad bellum. Miſericordia mea & refugiũ meũ. Igitur primus ad bellũ vocetur Arius. Nunquã enim ille pacificus eſſe poteſt, dilecti, id quod ex nomine eius conIectari poteſt. Ares emũ quo nomine exteri vtũtur, bellum interpretamur. Mittãt tela ſua à diabolo fabricata. Non enim timeo talia obtuſa, valdéq; inualida iacula. Veniat & Macedonius, qui figura quidẽ ab Ario differre videtur, re autem ipſa idẽ quod ille ſentit. Nam cum & illũ videris paris blaſphemiæ ſermones aduerſus ſpiritũ ſanctum ſagittare, diſces quomodo duæ gẽtes diuerſis linguis, figura tãtùm diſtinctę, re autẽ vnitæ aduerſus nos certent. Eunomij memoriam prætereo. Etenim ſi tanquã Dauid Goliathen principẽ impietatis illius ſubuerterimus, vniuerſa caſtra ſimul fugabuntur: at quia nobis quoq; telis opus eſt, non deerũt ea. Habemus emũ tela diuina à ſpiritu ſancto fabricata, quibus & flagitioſa opera interimũtur, & hominum animæ erudiuntur. Quales hæ ſagittæ? Sagittæ potẽtis acutę cũ carbonibus deſolatoriis. A quibus erudit⁹ clamabat: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me: quoniã ſagittę tuę infixę ſunt mihi. Sed miſſis factis multis ſagittis dilecti,

dilecti, vnica ſagitta vtemur, qua omnis hæreticorum & Iudæorum, & gentium phalanx proſternitur. Qua
Eſai. 49. ſagitta? Sagitta ipſa loquitur in Eſaia: Poſuit me vt ſagittam electam, & in pharetra ſua occultauit me. Sagitta electa verbũ dei eſt ante ſecula ex patre natum. Nam occultauit in pharetra corporis, dignitatẽ deitatis à dracone. Aperi Ari ſepulchrũ gutturis tui impletum mortuis ſermonibus. Non enim habes verbũ illud viuificũ, qui tuis rationibus factũ illud & creatum fabricas. At ille ſtatim quum accerſitur, à ſcripturis dicendi facit initiũ. Verum tu vt fidelis, ne timueris cum, quum videris ipſum ex ſcripturis loquẽtem. Nam & diabolus quum accederet Chriſtum, & tẽtaMalac. 4. ret eum, per ſcripturas locutus eſt cũ eo, dicens: Si filius dei es, mitte teipſum è ſupernis deorſum: ſcriptũ
Pſal. 90. eſt enim, Quia angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis, & in manibus portabũt te. Cætera autem quæ ſequũtur, obticuit. Sciebat emũ quod aduerſum ſe dicta erãt. Qualia hæc? Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Et attende diligẽter dilecte, quia ex eadem arte profectũ eſt quod diabolus dixit, & quod ſui, qui filium dei creaturã & facturam dicunt. Deguſtauit ſcripturã diabolus. Aperiat os & Arius ac dicat. Et inuenies etiã eum à capite exordiri, & cætera tacere, vt ne arguatur. Nam quid dicit? Dominus, in-
Ioan. 6. quit, in Euangelio dicit, Deſcendi è cœlo, non vt faciam voluntatẽ meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Vides, inquit, q⁹ eſt miniſter patris? vides quomodo ei ſubditus ſit? Ipſe fatetur, & dicit: Deſcẽdi de cœlo, non vt faciã volũtatem meã, ſed eius qui miſit me patris. O Ari, quid obtices? dic & ſequentia. Imitaris diabolũ præceptorẽ tuum, ſicubi cauſæ tuæ ſeruit. Quamuis autem tu taceas, ego tamen clamabo cum Euangelio, non furabor tecũ diuina eloquia &
Pſal. 49. verba domini, timeo enim iudicium dicentis: Nam tametſi videres furem, currebas cum eo, & cum adultero ponebas portionem tuã. Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatẽ meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Dic & quæ ſequũtur: Hæc eſt autem voluntas patris, vt credãt in eum quẽ ille miſit. Quid ergo pugnas? Cur nõ ſubiicis ceruicẽ cordis tui iugo ſeruitutis? ſed incompoſitè oberrãs, peruerſo ſulco pietatis aras. Iam iterũ à ſcripturis inquirit, non vt veneretur Chriſtum, ſed vt filium dei vituperet: non vt exaltet, ſed vt minorẽ faciat, quamuis eloquium dicat, Exaltare dominũ deum noſtrum, & adorate ſcabellũ pedum eius, quia ſanctus eſt. Et iubemur adorare ſcabellum pedum eius. Macedonius autem ſpiritũ ſanctum, qui ex patre ineffabiliter procedit, adorare nolebat. Verũ nobis nunc aduerſus Arium ſermo eſt. Et quomodo, inquit, ſi habuit eundẽ honorem cum patre filius, gloriã à patre quærit? Dicit enim ad pa-
Ioan. 17. trem: Glorifica me pater gloria quam habui apud te antequam hic mundus eſſet. Nondum intellexiſti, ô Ari, ſacramentum quod eſt in Chriſto, nec mirũ: ſpiritu enim cares, qui te inducat in veritatem: nondum capis quòd nõ pro ſemetipſo hoc dicit, ſed pro Adã, quem & acceperat. Nã ſicut aduocatus à malefactore inſtructus ad tribunal accedit, & perſonã gerit eius cui patrocinatur, & omnia crimina eius qui iudicatur, in ſe aſſumit, & quaſi pro ſeipſo apud iudicẽ cauſam agit, tametſi criminũ minime reus ſit: eũ in modum & dominus noſter Ieſus Chriſtus venit è cœlis impeccabilis. Peccatũ enim nõ fecit. Induit me Adã, aſſumpſit in ſe mea crimina. Ipſe emũ peccata noſtra Eſa. 53.
portat, & pro nobis dolet. Induit me Adæ perſonam, & pro me intercedit. Glorifica me pater, inquit, gloria quã habui antequã hic mundus eſſet. Qui factus ſum Adam, eram in incorruptibilitate, æqualẽ cum angelis menſam ſortitus eram: indeficientem mihi cibũ paradiſus quotidie producebat: ſpirit⁹ ſancti gratiam & gloriã in facie ferebam, hãc per meam tranſgreſſionem amiſi: nũc oro, glorifica me pater gloria quam habui apud te, antequam hic mundus eſſet. Eapropter ſuperne reſpõdet pater, dicens: Et glorificaui tunc in paradiſo, & iterum glorificabo. Nam in eandem paradiſi gloriam & delicias te iterũ collocabo. Quòd autem quũ hęc diceret filius dei, habuerit gloriam patri æqualẽ, teſtatur ipſe cum dicit: Ego & pater vnũ ſumus: &, Qui videt me, videt & patrẽ meũ. Et Ioannes clamat, dicens: Vidimus gloriã eius, quaſi vnigeniti à patre, plenus gratia & veritate. Verũ iterũ curioſe inquirit & profert tela inequalia & imbellia. Apud fideles enim tela iſta obtuſa ſunt & inutilia, ſicut ſcriptũ eſt: Sagittę paruulorum factæ ſunt plagę Pſal. 63.
eorum. Si ante ſecula, inquit, regnauit filius dei, quare ipſe ergo in pſalmis dicit, Ego autẽ conſtitutus ſum rex ab eo? quod temporis ſignificatiuũ eſt. Ne confuſionẽ facito Ari: da carni paſſiones, & deitati diuinas dignitates. Nam quod dicit, Ego autẽ cõſtitutus ſum rex ab eo: non ſecũdum deitatẽ dicit, ſed ſecundum formam ſerui, quæ in tẽpore genita ac in genealogia recenſetur. Quippe diuinitatis illius genealogiam ne angeli quidẽ dicerent, humanitatis autem & euangeliſtę narrant, dicẽtes: Liber generationis Ieſu Chriſti. Matt. 1.
Et quòd ante ſecula regnauerit deus verbũ, audi prophetam iterum clamantẽ: Deus autem noſter rex ante ſecula. Arius nondũ audiẽs quæ ſequuntur, ſtatim audaci ore dicit, De patre hæc dicta ſunt. At tu audi quę ſequũtur. Nõ emũ de patre dicũtur, ſed de filio, & declarat id quod ſequitur. Deus autẽ noſter rex ante ſecula: operat⁹ eſt, inquit, ſalutẽ in medio terræ. Quis ille? an non omnino ille qui trophæum crucis ſtatuit, & mortem ſoluit, diabolum ligauit, & hominem ſeruauit? Sed profectò ait: Recentẽ habet thronum. Dicit emũ ad ipſum pater: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Ecce quod dicit ſede, tẽporis eſt indicatiui. Atqui ignorãt, quòd etiã hic ſimiliter loquitur ei qui è virgine natus eſt. Nam quòd deus ſermo ante ſecula cũ patre fuerit regnans, & ſedẽ habens, indicat Pſaltes, & poſt eum
Paulus: Thronus tuus deus in ſeculũ ſeculi: virga di- Hebr. 1.
rectionis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti Coloſſ. 2.
iniquitatẽ, propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lętitiæ præ conſortibus tuis. Prę conſortibus enim eius vnxit Ieſum ſpiritu ſancto. In ipſo emũ erat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: nos autem omnes de
Ioan. 1. plenitudine eius accipim⁹, ſicut dicit Ioãnes, De plenitudine eius omnes nos accepimus. Ita quoq; & Apoſtol⁹ dicit: Participes eius ſumus, ſi cõfeſſionis pri- Heb. 3.
mitias ad fidem vſq; ſolidas ſeruauerimus. Mox autem occurrit & Macedoni⁹. Et qualia ille contra ſpiritum ſanctũ tela iaculatur? Profectò, inquit, bene dicis orthodoxe, pater thronũ habet, & ſedet. Dicimus enim, quòd habet thronũ decentem & dignum deo, non corporalem, ſed ſicut ſcriptũ eſt: Deus ſedet ſuper thronum ſanctitatis ſuæ. habet etiam filius thronum. Thronus tuus, inquit, deus in ſeculum ſeculi. At vbi ſpiritus habet thronũ, vel conſidet patri & filio?

Universidad de Deusto
Biblioteca

O aduersarie dei maxime, non oportebat enim te de
A spiritu dei ambigere, quòd sedeat, & habeat thronũ
sicut pater & filius. Quandoquidẽ & de patre, & filio,
& spiritu sancto dicere licet, quòd sedeãt, vt dicim⁹.
Ita enim scriptũ est, alioqui diuinitas loco non con-
tinetur, sed vbiq; est. Quò enim ibo à spiritui tuo, & à
facie tua quò fugiam? thronũ dei scriptura dicit re-
giam dignitatẽ. Iam si apostoli cathedras habent, vt
Matt.19. dicit: Vos sedebitis super duodecim thronos, iudicã-
tes duodecim tribus Israël: Spirit⁹ sanctus ne throno
caret? Sed quòd spiritus sanctus thronũ habeat, vt &
hoc vos discatis, ostendimus, quòd & dominus sit, &
Sabaoth dicitur. Dicat igitur Esaias, qui & te & me
Esaiæ.6. maior: Vidi dominũ Sabaoth sedentem super thro-
num sublimẽ & eleuatũ, quia plena erat domus glo-
ria eius. Et Seraphim in circuitu adstabant, sex pennæ
vni, & sex pẽnæ alteri, & reliqua. Et dixit dominus ad
me, Quem viderat dominum sedẽtem super thronũ
B excelsum & eleuatũ, ille dicebat ei: Quem mittam? &
quis ibit ad populũ istum Iudæorum, ac dicet: Auri-
bus audietis, & nõ intelligetis: & videntes videbitis,
& nõ perspicietis? Venit Paulus post multos annos, vt
diceret prophetiam illam, venit, mittitur Romam à
spiritu sancto, cõgregat Iudæorum gẽtem per omne
sabbatum docens: & cum nõ audiretur ab eis, memo-
riã huius scripturæ fecit, sic inquiens Iudęis: Bene di-
cit spiritus sanctus per Esaiam prophetã: Auribus au-
dietis, & non intelligetis: & videtes videbitis, & non
perspicietis. Itaque quia ostendimus regiam dignita-
tem & diuinitatem spiritus, nos cathedra exurgentes,
vno ore, & vno corde glorificemus patrem, & filium,
& spiritum sanctum, nunc & semper, & in secula secu-
lorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI contra Iudæos, gentiles & hæreticos Sermo, de Euangelio, Nuptiæ factæ sunt, &c.

Hirundinum pulli in nidulis sedentes, paren-
tum suorum qui sibi alimenta afferũt, aduẽ-
tum expectant: & quum ipsos venire perspe-
xerint, leui ala mouent aërem cantillantes, & ad illo-
rum aduentum applaudentes: similiter & eorum pa-
rentes, cum nidulo appropiant, cantillant, pullis ad-
uentum suum nunciantes. Similiter autem & vos in
nido templi huius sedetis, meum aduentum expectã-
tes: & quia venientem videtis, leui mentis ala volatis.
Neque ego dissimiliter spirituali huic nido appro-
piaturus, deum voce præmissa glorifico, quòd mihi
filios dedit tam mei amantes. Sed hirundines alimẽta
sua ab ore in os tradunt: nos autem nostra non sic, sed
ab ore in aurẽ. Illa enim in corruptionem procedunt,
D nostra vero in incorruptibilitatem: illa corpora pa-
scunt, nostra animas impinguant. Hęc omnia non te-
mere à me dicta sunt, sed quia lecti Euangelij conti-
nentia ad hæc docenda nos inducit, necessarium vt
vos doceam. Vocatus est, dicit, Iesus ad nuptias. Oro,
compositis moribus estote, & audite quæ dicuntur.
Quoniã multi nuptias prætexunt, alij filios, alij mili-
tiam, alij negociationem, alij artificium, alij seruitu-
tem, alij diuitias, alij inopiam, & quæcunq; talia sunt:
Volo igitur declarare vobis, quòd neq; diuitiæ impe-
diunt, neque inopia, neq; militia, neque negociatio,
neque nuptiæ, neq; pueri, neque seruitus, neq; opifi-
cium, neq; aliquid tale. Vocatus est Iesus ad nuptias.
Venit, vel non venit? Certum quòd venit. Quòd si ve-
nit, quomodo ergo nuptiæ malæ? nõ potes excusare,
Ego autem nõ dico, quòd tantum venerit, sed quòd
& dona secũ attulerit: Aquam in vinum mutauit. Ne
excuses te propter nuptias, dominus tuus nuptiis in-
terfuit, & nuptias honestauit, & tu nuptias arguis, &
dicis nuptias obstaculũ esse ad pietatem? Nullũ enim
ad pietatẽ est obstaculũ. Vis cognoscere quòd nihil
nocet habere vxorẽ & pueros? Moses nónne vxorem
habuit & liberos? Helias nónne virgo erat? Nónne
Moses manna è cœlo deduxit? Nónne Helias ignem
è cœlo deduxit? Nónne Moses coturnices aduolare
fecit? Nónne Helias verbo cœlũ clausit? Nónne Mosi
deus locutus est? Nónne & cum Helia cõuersatus est?
Nónne Moses mare diuisit, & transduxit populum?
Nónne Helias curru igneo in cœlum sublatus est? An
nocuit huic virginitas: an impedimento fuerũt illi vx-
xor & liberi? Vidisti Heliam aurigam in aëre, vidisti
Mosem in mari viatorem? Vide & Petrum ecclesiæ
B columnã, quòd & ipse habuit vxorem. at nõ est scri-
ptum, inquit, quòd Petrus habuit vxorem: vnde ergo
liquet, quòd vxorem habuit? Ego dico: Ingressus est
Iesus ad socrũ Petri, & erat illa infirma, & tetigit eã,
& reliquit eam febris, & stetit, & ministrauit. Vides
quòd & Petrus vxorem habuit? Vbi enim socrus, ma-
nifestũ quòd ibi & vxor. Vides quòd & Petrus vxo-
rem habuit? ne incuses nuptias. Hæc dico, vt ne quis
prætexat vel vxorẽ, vel liberos, vel militiam, vel ne-
gociationem, vel opificium, vel seruitutem, vel diui-
tias, vel paupertatem. Hæc excusatio, hic prætextus
diaboli insidiæ sunt. Militiam prætexis, & dicis, Non
possum esse pius. Centurio nónne miles erat? & dicit
ad Iesum, Non sum dignus vt intres sub tectũ meum,
sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Et admiratus
Iesus, ait: Amen dico vobis, neq; in Israël tantam fi-
C dem inueni. Nihilq; nocuit illi sua militia. At quid si
opifex? Et Paulus operatus est manibus, qui & antea
ecclesiarum deprædator, & post hoc factus prædica-
tor & apostolus. Quid vero si diues? Et Abraham di-
ues, & ipse vxorem habuit & pueros. Credidit enim
Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus
dei vocatus est: tã nihil obfuerũt ei diuitiæ, & mulier,
& pueri. Nõ habes excusationẽ. Tria quæ prætexere
potes, vnus ille habuit, & vxorẽ, & pueros, & diuitias.
Sed quomodo si seru⁹? Et Onesim⁹ seruus erat, & scri-
bit Paulus Philemoni, dicens: Onesimũ qui olim nul- *Ad Philem. 1.1.*
lius frugis, nunc autẽ & mihi & tibi vtilis. Verũ quid
si rex? Erat & Dauid rex, & quum ingressus ad eũ Na-
thã propheta arguit ipsum de peccato quod fecerat,
nunquid in illum tyrannidem rex exercuit? nunquid
vel asperum aliquod verbũ prophetæ dedit? an non
D & in regno seruum se fatebatur, dicẽs: Peccaui domi-
no? Et propheta videns pœnitentiã eius, dixit: Et do-
minus abstulit peccatũ tuum. Velox pœnitentia, ve-
locior condonatio. Nũ aliquid tribuit sibi rex, & di-
xit: Rex sum, amictus purpura, circũdatus diademate,
fero tela, sagittas, scuta, arma: mihi sunt milites & ar-
migeri, & pauperem illum timerẽ? ferrémne eum, &
non occiderẽ? Sed nihil taliũ, quamuis rex esset: scie-
bat eñ quod peccarat, & ob hoc pœnituit, quia scie-
bat se grauiter peccasse. Et nihil ei obfuit regnũ. Iam
quid si iuuenis? erat & Daniel iuuenis, & leonum ora
cõstrinxit, & dracones cõfregit, Bel subuertit, & pres-
byteros iudicauit, Susannam liberauit, tantęq; virtuti
imperfecta ætas non obfuit. An non & talis erat fra-
trum amator Ioseph, qui tantã præ se tulit sapientiam
& continentiã apud Aegyptiam? Vestẽ suam diuisit,
fidem

fidem non dissupit, impudentiã mulieris vicit, con-
A cupiscentiã non satiauit, & nihil impediuit illius vir-
tutem adolescẽtia. Sed quid si vidua? Erat & Sidonia
vidua, quæ Heliã hospitio excepit, & pauit pane & a-
qua, & autorem famis non est reuerita. Quid autem si
meretrix? Erat & Raab, quæ exploratores occultauit,
& quũ filij Israël terrã promissionis accepissent, sal-
uata est ipsa cũ domo & genere suo. At quomodo si
pauper? Pauper erat talis & Lazarus. Et quantã ille sa-
pientiam ac patientiã in extremis ostendit, licet ni-
hil illũ in tãta necessitate leniret. Iam si mulieri quis
deditus sit, an non & Sampson? nam licet à muliere sit
proditus, tamẽ ipsi deus dedit vt se de alienigenis vl-
ciscereturSed quid si amas filios? amabat & Iob. Sed
tẽtaris, tẽtabatur & Iob. Vides quot saluati sunt? Ha-
bes fidem? habes omnia. non habes fidẽ? rex licet sis,
non tibi proderit regnũ. Sed ne promissionis obliui-
scar: Vocatus est igitur Iesus ad nuptias, & cum ipse
B *Ioan.2.* ibi esset, vinum non habebant. Dicit ei mater sua: Vi-
num nõ habẽt. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua.
Et impleuerunt hydrias aqua, & fecit aquam vinum.
Quare autem dixit, implete hydrias aqua? an non qui
verbo cœlũ fecit, & terrã fundauit, & omnia quæ in
eis, cuius oculus arefacit abyssos, à quo tremit omnis
creatura tam cœlestiũ, quàm terrestrium, qui ea quæ
non sunt, facit esse: potuit etiã hydrias aqua implere?
& dicit, Haurite aquã. Ad quid? Ego dico, quòd si ne-
garint, manus eorũ quæ hauserunt, & humeri qui ge-
stauerunt aquã, ipsos tedarguant. Idem etiam fecit
cum Lazarũ suscitauit. antequã ad locum illum veni-
ret, dicit discipulis suis: Lazarus amicus noster ob-
dormiuit. Postquã autem venerunt sorores Lazari, &
dixerunt ei, Lazarus mortuus est: dixit eis: Quò po-
suistis eũ? Dicunt ei, Veni, & vide. O noua & inopina-
ta opera. paulo antea dixerat discipulis, Lazar⁹ mor-
tuus est, & nũc dicit, Vbi posuistis eum? Mortem prę-
dixerat discipulis suis, & locũ nescit? Sciebat, sed pro-
pter Iudæos dicebat, quia rudes erant. Et ita cum di-
cit, Vbi posuistis eum? non ignorantiæ erat: sicut &
Gen.3. quum in paradiso dicebat Adã, Adam vbi es? Ignoraba-
tne vbi esset? non est dicendũ: sed quia dicebat
illis diabolus, quòd in die in qua comederis ex ligno
hoc, eritis vt dij: & suspicati sunt illi quòd futuri essẽt
dij: ob hoc arguit ipsum de⁹, Adã vbi es? pro eo quòd
comedisti, & mãsisti homo. Sic & apud Lazarũ egit.
Ioan.11. Nam vt appropiauit monumẽto, dixit Iudæis: Tolli-
te lapidem de monumento. & tulerunt. Dicit ipsi so-
ror Lazari, Iam fœtet, nunc eñ quatriduanus est. Et
vt clamauit voce magna, dixit, Lazare, veni foras. Et
D prodiit vinctus institis. An non qui transfert montes
in cor maris, potuit verbo lapidẽ mouere? qui stimu-
los mortis confregit, qui portas inferni contriuit, nõ
potuit vincula disrũpere? & dicit ipsis, Soluite ipsum.
Ad quid? vt si negent, manus eorum & oculi ipsorũ
red arguãt ipsos. Ob hoc dixit, Soluite ipsum. In pri-
Ioan.2. mis autem soror Lazari testimoniũ dedit, dicẽs: Iam
fœtet. Idẽ & in nuptiis fecit, dicendo eis: Implete hy-
drias aqua. Et impletis hydriis aqua fecit aquam vi-
num. Et propterea vndequaq; certos ipsos reddebat.
Semper enim incredeli erant Iudæi, & impudentes.
Vultis cognoscere quanta eis fecit deus, & permãse-
rũt semper ingrati? Discite, sed oro, accõmodate vos
mihi, & auscultate quæ dicũtur. Demonstrabo enim
vobis, quòd ab initio ingrati & incredeli fuerunt. Se-
ptuaginta & quinque animæ Aegyptũ ingressæ sunt,
& factæ sunt sexcenta milia. Mortu⁹ est Ioseph, & sur-
rexit alius rex, qui Ioseph memor nõ fuit, afflixit igi-
tur filios Israel valde. Clamauerũt ad deum, dicentes:
Domine tu iurasti patribus nostris, daturum te semini *Exod.*
nostro terram fluentem lacte & melle: nunc domine
memor esto testamẽti quod posuisti patribus nostris,
& erue nos de manu Pharaonis regis Aegypti, & ex
seruitute Aegyptiorum. Audiuit igitur dominus vo-
cem eorũ, & misit ad eos Mosem. Sed attendite ver-
ba, dicit Mosi deus: Accipe agnum immaculatũ, an-
niculum primogenitum, & immola, & sanguine eius
vnusquisque obliniat fores, vt cũ venerit angelus ha-
bens gladiũ extentũ, & viderit quòd sanguine sit li-
nita domus, illã transeat: sin viderit non oblitam, in-
gredietur & omnia perdet. Fecit igitur Moses sic, &
tradidit populo, & illi accepto cruore ianuã liniebãt.
Et venit angelus habens extentũ gladiũ suum, & vi-
B dit sanguinẽ in foribus, & transiit: vbi autem non vi-
dit, ingressus omnia perdidit. Hęc omnia non absque
ratione facta sunt: sed quia per lignũ & sanguinẽ sa-
luandi eramus, propterea iussit deus vnumquẽq. san-
guine fores signare. Et quare nõ dixit deus, Lini mu-
ros sanguine? quia nõ eramus saluãdi per lapides, sed
per lignũ. Eduxit itaque eos Moses ex terra Aegypti,
& tulit in desertũ, & dicũt Mosi: Eduxisti nos in de- *Exod.16.*
sertum, vt occideres, quasi nõ sint sepulchra in Aegy- *Num.16.*
pto? Nónne nobis melius erat cũ essemus in Aegypto,
dũ comederemus melones & pepones, allia, & cepe?
Vidisti ingratitudinẽ? ipsi dicebãt deo, & precaban-
tur vt educeret se ex terra Aegypti: at vbi in desertũ
venerunt, fuerunt ingrati. Cognoscis ingratitudinẽ?
sed rem maiorẽ & singularẽ vide. Quadraginta an-
nis fuerunt in deserto, capillũsq; ipsorum non creuit,
C neque vnguis, vestimentum ipsorum non fuit sordi-
datum, calceamentum ipsorum non fuit contritum:
non laborauerunt, nõ foderunt, boues non iunxerũt,
aratrum non traxerunt, sulcos non secuerunt, tribu-
los non cuellerunt, semina nõ sparserunt, imbres non
expectauerunt, solis æstus non tulerunt, tempus mes-
sis non exceperunt, falcem non acuẽre, neque mes-
suere, non colligarunt aristas, nõ comportarunt, non
conuexerunt in aream, non extriuerunt, nõ repurga-
runt, non pinsuerunt, nõ coxerunt panes, & nihil om-
nino illorũ fecerunt: sed panem è cœlo nullis mani-
bus elaboratũ comederunt: apponebatur mensa nul-
lo prępaãte, impassibilitate imitabãtur angelos: na-
tura suæ imbecillitatis oblita erat: & post tot benefi-
cia dixerũt Aaroni, Da nobis deos, qui nos præcedãt: *Exod. 32.*
D Mosi enim illi, qui nos eduxit à terra Aegypti, nesci-
mus quid acciderit. fecerúntq; vim magnã Aaroni.
Ille vt vidit eos duri cordis, & incircũcisos, dicit ipsis:
Tolle inaures vestras, & mittite in ignem, & si quid
ascendit, hoc deus sit. & ascendit bubulũ caput. Hic
obserua hæreticum parasitũ, ingratum Iudæum, di-
centem: Si deus genuit, igitur & fluxuram sustinuit, &
corruptibilis est. O miser & perdite, hæc ne de filio
dei suspicaris? At nos, absit, ne sit. Sed genuit pater fi-
liũ, vnus vnicum, deus deũ perfectũ: ita sentiũt Chri-
stiani. Quia autẽ licet teipsum nescias, superna curio-
sius putas perquirẽda, dic: Putás ne te scire, quomodo
inauribus in pyram coniectis, bubulũ caput ascende-
rit? Non hoc chalcotypus operatus est, nõ erat cõfla-
tor, quomodo ergo egressum est bubulũ caput, audes
dicere? Si nescis hæc inferiora, quomodo curiosè su-
perna inquiris? qui nescis propria, quomodo curiosè

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliena inquiritis? Et affertunt nobis euangelicā vocem,
Ioan.15. quòd Iesus dixerit discipulis, Ego sum vitis, vos palmites, pater meus agricola est. Vides, dicit, quòd fecit filium. Inutilis enim vitis, nisi ab agricola colatur. Et putauit quòd magnū aliquid & egregium dicat. Sed auscultate obsecro. Dicebam de ingratis & reprobis Iudæis, sinite dicā & aduersus impudētes hæreticos. Potes mihi dicere ingrate & impudēs hæretice, agricolā non pasci à vite? Armis tuis te capiā. Sicut agricola colit vitē, ita & pater operatur suum filium. Videamus quis ab altero educetur, an vitis ab agricola, vel agricola à vite, vt dicis, Pater à filio habet esse: nō est igitur agricola, qui non ex operibus suis pascitur. Quid ergo? filius pascit patrē? Non, absit. Desine insipientissima hæc loqui. Nā sicut agricola gaudet de vite, ita & pater in filio: Non eñ dixit, Pater meus operatus est me: sed, pater meus agricola est. Gauisus est
Matt.17. enim pater in filio. Non audisti ipsum dicentem, Ipse
2.Pet.1. est filius meus dilect⁹ in quo mihi cōplacui, ipsum audite? Quando stetit in Iordanis fluentis, non dixit, Ille est quem creaui, quē feci: sed dixit, in quo mihi bene placitum. Num & vocē illam reiicis? Et iterum dicit:
Ioan.6. Descendi è cœlo, non vt voluntatē meam facerem, sed eius qui misit me patris. Quibus dicebat? Omnino Iudęis, qui dicebant ipsum esse fabri filiū: & quasi inimico dei contrarij erant, & propter hoc dixit, descēdi. Et quia deo contrarium dicebant, respōdebat: Nō
Matt.13. veni vt faciam voluntatē meam, sed eius qui misit me patris. Nam licet videbantur colere patrē, ipsum tamen negabant, & ob hoc infirmitati eorū consuluit sic loquendo. Alioqui quomodo is qui vbiq; est, vel qui omnia adimplet, demittitur, vel descendit? Vides igitur quòd propter Iudæos dixit, descēdi de cœlo, non propter seipsum. Nullā habes excusationē. Affe-
C runt autē hic nobis & aliud testimoniū apostoli dicē-
1.Cor.8. tis, Vnus deus pater, ex quo omnia: & vnus dominus Iesus Christus, per quē omnia. Dicis quòd alius deus præter patrē non sit: & ego dico quòd prēter filium alius talis dominus nō sit. Quid igitur? contendemus? Minime, absit. Scimus enim propter quos, & quibus hæc Paul⁹ dixerit, sed audite diligēter sermonē. Quia gentiles multos deos colebant, Iudæi vero vnū principatum. Vt ergo & multitudinem deorū & principatū vnius simul auferret, dicebat: Siue enim sint dij multi & domini multi, siue in cœlo siue in terra: sed nobis vnus deus pater. Et dicendo vnus, sustulit deorū multitudinē. Vbi enim vnus, ibi non sunt multi: dicendo vero, pater: sustulit principatū vnius. Vbi enim pater, manifestū quòd ibi & filius. Et propterea dixit:
D Vnus deus pater, ex quo omnia, &vn⁹ dominus Iesus Christus, per quem omnia. Vides quòd ad Gētiles & Iudæos sermonē verterit Paulus, ob hoc dixit, Vnus dominus noster Iesus Christus, per quē omnia. Quia omnia tā visibilia, quàm inuisibilia, de quo audi Ioā-
Ioan.1. nem dicentem: In principio erat verbū, & verbū erat apud deum, & deus erat verbū, hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factū est. Vides quòd ipse omniū est opifex. Non audebis, inquit, mihi ostēdere, quòd filius cū patre numeretur. Increduli quousq; non cessatis cōtradicere, peruertētes scripturas, vt filiū simplicē dicamus creaturā vel facturā? Vultis cognoscere quòd cum de filio verbū aliquod sublime & deo dignū audiunt, insanire incipiunt, & putant in ora sua amaritudinē immitti? eius rei vobis exemplū dicam:
A Cum quis morbis & febribus laborat, & paululū relinquitur ab eis, si ordinant medici, vt os eius melle obliniatur, faciántq; id serui vt præcipitur: existimat infirmus quòd amarū sit mel, licet circūstantes infirmum moneāt dulcissimum esse mel, videtur tamē infirmantis ori amarū, non quòd amarum sit mel (quid enim dulcius melle?) sed quòd ille qui mel accipit, infirmus est. Sic & illis contingit, cū audiunt consubstātialem, opinantur offundi sibi amaritudinē, nō quòd sermo eius naturę sit, sed quòd infirmę illorū sunt aures. Pater filiū vocat, similiter apostoli: ipsi autē creaturam & facturā. Et quomodo filius creatura & factura? An idē est gignere, & creare? Si omnis qui gignit, creat, & omnis qui creat, gignit: colligemus omnes creaturas filios & genitos esse dei: quia omnia per filium facta sunt. Igitur qui creauit, idem etiam genuit.
B Vides quòd nati sunt dei, sicut tu dicis? Quamdiu eritis increduli? Dicite mihi, quomodo colatur filius, quādoquidē filius dicit⁹? Nónne & tu filius? sed quid, quòd deus dicitur, nónne & tu? Sed potes mihi dicere, Ille re filius, tu nomine. Ergo filius? Ecce os tuū te redarguit. Ille eñ nec factura, nec creatura, ille re filius, tu appellatione. Ille à solo patre genit⁹ est, tu autem ex præiacēte materia formatus. Hæc contra Gētiles, Iudęos, & hæreticos dicta sint. Nos autem glorificemus patrem, & filium, & spiritum sanctum, cui gloria in secula seculorum, Amen.

REVERENDO IOANNI BELLAIO episcopo Parisiorum Germanus Brixius.

EGo, antistes optime, quum me intelligerem iampridem in ære tuo esse, cogitarémq; quo potissimū munusculo, ex iis opibus sumpto, quæ in censu meo in primis essent, possem tibi nō dico cōtracta nomina dissoluere (qui enim id possim?) sed probatum saltem, ac testatum facere, quæ tu mihi olī beneficia largiter cōtulisses, ea te homini, si minus merito, at neq; ingrato, neque immemori contulisse, mihi commodum Chrysostomus meus (meum hic appello, in cuius scilicet lectione studia nunc nostra omnia sunt) de immenso eloquentiæ ac doctrinę suæ thesauro suppeditat, quod tibi maxime omnium conueniens munus offeram. Liber est vt breuis, ita certe elegans, vt sunt autoris illius scripta omnia, in quo quidem verum monachum, eúmque, qui cum pietatis Christianæ amore, sacrarum literarum studia coniunxit, cum mundi huius principibus confert, ostendens interim illius felicitate, principum, diuitum, ac nobilium quorumuis felicitatem longe inferiorē. Quem ego libellum quum è Græco in Latinum vertissem, tibi non episcopo modo, & Parisiorū episcopo, sed & variis monachorū cœnobiis præfecto nuncupare, ac propter te in hominum manus emittere placuit: vt habeant, qui verè monachi sunt (quos multos hodie esse non ambigimus, ex tot ordinis illius sodalitiis) grauissimum, nō cuiuslibet, sed Chrysostomi, hoc est, autoris & eloquentissimi & sanctissimi testimonium, id se vitę genus instituisse, quod non tantum non suppudendum, suppœnitendúmq;, sed magnifaciēdum, & vel summorum quorūq; regum amplitudini ac splendori anteponendum sit, possintque iidem quasi ad trutinam quandam, eámq; iustissimā digne felicitatē suam appendere, metiri, agnoscere. Te itaque, pontifex dignissime, non modo hortor, vt libellum ipsum per intermittentiū istorum negociorum interualla legendū in manus sumas, verum etiam ad eos

ad eos omneis, q in illis tuis cœnobiis degunt, monasticam, quam dixi, vitā professi, multis exemplaribus mittendum cures. Sic enim intelligēt te, vel in maximis istis occupationib⁹, quibus tu diebus ac noctibus pro republica distringeris, à Francisco rege inter eos perpaucos adlect⁹, quos ille in sanctioris secretioris; consilij sui albū adscriptos esse voluit: sic, inquā, intelligent illi, te pastorē suum, per id etiā tempus, quo præsentia tua, per publicas istas curas, frui non possūt, sui curam ac studiū adeo nō abiecisse, vt ipsos etiam summopere cupias sic ad virtutis ac religionis Christianæ cultū compositos esse, vt ad eam tandem aspirare felicitatē possint, quam illis diuus Ioānes Chrysostomus, non in hac solū, sed in ea quoque, quæ nos post obitum manet vita promissam esse elegātissimo hoc libello pronūciat. Vale, & hoc tibi veluti animi erga te mei pignus, ac monumentū habe, donec maiori tecū munere agēs, benignitatis tuæ erga me prolixitatem, si non aliqua, at aliqua tamen parte remunerer. Ex Bertocuriano nostro, Calend. Ianuariis, M. D. XXXIII.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI LIbellus, in quo confert eum, qui in verissima ac Christiana philosophia vitam degit monasticam, cum summo quoque mundi huius principe, Germano Brixio Altissiodorensi interprete.

EGo quum intuear ex hominibus complures quæ bona esse videntur, ea maiori & amore, & admiratione sectari, quàm quę natura ac verissime bona sunt: necessariū esse reor, breui oratione de vtrisque hic agere & cōponere inter se tum quæ vulgo neglectui sunt, tū quę magno mortales studio sequuntur, vt vtrorunq; differentiā edocti, illa quidem vt seria, ac salutaria magni faciamus, hæc autem tanquam nihili æstimanda contemnere discamus. Igitur magnopere expetuntur diuitiæ, principatus, imperium, gloria, ac beatos quidem vulgus eos ducit, qui gentium principes sunt, qui splendidis vehiculis feruntur, qui præconū clamorem, ac satellitium magnum assequuntur. Contrà, philosophantium vita, & eorum qui solitariæ vitæ institutū delegerunt, despicabilis est: atque illi quidem dum foras prodeunt, ad sese contuendos populum ipsum conuertunt: hi autem sicubi apparuerint, nullius oculos, aut certe perpaucorū ad sui spectaculum trahunt, & præterea horum nullus similis esse cōcupiscat: illorum contrà, nemo non quenquam principatum quęrere, gentis alicuius imperio potiri, arduū sanè ac supra vulgariū hominum vires, ac quorum animis imperij amor incessit, iis magna pecunia opus. Solitariā vero vitā eligere, dei cultui vitam suam mancipare, æquè omnibus procliue ac facile. Adde quòd principatus possessio vnà cum vita hac desinit, seu verius dicam, viuos etiā sui amatores destituit: vt taceam hic multos olim extitisse, quos magnū in periculum, vel certe magnam in ignominiam coniecit. At solitudo iustos hac in vita bonis multis quū repleuerit, à vitæ exitu hilares ac ludibūdos ad dei & seruatoris tribunal ducit, quo potissimum tempore eorum qui imperio functi fuerint, bonam partem māgnas peccatorū in vita admissorū pœnas luere videas. Age itaq; contendentes inter se tū philosophiæ bona, tum ea quæ hac in vita principatus ac gloriæ bona esse videntur, vtrorunque bonorum discrepātiam perdiscamus: sic enim collata apertiora fiēt: quin potius, si placet, ipsū

bonorum fastigium (regnum intelligo) cum philosophia comparātes, vtriusque possessionis fructus contemplemur, diligēter edocti, quib⁹ rex, quibus rursus philosophus imperet. Rex igitur vtriū, regionū, tum multarum gentium præfecturā gerit, prætores, proprætores, exercitus, populos, senat⁹ suo vnius nutu agens: at vero qui se ipse totū deo dedit, solitariāq; vitam elegit, iræ, inuidiæ, auaritiæ, voluptati, cæteris; animi morbis imperat, assidue speculās, ac meditans, quémnam in modum non cōmittat, vt suum animū obscœnis affectibus nō subiiciat, neu amarę tyrānidi ratio inseruiat, sed supra res humanas omnes cogitationē semper erectā habeat, dei timorē animi morbis pręficiēs. Huiusmodi igitur imperiū rex, huiusmodi item principatum monachus adeptus est: vt iustius quidem hunc regē voces, quàm eum qui purpura indutus, ac corona ornatus splēdescit, throno in aureo
B sessitans. Nam is demū verè rex est, qui iram, qui inuidiam, qui voluptatē cohibens, omnia sub dei lege agit, mentem liberam seruans, neque patiēs voluptatum dominationē animo suo imperitare. Talē equidem regem libēs videre & populis, & terræ, & mari, & ciuitatibus, & exercitibus iura dantē. Quisquis eñ animi affectibus rationē magistrā prefecerit, is paruo admodū negocio & hominibus vnà cum diuinis legibus præfici possit, vt eundē patris loco subditi habeant, cū omni mansuetudine ciuitatibus cōsuetudinis suæ copiā facientem. Qui vero hominibus imperare quum videatur, iræ tamen, auaritię, voluptatibus seruit: hic primū subditis suis ridiculus videri possit, hoc ipso, quòd coronā quidē gestat gemmis auróq; intertexā, tēperantiæ vero corona minime insignis est: & purpureo quidē paludamēto toto corpore fulC get, animū autē inornatum habet. Deinde idem hic ne administrandi quidē imperij scientiam habiturus est. Qui enim sibi ipse imperare nescit, hic quo tandē modo alios legib⁹ regere poterit? Quin si id belli genus, quod vterq; sibi peculiariter gerendum sumpsit, spectare volueris, inuenies hūc cū dæmonibus depugnantem, eundémq; & superantem, & vincentē, & à Christo coronam capientem: vtpote qui ad pugnam accedat diuino sustentatus auxilio, 'cœlestibus armis cōmunit⁹, vt necesse quidē sit victoriā ab ipsius partibus stare, quum interim regē illum cū Barbaris bellantem cernas: quāto autē hominibus dæmones terribiliores sunt, tāto splēdidior est, q hos superat, eo qui illos vincit. Quòd si vtriusq; belli causā perdiscere cupis, magnam profecto inęqualitatē reperies. Al-
D ter enim pro pietate ac dei cultu cū dæmonibus bellū gerit, vel vrbes, vel vicos ab errore asserere desiderans: alter vero cū Barbaris digladiatur pro locis, finibus, opibúsve raptis, illū auaritia, atque adeò iniusti principatus ambitione ad pugnā prouocante: vbi certe plerique plerūque reges maiora quū appetiuissent, iam parta amisere. Itaq; tum principatus, tū ipsa bellorum genera arguunt, eousque inter se discrepare & regem, & eum qui vitæ suæ studiū dei cultui addixit, sed tamen eosdē illos exacte vtique pernoscas, si ad vtriusque vitā, quotidianáq; gesta examinanda descenderis. Reuera enim hunc inuenias cū prophetis versantem. Pauli sapientia animū exornantē, assiduè à Mose ad Esaiam, ab Esaia ad Ioannē, à Ioanne ad alium quēpiam trāseuntem. At regē assidua centurionū, proprætorum, & speculatorum consuetudine abutentē. Porro autem natura comparatū esse vi-

 demus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

demus,vt cũ quibus assiduè quis versatur, horũ mo-
res similes habeat. Itaq; qui solitarius viuit, is animũ
suum ad apostolorũ & prophetarum mores confor-
mat. At rex ad mores ducũ,scutatorũ, satellitum,ho-
minum vino seruientiũ, voluptatibus indulgentium,
bonam dici partẽ in potu conterentium, deniq; nul-
lius rei necessariæ,aut honestæ scientiam,vino impe-
diente,callentiũ. Hac ergo ratione monasticã vitam
conuenit ea beatiorẽ dicere,quæ principatu,quæ re-
gno,quę sceptris constat. Quòd si & noctis tẽpus ex-
aminare voluerimus,monachũ quidẽ videbimus dei
optimi cultu,ac precibus insignẽ multo ante gallina-
ceos tempore canentẽ,angelis conuictoribus vtentẽ,
cum deo colloquentẽ,cœlestibus bonis fruentẽ: Eũ
vero qui multis gentibus,multis populis,atq; exerci-
tibus præest,quiq; terra ac mari late imperat,in lecto
distentum ac stertentẽ. Ille quidẽ cibis iis alitur, qui
altum ab eo somnum minime exigant:hunc autẽ de-
liciæ consopiunt & potus, eundẽ in lectulo in ipsum
vsque diẽ detinens. Iam monacho & vestis & mensa
moderata,& cõuictores eiusdẽ virtutis æmuli. At re-
gem necesse est & lapillis & auro superbũ esse, men-
samq; extruere splẽdidã,tum cõuictoribus vti,si qui-
dem imprudẽs ille fuerit,sua stoliditate dignis:sin au-
tem mentẽ habeat, tẽperánsq; sit, probis fortasse &
iustis,sed tamẽ virtute iis quos ante dixi,lõge inferio-
ribus.ita rex vt philosophiæ deditus sit,tamẽ ne tãtil-
lum quidem ad monachi virtutẽ propius accedere
queat.Etem in itineribus faciẽdis,subditis grauis est,
præterea & vrbẽ habitãs,& pace fruẽs, & bello ope-
ram dans,tum tributa exigens,tũ exercitus cõficiens,
tum captiuos agẽs,& dum victor,& dũ victus est,sub-
ditos propriis malis replet:victor quidem intolerabi-
lis est,victoria sese venditans,ac sibi placẽs,tum mili-
tibus præbens licentiã rapiẽdi,deprædandi,viatores
iniuria afficiendi,vrbes obsidione cingendi, pauperũ
domos depopulãdi, ab iis à quib⁹ excepti fuerint,ea
quotidie exigẽdi,quæ nulla lex permittit,idq; p̃ cau-
sam priscæ alicuius consuetudinis iniquæ & iniustæ.
Quum interim illũ nescio quem per huiusmodi ma-
la rex minime lædit, sed de paupertate tantum male
meretur:perinde quasi verè ille diuites vereaẽ. At ve-
ro nõ sic monachus, qui simul vt cõspectus fuerit,sta-
tim tã diuitibus q̃ pauperibus donũ aliquod afferẽs,
vtrisque æquè munificũ se præstat, vno tantum ami-
ctu ad vitæ suæ institutũ cõformi vtens, tum aquam
libẽtius bibẽs,quàm vinum,quamuis admirabile:pro
se quidẽ nullã neque paruam,neque magnam à diui-
tibus gratiã postulans: pro indigentibus autem tum
multas,tum continuas,eásq; vtrisq; conducẽtes, hoc
est, tam iis qui largiũtur,q̃ iis qui accepturi sunt. Sic
fit, vt communẽ ille agat medicum diuitum iuxtà &
inopum, illos peccatis liberãs per bonã admonitio-
nem,hos ab indigentia eximẽs. At rex tributa dũ mi-
nus grauia esse iubet, diuitibus magis, q̃ pauperibus
vsui est. Idẽ dum contrà facit, paucarum facultatum
dominos lædit: nam diuiti tenuẽ admodũ iacturam
attulerit tributorũ acerbitas: at eadem pauperũ do-
mos tanquã torrens distrahit, fletu complens vicos:
quum interim neq; senectus iis miserabilis est, q̃ tri-
buta exigunt, neq; mulierũ viduitas, neque liberorũ
orbitas, quinimò proteruiendi finẽ nullũ illi faciunt,
communes quidã regionis hostes,quæ tellus nequa-
quam tulit,ea ab agricolis exigẽtes. Age vero & illud
insuper examinemus, quánã in parte monachus, qua
cõtrà in partẽ rex subditis beneficus sit. Igitur hic q-
dem aurũ largitur, ille vero spiritus gratiã : præterea
idem hic dum bonus est,paupertatem soluit:ille autẽ
animas dæmonũ tyrannide oppressas precibus libe-
rat: ac si quis fortè huiusmodi calamitate afflictẽ, is
regem tanquã statuam præterit, ad monachorũ vero
habitaculũ confugit, quasi qui conspecti lupi timore
ad venatorem gladiũ manu gestantem fuga contẽ-
dit.etenim quod venatori gladius,id preces sunt mo-
nacho:neq; sanè sic lupos gladius,vt dæmonas iusto-
rũ preces terrẽt. Itaq; nõ nos modo ad sanctos mo-
nachos, dũ rei vsus postulat, confugimus, sed vel re-
ges ipsi ad eosdẽ in tẽporibus formidandis,haud ali-
ter quàm famis tẽpore mendicantes ad diuitum do-
mos confugiunt. Nónne Achab Iudæorũ rex per fa-
mem,& annonæ caritatẽ, in Eliæ precibus spem po-
suit suã ? Nónne Ochozias illud idẽ imperium illum
eundem principatũ obtinens,æger, ac iamiam mori-
turus,instãtem sibi mortẽ quum videret, ad eundem
prophetam confugit,tanquã morte potentiorem,ac
vitę largitorẽ?Atqui bello erumpente,Palęstináq; in
tantum adducta periculũ, vt funditus excidenda ef-
set,Iudæorũ reges misso exercitu,missis peditibus,sa-
gittariis,equitib⁹,ducibus,cẽturionib⁹, ad Elisei pre-
ces se receperũt:existimabat enim dei seruũ sibi mul-
tarum myriadũ instar fore. Itidẽ & Ezechias rex bel-
lo Persico cõflato, iámq; ciuib⁹ ipsis pro aris ac focis
in maximũ pertractis periculum,iisq; qui pro mœni-
bus starent,iã trementibus, metuentibus, ac perinde
commotis vt cõmoueri homines solent quoties vel
tonitruũ vel terræmotũ omnia quatientẽ expectant,
Esaiæ preces multis Persarũ milibus oppositum,neque
sua illũ spes fefellit.Nam simul vt propheta manus in
cœlũ sustulit, statim deus sagittis è cœlo missis Persi-
cũ bellũ confecit:reges erudiẽs, eo se loco ipsius mi-
nistros habere debere, vt eos cõmunes esse terræ ser-
uatores existiment,vt hac quidẽ ratione edoceantur
per iustorũ exhortationes, ad omne bonũ atque hu-
manum opus inuitati,tum cõsilia reuereri,tum bonis
admonitionibus locum relinquere. Proinde nõ ex iis
solum quæ dixi, vtriusq; discrimen cognoscere licet,
sed si vsu venerit & hũc & illũ deturbari:hoc est, hũc
quidẽ à virtute destitui, illum autẽ regno priuari, ni-
mirũ hic paruo admodũ negocio ad se redit : ac sta-
tim per preces,per lachrymas,per mœrorẽ, per pau-
perũ curã,peccatis absterſis, deintegro facile ad pri-
stinum principatũ recurrit. At rex solio deiectus qui
fuerit,tum demũ multis sanè sociis indiget,multis itẽ
armatis militibus,equis,pecuniis,periculis:deniq; sa-
lutis suæ spẽ in aliis sitam habet. Monachus vero salu-
tem celeriter volũtati suę,studio, ac sententiæ muta-
tioni comitem habiturus est. Regnũ enim cœlorum, Luc.17.
inquit ille,in nobis. Iam mors regi terribilis est, eadẽ
philosopho minime molesta. Eũ em̃ qui diuitias, vo-
luptatem,delicias (quorũ gratia vitam agitare multi
concupiscũt) despicit, necesse est migrationẽ ab hoc
orbe haud ægre ferre. Quòd si & hũc & illũ iugulari
cõtigerit,hic quidẽ pro pietate pericula sibi accerset,
immortalẽ & cœlestem vitam morte sua comparãs.
At rex tyrannũ aliquem,& eum qui imperiũ affectat,
iugulatorẽ suum habiturus est, miserabile, idémque
horrendum post cædem spectaculũ. Adde his quòd
monachus bonorum suorũ affectatores habiturus est
æmulatores ac discipulos, bona ex parte compreca-
tes,vt ipsius similes euadant. At rex multos frustra in
precibus

precibus sermones insumpserit,deũ rogans,vt nemo
existat,qui regnum affectet. Præterea illũ interficere
nullus audeat,nisi si quis existimaturus est impiũ se in
deum futurũ,si eum sustulerit. Huic vero multi iugu-
latores ingruunt,tyrãnidis affectatores. Quamobrem
alter milites adhibet corporis sui custodes, alter vr-
bes precibus suis tanquã muro cõmunit, neminẽ ti-
mẽs,quũ rex perpetuo in timore,cõtinua in cędis ex-
pectatione viuat:secũ enim circumfert auaritiã perи-
culosam,pro qua monachus tutã præ se fert salutem.
Proinde de rebus quę nos in prẽsenti vita circũsistũt,
abunde mihi dixisse videor. Quòd si & certamẽ futu-
rum examinare velimus, monachũ quidẽ videbimus
splendidũ ac cõspicuum rapi inter nubes, ad occur-
sum Christi in aëra exẽplo ducis,& institutoris huius
vitę salutaris,omniumq; virtutũ. At rex,si quidẽ iuste
& humanè imperiũ rexisse visus fuerit suum (hoc au-
tem admodũ rarum est) minorem salutem, minorem
honorem sortietur:nõ enim idem, non, inquam, idẽ
fuerit,bon⁹ rex,& monachus summã in dei cultu cu-
ram ponens. sin autem malum & importunum vixisse
eum constiterit,ac multis malis orbẽ repleuisse: quis
tandẽ enarrare possit calamitates eas quas sustinere
eum videbis,igni exustũ,flagellatum, cruciatum, de-
nique ea patientẽ,quę neq; verbo exprimi, neque re
ipsa tolerari possunt? Hęc omnia reputãtes, atq; edi-
scẽtes,oportet nõ diuites admirari: etenim cõstat ho
rum dominiũ ne tantillũ quidem ad monachi virtu-
tem propius accedere. Ergo vbi conspexeris diuitẽ
veste ornatũ, auro superbum, curru vectum, incessus
magnificos incedentem, ne hominem beatũ dixeris.
Temporariæ enim diuitiæ,& quicquid bonũ esse vi-
detur,vnà cum vita hac corrũpitur. At monachũ vbi
videris singularẽ,humilem,mansuetum,quietum,pa-
cificum,hominem æmulare,fac videare imitator phi-
losophiæ ipsius, fac preceris esse iusti similis. Petite
Matt.7. enim, inquit, & dabitur vobis. Hæc enim verè sunt
bona, salutaria, iusta, propter Christi benignitatem
ac prudentiam : cui gloria & imperium per secula se-
culorum, Amen,

*DOMINO AMANTISSIMO, AC ME-
rito Venerabili patri Matthæo, Frater Ambrosius S.*

EXegisti à me iure tuo senex optime,atq; suа-
uissime, vt exercitij causa aliquid sacrarum
literarũ ex Græco cõuerterem. Aiebas enim
fore optimi auspicij, si huiusmodi monumentis pri-
mitias studiorũ meorũ consecrarẽ,facturumq; rẽ cõ-
uenientissimã voto & instituto meo, si nõ minus stu-
dij,operæ & diligentiæ in transferẽdis nostratis phi-
losophiæ magistris ostenderẽ, quàm fecissent ætate
nostra, hodiéq; facerent nonnulli clarissimi atq; do-
ctissimi viri familiares nostri in cõuertendis externæ
sapientiæ autoribus. Ego itaq; etsi viris illis ingenio,
doctrina,studio lõge inferior sim, nulláq; his ratione
cõferendus:nihil tamen mihi minus integrum existi-
maui,quàm votis tuis, tuæq; adeò rationabili deesse
postulationi:negociumq; istud trãsferendi,fretus ius-
sione atq; autoritate tua, vtinam tam fausтè & felici-
ter,quàm prõptè & obtẽperanter aggressus sum. Sed
cum aliquid transferre cuperẽ, quod proposito no-

stro,& vitæ instituto maxime cõduceret, opus egre-
gium offendi beatissimi Ioannis Constãtinopolitani
episcopi, cui Chrysostomi cognomen oratio aurata
dedit, tres in libros distinctũ. Quo in opere summus
ille vir philosophiam nostrã contra vituperatores &
derogatores omnes,ita magnifice,tantáq; vel oratio-
nis dignitate,vel argumentorum vi,vel sententiarum
vbertate tuetur, vt oĩbus posthac maledicis ora per-
petuo silentio obstruxisse videatur. Id igitur eo libẽ-
tius conuertere institui, quo nostris summę spei ado-
lescentibus,atq; omnibus vbiq; monachis summo &
solatio & vsui fore arbitratus sum : cũ illi causam suã
animaduerterint à præstãtissimo viro ante mille an-
nos,tanta vel cura susceptã, vel elegantia & vbertate
defensam. Præterea plurimorũ qui vitę prẽsentis cõ-
modis & voluptatibus addicti, monasticæ vitæ insti-
tuta carpere nõ desinunt,hoc studio & labore nostro
vel reprimendam audaciam,vel instruendã ignoran-
tiam putauimus. Est enim incredibile quantũ nego-
cij, quid molestiarũ ab eiusmodi hominibus perpeti
cogamur: quantúmq; illi nobis obstrepant, si quãdo
illorũ liberos,aut propinquos,aut alia aliqua ex parte
necessarios,Christi se milites profiteri,atq; in eius sa-
cramenta iurare cupiẽtes, in nostrũ cœtum admise-
rimus. Quod itẽ ferè monasteriis omnib⁹, & religio-
sis congregationibus contingit. Quorũ in manus li-
bri isti si inciderint, nonnihil de irrationabili furore,
& inconsultissima indignatione remittent,& nisi fue-
rint penitus excordes, manus etiam fortassis dabunt,
cum viderint se tot & tam variis doctissimi viri ratio-
nibus conclusos & circumscriptos. Tu itaque mi se-
nior optime & iucundissime, hos libros ita leges, vt
ab ingenio parũ exercitato traductos memineris. In
quibus si quid incõcinnius dictũ offẽderis, offendes
autem plurima,imperitiæ interpretis imputes velim.
Neque enim tantum mihi arrogo, vt putem me elo-
quentissimũ virum pari orationis luce transferre po-
tuisse:imò vero nõ ambigo, quin illum sese longe in-
feriorem,in lingua nostra videri fecerim, cum in sua,
hoc est in Græca, incredibili facilitate & vbertate
fluat. Quibus ego in rebus illũ, si vt erat optimi offi-
cium interpretis,imitari nõ potui,tibi in primis patet
optime imputare debebis, qui immemor virium no-
strarum, eásq; amore potius quàm ratione metiens,
rem doctissimorũ hominum ab imperito requisisti.
Ego enim cum tuã istam iussionẽ mihi minime sper-
nendã,seu detrectandam arbitrarer,malui in me elo-
quentiam desiderari,quàm fidem. Esset enim profe-
cto parum grati, & minime officiosi animi, huiusmo-
di abs te iniunctũ munus recusare, cum Græcas ipsas
Latináq; literas tuo potissimum beneficio & auxilio
sim consecutus. Cordi vero est, si hoc exercitationis
genus gratum tibi esse cognouero, siq; tua fuero au-
toritate confirmatus, gratiúsque ocio nostro consu-
lueris:nonnulla etiam eiusdem viri monumenta (sunt
autem ferè innumerabilia) simili studio ac labore cõ-
uertere, tuóque dicare nomini, vt hoc vel minimo
officio, incredibili in me amori tuo satisfaciam : ita
tamen,vt pro isto qualicunque labore meo,amplissi-
mum semper orationum tuarum munus abs te re-
posci intelligas.

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constãtinopolitani aduersus vituperatores vitæ monasticæ liber primus, *Ambrosio Camaldulensi interprete.*

CVm templum illud peruetustum &
percelebre,quod Hierosolymis fue-
rat, multis annis euersum atque solo
adæquatum, longissima captiuitate
redeuntes erigere, atque instaurare
Hebræi cuperent:tum vero feri qui-
dam, ac Barbari, immanésque homines, quos neque
tantę virorũ cladis misericordia vlla subierat, ex qua
sero se tandem, vixq́; receperant, neque diuinæ ani-
maduersionis metus admonuerat,quæ solet eiusmo-
di audaces ac facinorosos euestigio subsequi : primũ
quidem per seipsos nitebantur, cœptæ eos ædifica-
tionis studiis arcere.Cum vero nihil proficerent datis
ad regem suum literis, in quibus ciuitatem illam de-
fectionis,nouarúmque rerũ studiosam,ac bellicis re-
bus assuetam appellabant,persuaserunt tandem,vt si-
bi eiusce impediendi ædificij facultas omnis permit-
teretur. Hac igitur accepta potestate,cum ingenti e-
quitum manu viros adorsi interruperunt opus inte-
rim. Et elati, inquit, ea victoria gloriabantur : qui si
quid sibi cordis fuisset,ingemiscere ac lugere debue-
rant, nihílq; posthac eiusmodi moliri : verum id erat
profecto exordium quoddam,atque principium eo-
rum quæ se protinus apprehensura erãt malorum.O-
pus enim illud proficiebat indies, egregióq; succes-
su,& præclaro fine claudebatur. Tum interim illi di-
dicerũt,ac per illos vniuersi,quòd nõn homines pro-
fecto oppugnare perrexerant, neq; Mithridates mo-
do tunc,aut alius quispiam, sed quisquis omnino eis
hominibus aduersus infestúsq; esse maluerit, qui bo-
ni aliquid agere instituunt,ipsum potissimum qui per
illos honoratur,deũ oppugnare contendunt. Is autẽ
qui aduersus deum bellare instituit, clementiori fine
desinere nũquam penitus valebit:aut is qui eiusmodi
est,initio quidẽ facinoris, nihil fortasse patietur ma-
li,deo illum ad pœnitentiam vocante, atque admo-
nente,veluti ex quadam ebrietate resipiscere.Sin ve-
ro in hac amentiæ suæ temeritate perstiterit, nihílq;
ex tanta clementia diuinæ patientiæ fuerit lucratus,
certe vel aliis summa conferet emolumẽta, pœna sua
erudiens,atque admonens, nunquam prorsus vlla ex
ratione aduersus deum pugnare instituere, quòd im-
possibile sit,excelsam illã inuictámq; effugere manũ:
denique eiusmodi statim illos apprehẽsos inuoluerũt
clades, quæ magnitudine sua tragœdias omnes vin-
cerent.Post enim ingentẽ illam stragem, atque innu-
meras cædes, quas in illos eorum qui tunc prohibe-
bãtur exercuere manus,madescebat altissime cæsorũ
sanguine infecta humus, lutíq; plurimũ ex eo cruore
gignebatur.Corporibus autem equorũ,atque homi-
num simul mixtis,eorúmq; vulneribus inuicem se tã-
gentibus,atq; comprimẽtibus,tanta vermium,tamq́;
incredibilis multitudo gignebatur,vt cum terra mul-
titudine cadauerũ operiretur,hæc eadem rursus ver-
mibus absconderentur.Diceret profecto qui tunc lo-
cum illum vidisset, non inferius subiecta mortuorũ
corpora,verũ fontes esse quamplures,plurimis ex lo-

A cis emanantes genus illud animantiũ: adeò omni in-
undatione vehementius ex putredine illa exundabat
ingens vermium vis. Atq; id non per dies decem,aut
viginti factũ est,sed per plurimum tẽporis.Et ea qui-
dem quæ hic perpessi sunt,eiusmodi fuere: quæ vero
illos in futurũ manent,longe his acerbiora sunt & di-
riora.Neque enim mille annis,aut decẽ milibus, non
bis terq; totidẽ,sed infinitis seculis, animata tũc cor-
pora tormenta illa cruciatúsq; sempiternos sustine-
bũt.Quæ quidẽ vtraq;,tum Esaias beatissimus,tũ ad-
mirabilium visionum speculator Ezechiel nouit.Qui
eiusmodi hominũ inter se distribuentes cruciatum,
alter quidẽ præsentis temporis,alter vero futuri sup-
plicia prosecuti sunt. Atque ego horum non frustra,
nec sine certa ratione modo mentionẽ feci. Nã pro-
fectus ad me quidã mihi admodum familiaris, nun-
cium attulit plenũ amaritudinis,anxietatis,mœroris,
B atque ingentis aduersus deũ contumeliæ. Quosdam
enim esse homines,qui hodiéq; fere eadẽ, ac prorsus
simillima barbaris illis facinora auderent,quin multo
quoq; immaniora.Eos enim qui ad philosophiã hor-
tari pergunt,vndiq; exagitare, expellere, extermina-
re,eisq; sub ingẽtibus minis interdicere,ne quid om-
nino tale vnquam aut loqui,aut docere aliquẽ prę̃su-
mant.Hæc ego cũ audissem, vehementer commotus
exclamaui protinus,cúmq; qui ista prosecutus fuerat,
solicite,ac iugi interrogatiõe compellabã, ludóne,vt
sæpe fit,an serio ista loquereẽ?Minime vero,inquit il-
le.Nunquã enim ioco ista cõfingerem, aut loquerer,
quæ plurimi redemissem,votisq; omnibus exoptauis-
sem,ne nunc quidem quando facta sunt,vel sola aure
percipere. Tũ vero summo dolore affectus, atque a-
crius ingemiscens:ista,inquã, profecto tanto scelera-
C tiora eis sunt,quæ Mithridates illiq; omnes peccaue-
runt,quanto templum hoc nostrũ illo est purius,ho-
nestius,sanctius.Sed quínam isti, quæso te, aut vnde
sunt,qui talia præsumũt?Vt quid, quáve ex causa, vel
ad quem finẽ respicientes,lapides in sublime iaciunt,
teláq; in cœlũ iaculantur,atque aduersus deum pacis
pugnare contẽdunt?Sameas enim,& Pharatei,Assy-
riorum principes, omnésq; reliqui & barbari erant,
quod ex ipsis nominibus manifestũ est, & longe aliis
quàm Iudæi moribus degebant:nolebántq; vicinos,
adiunctósq; sibi homines multiplicari, quum illorũ
vires fore vt suam potentiã obscurarẽt atque deiice-
rent,arbitrarentur. At vero isti quánam sibi adempta
seu imminuta libertate,quánã sublata quiete ac tran-
quillitate, quibúsve principibus nixi tale facinus ad-
mittere ausi sunt?Illi em̃ Persarũ reges habuere, quo-
D rum autoritate atque consilio ista gerebant: at vero
nostri contraria his penitus, vt mihi quidẽ ipse per-
suadeo, & cupiunt,& optant. Itaq; vehemens me te-
net hæsitatio,quòd regib⁹ sub pietate degẽtibus,hęc
tu tam nefaria scelera mediis in ciuitatibus fieri asse-
ris,Quid vero,inquit ille, si his quoq; mirabiliora di-
diceris?Ipsi enim illi qui ista peragũt, & pios se videri
volunt, & Christianos appellari. Plurimi autẽ ex his
iam etiam initiati sunt. Audiui ego ex his quendam
diabolico spiritu vehementer instinctum, qui lingua
sua iniquissima atque nefaria se à fide recessurum, &
idolis immolaturũ dicere auderet: dirumpi enim se,
ac penè suffocari iracundia, intuentẽ homines libe-
ros,nobiles,copiis omnibus locupletes,vitámq; deli-
ciis plenam degere valentes,ad hanc seueritatẽ vitæ,
duritiámq; propositi abduci, atque nolẽtes pertrahi.
Tum

Tum ego his auditis, acerbiori atque diriori vulnere
percussus sum,& ex hoc vno, mala iã omnia coniici-
ens,orbem simul flebã vniuersum, atq; ad deũ ipsum
conuersus dicebam:Tolle animam meam à me,& de
necessitatib⁹ erue me,& ex hac vita morti obnoxia li-
bera me:atque ad illũ locũ transfer, vbi nec alius ali-
quis quicquã eiusmodi loquetur,neq; ipse loquẽtem
audiam.Noui equidẽ, quòd hinc excedentem exte-
riores excipiẽt tenebrę,vbi fletus ingẽs erit,ac stridor
dentium.Verum mihi longe iucundius & gratius est,
dẽtes audire stridẽtes,quàm ista verba resonãtes.Vi-
dens autẽ me ille vehementissime lugentem,ac animi
furore confectũ,non,inquit,hæc modo tẽpus poscit:
neq; enim his lachrymis eos qui iã perierunt,& quo-
tidie pereunt recuperare vnquã poteris: nec em̃ reor
perniciem istam finem habituram. Magis vero quod
nostræ partis munus est,prouideamus diligẽter,qua-
tenus rogũ istum extinguamus,finémq; pesti tam im-
mani statuamus. Quòd si mihi morẽ gerere volueris,
his fletibus omissis,literis tuis eos omnes admonebis,
qui eiusmodi sunt,quíq; contra suã cunctorũq́; simul
hominum salutẽ seditionis turbines excitãt. At ego
hoc assumpto libro medicaminis cuiusdam vice eius-
modi hominibus legendum tradam.Sunt enim mihi
ex his pleriq; coniuncti amicitiis, qui patienter & se-
mel,& bis,& sæpius perlegẽt:atq; celeriter, vt certus
sum,hac liberabuntur peste. Tu quidẽ, inquam,cha-
ritate tua vires etiam metiris nostras,'mihi vero nulla
ferè vis dicendi inest:& ea quæ inesse videtur, in hac
præsertim materia vti vehemẽter piget.Vereor enim
cum cæteros,tũ maxime gentiles omnes, quíq; mo-
do sunt,& qui posthac futuri sunt:quorũ ego non se-
gnius vitæ,morumq́; negligẽtiã,quàm doctrinę per-
uersitatẽ semper arguere & carpere solitus, timeo ne
ipsi nostra per me modo doceantur mala.Nam si qui
ex illis fortè persẽserint,esse apud Christianos quoq;
genus hominum adeo virtuti ac philosophiæ inimi-
cum,vt non modo eius gratia laborare negligant,ve-
rum ne vllum quidem verbum de his fieri sinant: nec
isto saltem insaniæ furore contẽti, si quis hæc consu-
lere vel loqui perrexerit, hunc exagitẽt, hunc vndiq;
exturbẽt:Hæc,inquam,illi si compererint: vereor ne
tandẽ ne homines quidẽ nos esse existimẽt, sed feras
beluas,ac portẽta horrẽda, humanæ formæ liniamẽ-
tis adumbrata,dęmonésq; noxios,atq; naturę cõmu-
nis inimicos:nec de his modo qui rei sunt, verum de
vniuersa gente nostra hanc profecto sententiam fe-
rent.At ille ridens,ludis ipse planè,inquit,ista dicens.
Ego em̃ opportunè te ista cura leuabo.quid enim ve
reris,ne ex verbis tuis id addiscãt,quod dudum ex o-
peribus ipsis vniuersi didicerunt? Nã velut nequissi-
mus aliquis spiritus omnium simul animos occuparit
atq; expleuerit, per cunctorũ ora hæ fabulæ sermo-
nésq; vertũtur.Si enim vel in forũ te contuleris, aspi-
cies tum in tabernis medicorum, tum in qualibet vr-
bis parte, vbi sedẽ habere solent hi qui nihil operari
volunt,ingentẽ risum ab omnibus moueri: risus autẽ
huius & comœdiæ materia omnis est eorum quæ ad-
uersus sanctos viros gesta sunt, iucũda ac festiua nar-
ratio. Vt enim generosi quidam, atq; insignes bella-
tores,qui multas pugnas confecerint,hostesq; sępius
fuderint,gesta sua fortia narrare gaudent:ita & isti in
suis facinoribus gestiunt,hísq; ornari se putãt.Deniq;
audies hũc dicentem: Primus ego manus in illũ mo-
nachũ inieci,eúmq; verberibus affeci. Alius vero re-

A fert: at ego ante alios illius cellulam inueni. Econtrà
alius:ego vero omnibus magis iudicẽ aduersus illum
concitaui. Alius carcerẽ, carcerisq; supplicia prose-
quitur,quódq; per forũ sanctos dei traxerit,laudis in
parte constituit, alius itẽ aliud : deinde simul omnes
cachinno sublato super his gaudent,exultant, trium-
phant. Atq; hæc quidem in consessibus Christiano-
rum fiunt.Gentiles vero & hos irrident, & qui ab his
irridentur:hos quidem quòd inique egerint,illos au-
tem quòd male affecti sunt,cunctáq; prorsus quasi in-
testino quodã bello cõpleta sunt : quin multò quoq;
istud atrocius bellum, quàm illud est.Nam qui bellũ
illud bellauerint,quoties eius postmodũ illis in men-
tem venerit,eos qui id mouerunt,authorésq; fuerunt
ciuilis discordiæ,maledictis omnibus insectãtur,ma-
láq; illis imprecantur omnia, dæmoni cuidã iniquis-
simo cũcta,quæ in illo gesta fuerint,accepta referũt,
B Et ibi quidẽ tanto ampliore quisq; suffunditur pudo-
re,quanto maius quàm cæteri facinus aliquod admi-
serit. Isti autẽ suo scelere atq; audacia se ornatos exi-
stimãt. Neq; idcirco tantũ hoc bellũ illo sceleratius,
atq; funestius est,quòd aduersus sanctos & innocẽtes
viros,& qui neminem penitus iniuria lacessierint, fit:
verũ quòd aduersus eos fit,qui nulli nocere, aut ma-
le facere nouerunt,pati vero tantũmodo parati sunt.
Tum ego,cohibe,inquam,te quæso cohibe,satis iam
eiusmodi narrationũ, quibus nisi me enecare mauis,
saltem modicũ hoc virium quod superest mihi relin-
quens, missum me facito. Equidẽ libenter mandatis
tuis obsequar: tu tantũ nihil nobis amplius eiusmodi
enarres, sed abiens precare, vt disiecta atq; dissipata
mœroris nebula momenti aliquid, atque adminiculi
accipiam ab illo qui oppugnatur deo, in eorũ qui se
C oppugnant medicinã atque sanitatẽ. Dabit autem id
penitus,quippe clemẽtissimus cũ sit,malítq; conuer-
ti peccatores,ac viuere,quàm emori.Sic itaque illo à
me dimisso, scribendi negociũ hoc protinus arripui.
Nempe enim si hoc tantũ malũ esset, atque in eo to-
tius rei cardo versaretur, quòd sancti illi, atq; admi-
rabiles viri traherẽtur, affligerentur, excruciarentur,
necarẽtur,abducti ad iudicia,atq; cęsi,cęteráq; id ge-
nus perpessi,quę modo enarraui:nullũq́; ex his detri-
mentũ in eorũ conuerteretur caput,qui eiusmodi fa-
cinorosi sunt,in tantũ abesset,vt in his dolore aliquo,
aut mœrore cõmouerer, vt etiam iucũdissime atque
vbertim riderem.Nam & infantes pueri quoties qui-
dem sine suo periculo feriũt matres,risum illis vel co-
piosissimũ mouent : quantóq; vehemẽtiore cum ira-
cundia percusserint,tanto maiore illas voluptate affi-
D ciunt, ita vt effundantur sæpius, atq; incuruentur, &
penè dirumpãtur risu:sin vero dum id iugiter infans,
ac validius facit, vulneretur aliquando siue acu circa
zonã tunicæ matris affixa,siue radio maternis pecto-
ribus appenso, ferientis manũ excipiente : tunc vero
tunc omisso risu mater,maiore,quàm is q̃ vulneratus
fuerat, atq; acriore dolore constringitur, & interim
quidem curat,fouet atq; alligat vulnus : ex hinc vero
maximis minis,ne quid iã tale agat,interdicit,ne rur-
sus patiatur eadẽ.Itaque & nos idipsum fecissemus,si
puerorũ hanc esse iracundiã conspiceremus, aut esse
hanc infantium plagam, nec summã illis perniciem
inferentẽ.Quoniam vero post modicũ, & si ipsi mo-
do nõ sentiant, furore scilicet atq; amentia præcipi-
tes,ingemiscent,flebũt & lamentabũtur:nec eius mo-
di fletum flebunt,cuius infantes pueri,sed eum qui in
exteriori

Universidad de Deusto
Biblioteca

exterioribus tenebris, ignique inextinguibili agitur: A
paria item matribus faciamus, hoc tantū ab eis diffe-
rentes,quòd nos nō cum interminatione aut iniuria,
vel contumelia,vt illæ faciunt,verū blandiſſime,ſum-
máq; cum lenitate ac māſuetudine pueros iſtos allo-
quemur. Nēpe quòd ſancti illi viri nihil ex huiuſmo-
di lædantur, nihílque omnino detrimenti patiantur,
quinimo & merces illis copioſior, & fiducia maior
augeatur. Si quidē futura bona adduxerimus in me-
diū,atq; ex his trahere argumēta voluerimus,affatim
fortaſſe ridebitis:quippe qui eiuſmodi riſum ſemper
ex inſtituto veſtro ridere ſoleatis:his tamen,quę ante
oculos ſunt,quę tenētur,profecto creditis,etiā ſi mil-
lies ridiculoſi eſſe perſtiteritis:neq; enim his fidē non
habere poteritis,ne ſi volueritis quidē, rebus ipſis ita
eſſe clamātibus. Neronē prorſus ex fama nouiſtis:vir
enim impudicitia,ſceleribúsq; omnibus inſignis fuit, B
primúſq; ac ſol⁹ in tāto imperij culmine,nouos quoſ-
dam laſciuiæ, flagitij, atq; turpitudinis modos exco-
gitauit,exquiſiuit,inuenit. Hic itaq; Paulo beatiſſimo
(vno enim eodémq; tempore vitam iſtam agebant)
eiuſmodi ac prorſus ſimillima crimina obiiciens his
quæ vos modo ſanctis viris obiicitis, Pellicē enim e-
ius,quam ille deperibat,atq; in deliciis habebat, cum
induxiſſet fidei ac religionis ſacramēta ſuſcipere,per-
ſuaſerat vnà inceſtū illū impurumq; congreſſum de-
clinare:hæc,inquā,ille crimina obiectans, corrupto-
rémq; nequā,flagitioſum atq; nebulonē, & his ſimi-
lia,quæ vos modo perſtrepitis, Paulū vocitans, pri-
mū quidē coniecit in vincula:cū vero vt puellę eiuſ-
cemodi monita atq; cōſilia dare deſineret,illi perſua-
dere nō poſſet,necauit tandē. Quid igitur ex hoc vel
detrimenti ei contigit,qui paſſus eſt mortē,vel emo- C
lumenti ei qui intulit mortē? Imò vero quid nō emo-
lumenti fuit tunc necato Paulo? quid non detrimēti
necanti Neroni? Nónne vt præſentia tantū interim
loquar,alter ex his vbiq; ꝑ orbē terrarū canitur, atq;
laudatur:alteri⁹ vero tanquā reuera corruptoris,per-
ditiſſimíq; ganeonis, dæmoníſq; cuiuſdā ferociſſimi
nomen carpitur,probríſq; omnibus apud omnes affi-
citur? ea vero quæ in futurū contingent, etſi vos mi-
nime credatis,propter eos tamē qui credunt,neceſſe
eſt me dicere:quanquā ex his quę coram ſunt,quę vi-
dentur,illis etiā credere debueratis. Verum vos quo-
quo animo iſta acceperitis,dicent̄ à nobis,nec occul-
tabuntur. Quænā ergo illa erunt? Infelix quidem ille
& miſerrimus,ſqualore ac ſordibus obſitus,confuſio-
níſq; caligine replet⁹,mœrēs,triſtis,demiſſus,anxius,
eo abducet̄, vbi vermis immortalis eſt, igníſq; inex- D
tinguibilis: Paulus vero beatiſſimus ingenti cū gloria
atq; confidentia,ad ipſum adſtabit imperatoris ſoliū,
clariſſimo fulgore radians,tantáq; amictus ac tam in-
ſigni hilaritate,vt angelis ipſis atq; archāgelis in nul-
lo inferior ſit, tantámq; recipiet mercedē, quantam
recipere par eſt hominē q̄ pro deo, deiq; legibus, ac
ſcitis, ſeipſum atq; animā ſuā deuouerit, expoſuerit,
dederit. Ita enim ſe res habet,parata quidē eſt his,qui
ſe in recte factis exercent, ingens præmiorū retribu-
tio:maior tamen ea fit atq; auctior, quoties qui bona
iſta operantur, etiā pericula ſubierint, neque fuerint
vlla ignominia,vllóq; dedecore, quò minus id quod
recte inſtituerant, proſequātur impediti. Nā & ſi re-
cte quodlibet factū nihilo deterius ſit in eo qui ſine
labore id perfecerit, honores tamē & coronæ pares
profecto non erunt. Nā & in bello coronatur quidē
qui ſigna contulerit,hoſtémq; fuderit:lōge tamē illo
glorioſius,q̄ & vulnera prę ſe fert,per quę fuſi hoſtes,
victoriáque parta eſt. Quid autē hoc de viuentibus
dico, quandoquidem & hi qui hoc tantum dederint
virtutibus indicium, vt in bello præclare occumbe-
rent,nihilque commodi vel emolumenti ciuibus ſuis
aut patrię morte ſua pepererūt, tāquā rectores & cō-
ſeruatores ciuitatū prædicātur vbiq; per omnē Grę-
ciā? Quanquā vos iſta quoq; ignoratis,riſui & deliciis
dediti ſemper,& voluptatib⁹ addicti: ſin autē gētiles
homines,nihílq; ferè ſanū ſentientes,iſtud conſpica-
ri potuerūt, ſummíſq; honoribus eos proſecuti ſunt,
qui pro ſe,ꝓ patria,pro liberis ſuis mortē obierūt,ni-
hílq; præſtiterūt amplius pręter indicia beneuolētię,
egregiæq; in patriam ſuam voluntatis: quanto magis
Chriſt⁹ hoc faciet,eóſq; vbiq; q̄ propter ſe periclitā-
tur,largiſſimis effuſiſſimíſq; munerū pręmiis augebit?
Non enim ille perſecutionū tantum, aut verberum,
carceríſve,vel necis,aut cædis mercedē ſtatuit: verū
nudæ quoq; contumeliæ, verbíſq; iniurioſis præmia
perſoluit ingentia. Beati enim, inquit, eritis cum vos Matt.5.
oderint homines,& cū ſeparauerint vos,& exprobra-
uerint, & eiecerint nomē veſtrū tanquā malum pro-
pter filiū hominis:gaudete in illa die & exultate:ecce
eñ merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Si igitur & pa-
ti & audire, male patiētibus atq; audiētibus pręmio-
rum incremēta cumulóſq; largitur: quid obſtat quo
minus talia fiāt,nō iſtis ſanè, ſed eis q̄ male & faciūt,
& dicūt,proſpicit: his enim ferè etiam nocet,merce-
dis illis partē maximam abſcindēs, cauſámq; ac ma-
teriam gaudiorum,clariſſimarunq; coronarum aufe-
rens. Quocirca hæc etiā omittere ſatius fortaſſe fue-
rat, ne quid inſtituti cœleſtis æmulis detrimēti affer-
remus, ex quibus profecto incredibile eſt quantas &
quàm ingentes bonorū copias, quantumq; confidē-
tiæ conſequantur. Verū, quia ſumus inuicem mēbra,
& ſi iſti etiam oblatā gratiam ſuſcipere abnuant, mi-
nime cōuenit ita affectis,vt nos ſumus,vnius membri
curam habere,alterū negligere. Nanque ſanctis illis,
& ſi modo minus affligantur, alia probitatis occaſio
ſuppetat,qua & eorum virtus eluceat,& æternis præ-
miis afficiātur:iſtis vero niſi ab hac pugna deſtiterint,
nulla iam ſalutis ſpes relinquitur. Itaq; noſtris illis o-
miſſis,ad vos redeo, oróq; & obſecro precib⁹ noſtris
obtēperetis,nec vltra cōtra voſmetipſos,atque in ve-
ſtram perniciem ferrū impellatis, neu calcitretis ad-
uerſus ſtimulos, ne dū putatis mœrore homines affi-
cere,ſpiritū ſanctum contriſtetis. Scio equidē,& pla-
nè perſuaſum habeo,quia ſententiā hanc noſtrā, atq;
conſiliū,& ſi non modo, certè paulo poſt probabitis
atq; laudabitis. Cæterū iſtud nunc malo vos facere, Luc.16.
ne poſtmodū id fruſtra faciatis. Nam diues ille qui-
dem cum hanc vitam degeret, prophetas & leges, le-
gíſq; monita fabulas eſſe & deliramēta quædā exiſti-
mabat: cū vero vita exceſſiſſet, adeo in admiratione
atq; honore ea habuit, quæ antea velut inania & fri-
uola irriſerat,vt cū planè intelligeret, nihil ſe cōmo-
di ex eius laudib⁹ cōſequi poſſe, patriarchā orauerit,
vt aliquē ab inferis mitteret,qui ea quę ibi gererētur,
in terris annūciaret:id ſcilicet veritus, ne & ipſi pate-
rentur eadem, atq; ſcripturas interim ſacras irriden-
tes, tunc eas admirari inciperent, cum ex ea admira-
tione & honore nihil emolumēti conſequi valerent.
Et certe nihil ille tale egit,quale vos. Ipſe eñ & ſi ni-
hil ex ſuis cōmunicauit Lazaro:non tamē eos qui id
agere

agere vellēt,prohibuit,aut afflixit,aut repulit,vt mo- A
do vos facitis. Neq; hinc modo illū crudelitate, atq;
immanitate ſuperatis,verum aliunde quoq;. Sicut eñ
par ac ſimile facinus non eſt, nihil quempiā boni fa-
cere, & alios facere volētes ꝓhibere:ita profecto ſi-
mile nō eſt, cibū carni moriturę denegare, & eū qui
philoſophiæ vehementiſſimā patiatur eſuriē,ne ab a-
liis quidē paſci ac recreari permittere. Itaq; duab⁹ ex
partibus ſæuum illum atq; immanē diuitem crudeli-
tate viciſtis, quòd & alios ꝓhibeatis famē extingue-
re:quódq; cum animā ſuffocari videatis,tanta oſten-
ditis immanitatis indicia,vt ne aliis quidē opem fer-
re volentibus, libere id per vos fieri liceat. Eiuſmodi
ſcelus aliquando Iudæi quoq; admittere auſi ſunt,cū
apoſtolos ne viā ſalutis homines docerent, vehemē-
ter perterrere vellent: quos tamen & ipſos iniquitate
tranſcēditis. Illi enim cum ſe palā profiterentur ini-
micos,vniuerſa illa gerebant:vos amicorum perſonā B
quandam atq; adumbratā aſſumētes imaginem, ini-
micis omnibus deteriora molimini. Verberibus illis,
atque contumeliis tunc ſanctos illos viros afflixerūt,
infamiáq; & probris affecerunt,magos eos atq; ſedu-
ctores appellantes: verū illos eiuſmodi cōtinuo cor-
ripuere clades, vt nulla iā penitus calamitas ſit, quæ
poſſit eorū caſibus vlla ratione comparari. Itaq; pri-
mi & ſoli ex omni hominum memoria ea paſſi ſunt,
quæ modo memorabim⁹. Atq; horū certiſſimus prę-
Matt.24. nunciator ipſe Chriſtus eſt,ſic dicēs:Erit vexatio ma-
gna,qualis ab initio ſeculi nō fuit,neq; poſt erit. Igi-
tur ea quidē omnia quæ illi paſſi ſunt, proſequi, non
huius eſt tēporis:pauca tamen ex multis ſtrictim bre-
uitérq; neceſſario dicenda ſunt. Verbis autē vtar nō
meis,ſed Ioſephi hiſtoriographi Iudæi hominis,q̄ eā
hiſtoriam conſcripſit diligenter. Quid ergo ait ille? C
Cum enarraſſet incenſum templum, cōmunéſq; illos
De bello Iudaico li.7.ca.7. & 8. caſus enunciaſſet, ita intulit: Et templū quidem hoc
in ſtatu erat,eorū vero qui per ciuitatem fame occū-
bebant,infinita penè cadebat multitudo,atq; inenar-
rabiles continebat clades. Nā per vnamquanque do-
mum,ſicubi ciborum veſtigium vllum fortè appare-
ret,bellum inerat, atque aduerſum ſe inuicem manus
conſerebant,qui hactenus erant amiciſſimi,ac infelix
animę viaticū eripiebāt,ne morientibus quidē,quòd
cibo indigerēt,fides habebatur: ſed eos quoq; q̄ ani-
mam efflabant,latrones perſcrutabātur,ne quis fortè
ſimulata morte cibū ſinibus occuluiſſet. Alij vero fa-
me hiātes, canum inſtar rabie furentiū, ſpe omni de-
ſtituti ferebātur,amētia præcipites, atq; oſtiis impin-
gebant,vt ebrij. Præ deſperatione autē, & quòd ali-
quid ſemper inuenire ſe poſſe exiſtimarent, in eandē D
domū vna hora bis térq; irrumpebant. Cuncta vero
ſubigebat dētibus ſæua neceſſitas,& ea quę ne ſordi-
diſſimis quidem, & brutis animantibus vſui fuiſſent,
legentes manducare ſuſtinebant. Ne cingulis quidē
ipſis,atq; calciamētis poſtremo abſtinuerunt, ſcutíſ-
que detracta coria mandebāt. Eſca autē, inquit, erat
fœni laceri quod reliquū inueniri poterat. Purgamē-
ta itē cuiuſque rei nonnulli colligentes, minimū eo-
rum pōdus atticis quatuor vendebāt. Et quid me ne-
ceſſe eſt famis improbitatē in rebus inanimis perſe-
qui? Opus vnū eius enarrare pergo, quod neq; apud
Græcos,neq; apud Barbaros cōtigiſſe vnquā memo-
ratur,dictu horrendū,atq; incredibile auditu. Atque
ego ne viderer portēta confingere,calamitoſiſſimum
hunc caſum libēter miſſum facerē,niſi plurimos eius
haberē teſtes. Prętereáq; patrię friuolam,& planè le-
uem gratiam referrē,ſi quę rebus illa paſſa eſt,ea ver-
bis ſupprimere atq; ſubducere hiſtorię conarer. Mu-
lier quædā fuit ex his, qui ſupra Iordanē incolebant,
Maria nomine,patre Eleazaro, caſtello Bethezo,qđ
ſignificat interpretatū, domū hyſſopi, genere & di-
uitiis inſignis. Hæc vnà cū reliqua multitudine Hie-
roſolymā cōfugerat,ac ſimul obſidebatur:cuius om-
nem ſubſtantiā tyranni diripuerant,quam ſecum do-
mo aſportauerat,atq; in oppidū intulerat. Cæterum
reliquias reconditorū omnes, & ſi quid eſculentum
præparaſſet,ingreſſi quotidie ſatellites diripiebāt. Di-
ra autem atque acerba indignatio ſubibat mulierem,
ac frequēter conuiciis & maledictis omnibus rapto-
res proſequens,cōtra ſeipſam magis irritabat: cū ve-
ro nullus eam,neq; miſerans, neq; ira concitatus oc-
cideret,cibóſq; alios inuenire laboraret,eſſetq; iā pe-
nitus difficile quicquā reperire,faméſq; præterea per
viſcera & medullas ſerperet,ac fame ipſa vehemētius
ardēs incitaret indignatio, iracundia ſimul & neceſ-
ſitate dictante conſiliū,naturam ipſam violare profi-
ciſcitur: filiúmq; arripiens (erat autē illi paruulus, &
ſugens vbera)infelix,inquit,puer,cuinā te in bello,&
fame,& ſeditione ſeruabo? Nēpe enim à Romanis,&
ſi vixerim⁹,ſeruitus nos manet:anticipat autē ſeruitu-
tem fames,inſtant ſæuiores vtriſq; graſſatores. Perge
igitur,mihi cibus eſto,graſſatorib⁹ furiarū tæda,om-
niq; mortaliū generi fabula,quod ſolū Iudæorū cala-
mitatibus deeſt. Atq; hæc dicēs,necat filium: indéq;
illum coquēs,ipſa dimidiū comedit, partē reliquam
operiēs ſeruabat. Adſunt continuo graſſatores, nefa-
rio nidore attracti,comminantúrq;, ni quod paraue-
rat,in conſpectū daret,eā ſe ſtatim necaturos. At illa
cum partē illis bonā ſeruaſſe ſe diceret,nati reliquias
aperuit:tum illos protinus horror ingens ceperat, ac
mentiū ſtupor, atq; ad aſpectū ipſum diriguērant, &
velut ęnei defixi ſtabant. Tū illa,meus, inquit, eſt na-
tus,iſq; chariſſimus,meūq; iſtud opus eſt. Edite,quid
cunctamini? nāq; & ipſa comedi:nolite fieri neq; mu-
liere molliores,neq; matre miſericordiores. Quòd ſi
vos reueremini,hoſtiámq; meā auerſamini,ſiue opus
execramini, ego quidē manducaui, quódq; reliquū
eſt,mihi manebit. Poſt hęc illi quidē trementes exie-
rūt:hac vna tantū in re timidiores, eáq; ſolā eſcā ma-
tri concedētes. Tāti ſtatim ſceleris fama ciuitas tota
repleta eſt,eáq; cladē, adeóq; miſerandū facinus ſibi
quiſq; ante oculos ponebat,idq; non ſecus, ac ſi ipſe
admiſiſſet,abhorreſcebat. His autē q̄ fame cruciabā-
tur,mors votis omnib⁹ expetebatur,eáq; ſibi nōnulli
conſciſcebāt: beatiq; cunctorū voce dicebātur hi q̄
priuſquā eiuſmodi facinus audiſſēt,aut vidiſſent,vita
exceſſerāt. Nec mora,Romanis quoque ea calamitas
annunciata eſt. Ex his autē partim nō credebant, nō-
nulli rē miſerabantur,plurimi vero in odiū ipſius gē-
tis etiā vehementius animati ſunt. Hæc autē atq; his
multo quoque atrociora illi paſsi ſunt:nō modo quia
Chriſtum cruci ſuffixerunt, ſed quia poſtmodū apo-
ſtolos ea loqui prohibebāt,quæ ad ſalutē noſtrā per-
tinerent. Quod profecto beatus Paulus illis crimini
dans,hęc eis prænūciauit euentura mala,dicens:Per-
uenit enim ſuper eos ira in finē. Et quid hæc, inquit, 1.Theſſ.2.
ad nos? neq; eñ illos à fide abducimus, neq; à prędi-
catione. Quid eñ, quæſo, fides conferet emolumen-
ti, ſi vita ſyncera nō fuerit & pura? Verum vos & iſta
fortaſsis neſcitis, quibus noſtra ferè omnia & igno-
ta ſunt

Universidad de Deusto Biblioteca

ta ſunt & inaudita.Itaq; vobis neceſſario Chriſti ſen-
tentias ſummatim numerabo : vos autẽ caute & dili-
genter obſeruate,vtrúmne ſemper de fide ac dogma-
tibus diſputet,próq; his tantũ ſupplicia decernat,niſi
integra ſeruetur: an vero vitã ipſam quoque , ac mo-
res improbos caſtiget aliquando.Cũ enim in montẽ
conſcendiſſet, videns innumerã circunfluentem , ac
ſe circunſtantem multitudinem,talia monita edebat.
Matt.7. Non omnis qui dicit mihi domine,domine,intrabit
in regnũ cœlorũ,ſed qui facit voluntatem patris mei.
Item:Multi dicent mihi in illa die:domine,nónne in
nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo dęmo-
nia eiecimus , & in tuo nomine virtutes multas feci-
mus?Et tunc confitebor illis:recedite à me, qui ope-
ramini iniquitatem,nõ noui vos. Eum vero qui audit
ſermones meos,& nõ facit,ſimilem eſſe dixit homini
fatuo,qui domũ ſuã ſuper arenã conſtruit , eam vẽtis
& fluminibus & pluuiis labefactandã, ac diruendam
parat.Item cum alio in loco concionaretur:ſicut, in-
Matt.9. quit,piſcatores cũ ſagenã traxerint, malos piſces ab-
iiciũt:ita erit in illa die,angelis eos omnes qui pecca-
uerint.in fornacẽ iactantibus.De flagitioſis quoque,
& impuris hominibus cũ loqueretur, aiebat : Et illuc
abibũt,vbi nec vermis eorũ moritur,nec ignis extin-
Matt.26. guitur.Et rurſũ:Rex,inquit, fecit nuptias filio ſuo , &
cum vidiſſet hominẽ indutum veſtibus ſordidis , ait
ad eum:Amice,quomodo huc intraſti nõ habens ve-
ſtem nuptialem?At ille obmutuit.Tũc dicit miniſtris
ſuis:Ligatis eius manibus & pedibus,eiicite illũ in te-
nebras exteriores.Impudicis iſta,vt dictũ eſt,& flagi-
tioſis,atque impuris cõminatur.Virgines quoq; quæ
excluſæ à ſponſi thalamo fuerũt, propter crudelitatẽ
atque immanitatẽ id paſſæ ſunt : aliíq; rurſus eadem
ex cauſa eunt in ignẽ æternũ,qui præparatus eſt dia-
bolo & angelis eius.Et hi quoq; q̃ fruſtra,& ſine cau-
ſa loquuntur,punientur.Ex verbis eñ,inquit, tuis iu-
ſtificaberis,& ex verbis tuis condẽnaberis.Ergóne ti-
bi videmur inaniter, ac ſine ratiõe vitæ noſtræ caute
timidéq; rationẽ habere,eiq; philoſophiæ parti,quæ
mores inſtruit propẽſius ſtudere ? Minime equidẽ id
puto , niſi fortè Chriſtũ hæc ſuperuacue dixiſſe velis
aſſerere, atq; his plura etiã : neq; enim hic omnia in-
ſerere viſum eſt. Quod niſi vererer librũ prolixiꝰ ex-
tẽdere:& ex prophetis ipſis atq; ex beato Paulo,aliíſ-
que apoſtolis oſtenderẽ profectò, quantum ſtudij in
hac parte emendandæ vitæ, morúmq; componẽdo-
rũ nos deus ponere voluit. Sedeñ hęc arbitror poſ-
ſe ſufficere, nec iſta modo omnia , ſed eorũ vel mini-
mam partem.Cum enim deus aliquid dicit, & ſi non
id amplius,quàm ſemel dicat, ea fide ac deuotiõe ſu-
ſcipiendũ eſt, ac ſi ſæpiſſime dixerit. Quid igitur, in-
quis,hi qui domi reſident, reique ſuæ curam gerunt,
non ea poterunt perficere,quę neglecta tãtos crucia-
tus pariunt?Vellẽ equidẽ & ipſe,neque ſegnius quàm
vos , imò vero multo etiam ardentius , & frequenter
optaui ac deprecatus ſum, tantũ leges ac iura optima
in ciuitatibus valere , vt nihil iã opus eſſet monaſte-
riis, neque ad eremum confugere cuipiam neceſſitas
inſtaret. Quoniã vero quæ ſuprà fuerũt,infrà iam fa-
cta ſunt,ipſæq; ciuitates in quibus & iudicia , & leges
erant,omni iniquitate & ſcelere impletæ ſunt:ſolitu-
do vero philoſophiæ fructꝰ vberrimos germinat: ꝓ-
fectò nõ illi in culpa ſunt,qui hac procella & turbine
ſe eximere atq; ſeruare cupientes educunt, eíſque ad
quietis ac tranquillitatis portum duces fiunt:non,in-
A quam, iſti merito à vobis culpari debent, verũ hi qui
ciuitates ſingulas,adeo virtuti inuias & inacceſſas fe-
cerunt,atq; ad philoſophiã penitus inutiles , vt q̃ ſal-
ui eſſe cupiũt,nõ aliter id poſſint aſſequi,quàm ſi ſoli-
tudines & deſerta perſequãtur.Dic enim,quæſo te,ſi
quis noctis medio aſſumpta face domum incẽdiſſet
magnam , ac multitudine hominũ refertam, eos qui
intus obdormirent,inſidiis appetẽs: vtrum eſſe dice-
remus malum , atq; ſuppliciis omnibus afficiendum,
cúmne qui excitaret dormientes,& illis ædibus edu-
ceret,an eũ qui initio ignẽ illum ſuccendiſſet,adeoq;
duram neceſſitatẽ & eis ipſis, & illi qui eos educeret
impoſuiſſet? Quid autẽ illud, ſi quis vel tyranno vio-
lenter oppreſſam ciuitatem,ſiue aliâs inteſtino bello,
ciuilibúſq; diſcordiis ac ſeditionibus languentem in-
tuẽs,hortarẽ quos poſſet,atq; perſuaderet,vt relicta
B ciuitate reciperẽt ſe ad montiũ vertices, nec perſua-
deret ſolũ,verũ ad eam fugã ipſe etiã quæ poſſet ad-
iumenta cõferret:quẽ ex his inſimulares, quem male
de omnibꝰ mereri diceres? cúmne qui ab his turbini-
bus & tempeſtatibus ad ſereniſſimũ ac tranquilliſſi-
mum portũ eos homines qui in medio ęſtu iactaren-
tur,abduceret:an eos q̃ naufragia iſta ac pericula pa-
raſſent ? Non itaque velim arbitreris meliore in ſtatu
modo res humanas eſſe , quàm ciuitatẽ tyrãno incu-
batam , verũ in lõge deteriori. Neq; enim homo ali-
quis,ſed dæmõ quidã iniquiſſimus , tanquã tyrannus
immanis atq; atrox,cũ vniuerſis ſuis copiis ac phalã-
ge tota , vniuerſum ſimul orbẽ occupãs, in humanas
animas graſſatur.Demũ inde veluti ex arce quadam,
impia & ſcelerata quotidie edicta omnibus ꝓponit,
nõ modo matrimonia dirimẽs,ſiue pecunias aut mit-
C tens aut ferens,aut iniquas tantũ exercẽs cædes,verũ
longe his quoq; grauiora atq; diriora indicia tyrãni-
dis præ ſe ferens . Coniunctã enim ſemel deo huma-
nam animã,eius familiari contubernio ſubducẽs, at-
que flagitioſis immũdíſq; ſatellitibꝰ ſuis illudẽdã tra-
dens, impuris illorũ congreſſibus ſubſterni cogit:qui
poſtquã eã ſemel aſſumpſerint,adeo illi turpiter con-
grediuntur, támq; cõtumelioſe , quantũ credere par
eſt nequiſſimos dæmones, vehemẽter atq; immaniſ-
ſime perditionẽ noſtram atq; turpitudinem deſide-
rantes.Exutam enim omnibus virtutum indumentis,
vitiorúmq; pannis obſitã,eíſq; ſordidis, conſciſſis ac
putridis , quibus profectò fœdior apparet , q̃ ſi nuda
eſſet,familiaríq; ſibi impudicitia, & omni flagitio re-
ſpergentes, ac penitus inficiẽtes, illi fœdiſſime omni
contumelia illudere non deſinũt : neque enim vllam
D ſatietatem nouerunt inceſti huius ſceleratíq; concu-
bitus.Cæterũ vt ebrij faciunt,qui cum ſe multo mero
ingurgitauerint,tunc maxime exardeſcunt,ac ferun-
tur per vitia præcipites : ita & hi quoq; tunc maxime
inſaniunt,eíſq; & vehementius inſtãt , & ferocius in-
ſultant, cum illa ad omnem turpitudinẽ abuti cœpe-
rint,cõpungentes vndiq; atque mordẽtes , venenáq;
nequitiæ ſuæ in illam refundẽtes , nec prius deſinen-
tes, quàm in ſuum illam habitũ, formámque tranſtu-
lerint,vel corpore abſolutã viderint . Quænam ergo
violẽta dominatio, quæ captiuitas,quę vaſtitas,quæ
ſeruitus, quænam in ſeruitutẽ abductio , quod bellũ,
quod naufragiũ,quæ fames aut peſtis,quid horũ de-
niq; his vlla ratione cõferri poſſit , quin videatur eſſe
leuiſſimũ?Quis adeo dirꝰ,quis tã ferus ac ferreus,quis
ita brutus atq; inhumanꝰ,adeóq; ſine vllo miſericor-
dię ac doloris ſẽſu, quin malit eiuſmodi animã ſic af-
fectam

fectam contumeliis,ſic vndique probris laceſſitã,pro
virili parte flagitioſa,iniuria,inſanáq; cõtumelia , ab-
ducere,liberare,conſeruare,quàm ſic deſtitutã negli-
gere,præterire,relinquere?Quòd ſi id eſſet,vt eſt pro-
fectò,immanis animi,atq; lapidei:vbínã,quæſo,illos
ſtatuemus,qui præter id, quod eiuſmodi negligũt, a-
liud etiam,& quidẽ longe deterius ſcelus admittunt?
Eos enim qui parati ſunt mediis ſe periculis cõſtãter
obiicere,nec renuunt in ipſum ferę beluæ guttur ma-
nus demittere:quinimo & fœtorẽ omnẽ,atq; pericu-
la ſubire, vt abſorptas iã ac deuoratas animas ex ipſis
dæmonum faucibus educant, atq; violẽter extrahãt,
non tantum non laudant,neq; amplectuntur,ſed im-
pellunt quoq; atque perturbant vndiq; . Quid ergo,
inquit aliquis,cunctíne periere,qui vrbes habitãt, ac
vitæ huius periculis iactãtur,ipſiſq; iã vrbibus dimiſ-
ſis atq; deſolatis , ad ſolitudines confugiendum erit,
B atque in ipſis montiũ verticibus ſedes nouæ collo-
candæ?tuq; iſta iubes,ac te legiſlatorẽ profiteris?Mi-
nime id quidem,ſed contrà penitus:vt enim ſuperius
dixi,& vellẽ & vehemẽter optarẽ , eo nos in ſtatu re-
rum, eáq; in pace degere , adeoq; tyrannidẽ malorũ
horum omnium deſtrui ac diſſipari,vt non modo eis
qui in ciuitatibus degũt, nulla neceſſitas incumberet
occupandorum atq; inhabitandorũ montium , verũ
hi quoq; qui ſolitudines incolunt,veluti fugitiui qui-
dam lõgo poſtliminio ſecuri ac tuti,pacatis rebus ad
ciuitates ſuas remeare poſſent.Sed quid ago?Vereor
nimium, ne dũ illos patriæ ac parẽtibus reddere ſtu-
deo,nequiſſimorũ dæmonũ manibus tradã,dumque
ſolitudine & fuga abducere & reuocare cupio , ꝑ me
illi philoſophia omni,quietíſq; trãquillitate excidãt.
Quòd ſi tu mihi ciuitatũ multitudines in mediũ ad-
C ducas,híſq; putes exortũ iri,atq; in eam ſententiã tra-
ducendũ,vt putẽ deum parciturum multitudini, nec
paſſurũ in orbem vniuerſum damnationis ferre ſen-
tentiam, ſumptis Chriſti verbis aduerſus obiectionẽ
tuam ſtabo.Neq; enim tam audax factũ, tam nefariũ
facinus admittes,vt etiã aduerſus eius ſentẽtiam , qui
nos tũc iudicaturus eſt,aſſiſtas.Quid ergo ille inquit:
Matth.7. Anguſta eſt ianua,atq; ardua via,quæ ducit ad vitam,
& pauci ſunt qui inueniũt eã? Sin vero pauci ſunt qui
inueniũt,profectò longe pauciores erũt, qui ad ſum-
mũ eius peruenire poſſunt.Neq; enim omnes , quíq;
illã initio apprehenderunt, ad finẽ etiã profecti ſunt:
ſed alij quidem in ipſis ſtatim initiis,nonnulli itineris
medio,plurimi vero in ipſum iam ferè portũ inuecti,
naufragium fecerunt . Rurſus autẽ multos eſſe aiunt,
qui vocati eſſent,paucos qui electi, Cúmq; ita Chri-
D ſtus ampliorem quidẽ pereuntiũ partem eſſe aſſeue-
Gen. 6. & 7. ret,atq; in paucis ſalutẽ præfinitam dicat:quid tu pu-
gnas aduerſũ me? Prorſus eñ idẽ facis, ac ſi de Noë
& diluuio verba nobis facientibus admirareris, & an
id fieri potuerit,vt omnes perierint, duóq; tãtum vel
tres homines effugerint,interrogares : his tu rationi-
bus ora noſtra obſtruere poſſe te putas , perinde ac
iſtis perſuaſi, nõ auſuri ſimus aduerſus multitudinem
ferre ſententiã? Sed enim id nunquã penitus efficies,
nec perſuadebis, vt multitudinem veritati in honore
præferamus.Neq; enim his quæ tũ contigiſſe memo-
rantur,inferiora iſta ſunt , verum multo funeſtiora e-
tiam atque ſceleratiora:atq; eo magis, quò gehennæ
iſtis intentatur ignis , & ne ſic quidem vitia arcentur,
Matt.5. neque exciduntur.Quis enim,oro te,non fatuum ap-
pellat fratrẽ?leue id videtur, at igni ſempiterno facit
A obnoxiũ.Quis non intendit impudicis oculis in mu-
lierem? hoc autem conſummatũ adulterium , pleniſ-
ſimúmq; flagitium deputatur.Is vero qui adulter eſt,
quòd in gehennã ignis proiiciẽdus ſit,omnibus pro-
fectò conſtat.Quis non deierauit ? Atq; iſtud penitus
ex malo eſt: quod autẽ à malo eſt , id adeo æternum
parit cruciatũ . Quis nunquam omnino amicis inui-
dit?Hoc vero publicanis ipſis & gẽtilibus deteriores
facit. Quòd autẽ eiuſmodi effugere ſupplicia æterna
non poſſint,ita omnibus liquet, vt non poſſit clarius.
Quis furorẽ omnem,atque iracundiam ex corde de-
pulit atq; abiecit,peccatáq; omnium in ſe delinquen-
tiũ remiſit?At is qui non dimiſerit,quòd æternis ſup-
pliciis addicendus ſit,nemo qui Chriſtũ audierit, re-
fragabirur.Quis nõ ſeruiuit mãmonę?Sed q̃ eiuſmo-
di ſeruit,Chriſti ſeruitutẽ penitꝰ abiecit:q̃ vero Chri-
ſto ſeruire abnuit,ſalutẽ ſuã prorſus abnegauit . Quis
B occulte nulla in aliquẽ maledicta coniecit ? Eos ſane Exod. 21.
qui ſunt eiuſmodi, vetus quoq; lex concidi atque in- Leuit.20.
terfici iubet. Sedenim in tantis malis,tantíſq; pericu- Num. 12.
lis,quæ nos conſolatio , quod ſolatiũ ſuſtentat ac re-
creat?Quod omnes,veluti ex ſigno quodam & cõdi-
cto , per vitiorum ac flagitiorũ omnium abrupta fe-
runtur.Miſera planè conſolatio,& eius quę nunc ob-
tinet peſtis ſingulare documentũ , argumentúmque
præcipuum, quandoquidẽ id nobis maliſque noſtris
ſolatiũ affert,quod ipſum maioris mœroris , & com-
plorationis materia eſſe debuerat. Neq; enim multi-
tudo in peccãdo ſociorũ criminibus nos ac pœnis li-
berabit. Sinautẽ aliquis ex his , quæ modo diximus,
adducit,vt ſibi diffidat,ac penè deſperet , is pauliſper
expectet,dũ ea dicamus, quæ his multo diriora ſunt,
& tunc id longe patietur amplius. Nam ſi iurare dia-
C bolicum eſſe comprobatur,qui iuramẽta etiam con-
culcant,nec periurare metuunt,qua tandem animad-
uerſione puniendi erunt ? Si fatuum appellare fratrẽ,
gehennæ flammas attrahit,quid hi patientur , qui eũ
probris & contumeliis innumeris,etiam innocẽtem,
nulláſq; iniurias irrogantẽ affligere non metuunt? Si
meminiſſe tantummodo iniurias,omni punitione di-
gnum iudicatur:etiã vlciſci pergere,quantos crucia-
tus promeretur?Verũ hæc ſuo tẽpori & loco reſerua-
bimus.Vt enim alia interim omittã, hoc ipſum quod
nos hæc ſcribere impulit, nónne vel ſolũ ſufficit prę-
ſentis, iámque obtinentis morbi peſtem indicare? Si
enim peccata propria negligere,quin etiã ſine dolo-
ris ſenſu quotidie peccare extremus malitiæ termi-
nus eſſe pro confeſſo habetur:vbi tandẽ iſtos nouos,
nouæ huius atque iniquiſſimæ ferendæ legis autho-
D res ſtatuemus , qui maiori conſtantia atq; fiducia fu-
gant ac propulſant virtutũ magiſtros , quàm faciunt
malitiæ ac vitiorũ alteri: eóſq; multo amplius & vio-
lentius oppugnant , qui peccata emendare pergunt,
quàm qui ipſi peccauerũt?Imò vero cum illis non ni-
ſi iucunde ac libenter vtantur , neq; criminentur ali-
quando,iſtos vix vnquam lętius intueri poſſunt,quo-
dammodo & verbis ipſis & operibus clamantes atq;
ſuadentes inhærendum eſſe vitiis acerrime , atq; ad
virtutem nunquam accedendum,quandoquidem nõ
modo qui propenſius ei operam dant , verum ſi qui
vel liberiori eam voce tueri audeant , eos omnibus
incommodis afficiendos cenſent.

AD GENTILEM ATQVE INFIDELEM patrem, Liber ſecundus.

Satis

Universidad de Deusto
Biblioteca

SAtis quidem & ista esse poterant, quibus inA cuteretur stupor ingens, atq; horror. Quòd si qui super his prophetæ illud nunc loquatur: Obstupuit cœlũ super hoc, & exhorruit terra vehemẽter. Itémq;, Stupor atque horrẽda facta sunt in terra: opportune & hæc, & huiusmodi cuncta prosequetur. Verũ id longe grauius atq; acerbius est, quòd non modo alieni quidã, & nullo his quibus consulitur propinquitatis, nullo familiaritatis iure coniũcti, ita indignantur & fremũt, verũ ipsi quoque propinqui ac parentes super his irasci didicerũt. Tametsi nõ sum ignarus complures esse, qui patribus quidẽ ita affectis facile ignoscendũ putant, nec propterea valde admirari dicunt: suffocari autem se ac penè disrumpi iracundia, cũ videant eos, qui neque patres sunt, neq; amici, neque propinqui, neq; vlla penitus alia ex parte necessarij, quin & frequẽter ignoti, aduersus eos q B philosophari instituunt, hoc ipsum pati, atq; ipsis patribus magis angi & dolere, cósq; q illos hortati sunt, & ad eius vitę amorẽ traduxerũt oppugnare, insimulare, ac maledictis omnib. persequi. Mihi vero longe alia mẽs est. Eos enim qui nullũ paterni affectus priuilegium, nullũ eius amicitię ac familiaritatis habent, alienis in bonis angi, nihil profecto nouum, aut mirũ videri debet, partim inuidię stimulis concitatos, partim malitiæ suæ, atq; vitiis aliorum perditionem solatio, & excusationi esse arbitrãtes. Misere id quidem & infeliciter, arbitrãtes tamẽ. At vero qui genuerũt, qui educauerũt, qui diebus singulis natos suos proficere, sibiq; ipsis & ad virtutẽ, & ad gloriam præcellere & cupiunt, & optant: qui propterea cuncta & patiuntur & faciunt, eos quadã veluti ebrietate correptos repente mutari, angiq;, ac dolere vehementius, C cum ab se liberi ad philosophiã abducũtur: hoc profecto est, quod vnum omniũ ego maxime admiror, quódq; omnia iam corrupta sint & perdita, satis firmum & validum argumentum esse duco. Hoc enim prioribus temporibus vnquam contigisse, nemo qui possit dicere, ne tum quidem cum late dominaretur error: ac tum quidem semel memoratur in gentili & Græca ciuitate, sed quam tyrãni incubabant. Neque tamen tum parentum aliquis, vt nunc, sed hi qui arcem occupauerant, ne hi quidem omnes, sed qui horum erat flagitiosissimus: Socratem irridens, iubebat philosophiam tueri, atque ad eam hortari desineret: verum ille tyrannus perfidus, sæuus, atrox, & qui ad euertendam rempublicã cũcta moliebatur, alienisq; in malis acquiescebat & gloriabatur, cum sciret nihil æque atque talem iussionem optimũ reipublicæ sta- D tum posse peruertere, id ausus est, quod ante illũ nemo. At hi & fideles, & in bene institutis ciuitatibus, ac sub optimis legibus degentes, liberisq; suis consultũ cupientes, ea de sanctis viris loqui audent, quæ ne tyrannus quidẽ de his quib⁹ dominaretur auderet, nec erubescunt. Itaq; horum gratia magis indignandum ac ferendum moleste erat, quàm aliorũ admirãdum. Idcirco & ego illos missos faciens, istos qui in primis curam filiorum gerunt: loquar verius, qui curam gerere debuerant, non autem gerunt: leniter & summa cum moderatione alloquar: hoc ab illis primum bona venia impetratum cupiens, vti ne moleste ferant, neu indignentur, si quid vtile sit, quídve magis expediat illorũ liberis nos melius scire dixerimus, quàm illos ipsos. Neq; enim quisque qui procrearit filium, quid etiã illi conducat docere eum poterit, etsi ciusce instruendi voluntas honesta non desit, quam elicit à natura insitus parentum singularis ad filios affectus. Ad id enim edocendũ diligenter quid vtile sit, neq; procreando pater, neq; amando vnquã sufficeret. Nam si istud concederetur, nemo hominũ certè patre melius nosse atque conspicari posset, quidnam esset filio vtilius: sicuti ne in amãdo quidẽ filio nemo est qui patrẽ superet, vel etiã exæquet. Quinimo ipsi quoq; patres ex his quæ studiose agunt, hoc ipsum se ignorare confitẽtur, cũ ad magistros ducũt, cũ pedagogis instruendos tradũt, cũ plurimos cõsiliarios assumunt, qui, quódnã vitæ propositũ filio arripiendũ sit, quíve delectus habẽdus, & amice & fideliter consulant. Id autẽ est item mirabilius, quòd dum de filiis cõsultãt, dũ familiari colloquio quid sentit quisq; in mediũ adducit, illi nonnunquã suã irritantes, aliorũ sententiã ratã esse atque obtinere voluerunt. Itaq; ne nobis quidẽ succẽseãt, neq; indignẽtur si quod eorũ liberis vtile futurũ sit, nos illis melius nosse dixerim⁹: verũ nisi id certa ratione cõstiterit, tunc accusent, tũc affligant, tũc probris appetãt, veluti reuera perditos, flagitiosos, ac naturę toti⁹ inimicos. Quónã ergo modo istud manifestũ erit, aut qua ratiõe scire certi⁹ poterimus quisnã fit, qui quod vtile sit planè prospiciat, quísve qui prospicere quidẽ sibi videatur, nequaquã vero sciat? Si vtrorũq; rationes pugnantiũ in morẽ ad examen iudicij descẽdere, atq; cõgredi cominus cogamus, permissa omni de hisce iudicandi facultate incorruptis, integerrimisq; iudicibus. Itaq; lex quidẽ certaminis nostri Christianũ exui ad pugnam iubet, atque cum illo solummodo certare, qui sit eiusdem religionis cultor, nihilque amplius requirit à nobis. Quid enim ad me attinet eos etiam qui foris sunt iudicare? ait beatus Paulus. Verum quia sæpe contingit, 1. Cor. 5. vt plurimi ex his qui ad cœlũ pertrahuntur, filij gentilibus atque infidelibus patribus sint, quanquam lex certaminis nos contra huiusmodi dimicare non iubeat, sponte tamẽ ipsi, summáque alacritate aduersus istos primũ pugnare aggredimur. Atque vtinam aduersus istos tantũ nobis certamen indiceretur, quanquam ipsum quidẽ perdifficile est, plurimáque habet capita. Animalis enim homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus dei, stultitia quippe illi est. Prorsus idẽ facimus, ac si aliquẽ hortari vellemus, vt cœleste regnum appeteret, qui antea credere an id esset, aut quidnam esset, renuisset. Sed tamen cum tantis angustiis coarctatus sim: sic quoq; aduersus istos tantum hoc mihi certamen indici vehementer optarẽ. Nam si ad instituatur, erunt mihi iura complura, bonitásque causæ adiuuabit plurimũ, etsi eam victoriæ meæ voluptatẽ obscurat & obruit magnitudo verecundię. Suffundor enim vehemẽter, si aduersus illum quoque me pugnare necesse sit, vereórque ne hoc crimen tantummodo gentilis mihi possit obiicere: nam in reliquis illum, & quidem facile suffragante gratia diuina capiemus, atq; si voluerit esse non ingratus, cito illũ non modo ad amorem huius vitę traducemus, verũ ad ipsius quoque doctrinæ ac religionis desiderium, à qua vita illa initium & materiam sumpsit. Tantũ vero abest, vt certamen aduersus illum subire metuã, vt cum id primum durius atq; difficilius mea oratione constituero, tum demũ pugnare aggredi instituã. Fingamus nempe patrem istiusmodi nõ modo esse gentilem, sed nobilem quoque, & vltra omnes homines locupletem, insignem, singulari

singulari potentia præditum, habeat agros plurimos, A ędes permultas, auríq; innumera talenta: sit præterea clarissima patria & regia, illustrissimo genere, neq; habeat alios liberos, neq; habiturũ speret: sed huic soli innitatur, & ex hoc solo pẽdeat. Quin & ipse sit summæ spei, eoq; ingenio, natura, industria, vt ad imperia, & ad magistrat⁹ maturè ascẽsurus expectetur, patrémq; ipsũ & splendore, & gloria breui superaturus, omnibúsq; vitæ cõmodis lõge anteiturus. Tũ vero in medio tantæ spei & expectationis accedat aliquis ad illũ, atq; de hac ei philosophia verba faciens, persuadeat vt spretis illis omnibus, vestẽ se rusticã induat, & relicta vrbe ad montẽ confugiat, ibiq; plantet, inserat, riget, aquas ferat, cæteraque monachorum faciat opera, quæ & vilia, & indigna esse videãtur. Incedat præterea discalceatus, & humi iacẽs quiescat, efficiaturq; pallidus, gracilis, ac macie cõfectus decorus ille adolescẽs, qui tãtis antea in deliciis & honoribus de- B gebat, tantæq; spei signa præ se ferebat, viliúsq; etiam quàm serui sui vestiatur. Num satis multas accusatori occasiones dedimus, satísve aduersariũ armauimus? Præbeamus illi alias quoq;, si satis adhuc instructus non est: præter ista enim quæ dicta sunt, omnia moueat pater, cunctáq; moliatur, vt dissuadeat filio, atque ab arrepto illũ instituto reuocet: sed incassum, vtpote cum ille supra petrã collocatus sit, & fluminibus & pluuiis, & ventis cedere non norit. Lamẽtetur, & lugeat, atq; lachrymas emittat, & vt indignationẽ omniũ aduersum nos magis incendat, circumeat iugiter mœrẽs, afflictus, sordidatus: omnésq; prensans, contra nos huiusmodi accusationẽ commoueat. Filium ego genui, & enutriui, ætatémque omnem in ærumnis contriui, cuncta ea & gerẽs & patiens quæ ex hac educatione liberorũ solent accidere. Spem de illo optimã habui, pędagogos accersiui, magistros obfeceraui, pecunias impendi, vigilaui sæpissime, curam gerens ingentem, vt quàm ornatissimus atque eruditissimus euaderet, vt in nullo maiorib⁹ suis esset deterior, vt omnibus appareret illustrior & clarior. Expectabã hunc senectuti meę solatio & adiumento fore, processúq; tẽporis de vxore, splendidissimoq; matrimonio tractabã, de imperio, de magistratibus, & insigni potestate cogitare cœperã. Cum repẽte tanquã fulmen, aut procella ingẽs, nescio qua parte irruens preciosissimã nauẽ, multísq; oneribus refertam, quæ plurima pelagi spacia cõfecerat, ac secũdis vẽtis nauigabat, cum iam ad portũ propinquaret, parum ante ipsum ostiũ submersit: metúmq; non modo extremę paupertatis, verũ acerbissimę mortis, ac perditionis eius capiti, qui ista parauerat, tẽpestas illa sæua cir- D cumdedit. Sic sic profecto mihi nũc cõtingit. Nanque execrabiles illi, flagitiosi, perditi nebulones (dicat emẽ hæc, atq; huiusmodi cætera, nihil illi succẽsebimus) tantæ spei filium, senectutis meæ custodem & nutritorem, veluti latrones quidam immanissimi mihi repente subductum in speluncas suas abduxerunt: adeóq; illũ suis carminibus excantauerunt, vt eligat magis aduersus ferrũ, ignẽ, bestias, aduersus oĩa denique fortiter ac summa cõstantia persistere, q̃ ad priorem prosperitatẽ priorésq; copias remeare. Quódq; his durius & grauius est, illi ipsi qui hæc persuaserũt, melius se quid sit vtile scire, atq; intueri profitentur, quàm nos. Desertæ iam domus, desolati agri, ipsíque agricolæ, ac serui luctu ac mœrore pleni sunt. Exultãt in malis meis inimici, pudoréque operiuntur amici. Apud me autẽ nulla sententia obtinet, nisi vt iniecto igne cuncta simul exuram, ædes, agros, armenta bouũ, greges pecorum. Quò enim mihi iam hęc vtilia sunt, cum ille non adsit, cuius vsibus parata erant, captiuus scilicet abductus, atq; apud Barbaros crudelissimos seruitutem seruiens, omni morte duriorem atq; acerbiorẽ? Amictu nigro seruos omnes operui, cunctámque familiam. Aspersi cinere capita mulierum, choros institui, iussíque dirius atque amarius plangere, quàm si mortuum vidissem. Date veniam hæc faciẽti mihi, hic mihi luctus longe illo maior, diuturnior, grauior. Iam mihi ferè lux ipsa molesta est, ipsósque solis radios ingratè suspicio. Quoties enim in mentẽ venerit infelicis illius habitus: quoties vilissimis illis rusticis inhonestius illum amictum video, atque ad opera viliora conuersum: quoties inflexum eius immobiléque propositum, vtq; nulli cedat desiderio, vror, distumpor, distrahor. Hæc atque eiusmodi dicens, prouoluatur etiã audientium pedibus, aspergat cinere caput, deturpétque puluere faciem, caniciem vellat, omnésque prehendens oret, se vt adiuuent, ac porrigant manũ. Satis puto diligenter accusatorem expressimus, atq; instruximus ad commouendam auditoribus omnibus vehementẽ iracũdiam, & ad persuadendum, vt eos qui horũ causa sunt, per præcipitia deiectos exterminẽt: atqui nos idcirco ad has supremas angustias oratione nostra prouecti sumus, vt cum is qui ita venerit paratus, diuina gratia superatus fuerit, iam nemo nobis obstrepat. Cũ enim is qui ista omnia quę prædixi, simul habet, cõuictus fuerit, atq; obmutuerit, & is quoq; qui nõ oĩa simul habet (neq; enim facile cuncta ea conuenire possunt) nobis iã de victoria concedet. Hic itaq; & ista, & his plura etiam C loquatur. Ego in primis iudices orabo, ne statim misereantur senis huius, sed hanc misericordiã differant in extremũ, cum illum ostenderimus lugentẽ filium, in nullo quidem violatum, nihílq; penitus perpessum mali, verũ contra etiã maximis potitum bonis, eíq; tam insignibus, vt excellentiora non possint reperiri. Tunc eũ profecto miseratione & lachrymis dignus iudicandus est, cum nati felicitatem, secundosq; successus, ne conspicari quidẽ possit: tantumq; abest, vt ea intueatur, vt sic in maximis profectibus tanquã in summis eius malis lamẽtetur. Quódnã ergo erit nostræ orationis exordiũ, aut vnde potissimũ inchoabimus? Ab ipsis planè opibus aq; pecuniis. Nam & ipse maxime omniũ hoc vnum lamentis omnibus, omnique cõploratione prosecutus est, idq; sibi videtur esse acerbissimũ, si diuites filij pertrahantur ad hanc du- D ritiam vitæ atq; propositi. Dic ergo, quæso te, vtrum omnes beatũ dicimus, atq; inuidiosum, & planè felicissimũ: eúmne qui siti semper æstuat, quíq; antequã priorẽ calicẽ sorbuerit, rursus alio indiget, atq; semper in hoc perseuerat statu: an eũ qui superior ea necessitate cõstitutus, sine siti semper durat, nec vlla vnquam potationis necessitate constringitur? Nónne alius quidem his qui graui febriũ ardore cruciantur, simillimus videtur, atq; violentissimæ necessitati addictus, etiamsi ex fontibus haurire purissimos atq; vberrimos latices possit: ali⁹ vero vera profecto libertate liber est, veráq; sanitate san⁹, ipsámq; naturã excedit humanam: Quid illud? Si quis adamaret mulierem, eiq; cõgrederetur iugiter, verũ maiore post cõcubitum illum flagraret ardore: alius vero persisteret hac insania liber, & ne in somniis quidem vnquam

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc malo caperetur:vter rursus felix & beatissimꝰ videretur?nónne iste? Vter cõtra infelix & miserrimus? nónne is qui nouo hoc amore languet,qui nunquam possit prorsus extingui, quinimo excogitatis quoque remediis magis magisq; succẽditur?Sin autem prẽter ista,quæ dicta sunt,etiã ex ipso morbo suo se beatum dicat, nec curet ipse, nec velit ea necessitate liberari: quin eos quoq; lamẽtetur & lugeat, qui iam ea peste liberati sunt,vt iste nunc facit?nónne hic quoq; miserabilior erit, atq; infelicior, non tantũ quòd morbo illo & peste detinetur, verũ quòd ne idipsum quidẽ quòd lãgueat nouit,proptereaq; nec ipse liberari valet, & eos qui iã liberati sunt, luget? Reducamus igitur hanc orationẽ nostram ad pecuniarũ possessionẽ, inspiciamusq; quis re vera miser, quis infelix sit. Illis nempe amoribus iste & vehemẽtior, & insaniæ propior est:nõ idcirco tantũ quòd molestiores habet faces, verũ quòd ad excogitata quæq; solatia inflexus perdurat, duriórq; ex illis atq; acerbior efficitur. Citius quippe hi qui & potũ, & corpora amant,postquã his potiti fuerint,satietatem sumẽt,quàm qui diuitiarum insanis amoribus flagrant.Quocirca illos nostra oratione effingere necesse fuit,quòd nõ facile sit, neque in promptu illorum documentum: huius autem pestis multa possumus exempla afferre.Nã,quæso te, idcirco lamentaris,& luges filium tuũ,quòd hac tanta vesania,támq; desperato morbo liber euasit?quòd hoc irremediabili insanóq; amore caruit ? quòd bello hoc, & pugna mansit immunis ? At id nunquam passus ille fuisset,inquies,neq; plura concupisset : verum his quæ haberet contentus, nihil inquisisset amplius.Rem quidẽ dicis impossibilẽ, ipsiq; (vt ita dixerim)naturæ contrariã . Verum si illud quoque cõcedamꝰ fieri potuisse, vt ea esset moderatione animi, vt his quæ haberet nihil vellet adiicere, nec vllo vnquam eiusmodi mœrore caperetur: ego sic quoq; illum maiori modo in quiete ac voluptate commorari docebo. Quid enim leuius aut trãquillius esse censebimus, tantisne,tantarumq; rerum curis implicari,eiusmodiq; custodiæ, ac seruituti obnoxiũ , & obstrictũ fieri,quotidiéq; solicite metuere,ne quid rei familiaris pereat: an vero his curis atq; vinculis omnino expediri? Nã etsi sarcinas alias non appetat , vt interim id concedamus:nónne multo melius , multóque præstãtius est, iã impositas abiicere,quàm ab eis ipsis opprimi? Deniq; si,vt concessum est , maximum bonum elicitur,plurimis non indigere, minimisq; contentum esse:necessitate omni celsiorẽ euadere,maioris profecto felicitatis erit . Is enim qui neq; sitit vnquam,neque amat (nihil enim me prohibet rursus ad eadem exẽpla redire)multo profecto beatior,multóque glorioſior esse mõstratus est,nõ modo eis q̃ semper sitiunt,ac semper amant: sed eis quoq; qui quantumlibet parũ id passi sunt, suæq; concupiscẽtiæ satisfecerunt , cum ipse nunquã eiusmodi necessitati se subdiderit.Percõtabor autẽ te rursus , si diuitiis vltra oẽs eminere,cunctisq; eis malis eximi, quæ solẽt illæ parere,liceret,ergóne nõ incredibiliter optares ea pace ac tranquillitate frui , vt non inuidiã , non calumnias,non insidias,non curas, non quicquã aliud eiusmodi ab vllo prorsus hominũ patereris, aut pati formidares?Quòd si filiũ tuum hæc omnia habere monstrauero,atque longe etiã esse ditiorẽ: desinẽsne tandem te lamẽtis ac suspiriis adeò amaris conficere,tãque diris gemitibus abstinebis?Nempe absolutũ eum curis illis ac malis reliquis quę solẽt opes è vestigio subseq̃,ne tu quidẽ ipse negabis. Idcirco nec nos ad te de ea re verba facere necesse est.Studes aũt id magis addiscere , quonam modo ille diues sit,ac te ipso qui tam multa possides,lõge opulẽtior: hoc ego modo te docebo , ostendámq; te si illi cõpateris,id pati, quod illũ pati arbitraris , atq; extrema in paupertate degere . Nec modo me cœlestia bona persecuturum putes,quæ nobis post huius excessum vitæ reddenda sunt.Ex his quę sunt in manibus,quę tenẽtur,te interim docebo.Nempe enim tu corũ tantum,quæ possides, dominus es: ille vero omnium quæ sunt in toto orbe terrarũ. Sin vero tu minus credis , age ad illum adducamus,ac persuadeamus,vt de mõte descendẽs magis autem illic residens,alicui ex his qui & diuites valde,& religiosi sunt,mandet,sibi mittat auri põdus quantũ ipse vis:siue quia istud non pateretur, illi vel illi indigenti dare iubeat : videbis diuitem illum sibi deuotius,alacrius, prõptius obaudientẽ, quàm faceret nutu tuo quiuis ex dispensatoribus tuis . Nam hic quidem cũ aliquid iubetur impendere , mœrens, tristis , demissus id facit:contrà ille cũ non impenderit, tunc demũ maxime trepidat, atq; anxius est , ne fortè in aliquo offẽderit,quòd sibi eiusmodi nihil imperetur. Atq; ego plurimos tibi possem ostendere, non modo ex eis qui excellẽtiores sunt, verũ ex humilioribus quoq;, qui tanta hac potestate sunt prædiți.Arqui tu siquidẽ villici tui sibi credita male absumpserint, aliũ non habes à quo petas , verùm illorum perʒsitate ex diuite continuo pauper efficeris : at filius tuus nil eiusmodi metuit.Siue eũ ille cui prius imperauerat,diuitiis excidat, imperabit alteri:siue is quoque aliquid tale passus fuerit , ad alterũ se conuertet. Prius deniq; deficient fontiũ latices atque siccabuntur , quàm qui nato tuo non obtemperet imperanti. Quòd si nobiscũ in religione concordares , enarrassem tibi profecto multas ac longas, nouásq; & veteres eiusmodi historias . Verũ quia te gentilem profiteris,gentiliúmq; doctrinis acquiescis,ne hinc quidẽ exempla deerunt . audi deniq; apud Platonem quid ad Socratem loquatur Crito: Tibi quidem sunt meæ pecuniæ,vt equidẽ reor,satis multæ:sin vero tu quòd mei curã geras , idcirco re mea tibi abstinendum cẽses: at hi qui adstant, suam quisque impendere parati sunt. Intulit quippe in hoc ipsum pecuniã ingentem Simias,paratꝰ est Cebes quoq;,alij itẽ permulti:itaq; vt antea dicebam , noli vllo horum metu lassescere, tuámq; salutẽ quin tuearis,negligere. Neque vero id quod paulo ante in iudicio dicebas, molestiã tibi vllam,aut curã pariat , quòd scilicet profectus à nobis, nõ haberes quatenꝰ te ipso vterere,quibúsve vsui esse posses.Multis enim & aliis in locis,quocũq; tu tandẽ proficiscare, amabunt te , atq; obseruabunt plurimi. Sin autem volueris & in Thessaliã pergere , sunt mihi pleriq; illic hospites,qui & te plurimi faciẽt, & tutum esse ab omni iniuria præstabũt . Quid hac suppeditatione iucundius dici possit, aut gratius? Verũ ista quidem , vt ad hominẽ seculo obnoxium sunt dicta. Quòd si subtilius atq; diligentius nati tui opes discutere velimus , tu quidẽ fortasse non assequẽris intellectu quæ dicimus, ea tamẽ ad iudices necessariò dicenda sunt . Tantæ enim sunt virtutis opes atque copiæ, adeóq; quàm vestræ dulciores atq; amœniores: vt qui has habuerint, nunquam eas velle possint cum vniuersa terra commutare, ne si illa quidem aurũ fiat cum

cum mari & fluminibus,& montibus,atque si fieri id posset,didicisses profecto ex ipso experimẽto, quòd non iactãtię & leuitatis verba loquimur:sed maiores quoque illi,copiosioréśq; diuitias negligerẽt ac spernerent,vt eas possent adipisci,nunquam prorsus istis illas commutarẽt.Et quid ego dico commutarẽt?Ne cum illis quidẽ has habere vellent.Et certe si qui vobis vnà cũ pecuniis virtutis cõferret opes, obuiis eas supiniśq; manibꝰ susciperetis. Adeo ipsi quoque eas diuitias & magnas & admirabiles esse confitemini. Cõtra, isti ne cũ suis quidem opes vestras habere dignabuntur,adeo rẽ esse contemptibilẽ ac penitus abiectam norũt: atq; hoc ipsum rursus exemplis vestris perspicuum faciam . Quantũ enim pecuniarum Alexandrum Diogeni daturum putas, si quidem ille voluisset accipere?Sed noluit. At ille nixibus totis contẽdebat,cunctáq; moliebatur,vt huiꝰ virtutibus propius accederet. Visne aliũde quoque & tuã inopiam, & nati tui copias cognoscere ? proficiscere ad illum, ciũsque pallium quod solũ habet,illi auser.Educ item ex cellula,atq; ipsum eius tugurium destrue,ne sic q̃dem illum indignantem, aut dolore aliquo commotum penitus videbis : verũ aget tibi gratias, idq; tanto magis,quanto illum ad philosophiam amplius impellis . Abs te vero si quis vel decẽ drachmas tulerit, ingemiscere, flere,lamẽtaríq; non desinis. Vter ergo diues existimãdus est, vter beatus?is ne qui vel minimis mordetur , an q̃ mortalia cuncta simul despicit? Neque id tantũ facias quod dixi , verum omni quoque illum prouincia deturba,videbis lætum,hilarem, atque ita ridentem,ac si ludens pusio se feriret . Te si quis vel sola patria & genitali solo exturbet,acerbissima perpessum cõquerẽris , neq; eam calamitatẽ ferre poteris.Enimuero ille,quippe terrę marisq; dominus,ita facile , sicq; sine mœrore & gemitu migrabit ad alia,vt facis tu cũ per agros tuos incedis, quin lõge etiã facilius . Nã tibi & si per tua licenter incedis, tamen per aliena quoque necessario incedendum est. At vero terram ille omnẽ vt propriam obambulat, eíque potum vndiq; largissimum suppetunt stagna, fontes,amnes:cibum vero & olera,& virentes herbę, multísq; ex locis panes aduecti suppeditãt.Nondum enim id dico , quòd terram ipsam omnẽ aspernatur, habens in cœlo ciuitatẽ . Sin autem sibi moriendum fuerit, lætius atq; iucundius feret obitum, quàm vos delicias vestras: atq; ita mori magis optabit peregre, quàm vos in patria & lecto . Sicq; ille erit planè vagus,fugitiuus,palabũdus,qui vrbẽ incolit,& domum habet,non qui his omnibus liber euasit. Neque enim illum vnquam de patria poteris educere,nisi ex terra priꝰ vniuersa propuleris.Ita enim interim loquamur. Nam vt verissima ratione constat, tunc eum maxime in patriã reduces,cum terra penitus deduxeris : verũ id nondũ ad te loquemur , neque sic agemus tecum, qui nihil eis quæ videntur,amplius nosti. Neque vero nudum eum poteris ostendere, donec amictus fuerit virtutis indumentis:neq; fame vnquã perimes,quandiu qui sit verus cibus , agnouerit. Cæterũ his omnibus diuites capiuntur facile, atq; perturbantur. Itaq; ista quoque ratione nõ peccabit, qui hos quidẽ pauperes , ac prorsus inopes dixerit : illos vero etiam ad omnem copiã locupletes.Nam cui cibus & potus, & domus, & requies vbiq; suppetit , nec modo in eiusmodi non ingemiscit,aut mœret, verumetiam quàm vos in vestris iucundius degit:liquet prorsus eum vobis omnibus diuitibus esse ditiorẽ, qui ista in ædibus vestris tantũ inuenire potestis . Quocirca nec inopiã ille vnquam lugebit . Neq; autem ista victus facilitate, & copia , & voluptate tantũ diuitiæ istæ præstantiores sunt,verũ ob hoc ipsum quoque , quòd neque capi aduersis vllis possunt , neq; in paupertatem aliquando decidere,neq; subiectæ sunt incertis vllis casibus,neq; curis anguntur,neque liuore capiũtur, sed admirationem omnẽ & laudes ac famam præstantissimam merẽtur.Atqui in vobis contraria his penitus aspicimus . Non modo enim vos nõ laudant diuitiarum gratia, verũ hac maxime ex causa & oderunt, & execrantur , & inuident vobis atq; insidiantur plurimi: hic vero quòd veris diuitiis beatꝰ sit,idcirco summæ admirationi omnibus est, nec propterea inuidia vel insidiis vllis appetitꝰ.Porrò ad sanitatẽ vter aptior? nónne qui virtuti studet , eiúsq; diuitiis beatus est, agrestium instar animantiũ viget , ac vegeto corpusculo est:quippe qui & purissimo fruitur aëre , & saluberrimis vndis,& pratis,& floribus,& odore integerrimo atque gratissimo:hic vero veluti in cœno iacẽs, & mollior est & imbecillior,& morbis omnibus magis obnoxius?Sin autem in sanitate primas iste partes tenet , liquet profecto quòd & in voluptate . Vtrum enim tu magis existimas in deliciis degere , eúmne q̃ super viridi accumbit atq; altissima herba pone fontem limpidissimũ sub vmbra densarum comantiúmque arborũ,oculósq; pascit obtutu, puriorẽ ipso cœlo nitidioremq; animũ possidens , ab omniúmq; rerum perturbatione ac tumultu lõgissime remotus: an vero eum qui domi inclusus manet?Profecto eũ nec nitenti aëre puriora sunt marmora , nec vmbra tecti frondeis vmbris est gratior,nec lapilli vlli vel lateres solo variis vestito floribus amœniores : atque horum omniũ vos diuites testes estis,q̃ si fieri posset, in ipsis tectis habere arbores cupitis,& prata, & pẽsiles hortos,horũq; solatia profecto malletis , quàm aurea tecta,parietésq; mirabiles.Denique quoties ex laboribus in requiẽ relaxare animos cupitis,his omnibus omissis , ad illa properatis . Verũ tu fortasse pro gloria quereris ingenti illa atq; singulari , quasi nusquã hic locum habere videatur . Regiã enim solitudini conferens,atq; spem rei vtriusq; componens,è cœlo ipso filium tuum decidisse arbitraris.Id igitur in primis ostendendum & docendum , vt neque solitudo faciat ignobilem , neq; regia clarum & illustrem: atque antequam ad rationes veniamus, exẽplis istis hac te suspicione liberabo,exemplisq; potissimũ vestris. Dionysium fortassis accepisti Siciliæ tyrannũ , audisti & Platonem Aristonis filium.Vter igitur insignior fuit, aut clarior? vter vbiq; canitur, ac per cunctorum ora celebratur?Nónne philosophꝰ tyrãno amplius?atqui ille quidem insulæ totius potiebatur , atq; in deliciis degebat,ingentibus copiis , lictorũ agminibus stipatus , reliquo quoque cũ apparatu regio diutius vixit: hic autẽ academiæ in hortis morabatur,plantans,inserens,aquas irriguas ducens,oleásque comedens,ac vilissimam apponens mensam, omniq; splendore regij illius apparatꝰ immunis.Quod cũ sit profecto mirabile,id omnino mirabilꝰ est, quòd seruus effectus, atq; ad tyranni sententiam venditus,intantum abfuit vt illo propterea aut abiectior appareret aut vilior,vt ipsi quoq; tyranno ex hoc & famam & claritudinem tradiderit . Adeo virtus non ex his modoquæ gesserit,sed ex eis quoq; quę perpessa fuerit, non seipsam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non eos deniq; qui se affligunt permittit occultari, ac esse incelebres. Quid vero præceptor eius Socrates? Quãto is Archelao fuit illustrior, & glorioſior? at ille in plurimis opibus, ingentíq; gloria & ſplendore degebat: hic autẽ morabatur in Lycio, nihilque præter vnum palliũ habebat, quo & hyberno & æſtiuo tempore, omnibúſq; horis anni vtebaẽ, nudis ſemper pedibus incedens, ac ſine cibo toto die perſeuerãs, panémq; tantũmodo in cibum ſumens, atque is erat ei & pulmentum, & eſculentum: ne iſtam quidem menſam ex rebus ſuis, ſuáq; ex domo apponebat, ſed ab aliis accipiebat. Sicq; cũ ſumma paupertate vitã degens, adeo rege ipſo fuit illuſtrior, vt cum eũ ille frequẽter ad ſe inuitaret, noluerit Lycio dimiſſo ad illi⁹ opes proficiſci. Et ex ea quoq; quæ nũc obtinet exiſtimatione, quid potiuꝰ, quid excellẽtius ſit, apparet. Nanque horũ quidem nomina & celeberrima ſunt, & plurimis nota: illorũ vero obſcura, & ferè omnibus ignota. Diogenes vero rurſus hic ali⁹ philoſoph⁹ tanto & his & eiuſmodi aliis innumeris regibus opulentior fuit, ſemicinctiis amictus, vt cum Alexander Philippi filius exercitũ in Perſas duceret, omnib⁹ dimiſſis ad illũ pergeret viſendum, rogarétq; cominus per ſeipſum, vllãne re indigeret, & an aliquid iuberet. Cui ille nihilo ſe egere reſpõdit. Num iam exemplorum ſatis habes, an vis alia quoq; memoremus? Nempe iſti nõ modo his, qui in regia inſignes ſunt ſed ipſis quoq; regibus fuere clariores, quòd ſimplicẽ, quòd priuatam, quòd quietam vitam delegere, atque nunquam ad rempublicam ſe conferre voluerunt. Sed enim in ipſa quoque reipublicæ adminiſtratione, ſi diligenter inſpicias, non illi eminent aut excellunt, qui diuitiis ac deliciis, rerúmq; omnium copia ſtipati degunt: verũ qui in paupertate & vilitate vitam ab omni faſtu alienã ducunt. Nam apud Athenienſes Ariſtides ille, quem etiam mortuũ ſepeliuit ciuitas, Alcibiade, (cum is opibus, deliciis, generis nobilitate, orationis vi & copia, corporis ſpecie & robore, cæteriſq; eiuſmodi vinceret,) tanto fuit inſignior, quãto vili aliquo puſione philoſoph⁹ mirabilis. Apud Thebanos vero Epaminondas, cũ in concionem vocaretur, ac propterea proficiſci nõ valeret, quòd veſtem lauiſſet, nec aliam haberet qua operiri poſſet: cunctis, qui eò conuenerãt, ducibus inſignior ac ſpectatior fuit. Nõ ergo mihi ſolitudinẽ in medium adducas, aut regiã. Neque enim in locis claritudo, ſplendor & gloria, nõ in veſtibus, non in dignitate, non in potentia, ſed in virtute tantũ animi & philoſophiæ ſtudiis conſiſtit. Verum quia exẽpla fortaſſis apud te non vſqueadeo vim atq; authoritatem habent: age iam ex ipſo filio tuo rem iſtam diſcutiamus diligẽter. Inuenimus illũ ſanè non modo clariorẽ eſſe nunc, quàm fuiſſet domi: verũ ex illis ipſis rebus eam claritatem aſſecutum, quibus illum tu & vilem eſſe, & ignobilem exiſtimas. Nam ſi vis perſuadebimus illi de monte deſcendere, atque in forũ irrumpere. Aſpicies protinus totius ciuitatis in illũ ora conuerti, cunctóſque inuicem ſibi eum demonſtrantes, ſumma admiratione ac ſtupore & gaudio repletos, velut angelus aliquis de cælo deſcenderit: an parũ tibi gloriæ videtur aſſecutus? Certe nõ eis modo qui in regia verſantur, ſed ipſo quoq; cui diadema circunligatũ eſt, profecto erit illuſtrior, idq; aſſequetur ob indumenta illa viliſſima, atque cõſciſſa. Nunquam enim ita miraculo ac ſtupori omnibus fuiſſet, ſi veſtibus operireẽ auratis, ſi ipſam purpuram deniq;, ipſámq; geſtaret capiti impoſitam coronam, ſi ſtratis inſideret ſericis, aureóq; curru mulorũ officio inueheretur, aurata lictorũ turba comitatus: vt modo eſt ſqualore ac ſordib⁹ obſit⁹, craſſõq; amictus indumento, nullo à latere comitatus aſſecla, nudíſq; pedibus incedens. Regij nanq; illi apparatus & ſolẽnes ſunt, & cõſtituti legibus ac definiti, atq; adeo nemo regem admiratur, quòd veſtẽ induat auratam. Nõ modo enim non miramur, verũ ſi quis id admirans dixerit, ridemus: quippe qui nihil nouũ, nihil mirabile locut⁹ ſit. At ſi q̃s de filio tuo verba faciat, vtq; irriſerit paternas opes, omnémq; ſeculi gloriã dederit peſſum, omníq; mundana ſpe celſior euaſerit, atq; ad ſolitudines cõmigrans tunica vili, conſciſſa ac putri ſe induerit: ſi hæc, inquã, ille de filio tuo proſequatur, prorſus continuo concurrent omnes, applaudẽtque, atq; laudabunt eius magnitudinem animi tãtam & tam illuſtrẽ. Contrà, cum reges innumeris quotidie maledictis impetãtur, nihil auratæ veſtes quò minus id fiat terrori ſunt: tantũ abeſt, vt illæ eos venerabiles reddant. Hic autẽ ex ipſis quoque indumentis plurimas occaſiones habet admiratiõis & laudis. Iſte igitur amictus multo magis ipſum ſpectatũ illuſtrémque facit, quàm faceret regius. Siquidẽ ex illo nemo regem admiratur, ex hoc ita indutũ omnes & venerationi & ſtupori habẽt. Dices, quid mihi emolumẽti confert opinio multorum? quid tandem hæ laudes omnium præſtant? Nempe gloria nihil aliud eſt. Sed huius, inquies, amore nõ teneor, honores magis & potentiã cupio. At hi qui laudant, prorſus honorabunt quoque: ſin vero tu & potentiã & regimen deſideras, ea nihilominus, vt priora omnia, apud iſtos reperiemus eſſe præſtantius, quàm apud vos: atq; cum eam rem exemplis confirmare facile poſſemus, ad eũ probationis modum, qui te maxime ſolari poſſit, venire malumus, huiuſq; rationis documẽta ex ipſo potiſſimum filio tuo inquiremus. Quod enim tu ſummę poteſtatis argumentũ eſſe aſſeris? Nónne vt poſſit quis & hoſtes, & omnes penit⁹ qui ſibi infeſti ſint, vlciſci, cunctóſq; qui ſe beneficiis affecerint, remunerari? Atqui hanc omnẽ ne apud regem quidem inuenire poteris. Nanq; & plurimos habet infeſtantes inimicos, quibus vicem reddere nõ poteſt: & plurimos beneficos, quos facile non poſſit munerari. Plerunq; enim & hoſtes q̃ ſe bello laceſſerint, maliſq; innumeris affecerint, vlciſci cũ vehementer cuperet nõ potuit: amiciſq; itẽ qui magna in bello oſtenderunt fortitudinis ac probitatis indicia, non potuit paria rependere cum vellet, quòd illi prærepti fuiſſent, atque in bello ipſo occubuiſſent. Quid ſi hac potẽtia, qua vt aperta ratione demonſtratũ eſt, ne reges quidẽ ipſi frui poſſunt, aliam quoq; longe maiorem, atque excellentiorem filium tuũ habere monſtrauero? Atqui nemo me bona cœleſtia modo dicturũ putet, quibus tu nõ credis. Nõ adeo, quid receperim, oblitus ſum: verum ex his quæ hac in vita fiunt, documẽta afferam. Si enim vlciſci poſſe inimicos, ea demũ ſuprema potentia cẽſetur: multo planè erit excellẽtius, eiuſmodi vitæ ſtatũ reperire, in quo nemo ſit, qui etſi velit, nocere poſſit. Nã quòd hoc illo maius ſit, & excellẽtius, tũc magis conſtabit, ſi ad exemplum aliud orationem reducamus. Dic enim quæſo, vtrũ eſſe commodius cẽſes, vtrum præſtãtius? rei ne bellicæ ita quempiam peritũ eſſe, vt nemo q̃ ſe vulneret, inuulneratus effugiat: an eiuſmodi eſſe corpore, quòd quãtalibet quiſque machinetur

chinetur, vulnerare nõ poſſit? Omnibus profecto cõſtat hoc illo & potius eſſe, & lõge diuinius. Illud quoque præterea adiiciendũ, quòd primo illo potentiæ genere ſuperius, & extremo inferius, ac mediũ inter vtrunque eſt. Quódnam vero iſtud eſt? Etiã medicamenta noſſe, quæ per vulnera deleantur omnia. Trib⁹ ergo iſtis potentię modis conſtitutis, primo quidem, vt poſſit quis iniurias vlciſci: Altero vero qui & ſuperior & dignior eſt, vt vulnera propria curare norit: Tertio, vt à nullo prorſus hominũ lædi poſſit, quòd naturam penitus excedit humanã, extremum hoc filium tuũ habere monſtrabimus. At ne hęc verba ſtrepitus inanis eſſe videãtur, hac ipſa ſumma potẽtia rurſus aliam maiorẽ inter quærendum inuenimus. Non modo enim nõ reperietur, qui nocere poſſit, ſed ne q̃ velit quidẽ. Ita duabus ex partib⁹ ille tutus erit. Quid igitur hoc vitæ ſtatu ſingularius, quid diuini⁹ dici, aut fingi poſſit, in quo nemo nocere velit: nec ſi velit, poſſit? Cum potiſſimũ nolle nocere non ex impotentia veniat, vt in pleriſq; contingit: ſed ex eo quòd nocẽdi nulla cauſa rationabilis exiſtat. Nam ſi nocere non poſſe, id tandem per ſe ſolũ ſit, nihil erit cur ita admiremur. Poterunt enim etiam vehemẽtius odiſſe hi, q̃ cum voluerint, nocere non poſſunt. Itaq; non parum beatus iſte quoq; potẽtiæ modus eſt. Ipſum ergo primum ſi videtur, intueamur diligenter. Quiſnam eum rogo lædere, atq; iniuriis afficere velit, qui nihil habet commune cum hominibus, nõ tabularũ, aut chirographorũ gratia, non prædiorum, non pecuniarũ, non negociorum, non alterius denique rei alicuius? Pro quibus aduerſus eum villis corrixabitur, pro quibus ſeruis, pro qua gloria? Quídnã metuens, quid inuidens? Aut enim inuidia, aut timore, aut ira commouemur, vt aliquẽ lędamus. At iſte illuſtriſſimus, & planè regius, his omnibus ſuperior euaſit. Quis enim illi inuideat, qui cuncta ea irrideat, quæ alij vehementer amant, & plurimi exiſtimãt? Quis illi iraſcatur, à quo nulla fuerit laceſſitus iniuria? Quis eum metuat, quem nihil ſuſpectũ habet? Conſtat igitur ex his neminem eſſe, qui nocere velit, quòd autẽ non poſſit, ne ſi velit quidem, & hoc ſimiliter manifeſtũ erit. Nullæ enim ſunt occaſiones, aut cauſæ, quibus eũ aliquis impedire poſſit: ſed vt aquila ſublime volans, minutarũ auiũ laqueis non capitur: ita & hic. Vnde enim, vel ex qua cauſa nocere ei poſſit aliquis? Pecunias ille nõ habet, vt damnum metuat: patriam non habet, vt exilium ſibi aliquis intentet: gloriam non optat, vt dedecus timeat. Vnum reliquũ eſt, mors ſcilicet, ſed eam qui intulerit, non modo illum non lædet, aut aliquo afficiet mœrore, verum ſumma quoque illi conferet emolumenta. Nanq; eum ad aliam tranſmittit vitam, quam ille ſummis ambit deſideriis, cui⁹ gratia cũcta & agit & molitur. Itaq; laborum illa ſibi finis erit, non pœna ſudorúmq; abſolutio, & requies. An cupis gen⁹ aliud ſuæ potentiæ, ac virtutis addiſcere, lõge iſto excellẽtius, ac philoſophia dignius? Siue quis eũ innumeris iniuriis afficiat, ſiue verberibus atterat, ſiue in vincula coniiciat, corpus quidem natura infirmum violatur: cæterũ animus quòd philoſophiæ intentus ſit, inuiolabilis durat: neq; enim iracundia capitur, non odio peruius eſt, nõ inimicitias exercet. Quæ cum ſint mirabilia, id profecto mirabili⁹ ſit neceſſe eſt, quòd eos q̃ ſe ita vexãt, ſic diligit, ſic amat, vt beneficos, & ſuorum profectuũ magiſtros, bonáq; illa cuncta imprecatur. At qui tu quid ei vnquã tale prę ſtare potuiſſes, etiamſi millies regem ipſum, ac totius orbis terrarum dominum conſtituiſſes, & decẽ milibus annis imperium ei prorogaſſes? Quænã purpuræ vis, quæ claritudo, quæ gloria ſic affecto animo comparata, nõ vileſcat atq; euaneſcat? Quídnam aliquis non libenter impenderet, vt eiuſmodi animũ acciperet? Ego puto eos etiã qui corpori vehementer ſtudent, huius vitæ deſiderio non ſegniter moueri. Viſne aliunde quoq; viri huius potentiam addiſcere, & mirabilẽ & iucundiſſimam, humiliori quidẽ ex parte petitã, ſed tamen tibi ſummè gratã atque ſuauiſſimam? Cuncta ſanè ea quæ dicta ſunt, nec capi illũ, nec violari poſſe oſtendũt. Verũ tu fortaſſe quónam ille modo alios quoq; moderabitur, & reget, atq; tutiſſimos præſtabit, quæris addiſcere. Principio quidẽ ipſi⁹ in eo apparet magiſterium, quod alios quoq; imitatione ſui ad idẽ, ꝓpoſitum adducit, ſimiliq; fortitudine præditos facit. Sin vero illi noluerint, eámq; vitam, quæ & fragilior eſt, & terræ propior, hominibúſq; cõmunior viuere maluerint, in eo quoq; delectu vitę, maiore illum eſſe potẽtia qui nihil habet, quàm te qui diues es, idq; idcirco maxime, quia nihil habet, docebo. Quis eũ maiore cũ fiducia ac libertate regẽ alloquetur, & ſi neceſſe ſit, increpabit? túne qui tãta poſſides, & propterea ſeruis quoq; illius obnoxius & obſtrictus es, próq; omnib⁹ tremis ac trepidas, occaſionéſq; illi innumeras præſtas, quibus te quotidie capiat iratus: an iſte, q̃ illius iras potentiámq; non metuit? Huiuſmodi enim potiſſimũ ingenti cum libertate regibus colloquuti ſunt, quíq; ſe mũdi negociis penitus alienos reddiderunt. Cui vero facilius cedet, promptiúſq; obtẽperabit, is qui eſt in poteſtate cõſtitutus, atq; in regia verſatur? tibí ne qui diues es, quem ille pecuniarũ cauſa crebro plurima ſuſpicatur facere: an ei qui vnam tantummodo habet intentionẽ, cauſámq; iuſſionum, humanitatem ſcilicet in omnes, atq; clemẽtiam? Quem, inquã, ille amplius amabit, obſeruabit, admirabitur, eum de quo nihil humile, nihil abiectũ ſuſpicati poteſt, an te quẽ ſeruis quoq; ſuis humiliorem arbitratur atq; viliorem? Sicut enim in re pecuniaria, quoties aliquid impendendũ fuerit, illis obaudiunt magis, ita impendiis quoq; præeſſe iubent. Sin autẽ ita vis, nihil ille per alios tranſigat, ſed per ſemetipſum omnia: Adducatur afflictus aliquis, inſigni calamitate mœſt⁹ & ad illũ & ad te, quin magis nõ ad te, ſed ad regem ipſum, tũ videamus vter illũ refouere & recreare magis ſua prouidẽtia poſſit. Primúſq; & ante alios ducatur, qui acerbiſſima omnium perpeſſus ſit. Fingamus interim aliquem habere filium vnicum, quem in ipſo flore ætatis amittat, hunc neq; princeps vllus, neque rex, neque alius quiſpiam ſolari mœrẽtem poterit, ne tu quidem: nihil enim eiuſmodi ſibi dare quale amiſit, valebis. At ſi ad filiũ tuum ille educatur, ſtatim ex aſpectu ipſo, atq; habitu, itẽq; ex ipſo habitaculo demiſſũ ora eriget, ac perſuadebit facile nihil extimare res humanas, cũ oratione ſua mœroris omnem nebulam fugabit & exterget. Tua vero ex domo luctũ ille & quidem acerbiorem referet. Cum enim ea viderit immunem, exortem malorũ, omnibúſq; ſecũdis ſucceſſibus repletã, & eum qui hæreditate potiturus ſit, præ ſe ferentẽ, tum vero magis aduretur, atq; ad luctum acrius inflammabitur. At vero inde mãſuetior, & quietior redibit, philoſophiæq; vicinior. Nam cũ viderit filium tuũ tantas opes, tantas copias ſpreuiſſe, tantámque claritudinẽ & gloriam, minus dolebit ſibi filium

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi filium obiisse. Qui enim morderi, aut angi poterit, nullo sibi ex liberis hærede superstite, cũ hũc prospexerit illa omnia ingenti magnitudine animi spreuisse? Audiet illũ præterea facilius & gratiꝰ de philosophia verba facientem, quòd operibus ille fidem verbis faciat, dictísq; res ipsę adstipulẽtur. Tu si vel aperire os, atque hiscere ausus fueris, eũ mœrore incredibili replebis: quippe q alienis in malis philosophări pergis. At ille rebꝰ ipsis eruditꝰ persuadebit facile, nihil aliud quàm soporẽ mortem esse: neq; enim plurimos enumerabit patres perpessos eadẽ, sed seipsum ostendet diebus singulis in corpore mortẽ meditantem, ac se ad eam obeundã semper præparantem. Atque illum resurrectionis admonens, magna persuadendi vi, ita ab se dimittet maxima parte mœroris amputata: multóque amplius valebũt huius verba rebus ipsis asserta ad leuandũ animi dolorem, quàm contubernalium, sodalium ac sequestriũ. Et istum quidem ita forsitan sanabit. Adducatur ad illũ rursus alius, q iugi ex morbo oculos amiserit: quis illius dolori medebitur, quísve melius curare eum poterit? Nempe enim iste certa ratione monstrabit, nihil mali illum esse passum, breui cellula inclusus, atque ad lucem aliam properans, præsentémq; si illi comparetur, & breuẽ, & obtusam esse arbitrans: sicq; admonebit eum casum & constãter & fortiter perferre. Sed nũ tu male aliquibus affectis, vt philosophari velint, persuadere poteris? Minime vero, quin etiã magis irritabis, atque perturbabis. Nanq; tristia nostra in proximorum secundis rebus melius atq; diligentius consueuimus inspicere. Tuus porrò filius hos quoq; facilꝰ recreabit, & refouebit. Omitto precũ suffragia lõge his omnibus & grauiora, & maiora. Hæc autẽ ideo omitto, quoniam ad te mihi nunc sermo est. Sin autem honorari cupis ex filio, nec vllis esse contemptui, par enim est his quoq; te moueri, atq; ea cupere: nescio quo pacto id vberiꝰ consequi possis, quàm vt eum habeas filiũ, qui naturam excedat humanã, quíq; in toto terrarum orbe illustris & clarissimus habeatur, cúmq; sit tanta virtute & potestate, neminẽ habeat inimicum. Nam si vestra hæc potentia præditus fuisset, habuisset quidẽ plurimos qui vererentur, verũ nec pauciores qui odissent: at hic illũ omnes & iucunde, & cum voluptate honorant. Si enim nonnulli humili loco nati, agrestiúmq; atque operariorũ filij, cum ad hanc se philosophiam contulissent, adeo cunctis fuere venerabiles, vt ne hi quidẽ qui in summis dignitatibus agebant, erubescerent proficisci ad illorũ tuguria, & cum eis colloqui, mensæq; participes fieri: quin ita fuere affecti, tanquã bonis maximis, id quod erat verissimum, potiti fuissent: multo sanè magis id facient, cum viderint hunc illustrissimo ex genere, clarissimísque diuitiis, summa illa ex spe ad eam se virtutẽ contulisse. Itaq; quod tu maxime quereris ex his cũ ad illa transisse, id in primis est quod illum maxime omnium vt probatum, & spectatum facit, omnes vt in illũ tueantur inducit, nõ planè quasi hominẽ, sed iam penitus vt angelum. Neque enim quæ de aliis opinari solẽt, ea de filio quoq; suspicabũtur tuo, quòd ille scilicet vel honoris ambitione captꝰ, vel pecunias desiderãs, vel insignis ex humili fieri cupiens, hanc elegit viã, huícq; proposito se addixit. Quæ profecto verba, etsi cũ de aliis dicũtur, mendacia simul & iniqua sunt: in ipso tamẽ tuo nato, ne obscuræ quidẽ suspicioni locum dare potuerunt. Et ne tu putes ista tantũ contingere regibus pietatem colentibus, etiamsi imperiũ trãsferatur, & imperatores infideles fiãt, tũ quoq; nati tui virtus illustrius claresceret. Neq; em vt apud gentiles, ita fit apud nos: neque principum edictis, & sentẽtiis iniustis acquiescimus, neque eas sequimur: verũ sua cuiq; virtus immota inuiolabilísq; perdurat, túncq; apperet maxime, cũ maxime oppugnatur. Nã & is miles, qui in pace probatꝰ fuerit, lõge erit spectatior, si belli terror increpuerit. Itaq; & sub regibus gentilibus erit tibi æquus honor, imò vero maior quoq; atque auctior. Nam qui filium tuũ in pace verentur, multo amplius id facient cum præliantẽ viderint, summáq; confidẽtia & constantia vtentem, & plurima probitatis insignia præ se ferentem. Vísne illa etiã quæ pertinent ad te, diligenter inquiramus? An id quoque superfluum videtur? Is enim qui cæteris ita blandus & mitis est, vt querelæ occasionẽ nulli præbeat, multo magis patrem reuerebitur, atq; in summo habebit honore, lõgéq; amplius fouebit ac tuebitur obsequio, quàm nunc. Atqui si in summo fuisset magistratu, incertũ est an ipsum quoq; patrẽ contẽptui habiturus esset: nunc vero eam elegit vitam, per quam cũ rege ipso sit illustrior & clarior, cunctorũ tamen vitæ humilitatem & officio superare perseueret: quippe eiusmodi apud nos obtinet philosophia, quæ ea quæ videtur cõtraria, celsitudinẽ & humilitatẽ in vnam animam cogat. Et tum quidem quippe pecuniarũ cupidus, tuũ etiam fortassis optasset occubitum: nunc vero vt quàm longissima tibi vita prorogetur orat, vt ex hoc etiam coronis clarioribus donetur. Nõ enim exigua merces eis proposita est, qui parentes honorauerint, cum eos ex legis instituto vereri iubeamur vt dominos, verbóque simul & operibus colere, dum tamẽ in nullo pietas ac religio lædatur. Quid enim tale, inquit, illi reddes, quale ipse tibi? Considera deniq; quàm sit rationi consentaneũ, cum qui in cæteris ad summũ virtutis verticem proiectus sit, id officium quoque summa intentione seruare. Nam etsi moriendum sibi fuerit pro tuo capite, non abnuet, non recusabit: quippe qui non tantũ naturali te lege colit, obseruat, honorat: verũ multo magis, vt dei iussis obtemperet, propter quem cuncta simul penitus despexit & reliquit. Cũ igitur ille nunc probatior sit, & opulentior, potentior & liberalior: cúmque hac tanta magnitudine animi seruus tuus sit lõge amplius, quàm fuerit prius, cuius rei gratia quereris? quid ingemiscis? An quia quotidie non metuis ne forte in bello moriatur, quòd nunquã offensurus est regis animũ, quia commilitonũ inuidię non patet? Nónne & hæc, & his plura etiã probatis filiis metuũt patres? Vt enim qui infantẽ puerũ in sublimi aliquo loco statuerint, ne tandẽ is decidat, metuere coguntur: ita & hi qui filios ad excelsum aliquem dignitatis gradum prouehendos curant, illis omnia timere solent. At habet aliquã voluptatem baltheus, & paludamentum, & præconis vox. Et ista tandẽ quot dierum spacio tenduntur? Nũ triginta, aut centum, aut bis etiam totidẽ? Quid postea? Nónne transierunt illa omnia vt fumus, vt somnium, vt vmbra, vt fabula? At nunc illi vsq; in finem honor iste permanet, imò vero post mortem quoq;, & quidem tunc multo cumulatior: atq; hunc honorem, hoc imperium, nemo vnquam ab illo poterit auferre: quippe cũ ista nõ ille ab homine acceperit, verũ à virtute ipsa. Sed enim tu illum malles preciosa amictũ veste procedentem, insigníque vectum equo, clientum stipatum multitudine, para-

ne parasitos parentésq; nutrientẽ videre. Cuius tandem rei gratia id velles? Num vt illi voluptatem aliquam ex his omnibus parares? At qui audis illũ dicẽtem, ne nobis fortasse minus fidẽ habeas, tanto se vitam istam ea quam degunt qui in deliciis viuunt, qui formosis meretricibus vtũtur, qui se musicę, parasitis, assentatoribus, omníq; id genus lasciuiæ addixerunt, iucundiorem ac dulciorem existimare, vt malit millies emori, quàm iis obtẽpetare, qui iubent hac illum omissa voluptate ad illã se conferre. Quid ad hæc dicturus es? Num ignoras quantũ voluptatis, quid iucunditatis ea vita pariat, quæ à strepitu negociorum remota penitus quietẽ agit? Fortasse nec vllus id hominum nouit, quippe qui eam vitã nunquam perfecte gustauit. Cum itaq; nec claritudo delit, atq; hæc quæ sibi misceri vix possunt, securitas & gloria in vnũ coëãt: quid hac vita præstabilius dici aut fingi potest? Dices, quid tu ista mihi ingeris, q sum à philosophia remotissimus? Cur ergo natum tuum quoq; ad eam propius accedere non sinis? Satis sit isto te incõmodo affectum esse. Nónne summũ esse detrimẽtum arbitraris, quando ad extremã prouecti senectutem, vt qui in priori ætate nihil boni, nihil emolumẽti fueritis lucrati, molestissime eam ætatẽ ferti? At ideo, inquit, eam moleste ferimus, quòd magna nobis cõtulit iuuentus commoda. Quænam magna? Da senem, qui magna ista commoda habeat. Si enim illa habuisset, perseuerassent vtiq; cum illo, nec modo vt his orbatus atq; destitutus, ita lamẽtaretur: sin vero illa abuolauerunt, & marcida euanuerunt, quónam modo fuerunt magna quę sic cito extincta sunt? Atqui filius tuus nunquã prorsus id patietur: sed si ad longissimã quoque senectutẽ sibi protendantur anni, non illum videbis indignantem, aut iniquo animo ferentem, vt vos facitis: verũ gaudentem, gestientem, exultantem, triumphantem. Tunc enim bona sua vigent amplius, & florent. Vestræ autem diuitiæ etsi bona habeãt innumera, in primo statim ætatis flore facient illa contractiora. Non autem ista ita faciunt, sed vsque ad senectutem durant, excedentésq; è vita comitantur: idcirco vos cum tãtam diuitiarum copiam præparatã in senectutẽ habeatis, plurimæq; vobis & deliciarum & gloriæ occasiones suppetant, iraſcimini & indigne fertis, quòd ætas nõ sufficiat vt eis frui valeatis: idcirco mortem quoq; perhorrescitis, vósq; tunc potissimum miserabiliores omnibus esse cõfitemini, cũ maxime floretis. Contrà, ille tunc insigni requie fruetur cum senuerit, quippe qui ad portũ venire properat, habẽtq; eam iuuentutem quæ viget semper ac viret, nullúmq; metuit senectutis occasum. Verum enim tu filium tuũ eis deliciis, eísq; hauriendis voluptatibus instare voluisses, quarum illũ millies pœnituisset, cũ ad senectutem peruenisset. Sed ab eiusmodi deliciis ipsos quoq; inimicos nostros liberet deus. Verũ ego quid senectutẽ memoro, quãdoquidem die vno voluptas illa omnis extinguitur? imò ne die quidẽ integra illa perdurat: sed breuissimo temporis momento. Quid enim est voluptas? Nónne ventri se dedere, cibóq; delicatos parare, & speciosis mulieribus cõgredi, porcorum instar se in cœno volutantium? Sed ista post videbimus. Interim voluptatẽ ipsam quæ sit indagemꝰ, atq; videamus, si nõ planè leuissima simul & vilissima sit, atq; illã, si placet, primũ inspiciamus, quę delicias omnes videtur sua dulcedine lõge ãtecedere. Dic oro illius tẽpus, quantúmq; nos illa continere possit: profecto pattẽ temporis adeo breuẽ, vt ne plenè quidẽ qualis sit videri possit. Nam simul ac quisq; impletus fuerit, voluptatẽ etiam omnẽ extinxit. Atque antequam illa impleatur, fluenti vnda citius pertransiẽs, ad ipsas fauces deficit & euanescit, nec tãdiu durare potest, dum cibus ad interiora descẽdat: simul enim atq; linguã pertransiit, vim etiam omnem amisit. Omittò mala illa & incõmoda quæ solent ex eiusmodi deliciis gigni, quantũ illæ rixarum, quantúmq; tumultum excitent. Non modo autẽ iucundior & lętior est, qui eas delicias spernit, quàm is qui saturitate distenditur: verũ leuior quoq;, facilior, gratior. Somnus etiam sanitatis in viscere moderato, inquit. Quid me dicere necesse est morbos, mœrores, clades, inanésq; sumptus? quę cõtrouersię, quę lites, quę insidię, quæ ex hisce cõmerciis odia, rixæq; pullulant? At habet quiddã dulcedinis ac suauitatis meretricibus mulieribus congredi. Et quæ potest esse voluptas in tãta turpitudine? Sed hęc interĩ indagare omittamus, nec armatorũ pugnas, psequamur, nec bella inter se riualium, nec accusationes & crimina: verũ sit aliquis qui licenter, summáq; cum libertate obscœna illa libidine fruatur, neq; riualẽ vllum habeat, nec à specioſa illa muliere contemnatur: pecuniarum præterea tanta illi sit copia, vt eas veluti ex manãtibus fontibus hauriat, & largissime impẽdat, quanquam impossibile est hæc omnia simul cõuenire. Cęterũ ei qui riualem habiturus est, omne patrimoniũ exhauriendum erit, vt alios omnes largitate munerũ superet: rursumq; qui noluerit aut extremã inopiam deduci, is demũ à meretrice spernetur, abiicietur, respuetur. Cæterũ vt cõcedamus nihil horũ fore impedimẽto quo minus sibi omnia superfluant, atque ex sententia proueniant: quam tu tandem nobis voluptatẽ hic potes ostendere? Nũ in ipso congressus tempore apparet? At quisq; simul ac impleuit coitus rem, voluptatẽ etiam extinxit omnem: qui autẽ adhuc in congressu est, non sanè in voluptate agit, verũ in tumultu, & perturbatione ingẽti, in ardẽtibus aculeis, in insania, in cõcussione & feruore vehemẽti. Atq nõ eiusmodi nostra voluptas est. Absit id penitus, verùm & quietum semper animum ab omni perturbatione seruat, & metũ nullum aut concussionem inducit, sed purissimam quandam præstat integerrimámq; lætitiam, eámque gloriosissimã, & quæ fine nullo concludi possit: longéq; illa vehemẽtior, quàm vestra, & potentior est. Atq; id ostendere quatenus nostra sit quàm vestra iucũdior, securior, gratior, difficile nõ est. Vestrã enim voluptatem metus comprimere ac fugare potest. Nam si rex mittat, qui minetur mortẽ, complures ita affectos ea voluptas deseret: eis vero q nostra ista voluptate potiuntur, si qui millies mortẽ inferat, non modo non persuadebit vt eam negligant, verũ irridebitur magis: adeo nostra gratior & dulcior & violẽtior quàm vestra est, prorsúsq; nulla est vtriusque comparatio. Ne igitur inuideas filio, cum à fluxis bonis, & quæ ne sunt quidem, ad ea quæ & sunt & in æternũ perseuerant confert: neq; lugeas eum qui beatissimus meretur dici: sed eum luge, qui non eiusmodi est, quíque in præsenti vita, tanquã in concitatissimo circunfertur euripo. Atque vt iam ad summam veniamus: tu enim etsi gentilis ac infidelis es, nostrã tamẽ hanc perorationem suscipies. Audisti profecto Cocytos, & Pyriphlegethontas fluuios, & Stygis vndam, & Tartarum tanto inferiorẽ terra, quãtum hæc ipsa distat à cœlo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

plurimósq; suppliciorũ modos. Etsi enim hæc illi explicare, prout erant, non potuerunt, quippe gẽtiles & cogitationibus propriis instincti, nostra quàm lõgius odorati, futuri tamen iudicij vmbrã quandam atque imaginem expresserunt. Denique inuenies & poëtas, & philosophos, & oratores, atque omne scriptorum genus de dogmatibus huiusmodi philosophãtes. Audis enim & Elysium campum, & beatorum insulas, & prata virẽtia, & myrtos, & auram tenuem, odorémq; suauissimum cuncta replentem, & choros ibi cõmorantes, amictos stola candida tripudiantes, atq; hymnos quosdã cõcinẽtes, prorsúsq; post vitæ excessum, & malis & bonis repositã pro meritis mercedẽ. Quónam ergo tu tandẽ in statu animi eos, siue bonos siue malos viuere existimas, qui iugiter eiusmodi secũ cogitationes versant? Nónne alij quidẽ, etsi præsens eis vita per cuncta blandiatur, degántq; aliàs sine mœrore, summáq; cum voluptate, quasi quodã conscientię flagello semper impelluntur, & exagitantur, atq; perterrentur, furiarũ tædis ardentibus, futurorúmq; malorũ expectatione cruciãtur: boni vero etsi malis innumeris vexentur, iuxta Pindarum spem habent, qua recreenẽ, quæ mala præsentia se nec sentire sinit. Itaq; in hoc quoq; maior voluptas nostra, quàm vestra est. Multo enim profectò melius, multóq; præstãtius est, à temporalib⁹ & momẽtaneis laboribus incipere, atque in infinitã requiem desinere, quàm his, quæ vidẽtur esse iucũdissima, breuiter gustatis, in sũma & grauissima incõmoda decidere. Cum igitur id concessum sit, hic etiam vitam illam virtuti deditam esse iucundissimam: nõ id quod initio dixi faciundum est, ácq; eos miserandũ, qui in talibus tantísque bouis lachrymantur & gemunt? Non enim lamentationibus dignus est filius tuus, verũ plausibus coronísq; clarissimis, qui ex tantis mundanorũ fluctuum motibus, ad tranquillissimam vitam, portúmq; serenissimũ se recepit. At exprobrãt tibi patres plurimi filios habẽtes seculo addictos, téq; digito denotant, ac sibi inuicem ostendunt alij cum vident, atq; irrident alij. Cur non tu eos magis & irrides, & miseraris? Neq; enim id intuendũ est, an irrideant & obiurgent nos, sed an recte & iuste id faciãt. Quòd si digni fuerimus qui irrideamur, etiamsi nõ illi rideãt, nos tamen lugere merito debebimus. Sin vero id iniuste & iniquè faciãt, etiamsi omnes rideãt, nos tamẽ beatos esse sentiamus: illorum vicẽ doleamus, quippe qui cũctis infœliciores sunt, & nihilo insanis meliores. Insanorũ enim est, & eiusmodi morbo laborantiũ, eum qui plurimis & coronis & laudib⁹ sit dignus, irridere. Dic enim oro, si quòd filius tuus, saltatorũ insaniæ, vel aurigarum se omnino addixisset, inde te laudarent atq; admirarẽtur vniuersi, beatissimúmq; esse faterẽtur: nónne irrisionem hanc, & quidẽ mordacem esse existimares? Quid illud? Si qđ strenuũ aliquid, ac forte, dignúmque laudibus egisset, propterea te oës irriderẽt, probrísq; respergerẽt: nónne illos amẽtes, insanos, furiosósq; proclamares? Atqui hoc nunc quoq; faciamus, neque opinioni multitudinis acquiescamus: verũ diligẽtissimo rationis examini de filio tuo ferẽdam sententiã permittamus: videbis, pfecto ridiculosos istos homines vilissimorum potius manciporum, quàm liberorum parentes esse filiorũ, si filio tuo illi comparati fuerint. Verũ enimuero tu necdum ista cõspicari, aut perpẽdere vales: cum vero te modicũ collegeris atq; requieueris, filiúsq; tuus plurima de se virtutis documenta dederit, nõ iã tibi verbis opus erit: & ipse enim hæc atque his plura etiã ad alios loqueris. Quę sanè ego omnia non tibi sine certa ratione prænũcio, sed loquor quæ expertus sum. Amico enim quodã & sodali vsus sum, qui patrem habebat infidelẽ, diuitẽ, spectatũ, & vndecunque clarissimum. Is primum quidem concitauit principes, & intẽtauit carcerẽ, parauit vincula, ipsúmq; omnib⁹ exutũ, & necessariis etiã alimentis indigentẽ, in alienũ dimisit solum, hac illum arte sibi acquieturũ putans, atq; ad seculi latiores vias rediturum: postquam vero illum in nullo sibi cedere peruidit, neq; penitus moueri loco, victus tãdem manus dedit, & palinodiã cecinit: nunc in honore habet filiũ, illúmq; amplius quàm si pater esset, colit, obseruat, reuereẽ. Cúmq; plures alios habeat liberos spectatos in seculo viros, eos ne dignos quidẽ qui serui eius sint, arbitratur, atq; ex eo ipso filio longe clarissimus est. Hæc eadẽ in tuo nato etiã perspiciemus, atq; me vera prosecutum ex rebus ipsis addisces diligenter: idcirco ipse quoq; iam loquendi finẽ faciam, id tantũ orans atque obsecrans, vt annum vnum expectes, aut minus etiã. Neq; enim ea quę apud nos in studio est virtus, multis diebus vt perficiatur opus habet, quippe quę diuina gratia germinat, & mature ad frugẽ peruenit. Insp iciéśq; ista omnia quę dicta sunt, reb⁹ ipsis impleta. Nec modo facta laudabis, verum ipse quoq; si te parũ colligere volueris, citius ipsius æmulus atq; imitator eris, ducem & magistrum habens virtutis atque probitatis filium.

LIBER TERTIVS AD PATREM *fidelem.*

AGe, iam fidelem quoq; patrem doceamus; quàm illi non expediat, vtq; integrum nõ sit eos oppugnare, qui filium suum, vt dei monita & consilia implere pergat, hortantur. Quanquam periculum est, ne iste quoque sermo superfluo à nobis instituatur, cõtráq; ac superiori libro dixeramus, cõtingat. Tunc enim diximus, per legem certaminis nostri nos aduersus gentilẽ dimicare non cogi, eósque tantum qui interius sunt iudicare, Apostolum iubere, omníque aduersus eos, qui foris sunt, pugna immunes esse ac liberos sinere. Nunc autem, vt mihi quidem videtur, ne istis quidem dimicationibus sumus obnoxij. Nam si priore libro Christiano de his verba facere oportere turpe esse videbatur, multo id magis nunc. Quis enim nõ erubescet, is qui fidelis est, si de his admoneri opus habeat, in quibus ne infidelis quidẽ quicquam nobis contradicere aut reluctari possit? Quid igitur? Tacebimúsne propterea, nihílq; loquemur? Minime vero. Nam si quidem esset aliquis, qui in futurum sponsor & fideiussor accederet, nobísq; perspicuum, & planè manifestum faceret, fore posthac neminem qui eiusmodi facinora auderet: nos quoque ipsi quietem ageremus, eísque qui prœteriissent, silentio nostro vt latere possent, concederemus. Quoniam vero neminem eiusmodi tenemus idoneum fideiussorẽ, necessaria penitus videtur verborum admonitio. Si enim aliquos inuenerit hoc morbo laborantes, operabitur profecto quod suum est: sin vero nemo in hanc malam valetudinem incidit, actum est vt volumus, & vehementer optamus. Quippe & medici etiam posteaquã infirmis medicamenta parauerint, maxime cupiunt nihil eis opus esse languenti: itaq; & nos optamus quidẽ votis omnibus, neminem esse ex fratribus nostris, cui ista admonitione

nitione opus sit: sin vero, qđ tamẽ absit, fuerint aliqui eiusmodi, vel secundũ nauigationis remedium non illos effugiat. Fingamus ergo iã fidelẽ quoq; eiusmodi esse, cuius infidelis fuerat, eiq; per cũcta simillimũ, præterquã in cultu dei & religione. Lamẽtetur & lugeat similiter, prouoluatur omniũ pedibus, prætẽdat canos, & senectutẽ, & solitudinẽ, cunctáq; illa prosequatur, quæ gentilis dixerat, & quantum vult iracundiæ iudicibus moueat: quãquam in hoc aduersus istũ certamine iudiciũ iam hominibus permittendũ non est. Audiuit enim profecto quæcunque summi apud nos viri, diuino spiritu repleti, de terribili horrẽdóq; iudicio, quod post huius excessum vitæ sequit, philosophati sunt. Atque ante omnia admonendus est diei illius, ac pernicioſissimi fluminis in morẽ decurrẽtis ignis, ciúsq; flammæ quæ nunquã extinguitur, cũ solis tollẽtur radij, lunęq; splẽdor occultabitur, cũ stellis decidentibus cœlisq; cõuolutis virtutes cõmouebuntur, cũ vndiq; concussa, & liquefactẽte humo, terribilis alternúsq; sonitus tubarũ concrepabit: cũ percurrentibus orbẽ vniuersum angelis, assistentibúsq; regi milibus, & milibus milium ministrantibus, aduenientibúsq; cum ipso iudice ad eius obsequium paratis exercitib⁹, ante castra ipsa cœleste signũ elucebit: cum soliũ parabitur, & aperientur libri, maiestátsq; illa reuelabitur inaccessa, atq; ineffabilis: cum vox illa iudicantis audietur horribilis & metuẽda, alios quidẽ in ignẽ paratũ diabolo & angelis eius ire præcipientis: alios vero post ingentẽ illam exercitationem, virginitatísq; labores ipsis thalami ianuis arcentis, ministrorumq; aliis zizania colligere, atq; in fornacẽ immittere iubentis: aliis item alios nonnullos compeditos, vinctósq; post terga man⁹ in exteriores tenebras abducere, atq; horrifico dentium stridori addicere: cum hunc quòd impudice tãtum aspexerit, illũ quòd intempestiuo se risui dederit, aliũ quòd maledixerit duntaxat, vehementissima atque grauissima animaduersione plectet. Nã quòd istos quoque pœna acerbissima maneat, ipsum iudicẽ audias licet, qui & hæc, & eiusmodi supplicia intentat. Ad hũc nobis iudicẽ prorsus eundũ est, atque diem illum metuendum in quo nuda & patefacta erunt omnia, non tantum opera & verba, verũ ipsæ quoque cogitationes & intentiones animi. Nam eorũ quoque delictorum quæ videntur esse leuia & nulla, terribiles tunc pœnas expẽdemus. Adeo iudex ipse pari & eadẽ ferè diligentia & nostram, & proximorũ nostrorum salutem requirit à nobis: idcirco Paul⁹ quoq; semper & vbiq; monet singulos, nõ quæ sua sunt quærere, sed quę proximorũ: ideo in Corinthios vehemẽter inuehitur, quòd nullam prouidentiam, nullámq; curam habuerãt eius qui in grauissimũ crimẽ fornicationis inciderat, sed magis eius vulnus tumidum obduratúmque cõtemperant. Galatis quoq; eadem scribẽs aiebat: Fratres, & si prœoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, eiusmodi corrigite. Thessalonicẽsibus item eadem monita edebat, dicẽs: Itaq; exhortamini inuicẽ sicut & facitis. Itémque: Corripite indisciplinatos, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos. Ne quis enim diceret, quid mea interest etiã aliorum curare salutẽ? qui perit, pereat: & qui seruatur, seruetur: nihil horum pertinet ad me, mei tantum ipsius curã habere mihi imperatũ est. Ne quis, inquã, ista diceret, immanẽ hãc, & prorsus inhumanam cogitationem iugulans, legibus istis illã sepsit & circũcluſit, quibus plurima iuberet nostrorũ cõmodorum negligere, vt proximorũ saluti cõsuleremus, atq; omnibus in locis vitæ eandẽ diligentiam habẽdam definiuit. Romanis quoq; cum scriberet, ingentem illis curam huiusmodi procurationis impoſuit, multúmq; in ea parte voluit esse solicitos, fortes imbecillib⁹ patrum loco esse iubens, eorúmq; salutem curę illis esse admonens. Sed ista in eo loco hortantis atque consulẽtis voce magis quàm imperãtis authoritate mãdauit: alio vero in loco summa cum vehemẽtia auditorum animos perterruit, eos qui fratrũ salutem negligerent, in ipsum Christũ peccare asseuerãs, deiq; ędificium diruere. Quæ quidẽ omnia, non vt à se inuenta asserebat, verũ à magistro didicerat. Nanque vnigenitus dei filⁱ docere nos cupiẽs, quàm istud debitum necessariũ sit, vtq; hi qui illud reddere negligũt, summis afficiantur incõmodis, aiebat: Quicunq; scãdalizauerit vnũ ex pusillis istis, expedit ei vt suspendatur mola asinaria circa collũ eius, & demergatur in profundum maris. Atq; is qui talentum attulerat, nõ quòd aliquid ex suis cõtempſisset, sed q⁹ proximi salutẽ neglexisset, & increpitus & supplicio affect⁹ est: itaque etsi vitam omnem nostram diligentissime cõpositam & instructã egerimus, hac non euitata negligentia, nihil consequemur emolumenti, cũ ea talis ac tanta sit, quæ sola in gehẽnæ profunda possit immergere. Si enim is, qui proximũ in eis rebus quæ ad corpus pertinẽt, adiuuare noluerit, nulla ratiõe excusari poterit: verum etsi virginitatem ille seruauerit, extra sponsi thalamũ proiicietur: is qui quod multo maius est omiserit, (quippe lõge maximũ est animarum gubernatio & regimẽ) cur nõ mala omnia perpeti merito digniſſimus existimetur? Hominem enim non vt sibiipsi tantũ prodesset creauit deus, sed vt multis. Idcirco Paul⁹ quoq; fideles homines luminaria appellat, ex ipsa appellatione manifestãs, oportere fideles cęteris quoq; vsui esse. Luminare quippe quãdiu seipsum tantũmodo illuminat, luminare, pfecto nõ est. Quocirca gẽtilibus quoq; ipsis deteriores esse ait, q proximorũ saluti negligerẽt, sic dicẽs: Si quis autem suorum, & maxime domesticorũ prouidentiam non gerit, fidẽ abnegauit, & est infideli deterior. Quid em hoc loco prouidẽtię nomine significari putas? An fortassis necessariorum largitionẽ? Equidem reor ipsum hoc nomine curã animę significare voluisse. Sin vero tu contẽtiose sensum tuum afferre malueris, sic quoq; sententia mea firmior ac validior manebit. Nam si de corpore hæc dixit, cúmq; qui vilẽ hunc & quotidianum cibũ non præbet, tantis cruciatibus addixit, gẽtilibúsq; deteriorẽ esse ait: quónam tandem in loco statuemus eũ, qui id quod lõge maius & dignius est, magísq; necessariũ, contemnit? Age itaq; colligamus peccati nostri magnitudinẽ, ac paulatim ascendẽtes ostendamus, quantũ peccata omnia exuperat proximorum contemptus & neglectio, vtq; ad summũ malignitatis verticẽ euadit. Est igitur primus malitię & iniquitatis gradus, amicos aspernari. quin vt ad inferiora sermonẽ reducamus: (nescio cũ quo pacto id me penè effugerat:) prior illa lex Iudęis tradita, ne iumẽta quidẽ inimicorũ despici permittit: sed siue illa deciderint, simul erigere: siue aberrauerint, reducere iubet. Est itaq; primus malitiæ & crudelitatis gradus ab infimis ascendẽdo, iumẽta & pecora inimicorũ & errãtia, vel lapsa negligere. Secũdus illo superior, inimicos ipsos negligentius curare. Quãto enim homo

Gala. 6. 1. Thess. 5. Matt. 18. Exod. 23. Deut. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutis animantibus ad honorē prestat, tanto peccatū istud maius quàm illud est. Tertius deinceps, fratres aspernari, si fuerint ignoti. Quartus familiares quoq; despicere. Quintus, cū non solum corpore, verū anima quoque fratrū pereunte desidemus. Sextus, si non familiaribus modo, verū ipsis quoque liberis nostris pereūtibus negligimus. Septim⁹, cū nec alios quibus illi curæ esse possint prouidemus. Octauus, cū & eos qui id à seipsis facere instituūt, arcemus atq; prohibemus. Nonus, cum non tātum illos prohibemus, verū oppugnamus quoq;. Itaque si primus & secundus, & tertius eiusce facinoris gradus tāto supplicio afficiēdus est: quātos ille meretur ignes, qui cūctos eos gradus ascēdit? Quod pfecto modo vos facitis, q nonū illū à primo gradū transcendistis: quinimo si quis eū non tantum nonum, verū & decimū & vndecimum dixerit, profecto nō peccabit. Cur id? Quia nō natura solum id peccatū multo maius est, verū ex ipsa quoq; ratione tēporū durius multo & grauius fit. Quid ita? Quia eadē modo peccantibus nobis, quæ vetus lex damnat, non eadem supplicia debentur: verum tanto acerbiora & diriora, quanto maiori gratia potiti, excellentioriſq; doctrinæ participes effecti, maioribus item honoribus affecti sumus. Cū igitur & natura, & tēpore scelus hoc adeo immane sit & vehemens, cōsidera iam quantas flāmas, quantósq; cruciatus in eorum capita, qui id perpetrare non metuūt, exaggerabit: verū ne sine certa ratione computando hæc dixisse videar, ex re ipsa documēta afferā, vt sciatis, quia etsi vitam nostrā omnē summa cum diligentia & cura disponamus, extrema animaduersiōe puniemur, si liberorum salutē neglexerimus. Rem autem vobis enarrabo, non à meipso inuentam, sed in diuinis literis traditā. Sacerdos quidā apud Iudæos fuit vir in primis moderatus atq; māsuetus, Heli nomine: huic duo cū essent liberi, videretq; illos vitiis deditos, nō corripuit, aut coërcuit: siue, vt verius loquar, corripuit illos quidē, & cohibuit, verū non omni cum studio & vehementia id fecit: horū hæc autem fuere crimina, ventris ingluuies, & fornicatio. Edebāt enim, inquit, 1.Reg.1. antequam sanctificarētur sacrę carnes, priusquam offerretur deo sacrificium. Quibus cōpertis pater non illos pœna affecit, cæterū verbis tantum castigare, leniq; admonitione ab hac eos peruersitate reuocare conat⁹ est, atq; huiusce modi verba iugiter ad illos loquebatur: Nolite filij, nolite sic facere, nō enim bona fama est quam ego audio de vobis, vt faciatis populū nō seruire domino. Si delinquēs peccauerit vir in virum, orabūt pro illo dominū: sin autem domino peccauerit vir, quis ꝓ illo orabit? Et certe plena sunt graD uitatis, reuerētiæ, ac ponderis hęc verba, & quę recuperare, atque ad statū vitæ melioris reuocare possent eum qui penitus excors & amēs nō esset. Quippe sceleris immanitatē indicant, & quàm sit metuēdum & cauendum admonēt, & quæ illud pœna subsequebatur ostendunt, grauissima scilicet & intolerabilis. Verum quia non omnia quæq; fuerant agēda vt ea resecarentur vitia, molitus est, & ipse cum illis vnà periit. Nanq; & minas ille addere debuerat, & à suo eos cōspectu amouere atq; abdicare etiam & verberibus afficere, multóq; illis graui⁹ & durius instare. Quia igitur nihil horū egit, yerborúmq; tantum monitis cōtentus fuit, & illis & sibiipsi deū aduersum, infestúmque constituit. Cúmq; improbe & intempestiue filiis parceret, & suam simul & illorū salutē perdidit. Audi denique quid ad discipulū de magistro locutus sit deus: quippe & discipulo, & prophetę alteri, & cūctis penitus eius clades reuelare & loqui, q̄ illi maluit, adeo illum auersabatur atq; oderat. Quid ergo inquit Samuēl? Nouerat quòd maledicerent filij eius deo, & non corripiebat eos: certe corripuerat, sed hanc deus pro correptione nō susciput: adeo illū quòd vehemētia & inuectione caruisset, reprehendit. Itaq; etsi prouidentiam habeamus filiorū, non autem quātum necesse id faciamus: profecto non ea prouidentia dicēda est, sicut nec fuit illa correctio Heli. Cum vero crimen prosecutus fuisset, tum demū ingenti cū iracundia cruciatū adiecit: Iuraui enim, inquit, domui Heli, si peccatū istud de domo Heli expiabit, siue incēso, siue sacrificiis vsq; in æternum. Vidisti ne ingētem indignationem, cruciatúmque vehementissimum, & omnino spe veniæ exclusum? Prorsus, inquit, illū perire necesse esse, nec ipsum modo vel eius filios, verū cum illo domū quoque vniuersam, nullúmq; medicamētum erit, quo vuln⁹ istud curare possit: quanquā seni illi præter filiorū neglectionem, nihil quod crimini daret, habuit deus. Erat enim admirandus in cęteris, eiúsq; philosophiā omnem, cū ex aliis locis intueri licet, tum ex ipsa quoq; calamitate casuum suorum. Primū enim cum ista omnia audisset, séq; ad supremum cruciatū peruenisse conspiceret, non acerbe, non grauiter, non indignāter tulit. Nō dixit quid nam istud est? vt fecissent plurimi: nū enim ego dominus sum aliorū voluntatis? Peccatorum meorum pœnas persoluere habeo. Filij ætatem habēt, ipsiq; soli merētur cruciari. Nihil omnino horū dixit, ne cogitauit quidē: cæterum vt seruus fidelis & gratus, & qui vnum tantum sibi obseruandū nouit, vt quæque dominus suus ei intulerit, æquanimiter & faciliter ferat, quātūlibet illa tristia & acerba sint, ita plenissima philosophiæ verba edidit: Dominus, inquit, ipse: qđ gra- 1.Reg.3. tum est in conspectu suo faciat. Nō solū autem ex loco isto, verum ex alio quoq; virtus eius animaduerti potest: nam cum bello finitimorū lacesserētur Iudæi, profectúsq; ad illū quidam belli clades enunciasset, vtq; turpiter & miserabiliter illi⁹ liberi in ea dimicatione corruissent, hactenus quidē agebat quietē: verum cum ille tantæ huic cladi arcā dei direptam ab hostib⁹ fuisse adiecisset, rū vero prę mœroris magnitudine obtenebrat⁹ senior, cecidit de sella retro iuxta ianuā, & contritū est dorsum eius. Senex enim erat & grādæuus, & honorabilis, & ipse iudicauit Israēl vigīti annis: qui sine querela genus Hebręorū rexerat, qui eis temporibus conuersatus est, quæ non magnā vitę diligētiam requirebāt, nihil excusare potuit, quo minus quia illi cura non fuerat & diligētissima, & vehemēs salutis liberorū, & misere & infœliciter periret: contēptúsq; illius scelus instar fluct⁹ tetri & ingētis, virtutes eius cunctas transiliuit, vniuersaq; recte facta sua magnitudine operuit: qua tandē nos animaduersione puniemur, qui & eo tēpore nati sumus, quo lōge maior à nobis philosophiæ fruct⁹ postulatur, & senis huius virtute non parū inferiores sumus: quippe qui non tantū ipsi liberos nostros non moderamur, neque ad virtutē dirigimus: verum eos quoq; qui id facere voluerint, & insidiis appetimus, & hostiū vice oppugnamus, barbarisq; omnibus immaniores erga natos nostros sumus? Illorū enim atrocitas & feritas vsque ad seruitiū duntaxat, & captiuitatem, & vastitatem patriæ, corporisq; incommoda & mala sæuit:

vos

vos autem ipsum animum in seruitutem abducitis, & A veluti capriuum quendā vincientes, ita demū nequissimis & ferocissimis dæmonibus traditis, eorūq; libidinibus & ludibriis exponitis: cum enim neq; ipsi aliquid quod ad spiritum pertineat monetis, neq; alios id facere permittitis, nihil profecto agitis: nec id mihi modo aliquis obiiciat, q̄ pleriq; circa filiorum curam lōge quàm Heli negligētiores, nihil tale perpessi sunt, quale Heli. Multi enim sępenumero multa ob id facinus acerbiora passi sunt, & diriora. Nam vnde ergo acerbæ & intēpestiuæ mortes, vnde morbi perpetui, atq; grauissimi plerunque nobis, liberis nostris inferūtur? Vnde damnis & incōmodis afficimur? Vnde casus varios, vnde calumnias, vnde mala innumera quotidie perpetimur? Nónne ꝓ filios nostros malos aspicimus, & eos emēdare negligim⁹? Atq; quòd ista inanis coniectura nō sit, satis quidē senis huius casus & euentus cōfirmare nos poterat: cæterū ego dictum B ex nostris cuiusdā sapiētis viri de hac re loquar. Cum eū is de filiis dissereret, ita ferè inquit: Ne læteris in filiis impiis, & nisi fuerit in illis dei timor, ne cōfidas illorū vitæ: ingemisces enim intēpestiuo luctu, & cōfestim illorū scies consummationem. Plurimi igitur, vt dixi, eiusmodi multa perpessi sunt. Sin vero aliqui effugere forsasse visi sunt, isti non in finē penitus, sed in capitis sui malū effugerunt: acerbiores em̄ ac lōge diriores cum excesserint è vita, pœnas luēt. Cur autē, inquies, non hic potissimū omnes qui sunt eiusmodi, suppliciis afficiuntur? Quia profecto deus diē statuit, in qua iudicaturus est orbē vniuersum, hæc autē dies nondum adest. Præterea si istud fieret, iā diu absumptum defecisset, ac præreptū fuisset omne mortaliū genus. Cæterū vti ne istud contingat, neu plurimi ex dilatione ac tarditate iudicij pigriores fiant, assumit C quosdā interim de⁹ peccatis obnoxios, cósq; hic pœnis excrucias, ꝓ illos admonet reliquos, quænā ipsos quantáq; supplicia maneāt: vtq; addiscant, quòd etsi hac in vita nulla animaduersione plectātur, post eius tamen excessum punientur, & quidē lōge grauius ac durius. Neq; enim quòd prophetas nunc non mittit deus, per quos pœnā peccantibus denunciet, idcirco desides esse & stolidi debemus. Nō enim prophetarū hoc tempus est, imò vero eos nunc quoq; mittere nō Luce. 16. desinit. Vnde autē id nobis constat? Habent, inquit, Mosem & prophetas. Ea quippe quę ad illius tēporis viros dicta sunt, ad nos quoq; dici similiter manifestum est: nec modo Heli, sed oībus prorsus eadē peccantibus, per illū perq; illius clades intentans loquitur deus. Nec em̄ personas accipit, vt q̄ minora peccātem cū domo tota fūditus euertit & deleuit, is eos D qui lōge maiora & grauiora deliquerint, impunes esse permittat. Nec id quidē dicere possumus, quòd nō illi summa sit huius rei ratio & cura: summū em̄ optime educandorū liberorum studium inducit, adeóq; ingens eius rei desiderium naturæ præterea inseruit, vt veluti necessitatem quandam incuitabilem prouidentiæ & curæ habendæ filiorū parentibus constituisse videatur. Leges item postmodū intulit de cura pro liberis gerenda. Nam cū dies festos agi statueret, filiis suis ciusce celebrationis rationes & causas vt aperirent, imperauit. Deniq; cum de Pascha loqueExod.13. retur, adiecit: Et annūciabis filio tuo in die illa dicēs: Id circo fecit de⁹ mihi hæc, cū exirē de Aegypto. Quod itidē facit in eius legibus, quas de sacrificiis tulit. Cū enim de primogenitis prȩcepta edidisset, rursus adiecit: si post hæc interrogauerit te fili⁹ tuus, dicēs: Quid hoc est? dices ad eū: Quia in manu valida eduxit nos dominus de Aegypto ex iugo seruitutis. Cū vero obduraretur Pharao, nec dimitteret nos, occidit omne primogenitū in terra Aegypti, à primogenitis hominum vsq; ad primogenita iumentorum: idcirco ego immolo domino omne masculinū adaperiēs vuluā. Atque per omnia vt illos ad dei notitiā adducāt, monet & iubet. Sed & ipsis quoq; filiis plurima de his q̄ se genuerūt officiosissime tractandis imperat, eos quidem qui parētes fouerint, atq; omnibus benevolētię officiis prosecuti fuerīt, honorās: reliquos vero, quíq; fuerint ingrati, suppliciis afficiens. Hac autē rursus ratione chariores illos ac iucundiores parētibus facit. Nam si qui cuiusquam nos cōstitueret dominos, honore isto summam nobis necessitatem videretur imponere, ne illum negligeremus: & si enim nihil aliud, certe vel id nos exorare posset, quòd illius omnia nostris in manibus cōstituta essent, nec ita nobis crediti salutē facile prodere sustineremus: Cum vero prętera deus vnà irascatur, ampliúsq; quàm hi qui iniuriis & cōtumeliis fuerint affecti, indignetur, grauissimósque cruciatus addat, hinc quoq; vberiorem parētum ad filios amorē elicit. Tertium vero deinceps à natura ipsa necessitudinis & charitatis vinculū adiunxit: sin autem ita mauis, primū. nam ne illius de educandis liberis monita patres aspernarentur, naturalē addidit necessitatē. Ne autē illa ipsa naturę necessitudo filiorum tandē iniuriis offensa imbecillior fieret, aut desfueret, aut rūperetur, inobedientes liberos & ipse per seipsum punit, & patribus coërcēdos puniēdósq; permisit: sicq; eos summa cura parentū ditioni subiiciens, prorsus ne ab illis negligerētur, effecit. Non autem hinc solū, verum alia quoque ex ratione summa C nos illis cura diligentiáq; coniunxit. Non modo em̄ malos atq; ingratos erga parentes liberos pœna afficit, bonósq; ac beneuolos suscipit: verū in ipsis quoq; parentibus identidē facit, liberorū quidē negligentes dirisime puniēs: eos vero qui studiosi⁹ illorū curam gerunt, collaudans, summísq; honoribus afficiēs: Nanque senem istum, tametsi aliàs illustrem ac virtute singulari præditū, ex huiusmodi tamen negligentia puniuit. Patriarcham vero cum ex virtutibus reliquis, tū ex hac in primis diligētia & cura laudauit atque honorauit. Cum enim dona illa plurima & maxima prosequerē, quæ se illi daturū pollicebatur, causam quoq; adiecit, & dixit: Noui em̄, inquit, q̄ con- Gene. 17. stituet Abraham filiis suis, & domui suę post em̄, & obseruabunt vias domini dei, vt faciāt iustitiam & iudiD cium. Ista nūc à me ideo commemorata sunt, vt ostēderē quàm nō sit æquanimiter latur⁹ deus, si eos negligētius tractemus, qui tantę sibi curæ sunt. Neq; em̄ eiusdē est, vt liberi salui fiant, tanta moliri, atque si illi negligantur, ira non cōmoueri. Non itaque filios negligi impune permittet, verū vt ex rebus ipsis declaratū est, indignabitur, & vehementissimo furore cōcitabit. Quocirca beatus Paulus iugiter admonet, dicēs: Patres, educate filios vestros in disciplina, & cor- Ephe.6. rectione domini. Si enim nosipsi quoq; vigilare iubemur, tanquam pro animabus illorū rationem reddituri, id ꝓfecto multo magis pater, qui genuit, q̄ educauit, qui cū illo domi semper conuersatur. Vt em̄ in suis ꝓpriis delictis nō valet quisq; se ad excusationis remedia cōferre, ita ne in his quidē, quæ filij deliquerint. Idq; rursus beati Pauli probatur testimonio. Cū

enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ille sanciret cuiusmodi esse deberent, q ad alio- A
rum magisteriũ & regimen assumerẽtur, inter cætera
quę illis inesse necessario debere testatus est, etiã filio-
rum curam & diligentiam annumerat, quasi nulla iã
reliqua sit venię spes, si peruersi illi fuerint. Et nimirũ
id quidẽ conuenienter. Nam si à natura ipsa vitia ho-
mines haurirẽt & acciperẽt, posset aliquis excusatio-
nis se velamine obtegere: quoniã vero sponte atq; ex
proposito & probi & improbi efficimur, quam tandẽ
ille probabilem excusationẽ poterit obtendere, qui
quem omniũ maxime diligit, & charũ habet, peruerti
& nequissimum ac perditissimũ fieri permittit, dum
liceat si velit optimũ ac probatissimum facere, atque
hoc cum ex naturali affectu iugiter ad profectũ libe-
rorum auidissimè expetendũ excitetur? An vero non
potest? Nihil est quod illi minus cõcesserim. Nã quòd
cum tenerũ acceperit, primũsq; ac solus omnẽ eiusce B
instruẽdi facultatẽ nactus sit, sempérq; domi secũ cõ-
tinuerit: & bellissime illũ, & facillime imbuere ac mo-
derari potuit. Itaq; nulla alia ex ratiõe peruersi vt fiãt
liberi contingit, nisi quòd eorũ patres cirea vitæ prę-
sentis commoda æquo amplius incumbũt, & ferè di-
xerim insaniunt Cum enim illa solũmodo inquirunt,
nihilq; illis præferendũ censent, & suam pariter, & li-
berorũ animã negligere coguntur. Hos ego patres,
quod nemo tamen me cõmotius dicere, quàm verius
existimet, parricidis ipsis immaniores, sceleratioréq;
dixerim. Illi enim corpus ab anima disseparãt, isti &
animã & corpus æternis ignibus tradũt. Atq; is quidẽ
qui corpore occiditur, necessario naturali lege, etiãsi
necatus non fuisset, moreretur: hic vero sempiternã
mortẽ vitare potuisset, nisi hãc illi cõciuisset paterna
negligentia. Præterea corporis mortẽ superueniens C
protin⁹ resurrectionis gloria delere poterit facillime:
animæ vero interitũ nihil solari poterit, cũ sibi nulla
iam sit reliqua salutis spes, verũ immortales cruciatus
luere cogatur. Itaque non iniuria parentes eiusmodi
deteriores parricidis esse diximus. Non enim ita cru-
dele facinus videtur, gladiũ acuere, & armare dexte-
ram, atque in ipsum filij guttur immergere, vt animã
perimere, atq; corrumpere: nihil enim huic ad hono-
rem & dignitatẽ simile habemus. Quid igitur is qui
ciuitatem habitat, qui domũ habet & vxorem, saluus
esse non poterit? Primũ quidem non vna salutis via,
nec vn⁹ modus est, verũ permulti, ac differẽtes. Quod
Ioan. 14. quidẽ Christus indefinite dicit, cum multas esse apud
patrem mansiones asserit. Paulus vero sub definitiõe
1. Cor. 5. quadam idẽ loquitur, sic scribens: Alia claritas solis,
alia lunæ, & alia stellarũ: stelláque item à stella differt D
in claritate. Quod autẽ dicit, eiusmodi est: Alij quidẽ
fulgebũt sicut sol, alij vt luna, & alij vt stellę. Nec
ista differentia contentus, maiorẽ longe varietatem
intulit, tantámq; quantam in tanto stellarum nume-
ro cõtingere par est. Stella eñ, inquit, à stella differt
in claritate. Diligẽter igitur perpẽde, per quot digni-
tatum ac meritorũ gradus descẽdes, si à solis magni-
tudine ad vltimã & minimam stellarum deuoluaris.
Perquam igitur iniquum & indignum est, si filiũ tuũ
ad regiam & ad regẽ introducens, vt ipsum familia-
rissimũ regi charissimúmque constituas, omnia & fa-
cis & pateris, cunctáq; moliris, nihil penitus dũ id as-
sequaris, omittens aut subterfugiens, nõ sumptus, non
pericula, non vlla incõmoda, non mortem ipsam de-
niq; : cœlestis vero militię, cœlestiũq; munerũ optio-
ne proposita, non doleas, neq; lamẽteris, si extremum
sortiatur locũ, sitq; omnium nouissimus? Verum hoc
ipsum altius inspiciamus, fieri ne possit, vt qui in me-
diis seculi curis ac negociis versatur, vel extrem⁹ elec-
torũ esse dign⁹ habeatur. Paulus quidẽ de huiusmo-
di breuem sententiam tulit, eósq; qui habent vxores,
non aliter saluos esse posse declarauit, quàm si eas ita
haberent, tanquã non habentes, mundóque isto non
abuterẽtur. Nos autẽ si placet, id quoq; paulo altius *1. Cor. 7.*
ac diligentius intueamur. Potés ne ipse gloriari, filiũ
tuum vel te admonẽte didicisse, vel à seipso fuisse cõ-
spicatũ, quòd is qui iurat, etsi nõ sine ratione iuret, in
deum peccare conuincitur? Quid vero? Nũ illud di-
dicit abs te, quòd is qui memoriã iniuriarum retinet,
saluus esse non potest? Viæ enim, inquit, illorũ qui nõ *Esaiæ. 14.*
obliuiscuntur iniurias in mortẽ. An fortè id abs te au-
diuit, cp maledicũ ita dehonestauit deus, vt ipsa quo-
que scripturæ sacræ lectione prohiberet? Quid vero?
Nunquid hoc illi protestat⁹ es, quòd superbũ & iniu-
riosum de cœlis deiecit, ac gehẽnæ tradidit ignibus?
Num illud tandẽ eum docuisti, quòd qui impudicis *Matt. 5.*
tantum oculis aspicit, tanquã qui consummarit adul-
teriũ, sit puniẽdus? An vero leue istud, vt videtur, prõ-
ptúmq; delictũ iudicare proximos, grauissimis cru-
ciatibus afficiendũ vt fugeret, eum aliquãdo monui-
sti, Christíq; de huiusmodi, cõstitutas leges illi vnquã
legisti? Fortasse ne tu quidẽ, quęnã ista sint nosti: quó-
nam ergo modo poterit ea filius perficere, quorũ nec
pater ipse, qui illũ erudire debuerat, leges nouit? Atq;
vtinam hoc tantũ culpa esset, nihil vtile parentes li-
beris cõsulere, posset id, etsi sit grauissimũ, aliqua for
tasse ratione tolerari: nunc vero illos ad ea quæ saluti
suæ sunt aduersissima omni studio impellitis: deniq;
audias patres, cum liberos suos ad studia literarũ hor-
tanẽ, huiusmodi verba illis iugiter insusurrare: Ille, in-
quit, humilis, humilíq; loco nat⁹, quia dicẽdi faculta-
tem cõsecutus est, summos magistrat⁹, maxima impe-
ria administrauit, opes acquisiuit ingẽtes, vxorem ac-
cepit diuitẽ, construxit præclaras ædes, omnibus ter-
rori est, summáq; in gloria versatur. Alius rursus: Ille,
inquit, Latina lingua eruditus, in regia clarissimus est,
cunctáq; intus ipse administrat. Alius itẽ aliũ in me-
dium adducens proponit ad imitandũ, cunctíq; pe-
nitus insignes & claros in seculo viros memorãt: cœ-
lestis vero conuersationis, cœlestiúmq; bonorũ nul-
la omnino fit mentio. Cæterũ si quis aliquid eiusmo-
di memorare voluerit, vt qui cũcta peruertat, ita reii-
citur, exagitatur, affligitur. Cũ ergo hac doctrina te-
neros illorũ animos imbuitis, atq; hisce verbis rudes
adhuc aures excãtatis, profecto nihil eos aliud, quàm
materiam malorũ omniũ docetis, duos istos illis vio-
lentissimos amores inserẽtes, pecuniarũ scilicet, & q
lõge pernicioſior est, leuissimę atq; inanissimę glorię:
horum vero cũ seorsum quilibet cũcta peruertere vi
sua sufficiat, quid tãdẽ ambo facturi existimãtur, si si-
mul coëant, sicq; in iuuenis animũ irruãt mollissimũ
atq; tenerrimũ? Nónne veluti torrẽtes quidã coniũ-
cti, bona simul omnia corrumpũt & perimunt, tãtum
spinarum, tantum harenę numerũ tantámq; materiæ
vim intus congerentes, vt animũ illum sterilem, bo-
norúmq; omniũ inferacẽ faciãt? Qua in re ipsi quoq;
externę philosophię authores nobis testimonio sunt.
Alterum enim horum vitiorũ non coniunctum, sed
separatum ac solum, vnus quidẽ arcem: alius vero ca-
put malorũ appellauit. Sin vero separatũ arx malo-
rum, & caput est: quid tandem erit, si alterum quoque
sibi ac-

sibi accesserit immanius longe, atq; potentius? gloriæ A
scilicet insanus amor, atq; cum illo violenter irruens
firmissimis radicib⁹ nitatur, iuuenísq; occupet animũ?
Quis iam eiusmodi impetum poterit obtundere, quis
eam perniciem restringere, cũ pręcipue parẽtes cun-
cta ea & faciant & moliantur, nõ quibus hæc iniquis-
sima germina vellantur, verũ quibus firmiora & so-
lidiora fiãt? Quis adeo stultus, atque amẽs sit, quin ita
imbuti & instructi desperet salutẽ? Optandum in pri-
mis fuerat ei animo, q huiusce verbis indies incitare-
tur, eam pestem euadere posse. Cũ vero præterea vn-
dique illiciant pecuniarũ præmia, vbiq; scelerati ho-
mines ad imitandũ proponantur: quęnam iam salu-
tis spes relinquitur? Qui enim pecuniæ amore rapiũ-
tur, inuidi quoq;, nequam detractores, periuri, teme-
rarij, audaces, maledici, fures, inuerecũdi, impudẽtes,
ingrati, mala denique omnia sint necesse est. Atq; ho-
1. Tim. 6. rũ omnũ testis fidelissimus est beatus Paulus, qui ra- B
dicem omnium vitæ malorum pecuniæ immodicam
cupiditatẽ esse ait. Quod idipsum Christus antea ma-
Marc. 6. nifestauerat, cũ impossibile esse assereret, eum seruire
deo, qui illi vitio esset obnoxius. Cũ igitur initio iu-
uenis ad hanc statim adducatur seruitutẽ, quando iã
liber esse, quando vndarũ moles poterit euadere, cũ-
ctis impellentibus atq; mergentibus, extremóque in
submersionis periculo illum statuẽtibus? Nam si nul-
lo perturbante, si plurimis porrigentibus manũ, exur-
gere ille, atque emergere potuerit, cunctámq; pertur-
bationũ ac vitiorum amaritudinem diluere: nónne
congratulandũ atq; congaudendũ illi erit? Si, inquã,
longo tẽpore diuinis excantatus carminibus, inolitas
passiones abiicere valuerit: nónne & laudandus mil-
lies, & coronãdus erit? Dura eñ, dura ac penitus acu-
ta & violenta res consuetudo est ad vincendã capiẽ- C
dámque animã, cum in primis ista voluptatem adiu-
tricem habeat: ea vero virtus, ad quam festinamus, &
ad quam transferri atque applicari studemus, ingen-
tes nobis prębeat labores. Quocirca deus ipse quoq;
Num. 11. cum Hebræis, eorũ quæ in Aegypto didicerant ma-
lorum vetus consuetudo deponẽda esset, seorsum il-
los in solitudinem abduxit, atque ita illorum forma-
bat animos, viã omnem medicinæ, & curationis ten-
tans asperiorem atq; leniorem, nihilq; penitus omit-
tens ex his quę viderẽtur eorũ salubritati profutura.
Et ne sic quidẽ vitia illi effugerũt, sed cũ manna cœ-
lesti cibo alerẽtur, cepas tamẽ & allia & cętera Aegy-
pti mala præferebant, atq; requirebãt. Adeo cõsuetu-
do valet, tantúmq; habet roboris. Si autem Iudæi cũ
tanta diuinæ diligentiæ cura fruerẽtur, ducémq; prę-
stantissimum, & oratorẽ adeo egregium, cui niteren- D
tur haberent, metúq; pręterea & cõminatione & be-
neficiis & cruciatib⁹, modis deniq; omnibus erudirẽ-
tur, tantáque & tã illustria miracula viderent, in nullo
meliores euaserunt: tu filium tuum iuuenẽ in Aegy-
pto media, siue magis in media dimicatiõe versantẽ,
nullúmq; qui quod vtile esse possit, cõsulat audiẽtem:
cũctos vero ad ea quę cõtraria saluti sunt se exhorta-
ri inspiciẽtem, atq; eos omniũ maxime, qui se genue-
rũt & educauerũt, diaboli laqueos euadere posse ar-
bitraris? Vnde quęso? Nũ ex his quę tu illũ doces? At-
q; tu ad ea quæ omnino cõtraria saluti sunt, hortaris,
cum philosophiæ ne per somniũ quidẽ permittis il-
lũ meminisse, cunctáq; seculi istius infrà supráq; vol-
uens cõmoda maximis fluctibus iactari, summísq; in
periculis vitę versari, tuis adhortationib⁹ inducis. Nũ
fortè à semetipso? Maxime quidẽ iuuenis sibiipsi non
sufficiet ad virtutẽ conquirendam atque exercendã:
sed & si quid ex seipso strenuũ atq; illustre cõceperit,
priusquã id germinet, verborum tuorũ perpetuo im-
bre suffocabitur. Vt eñ corpus si salubribus cibis nõ
fruatur, insalubribúsq; nutriatur, longo tempore sub-
sistere & durare nõ potest: ita & anima quæ eiusmodi
doctrinis fuerit imbuta, nihil vnquã altum, nihil ma-
gnũ cogitare poterit, sed eiusmodi necesse est lãgui-
dam & mollẽ, vitiísque velut peste quadam iugiter
infectam, ita demũ in æternos ignes, atque immorta-
les cruciatus proiici. Sin vero tu ista non ita se habere
contenderis, essęq; possibile mediis in rerũ perturba-
tionibus virtutẽ omnẽ assequi, affirmare perrexeris,
ne quęso pigeat nouam hanc atq; inauditam nos do-
cere disciplinã. Nolo eñ sine causa, si fieri possit, tan-
tum mihi negocij assumere, nec frustra seculi lęta re-
spuere. Sedeñ hoc addiscere non possum: neq; enim
permittitis vos, huic sentẽtię & verbis & operib⁹ cõ-
tradicentes, atq; oía contraria docẽtes: veluti eñ de-
dita opera liberos vestros omni studio perdere cu-
retis, ita vniuersa illos facere iubetis, quæ qui faciunt,
salui esse non possunt. Id si placet aliquanto altius cõ-
sideremus, cœlestibus euãgeliũ vocibus intonãs: Væ,
inquit, ridẽtib⁹: vos illis quotidie innumeras risus oc- *Luc. 6.*
casiones prębetis. Væ diuitib⁹: vos cõtrà, vt illi pecu-
niosissimi fiant, vniuersa molimini. Væ cum vobis be-
nedixerint homines: vos autẽ & quidem sæpe, vt lau-
des fauorẽsq; populares consequamini, omne patri-
monium effunditis. Rursúsque qui fratrẽ cõtumeliis
affecerit, sempiternis ignibus obnoxius fit: vos autem
& imbecilles esse putatis, & timidos, q tacite sibi illa-
tas cõtumelias ferunt. Imperat Christus pugna & vl-
tione abstinere vitę cęlestis ęmulos: at vos in eiusmo-
di pestibus illos semper enutritis. Oculũ ille si noceat
crebro eruendũ iubet: vos eis maxime amicis vtimi-
ni, quiq; pecunias dare amplissimas potuerint, etiam
si supremum vitiorũ omnium doceant. Dimittere il-
le vxorẽ non permittit, præterquam in sola causa ad-
ulterij: vos autẽ modo pecunias accipere ampliores
liceat, hoc etiam præceptum vt illi aspernẽtur, impe-
ratis. Iusiurandũ ille penitus prohibuit: vos si quẽ id
seruare videritis, etiã ridetis. Qui amat, inquit, animã *Ioan. 12.*
suam, perdet eam. Vos ad huiusmodi amorẽ semper
illos hortamini. Si nõ remiseritis, inquit, hominibus *Matt. 6.*
peccata illorũ, nec pater vester cœlestis remittet vo-
bis. nos quoties eos q nos iniuriis lacessũt, vlcisci no-
luerimus, ignauiam nobis exprobratis, vtq; filij vestri
mature se vlcisci possint, curã omnẽ adhibetis. Rur-
sus glorię inanis cupidos cuncta sine mercedis fructu
gerere, sentẽtia sua Christus docuit, siue illi iciunauc-
rint, siue orauerint, siue miserti fuerint: vos contra, vt
hac frui valeatis, nihil omittitis. Et q̃d me necesse est
vniuersa persequi, cũ ista quoq; quæ dicta sunt, gehẽ-
nas innumeras inferre idonea sint, non modo si cũcta
simul coëant, verũ & seorsum singula? Cæterum vos
simul vniuersa congeritis, & imponentes peccatorũ
onus importabile, ita demum in fluuium igneum im-
mittitis. Quando itaq; seruari poterunt quæ tanta fe-
runt igni nutrimenta? Neque istud solum iniquum &
indignũ est, quòd Christi præceptis contraria doce-
tis, verum quòd fauorabilibus appellationibus vitia
obducitis. Quippe Circẽsib⁹ ludis, & reliquis specta-
culis interesse iugiter, vrbanitatẽ & facetias vocatis:
diuitiis affluere, liberalitatẽ: gloriam amare, magna-
nimitatem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimitatem:arrogantiã, confidentiam: prodigalitatẽ, clementiam : iniuſtitiam, fortitudinẽ eſſe aſſerentes. Tum vero quaſi non hæc ſufficiat decipula, virtutem quoque contrariis nominibus obnubitis, ruſticitatẽ quidem pudicitiam vocãtes: formidinem, modeſtiã: imbecillitatémq;, iuſtitiam: contemptúmq; faſtus & gloriæ ſeruilis eſſe animi exiſtimãtes, malorúmq; tolerantiã, ignauiam & infirmitatẽ: tanquam profecto metuentes, ne ſi tandẽ veram & propriam harum rerum appellationẽ ab aliis audierint, effugiãt eiuſmodi perniciem filij. Neque enim parũ confert ad euitationem mali, nudas ipſas & proprias vitiorũ proferre appellationes, verũ tantum habet momenti & roboris ad eos qui peccant feriẽdos, vt plurimi nõnunquam turpiſſimis flagitiis inſignes, cũ id quod ſint, ſe vocari audiunt, modeſte ferre non poſſint: ſed vt qui acerbiſſima ſint perpeſſi, ita ſæuiũt atq; efferãtur. Deniq; ſi quis vel mulierẽ adulteram, vel ſtupratũ puerum ex actu ipſo fœdiſſimo vocauerit, vt q maximis iniurijs affecerit, irreconciliabilis efficitur repẽte inimicus. Nec iſtos ſolũ, ſed & cupidũ quẽque, & ebriũ & elatum, ac rumidũ, omnéſq; penitus qui graue aliquid peccauerint, videas nõ tam opere ipſo nefario, multitudiniſq; opinione morderi ac dolere, vt appellationibus propriis operũ ſuorum. Atque ego cõplures iſto correptionis genere emẽdatos noui, factóſq; ipſis exprobrationib⁹ moderatiores ac meliores. Verũ enim vos iſtud quoque ſolatiũ, ac remediũ ſuſtuliſtis: quódq; grauius eſt, nõ verbis ſolum, ſed operibus ipſis quoq; hęc illis monita datis, dũ ædes pręclaras inſtruitis, dũ emitis precioſiſſimas villas, dum apparatus alios magnificos quæritis, prorſúſq; veluti atra quadam nebula illorũ animos obnubitis. Vnde igitur mihi perſuaderi poterit, eiuſmodi poſſe ſaluos fieri, cũ eos omni ſtudio ad illa compelli conſpiciã, quę qui faciunt, Chriſtus perire oẽs apertis vocibus docuit: cum videam vos illorum animas, vt vile aliquid ac ſuperfluum negligere: eorũ autem, quę & ſuperflua re vera & indigna ſunt, veluti ea neceſſaria ſint & prĩcipalia, curã gerere ingẽtem? Nempe enim vt ſeruus, vt equus optim⁹, veſtiſq; precioſiſſima filio ſit, omnia facitis : vt autẽ ipſe bonus & probus fiat, ne cogitare quidẽ vnquã vultis. Cæterum ad ligna vſque & lapides hoc ſtudium perducitis : animam vero nec minima quidẽ hui⁹ diligẽtiæ parte dignã iudicatis. Cúmque vt in domo ſtatua antiquo opere admirãda conſiſtat, & tecta aurea rutilent, cũcta moliamini: preciоſiſſimam omniũ ſtatuarũ animam, quatenus auream efficiatis, nullam curã gerere vultis. Atqui nõdum ſupremum verticem, & culmen malorũ omnium dixi, necdum ſummã totius calamitatis reuelaui: quã cum ſæpe dicere inſtituerẽ, verecundiæ ac ruboris magnitudine ſuperatus deſtiti. Quid vero iſtud eſt? Audẽdũ enim iam, ac dicẽdũ eſt. Nam eſſet profecto incredibilis ignauiæ & imperitiæ, ſi peſtẽ aliquã reſecare cupientes, ne mutire quidẽ aduerſus illam auderemus, ſilentióq; noſtro morbum illũ accuſare, & grauiorem conſtituere vellemus. Non itaq; ſilebo amplius, etiãſi millies & pudendũ mihi & erubeſcendũ fuerit. Neque eũ medicus cũ putredinẽ exprimere & extergere parat ex vulnere, ferrũ manibus arripere deuitat, atq; in ipſum, vt ita dixerim, vulneris fundũ digitos demittere. Et nos itaque, & ſi ſit iſta longe grauior & moleſtior putredo, nõ tamẽ de hiſce loqui recuſabimus. Quod ergo tandẽ iſtud malũ eſt? Amor quidam

A nouus & nequiſſimus noſtra ætate, atq; in noſtrũ gen⁹ irrupit, & late dominatur. Morbus irruit acerbus atq; inſanabilis. Peſtis teterrima, atque omni pernicie immanior & grauior inuecta eſt. Scelus quoddã nouum & intolerabile excogitatũ eſt. Non eũ ſcriptę & cõſtitutæ modo, verũ ipſæ quoque naturę peruertũtur leges. Nihil iã ferè ad impudicitię rationem fornicatio eſſe exiſtimatur. Cæterum vt in partus doloribus, cum paſsio incũbit violẽtior, prioris doloris ſenſum omnẽ ſua magnitudine intercipit: ſic huius quoque magnitudo flagitij facit, vt qđ ſuapte natura tolerabile non eſt, non iã videatur eſſe intolerabile, obſcœna ſcilicet cũ mulieribus libido. Optãdum enim iam votis omnib⁹ videtur, poſſe huiuſmodi retia effugere, periclitatúrq; iam ſuperfluo effectus eſſe ſexus muliebris, adoleſcẽtibus vices eius oẽs implentibus. Quod
B cum per ſe eſt acerbiſimũ: facit id profecto, vt deterius & tetrius ſit, quòd tantũ ſcelus, tam nefarium facinus incredibili audacia, ſummáq; iam cum libertate admittitur, flagitiúmq; lex factum eſt. Nemo iam metuit, nemo perhorreſcit, nullus continetur verecũdia, nullus rubore ſuffunditur. Cæterũ iſta impudentia ſe ornari putãt, & faceti videri ex ſcelere volũt. Inſanire iam videntur, qui pudicitiæ ſtudent: & eſſe dementiſsimi, qui leges contrà ferre audẽt. Qui ſi quidẽ imbecilliores fuerint, verberibus quoq; concidũtur: ſin vero potentiores, ſpernuntur, irridẽtur, & probris reſperguntur innumeris. Nihil iam leges, nihil iudicia valent. Non pædagogi, non parentes, nõ magiſtri, nõ aſſeclæ obſiſtere iam valent: alios eũ pecuniis voluere corrumpere, eos ſcilicet qui ſolã ad mercedẽ ſpectãt. Porrò ſi qui fuerint modeſtiores, eorúmq; qui ſi-
C bi crediti ſunt, ſalutem curare perſtiterint: alij quidẽ circumueniuntur facile, reliqui vero flagitioſorũ potentia & metu perterriti ſuccũbunt: facilius eũ is qui tyrannidẽ ſibi parare moliatur, ſi ſuſpectus fuerit, ſeruabitur, quàm ſceleſtorũ illorum nequiſsimorum⁹ hominũ manus poſsit effugere, q illis fuerit infenſus: adeo mediis in ciuitatibus veluti in ſolitudine ingẽti maſculi in maſculos turpiter deſæuiũt, horrendúmq; flagitium in alterutrum committunt. Si qui tamẽ hos laqueos effugere potuerint, opinionẽ ſaltẽ quòd ſint eiuſmodi, difficile vitabunt. Primũ quidem quòd ſint ipſi admodũ pauci, ſicq; facillime operiuntur improborũ multitudine. Secundo, quòd flagitioſi illi atque nequiſsimi dæmones, cũ eos qui ſe ſpernunt, & execrantur, nõ poſsint aliter vlciſci, vel hac in parte illos violare ſtudẽt. Quia enim letale illis vulnus infligere
D non valent, ipſãmq; animã vel penetrare vel polluere, exteriorem ſaltem ornatũ quo illi amicti ſunt, maculare nituntur, omnémq; illis honeſtatis gloriã eripere. Quocirca complures audiui, cũ ſe mirari dicerent, quòd nondum hodiéq; imber alius igneus eruperit, quòd non ſimilia Sodomis vrbs veſtra paſſa ſit: tanto ſanè grauiore digna cruciatu, quãto ne aliorũ quidem cladibus emẽdata corrigitur. Verũ quanquã ipſa quoq; regione, iam poſt duo annorũ milia ipſa ſua facie clarius clamãte quàm ſi voce loqueretur, atque orbẽ vniuerſũ admonẽte, ne quid eiuſmodi præſumat, nõ modo timidiores aut ſegniores ad hoc audendũ facinus facti non ſunt, verum longe impudẽtiores: tanquam profecto aduerſus deũ contendentes, atq; operibus ipſis oſtẽdere ſtudentes, rãto ſe cumulati⁹ his malis adiecturos, quãto maiora ille intẽtauerit ſupplicia. Cur ergo nihil factũ eſt eiuſmodi, ſed cum ad-

cum admittantur Sodomorũ ſcelera, nõ tamen con-A tingunt Sodomorum clades? Quia manet iſtos ignis alius longe iſto grauior: cruciatúſq; finem nullum habens. Nam cũ multo grauiora ſcelera, quàm hi qui diluuij aquis periere, plurimi poſtea admiſerint, nullus tamẽ imber eiuſmodi poſtmodũ factus eſt. Atque in hoc facto eadẽ rurſus cõtrouerſia eſt. Cur enim hi qđem qui initio ſeculi fuere, cũ neq; iudicia eſſent, nec principum metus immineret, non legis comminatio terreret, nõ prophetarũ adeſſet chorus, qui moderaretur & regeret, non expectatio gehẽnæ, nõ cœleſtis regni ſpes, nõ miracula ipſa deniq; lapides ipſos quoque excitare valentia, cur inquam, iſti qui nullo horũ potiti ſunt, pro his quæ peccauerũt, tãta animaduerſione puniti ſunt: qui autẽ horum omnium participes fuere, atq; inter metum diuinorũ humanorúmq; iudiciorum degunt, hodiéq; non eadẽ quæ illi patiuntur, cũ ſint longe grauiori ſupplicio digniſſimi? Nón-B ne puero cuiuis conſtabit, quòd acerbiori atq; vehementiori pœnę reſeruãtur? Nã ſi noſipſi quoq; ſuper his & iraſcimur & indignamur, deus cui omnium maxime totius mortaliũ generis cura incumbit, qui vitia vehemẽter & auerſatur & odit, quando iſta impune admitti ſcelera paſſurus eſt? Sed profecto nõ ita ſe res habet, nõ adeò nos decipiamus. Immittet in illos penitus manũ illam validiſſimam & plagam non ferendam, dolorémq; cruciatuum ſempiternorũ adeò grauiſſimũ, vt ſi Sodomorũ clades illi conferatur, ludus puerorũ eſſe exiſtimetur. Quam enim Barbarorũ feritatẽ iſti nõ ſua improbitate tranſcenderũt? Quod beluarũ genus congreſſu ſuo impuriſſimo non ſuperauerunt? Eſt in quibuſdam mutarũ animãtium à natura inſit⁹ libidinis ardor incredibilis, cupidóq; intolerabilis, & nullo ab inſania differens: quę tamẽ amo-C rem hunc nefariũ non norunt, ſed intra leges à natura præſtitas permanſerũt: neq; ſi millies libidine vrãtur, naturę vnquã præterlabuntur legem. At iſti & rationales conditi, diuinóq; magiſterio potiti, quídue agendũ ſit, vel non, aliis quoq; annunciare iuſſi, non ita licẽtioſe ac ſine metu meretricibus vt adoleſcẽtibus congrediuntur. Et quaſi homines non ſint, nõ ꝓuidẽtia vlla res humanas agat, aut moderet, & ea quę fiũt iudicet, ac tenebræ cũcta occupauerint, nullúſq; ſit qui iſta videat vel audiat, ita cuncta flagitia admittunt, inſania ac furore incredibili. Liberorũ vero qui ciuſce cõtumeliis afficiunt, patres hęc taciti ferũt, nec ſecum vnà filios terra obruunt, neq; tãtę cladi vllum remedium aut ſolatium inquirunt. Nã ſi ad externas gẽtes, ſi ad mare, ſi ad extremas inſulas, ſi ad inacceſſã
D terram, ſi ad eum qui citra nos eſt orbẽ, filij vt hac peſte liberi euaderẽt, adducendi atq; pertrahẽdi eſſent: nónne omnia & facere & pati debuerãt, ne fierẽt huiuſmodi flagitia? Certè ſiquidẽ inſalubris eſſet locus aliquis, ac peſtilẽs, nunquã eò filios adducerem⁹, etiã ſi lucra ingentia inde cõſecuturi videremur, etiã ſi ſani illi viribúſq; eſſent validiſſimi. Nunc vero quum tam immanis peſtis cuncta compleuerit, nõ ſolũ ipſi liberos noſtros ad hæc prærupta pertrahimus: verum ſi q illos eripere ac liberare voluerint, eos tanquã perditos & corruptores vndiq; exagitamus. Quàm iſta igit ingenti iracũdia, quãto furore, quãtiſq; fulminibus digna ſunt? quando quidẽ vt illi linguæ acumẽ ac nitorem habeant per exteriorẽ ſapientiam, omni ſtudio curam⁹: animã vero in ipſo cœno ſpurcitiæ iacẽtem, atque in dies putreſcentẽ nõ modo deſpicimus, A verũ exurgere quoq; cupientẽ prohibemus. Et quiſquam iã aſſerere audebit, poſſibile eſſe tãtis malis inuerſantes, ſaluos fieri? Quãnã tãdem ratione? Nempe qui impudicorũ effugere inſaniam potuerint, pauci omnino ſunt, illiq; ipſi nõ effugient amores illos violentos, qui cuncta perdiderũt, pecuniarum ſcilicet & gloriæ. Complures vero & his ipſis, & vnà impudicis amoribus vehemẽtius oppreſſi detinẽtur. Deinde diſertos illos & liberalibus ſtudiis excultos fieri cũ volumus, non ea ſolũ quæ huic eruditioni impedimẽto eſſe poſſunt, reſecamus, verũ cuncta quæ ad eam aſſequendã conferre poſſunt, ſolicite paramus, pædagogos ac magiſtros illis procurãtes, ſumptuſq; ſuppeditantes, atq; à rebus cæteris ociũ præſtãtes, eiſq; intẽtius acclamantes atq; ſtudioſius quàm in Olympiacis certaminibus pædotribę faciunt, inopiã quam imperitia copiáſq; quas parit eruditio cõmemorãtes, cunctáq; per noſipſos & per alios agẽtes, ac dicẽtes quib⁹ illos ad finẽ deſtinati ſtudij perduci poſſe arbitramur. Et ne ſic quidẽ crebro voti cõpotes efficimur. Mores vero optimos & moderatos, conuerſationiſq; præclarę diligẽtiã vltrò illis prouenire arbitrabimur, quũ tot ac tãta ſint quæ illa impediant & intercipiãt. Et quid hac abſurditate dici deteri⁹ poſſit, ſi id quidẽ quod leuiſſimũ eſt, maximo & honore & ſtudio dignemur, quaſi poſſibile nõ ſit aliter illud adipiſci: qđ vero longe difficillimũ & grauiſſimum eſt, id dormiẽtibus contingere exiſtimemus, vt vnũ aliquid minimũ, ac nullius ęſtimationis ac precij? Philoſophia nãque animi literarũ eruditione, ſtudiiſq; liberalibus tãto difficilior eſt & operoſior, quãto facere q dicere difficilius, operáq; quàm verba laborioſiora ſunt. Et quid, inquit, liberis noſtris philoſophia diligẽtiori o-C pus eſt? Iſtud, iſtud omnino eſt, quod vniuerſos perdidit, quod rem adeo neceſſariã, qua vita omnis noſtra continetur, ſuperfluã eſſe & ocioſam iudicamus. Certè enim ſi q corporis incõmodo laborare filiũ viderit, nunquã dicturus eſt, quid illi integra & diligẽtiori ſanitate opus eſt: verũ cũcta molietur & geret, quibus tam inſignẽ ille, tamq; excellẽtem habitũ acquirat, vt iam ad eũ vltra morbus ille redire non poſſit: animæ vero morbo quũ illi grauiſſime laborẽt, nihil eis aiunt curatione opus eſſe. Póſtq; iſta oĩa patres ſe vocare audẽt. Quid igitur? Philoſophabimúrne omnes, inquit aliquis, ſeculiq; oĩa peribũt? Nõ ita prorſus virorũ optime. Non eũ philoſophiæ dare operã, id tandẽ eſt quod vniuerſa corrupit & perdidit, verũ id non agere. Quínã enim, quæſo te, præſenti hoc in rerũ ſtatu per ſcelera & flagitia ferũtur? Illine q mo-D derate & quietè viuũt, an q nouos & iniquos excogitant deliciarũ modos? Qui res omniũ diripere, ſibiq; cõſciſcere ſummo ſtudio nitũtur: an q frugalitati ſtudentes, ſuis & quidẽ modicis contẽti ſunt? Qui ſeruorum cuneos & aſſentatorũ greges, exoletorũq; examina circunducũt: an qui ſeruum vnum ſibi ſatis eſſe arbitrantur? Nondũ enim ſumma dẽ philoſophia loquor, ſed de ea quę & plana eſt, & peruia, & plurimis acceſſa. Illine qui clemẽtes, & moderati ac manſueti ſunt: an ij q nihil æquè ac ſummos à cõtribulibus honores quærũt, maximiſq; calamitatibus afficiũt, ſi nõ ille ſibi aſſurgat, ſi non ſalutet prior, ſi nõ ſuppliciter inclinet, cunctáq; ſeruorũ obſequia præ ſe ferat? Qui alieno imperio regi, aliiſq; obtẽperare meditãtur: an qui poteſtates & magiſtratus auẽt, cũctáq; dũ his potiantur, & facere & tolerare ſuſtinẽt? Qui quòd ſe cũctis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctis meliores esse arbitrẽtur,licere sibi & loq,&agere omnia exiſtimãt: an qui ſeipſos cum vltimis & vilioribus annumerant,iſtámq; irrationabilem potentiam virium caſtigãt & fugiunt?Qui præclara ædificia cõſtruunt, & magnifice inſtructas apponunt menſas: an qui parco cibo habitaculóq; quod neceſſitati ſatis ſit, contenti,nil amplius requirũt?Qui innumera ſoli ſulcant iugera, an qui ne glebæ quidẽ vnius poſſeſſionẽ ſibi neceſſariã exiſtimãt?Qui fœnus fœnori adiiciũt, omníq; mercaturę viam iniuſtã licet aperiunt & mouent: an qui huiuſcemodi conuentionũ & chirographorum iniquitatẽ penitus oderunt,atque ex his quę poſſident,egentibus ſubueniunt? Qui mortalis cõditionis imbecillitatem vilitatémq; conſiderant,an qui ne hanc quidem conſiderationem admittunt,ac ferè homines ſe præiactãtię ac tumoris magnitudine exiſtimare deſierunt?Qui ſcorta nutriũt, alieníſq; matrimoniis ſe inquinant,an qui vxore quoq; legitima abſtinent?Nónne ille quidẽ veluti tumores corpori,vẽtíq; ſæui ac furẽtes mari:ita totius orbis terrarũ euertendæ reipublicę exorti,eos quoq; q ſeruari poſſent, per ſuam intemperantiam & improbitatẽ immergere,ac prorſus extinguere conantur:iſti vero tanquam lumina clariſſima in tenebris micantia,eos qui in eſtu medio iactantur,ad ſummam inuitãtes quietem & ſecuritatẽ,ac philoſophiæ faces de ſublimi quodam & longinquo pharo accenſas præferentes:ita demũ eos qui monitis ſuis obtemperare nõ renuunt, ad quietẽ ac tutiſſimum portũ perducunt?Nónne per illos quidem ſeditiones,bella,pugnæ,euerſiones vrbiũ,in ſeruitutẽ abductiões,ſeruitutes,captiuitates,cædes,maláq; alia innumera quę in ſeculo fiunt,nec ea ſolũ quę inferũtur ab hominibus,verũ & quę de cœlo omnia, puta ſiccitates,imbres,terręmot⁹,fames,peſtes,aliáq; omnia quę cœlit⁹ nobis immittũtur?Nónne ergo iſti qui & mores totius humanitatis peruertũt,qui reſpublicas corrumpuut, hi aliis quoq; innumerabiliũ calamitatũ cauſa fiũt,qui vitę quietiori ſtudẽtes, cámq; degere volentes,perturbant vndiq; & pertrahũt, variiſq; ſuppliciis affligunt?Horũ gratia profectò & iudicia,& leges,& mulctæ, variáq; tormentorũ genera ſunt inſtituta.Vt em̃ in ea domo in qua plurimi morbis variis laborãt,paucíq; ſanitate gaudẽt,videas plurima & medicamẽtorum genera,& medicos quãplures:ita in orbe toto nulla gens eſt,nulla ciuitas vbi nõ leges plurimę,nõ multi magiſtratus,nõ innumeri pœnarũ modi ad perterrendos improbos ſunt conſtituti.Neque enim ſufficiunt medicamẽta ipſa ſola lãguidos eripere,niſi adſint qui illa vulneribus imponãt:hi profecto iudices & magiſtrat⁹ ſunt,q illos velint,nolint,medicinã admittere compellũt. Atque ita etiam morbus obtinuit,adeo vt ipſam ferè medicorũ artem ſuperauerit,ipſóſq; iudices infecerit:prorſúſq; idẽ cõtingit,ac ſi qs & febre & morbo intercutis,aliiſq; itẽ ægritudinib⁹ innumeris & grauioríb⁹ oppreſſus mala quidẽ propria curare negligeret, alios vero q iiſdem incõmodis laborarent,erigere ſtuderet: nempe enim vitiorũ inundatio & vis, quaſi torrẽs quidam, vniuerſis obicib⁹ ruptis, vehemẽti impetu in animos mortaliũ effuſa eſt.Et quid me dicere neceſſe eſt morum optimorum omniũ peruerſionem? Periculũ iam ingens metúſq; ſubiit, ne peſtis iſta quæ à nequã iſtis improbiſſimiſq; hominibus inuecta eſt,ea etiam quæ de prouidẽtia à plurib⁹ in libris diſputata ſunt, refellat omnia.Adeò indies procedit,augetur,inſanit,omniáq; occupare feſtinat,adeò quæ ſupra fuerãt, infra iam fecit,atq; aduerſus cœlum bellare inſtituit,mortaliũ linguas non iam aduerſus homines conſeruos, ſed planè iam aduerſus omnipotentẽ dominum armans. Vnde enim, quæſo, fati nomen multũ per ora omniũ vbiq; vertitur ? Vnde ſyderũ irrationabilibus motibus cũcta quæ accidũt,pleriq; imputãt?Vt quid fortunam,vt quid cauſam quidã profitentur, & prædicant?Vnde ſine ratione,ſine prouidẽtia, ac temere ferri cũcta arbitrãtur? Propter eós ne q iuſte & quiete & moderate viuũt, an propter illos quos tu quidẽ continere & cõſeruare reſpublicas dicebas?Ego vero communẽ totius humani generis peſtẽ eſſe monſtraui, atq; iſtud ita manifeſtũ eſt,vt nemo inde dubitare poſſit. Nullus enim indignatur quòd ille aut ille philoſophari pergit,quòd mitis eſt, quòd moderatus, q pudic⁹,quòd negligit humana omnia & ſpernit:verũ quòd ille delicate viuit,quòd cupit,quòd rapit,quòd nequiſsimus cũ ſit, vitiiſq; omnibus repletus,clariſsimus eſt,ſummáq; in rerũ copia & proſperitate verſatur.Iſta queruli annũciant,hæc obiiciũt,hęc accuſant qui non credũt deo, his offendũtur plurimi, adeò illorũ gratia qui iuſte & moderate viuunt, non modo nihil horũ verborum loquerentur, ſed illa quoq; reprehenderent, quibus vt dei accuſarent prouidentiã fuiſſent inducti. Atq; vtiñ aut omnes, aut certè pars maior viuere ita voluiſſet, nũquã profecto verba iſta aliquis excogitaſſet,nec ſummus malorũ omniũ vertex irrepſiſſet,vt quæreretur vnde mala eſſent.Cũ em̃ illa non eſſent,neq; apparerent,quis inquirere pergeret malorũ cauſam?Ne innumeræ quidẽ ab iſta quæſtione ſectæ pullulaſſent.Manes em̃ & Marcio & Valens & Gentiliũ plurimi,hinc potiſsimum habuerunt principiũ.Sin vero omnes philoſopharentur,quęſtio ſanè iſta locũ nõ inueniſſet, ſed ſi nullis aliis ex locis, vel ex iſto certè viuendi optimo atq; lætiſsimo genere dudũ vniuerſi didiciſſent, ſub deo nos rege degere,réſq; humanas ab illo & adminiſtrari & regi,ſecũdum ſuam ineſtimabilẽ incomprehẽſibilémq; ſapiẽtiam.Quod quidẽ fit nunc quoq;,& ſi non facile perſpicitur,ob ingentẽ illam & craſſam nebulam, quam iſti toto terrarũ orbe effuderũt. Quę ſi auferret, profectò veluti in meridiana luce,&ſereno cãdidiſsimóque cœlo cũctis mortalib⁹ diuina perſpiceret prouidẽtia.Deniq; ſi nõ eſſent iudicia, nõ accuſatores,nõ calumniatores, nõ tormẽta, nõ mulctæ,nõ carceres, non cruciatus, non bonorũ publicationes & damna, non timores & pericula, nõ inſidię & inimicitię, non iurgia,non maledicta,non odia, non peſtilentiæ,non deniq; aliud aliquid eiuſmodi, ſi quod à nobis in hac enumeratione prętermiſſum eſt,ſed oẽs digna & cõuenientiſsima cũ moderatione viuerent, quis vnquã mortaliũ de prouidentia diuina dubitaſſet? Profectò nullus.Nunc vero ferè idẽ contingit, ac ſi hyeme ingenti ac procella imminẽte gubernator quidẽ faciat quod ſui muneris eſt diligẽtiſsime, ſeruétq; inter vndarũ moles nauem,nõ autẽ appareat eiuſce peritię & artis diligentia vectoribus, quòd hãc illis conſiderationem & perturbatio & metus & ſolicitudo pręſentium,iam iámq; impendentium malorũ eripiat. Deus enim nunc quoq; gubernat omnem hãc machinam, & ſi nõ id à plurimis animaduertit, ob rerũ turbines & perturbationẽ vitæ : quam quidẽ perturbationem iſti maxime omniũ excitant. Itaq; non tantũ morum rectitudinem peruertunt,verũ ipſam quoq; pietatem religionis

religionis cõtaminãt.Nec ſanè peccabit qui iſtos naturæ totius inimicos appellauerit,qui in aliorũ perniciem coniurãt,& doctrinis ſceleratis ac impuris moribus,eos qui ſecũ hoc in vitæ ſalo nauigant, demergunt. Atqui nihil horũ penitus in monaſteriis inuenies : verum quanquã procella tanta, tantíq; fluctus deſæuiũt,ſoli in tranquillo & portu & ſecuritate ſumma reſidentes,veluti ex cœlo ipſo cęterorũ naufragia proſpectant.Nanque conuerſationẽ planè cœleſtem elegerũt,nihílq; deterius angelis affecti ſunt.Vt enim illis nulla ineſt inæqualitas,nec alij ſucceſſibus, ſecũdíſq; rebus elati gloriãtur,alij extremis malis & incõmodis oppreſſi gemunt, ſed oẽs pariter in gaudio & quiete,ſummáq; illa & cœleſti gloria exultãt: ita fieri quoq; perſpicias in monaſteriis,nullus ibi paupertatẽ exprobrat,nullus diuitiis honeſtior eſt. Inde id quod omnia peruertit & perturbat,Meũ & Tuũ penitus eliminatũ eſt.Cuncta quippe illis communia ſunt,mẽſa,domus,indumentũ,& quod ſanè mirabili⁹ eſt, vn⁹ etiam idémq; animus omnibus eſt.Omnes eadẽ ſunt nobilitate nobiles, omnes eadẽ ſeruitute ſerui, eadẽ libertate liberi,vnę illic omnibus diuitię,quę verę diuitiæ ſunt:vna gloria,quæ vere gloria eſt. Non em̃ in appellationibus, ſed in ipſis rebus bona eorũ conſiſtunt.Vna ibi voluptas,vna iucũditas,vnæ deliciæ,vnum deſiderium,vna ſpes omnib⁹ ineſt. Ibi veluti quadam ex regula & libra cuncta diligẽtiſsime ſunt ordinata.Nulla ibi inæqualitas, cæterũ ordo ſummus & moderatio & cõuenientia & ineffabilis cõcordię ſeruandæ diligẽtia, iugíſq; ac perpetua lætitiæ materia. Quocirca omnes omnia & patiuntur & faciũt,vt vnà lætentur & gaudeant.Illic enim ſolũ videas id perfecte contingere nuſquã alibi,non modo quòd pręſentia omnia contẽnant, omnemq; ab ſe rixæ & diſcordiæ & pugnæ materiã abſciderint,clariſſimáq; cœleſtium bonorũ ſpe beati ſint, ſed quòd ea quoque quę ſingulis contingũt & triſtia & læta,cõmunia eſſe omnium exiſtiment. Quippe & mœror facilius fugatur, quum pro virili ſua omnes ſiugulorũ cõportent onera,lætitiæq; occaſiones habẽt innumeras, nõ in ſuis modo lætis,ſed in aliorũ quoque,& quidem non minus quàm in ſuis quiq; geſtientes.Quónã ergo modo res humanę quo minus pereãt,cõſeruabũtur? Si iſtos oẽs imitemur.Nũc enim illę planè propter eos perierunt & corruptę ſunt,qui longe ab his moribus atq; ab iſto vitæ inſtituto exercentur. Tu vero dũ his cõtraria decernis,idem prorſus facis,ac ſiquis eam lyrã quę diligẽtiſsime aptata eſſet,muſicæ diceret inutilẽ: eam vero quæ & diſſona & diſciſſa eſſet, nimiáq; vel intentione,vel remiſſione diſſipata & corrupta,hanc & ad pulſus & ad voluptatẽ ſpectatorum eſſe diceret aptiſſimam : atq; nullum vel hæc dicentium abſurditatis argumentũ certius, vel inuidiæ, & immanitatis ita decernentiũ documentum clarius inuenire poſſemus. Quænam vero eſt modeſtiorũ & clemẽtiorum patrum ratio?Diſcant primũ, inquiunt, literas, atque ita quum vim diſcendi aſſecuti fuerint,tum demũ ad philoſophiam iſtã adducantur. Tunc nemo qui prohibeat,nemo q retrahat futurus. Et vnde ſcire certius poterimus,quod ad viros illi euaſuri ſint ? Pleriq; em̃ abierunt,immatura prærepti morte:verũ concedam⁹ id quoq; manifeſtũ eſſe, fingamúſq; illos interim ad viriles annos prouehendos.Quis illud nobis pollicebitur,priorẽ omnem in medio ætatẽ illos bene acturos?Adeò enim nihil contẽdendi ſtudio loquor, vt ſi qui de his certius confidere & ſperare poſſit optime: eos ego ne tũ quidẽ vrbe educturus ſim cũ hãc dicẽdi facultatẽ conſecuti fuerint:verũ tunc maxime manere iubebo, quíq; illos fugare voluerint, non modo nõ laudabo,verũ vt cõmunes hoſtes noſtrę reipublicę reiiciã & execrabor,quòd lucernas occulentes,& lumina clariſſima ex vrbe ad ſolitudinẽ ducẽtes,ciuitatem noſtram maximis incõmodis afficiant, ingentíq; gloria & honeſtate nudent.ſin vero nemo eſt qui iſta polliceri poſſit, quid tandẽ commodi illi conſecuturi ſunt,ſi mittant̃ ad magiſtros, vbi vitia pri⁹ omnia,quàm eloquentiã addiſcẽt,dúmq; quod minimũ eſt,accipere & aſſequi ſtudent,amittent id quod lõge maximũ eſt,vires animi ſcilicet,omnémq; probitatis indolẽ.Quid ergo? Scholás ne omnes diruemus, inquiunt?Minime id quidẽ dico, ſed vt ne virtutis deſtruamus ædificiũ,viuentémq; diruamus animã,omni ſtudio & prouidendũ & cauendum cenſeo. Quę ſi quidẽ pudica fuerit & ſobria,nullo ex loquẽdi imperitia afficietur detrimẽto:ſin vero fuerit corrupta,dãna conſequetur ingentia, etiãſi lingua vehemẽter & acuta fuerit & expolita,tantóq; maiora,quãto illi vis ea dicendi maior acceſſit. Nequitia enim ſi cũ dicẽdi facultate fuerit conuincta, multo deteriora,q̃ imperitia,multóq; funeſtiora ſolet operari.Quid ſi autẽ illuc abeũtes,inquies,præterquã quòd linguã rudem habeant & imperitã, etiam virtute illa excidant? Reſpõdebo tibi tuis verbis:Quid vero ſi domi manẽtes, præterquã quòd animum noxiis fomitibus corrumpant,ne ad eloquẽtiam quidẽ conſequendam vnquã aſpirẽt:ſiue quòd nõ ocij quantũ ſatis eſt,ſuppeditẽt, ſiue quòd ad ea ſtudia min⁹ idonei nati videãtur?Mihi quippe,mihi prorſus iſta dicere cõpetit, quàm illa tibi.Cur id?Quia etſi vtriuſq; incertus euentus eſt,lõge tamen tuus incertior.Quonã id modo, & vt quid? Quia eloquentiã & eruditionem vt aſſequamur, morum etiam ornatu & modeſtia opus eſt:mores autem probi non etiã eloquentiæ adiectione opus habent. Quippe ſobrietatẽ,pudicitiam,iuſtitiam,virtutéſque reliquas,etiã ſine iſta eruditiõe licet acquirere:eruditionẽ vero ac dicẽdi vim, ſine probitate morũ nemo ferè vnquã fuit qui aſſequeretur,cum tempus per flagitia conſumeret.Quid ergo illa verebare? hic quoq; neceſſariò eſt metuendũ, & quidẽ tãto hic amplius, quanto & crebrius qui voti nõ potirẽtur,inuẽti ſunt, & de maioribus rebus periculũ imminet. Atque illic quidem vnius tantũ rei exercitatio neceſſaria eſt: hic autem duarũ rerũ compotes fieri propoſitũ eſt,quòd alterã ſine altera cõſequi poſſibile non ſit. Sin autem tu ita vis,impoſſibile etiã iſtud concedamus eſſe poſſibile:quid tandẽ boni, quid emolumenti nobis eiuſmodi eruditio conferet, adeo letalẽ circa ipſa vitalia accipientibus plagã?Quid autẽ mali, quid incõmodi paritura eſt locutionis imperitia, ſi quæ ſunt maxima fuerimus adepti ? Atqui iſta nõ ſolũ apud nos qui externã ſapientiã ridemus, cámq; ſtultitiã eſſe arbitramur:ſed apud ipſos philoſophos quoq; ita eſſe,p cõfeſſo habẽt.Idcirco ex illis plurimi nõ valde ediſcendis literis operã dederũt, alij vero prorſus contẽpſerũt,& eſſe perſtiterũt imperiti,omnẽq; ętatẽ in ea philoſophię parte quę mores cõponit conterẽtes,clariſſimi atq; celeberrimi fuerũt.Anacharſis enim & Crates & Diogenes huius aſſequendæ peritiæ nullũ ſtudium,nullam omnino curã habuerunt. Aiunt quidã, quòd ne Socrates quidẽ,atq; id atteſtari videtur,qui

in ea re

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ea re longe cæteris excelluit, quíq; illius oĩa diligentius quàm cæteri cognouit. Cum enim illum aliquando in iudiciũ introduxissẽt, rationẽ pro se redditurum, in ea oratione quam ad iudices habuit, ita illum fecit loquẽtẽ: Vos autẽ ex me audituri estis omnem veritatẽ, & non tamen, per deos immortales, ô viri Athenienses, orationẽ compositam electis verbis & nominibus, vt faciunt qui horũ studiosi sunt, neque aliquo ornamento fucatã, sed audietis vulgaribus vilibúsque verbis loquentẽ. Credo enim iusta esse quæ dico, nullúsq; vestrũ aliter expectet. Neq; enim profectò iudices huic ætati cõuenire videtur, veluti adulescentulo fictis ad vos ingredi verbis. Hoc autẽ cum dicit, ostendit se non ob negligentiã quãdam, vt fieri solet: sed quòd eam rẽ non magnificaret, nec didicisse, nec illa vnquã vsum fuisse. Itaq; philosophis qdem eloquẽtia indigna est, & viris prorsus: ludẽtium vero adulescentulorũ certamen & glória, quod ipsis quoq; philosophis videtur, nec philosophis quibuslibet, sed illi qui oẽs facile in ea arte superauit. Deniq; magistrũ ea re ornari non permittit, eiusmodi ornatum & turpẽ esse, & indignũ philosopho existimans. Verũ hæc ad infidelem quempiam meritò quis dixerit, imò vero ad fidelẽ quoque. Perquã enim ineptũ & iniquum est, si quidem hi qui gloriã à multis aucupantur, nec alio ex loco quàm externa sapiẽta clari & illustres esse possint, eam rem nihili existimẽt: nos eã ita admiremur, tantíq; æstimemus, vt propter illam assequendam ea cõtemnamus, quæ necessaria in primis sunt atq; vtilia. Sed hęc quidem ad infidelem dixisse satis sit. Ad fidelẽ vero præter ista etiã ex nostris documenta afferenda sunt. Quænam vero illa erunt? Magni illi & sanctissimi viri qui initio seculi fuerunt, quum literæ non erant, quíq; post illos fuerunt, quũ erant quidẽ literę, dicendi vero ars nondum erat instituta: & qui post eos ipsos fuere, cum eloquentia iã apud oẽs obtineret, maximóq; in honore esset: horũ tum profectò singuli suo quiq; tẽpore erãt imperiti, non solum artis oratoriæ, verũ ipsarum quoque literarum. Qui tamen oẽs in eis ipsis rebus in quibus dicendi vis videtur in primis esse necessaria, tãta facilitate eos qui in ea re sunt eminẽtissimi superauerũt, vt si illis isti cõparentur, stultis pueris deteriores esse videantur. Cũ enim persuadẽdi vis in facultate oratoria maxime cõsistat, philosophiq; nullos hac arte tyrãnos superauerint, hi vero imperiti & sine literis orbẽ vniuersum incredibili facilitate cõuerterit: cõstat profectò palmam sapientiæ apud istos literarũ rudes & imperitos esse, quàm apud illos q & literas & oratoriam assecuti sunt diligentissime, adeo vera sapiẽtia & vera eruditio nihil aliud est quàm dei timor. Porrò nemo me modo hãc legẽ statuere existimet, vt pueri esse persistãt imperiti. Nunquã eñ prohibere pergerem, quin istud etiã ex abundanti fieret, si de his quæ sunt necessaria, quisquã me securũ faceret. Veluti eñ si domus fundamẽta quassa nutarẽt, omníq; fabrica ruinam minaretur, extremæ dementiæ atq; socordiæ esset, nõ ad cæmẽtarios & fabros, verũ ad tectorij operis peritos recurrere: ita rursus importunæ simul & improbæ cõtentionis esset, parietib⁹ incõcusse & firmiter stantibus, eum qui tectoriũ addere ornãdi causa vellet, ꝓhibere. Atq; vt ista me ex animo loq; sciatis, quæ profectò si possẽ, rebus ipsis ostẽderẽ, peroportune historiã quandã referre institui. Adolescens quidam admodũ locuples aliquando in vrbe nostra demoratus est, vtriusq; eruditionis acquirẽdæ gratia, latinę scilicet & grẽcæ. Hunc pædagogus sequebatur semper, cui ea vna & sola cura erat, vt ipsius formaret animũ. Eum igitur ego aliquando conueniens (erat enim ex his qui mõtes & solitudines habitant vnus) causam addiscere studebã, cur omissa tã insigni philosophia, in pædagogi ordinẽ seipsum deiecisset. Ille vero cum se parũ continuisset, cunctum iam rei ordinem nobis enarrauit. Puer, inquit, iste patrẽ habet durum, immitem, asperũ, mundiq; negociis vehemẽter intentum: matrẽ ecõtrà pudicam, moderatam, piam, cœlestiáq; solùm suspirantẽ. Pater itaq;, vt qui in bellicis reb⁹ plurima de se fortitudinis ac probitatis indicia dederit, insignémq; ex militia gloriam fuerit adeptus, filiũ quoque in ordinẽ suum transferre cupit. Id vero mater omnino abhorret & vehemẽter execrat: optat enim illũ clarissimum in monachorum cõuersatione perspicere, verũ id quidem patri apertius dicere ausa nõ fuit: metuebat quippe ne si id ille vel leuiter suspicaretur, intẽpestiue iã seculi vinculis illum obligaret, & hoc studio abducẽs ad baltheũ adduceret, atque ad omnẽ quæ ex illo solet cõsequi vitæ negligentiã, ac postmodum huius propositi & vitę aditum omnẽ intercluderet. Igitur huiusmodi artem excogitat. Domũ me accersit ex eremo, mecúmq; cõsilia sua cuncta cõmunicans, apprehensam pueri dexteram inseruit manibus meis. Cũ vero illã percontarer, quid sibi hoc vellet: Vna, inquit, hęc nobis reliqua est spes obtinendæ filio salutis, si volueris tu, & passus fueris in pædagogi ordinẽ descẽdere, sumptóq; puero à nobis proficisci. Meũ erit persuadere patri, quòd si militarẽ quoq; vitam ille voluerit eligere, perutilis erit dicẽdi vis, & copia ꝑ studia liberalia quęsita. Hęc ego, inquam, si efficere potuero. Iam illũ tu seorsum, atq; in alieno solo tecũ habẽs, vbi nec pater, nec proꝑinquorũ aliquis impedire ac perturbare possit, summa illum cũ facilitate formare poteris, moréśq; illius ad id componere, vt veluti in monasterio ita tecũ viuat. Cæterũ tu mihi hac in parte consenti, mecũq; salubrẽ istam functionẽ simulaturũ pollicere. non parua res agitur, nõ ꝑ minimis deprecor, de filij mei anima certamẽ est atq; periculũ: non ergo spernas cunctorum amantissimũ, mihíq; luce ipsa charioré periclitantem: eripe illũ laqueis vndiq; iam paratis & positis, educ ex procella & tẽpestate & turbine. Sin vero tu gratiã pręstare nolueris, deum iam medium nostrũ appello, & testẽ voco, me quidem nihil eorũ omisisse quæ ad huius pueri salutẽ pertinere videbanrur, mũdãq; me esse à sanguine pueri istius. Quòd si quid illũ eiusmodi cõtigerit pati, quale vt patiaꝫ fieri vehemẽter potest, quippe iuuenis, & in tãtis deliciis degẽs, tãtáq; vitę negligẽtia: abs te & de tuis manibus requiret deus animã pueri istius. His plura etiã adiiciẽs, miserabilitérq; & vehemẽter illachrymãs, persuasit tandẽ vt hoc negociũ susciperẽ, atq; cũ his mãdatis à se dimisit. Nec sanè ĩanis fuit ista machinatio, nec religioso matris voto diuina pietas defuit. Ita eñ puerũ illũ breui egregius ille pędagog⁹ exercuit, tantámq; in eo flammã desiderij cœlestis accendit, vt cũcta simul repente abiiceret, atq; ad solitudinẽ conuolaret: alióq; rursus indigeret fræno, quod illũ ab intempestiua illa & vehemẽti exercitatiõe ad moderatiorẽ posset cõmodiorémq; conuertere, Nanq; metuendũ valde videbaꝫ, ne repẽtino hoc & immaturo studio rẽ ipsam totã reuelaret, matríq; & pedagogo, & omnib⁹ vbiq; monachis

monachis grauissimũ bellum excitaret. Si enim fugã istã subitámq; mutationẽ præsensisset pater, nunquã profectò destitisset omnia moliri & facere, vt sanctos illos fugaret atq; affligeret: nec eos modo qui illũ recepissent, sed alios quoq; vniuersos. Hũc ergo puerũ insignis ille institutor assumẽs, hæcq; & his plura illi allegans, cœlestis quidẽ philosophiæ desideriũ in eo durare permisit, & prẽterea vt caut⁹ fieret, curauit: vrbẽ tamen vt habitaret, studiáq; liberalia vti cœperat, persequeretur, induxit, ita eũ coæuis quoq; maximo emolumento futurũ persuadens. Quod quidẽ operæpreciũ esse videbatur, non modo sanctorũ illorũ, aut matris, aut pędagogi gratia, sed pueri ipsi⁹ quoq;. Si eñ initio statim in illũ irruisset pater, timendũ satis erat, ne philosophię plãtas cõmoueret, vel etiã penitus cõuelleret, quippe teneras & recẽter positas: sin vero processu tẽporis optimis ille, firmissimísq; radicibus niteretur, vehemẽter cõfidebat, quantalibet pater ageret, nunquã illũ mouẽdũ loco, neq; vlla omnino ratione cessurũ: quod & factum est, nec illum fefellit spes. Pater enim lõgo post tẽpore illũ adorsus, vehementíq; cum impetu irruens, nõ solũ in nullo ædificiũ inclinauit, aut lęsit: verũ firmius quoque validiusq; monstrauit. Condiscipulorũ yero plurimi tantum ex illius contubernio familiari profecerunt, vt eiusdẽ instituti fierent æmuli: habebat quippe ille domi qui se perpetuo moderaretur, ac veluti statua iugiter sub artificis manu cõstituta, ornatior indies euadebat, ingentémq; animo decorẽ assidue adiiciebat. Et quod est profectò mirabili⁹, exteriori quidẽ cultu nihil à cęteris differre videbatur. Nõ enim agrestibus vel incõptis erat moribus, nõ comæ negligentia, nõ amictus vilitate nobilis: sed erat cõmunis habitu, voce, aspectu, & cęteris omnibus. Quibus ex rebus factũ est, vt facilius plurimos contubernaliũ inter retia sua includeret, cum haberet intrinsecus incredibilẽ latẽtem sapientiã. Deniq; si quis illũ domi vidisset, vnum ex eis esse putauisset, q mõtes & deserta incolũt. Domus eñ ita illi dispośita & parata erat, vt in nullo monasterij diligentiã desideraret, nihílq; necessariis amplius habebat. Tempus autẽ omne in diuinorũ librorum lectione cõterebat. Erat eñ ingenio celeri, atq; ad percipiendas disciplinas acutissimo. Itaq; externæ illi eruditioni breuissimã distribuẽs diei partem, reliquũ tẽpus omne perpetuis orationibus, diuiníśq; literis instabat, ac sine cibo tota perseuerabat die. Imò vero nõ vnũ, aut duos tantũ, sed plurimos interdum dies sine cibo vllo trãsigebat. Noctes præterea totas in eiusmodi cõsumebat studiis, lachrymis, oratiõib⁹, sacrísq; lectionibus vacãs. Hæc autẽ omnia pædagogus ille nobis clàm annunciabat. Indignabatur enim puer ille vehemẽter, ferréq; vix poterat, si quid eiusmodi efferri cognouisset. Dicebat ergo vestẽ illũ sibi ex cilicio parasse, eáq; noctibus vestiri solitũ, eo scilicet cõsilio, vt celerius cuigilãs surgeret, aliáq; prorsus omnia ad imitationẽ monachorũ illi diligentissime parata erãt, atq; egregi⁹ ille institutor, deũ iugiter ingẽti cũ lętitia benedicebat, ꝙ adeò leues huius philosophię pẽnas puero largitus esset. Itaq; si quis mihi nunc quoq; eiusmodi animũ ac pædagogũ daret, aliáq; similiter se pollicerẽ curaturũ, incredibile est q id fieri optarẽ etiã amplius lõge quàm parentes ipsi. Sic eñ profecto copiosiori ex lucro magis gauderemus, cum possent eiusmodi & per vitã, & per ętatem, & per iuge contuberniũ coæuos etiã lucrari. Verum enim nullus est qui hęc se spondeat exhibiturũ. Cum vero nullus sit, incredibilis sanè immanitatis esset, eũ qui nec sibiipsi auxiliari posset, & iacẽs vulneribus innumeris cõfoderetur, aliósq; impeditiores faceret, in medio concidi permittere, quũ deberet ex media dimicatione submoueri. Nãque meritò similiter in eũ ducẽ animaduertẽdũ esset, qui alacres & pugnare valẽtes milites ex prælio abduceret, & qui eos q saucij iacerẽt, aliísq; perturbationi & impedimẽto essent, sic semꝑ iacere in medio iuberet. Verũ quia plurimi parentũ instant vehementius, liberósq; suos & eruditos & disertos singuli videre cupiunt, veluti certũ & planè exploratũ habeant, ad summum illos eloquentiæ culmen prouchẽdos: aduersus istos nolo equidẽ cõtendere, nec dicã illos spe sua destituẽdos, idq; interim concedã, & eminẽtissimos illos in ea re fore, & ad summũ prouchẽdos. Sit autẽ nobis duarũ rerũ optio proposita, vt vel ad magistros proficiscẽtes, eruditionem assequi contendant, vel abeuntes ad solitudines, virtutes animi, salutémq; perpetuã cõquirere decertent: vtro igitur in studio obtinere præstat? Nam siquidẽ in vtroq; valeamus, & ego id volo: sin vero alterũ sit eligendũ, satius erit quod pręstabilius eligere. Ita sanè, inquiunt, sed hoc ipsum vnde nobis constare poterit, quòd stabit ille, perseuerabit, neq; proposito decidet omnino? Multi eñ excidẽrũt. Et ego tibi respondebo: Vnde vero tibi cõstat, q nõ persistet, neq; perseuerabit? Multi eñ sunt q perseuerauerũt, & quidem longe plures q̃ qui exciderũt. Itaq; istorũ gratia magis cõfidendũ est, q̃ illorũ metuendũ. Cur autem in ipsis liberalib⁹ studiis hoc ipsũ nõ metuis, vbi maxime timẽdũ est? Nanq; apud monachos q dẽ ex ingenti multitudine vix pauci lapsi sunt: in schola vero liberaliũ disciplinarũ ex plurimis vix pauci ad summã peritiã prouecti sunt. Nec solũ istis rationibus, verum aliis quoq; plurimis meritò id magis metuendũ videatur. Quippe & pueri obtusum ingeniũ, & magistrorũ imperitia, & pędagogi negligẽtia, & patris occupatio, & sumptuũ mercedũq; defectio, & dissimilitudo morũ, contubernaliũq; atq; in discẽdo sociorũ nequitia, & inuidia, & liuor, aliáq; plurima, quo min⁹ ad finẽ destinati studij pertingat, nõnunquã impedimẽto sunt. Neq; ista solũ quæ dixim⁹, verũ post ipsorũ quoq; studiorũ finem, alia etiã quæ impediant, imminent. Quũ enim illa omnia impedimenta prætereuectus, ad ipsum eruditionis culmen euaserit, nec vllo eorũ retardatus fuerit, alię rursus illic insidię sunt positę. Nanq; & principis ignauia, & inuidia eiusdẽ artis sociorũ & consortũ, & difficultates temporũ, & amicorũ solitudo, & ipsa sæpenumero rei familiaris inopia, ab ipso fine nonnunquã excluserunt atq; abiecerunt. Atq; in monachorũ institutis nihil horũ videas: illic enim vna tantũ re opus est, nobili scilicet atque eximia alacritate animi. hęc si adsit, nihil quo minus quisque ad summã virtutẽ perueniat, impedire poterit. Quã igitur iniquũ simul & indignũ est, vbi quidẽ sunt spei optimę pleraq; indicia manifesta & vicinior a, ibi desperare & tremere: vbi vero spes ipsa & lõginquior est & tantis impedimẽtis intercipitur, illic non desperare, imò vero rei difficillimę spes sibi maximas proponere? Quod sanè faciunt qui in ipsis eloquẽtiæ studiis, nõ ea quę sæpi⁹ contingũt tristia, sed quę perraro lęta cõsiderãr. Cúmq; in monachorũ vita & instituto, vbi spes optima & certissima est, ad ea solum quę tristiora sunt, inclinent, in ipsis liberalib⁹ studiis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi maximę difficultates sunt, meliorũ tantum spem in animo versant. Quanquã illic nonnunquam cum ea simul oĩa conuenerint, quæ debẽt necessario cõcurrere, ad ipsum iam finem immatura mors irruens, post innumeros labores illos, sudorésq; frequentissimos, athletã ipsum sine coronis abripuit: quę si in medio monastici certaminis contingat, tũ vero bellator ipse hinc maxime illustris & coronatus proficiscitur. Itaque si futuri vereris incertũ, id in primis in studiis humanitatis faciendũ est, vbi ne ad extremũ perueniatur, plurima sunt impedimento. Tu vero illic quidem resides, & tẽpora expectas longiora, nihil eorũ quæ in medio sunt, cogitans, non sumptus, non ærũnas, non incertũ euentum, sed ad finem tantummodo respiciẽs. Hic vero cũ necdum vestibulum ipsum filius ingressus sit, necdũ decorã istam honestissimãq; philosophiã attigerit, iam metuis, iam trepidas, iã cogitando desperas: atqui ipse pauloantè dicebas: Quid enim? Is ne qui vrbẽ habitat, q domũ habet & vxorẽ, seruari nõ potest? An vero si cũ vrbe & vxore & familia & domo seruari quis potest, non longe id facilius, aptius, melius poterit, si fuerit is liber? Neq; eñ eiusdem est, nunc quidẽ saluti cuiuspiam confidere, quãlibet ille seculo obstrictus fuerit, quasi sic etiã acquiri salus possit: nũc vero quantũcunq; liber omnib⁹ euaserit, vereri & metuere, quasi ne sic quidẽ ad virtutẽ & probitatẽ aspirare possit. Nam si is qui vrbẽ habitat, sic indubie seruari potest, vt tu modo dicebas: multo sanè magis poterit, si se ad solitudines contulerit. Quid est ergo cur ibi salutẽ desperes, vbi minime debueras: ibíq; nõ metuas, vbi maxime pauere debuisti? At, inquies, eiusdẽ criminis nõ est, eũ q seculo addictus sit peccare, & eũ qui semel se ac penit⁹ deo deuouerit, religionis proposito excidere. Neq; eñ ambo eadẽ ex altitudine decidũt, ita nec eadẽ qdẽ vulnera suscipiũt. Fallis teipsum prorsus ac decipis, si putas aliud à secularibus viris, aliud à monachis requiri. Hæc eñ ferè sola est in vtroq; genere vitę differẽtia, q illi quidẽ matrimonij se vinculis cõstringũt, hi vero his liberi perdurãt. In reliquis vero cõmunis, atq; eadẽ ab vtrisq; vitę toti⁹ ratio requirit, eisdẽ pro culpis pœna vna oĩbus debetur. Nã qui fratri suo irascitur sine causa, siue ille secularis, siue monachus fuerit, deũ similiter offendit. Atq; is qui mulierẽ respicit, & cõcupiscit eã, quolibet in vitæ statu fuerit, eadẽ adulterij plectẽt pœna. Imò vero vt aliquid ex nobis addere, quod rationi consentaneũ videatur audeamus, magis sine vlla spe venię peccabit, q ex seculo id scelus admiserit. Neq; enim par facinus admittere videtur, q vxoris solatio subnixus, decore mulieris irretitur, atq; is qui eiusmodi auxilio, & infirmitatis remedio destitutus hac interdũ peste corripit. Rursus qui iurat, siue hoc, siue illud fuerit, pari omnino pœnæ subiacebit. Neq; eñ Christ⁹ cũ de his monita ederet, legésq; statueret, ita distinxit, vt diceret, si quidẽ is q iurat monach⁹ sit, à malo iusiurandũ est: sin vero monachus non fuerit, nõ iã à malo est: sed absolute omnino dixit: Ego autem dico vobis, ne iuretis penitus. *Matth. 5.* Rursumq; cũ diceret, Væ ridentibus: nõ addidit, monachis, sed absolutissimã sententiam de omnibus tulit. *Luc. 6.* Atq; idẽ in cæteris mãdatis suis maximis & admirãdis facit. Cũ enim dicit, Bati pauperes spiritu, beati q lugent, beati mites, beati qui esuriũt & sitiunt iustitiã, beati misericordes, beati pacifici, beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, beati qui & fan- *Matth. 5.*

A da, & infanda, ꝓpter me & meũ nomẽ ab his qui sunt foris, patiũtur: nec monachi, nec secularis nomẽ adiecit: cæterũ ista distinctio ex hominum extimatione introducta est. Sacrę vero literę nihil horũ penit⁹ nouerunt, sed omnes monachorũ vita & instituto viuere volunt, etiã si vxoribus fuerint adiũcti. Audi denique quid Paulus moneat, quẽ cũ nomino, rursus Christũ prędico. Hic itaq; cũ scriberet vxoratis hominib⁹, filiósq; nutrientibus, omnẽ ab illis monasticæ vitę diligentiã requirit. Nanque delicias oẽs penitus abscindẽs, siue quæ ad cultũ vestiũ, siue quæ ad cibos pertinẽt, his verbis admonet: Mulieres, in habitu ornato, *Tit. 2.* cũ pudore & castitate semetipsas ornare, nõ in tortis crinib⁹, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa. & rursus, Quę autẽ in deliciis degit, viuẽs mortua est. & *1. Tim. 5.* rursus, Habẽtes cibos & teguměta, his contẽti sumus. Quid ampli⁹ posset aliquis à monachis exigere? Rur- B sus vero cũ ali⁹ linguã cõtinere admoneret, seuerissimas leges constituit, & tales leges, quales monachis ipsis implere negocij nõ minimi est. Nõ eñ turpitudinẽ tãtũ, ac stultiloquiũ dãnat, verũ ipsã quoq; scurrilitatẽ seuerissime castigat & iugulat. Neq; iracũdiã solũ & furorẽ, & amaritudinẽ, sed ipsũ etiã clamorẽ ab ore fideliũ arcet & resecat. Omnis eñ, ait, iracũdia, & furor, & conuiciũ tollatur à vobis cũ omni malitia. Nũ ista tibi parua vidẽtur? Ergo paululũ expecta, dũ his longe maiora referamus, quæ de tolerãtia malorũ omnibus pręcipit. Sol, inquit, nõ occidat super iracũ- *1. Thess. 5.* diã vestrã: videte ne quis malũ pro malo cuiquã reddat, sed semper quod bonũ est, persequimini, & inuicem & in oẽs. Rursúmq;: Noli vinci à malo, sed vince *Rom. 12.* in bono malũ. Vidistí ne philosophiæ & lõganimitatis magnitudinẽ ad ipsum supremũ culmẽ ascendentẽ? C audi quid de charitate etiã loquatur, quę caput bonorũ omniũ, & summa est. Cũ enim illã vehementer extolleret, eiúsq; merita insignia prosequeretur, eãdẽ se à seculi hominibus exigere ostẽdit, quã à discipulis Christus. Vt eñ saluator hũc tandẽ extremũ ait esse charitatis finẽ, si quis animã suã pro amicis ponat: ita Paulus quoq; idipsum significauit, cũ diceret: Chari- *1. Cor. 13.* tas nõ quærit quę sua sunt, atq; eiusmodi charitatẽ sequi nos iubet. quid igit hac philosophia maius, aut dignius inquirere possem⁹? Cum enim & furore, & iracundia, & clamore, & pecuniarũ cupiditate, & ventris ingluuie, & magnificentia vestiũ, & inani gloria, & aliis seculi rebus superiores esse nos iubeat, nihílq; cõmune habere cũ terra, cũq; mortificare mẽbra nostra præcipiat, constat profecto ipsum nõ minorem à nobis vitæ diligentiã requirere, quàm requirat à di- D scipulis Christ⁹: vsq; adeò vero peccatis esse mortuos iubet, ac si iã & mortui, & sepulti simus. Idcirco enim ait: Qui autẽ mortuus est, iam iustificatus est à pecca- *Rom. 6.* to. Nonnunquã vero ad ipsius quoque Christi imitationẽ summa vi exhortationis inducit. Cũ enim nos diligere admonet, inde potissimũ sumit exempla: ita cum ad malorum quoq; tolerantiã, atq; ad humilitatem hortatur. Cũ itaq; non monachos tantũ vel apostolos, sed ipsum etiam Christum imitari nos iubeat, eísq; qui non imitãtur, supplicia maxima intẽtet: qua tu tandẽ ratione illam dicis esse maiorem altitudinẽ? Eandẽ enim omnibus ascendere propositum, & imperatũ est. Sed hoc planè est quod euertit orbẽ vniuersum, quòd summa vitæ bene agẽdæ diligẽtia monachis opus esse arbitramur, cæteris negligẽter viuere licere. Non ita sanè, non ita est, sed eadem ab omnibus

nibus philosophiæ ratio requiritur: atq; id equidem A vehementer affirmauerim, imò vero non ego, sed ipse iudex omnium Christus. Sin vero tu adhuc hæres, & titubas: age rursus tibi eisdẽ verbis aures repleamus, vt omnis abs te & malitia & infidelitas fugetur. Faciã autem huius rei documentũ ab ipsis cruciatibus diei illius horribilis, nimiúmq; metuẽdæ. Diues profecto ille, nõ quòd monach⁹ crudelis fuerat, idcirco vehemẽtius cruciabatur: sed si quid loqui ex nobis audeamus, quod tamen veritati contrariũ non sit, ideo exurebatur maxime, quòd seculo deditus cũ esset, & in diuitiis ac deliciis degeret, & purpura operiret, Lazarũ suprema inopia vexatũ aspernat⁹ est. Virgines itẽ, quia clementia & humanitate caruerũt, ideo cœlesti thalamo exclusæ sunt: & vt ipse aliquid adiiciã quod verisimile existimo, nõ solũ cruciatus illis additi non sunt virginitatis gratia, sed ob eandẽ ipsam mitiores quoq; pœnas exceperũt. Neq; eñ illis dictũ est: Ite in B ignẽ ęternũ, diabolo & angelis ei⁹ præparatũ: sed solũ, Nõ noui vos. Sin vero dicat aliquis, hoc idem esse quod illud est, neq; ego contendã: qđ eñ mihi nunc maxime incũbit, id profecto est, vt ostendam monachorũ vitam grauiora non attrahere supplicia, verum iisdẽ quoq; peccãtes seculi homines obnoxios fieri. Is etiã qui sordidis vestibus amictus fuit, quíq; centũ numos summa improbitate requisiuit, nõ quòd monachi fuerũt, ea passi sunt, quæ passi referũtur: sed alter ob fornicationẽ, alter quòd nõ donasset iniurias, perierũt. Sed & alios quoq; qui tum punirẽtur, si quis inquirat diligentius, pro peccatorũ tantũ meritis eos cruciatus perpeti animaduertet. Neq; vero in inferẽdis solũ cruciatibus, sed etiã in sanciendis legibus id *Matt. 11.* Christum fecisse reperies. Etenim cũ dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos: tollite iugum meũ super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris: non monachos tantũ alloquitur, sed & omne prorsus hominũ genus. Itémq; cũ iubet per angustã viã ingredi: non istos modo, sed omnes omnino homines hoc imperio cõuenit. Cúmq; odisse animam suã in hoc mũdo, atq; cętera eiusmodi iuberet, nullum hominũ genus excepit. Cũ vero non omnes alloquitur, neq; iura & leges omnibus constituit, hoc ipse nobis insinuat apti⁹. Deniq; cũ de virginitate lo- *Matt. 19.* queretur, adiũxit: Qui potest capere, capiat: neq; omnis adiiciens, neq; id in præcepti ordine statuens. Ita *1. Cor. 7.* Paulus quoq;: nã omnibus locis magistrũ imitari deprehẽditur: cũ in hanc incidisset materiã, aiebat: De virginibus autẽ præceptũ domini non habeo. Itaque D quòd ad eandẽ vitæ diligentiã, supremũq; perfectionis fastigium per diuinas leges pariter & secularis & monachus cogantur: quódq; ambo si ceciderint, æqualia sint excepturi vulnera, neminẽ iam quatũlibet ille sit cõtentiosus & impudẽs, contradictũrũ existimo. Hoc autẽ apertissime ostenso, age illud quoq; inquiramus: si tamẽ inquisitione opus est in re tã manifesta, vtrius sit pronior ac facilior lapsus. Pudicitiã q.dem is qui vxorẽ habet, facile seruare posse videtur, quippe solatio nõ minimo suffult⁹: cæterũ in reliquis nulla cõparatio est: verũ sic quoq; plures lõge videas lapsos ex coniugatorũ, quàm ex monachorũ ordine. Neq; enim tam multi ex monasteriis ad matrimonia accedunt, quàm ex iugali thoro se ad scorta recipiũt. Quòd si in eis certaminibus quę facillima illis toleratu sunt, quippe thoro legitimo subnixis, ita se superari

A facile permittũt: quid tandẽ in aliis perturbationibus acturi existimantur, quibus lõge amplius quàm monachi pulsantur? Nã concupiscentia quidẽ, ardórque congressus muliebris his vehemẽtius imminet, quippe vxorũ contubernio & solatio carentibus: reliquæ vero perturbationes cũ his vicinius propinquare vix possint, illos per vim subiiciũt, atq; in suum caput impellunt. Sin vero in eis ipsis in quibus bello vehemẽtiore perturbãtur, isti magis obtinent, victorésq; fiũt, quàm hi quibus id inest leuissimũ, & ferè nullũ: constat profecto lõge eos facilius ea quoq; vitia superaturos, à quibus nihil fere perturbationis patiũtur. Nã & pecunię amor, & deliciarũ ac potentiæ, cęterarũq; rerum desiderium facilius ab his, quàm à secularibus vinci subigíq; consueuit. Vt igitur in prælio & pugna eam belli partem leuiorẽ esse dicimus, nõ ex qua alterni ac iuges mortui super inuicẽ cadunt, sed ex qua B paucissimi & rari: ita de his quoq; statuere & decernere debem⁹. Quippe habẽdi immodicã cupiditatẽ is lõge facilius vincet, qui in montiũ verticibus moratur, quàm qui mediis in rerũ perturbationbus versatur: nã iste quidem facillime capitur. Eum vero qui captus cupiditate ista fuerit, in eorũ numero qui venerantur simulachra & colũt, numerari certum est & definitũ. atq; is quidẽ si pecunias habuerit, nunquam profecto proximos cõtemnet, sed ipsas omnes in illorum vsus facillime impendet: hic autẽ non modo eos aspernabitur, verũ non secus eos atq; alienos tractabit, iniuriísque & incommodis omnibus afficiet. Quod profecto genus aliud est seruiẽdi idolis, & quidem priore illo deteri⁹ & grauius. Et quid me necesse est prosequi reliqua, quæ monachis quidẽ facillima ad superandũ sunt, seculi autem homines nullo nego- C cio, ingentiq; facilitate deiiciunt? Cur ergo non pauidus trepidas, cum ad eam vitã filiũ adducis, in qua vitiis omnibus capi facillime possit? An parũ tibi videtur seruire idolis, ipsísq; infidelibus deteriorẽ esse, deíq; seruitiũ operibus ipsis abnegare? Quæ quidem omnia multo facilius hi q seculo addicti sunt, patiẽtur, quàm monachi. Vidésne vt callida tergiuersatio metus iste sit? nam si metuendũ fuisset, non vtiq; esset illis metuendũ: qui fluctus & procellas fugerent, atq; omni studio ad portũ festinarent: sed eis qui hyeme ingenti & turbine inuoluti iactarentur. In vita enim seculari & plura sunt & paratiora naufragia: quòd & plura sint quæ perturbẽt, & qui eam vitã degunt, negligentiores atq; adeò inualidiores sint, quàm vt aduersus ea stare possint. In monachorũ autẽ vita pro- D fecto & fluctus tanti nõ sunt, sed contrà penitus serenitas summa & tranquillitas, & studiũ longe excellẽtius aduersus eam fluctuũ rabiẽ pugnaturorũ. Quocirca nos eiusmodi ad deserta pertrahimus, nõ vt cilicio induãtur, torquésve ferreos sibi circumdent, aut cinerẽ substernant solum, sed vt in primis vitia effugiãt eligãtq; virtutes. Quid igitur? Omnés ne qui matrimonij vinculis astricti sunt, peribunt? Nõ equidem id dico, sed maioribus, vt seruari possint, laboribus eis opus esse confirmo, ob imminentẽ necessitatẽ. Nã eo qui ligatus fuerit, is qui solutus est & facilius longe & expediti⁹ curret. Nũ ergo maiore ille idcirco mercede donabitur, illustrioribúsq; coronis? Minime vero. Sibi enim ille hãc necessitatẽ cõsciuit, cũ liceret effugere, si vellet. Quoniã igit vt apertis documentis declararũ est, iisdẽ sumus obnoxij, quib⁹ & monachi: faciliorẽ percurram⁹ viã, liberósq; nostros ad eã ꝓtrahamus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hamus,nõ illos demergamus, neq; ad vitiorũ prærupta,hostiũ immaniũq; Barbarorũ vice pręcipitemus. Hæc enim si quis aliusfacere tentaret, non esset adeo horrendum & execrandũ. At vero cum parentes ipsi qui secularium rerũ omniũ periculum fecerunt, qui rebus ipsis quàm sit friuola & nulla vitæ mortalis voluptas didicerũt,adeò insaniant, vt alios quoq; ad eã ipsam trahere nitantur,quia ipsi iã frui per ętatẽ prohibentur: cúmq; seipsos ex his quæ ante peccauerint infelices & miseros agnoscere &dicere haberẽt,alios in easdẽ miserias præcipitãt:atq; ista cũ iã mors vicina est & iudiciũ,horrẽdiq; illi cruciatus:quęnã excusatio relinquitur,quæ venia,quæ misericordia? Neq; enim suorũ tantũ peccatorũ pœnas dabũt,sed eorum quoq; quæ filij peccarũt, siue fallere illi filios potuerint,siue nõ potuerint.At fortasse filiorũ filios videre cupitis.Quomodo id tandẽ, cũ ipsi tã improbi parẽtes sitis?Neque enim patrẽ facit generatio.Quod ipsi quoq; patres testari solent,qui filios cum viderint ad summum vitiorum culmẽ peruenisse, quasi non sint illi sui,sic eos à se abiiciũt & abdicãt : neq; generatio ipsa,neq; affect⁹ naturalis,neq; aliud aliquid eiusmodi ipsos,quo minus id faciãt,cõtinere potest.Itaq; ne ipsi quidẽ patres horũ digni esse iudicentur, quibus philosophię ratiõe lõge inferiores & deteriores sunt. Sed cũ ipsos nõ minus spiritu quàm carne genuerint, tunc etiã nepotes quærant. Nã tunc solum etiã videre eos poterunt. Sunt em̃,sunt profecto illis filij, non ex sanguinibus,neq; ex volũtate carnis,neq; ex volũtate viri,sed ex deo ipso generati:atq; hi filij,nõ pecuniarum gratia luctũ parẽtibus, aut mœstitiã inducũt, non matrimonij,nõ alterius cuiusq; rei, sed omni illos hac cura liberos immunẽsq; dimittẽtes,maiorib⁹ longe illos,honestioribúsq; voluptatibus afficiũt,q̃ si essent illi naturales patres. Neq; em̃ est eadẽ vtriusq; generationis ratio,neq; vt carnales filij,ita spirituales quoq; nutriũtur:sed longe isti excellẽtius & dignius, idcirco parẽtes quoq; copiosiore lætitia afficiunt. Illud præterea adiiciẽdũ,quòd hi qui resurrectionis fidem nõ suscipiũt, mirũ nõ est si in eiusmodi lugeant & lamentẽtur:quippe quib⁹ sola hęc posteritatis spes & consolatio reliqua esse videatur. Nos vero qui cœlitus edocti, mottẽ sporẽ esse existimamus, quibus præcipitur præsentia omnia despicere:qua tandẽ venia digni erimus,si in eiusmodi lugeamus,filiósq; videre cupiamus,atq; hìc relinquere, vnde ipsi transire festinamus,& vbi cũ simus ingemiscim⁹?Verũ ista ad eos qui capaciores rationis sunt dixerim⁹.Si qui vero fuerint studiosi corporis,atq; huic seculo penitus affixi, illud imprimis dicem⁹, qđ incertũ est, an ex matrimonio liberi sint secuturi : sed & si nati illi fuerint, maioris inde mœroris occasio sequetur. Neque enim tantũ ex ista liberorũ procreatione lætitiæ,quantũ ex assidua cura & anxietate mœroris acquirim⁹, dũ illis omnia quotidie timere cogimur.Et cui, inquies, villas,ędes,mãcipia,aurũq; relinquemus?Nã & ista illos conquerẽtes audio.Ei profecto,q̃ hæc antea hæreditario iure possessurus erat,nunc éq; tanto magis,quãto hęres ipse & securior & tutior est.Hac em̃ in vita plurima sunt,quæ illa corrũpant & demoliantur:nam & tineæ,& longitudo tẽporis,& latrones, & calumniatores,& inuidi,& futuri incertũ, humanarúmq; rerũ varietas,& mors tandẽ ipsa,& pecuniis,& prædiis,& villis filium profecto tuũ spoliassent. Nunc vero editiori atq; tutiori in loco diuitias reposuit, locum inuiolabilẽ reperiẽs, ad quẽ nulli ex his quæ dicta sunt aspirare fas est.Is vero locus cœlũ est,nullũ impetum metuẽs,nullísq; insidiis peruiũ,omníq; soli fœcunditate feracius, atq; ingenti cũ fœnore depositorũ fructus lætissimos his q̃ ea deposuerint decerpẽdos prębens.Nõ igitur nũc ea verba dicẽda sunt, sed si seculo se dedere mallet filius tuus, tunc ingemiscendũ & lamentandũ esset, atque talia dicendum : Cui modo villas relinquemus,cui aurum, cui pecunias reliquas? Nunc enim tãta proprietatis & dominationis est copia, vt ne tum quidẽ cum vita excesserint, eo dominio frustrandi sint,sed tũc maxime rerũ suarum lucris potituri.Quod si tu hac etiã in vita cupis illum dominum videre, demulcétq; te blanda dominationis appellatio:id quoq; monacho, q̃ seculari videas excellentius contingere.Quis enim oro te, dominus dicẽdus est?Illéne, q̃ summa cũ facilitate pecunias impẽdit & erogat, an is q̃ præ parcitate & auaritia eas cõtingere nõ audet,sed suffodit atq; humo abdit, suísq; ita abstinet tanq̃ ,pfecto illa nõ sint sua ? Qui inaniter & absq; ratione impendit rem suã, an qui summa cũ moderatione id facit?Qui in terra seminat, an qui in cœlo ? Qui nõ sua omnia quib⁹ voluerit erogare permittitur,an qui omnibus eiusmodi tributa exigẽtibus liber euasit?Ei quippe q̃ prædia sulcat plurima,quíq; mundi se negociis addicit,cõplures plurimis ex locis imminebũt,vectigalia persoluere cogẽtes,suásq; partes quiq; repetẽtes:ei vero qui clemẽter in pauperes erogat,nemo prorsus erit qui obstrepat, nemo q̃ minas vllas intẽtet. Et hoc igitur ex loco insigniori iste potioríq; dominatione beatus est. An vero tu illum dominũ dices rerũ suarum, qui meretricibus & gulæ illecebris & assentatorib⁹ & parasitis patrimoniũ effundit,& glorię suę maculã acquirit,salutẽq; suã prodit,atq; ab omnibus ridetur : qui autẽ ad conquirendam verã,sempiternámq; gloriam, atq; ad immortalia consequenda cõmoda, vtq; diuinis monitis obtẽperet,illud sapientissime dispensat, eum non iam esse rei suæ dominũ quereris?Nónne ergo idẽ facis, ac si perspiciẽs quempiã in subterraneos aliquos meatus vel cuniculos rem suam proiicientẽ,diceres eum verè rei familiaris suæ dominũ: sin vero necessariis vtbus dispensantẽ intuereris, vt qui rerum suarum non haberet potestatẽ,ita illũ lamentarere? Imò vero non eis qui rationabiliter patrimonia consumunt, sed eis qui in perniciem sui capitis id faciunt, isti conferẽdi sunt. Deniq; præclarũ hoc impendẽdi genus & illustriorem eum & ditiorẽ & potentiorem faciet : illud vero perlasciuũ & luxuriosum, nõ modo odiosum & execrabilẽ, sed extremæ quoque damnationi obnoxium & obstrictũ reddet. Quid ergo?Post matrimonium,inquies, & liberos nõ licebit hanc philosophiã apprehendere,cũ ad senectutem filius peruenerit? Et quis tandẽ ille erit, qui polliceatur ad extremam nos prouehendos esse senectutẽ,quódq; cum ad illã peruenerimus,hac in voluntate & sententia perseuerabimus? Neq; enim sumus domini præstituti ac definiti vitæ nostrę tẽporis,atq; hoc Paulus nos docuit cũ diceret,Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Neq; rursus in eadẽ semper alacritate propositi cogitationes nostrę perseuerant.Quocirca sapiens quidam admonet dicẽs:Ne moreris cõuerti ad dominũ, neque differas de die in diẽ, ne forte cum tu moram trahis, conteratis,atq; in tempore vltionis pereas.Nempe si nihil horũ quoq; incertum esset, ne sic quidẽ liberos

1. Thess. 5.

Eccle 5.

nostros differre deberemus,ne tãta detrimẽta,quãta mox aperiemus,ex dilatione ista paterẽtur. Esset em̃ profecto incredibilis amentiæ & fatuitatis,imò vero summæ immanitatis, si cũ iuueni op⁹ esset adiutorio, aduersariúsq; vehemẽter immineret, tũc illum iuberemus quietũ agere,mundaníq; immiscẽri negociis, ne capi facilius posset: cũ vero vulneribus innumeris cõfossus iaceret,nulláq; ex parte esset integer,tũc illũ vt se erigeret,atq; armaret hortaremur, iacẽtem iam & sauciũ,atq; omnino debilẽ.Ita sanè inquies. Tunc enim & lucta leuior,& dimicatio facilior futura est,iã extinctis voluptatibus.Quænã tũc dimicatio,quę pugna erit,cũ nullus sit compar q̃ nos prouocet, nullus qui prælio lacessat:Ita ,pfecto, ne coronis quidẽ illustrioribus donabimur.Beatus eũ,inquir, qui tulit iugum graue ab adolescẽtia sua:sedebit solitar⁹, & tacebit.Hic planè, hic miraculis innumeris est dignus, hic & laudari,& beatissimus meritẽ dici,q̃ rebelles insanósq; naturales mot⁹ ratiõe frẽnare perrexerit, atq; in ipso impetu tẽpestatis & turbinis illęsam seruarit nauẽ:verũ nihil inde quoq; contẽdamus. Sit etiã ista dimicatio si placet . Nępe si esset in potestate nostra certaminis tẽpus , recte forsitan senectutẽ expectare possemus. Sin vero ,p omnẽ vitã nobis dimicãdũ est, atq; à prima statim ætate inchoandũ,cũ decẽ annorũ esse cœperimus,ex ea quippe ætate eorũ omniũ, quę peccauimus rationẽ reddituri, pœnásq; daturi sum⁹: quod insinuãt pueri illi, q̃ quòd Helisęũ irridere ausi sunt,vrsis deuorãdi permissi memorant:& nũc ex eadẽ ętate iã in acie est standũ, quando bellũ aduersum nos acerbius & grauí⁹ imminet , qua tu ratione tẽpus illud certaminib⁹ statuis? Si em̃ ipsi diabolo potestatis iure imperare posses , vt atrocius imminere & pugnare desineret,videres esse nõ irrationabilis hęc tua admonitio.Nunc vero dũ tu illũ & pugnare,& ictib⁹ me grauioribus pulsare permittas,si mihi cõtrà quiescendũ statuas , imò sponte succumbendũ: quid hac iniquitate & absurditate possit esse deteri⁹?Quis,oro, nisi inimicus belli rabie dirius instãte , pugnantẽ armis exuit,atq; ita hostiũ manibus tradit?Iuuenis est & imbecill⁹. Nónne idcirco maiore & cautiõe,& securitate illi opus est?Quã quidẽ vt possit cõsequi , summa cura & diligẽtia illi opus erit,atq; is qui eiusmodi est,in tranquillitate semper & quiete summa degere, nõ mundanis negociis incũbere,neq; mediis fluctib⁹ mersari debebit,vbi tumult⁹ ingẽs & perturbatio est. Tu vero cõtra penitus quibus bellũ acrius imminet & per ætatẽ,& per imbecillitatẽ,& p̃ imperitiã,reíq; nouitatẽ,eos quasi iã perfecti bellatores sint reíq; militaris peritissimi,firmissimíq; viribus subnixi, in mediũ certaminis pertrahis,nec permittis, vt pri⁹ ad solitudinẽ profecti vires sibi per exercitationẽ comparent:veluti si quis fortissimũ virum,& qui millies hostẽ fundere possit,iubeat quietẽ agere, bellicísq; reb⁹ per meditationẽ assuescere:eũ vero qui & rudis sit & imperit⁹,nec pugnã vnquã aspicere potuerit, ob hoc ipsum in media pugna versari debere statuat, difficillimęq; rei maiora impedimẽta ,pponat. Ad hæc sciẽdũ illud quoq;,nõ licere post nuptias cuiquã suũipsius esse dominũ,sed è duobus alterũ necessario cõtingere,aut vxori semper,si ita voluerit,coniũgi : vel si cõtinenter viuere voluerit, ea dimissa, adulterij flagitio capi.Quid me prosequi necesse est educandorũ liberorũ summas necessitates , curáq; reliquas rei familiaris?quæ profecto tantę sunt,vt omnem alacritatem

propositi obtũdere, summãq; segnitiẽ ac stuporẽ animis offundere sufficiant. Quocirca satius omnino, ac melius censeo,cũ, dũ adhuc liber ac sui dominus est, ab ipso statim ætatis initio armare , non eorũ tantum gratia quæ dicta sunt,verũ eius quoq; in primis quod dicendũ est. Qui enim ad vitæ finẽ philosophię huic dare operã aggreditur,in hoc tẽpus omne cõterit,vt possit ea,quæ in priori ętate admisit,peccata diluere, cunctúmq; illi studiũ in hac duntaxat parte consumitur:& ne sic quidẽ sæpenumero illi quantum satis est temporis suppetit , sed ex hac vita proficiscitur vulnerũ reliquias secũ ferẽs . At vero qui à prima statim ętate se exercuit,viréq; sibi ad certãdũ cõparare studuit,nõ in hoc tẽpus consumit,nec sedet curans vulnera,sed ab ipsis iam tyrocinij sui rudimẽtis meretur, atq; accipit palmas. Et illi quidẽ satis optandũ videtur,eas pugnas omnes, in quib⁹ victus fuerat repetita dimicatione superare : hic vero ab ipso ferè dixerim pueritię aditu & limine tãquã è carcerib⁹ emissus, atque ad calcẽ cursu perpetuo properãs fũdit hostẽ,victoriáq; victoriis iungit, & velut Olympici certaminis victor, à primę ętatis flore p̃ buccinationes ad senectutẽ proficiscitur,innumeris coronis insignit⁹ caput.Quorũ igitur in ordine cõstituere mauis filiũ tuũ? Eorũ ne qui ob ingentẽ fiduciã,summęq; virtutis cõscientiã,in ipsos etiã archãgelos defigere obtutus valent:an eorũ qui cũ omnibus stant,extremũq; ordinẽ obseruãt?Extremũ em̃ sortiẽtur penit⁹, eúmq; ipsum tum demũ, cũ potuerint cuncta ea impedimẽta percurrere , quæ modo memoraui:cũ scilicet neq; mors immatura præripuerit,neq; postea fuerint vxore impediti,neq; tãta negocia subierint vt nõ possit ad curã priorũ vulnerũ sufficere senectutis tẽpus,eámq; sẽtentiã firmã semper,immobilẽq; seruauerint. Cũ em̃ simul hæc omnia cõuenerint,tũc quoq; vix inter extremã sortẽ statuẽtur.Horũ igitur ex numero vis esse filiũ tuũ,an eorũ qui in phalãgis frõte eximia virtute emicãt?Et quis,inquies,adeo miser & infelix est,quin hęc magis optet filiis suis?Verũ cõsuetudinẽ,inquiũt, requirimus,nobiscúmq; eos esse cupim⁹. Hoc ipsum ego quoq; & cupio &opto,nec minus sanè,q̃ vosipsi, vt illi ad paternã domũ redeãt, educationíq; & alimẽtorũ vices parentibus referãt:quibus profecto illi dulciores reperire non possent, verũ hoc non modo ab illis exigimus.Quàm em̃ iniquũ est, si vt assequantur studia liberalia,lõgo illos tẽpore patria arcemus, vtq; artem aliquã vulgarẽ ac mechanicã addiscant, domũ quoque ne accedant interdicimus,in magistri domo & prandere illos,& dormire iubẽtes:Cum vero nõ ad humanã disciplinã , sed ad philosophiã cœlestẽ proficisci parãt,antequã id fiat, quod optamus, cõfestim trahere illos instituimus:atq; is quidẽ q̃ per extẽsum funẽ currere docetur,vt eius rei peritus fiat, nõ paruo tẽpore,& domo & patria se abdicabit: nos autẽ eos qui ad cœlũ auolare discunt,domi cũ parẽtib⁹ claudem⁹? Et quid hac absurditate possit esse deterius?Nónne agricolas videtis,vt etiã cũ satis properãt laborũ fructus carpere , acerbos tamẽ eos nũquã metere sustineãt?Ergo ne nos quidẽ intempestiue liberos nostros ab deserti cõmoratione renocem⁹, verũ studij cœlestis disciplinã in eis solidari permittamus,altísq; radicibus arbusta firmari:& siue decẽ annos , siue etiã viginti nutriendi illi sint in monasterio, non perturbemur,nõ mœrore vllo afficiamur.Quanto enim amplius fuerint in schola virtutis exercitati,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanto ampliores vires adipiſcentur. Sin autẽ tu mauis A atq; ita videtur, tẽpus nullũ certũ ſtatuamus, ſed ille terminus ſit ſolus, qui ad maturam frugem perducat ſatos in illis boni operis fructus, túncq; ſolũ ex deſerto redeãt. Prius autẽ nullo modo. Nihil eñ ex hac celeritate noſtra cõſequi aliud poterimus, niſi vt illi nũquam ad maturitatẽ pertingant. Qui enim ante tempus radicis nutrimẽto deſtitut⁹ fuerit, is profecto nec tempore adueniẽte iam vtilis vlla ratione erit. Quod vti ne fiat, toleremus interim bono animo ſeparationem: nec ſolum illos non vrgeamus ad reditum, verũ prohibeamus quoq; ſi voluerint ante tẽpus atq; immature remeare. Nã ſi ad ſummã virtutẽ profecerit filius tuus, cõmune lucrũ erit & patri, & matri, & familiæ & ciuitati, & gẽtibus omnino omnibus: ſin vero minus perfect⁹ fuerit, ridiculus erit, contẽptus, abiectus, ſibiq; ipſi & aliis noxius. Nõ igitur tãti illis incõmodi, tantiq; detrimẽti cauſa ſimus. Nam quoties B peregrè à nobis liberos dimittimus, tunc demum illos videre volumus, cũ ea conſecuti fuerint, quorum gratia peregrinati ſunt. Quòd ſi antea redierint, non tantũ ex peregrinatione ipſa voluptatis capim⁹, quãtum quòd fruſtra & intẽpeſtiue aduenerit, mœroris. An non extremæ dementiæ & iniquitatis eſt, non tãtũ ſtudij ac ſolicitudinis in rebus ſpiritualibus ponere, quantum circa temporalia & fluxa mõſtramus? Cũ enim illic adeò philoſophice feramus ſeparationẽ à nobis filiorum, vt eam extẽdi cupiamus, & prolixiorẽ fieri, dum aliqua ex ea gigni commoda conſtanter teneamus: hîc in tantũ animi mollitie frangimur, vt ex hac puſillanimitate noſtra ſumma corrumpamus bona. Atq; id cum plurima habeamus ſolatia, non tantũ quòd illi ſe ad maiora ac digniora cõtulerint, & optato fine potituri ſint, nihílq; ſit penitus, quod eã ſpem C infirmet aut frangat, verũ quòd ipſe quoque ſeparationis modus & periucundus ſit, & facile poſſit tolerari. Nam cũ illi longinquius peregrinati fuerint, non eis cõgredi facile poſſumus, idq; cũ ſemper cõtingit, tum in primis quãdo ſenuerimus. Hîc vero aſſidue ad illos proficiſci poſſumus, atq; ex eorum congreſſione fruct⁹ vberrimos cõſequi. Ita ergo faciamus, cũq; illi nondũ ad nos proficiſci poſſunt, ipſi illos adeamus, illis congrediamur, cũ eis familiariter loquamur. Maximum enim emolumentũ ex hoc eorũ cõtubernio, ſummámq; voluptatem conſequemur. Non enim ex aſpectu ſolum amantiſſimorũ filiorũ exultabimus, verum inſigni profectu meliores facti, ita domũ remeabimus. Nonnunquã vero cum illis etiã vnà permanebimus, eiuſdẽ philoſophiæ amore capti. Tũc ergo ſolum ipſos ad nos vocemus, cum vires ſummas fuerint D adepti, atq; aliis etiam prodeſſe potuerint, tũc eos reuocemus tantũ, & non aliter, vt clariſſima lux illa omnibus cõmunis fiat, vt lucerna ſuper candelabrũ conſtituatur. Tum demũ, tunc apertius inſpicietis, quorũ liberorũ vos parentes eſtis, quorúmve ij, quos modo maxime beatos dicitis. Tũc philoſophię lucra cognoſcetis, cum illi eos homines curarint, qui morbis grauiſſimis laborant, cum veluti benefici cõmunes & conſeruatores & rectores prædicati fuerint, cũ veluti cœleſtes angeli cum hominibus in terra conuerſati fuerint, cum illos intuebũtur omnes, cum in illos atq; in illorum nomen ſe cunctorum ora cõuertent. Imò vero quęcunq; dixerimus, nihil tale profecto dicturi ſumus, quale in ipſo experimento & in rebus ipſis cognoſcetis. Iſta nobis vt dei leges faciẽda erant, ſi offi-

ciis humanitatis ſatisfacere vel aliqua ex parte curaremus. Non tũ liberis noſtris timores intentãdi erãt, cũ ad viriles annos peruenirent, ſed cũ pueritiæ ętatem agerent, moderandi illi & inſtituẽdi, formandiq; fuerant, nec poſthac vnquã opus habuiſſent minis & terroribus. Nũc vero idẽ facimus, ac ſi medic⁹ aliquis languenti ægroto nihil dicat, nihílq; per quod curari poſſit ab ęgritudine oſtẽdat: cũ vero corruptus fuerit & perditus, atq; inſanabili morbo cõprehenſus, tũc iã innumeras remediorũ leges cõſtituat. Nã reliqui ſanè legiſlatores tunc nos inſtituunt & monent, cũ fuerimus peruerſi: ſed non ita Paulus facit, verũ ab initio ſtatim, atq; à prima ætate, virtutis magiſtras ſtatuit leges, vitiis omnẽ penitus aditũ adimẽs. Hæc eſt enim optimi atq; rectiſſimi magiſterij norma, nõ pri⁹ vitia dominari ſinere, póſtq; vt illa effugẽtur inquirere: verum cũcta facere, & vniuerſa moliri, vt natura noſtra B vitiis inuiolabilis fiat, atq; inacceſſa. Quocirca hortor & moneo, non modo alios qui hoc volunt facere nõ prohibeamus, ſed ipſi quoq; adiutores accedam⁹, atque vnà ſeruantes inter vndarũ moles nauẽ, nihil omittamus, vt felici illa curſu, auris ſecũdis impulſa nauiget. Nempe enim ſi hãc ſententiã omnes amplecteremur, aliiſq; oĩbus poſthabitis natos noſtros ad virtutẽ perducere inſtituerem⁹, atq; hoc ſolũ operæpreciũ, reliqua omnia & ſuperflua & ociosa eſſe arbitraremur, tanta nobis inde bona, tãta prouenirẽt cõmoda, quãta ſi dicere voluero, vereor ne iuueniliter gloriari videar. Porrò ſi quis id certi⁹ addiſcere voluerit, ex rebus ipſis celerius agnoſcet, ingẽtéſq; nobis gratias habebit, deóq; lõge vberiores, cũ viderit cœleſtẽ in terris conuerſationẽ germine læto pullulantẽ, atq; inde in primis bonorum futurorum ſpem & reſurrectionis fidẽ iam apud ipſos infideles quoq; obtinentem. Enimuero quòd iſta iactãtiæ verba nõ ſint, hinc perſpicuum eſt. Quoties illis eorũ qui ad ſolitudines ſe receperunt, vitã exponere incipimus, nihil habent quod refragari poſſint, aut contrà obiicere. Cęterum huic tantũ rationi niti videntur, atq; inde contentionis occaſionẽ ſumere, quòd pauci ad culmen perfectionis cuadunt. Si vero in ciuitatibus virtutũ fructus ſereremus, legémq; aliquã & initium diſciplina cœleſtis acciperet, liberóſq; noſtros ante omnia admonerem⁹, deo amicos & familiariſſimos fieri, ſpiritualéſq; diſciplinas aliarũ vice, atq; alias ante omnes illos docerem⁹, iamdudũ triſtia cũcta deſiiſſent, innumeríſq; malis vita noſtra caruiſſet: idq; quod de beatitudine futuræ vitę dicitur, quòd inde auſugit dolor omnis & triſtitia & gemitus, hic quoq; omnes cõſecuti fuiſſemus. Nam ſi nec pecuniarũ amor, nec inanis gloriæ cupido vlla inceſſerit, nõ mortẽ timeremus, non paupertatem, non iniurijs affici, læſionẽ vllã aut damnũ arbitraremur, ſed maximũ lucrũ, ſi nõ hoſtiliter perſequi, nõ odiſſe nouiſſemus, nunquã profecto perturbationib⁹ propriis, nunquã alienis iniurijs victi ceſſiſſemus, ſed angelis ipſis proximũ ac ſimillimum eſſet hominum genus. Et quis, inquies, mortalium iſta impleuit? Minime vero mirũ eſt, ſi tu non credis: quippe qui ciuitatem inhabitas, diuinorũq; librorũ conſuetudinem & familiaritatẽ nullam habes. Quòd ſi eos qui ſolitudines habitant, quiq; diuinis literis olim aſſueti ſunt, noſſes, agnoſceres profecto quòd & monachi, & ante hos apoſtoli, atq; ante illoſipſos veteres iuſti diligẽtiſſime philoſophię hui⁹ documẽta dederunt. Verum vt contentione interim omni abſtineamus,

mus, concedamus ſanè ſecundũ aut tertium à ſummis A illis viris fore filium tuũ. Num ideo paruis, aut negligẽdis bonis potieẽ? Nõ ad Petri vel Pauli merita cõſcendit. Num igitur idcirco illũ proximo etiã honore priuabimus? Idẽ eñ facis, ac ſi ita loquereris, quãdoquidẽ ipſe precioſus lapis fieri non poteſt, ferrum eſſe perſeueret, neq; argentum fiat, neq; aurum. Cur ergo in reliquis rebus nõ eandẽ habes rationem, ſed penitus contrariam? Nam cum filium tuum ad eloquentię aſſequendam diſciplinam abs te dimittis, nõ ſummis illum oratoribus excellentẽ te viſurum ſperas: nec tamen idcirco eiuſmodi illũ ſtudiis deducis: ſatis eum tibi exiſtimans facturum, ſi quintum etiam vel decimũ ab his q̃ in oratoria principes fuerũt, fieri cõtingat. Quódq; ad regiã militiam filios veſtros adſcribendos curatis, nõ ad ipſa penitus præfectorũ tribunalia conſcenſuros expectatis, nec tamen ideo baltheum illos ſoluere iubetis, aut ne initio quidẽ regiam B conſcendere: ſed omnia molimini, vti ne illi vnquam regiæ commorationi decidant, ſufficere exiſtimãtes, ſi vel inter mediocres illos numerari p̃ſpexeritis. Cuius ergo rei gratia, illic quidẽ etſi maiora conſequi nõ liceat, ne ſic quidẽ deſiſtitis: verũ vt minora cõſequamini elaboratis, ærumnáſq; ſubitis. atque iſta facitis cũ tamen ſpes nulla certa ſit: hic autẽ deſidetis, atque torpere laſſeſcitis. Cur? niſi q̃ illa quidẽ vehementer cupitis, horũ vero ne breui quidẽ deſiderio tãgimini. Cúmq; iſtud cõfiteri erubeſcatis, figmẽta & occaſiones excogitatis. Itaq; ſiquidẽ planè ac penit⁹ velletis, nihil vobis ad hæc aſſequẽda impedimento eſſe potuiſſet. Ita enim ſe res habet, ſi quis aliquid ardẽter amet, etſi non illo aut primus fruatur, aut ſolus: vel medio in loco ſtare patietur, atq; etiã aliquãto inferiore, dũ eo quod amat frui tandẽ vlla ratione poſſit. Quippe & is qui vino potationiq; addictus fuerit, & ſi vinũ ſuauiſſimũ accipere non poſſit, ne id quidẽ quod deterius fuerit, vnquã contemnet. Rurſus qui pecuniæ veſano amore flagrauerit, nõ ſolum ſi quis ei precioſos lapides vel aurũ dederit: verum ſi argentũ quoq;, maximas illi gratias habebit. Tanti nempe eſt concupiſcentia, violentiſſima quidẽ res, & quæ eum quem ſemel ceperit, oĩa ſuſtinere & perpeti qualibet ex re, vi ſua poſſit adigere. Itaq; niſi eſſet hęc verborũ callida tergiuerſatio, cooperãdum illis fuerat & collaborandũ. Neq; enim eius eſt, qui aliquid fieri deſideret, id vt ne fiat impedimento eſſe, ſed vt fiat omnia moliri. Nam & hi qui ad Olympiaca certamina deſcẽderint, cum probe norint, vnũ ex tanta multitudine victorem fore, laborant tamẽ atq; fatigãtur & in ſudoribus & in ærumnis agunt. Et ſi nihil ferè hic atq; illic ſimile eſſe videatur, non ſolum ob certaminum diſſimillimum finem, ſed quòd cũ ſit neceſſe ibi vnum ſolummodo corona donari: hic non ea præmiorum eſt ratio, vt ali⁹ ſine coronis, alius coronat⁹ abſcedat, ſed quòd cũ alius maiore gloria clariorẽq; laudatiõe potiatur, ali⁹ minore: omnes tamẽ beati & illuſtres ſunt. Prorſus vero ſi vellem⁹ in ipſis ſtatim initiis effingere ac formare liberos noſtros, atq; eis erudiẽdos tradere, qui illos regere & moderari ſcirẽt, fieri ſatis poſſet, vt in primo caſtrorũ ſtarẽt ordine. Nunquã eñ profectò ſperneret deus tantã deuotionem & alacritatẽ animi, tantúmq; ſtudium: ſed ad hanc formandã perficiendámq; ſtatuã, manũ quoq; ſuam adieciſſet, qua operante, poſſibile nõ eſſet quicquã ex his quę fierẽt, cadere: imò contrà, eſſet impoſſibile illã non ad ſum-

mum ſplendoris & glorię culmen peruenire, ſi modo A quod noſtrę partis munus eſt, nõ negligeremus. Nam ſi mulieres impetrare à deo valuerunt, vt ad curã liberorũ adiutor ſibi & fautor accederet: longe id magis nos, ſi voluerimus, cõſequi poterim⁹. Et alias quidem cõſulto omitto: ſunt autẽ permultę, ne liber qui iam claudẽdus eſt, prolixior fiat, vnam tantũ memorabo. Anna quædã fuit Hebræa mulier, hæc vnũ filiũ cum partu edidiſſet, nec aliũ iam ſe ſperaret pariturã: hunc enim vix tandẽ poſt multas lachrymas acceperat, erat enim ſterilis, viderétq; propterea æmulã ſuã ſibi crebrò inſultantẽ, ne ſic quidẽ quicquã tale paſſa eſt, quale vos: verũ cum filiũ illũ genuiſſet, id ſolũ tẽpus eũ apud ſe morari permiſit, quo lacte nutriri op⁹ habuit. Cũ vero non iã eiuſmodi indigeret alimento, ſumptum ſtatim obtulit deo, nec iam vt paternã domũ reuiſeret, orauit, ſed ſemper in dei tẽplo ille morabatur, eúmq; ſi quãdo illa videre cupiuiſſet, quippe mater, non ad ſe conuocabat filium, ſed ad illum vnà cum patre aſcẽdebat, illo tanquã reuera donario deo iam conſecrato abſtinẽs. Adeò vero magnus & ſtrenuus adoleſcens ipſe factus eſt, vt deũ quum illã Hebræorum gentem ob effuſam late malitiam execraretur, nec iã illis vteretur, nec viſionẽ vllam eis reuelaret, rurſus eximiæ virtutis meritis attraxerit, perſuaſeritq; ea omnia quę antea ſolebat exhibere, prophetiã quoq; quę diu abuolarat, reſtituere. Nec iſta tũc modo valuit, cũ ad maturã ętatẽ perueniſſet, ſed etiã quũ puer adhuc eſſet. Non enim erat, inquit, viſio cõpri- 1. Reg. 3. mens, & verbũ precioſum nõ erat. Cúmq; iſta talia ac tãta eſſent, illũ deus iugiter alloquio familiari dignabatur, ac per illũ frequens oracula edebat: tantũ confert emolumẽti deo ſemper quæ poſſederimus cõcedere, cunctíſq; vt illi placeam⁹, nos extraneos facere, C nõ tantũ pecuniis & poſſeſſionibus, ſed ipſis quoq; liberis noſtris. Nã ſi hoc in noſtra anima facere iubemur, multo magis in omnibus cæteris. Hoc eñ & patriarcha fecit Abrahã: imò vero multo mai⁹ aliquid, idcirco longe etiã maiore cum gloria filium recepit. Tunc enim maxime & veriſſime filios habemus noſtros, quũ deo noſtro illos tradiderimus. Lõge quippe ille eos melius & excellẽtius quàm nos moderabitur & reget, maiorémq; illorũ curã geret. Nónne id vides in diuitũ quoq; domibus fieri? Nẽpe eñ ibi eos qui domi cũ parentibus morãtur, nõ vſqueadeò illuſtres, inſigníq; potentia præditos videas: quos autẽ à parẽtibus principes abduxerint, ſuóq; ſeruitio ac miniſterio accommodauerint, ærariíq; cuſtodiæ præfe- D cerint, eos videas & ſumma dominorũ beneuolentia, & longe maxima fiducia potiri, tantũq; cõſeruis eſſe clariores, quantũ ſeruis domini excellũt. Sin autẽ homines miniſteriis & officiis ſuis deditos tãta beneuolẽtia & benignitate proſequũtur, lõge id profecto dignius & excellẽtius infinita illa bonitas, quæ deus eſt, faciet. Permittamus ergo illos miniſterio cœleſti famulari, non in templũ eos introducẽtes, vt Anna Samuẽlem, ſed in ipſum cœlũ cum angelis diuino miniſterio dicandos. Quòd enim cum angelis illi miniſtraturi ſint, qui hãc philoſophiã apprehẽderint, omnibus profectò liquet. Tunc ſanè illi nõ tantũ ſuę, ſed noſtrę quoq; maiore cũ fiducia gloriæ felicitatique proſpicient. Nam ſi quidam parentũ gratia nonnulla conſolatione potiti ſunt, multo id magis filiorũ cauſa parentes conſequẽtur. Illic enim naturę tantũ prærogatiua erat, hic ius etiã educationis accedit, quod na-

Universidad de Deusto Biblioteca

tura longe maius & potẽtius eſt. Atq; ego vobis vtrũque ſcripturæ diuinę exẽplis affirmabo: Ezechiã certè inſigni virtute & pietate virum, minus tamẽ ex virtutum ſuarũ conſcientia fiduciæ habentem, quàm vt poſſet aduerſus imminens periculũ cõſiſtere, paternæ virtutis gratia ſe deus ſeruare teſtatus eſt. Protegã enim, inquit, ciuitatem iſtam, vt ſeruem eam propter me, & propter Dauid puerũ meum. Paulus item quũ
1.Tim. 2. ad Timotheum de parentibus ſcriberet, aiebat: Quoniam ſalui fient per filiorũ generationẽ, ſi permanſerint in fide & dilectione & ſanctificatione cũ caſtitate. Iob quoq; ſanctiſſimũ virũ, quũ ex virtutibus reliquis ſcriptura collaudet, ꝙ fuerit iuſtus, quòd verax, quòd religioſus, quòd pius, tũ ex eo maxime quòd filiorum optime nutriendorũ habuerit ſummam diligentiã. Non enim ea cura vrebatur, vt aurum illis copioſiſſimũ acquireret, nõ vt humana gloria verendos & illuſtres cerneret: ſed quid ille tãdẽ requirebat? au-
Iob.1. di quid ſcriptura dicat: Quum cõſummati, inquit, eſſent dies cõuiuij, mittebat Iob, & purificabat eos, cõſurgẽſq; diluculo offerebat ꝓ eis ſacrificia ad numerum ipſorũ, vitulũmq; vnũ pro peccatis, pro animabus eorũ. Dicebat eñ Iob in corde ſuo: Ne fortè filij mei in mente ſua mala cogitauerint aduerſus deũ. Vlláne iam nobis erit excuſatio, eiuſmodi ſcel⁹ admittere audentibus, quãdo is qui ante gratiam, ante legem fuit, qui nullo ſacrarũ literarum magiſterio inſtructus erat, tantam filiorũ oſtendit geſſitq; prouidentiam, vt de incertis quoq; eorũ & occultis tremeret pauerétq; delictis? Quænam nos iam excuſabit ratio, qui cum ſimus ſub gratia, cum tãtis & tam inſignibus magiſtris potiamur, quum eiuſmodi exemplis abũdemus, tótq; monitis erudiamur, nõ modo pro occultis incertiſq; filiorum peccatis nõ metuimus, verum aperta quoq; & manifeſta cõtemnimus? Nec iſta ſaltẽ pernicie cõtenti, ſi qui eos emẽdare voluerint, eos vndiq; reiicimus, exagitamus, affligimus. Abrahã quoq; ſimul, vt dictum eſt, cum cætera recte facta commendãt, tum iſtud quoq; clariſſimũ facit. Igitur cũ tanta ſummorum virorum teneamus exempla, paremus deo miniſtros idoneos & probatiſſimos famulos. Nam ſi is qui vel athletas ciuitatibus nutrit, vel exercet ad regis obſequiũ milites, maximis honoribus fruitur: quãta nos munera, quot coronas accepturi ſumus, qui tam magnos & eximios viros, dicã verius angelos, deo educamus? Omnia ergo faciamus, cunctáq; moliamur, vt eis inſignes pietatis opes relinquam⁹, quę ſolę permanent nobiſcum, excedentéſq; è vita comitantur, neq; hac in vita ſolũ, ſed in illa etiã maximo nobis vſui erunt, ſummáq; conferẽt emolumẽta. Nam ſeculi quidem diuitiæ, neq; excedentes è vita comitãtur, & hic nõnunquã nos deſerũt, poſſeſſoréſq; ſuos crebro perdiderunt. Iſtæ autem diuitiæ & in vita & poſt mortẽ firmę ſtabiléſq; perdurãt, eóſq; qui ſe poſſederunt tutos inuiolatóſq; ſeruabunt. Ita enim ſe res habet, vt is quidẽ qui terrena ſpiritualibus præfert, & illis decidat & iſtis: ꝗ autẽ cœleſtiũ deſiderio tenetur, terrenis etiã omnino potiatur. Nec iſta mea ratio eſt, ſed eius
Matt.6. qui cũcta prębiturus eſt domini. Quęrite eñ, inquit, regnum cœlorum, & hæc omnia apponentur vobis. Quid huic honori par vlla ratione eſſe poſſit? Curã, inquit, gere ſpiritualium rerum, mihi vero tua omnia permitte. Ac ſi pater aliquis indulgẽtiſſimus & dom⁹ curam & familiæ regimen, aliarúmq; rerum omniũ adminiſtrationẽ ipſe ſibi aſſumeret, filiúmq; ſuum, vt

A philoſophiæ ſolũ operã daret, admoneret. Ita profectò deus quoq;. Pareamus illi igiť, inquiramúſq; cœlorũ regnũ: ſicq; & filios noſtros probatiſſimos videbim⁹, & ipſi vnà ex illorũ præclaris actib⁹ illuſtriores erimus, boniſq; etiã pręſentibus fruemur, ſi futura tãtũ cœleſtia diligamus. Iſta vobis ſiquidẽ obtẽperare volueritis, maxima præmia conferẽt, ſummãq; mercedẽ: ſin autẽ reluctari, atq; eis minime parere perſtiteritis, grauiores cruciat⁹. Neq; enim vllus iam excuſationi locus erit, vt tergiuerſari & colligere figmẽta valeatis, aut dicere neminẽ fuiſſe à quo iſta diſceretis. Certè enim ante noſtrã quoq; admonitionẽ hæc omnis excuſatio ſublata erat, quũ habeat natura ipſa diligẽtiſſimũ bonorũ malorũmq; iudiciũ, iſtáq; philoſophia vbiq; propoſita ſit omnibus: tãtáq; ſint pręterea vitæ pręſentis incõmoda & mala, vt eos quoq; qui illam vehementer amant, ab ea ad ſolitudines fu-
B gare ſufficiant. Igitur, vt dixi, etiã ſi ipſi taceremꝰ, omnis excuſatio ſublata eſſet: nunc vero multo id magis cõtinget poſt iſtos adeò prolixos libros, támq; longã admonitionẽ, quam ex rebus ipſis, & quæ etiam illuſtrior eſt, quã ex diuinis literis fecimus. Nempe enim etſi domi remorantes, poſſibile eſſet non penitus corrumpi & perire, ſed vel inter extremã electorum ſortem numerari, nec ſic quidẽ ſupplicia euadere poſſemus: cum & his qui ad diligentioris delectũ vitę properant, impedimẽto fuiſſemus, & eos mũdanis rebus obligatos teneamus, qui ad cœlũ euolare cupiũt, atq; in auras veræ libertatis emergere. Cũ vero iſtud poſſibile non ſit, ſed omnino pereundũ conſtet, & de extremis periculũ immineat: quam tandem veniã, quã excuſationem habituri ſumus, qui non modo noſtrorum peccatorum, ſed eorum etiã quæ poſtea filij pec-
C cauerint, pœnas in noſmetipſos acerbiſſimas attrahimus? Neq; enim eòs ita punitum iri exiſtimo pro his quę deliquerint ad mũdanos fluctus violẽter attracti, vt vos qui hanc inuitis illis & renitẽtibus neceſſitatẽ impoſuiſtis. Nam ſi ei qui vnũ ſcandalizat, cum mola in mare præcipitari expedit: quæ tãdem pœna, qui cruciatus illis ſatis erunt, qui ſæuitiã tantam & immanitatẽ in liberos proprios oſtẽdũt? Quocirca moneo, atq; obteſtor, velitis eſſe philoſophorũ filiorũ patres. Neq; eñ dicere debetis, quod audio plurimos tergiuerſantes dicere. Quidnam vero iſtud eſt? Quum videremus, inquiunt, eos ad finem peruenire nõ poſſe, iſtud prohibuim⁹. Etiãſi hoc apertiſſime nouiſſes, nec eſſet iſta fallax cõiectura: plurimi quippe ex his ꝗ lapſuri putabãtur, firmiter ſteterunt: ſi tu tamẽ id omnino pręſciuiſſes, ne ſic quidẽ illũ ab inſtituto retrahere
D debueras. Neq; enim ſi quẽ cadere incipientẽ, anticipãtes lapſum, ipſi pręcipitaremus, id nobis ad excuſationẽ ſatis eſſet, ſed ipſum hoc nos in primis condẽnaret. vt quid enim tu non permiſiſti illius magis negligentia ruinã illã cõtingere, ſed præueniẽs alterius peccatũ rapuiſti, cũctáq; in tuũ caput cõuertiſti? Quinimò ne permittere quidẽ vt ea ruina cõtingeret, debebas. Cur enim non omnia feciſti, vt nõ rueret filius tuus? Itaq; idcirco maxime extrema animaduerſione dignus es, quòd ſciebas illum ruiturũ. Qui enim ruinam præſciebas, nõ illũ deiicere, ſed manũ porrigere debueras, ſtudiúmque maximum oſtendere, vt is qui ruiturus videbatur, fortiter perſiſteret, ſiue ille poſtea ſtare firmiter duraret, ſiue non. Nos enim cuncta partium noſtrarum munera exequi atque implere conuenit, etiãſi illi nihil ex noſtra diligentia & ſtudio fue-

rint

rint lucrati. Cuius rei gratia? & vt quid? Vt nõ iam aduerſum nos deus ſententiam ferat, ſed aduerſos illus.
Matt. 25. Quod & ipſe eum qui talento accepto nihil operatus fuerat, criminãs dicebat: oportebat eñ, inquit, te pecuniam meã deponere ad numularios, & ego veniẽs cum fœnore exegiſſem illã. Obtẽperemus igitur iſta monita edenti, vt cruciatus quoq; quos ille comminatus eſt, effugere poſſimus. Neq; enim ſanè deũ cum hominib⁹ ludere poterimus, qui cordiũ ſcrutatur arcana, & omnia in lucẽ adducit: qui vbique etiam ſalutis filiorũ reos parentes cõſtituit. Nam ſi is qui pecuniã deponere neglexit, tanta ſeueritate punitus eſt: quid ille patietur, qui deponere volẽtibus impedimẽto fuit? Non ſolũ enim ſi ad mundi ſtrepitum filij veſtro conſilio deuoluti fuerint, ſed etſi fortiter impetũ tulerint, montéſq; occuparint, eadẽ vobis ſupplicia ſunt cõſtituta. Sicut enim qui ad philoſophiam hortari pergit, ſiue ille perſuadeat, ſiue non, perfectã cõſequitur integerrimámq; mercedẽ: omne enim quod erat ſui muneris impleuit: ita & ꝗ aliquẽ perdere voluerit, ſiue illum læſerit, ſiue nõ læſerit, eadẽ animaduerſione punietur: & hic enim cũcta quę potuit, fecit. Itaque etſi nihil valueritis ad deiiciẽdos ac peruertẽdos fortes filiorũ animos, huius tamẽ iniquiſſimi conat⁹ tãtas pœnas dabitis, quãtas, ſi, id quod cupiebatis, ex propoſito illos deieciſſetis. Hæc igitur vniuerſa cogitãtes, cunctíſq; cauillationibus omiſſis, curemus effici nobiliũ fortiũmq; filiorũ patres, templorumq; Chriſtiferorũ fabri, pugilũmq; cœleſtium curatores, vngentes, erigẽtes, & vndiq; commodis illorum cõſulẽtes, vt coronarũ quoq; participes eſſe mereamur. Sin autem vos contenderitis, filij quidem ſi fuerint egregia virtute præditi, etiamſi nolueritis, ad hãc peruenient philoſophiam, ſempiterniſq; gaudiis fruẽtur, vos autem infinitos vobis ipſis cruciatus congeretis, tuncq; ea quę à nobis dicta ſunt, laudabitis, quum ex eiſce laudibus nihil commodi conſequi poteritis.

EIVSDEM HOMILIA IN EVTROpium eunuchum patricium ac cõſulem præfectúmque cubiculi Arcadij Aug. cum offenſo principe deliteſceret ſub altari eccleſiæ, cui ipſe antea ius aſyli abrogare conatus fuerat, Sigiſmundo Gelenio interprete.

SI VNQVAM antea, nunc maxime licet dicere, Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Vbi nunc inclytus ille conſulatus ſplẽdor? vbi illuſtres illæ faces? vbi applauſus illi ac choreæ, epulæque & feſti conuentus? vbi coronæ & aulæa? vbi ſtrepitus vrbis, & illæ circenſium ſpectatorum fauſtę acclamationes atq; adulationes? Omnia illa perierunt: procella vehemens folia deiecit, arborẽ ſpoliatã reddidit, iam radicitus vacillantem: tantáq; vis venti impacta eſt, vt cum neruos eius vniuerſos concuſſerit, tũ ipſam funditus proſternere minetur. vbi nunc fucati illi amici? vbi compotationes & cœnæ? vbi paraſitorum examẽ, & merum per totam diem exhauſtũ, variæq; coquorum artes, & potentatus cultores illi, ad gratiam omnia dicere ac facere aſſueti? omnia illa nihil niſi nocturnum ſomnium fuerunt, appetente die euaneſcens: flores fuerũt verni, vere exacto emarcuerunt omnia. vmbra erant, & prætererunt: fumus erãt, & ſoluta ſunt: bullæ erãt, & dirupta ſunt: araneæ erãt, & lacerata ſunt. quapropter ſpirituale hoc dictũ occinimus, indeſinenter dicentes, Vanitas vanitatum, omnia vanitas. hoc enim dictum in parietibus, in veſtibus, in foro, in ædibus, in viis, in feneſtris, in ianuis,

A ſed potiſſimum in ipſa cuiuſq; conſcientia continenter inſcriptum eſſe oportet, omniq; tempore cogitationi obuerſari: quandoquidẽ negocia fraudulẽta & perſonata ac inimica veritatis opinionem apud pleroſque ſibi parauerunt. hoc dicto, in prandio, in cœna, in cœtu hominum, quemq; proximũ ſuum compellare oportebat, idémq; ab illo viciſſim audire, nẽpe quòd vanitas vanitatum, omnia vanitas. An nõ aſſidue tibi dicebam fugitiuas eſſe diuitias? tu vero nos non ferebas. an non dicebam fugitiui ſerui naturam eas habere? tu vero credere nolebas. ecce experientia docuit, quòd non ſolum fugitiuæ & ingratæ, ſed homicidæ etiam ſunt, vt quæ in metum nunc te coniecerint. nónne dicebam tibi, quum me indeſinenter obiurgares vera monẽtem, quòd ego tibi potius amicus eſſem quàm adulatores, ego redargutor maiorẽ tui curam gererem, quàm hi qui tibi per omnia obſe-
B querentur? nónne & hoc addebam, fide digniora eſſe vulnera ab amicis, quàm vltrò ingerẽtia ſe oſcula inimicorum? Si mea vulnera tuliſſes, haudquaquam tibi illorum oſcula hoc exitium attuliſſent. mea enim vulnera ſanitatem adferunt: illorũ oſcula morbum immedicabilem tibi conciliauerũt. Vbi nunc pocillatores tui? vbi qui in foro populũ de via decedere cogebant, tuáſque laudes paſſim apud omnes deprædicabant? transfugerunt, deſeruerũt tuam amicitiam, ſuã ſecuritatem tuis periculis quærunt. at non tales nos, ſed & tunc quamuis ægre ferentem non deſtituimus, & nunc collapſum protegimus ac curamus. Eccleſia à te hoſtiliter habita, expanſo ſinu te ſuſcepit: theatra autem magnis obſequiis à te culta, quorum cauſa ſæpius nobis infenſus fuiſti, & prodiderunt te & perdiderunt. attamen nunquam deſtitimus his te verbis al-
C loqui: Cur iſta facis? in eccleſiam debaccharis, & teipſum in exitium præcipitẽ agis. & tu hæc omnia monita neglectim prætercurrebas. Et circenſis quidem multitudo exhauſtis in ſe tuis facultatibus gladium in te acuit: eccleſia vero tuo furore exagitata, vltro citróque curſitat, ſi quo pacto te ex his caſſibus implicitum extricare queat. Et hęc nũc dico non quò proſtrato inſultem, ſed quòd eos qui adhuc ſtant, tutiores reddere cupiam: nec vt plagas vulnerati refricem, ſed vt nondum vulneratos in ſanitate conſeruem: nõ vt iactatum fluctibus demergam, ſed vt eos qui ſecundis auris nauigant erudiam, ne fortè cum ipſo nauigio in profundum deferantur. Quo autem modo caueri poſſit? Nimirum ſi rerum humanarum mutabilitates conſideremus. Si enim iſte mutationem timuiſſet, nunc eam non pateretur. Sed quoniã iſte nec do-
D meſticis nec alienis conſiliis corrigi potuit, vos ſaltẽ qui diuitiis extollimini, huius calamitatem in veſtrũ profectum conuertite. nihil enim eſt humanis rebus infirmius. quapropter quocunque nomine earum vilitatem ſignificaueris, minus quàm pro rei veritate dixeris: vel ſi fumum eas, vel fœnum, vel ſomnium, vel flores vernos, vel quidlibet aliud nominaueris: vſque adeò ſunt fragiles, & magis nihili quàm nihil ipſum. Quòd autem non ſolum nihil ſint, ſed & in præcipiti ſtent, vel hinc apparet. Quis hoc homine fuit excelſior? nónne in toto orbe diuitiis præcellebat? nónne ad ipſa faſtigia honorum conſcendit? nónne omnes eum formidabant ac verebantur? Sed ecce factus eſt & vinctis miſerior, & ſeruis miſerabilior, & mendicis fame tabeſcentibus indigentior, per ſingulos dies gladios præ oculis

habens

Universidad de Deusto Biblioteca

A habens in ſe exacutos, & præcipitia & carnifices, & viam quæ ad ſupplicium ducit:ac neq; memoria prę-teritarum voluptatũ fruitur,imò ne luce quidẽ communi, ſed meridie quoq; tanquam in denſiſſima nocte anguſtiis parietũ incluſus oculorum vſu priuatur. Et quorſum hæc cõmemorare attinet, cum quantũuis adnitar,nullis verbis exprimere valeã, quis illi animus ſit,per ſingulas horas capitis ſupplicium expectanti?aut quid noſtris verbis opus eſt, quũ ipſius calamitatis imago ob oculos noſtros verſet?Nuper nãque miſſis ad eum à rege qui vel per vim hominẽ pertraherent,quũ ad ſacraria cõfugiſſet, buxo pallidior factus, nunc quoq; nihilo meliorẽ quàm mortui colorẽ obtinet.accedit huc dentiũ arietatio,tremor totius corporis,vox ſingultiẽs & lingua titubãs,in ſumma talis habitus, qualẽ oportebat habere animã quæ B iam metu diriguiſſet.Hæc dico nõ exprobrandi cauſa,neque inſultans eius infortunio,ſed vt veſtrum animum molliam,& ad commiſerationẽ pertrahã, eóq; inducã vt pręſenti hominis pœna ſit contentus.quoniam enim multi ſunt è noſtris adeò inhumani,vt nos etiam incuſent,qui eum ſuſceperimus, illorũ duritiẽ noſtris ſermonibus mollire volens,miſerias iſtius traduco.Quid em̃ eſt,quæſo dilecte,quod indigne fers? dices:quia in eccleſiã confugit,qui eam indeſinenter impugnabat.Atqui hoc potiſſimũ nomine glorificãdus erat deus,quòd permiſit eũ in tanta conſtitui neceſſitate,vt & potentiã eccleſiæ & clementiam diſceret:potentiã,eo quòd tantã inciderit mutationem ob ſimultatem quam cum illa habebat: clementiã vero, quòd infeſtatorem ſuum obiecto nunc ſcuto protegat,& alarum obtentu tueatur, præteritarúmq; iniu- C riarum oblita ſinus ei amantiſſime pandat. hoc enim quouis trophæo ſplẽdidius,quauis victoria illuſtrius. hoc Ethnicos,hoc Iudæos pudefacit. hoc placiditatem vultus eius oſtentat,quòd hoſti captiuo parcat,& ab omnibus deſertum ac contemptum vt amantiſſima mater ſuis velamentis occultet, regis ſimul iræ & intolerabili populi furori ac odio ſe opponens. hoc ipſum eſt eximiũ altaris ornamẽtum. Dices: hoccine ornamẽtum,hominem ſceleſtum, auarum, rapacem, altaria contingere?caue talia dixeris:quandoquidem & meretrix pedes ipſius Chriſti contigit, inceſta illa & impurata: nec tamen hoc in crimen domino Ieſu ceſſit,ſed in laudem magnam & admirationẽ. neque enim purum impura offendit, ſed ſceleſtam meretricem purus & inculpabilis ſuo contactu purificauit. Caue iniuriarum memineris ô homo. Crucifixi iillus D ſerui ſumus dicentis: remitte illis, nõ enim ſciũt quid faciunt. Dices:at præcluſit huius loci refugium, legibus ſcriptis quibus hoc irritum facere conatus eſt.At nunc reipſa didicit,quale ſit quod fecit:& ſuomet facto legem ſuam primus abrogauit,factus orbis totius ſpectaculũ:& ſileat licet,omnes tamen admonet:nolite hæc facere,ne qualia ego patiamini. Sua calamitate alios docet:& altare hoc ipſo illuſtrẽ ex ſe ſplendorem emittit,ac venerationem ſibi comparat,quòd leonem vinctum contineat. quandoquidem & regiæ effigiei non tantũ ornatus ex eo cõtingat, ſi ſolio rex ſublimis ſedeat purpuratus & diademate redimitus, quãtum ſi ſub pedibus quoq; regiis barbari manibus poſt terga reuinctis proni iaceant. Et quòd hæc non verba modo ſint ad perſuadẽdum parata, voſmet feſtinatione veſtra ac cõcurſu atteſtamini.etenim præclarũ hoc vobis ſpectaculũ & hilaris conuentus contigit: nec minorem nunc video populi frequentiam, quàm in proxima ſacrata paſchę celebritate.adeò exciti eſtis iſtius ſilentio, quod impræſentiarum quauis tuba clariorem ſonum emittit. Et virgines penetralibus,& mulieres gynęciis,& viri foro vacuo relicto,vniuerſi huc concurriſtis,vt humanam naturam traduci videretis, & ſecularium negociorũ momẽtaneum mutabilitatem detegi, illámq; in republica verſantiũ ſpeciem, heri ac nudiuſtertius pręclariſſime ſplendẽtem. talis enim eſt ex alienis iniuriis fœlicitas,quauis anicula rugoſa dẽformior demõſtrata,mutatione reipublicæ,ac ſi ſpõgia,eius tectoria fucóſq; abolẽte.tãta nempe eſt huius infortunij vis,quæ virum felicẽ ac conſpicuum, nunc omniũ abiectiſſimũ reddidit. Introeat diues aliquis,& magnam vtilitatem percipiet. videns enim à tam celſo faſtigio delapſum eũ qui totum orbem nutu concutiebat, ac formidine contractum,quauiſq; rana aut lepore timidiorem,& abſque vinculis colũnæ huic hærẽtem, & vice catenæ timore affixum trementémq;,deprimet faſtum ſuũ: & cõſideratis quæ in humanis caſibus conſideranda ſunt, diſcedet re ipſa doctus,quæ verbis ſcripturæ nos docent.Quale eſt illud:Omnis caro fœnũ,& omnis gloria hominis vt flos fœni:aruit fœnũ, & flos eius decidit.item illud:Sicut fœnũ citò areſcent,& ſicut olera virentia citò decident, quoniã ſicut fumus dies eorũ ſunt.& reliqua ſimilia.Contrà pauper introgreſſus,& hoc ſpectaculũ animaduertens, nõ diſplicet ſibi ipſe, neque ſortem ſuam deplorat:ſed gratias inſuper paupertati habet,quæ ſibi & aſyli vice ſit tutiſſimi,& portus trãquilliſſimi, & arcis munitiſſimæ: & his viſis, ſi detur optio, mallet pręſenti cõditione cõtentus eſſe, quàm omniũ facultatib' pauliſper occupatis,mox in proprij ſanguinis periculum venire. Vides quod non parua vtilitas diuitib' & pauperibus, celſis & humilibus,ſeruis & ingenuis,ex hoc iſtius refugio enata eſt? Vides vt cũ remedio quiſq; hinc abit,hui' rei ſpectaculo affect' ſuos curaturus?Nũ igitur molliui veſtros animos,aut indignationẽ expuli? num inhumanitatem extinxi?num ad commiſerationem adduxi?equidem adduxiſſe me opinor: ídq; ex vultibus veſtris ac lachrymis colligo. Quandoquidẽ igitur terra cordis veſtri in pinguem & fertilem agrum verſa eſt, age iã fructũ quoque miſericordiæ proferentes,flauentéſq; commiſerationis ſpicas præ ſe ferentes,procũbamus regi ad genua: vel potius deprecemur benigniſſimũ deũ,vt molliat irã regis, & cor illi tenerũ dare dignetur, quo hanc gratiam integrã ab ipſo auferre poſſimus.iam em̃ ex illo die quo huc confugit iſte,nõ parua eſt facta mutatio. poſtquã em̃ cognouit rex eũ ad aſylum hoc ſe recepiſſe,affluẽte milite & cõcitato ob eius crimina,depoſcentéq; hominẽ ad ſuppliciũ, lõgam habuit orationem qua militarẽ indignationem compeſceret,poſtulãs vt non culparũ modo, ſed etiã recte factorũ rationẽ haberent: vt qui pro illis gratiã haberet,& ſiquid humanũ ſecus accidiſſet,ignoſcendum duceret. quum autem illi de integro vrgerẽt ad vindictã læſi regis,clamantes,exiliẽtes, ad mortẽ depoſcentes,haſtas vibrantes:tũ vero ne à lachrymis q̃dem clementiſſimis ſuis oculis temperãs,& ſacroſanctæ menſæ ad quam perfugerat, religionẽ illis incutiens,ægre tandem iram eorũ ſedauit. Admoueamus igitur nos quoq; quę à nobis adhiberi par eſt. Qua enim ipſi venia digni eſſetis,ſi rege propriam iniuriam cõdonãte & oblito,vos nihil tale paſſi in ira obſtinate pergatis?

A pergatis?aut quomodo hoc cœtu ſoluto ſacramenta contrectabitis,& precationẽ illam dicetis, qua rogare iubemur: Remitte nobis quemadmodũ etiam nos remittim' debitorib' noſtris:ſi à debitore veſtro pœnas exigatis?Iniuriis vos fortè magnis affecit ac contumeliis?ne nos quidẽ iſtud inficias ibimus. Sed non tribunalis eſt præſens tẽpus,ſed miſericordiæ potius: non repetundarũ,ſed clementiæ:non examinationis, ſed condonationis:non ſuffragiorum ac calculorum, ſed miſerationis ac gratiæ. Ne igitur quis veſtrũ accẽdatur,néve ægre ferat, ſed potius mitiſſimũ deum deprecemur,vt reo vitã proroget, eúmq; ex impendente cęde eripiat,vt ipſe errata ſua corrigat:& communi opera interpellemus clementiſſimũ regem pro eccleſia & altari, vnũ hominem ſacroſanctæ menſæ donari obſecrantes.Quod ſi fecerimus, & regi gratũ faciemus, & deus vel magis quàm rex factũ noſtrum B approbabit, magnámq; nobis hui' humanitatis mercedem retribuet. Sicut enim crudelẽ & inhumanum auerſatur & odit:ita miſericordem & humanum amplectitur & amat:eíq; ſiue iuſtus ſit, ſplẽdidiores plectit coronas:ſiue peccator,peccata ei' diſſimulat,cõmiſerationis erga conſeruum talionẽ illi retribuens. Miſericordiã volo,inquit, & non ſacrificium. Et per vniuerſam ſcripturã vides eum ſemper hoc requirere,atq; hanc peccatorũ medelam adhibere. Proinde nos quoque ad hunc modũ illum propitiemus: ſic enim peccata noſtra redimemus, ſic eccleſiã ornabimus,ſic & regem clementiſſimum,vt dixi,demerebimur: ita fiet vt vniuerſus populus nobis applaudat,& vſque ad fines orbis terræ humanitatis & clementiæ noſtræ rumor celebretur,mercedémq; ſimus vbique terrarum laudem noſtri facti recepturi.Vt igitur tali- C bus bonis frui contingat,accidamus ad genua, obteſtemur,deprecemur:eripiamus è periculis captiuum, profugum,ſupplicẽ, vt & ipſi futura bona conſequamur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria,ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Sermo, quòd regulares fœminæ viris cohabitent.

HEV me ô anima. Ita & ego nunc cum Propheta tempeſtiue dico,& ſemel & iterum,ac ſæpius.Heu me ô anima,quale negocium,& quãta refertum ſermocinatione. Virgo iniuria eſt affecta,velum quod eam à nuptiis coercebat,ſublatum eſt,& ab impudentiſſimis porcis dilaceratum.Sancta ſanctorum conculcata ſunt,honeſta & reuerẽtiæ plena prophanata,& omnibus peruia.Quę honeſtior nu- D ptiis adeò deducta eſt & humiliata, vt nuptias magis dicere beatas liceat. Semper quidem virginitas cum coniugio comparata,primas partes tenuit,& omnem dignitatem.Nunc autẽ neque in ſecundo ordine manere potuit,ſed valde procul,& planè in vltimum cõceſſit ordinẽ:& quod multo grauius, non hoſtes, neque inimici,ſed ipſæ potiſſimum quæ illas curare deberent, eam ſic affecerunt, & propter quas aduerſus infideles hacten' libere loquebamur,illę ipſę ora noſtra maxime obturãt,& multa ignominia confundũt. Inter Gręcos ſanè quidam licet pauci ita philoſophati fuerunt, vt opum eſſent contemptores, & iram vicerunt:virginitatis autem flos nullo modo apud illos floruit,in qua ſemper conceſſerunt nobis primam dignitatem,ingenue fatẽtes,rem ſupra naturam eſſe, & non humanã, & eapropter omnibus gentibus admirationi fuimus: ſed nunc non item, quin potius derident,& ſales in nos iactãt, & propterea diabolus cõtra hanc turmam ſpirauit,quoniam vidit in hac potiſſimum phalange fulgidum Chriſti exercitum: ſicque attentauit ipſam confundere,vt poſthac melius ſit nè virgines quidem eſſe, quæ ita præuaricari attentent. Cauſa malorum omniũ,quòd perſeuerant adhuc nomen & appellatio rei,& negocium totum in corpore ſublatum eſt,quod ſcilicet nomen extrema virginitatis pars eſt: quæ autem plus neceſſaria, & ipſam magis demonſtrant,neglecta ſunt,& nulla ratio habetur veſtium quæ virginitatẽ decent, vel ſermonis, vel ſilentij,vel compunctionis,vel alicuius id genus. Quin temere nugãtur omnia,& rident intempeſtiue,& deridentur, & in deliciis magis viuunt, quàm mulieres quæ in fornice vndequaque peccatores ſuis technis capiunt & cogunt vt ipſæ in obſcœnitatem mulierũ quæ ſtuprãtur,impellãtur, quaſi aduerſus ſeipſas certantes,& contendentes,vt prior dignitas in fœditatis gloriam tranſeat.Vnde enim dic mihi,poterimus poſtea talem virginem ordine illarũ & ſocietate eximere,quando & ipſa idem facit,quod illæ:quando ſcilicet,vt adoleſcentum corda auolent,ſuperba incedit, & intemperãs eadẽ pharmaca terit, quando eoſdem letales ſuccos miſcet,eundémq; parat puluerem. Sed non dicit,Heus adeſto,amore implicemur:nec dicit, aſperſi accubitum meũ myrrha, aloë & cinnamomo. Vtinam accubitũ & lectũ,veſtes & corpus. Illa enim domi eſcam occultant,tu vbiq; laqueum circumfers, & expãdis voluptatis alas obambulãs in foro.Sed nõ dixiſti,neq; cõtuliſti verba illa meretricia,Heus amore inuoluamur.Nõ loquuta es lingna, ſed loquuta es greſſu:nõ loquuta es voce,ſed loquuta es oculis clari' quàm voce.An ideo excuſatã te putas,quòd non vocaueris,nõ obtuleris teipſam?Neq; ſic à peccato liberaris.Eſt em̃ & hæc quædã fornicationis ſpecies.Pura manſiſti ab iniuria corporis quidẽ,ſed non animæ, & completũ à te peccatũ,etiamſi nõ per coitum, ſed per aſpectũ.Cuius em̃ gratia vocas prætereuntes?cur accendis ignem?Quomodo putas te purã à peccato, cum totũ ipſum opus operata ſis? Etenim cũ adulterum feceris perfectũ eum quem tuo iſto habitu cepiſti,quomodo non potes eſſe adultera,cum opere tuo adulterium committitur? Illius inſania tuũ opus eſt. Profectò te quę adulteros pręparaſti,adulterij ſupplicium minime poſſe effugere,nulli nõ manifeſtum.Tu gladiũ acuiſti,tu dextram armaſti,tu armatã dextram in miſeram animã impuliſti:quomodo igitur poteris ab homicidij ſupplicio liberari?Dic em̃,quos nos habemus odio,& auerſamur? Quos autẽ puniũt legiſlatores & iudices? nũ eos qui bibunt mortifera venena, an miſcentes calicẽ,& præparantes ea,artéq; ſua perdentes alios?Non bibẽtes quidẽ,quorũ, vtpote iniuria affectorũ, miſeremur. Veneficos autem omnibus calculis cõdemnamus:nec ſufficit eis ad excuſationẽ, quòd nõ ſeipſos offenderũt,ſed alios perdiderũt: ſed propter hoc tanto grauiorẽ luent pœnam. Tu autem miſera & calamitoſa,miſcuiſti calicẽ hunc pernicioſum,& præbuiſti & dediſti pharmacũ: & poſtquã bibit & perditus eſt,defenſã te putas,quia nõ ipſa biberis,ſed alteri præbueris venenoſa?Quamuis & vos tãto grauiorẽ luetis pœnam,quàm pharmacopolæ illi, quanto & mors grauior. Nõ enim corpus ſolũ, ſed & animam interimitis.Et illi quidẽ ſæpe vel furore, vel ira hoc faciunt, vel inopia: vos autem ad nullum ta-

lem

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem confugere prætextũ potestis. Neque hoc facitis A inimicis,vel eis qui nocuerunt,vel ob inopiã: sed ob solam vanam gloriam in alienis luditis animabus, & ex alienis animabus voluptatẽ propriam cõstituitis. Sed nescio vnde,vt hęc dicerẽ,huc appulsus,propter quod redeũdum ad id vnde digressus sum. Nã quasi non sufficerẽt hæc quæ dicta in totius fœminei generis confusionẽ, & aliud quiddam maius excogitauerunt. Sed nemo hæc de omnibus dicta putet. Nõ em̃ tam miser sum & imprudens,vt simul omnia commisceam & confundam. Nam de his quæ culpis obnoxiæ & hęc dicta sunt,& quę postea dicẽtur. Quasi igitur non satis damnosa essent hæc, viros sibi minime conuenientes semper includũt,& omni tempore cõtubernales faciunt,quasi demõstraturæ & per hęc, & propter ea quæ dicentur,quòd inuitæ ad virginitatẽ raptæ sint, & extremã vim sustinuerint, & hac ratione consolantur vim & necessitatem. Et quur hæc nõ dicerem, quum vos longe deteriora his vbi hæc cõtingũt,dicitis apud omnes amicos & familiares? Permittendæ ne sunt illæ viuæ & respirantes, & non potius dissecãdæ mediæ, vel viuæ cũ illis ipsis tumulandæ? Etenim & hæc & his multo plura omnes dicunt. Cæterũ & frequens, & quotidianus est cursus obstetricum ad virginum domus, quasi ad parientes, non quòd obstetricẽtur parienti,quamuis contigit in aliquibus etiã hoc, sed quòd probentur & iudicẽtur sicut emptæ ancillæ,quænã corruptæ,vel quę intactę: & illa quidẽ facile obediit probationi:hęc vero contradixit,& hoc ipso cõfusa abiit,etiamsi nõ corrupta sit:& hæc quidẽ vim passa, illa vero non vim passa, & hæc etiam non minus illa confunditur,quũ non possit digna fide hoc more comprobari, sed opus habet C externo testimonio. Quantis lachrymis hæc non sunt digna? quantis nõ digna mortibus? quis autem sic lapideus,& sine compassione, vt non accendatur zelo sicut Phinees? Et ille quidẽ,si per hoc tẽpus hanc turpitudinem videret fieri,non ipsi placeret, sed faceret idem quod in Madianitide olim fecit. Nos autẽ quũ nobis non sit permissum arripere gladium,neq; confodere pugione eos qui ita negligentes sunt: affecti igitur simus sicut sanctus ille, nõ faciamus autem eadem, sed dolori aliter succurramus, ploratibus scilicet ac lamẽtis. Venite ergo, dolorũ ac gemituum sociæ estote,quotquot ab hac obscœnitate estis alienę: nam calamitosæ & miseræ illæ fortè in tanta sunt miseria,vt mali doloré vllum non sentiant. Sed vos quæ hanc suscepistis vitã,dignæ factæ thalamo & sponso, lampades claras gestatis,& honesto virginitatis serto D magis ornatæ quàm corona regia,lachrymas fundite nobiscũ,& amarè simul eiulate: nam hoc nõ paruum est remediũ ad curandos & eos qui incurabiliter ægrotant,& ad consolationem lugentium. Hoc ipsum aliquando & spõsus noster fecit. Nam quum videret Hierusalem in extremam perditionem inductam, ita vt non posset iã ab infirmitate reduci, lachrymas fudit,& in Bethsaida symbolis quidẽ non est vsus,item neque signis, miserans autẽ ciuitates solum: Væ subinde inclamauit,sicut & nos facimus in his qui animã iam efflant. Item beatus Paulus exemplo magistri sui non cessauit per omnẽ vitã suam eos qui exciderant, & qui in ruina sua mãserãt,& resurgere postea noluerant,deplorare tam amare, vt hac valida determinatione significaret & scriberet Romanis dicens: Tristitia mihi est magna, & cõtinuus dolor cordi meo pro

Rom.9.

fratribus meis, qui mihi cognati secũdum carnẽ. Vides quantã habent verba emphasim,quantam anxietatem cordis proferant? Insuper fideles ægrotãtes, & tempestatibus depressos sic deplorat, quasi ipse eadẽ mala experiretur. Quis eũ,ait,infirmatur,& ego non *2.Cor.11.* infirmor? quis scãdalizatur,& ego non vror? Et nõ dixit,tristor:sed vror, intolerabilẽ & incredibilem dolorem per incendiũ enunciare volens. Imitemur igitur etiam nos & dominũ nostrũ & conseruum. Nam nobis horũ vlulatuum & lamentorum non parua erit merces: Sicut neq; vulgariter reprehenduntur à deo, qui absque compassione suorũ membrorũ mala prætercurrunt & cõtemnunt. Quę tam apud fortissimum *Ezech.9.* Ezechielem,quàm apud beatum Michęam videre licet. Ille enim dicit,cũ Iudæi in extremum malorum venissent, & sponte idolorũ cultu se coinquinassent, B imperasse deum dari signũ super facies virorum gementium,& dolentium super his quę faciebãt. Neq; enim simpliciter dolere oportet, quãuis nihil vnquã dixerint vel fecerint illi ad correctionem eorum quę fiebant: sed quoniam sua intulerant solũ, tantum adepti sunt honorẽ à misericorde deo, vt & gloriam, & securitatem multã assequerentur. Amos autem cum *Amos.6.* aliis reprehensionibus,comessationis & ebrietatis, & inunctionis vnguentorũ, etiam adiicit reprehensibilem contemptũ compassionis,sic dicẽs: Neque compatiebãtur super contritione Ioseph,& eos qui habitabant ciuitatem Aenam propter hoc reprehẽdit, sicut iterũ dicit, quod non exiuit vt ploraret domum contiguam. Si autẽ ibi deus irascitur, & reprehendit eum qui non cõpatitur ei qui punitur iuste: qua venia dignus erit,qui non condolet cum eo,qui in peccatũ prolapsus? Neq; mireris, si oporteat nos simul dolere cum iis qui puniũtur,quãuis deus puniat. Neq; enim *Ezec.18.* deus ipse qui puniuit,vult hoc facere. Nõ enim volo mortem peccatorũ,dicit. Si igitur qui vindictam sumit,non vult vindictam sumere,multo magis nos veniam concedere oportet his qui puniũtur: fortè hac via illos eripiemus,fortè reparabimus. Nã licet perierint,tamen curã quæ reliqua est geramus, admoneamus & lachrymemur,& ploremus,nõ circũstantibus lamẽtatricũ mulierũ choris, sed vnusquisq; priuatim apud semetipsum præsentibus illis. Si autẽ vultis,ipse incipiã luctuosum hoc canticũ: neq; enim cõfundar cũ Hieremia hoc facere, & Esaia, & Paulo, & in primis cũ domino nostro. Incipiam igitur sicut Christus incepit primũ,& dicam: Væ tibi anima:ad quã vocata es dignitatẽ per benignitatẽ & misericordiã dei? qualẽ reliquisti? qualẽ accipies regionẽ propter ignauiam tuã? Væ tibi,quia ipse te ad thalamos traxit spirituales,tu autẽ teipsam ab hac gloria abrupisti,& inducta es in diaboli ignem,& ad incurabilia supplicia, vbi planctus & stridor dentiũ,vbi nullus qui consolaturus est, quive manũ porrecturus: sed tenebræ omnia,& perplexitas,& turbatio,& mala neq; cõsolationem neque finẽ habentia: hæc sibi omnia mundi fecit amicitia,quia prætulisti cœlo terrã, & noluisti audire vocem sponsi continuo admonẽtis. Nihil enim vobis & præsentis seculi rebus cõmune. Quis te miseram & calamitosam miserari potest postea? Nam etsi ipsum videas Noẽ, qui in cõmuni totius orbis diluuio totam domũ saluauit, & in hac ira patrocinantẽ, etsi Iob,etsi Danielẽ, cúmq; illis Mosem & Samuelẽ, etsi patriarchã Abraham, nullus tibi manum postea porriget. Etiamsi genere illum attingas, etiamsi filia sis, etiamsi

etiamsi soror, etiãsi supplices multũ, sicut diues ille, A omnia frustra & inuanum facies. Quomodo excidisti è cœlo,quæ non sicut Lucifer,neq; sicut mane oriẽs, sed ipsis solis fulgoribus plus radiare potuisses? Quomodo sedes deserta? Atq; adeò haud quis aberrarit, si in captiuã hanc animã & plura lamẽta, quàm quæ in ciuitatẽ illã dicta sunt transferat. Sed forte lamẽtorũ satis,satis,inquã,quasi in libello & angustè scripto, alioquin ad condignã deplorationẽ neque omne tẽpus nobis sufficeret. Quid enim quis deploraret primum? an quòd venerabile & sanctum,& mansuetum nomen dei per vos blasphematur in gentibus,& gloria sua prophanatur? an quòd tã venerabilis & magna res ita abiecta est? an quòd tam multæ animæ per vos tot scandalis perdũtur? An quòd sana pars chori nostræ gloriæ,macula obsolescit? an q̃ inextinguibilis & vobis, & cohabitantibus vobis accenditur ignis? Et quomodo necessariũ est,vt hæc fiãt,inquit,cum pos- B simus ostendere corpus nostrũ nõ corruptum,neque vitiatum? Verum hæc demonstratio,non nunc,sed in die illo erit manifesta & certa. Obstetricis enim ars & sapientia hoc solũ potest videre, an congressum viri corpus tulerit:an liberum, & adulteriũ ex oculis & corruptionũ amplexibus effugerit, dies illa tunc declarabit,quãdo verus dei sermo,qui occulta hominis in mediũ adducit,& præsens nũc his quæ clam fiunt, omnia nuda & exuta ante omniũ oculos ponet: tunc sciemus bene an ab his sit purũ, & vndequaq; incorruptũ corpus. Atqui de his nõ tam exacte loquemur, neque cõtendemus,sed ponatur (superductis omnib⁹ retibus) esse corpus vndequaq; purũ,ab omniq; damno liberum,& maneat virgo quæ virgo. Quid hoc ad ea quæ dicta sunt à nobis? Etenim graue hoc omnium grauissimũ est,& plurimis dignũ lachrymis,quòd tã- C tum vndequaq; sustinuerit laborẽ, diligenter obseruarit corpus, & omnẽ laborẽ insumpserit, & sudorẽ effuderit,& nihilominus facta est blasphema in Christũ. Cúmq; pepercerit carni,nõ pepercit glorię Christi,sed vt intactũ ipsi maneret corpus,omnia fecit: vt autem ille nõ afficeretur contumelia,nec blasphemaretur apud multos,ne vllã quidẽ curã habuit. Vtinam non omnia feciſſet,& omnib⁹ operã dedisset,per quę gloria dei infamaretur. Et quomodo hoc,ait? quia viris tecũ in domo inclusis semper tu assides. Nã si habere cohabitatores cõcupiscis,nõ oportebat virginitatem eligere,sed ad nuptias transeundũ erat: multo enim melius sic nupsisse, quàm illo modo virginẽ ꝓfiteri fuisset. Nã illas nuptias neq; deus condẽnat,neque homines reprehendũt. Honesta em̃ res est,nemi- D nem offendẽs,neminẽ lædens. Virginitas autẽ illa cũ viris plus ab omnibus arguit,quàm stuprũ ipsum. Nã quæ suũ perdit ordinẽ,in profundius quàm sit stupri barathrũ eiecta est. Nõ em̃ aliquis feret cũ virginibus numerari eã,quæ non curat quæ sunt domini,& multos reddit adulteros:neq; cũ nuptis. Illa em̃ curã habet,quomodo placeat viro vni:tu autẽ vt plurimis,& his qui nõ lege cõiugij noti,sed alio quodã modo ab omnibus condemnato & reiecto: vnde vereor ne cũ inhonestis mulierib⁹ videaris ordinata. Etenim ab appellatione ipsa si quis rẽ diiudicare velit,cõtradicere nihil possem⁹. Nã si quãdo in foro de his incidit mẽtio,vel aliàs sermo domi de ipsis fit apud eos,q̃ disputant de absurdo coniugio,significare volẽtes quandã huius vocant non matrẽ, neque enim illum peperit: neque sororẽ, non enim ex eodem vtero prognatus est: neque coniugẽ,nõ enim lege coniugij cohabitãt: neque aliud quoddã cognationis nomen,quod concessum vel lege permissum,sed fœdũ & ridiculũ. Nõ enim ego quidẽ tulerim ipsum nominare,sic exosam habeo & auersor hãc appellationẽ,& prępono mihi etiã contubernij cognomẽ. Sed nõ peperisti, nulli dolores. Et quid hac defensione fœdi⁹? quid itẽ miserius,quàm quòd ab his vult apparere virgo,ad quę & multę fornicatrices mulieres cõfugere possũt? Sed illę aliũde manifestarię publicè libidinãtur. Vnde aliũde dic mihi? à vestitu,à visu, à gressu, ab amatoribus quos capiũt. Bene quidẽ nobis depinxisti scorti characterẽ. Sed vide ne his coniecturis & argumẽtis,antequã illas,teipsam capias. Etenim & tu tibi ipsi tales sæpe præparas amatores,atq; per eadem retia. Quòd si non vocas in domiciliũ prætereuntes, at habes intra cõclusos semper. Quòd multo grauius ob nihil q̃dem aliud,quàm vt absurdã voluptatẽ impleas, & illius & tuam,non congressum inquam. Sed quid hoc cõmemoras? quandoquidẽ oculos pascendo mutuis aspectibus istuc ipsum cõtigit, alioqui neq; adulteriũ hoc gen⁹ esset. Sed dic,quare ipsum habes domi? Quã causam iustã & rationabilẽ nobis dices? Nupta enim nuptias dicet:scortũ libidinẽ: tu autem virgo qualem nobis causam narrabis dignã quę proferatur,& iustã? At cur curiosę inquiris, dicit, cũ nõ simul dormiant, neq; nobis cohabitẽt,vt illis mulieribus illi? imo hoc potissimũ pleriq; affirmant. Verũ quid hoc? dicit cõtra suum caput,& planè cõtra suũ solius caput. Dictũ hoc postea inquirem⁹,& iã quidẽ manifestè differuimus,cum de viris diceremus,quòd non solũ qui maledicunt,sed & q̃ occasiones temerè præbent,in causa quę agitur,rei sunt supplicij. Veruntamẽ hoc ipsum denuo demõstrabimus: iam autẽ si te rogauero causam huius contubernij,prętextũ aliquẽ dicere potes? Infirma sum mulier, neq; sola valeo meo vsui sufficere. Enimuero cũ hæc cohabitatoribus vestris obiicimus,ab eis cõtraria audimus, nẽpe quòd propter vestrum ministeriũ vos teneant. Quomodo igitur quæ ex substãtia vestra etiã viris suppeditare potestis, vobis ipsis mulierib⁹ subsidio esse non potestis, sed aliis indigetis? Nã sicut vir viro,ita mulier mulieri cõmodius & rectius vtiq; cohabitarit. Quando autẽ & viris ad ministeriũ commodiores estis,multo magis vobis ipsis. Ad quid em̃,dic mihi,necessaria & vtilis viri societas? aut quale ille mulieri exhibebit ministeriũ, qd̃ nõ potest mulieri mulier? nũ tegmẽ tecum texere vel nere ille magis poterit q̃ mulier? An non cõtra se res habet? Ille enim etiãsi vellet,nihil horũ attentare potest, nisi forte nũc id ipsos docueritis: quippe mulieris solius hoc opus est. Sed vestẽ lauare,ignem accendere,& legumina coquere,etiã hęc non minus, sed meli⁹ quàm vir mulier efficere potest⁹. Quomodo igitur vtilis vir,dic mihi? An quãdo exponere quiddã oportet,vel omnino comparare? sed neq; hic mulier valet minus quàm vir, & testabitur vtiq; forum, & omnes quotquot vestimẽta emere volũt, à mulieribus plura quàm ab his emũt. Quòd si turpe virginibus in foro stare in cõmerciis,sicut & turpe est:at maxime cohabitare viro,turpe est:veruntamẽ & hoc min⁹ quàm illud effugere potest. Nã hæc vel puellę quæ ministrat, vel vetulę quę ad hęc idonea rectius cõmiserim: vnde manifestũ,quòd prętextus illi & effugia sunt,& tegumenta infirmitatis. Qualis infirmitatis velamenta? Nam si cõcupiscunt virũ & nuptias, & id genus conuersationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersatiõis appetẽtes sunt,quis prohibebat, & adimebat libertatẽ ne hoc facerẽt? quo neq; offensus deus, neq; ipsę ab hominibus redargutę fuissent. Etenim & ego hoc dico, & nõ tã tua quàm mea sunt verba. Vel necesse dicere,vbi tibi viri vsus tãtopere necessarius? vel cum mõstrare nõ potes,eiiciatur male cohabitãs. Nam ab hoc crimine absolui aliter nõ potes. Nã hæc quæ dicebas,nõ tua magis sunt,quàm eorũ qui tuam turpitudinẽ dolent. Oportebat quidẽ, tametsi plurimum vtile esset, viri ministeriũ cum tanto conuicio non admittere. Nam quando dei gloria conuiciis cõtemnitur,nullus tã necessarius sit prætext⁹,vt persuadeatur contemni tantũ malum. Quin etiamsi infinities die vno moriẽdum,ne hoc fiat,decretũ sit: & cũ multa voluptate hoc sustinere oportebat, ne scilicet quietis vel mundani vsus gratia, tantũ prętereat malum. Audi igitur quomodo idipsum timuit Paulus,& tremuit,& quàm vehemẽter. Bonũ em̃ mihi est mori,ait,quàm gloriã meam vt quis euacuet. Deinde, vt ne euacuaret suam gloriã, mori elegit. Nos autem vt scandala tollamus neq; paruam voluptatem cõtemnimus:& quomodo poterimus vnquam saluari, cum non sit par,neq; alludat prop̃e, sed multum dissonet, laude priuari,& incidere in ignominiã? Ille enim etsi hoc feciſſet,non offendisset dominũ:ipse enim ei cõstituerat ex euangelio viuere,attamen maluit mori,q̃ tam bonũ opus relinquere. Nos autẽ turbãtes ea quę vbiq; sunt ordinata,licet sciamus quòd maximã propterea luituri simus pœnã, neq; cõsuetudinem frigidam & intempestiuã despici patimur,& quę tandem nobis venia? Oportebat igitur, si & virũ vnum multi vsus requirerent, & quòd scilicet dicebam, tãta inde nascereť contumelia,eligere mortẽ potius quàm hoc quod fit contemnere. Cum autẽ & per mulierem cõmodius & facilius hęc omnia perfici possint,quæ nobis erit venia sic delicate agentibus, & contra salutẽ nostram nos fœdantibus? Dic item mihi, quãdo tibi hæc ille exhibet, exhibebis ne etiã ipsa illi vicissim aliquod ministeriũ? Nulli non manifestum. Et quanto melius nõ retribuere talia,neq; vicissim accipere, sed tempus laborũ,quod in illius quietem impendis,hoc in tuam salutẽ insumere, quàm grauiter laborantem tuam opinionem & gloriam confundere? Sed nullum ipsi exhibes ministeriũ. Ergo ipsũ sibi ipsi omnia ministrare necessarium,& sternere lectos, & coquere,& ignem accẽdere,& alia id genus facere. Hæc neq; famulus ferret ita ministrans, & nihil cõmodi à domino accipiens. Sed hic fert omnia, ait, propter timorẽ domini,& repositã huic ministerio mercedẽ, & gratiam feret qui imperat, cũ nihil illi vtilitatis ex nobis. Vnde igitur postea impudentiũ obturabimus ora? Etenim tantam ipsa eius testaris pietatẽ, & sic tremit & veretur dei mãdata, vt seipsum ac vilissimũ mancipiũ despiciat,omnia quæ tibi exhibeat,nullũ inde capiẽs fructũ. Ante omnia oportebat ipsum rationem habere gloriæ,& bonæ famæ in deo:nunc autem nõ est eiusdem animæ simul & per idẽ tempus tantam abominationem simul & despectum ostendere circa mãdata dei,& nunc quidẽ ipsa tremere,nunc vero nullã rationem habere eius qui leges dedit, quem contumelia afficis. Etenim si ita se purũ seruat a voluptate, nihil humani agit,vt seipsum humiliet,affligat,& q̃rũnis subiiciat,suisq; laboribus aliis quietem paret,verè valde sapiẽtis animæ est & sublimis,sed nõ itẽ,si quis gloriam dei contumelia afficiat, & neque hæc faciat, propter quæ blasphematur à multis,& quæ nõ valde magni plures bene & cũ laude faciũt. Quomodo igitur tibi credem⁹,quòd hoc propter deũ facias, quòd magnam & generosam animã requirit, quãdo illud quod scilicet mai⁹ est,& vulgare despicis? Nõ fers vt absistas ab his,à quibus deo facta est iniuria, & corp⁹ & oĩa exponis pro ipso? Et cui hæc persuaderi poterunt? Sed nescio quomodo à virginibus ad earũ cohabitatores simul transiuerim,propterea vtiq; ad eas nobis redeundũ. Vnde igitur illos q̃ ita eas accusant, vt coniecturas habeãt,docere possumus? Nõ persuadeãtur,ait. Et vbi hęc pia fuerit anima? Tũc enim maledici despiciẽdi sunt,cum nos illis ansas nõ præbuerimus:imò neq; tunc. Quando autem ipsorum obturare ora possumus,totum ex nobis est, & in nostrum vertitur caput totus ignis Sic em̃,ait,peccãtes in fratres, & infirmam ipsorũ conscientiam percutiẽtes,in Christũ peccatis. Sciebat enim, sciebat manifestę, q̃ non sufficeret ad defensionẽ nostram, eorum qui offenduntur infirmitas, sed hoc ipsum potissimũ esset, quod condẽnat nos. Quanto enim puriores sumus à causa quæ intentatur,tanto magis iusti sumus,parcẽdo infirmitati eorũ. Et nondũ dico quòd hic a tenui coniectura offendãtur, sed ponatur, quòd imprudẽter hoc patiantur. Nam nec sic despiciendi erãt. Quæ Romanis per epistolã scribẽs Paulus, eruditi nos sic dicens: Ne per cibũ destruatur opus dei: quamuis illi improuide erant offensi,attamen non eum qui offenditur,sed offendentẽ increpat. Nam quod iam videlicet dicebam,& nunc dico. Quando magnũ aliquod lucrum,& damno,& plaga maius, contemnendi sunt qui scandalũ patiuntur: quando autem nullum fuerit amplius,quàm quòd infirmi abiiciuntur,eriamsi infinities ex imprudentia hoc patiantur illi, parcendum eis erit:quoniam & deus eos,qui impellũt,& deiicĩt in sententiam supplicij,puniet. Nam dum nullum lucraris,& aliũ offendis, extremæ malitiæ est. Nos autem quando videmus aliquẽ pallidum & deformem ob diuturnam valetudinẽ, eos qui illum exacerbent, domo abigimus,neq; multũ disputamus, an iuste vel iniuste illi hoc faciãt, sed negata illis omni defensione,& nulla data ob infirmitatẽ venia, & quamuis iniuste exacerbetur veniã damus. Quòd si nos hac cura circa famulos & pueros vtimur, & sæpe filiũ ita peccantẽ flagellamus,multo magis bonus deus,& iustus, & ęquus hoc faciet.& quid dicis? Infirm⁹ est qui offeditur, igitur dignus est cui parcatur, non vt lædatur: vulnera habet,ne igitur atteram⁹,sed curemus. Suspicatur male & imprudẽter, igitur auferamus suspicionem,non inferamus. In Christũ em̃ peccat,qui de his contendit. An nõ audis cõtinuo in veteri Mosem dicentem: Deus zelotes est? &iterũ: Zelaui Hierusalem? in noua vero Paulum clamantem, Zelo enim vos dei zelo? Hoc,si nihil aliud,sufficere debebat, ne subueretur anima,etiã nõ valde infirma, sed morbo libera. Tam terribile enim est animam perire,zelus dulce quiddã magis est,quàm terribile. Nũquam enim zelus est,non prędente charitate aliqua calida & tã feruente, vt valde accẽdatur dei amor. Argumentúmq; hoc est: Nõ enim affectio est zelus in deo,sed volens indicibilem eius amorẽ in nos interpretari, hoc sæpe vsus est nomine. Attamen nos qui valde insensati ad humanas decidimus affectiones, & eũ qui nos valde amat,contumelia afficimus: eos autem, qui nihil nobis prodesse possunt,omnibus modis curamus. Quid enim

1. Cor. 9.

1. Cor. 8.

Exod. 20.

2. Cor. 11.

eũ tibi ô misera,tãtũ prodesse potest frigida hæc cohabitatio,cum tantũ thesaurũ eiicias? Vide quęso,deducit te è cœlis,excludit te spirituali thalamo,seiũgit te à cœlesti spõso;parat tibi immortalia supplicia, & tormenta finem nõ habentia. Pro his si talẽta infinita haberet cõtubernio,si prõptior esset mancipiis venalitiis, si te in maiori honore & dignitate cõstitueret,quàm sit regina:an nõ vt damnosum & inimicũ,& plura auferentẽ,quàm dãtem sic auersari,& odio habere oportebat? Paruáne tibi cura de bonis cœlestibus,de regno futuro,de vita immortali, de ineffabili gloria? Túne parua terrena cõmemoras? Et hũc ad illa vtilẽ vsum curas quasi dominũ,& non te occultas, neq; oras terrã vtte absorbeat,vt sic inde migres? Sed infirmitatẽ muliebris naturæ mihi prętexis,& humanorum vsuum dispensationẽ, & quietẽ domesticam, fingens & cõponens prætextus qui nõ sunt. Sed neque sic eos qui cor habẽt fallis. Non est enim, nõ est quies,quæ ad tãtam turpitudinẽ cogit. Mulier enim si voluerit,nõ sibi ipsi solũ, sed & aliis sufficiet ad ministerium: quoniã & ab initio à viro cinilibus negociis susceptis,mulier sortita est domesticã administrationẽ & curã. Igitur cuius quietis indigæ intus rapitis viros? Sed quid,dicit mihi,stupri gratia & libidinis? ego quidẽ non sic dixerim,absit,sed nõ desino obiurgare eos qui sic dicũt. Vtinã possibile esset persuadere. Quis ergo prætextus,quę causa probas nos faciet? Dicet quis,Inanis gloriæ amor. Et quemadmodũ viris voluptas friuola & misera, sic illis honoris cõcupiscẽtia hoc contuberniũ cõciliat. Nam vanè gloriosum omne hominũ genus est,vt ita dicã,maxime autem muliebre. Nam cũ neque opus habeãt quiete, sicut declaratũ est,neque cum ipsis rem habeãt,manifestum quòd hoc solũ reliquũ est suspicari. Quoniam igitur hanc mali radicẽ inuenimus, age cætera nõ reprehendamus: admoneamus autẽ & persuadeamus, quòd sicut viri,'qui cohabitantes videntur quidẽ voluptate frui,maiori autẽ tormẽto subduntur: etenim sola pura & solida voluptas,quę p sequestrationẽ:sic vtiq; & causa mulierũ habet. Videtur quidem,vt ipsę opinãtur, gloria aliqua hinc & claritas nasci. Si autẽ diligẽter quis exquisierit,plena & referta est risu, cõfusione,opprobriis,& extrema ignominia. Et de his dicta sunt in principio pauca, dicentur autẽ & nunc. Sit igitur q̃ cohabitat,si vult,nõ aliquis vilis neq; abiectus, sed qui multã in ecclesia dignitatẽ habeat, & generis claritudinẽ, & admirabilis sit omnibus ob eloquentiam & pietatẽ,sitq; vndequaq; clarus. Neque vel sic poterit illã facere claram ac probatã. Gloriam enim habiturus ex amicitia erga aliquẽ, illius gloriã prius custodire debet,qui prębet vt glorificetur:nã si hęc offenditur,multo magis sua periclitatur. Nã sicut fonte corrupto,& quæ inde manant fluẽta cœno cõmunicãt:&radice corrupta,multo magis fructus corrumpentur: sic & nunc. Facturus clarã virginẽ fit ridiculus ob cohabitationẽ,ipsa quoque ante illum, & cum illo ridebitur: & si mulieri antea cõtigerit gloria bona apud multos,ea tamen statim ingressa illius domo decedit,tantũ abest vt aliam secũ afferat,etiã ipse habeat talem opinionem. Non vtique gloriam nobis bonã adducit hæc consuetudo, sed necesse sequatur eam ignominia,quæ & eã quæ nõ meruit fœdat,imò vtriq; grauis est. Et quod de Iudæis ppheta dicit,opportunũ est etiã nũc dicere: Si mutabit Aethiops pelle suã,& pardus maculas suas, etiã quæ talibus cohabitant, maculam deponẽt aliquando hãc: sic quẽadmodũ corpora inurens cauterio, amborũ opinionibus inuritur,& bona ipsorũ omnia obfuscat. Sed forte gloriã putãt hoc ipsum placere viris: at hoc est mire ridiculũ, & quod quærunt interim etiã gloriantes meretrices. Mulierũ vtiq; liberarum & castarum hoc non fuerit,in talibus retib⁹ deliciari. Quoniã & hinc iterũ aliud ignominiæ argumentũ, & quanto magis imperant viris,& grauiora iniungũt, tanto magis seipsas confundũt cũ ipsis. Nõ enim quę seruire facit viros mulier,sed quæ reueretur,omnib⁹ est reuerẽda & gloriosa. Si autẽ nõ sustinuerũt hęc nostra verba, dei lex occludere ora earũ potest, sic dicẽs: Ad virũ tuũ cõuersio tua,& ipse tui dominabitur. Caput omnino mulieris vir. Et aliunde è multis locis quis hoc inueniet sic legib⁹ cautũ, & hũc supernè datũ esse ordinẽ: atq; magna fœditas,si superiora fiant inferiora,& caput deorsum & corp⁹ sursum. In nuptiis autẽ hoc turpe, multo autẽ magis in coniugiis, vbi non solũ hoc graue est,quòd sit trãsgressio diuinę legis,sed pessimã & mulieri & illi affert famã. Nã si cohabitare est turpe,multo magis cohabitãdo in seruitutẽ redigi. Non enim vndequaq; imperare laudẽ habet,sed probatur nonnunquã nõ imperare,& turpe est imperare. Itaq; si vis in admiratiõe esse apud viros,nihil tibi cõmune sit cũ ipsis. Procul à cõgressu & aspectu & cohabitatione illorũ esto,tunc te & mulieres obstupescent, & viri omnes simul admirabuntur, vtpote virginẽ spõso indiuulse assidentẽ,tunc non domestici solum, sed & Iudæi & Gentiles,& omne hominũ probabit gen⁹: atque adeò si gloriã amas, hanc vade viã non aliam, tunc te non iam illius vocabũt,sed Christi. Huius autem ornatus alius par à nullo tibi erit. Vel pauca hæc, dic mihi,quæ toto die canũtur & in foro,& in domibus,& in aliis ciuitatibus. Puella quædã formosa valde & adolescẽs,si voluisset,multos præsides ad se attrahere potuisset,sed noluit, imò voluit quæcũq; sustinere & pati q̃ Christi amorẽ relinquere, & castitatis florẽ obscurare. beata & bis & ter & sæpius, & digna tãtis frui bonis:qualẽ accipiet coronã, quantam mercedẽ accipiet, cũ quibus immortalibus certabit virtutibus? Hæc & talia de hac omnes dicũt, & ad æmulationẽ sui filiabus proponunt:& si quis admonere honeste viuentẽ,& si quis corruptam ad modestiã reducere voluerit, hæc illi iterũ omnes encomia in medium ferent:non hic autẽ solum,sed & quoties de virginitate fit sermo:& sic omnes laudabunt,non solum qui caste viuũt,sed & illi q̃ studuere & omnia fecerunt vt ipsam procando obtineant: deinde vbi cõtempti & despecti fuerunt,ipsa quidẽ tanta,& multo maiore quàm dicta est,fruet gloria. Quæ autẽ cohabitantes habet, omnia secus reperit: & primo quidẽ quãdo ab aliquibus pollutis accusatur virginitas. De vtriq; enim habetur memoria in talibus conuentibus, sed illa quidẽ aperit ora defensantiũ, ista autem accusantiũ. Postea quando corrigi aliquam & compositam reddi decet, hæc quidẽ vt pharmacon vtile, & quod putredinem repellere potest in mediũ affert, & præceptoris os ornat: illa autẽ,cum confusa steterit, tametsi nõ affit erubescẽs & confusa. Necesse em̃ vt peccans in singulis accusetur, & iterum cõfundatur: & vbi de re hac sermo fit, sicut illa beata, ita illa misera & calamitosa, & omnia talia audiuntur. Et sicut illam non qui vident solum, sed & qui ignorant, & nullo beneficio affecti,celebrãt, & hymnis laudãt: ita &

Gene. 3.

Hier. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita & hanc quotquot sciunt vel ignorant, & qui nihil A mali ab ea passi, affligunt & criminãtur. Nam hi quidem recte viuentes, non à notis solum, sed & ignotis, sed & ab ipsis inimicis laudãtur, & admirationi sunt: qui autẽ corrupti & improbi, & ab amicis affliguntur. Et hoc diuinæ prouidẽtiæ opus est, quod tantam nobis virtutis familiaritatẽ & cognationem, & tantam vitiorũ abominationem indidit. Ita illa quidem (de virtute loquor) omniũ calculo probatur, etiã absentium. Hæc vero, malitia scilicet, condẽnatur etiã ab his, qui virtutẽ non curant, & auersantur ac persequuntur. Vnde clarũ, quòd ignauas illas non ij solum qui viderũt, sed & qui nescierũt, auersantur: & maxime omniũ ij qui cohabitant. Nam etsi valde dicant quòd vos diligant, & admirentur, etsi gratiã habeant ꝓ hac voluptate, próq; his, quæ donatis: attamẽ odio iterum eritis conscientiis eorũ, vbi parũ resipuerint, B & intellexerint quo laqueo fuerint capti. Tantũ malum est hoc peccatũ, vt hi quos maxime omnium curatis, vos potissimum condemnaturi sint, quoniam & maxime omniũ vestra sciunt in penitissima admissi, & secreta vestra infãda probauerũt. & quòd oderũt, manifestũ inde: sæpius voluerũt ab hac scabie & hoc morbo graui liberari, & oderũt omnes qui sciũt: sciũt autẽ non minus qui sunt domi suæ, quàm qui nõ. Nã licet quis valde miser & calamitosus sit, non est tamẽ ita desperatus, & valde suã confundi cupiens gloriã, vt velit in turpitudine viuere, & esse in ore omniũ, accusari, rideri, & opprobrari, & spectaculum esse foro cõmune, & omniũ digitis mõstrari per ignominiam. Enimuero non parua his insuauitas ab huiusmodi suspicione nascitur, & insidens conscientia cõtinuo turbatur, & omni vermiculo solidius inhærendo mentẽ C intus depascitur. Si autẽ hæc ab hominibus sequitur confusio, & nihil manifeste dicẽtibus, & domi quoq; seipsos reprehendentibus talis est dolor: quando ad ipsum abituri sumus sponsum iniuria affectũ, quando & quæ incerta in mediũ ducentur, quando & corda reuelabuntur, & sermo, & figura, & visus, & cogitatio, transeo quæ his turpiora: quãdo igitur omnia simpliciter in orbe toto nuda apparebunt, & exuta, quantã sustinebimus ignominiã, & suppliciũ, & vindictam? Tunc eñ si non patrocinabitur fulgens virtutibus anima, vt congruũ est illi sponso, si non omni labe, macula, & ruga sit pura, peribit, & extrema feret. Etenim non magna macula sufficit ad eiiciendã eam. Quòd si vna macula eiicere sufficit, quãdo multa sordes est, & tãtus fœtor, & plurima vbiq; vlcera, quis eam eruet è supplicio & illa pœna? Nã si hic ita improba & in- D suauis eius vita, & omnes eam auersantur, & amici & inimici, quomodo poterit ad regia trãscẽdere vestibula tanta luti varietate oblita? Nõ vides, quòd neq; in domo viri priuati & vilis ferret quis porcum luto volutatũ intus ostẽdi, sed iussu eius abigũt & insequũtur omnes, & ianuas recludũt, & fugãt procul? Si autem brutũ animal, præsertim in luto educatum, non ferunt homines intus excipi cũ macula, quomodo in cœlestia tabernacula vbi tãta claritas, vbi omnia fulgida, vbi lux inaccessa, vbi fulgure omni fulgidiores occurrent fulgẽtes virgines, poterit quis sic coinquinatus ingredi? Quæ non habent oleũ, à thalamo exclusæ sunt, & quomodo vos adyta illa vt ingrediamini expectatis? Etenim multo hoc difficilius peccatũ. Non eñ est par, corporeã voluptate coinquinari, & multas perdere animas. Illæ quidẽ pauperes nulla in re affecerunt iniuria, sed quia sua illis non impartitæ sunt, neque eorũ inopiam leuauerunt, hęc passæ sunt: tu autem iniuria affecisti, & expulisti, & non solũ non profuisti, sed & maxime nocuisti. Quòd si quæ nihil profuerunt, tantã dederũt pœnam, præsertim virginitate syncera manente: quę autẽ non solum inutiles aliis, sed & plurimũ seipsas nocuerunt, & cohabitantes, & scandalizatos, & præ omnibus nomẽ sponsi cõtumelia affecerunt, qualẽ sustinebunt cruciatum? An nescitis qualẽ rem aggressæ? in quem agonem instructæ estis? quam prælij partẽ sortitæ? cuius ordinis in exercitu hæredes & occupatrices estis? Apud ipsum belli ducẽ, imò apud ipsum habitatis regẽ, & militatis. Sicut igitur in bellis nõ vnũ locũ exercitus omnis occupat, sed alij cornua agminis, alij mediũ, alij postrema, alij frontẽ phalangis ornant, alij autẽ vbiubi rex comparet, ibi cũ ipso apparent: sic quoque & virginum chorus nullũ alium, nisi hunc ordinem sortitus est. Nõ sic ij qui aureas togas induti, & equis auro ornatis vecti, & aurea ferẽtes sceptra, & gẽmata monilia, præsentes regi videri debent, vt virgo Christo. Nam illi quidẽ apud ipsum currum regium versantur: virgo autẽ regius quoque currus fit, sicut Cherubin, si vult, & adstat ipsi sicut Seraphin. Igitur cum in publicũ se recipit, oportet & omnis philosophiæ specimen præ se ferat, & omnes in stuporẽ conuertat, sicut angelus si nũc è cœlo descẽderet, & sicut Cherubin aliquis si in terris appareret, oẽs homines in stuporem conuerteret: sic & virginẽ, omnes qui eam vident, adducere in admirationẽ & stuporem suæ sanctimonię oportet. Nam dũ vadit, quasi per desertum eat: quãdo autẽ sedet in ecclesia, profũdissimo silẽtio oculus nullũ videat prætereuntiũ, nõ mulierum, non virorũ, sed solum sponsum & præsentẽ & cõspicuũ. Concedens autẽ iterũ in domũ, ei in precibus loquatur, & eius solius vocẽ per scripturas audiat, & in domo eũ quẽ desiderat & amat, solũ cogitet, vt peregrina & aduena oĩa faciat, quasi res præsentes nihil ad eã pertineant: & non solũ masculorum fugiat aspectus, sed & cõuentum secularium mulierum: tantáq; corpori suppeditet, quãta necesse, & vniuersa in animę salutẽ impẽdat. Quis nõ admiretur, quis nõ obstupescat, in muliebri natura vitã talẽ angelicam intuens? Quis autẽ homo existens, accedere, quis tangere audeat tã flagrantem animã? Eapropter omnes quidẽ ab ea abstinent, & spõte & inuiti. Omnes item in stuporẽ vertuntur, vtpote aurũ fulgens & ignitum vidẽtes. Nam & auri natura habet per se multũ fulgoris, cum autem & ignẽ in se tenet, maiori miraculo est & terribilior. Quòd si hoc in corpore: quãdo idem in anima contigit aurea, nõ tunc hominibus solũ, sed & angelis desiderabile erit hoc spectaculũ. Quare ergo vestib⁹ tepipsam ornas, quę à flãma tantũ habes ornatũ? Etenim vestes non sunt datæ vt eis ornemur, sed vt nuditatis fœditatẽ occultemus, non vt talibus induamur, quæ nos maiori turpitudini, quàm ipsa nuditas, exponant. Idcirco & Adã induit de⁹ vestes pelliceas, similiter & eius mulierẽ, quamuis si voluisset, delicatis eũ potuisset induere vestib⁹: sed nobis denuo & per illas ostẽdit, quòd nõ sit præsens tẽpus deliciarum, sed gemẽdi & plangẽdi. Quod si ignominię est & condẽnationis, & ex peccato venit hoc amictu indigere, quid reprehẽsionis materiã auges? An nõ satis casum nostrũ indicat, quòd vestiũ sumus indigi? Cur crimen exaggeras? cur visu ampliore accusationẽ auges? Oportebat enim

eñ eiulare & gemere, & corpus ipsum castigare, iux- A
1.Cor.9. ta Paulum: nos autẽ sedemus, & velamẽta artificiose contexentes, sicut si quis tegmẽta circa oculos dolẽtes habẽs, cogatur ea considerare, & adhuc ornet velamẽta hæc. Propterea Helias, propterea Ioãnes simplicem habentes amictũ, & pelliceas tunicas, & vestibus è pilis induti anhelabãt & concupiscebant iudumenta incorruptionis accipere. Tu autẽ mulieres in fornice præcellis vestiũ curiositate, quibus insidias adulescẽtibus elegãtioribus pares. Non sic te indui & ornari vult spõsus, sed in anima tua omnem repoñere gloriam iussit: tu autem illã negligis, & lutum ac cinerem variè decoras, & amatores incontinẽtes illicis, & adulteros facis omnes, vt ita dicam, qui te vident. Et cum frequẽter ignem hinc conflas, puto neq; te inficias ire, quod inde ignominia & probra sequantur, id quod & ab amatoribus tuis declarabo. Nã quæ animam ornant, deũ suæ pulchritudinis habent amatorem: tu vero homines, imò neq; homines, sed porcos & canes, & illis brutiores. Quis sic insipiẽs, vt te ornatiorem illis putet, quarũ desiderio deus fertur ob internam formositatem? Atq; adeò, quanto curiositati plus vacas, tanto abominabilior facta es: & deum quidem à te auertis, hos autem illicis: tantóq; magis fœda ac turpis appares. Nam quomodo nõ turpis, si deũ allicere nõ potes? Quòd si quæ se ornat, adeò ingrata: quæ cohabitantem habet, cogita quantum conciliet sibi odiũ. Sed si videtur, non cohabitationẽ dicamus solum, sed ipsam aperiamus palam, vt magis fœda videatur. Nam quoniam non timent oculũ sporis nescium, sed oculi hominũ timor eorũ, age & ipsas hac consolatione priuemus, quę occulta & tecta in parietibus in medium afferentes, aperiemus ianuã his qui videre ea volũt, à lecto ipsas primũ excitantes: imò si C videtur, primũ exquiramus quæ per domum contingũt, & ponamus parietib⁹ ipsas cohiberi, & cubiculis variis sedere. Non eñ puto aliquẽ, & si valde fœditatis obnoxi⁹, ita seipsum traduci velle, vt in vno cohabitet cubiculo. Sint igit̃ disiũcti parietibus, & quid hoc fuerit? Non enim sufficit vt à suspicione liberentur. Verum nũc de suspicione nihil. Nam licet ancillę plurimæ ei cohabitẽt. Aliam autem turpitudinem iã exquiremus. Euenit enim cũ per idẽ tempus surgũt, non ob matutinas horas (nihil enim vnquã pium ab his animabus fieri solet) vt trãseant ad se inuicem iacentes, & compellẽt nocte, quo quid fit turpius? Quòd si contingat repente & cohabitantem ægrotare, neq; parietũ hic postea aliqua vtilitas, sed exurgẽs præ aliis ad virginem iacentem ingreditur, infirmitatem prætexẽs, & ancillis sæpe tardius paratis, & assidet, & alia D curat, quæ mulierem quandoq; solam vix ministrare fas est, & neq; ob illa pudefit, sed gloriam putat, neq; ipse erubescit, sed magis gaudet, & tanto magis, quãto fœdiorem seruitutẽ subit, & apostolicum illud verPhilip.3. bum quod dicit, Gloria in cõfusione ipsorum, re ipsa monstratur. Vbi autem & ancillæ surrexerint, maior turpitudo, nã & intecto capite, & vna tunica, & nudis manibus vtpote turbatæ, & in nocte surgentes discurrũt illo præsente, imò in medio versante & simul currente, omnia coguntur implere: quo quid fieret fœdius? Quòd si & obstetrix adsit, neq; sic pudefit, sed & aliis virginibus ingredientibus officium suũ facit. Ad vnum enim solum spectat, quomodo monstret ægrotanti suum ministeriũ, ignorans, quòd quo magis suã diligentiam monstrat, tanto magis & seipsum & illã confundat. Et quid mirũ, si præsens non erubescat? sæ- A
pe enim mediis noctibus vilium ancillarum opus facturus, ad ipsam currere non grauatur. Quando autẽ adest, nunc quidẽ ipsum eiiciunt & inuitum, licet valde impudens: nunc autẽ admonent, vt iterum ingrediatur, & assideat: quãuis cur quis etiam plurima studiose colligat, vt illum confusibilem reddat, & talem qualem ipse se, dum multa talia parat sibi, efficit? Vbi autem dies illuxerit, & vtroq; lecto fugere oportet, custodiæ & obseruationes sunt, ne quis ad exteriorẽ domuneulã progrediatur: ne ipsa terreatur. Sæpe autem progressa & forte nudo corpore ad virum accedit, & ille hoc ipsum videns parum curat, nũc quidem misso nuncio ingreditur, nunc autem sine obseruatione, & multum excitat risum. Nihil enim dicere volo. Hæc autẽ quanuis parua, tamen magnę libidinis carbones accẽdere consueuerũt. Et hoc quidẽ domi, & B maiora his: quãdo autem in publicum iuerit rediturus, iterum maior confusio. In domũ suam ingressus, & dum non cogitur prænunciare inuẽtis mulieribus assidentibus apud illam pudefacit, & ipsa sæpe ita afficitur, turpéq; censet si mulier mulierem excipiat, & vir virum: mutuam autem suam consuetudinem non abhorrent, nec vitant: cauent autem ne cognatos hospitio excipiãt. Quo quid deterius fit? Accidit interdum, vt ipsum mulieres inueniant assidentem extentę & fusum habenti. Quis diceret iurgia, quotidianas lites, etiam si multa amicitia & pax sit? sed & hæc contingere verisimile. Audiui autẽ & de aliquibus quòd zelotypi sunt. Nam vbi non est dilectio spiritualis, & hoc necesse est fieri, ibi & varij cæsus, ibi virgines reddũtur impudentes & seruiles, etsi corpore non corrumpantur, moribus tamen. Quãdo enim discit liberę loqui viro, cõsidere, in eũ obtueri, & ridere, & multa alia fœda agere, neq; hoc graue aliquid esse putat: sustollit virginitatis velum, & conculcat florẽ: ibi nihil grauantur, neque deprecantur, sed & internunciæ nuptiarum fiunt, & institoriam scortorũ obcũt, multásque volentes esse viduas prohibent. Et putantes se suorum malorum defensionẽ inuenisse, ibi omnibus despicabiles sunt, ibi & nuptæ ipsarũ nomine erubescunt, vtpote in omnibus melius agẽtes. Multo enim melius & vno & altero coniugio coniungi, quàm hęc fœda agere, & internunciorum & paranymphorum suspicione fugillari ab omnibus, quòd à suauitate nuptiarum se abstrahãt, & oneribus nuptiarũ se subdãt. Quid enim onerosius quàm virum habere, & solicitũ esse de his quæ illius? Exonerauit te ab hac molestia deus. Ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui domi- Gen.4. nabitur. Soluta es per virginitatem, quid iterũ te seruituti subiicis? Liberam te fecit deus, tu autem tibiipsi plectis negocia. Nullus solicitam te fecit, tu autẽ negocia plectis. Sed quoniã solicitudinis mentio incidit, tempestiue hæc dicẽti aduenit apostolicum illud. Nam si cohabitare viris mulieres, & mulieribus viros curas tolleret, ad continentiã adhortando Paulus non dixisset: Volo autem vos sine solicitudine es- 1.Cor.7. se, vt & hac nos admoneat. Quid eñ vultis, ait, quietem & libertatem? Deinde nõ videtis contrariũ euenire seruitutem & labores & miserias multas, dum viris cohabitatur? Multæ igit̃ sæpe relictis viris ob hoc non iterum nubũt, ne sub iugo seruitutis sint. Prorsus autẽ si in paupertate viuis & omni tutore cares, virtutem vitę ostendas, & cũ viro nihil habe cõmune. Cõiunge te mulieribus quę honestè vixerunt, & neq; tuã

Universidad de Deusto
Biblioteca

coronã dispердes,& omni perfrueris satietate. Quod si hoc insufficiens esse putas,quære diligẽter,& omnino inuenies,imò non necessarium est quærere. Nam sicut ad lucem occurrimus omnes,si refulgebũt radij vitæ tuæ,omnes accurrent diligentes, vnaquæq; tibi ordinẽ iniunget ministræ, & te domus suæ securitatem putabit esse,& ornatũ vitæ & coronam, secundũ sermonẽ Christi. Quærite enim,ait, regnũ cœlorum, *Matt.6.* & omnia hæc adiicientur vobis. Nunc autẽ & nos authores sumus , vt ex hac seculari fœlicitate excidam°, & cœlestia quoq; negligamus. Nos autem quãdo dico,nõ viros solũ dico , sed & vos,& vos magis quàm viros. Quoniam ab initio ob hoc grauiorem pœnam accepit mulier,& deceptionẽ magis attulit : propter hoc & decipientem magis quàm deceptũ puniuit deus:quod & nũc erit,si nõ volueritis corrigi,& ad propriam redire nobilitatem : propter hoc enim & mulier tunc reprehẽsa,quòd viro dedit de fructu,nõ audebat dicere,quod oportebat,cũ vir nõ deberet per- *Gene.3.* suaderi neq; decipi : sed hanc quidẽ vtpote frigidam defensionem tacuit , ad aliam autem venit infirmam quidem & ipsam, attamẽ plus hac habẽtem rationis. Vnde manifestũ quod qui prætexunt deceptores,rectius in se deceptos quàm in deceptores culpã ingerere possunt. Scortum accersit contumelia afficientẽ suum corpus,& postquam cum illo dormierit,iterum dimittit : tu autem vbi vocaris eum qui iniuria afficit tuam animã,& corrumpit,semper ipsum includis, & non permittis exire,vinculáque grauia iniicis,adulatione,cura & aliis operibus , & putas te glorificari cũ teipsam ita confundis?Non cogitas tu,dic mihi,præsentem vitam quàm breuis , vt somniis assimiletur,& flosculis marcescentibus,& vmbræ prætereunti? Cur vis deliciari nũc in somnio,& puniri tunc in veritate? Quanuis neque delicias hæc res habet. Quomodo enim,vbi condemnatio,& reprehẽsiones,& conuicia, & scãdala? Verũ si & deliciæ sint, quid est parua aquę *Psal. 44.* gutta ad immensum mare? Audi filia & vide,& inclina aurem tuam,& obliuiscere populũ,& domum patris tui,& concupiscet rex decorẽ tuũ, ad orbem terræ aliquando male affectũ dicebat Dauid . Hoc igitur nos tibi occinemus , breue verbũ prophetæ submutantes,& dicemus cũ propheta:Audi filia & vide , & inclina aurem tuam , & obliuiscere malæ consuetudinis,& eorũ qui tibi male cohabitãt,& concupiscet rex pulchritudinẽ tuam . Quid tibi hoc maius? Quid itẽ par poterimus dicere , quàm vt cœli & terræ,& angelorum,& archãgelorum, & supernarũ virtutum dominum amatorẽ sortita , liberetis à vilibus conseruis,tuam nobilitatem confundẽtibus?Propter quod vtique & hic finire sermonem,bonũ. Nihil emi dicere poterimus , quod huic honori sit par . Nam si quæ sponsum in terra acceperit regẽ,omnibus se putat esse beatiorẽ:Tu habes autem non terrenum, nec cõseruum,sed eum qui in cœlis, eum qui super omnẽ principatum & potestatem,& virtutem,& omne nomen quod nominatur : eũ qui super Cherubin sedet, concutientem terrã,extendentem cœlum,terribilem & reuerendum Cherubin,inaccessum Seraphin,non sponsum solũ,sed amatorem , & amatorem omnium hominum ardentissimũ: quomodo non omnia relinquis quæ hic sunt , etiamsi animam ipsam relinquere oportet?Quoniam igitur sufficit,hoc verbũ solum,& plumbo omni grauius ad corrigendum & promouẽdum ad supernam conuersationem,& nos hic definimus,& te admonemus,& quasi diuinum aliquod cãticum accinimus,vt & in domo,& in foro,& in die,& in nocte,& in via,& in thalamo,& voce & mente cõtinue loquaris animæ,dicens : Audi anima & vide,& inclina aurem tuam,& obliuiscere malæ consuetudinis,& cõcupiscet rex pulchritudinem tuam.Et si hoc continue verbum dixeris,auro omni putiorem facies animam. Dictum enim hoc igne vehementius,& efficacius efflare tuas cogitationes,& omnes tuæ mentis maculas expurgare valebit,Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI aduersus eos qui apud se fouent sorores adoptiuas , quas συνεισάκτους & subintroductas vocant,& contra cõcubinarios,Sermo.

MAioribus nostris duę tantum cognitę fuerũt causæ propter quas mulieribus viri cohabitent. Et vna quidem vetus est ac iusta rationiq; consentanea : nempe matrimonium , quod deo legislatore institutum. Propter hoc *Gen.2.* enim , inquit , relinquẽt vir patrem suum & matrem suam,& adhærebit vxori suæ, erúntq; duo in carnem vnam. Altera vero posterior & ex confesso iniusta, & legi aduersa , nempe stuprum,quod à malignis introductum est dæmonibus . Atqui nostra hac ætate tertius quidam nouus & insolitus mos prodiit, cuius causam haud facile inuestigaueris . Sunt enim nonnulli , qui puellas nuptiarum inexpertas domum ducant,& vsq; in extremam senectam incluſas tenent,ac fouent,non procreandorum puerorum gratia, negãt enim se cum illis rem habere : neque libidinis causa: aiunt enim quòd illas & integras & incorruptas seruent. Et si quis ab eis causam rogauerit , dicunt sibi multas esse:sed fingunt. Ego enim nullam eos habere crediderim,quæ vel honesta vel idonea sit. Verum de his nunc non dicemus. Afferemus autem in medium, quam nos potissimũ causam suspicemur. Et quænam illa? Omnino, si à scopo aberrauero , fas vobis esto vt me redarguatis . Et quænam causa? quis ille prætextus? Videtur mihi mulieris conuictus , etiam absque nuptiis ac cõgressu,voluptatis habere nõnihil. Quòd si non recte sentio, non est quòd dicam. Meam vobis sententiam narro, mox autem non meam solum, sed & illorũ dicam:nã & illis sic videtur. Quod inde colliquescit. Tantã enim gloriam,& tanta scandala neutiquam despicerent,nisi ingens quædam & vehemẽs cohabitandi voluptas esset. Precor vt nobis venia detur,desitq; indignatio . Neq; enim temere, & simpliciter inimicos vellem . Non sum tam miser ac ærumnosus,q temere omnes offẽdere velim:sed valde doleo ac crucior,& gloriã dei blasphemari , & multorũ salutem propter voluptatem hãc paulatim perire. Et habet voluptas hæc maiorem cohabitandi amorem, quàm legitimæ nuptiæ.Quod nũc forte vobis mirum videtur:sed vbi quod auditis declarabo , eritis & vos mihi testes.Etenim cũ legitima muliere congredi, cũ non sit vetitum, concupiscentiæ vehementiã demulcet,& sæpenumero satietatẽ affert, immodicũ restinguens ardorem.Præterea partus & partuum dolores, puerorúmq; procreationes ac educationes,necnõ & frequẽtes qui ex his sequũtur morbi, corpus affligũt, florem ætatis marcidum reddunt,inualidúmq; voluptatis calcar faciũt . In virgine autẽ cohabitatrice nihil horũ reperies. Abest enim coitus, qui naturæ impetum deprimat,ac calcar obtũdat:neq; dolores partus,neque puerorũ educationes carnem languescere faciunt:

faciunt: sed iuuenilem virgorẽ diu conseruat,vtpote intacta manẽs.Vnde post partus & educationes puerorum, corpora vxorum infirmiora fiunt : illa autem vsque in quadragesimũ annum in sua permanet forma,& cũ virginibus iam elocandis certat : hinc est q cohabitantes duplici igne accẽduntur: nam & ardor eorũ non restinguitur coitu eis interdicto , & ardoris fomes redditur validior . Quam ergo huius cõtubernij causam suspicer?Sed ne valde succẽseamus eis,neque difficiles simus & importuni.Nam qui ægrũ vult restituere,nõ hoc agit ira & verberibus,sed aptat magis pharmaca magna cura,& blãda adhortatiõe.Nobis,quãuis illos punire & eis indignari liceret,vtpote in iudicũ adscitis ordinem: non tamen hoc facimus, sed medicorũ magis , & eorũ qui curare solent, morẽ sequi lubet:vnde obsecram° & adhortamur,& eorum si opus est genua attingimus,si fortè quod agendum susceperimus , perficiamus . Igitur quemadmodũ medici,q ægros à cibo vel potu nociuo abarcere cupiunt,licet illa mixtam habeant voluptatẽ, ante omnia tamen persuadent , inesse illis præter nocumenta etiam multũ insuauitatis:sic& nos faciemus,commõstrãdo illis quòd cohabitatio illa,quãuis suauis & iucunda videatur,pernicios sit,& nihilo melior,quàm mortiferæ potiones. Et videtur quidem multã habere lętitiam,latet tamen multũ in ea amaritudinis,quã animę quę voluptatibus oblectatur,infundit. Nã qui persuasus discedit,facile discedit. Sanè q metu & necessitate à dilecta seiungitur,fortior amator fit,& fortassis iterum ad illam accedet:at si vt rem damnosam & amaram fugit , haudquaquã iterum reuertitur ob calculum sententiæ suæ,quę quauis necessitate violẽtius illi persuadet.Quocirca quomodo persuadebim° illis,quòd hoc non solũ noceat,sed & amarum sit? & quomodo aliter,quàm ex ipsa rerum natura?Interrogam° ergo eos,si quis mẽsa sumptuosa appositа,variis dulcissimísq; plena eduliis,denũciet summis minis,ne quid propositorum contingatur:non velint ad talem mensam considere,& seipsos cruciare?Ego vtiq; non opinor:neq; enim ex aspectu voluptate fruẽtur,quãtam tristitiam ex interdicto concipiẽt.Quid autem si quis sitienti & ardẽti prę siti fontẽ limpidum & purũ demonstratum,non solũ non degustare,sed ne extremis quidẽ digitis contingere permitteret,an quid eo cruciatu acerbius?Neq; hic mihi contradixerit vllus. *Tantalus.* Tantum enim hoc malũ est,vt etiã exteri , qui plurimum valent in naturæ voluptate & tristitia expendẽda, volentes effingere quosdã qui valde cruciantur, talem quandam fabulã in medio proferant.Introducitur in fabula extremo supplicio afficiẽdus,cui ostẽditur omniũ ciborum copia,& præterfluẽs aqua: nec conceditur,vt aliquo istorũ fruatur : & cum extendit ille manum,omnia quæ videntur,à tactu fugiũt, fitq; hoc semper.Et hæc est externorũ fabula. Et philosophorum quidã, cum vidisset sodalium quendã osculum formoso puero dare,admirabũdus dixit:Cur tãtum intra se caminum accendere, & in ignem se ausire cum periculo iniicere?Ego autem non idem dixerim de his qui cohabitantes amant & contrectãt?At si qui sunt qui hæc calumniẽtur,demõstrare tentabo,quod & hi illo vsq; perueniant,& durius sibi quàm sit dictũ suppliciũ accersant.Nam si aspectus solus tantum infert dolorem:quanto maiorem & contactus accẽdit? ex quo vt est voluptas multo crassior, quàm ex aspectu:ita maiorẽ struit flammã,& acerbiorem efficit dolorem,qui magis quàm fera exasperatur.Quãto enim magis cõcupiscẽtias augemus, & plurima eis fométa suppeditamus,tanto & dolores nostri magis intendũtur.Et quemadmodũ qui mensæ & fonti assident, nõ sic videndo dolent,vt cui permissum est attingere, & tamen ne degustet prohibetur:sic vtiq; qui ad cõtrectanda virginũ corpora admittuntur, grauius puniũtur,q qui ex solius spectaculi refocillatione hauriunt cruciatũ.Et quid op° est philosophari in his afferẽdo res externas?Dei em sententia his omnibus potẽtior, ipsa nobis ostendit rem ita sese habere . Nam cũ vellet punire Adã , non procul à paradiso ipsum habita- *Genes.3.* re fecit,sed prope paradisum , vt continuã pœnã haberet è spectaculo loci quẽ desiderabat,& eo quãuis semper illũ ante se videret,frui nõ permitteretur.Iam forte aliquis dixerit,& quomodo si hoc natura tam amarum,pleriq; tanto studio sectantur ? Ad quod ego dixerim,quòd istucipsum extremę ęgritudinis maximum est ærgumentum. Nam hic mos est ægrotantiũ, vt quęrant frigidã quandam,breuisque temporis voluptatem , vnde prolixiorem sibi conciliant pœnam. Hoc & in febrientibus videre quis potest,qui cũ paulisper abstinere nolunt à refocillatione momentanea vetitorum vel esculẽtorum , vel poculẽtorum,longũ quendam & difficillimũ inuehunt sibi morbũ.Oportet autem vt hi qui bene valent,nõ eorũ qui male habent sententiam & mores sequãtur.Nã si illos sequemur,& à medica arte,& à philosophia cõdẽnabimur. Non autem hoc solũ in febri cõtingit, vel mulierum amore,sed & in diuitiis & omnibus aliis qui ita ęgrotant.Etenim qui in pecunias insaniũt,licet sciãt quòd hi qui parua hæc indigis impartiantur , infinita bona inde capiant:detinẽt tamen ea & defodiunt,& bonis omnibus excidere malunt, ob frigidã breuẽmq; hãc voluptatulam,quàm ęterna pœna liberari,& immortalem vitã adipisci,illas ad breue tempus despiciẽdo. Hoc vtiq; & illis contingit ob paruam oculorum cõcupiscentiã: nam dum non ferunt vt seipsos aliquantisper contineant, intolerabilẽ intra se ignem cogũt: & quanto scilicet se magis oblectari putãt,tanto magis malo implicantur,diabolo suis artibus hoc curãte ad incrementum & perseuerantiã incendij,vt ardentes & delectentur, & doleant, absurdũ quoddam tẽperamentum in animabus suis plantantes . Iã quid si quis nos intẽperantiæ ob hæc verba condemnet?Sanè strenuos illos viros,& cum mulieribus habitantes, qui nihil graue patiãtur,beatos quidẽ dico, qui tales sunt,& vellẽ etiã ipse hoc robore donari: & ipse quidẽ fortè adducor vt credã, quòd possibile sit esse aliquos tales. Vellẽ tamẽ eos qui nos reprehendũt,posse hoc nobis persuadere,q adolescẽs feruẽs,puellæq; virgini cohabitãs,& ad latera eius assidẽs,& simul cœnans,& per diẽ totũ confabulãs, vt nihil aliud apponam,intẽpestiuos risus& effusos cachinnos,& mollia verba,atq; alia quæ dictu inhonesta audiens,& eadẽ habitans domo,eadémq; cõmunicans mensa,vbi vltro citróq; est libertas verborũ,nulla humanarum affectionũ capiatur,sed purus à mala voluptate & concupiscentia permaneat . Vellẽ hæc ab his qui nos arguunt me doceri posse:sed neq; ipsi volunt doceri,& reclamant nobis , quasi impudentibus & eodẽ morbo decũbentibus , suóq; vitio correptis si nos defendamus. Et quid hæc ad nos, inquit? Neq; nos sumus obnoxij insipientię alienę, neq; si quis stulte scãdalizetur,dignus ego sum,qui pœnas dẽ ob illius insipiẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.14. tiã. Sed Paulus nõ dixit hoc, sed iussit, vt si iniuste scã- A dalizetur aliquis, eius infirmitati cõsulatur. Tunc eñ solũ liberamur à pœna, quæ posita est in eos qui scãdalum dant aliis, si ex scandalo aliud quoddam lucrũ nascatur maius damno quod ex scandalo fit. Adeóq; si hoc non fuerit, & hoc solum obuenerit, vt scãdalizentur alij, siue ob rationem aliquã, siue ob nullã, siue vt infirmi offendãtur, sanguis illorum super caput nostrũ, & ex manibus nostris deus animas tales requiret. Et propter hoc ne per omnia curã nullã haberemus vel abiiceremus eorũ quibus offẽdiculo sumus, terminos quosdã & regulas tales nobis Christus prescripsit. Nã & hoc & illud fecit, nũc illos curans, nũc contemnens prout tempus postulabat. Enimuero cũ de natura ciborũ dissereret, & ostẽderet eam esse purã, & à Iudaica obseruatione liberaret, vbi scilicet Petro egresso & dicente, Scandalizati sunt: dixit: Sinite Matt.15. B ipsos. Et non solũ despexit, quin & accusauit. Omnis enim plantatio, quam non plãtauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Ita legem de cibis statuit. Vbi autẽ petebant à Petro drachmã, tunc non idem egit sicut antea, sed rationẽ habuit scandali, & ait: Vt autẽ non scandalizemus ipsos, mitte hamũ in mare, & piscem qui primũ egressus fuerit, tolle, inueniésq; in ore eius stater em: hunc acceptũ da pro me & te. Vides vt scãdali & curam habet, & negligit. Nam hoc loco nihil valde referebat etiã gloriam vnigeniti obscurari: aut quomodo, cum & alibi studuerit eã adumbrare, præceperitq; multis, ne cui dicerẽt quòd ipse esset Christus? Et propterea nihil dãni ex eo quòd depẽdit drachmum: si autem non soluisset, nata fuissent mala. Nam vt tyrannum & obluctantem & ciuitatis vniuersę inimicũ, & in extrema pericula iniicientem vtique auersati fuissent: & propterea ipsos q volebãt rapere C Christum, & facere regem, longius fugit, eámq; opinionẽ à multis, qui circa ipsum erant, repulit. Alio autem loco opus erat, vt corrigeretur factũ, propterea q; vtiliter ac tempestiue, & vt in meliori opere contempsit scandalũ. Etiã postea valde tempori cõgruebat, vt ad excellentiorem philosophiã ascensuri, nõ prohiberẽtur lege, quæ ad Iudæos pertinebat, sed abirẽt posthac ita vocante tempore ad animi puritatẽ, neq; remorarẽtur corporali obseruatione, sed permitterẽtur ab humilitate illa eximi. Sic & Paulus contempsit
1.Cor.10. cos qui scandalizabantur magistrum sequẽs, & dixit: Per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi conducit, sed quod multis, vt saluẽtur. Si autẽ Paulus suam cõtemnit vtilitatẽ, vt inueniat quod multis prosit: quanta nos digni erimus pœna, si neq; proprium fugimus damnũ, nec cogitamus quomodo inuenia- D mus quod vtile sit aliis? nos quoq; cum aliis suauiter perdimus, cum oportebat & nosipsos & alios seruare. Atque propter hoc cum videt maius lucrũ quàm dãnum quod oritur, contemnit eos qui scãdalum patiũtur. Vbi autem lucrum nullum, ipsum scandalizari solũ habet pro iusta causa, omnia & facere & pati paratus ne eueniat. Et nõ disputat talia more nostro. Non enim dicit, Quare sunt tã infirmi? quare tam stupidi? quare affectiones illas admittũt? Sed ea de causa ipsis potissimum parcit, quia ob rationis penuriam ita se habent, & ita infirmi sunt. Dic enim mihi, qualem ille rationabilem prætextum dicere potest qui scãdalizatur in comedente carnem & bibente vinum? An non hãc nobis legẽ deus ipse permittit? Veruntamẽ in his si scãdalizetur aliquis, Paulus abstinet. Nunquã enim carnem comedam, inquit, vt ne scandalizem fratrem: & nõ dixit, sicut nos, Subiiciendúsne ego alienę insipientiæ? nũ quia alicui simpliciori videtur esse scandalum, egóne dignus qui supplicium luam? Quãuis si etiam dixisset, multo tamẽ iustius dixisset quàm nos. Nam qui in illis scandalizatur, insensatus est, & valde insipiens. Verũ in his ipse multas iustas & dignas causas, quas dicere habet. At multo iustiores dixisset Paulus, si quidẽ dicere voluisset: at nõ dixit, sed ad vnum solum spectauit, nempe salutẽ proximi. Et vide eminentiam. Non enim dixit semel, aut bis, vel tanto aut tanto tempore: sed, in æternum, ait, non comedam, si scandalizetur alius. Et vt ne putes in his eũ subsistere, & aliud quiddã adiicit hoc maius. Vt enim dixit, bo- Rom.14. num est non comedere carnẽ, & non bibere vinum, coniũxit & illud: Neq; illud per quod frater tuus impingit, vel scãdalizatur, vel infirmatur. Et animaduerte sapientiam præceptoris. Relicto enim infirmo, fortem corrigit ante illũ. Nam fortis author est, quòd ille infirmus est, eo quòd possit infirmitatẽ corrigere, & nõ facit. Et quid dico de infirmis fratribus? Etenim Iudæis & gentibus iubet eandẽ curam impendi. Absque offendiculo eñ, ait, sitis & Iudæis & Gentibus, & 1.Cor.10. ecclesiæ dei. Itaq; quãto fortiorem esse dicis, nihilq; ab hac cohabitatione incõmodi accipere, tanto magis teipsum debitorẽ constituas, vt vinculũ hoc rumpas. Nam quãto fortior eras, tãto & iustior fuisses, infirmiorẽ gestãdo. Igitur si infirmas es, ppter te ipsum desiste: sin robustior, propter alterius infirmitatẽ. Nõ enim sibiipsi duntaxat, sed & aliis fortẽ esse oportet eum qui fortis est. Quòd si te fortem esse dicis, & infirmitatẽ illius cõtemnis: duplam dabis pœnam, tum quòd non pepercisti, tum quòd multa tibi vis erat vt illi parcere possis. Nã vnusquisq; nostrũ debitor est salutis proximi. Propterea iussi sumus, vt non quę no- 2.Cor.10. stra sunt, sed quæ proximi spectemus. Precio eñ ma- 1.Cor.6. gno empti sumus, & qui nos redemit, hoc præcepit in 7. communem animarum nostrarũ vtilitatem. Non enim hoc solum nostrũ est lucrũ, quando propria saluamus mẽbra, sed & quando alios in maiori securitate cõstituimus. Quãuis te perpetuo defẽdas, redargueris tamẽ per opera, damnum ex hac cohabitatione accepturus nõ vulgare. Quando enim te video ita auelli non posse, & despicere milia quæ offendunt, & non cõuerti te tã multis reprehẽdentibus, sed & gloriam tuam conculcare, ecclesiæq; accusationẽ vulgo proterere, & infideliũ ora laxare, & omnes mala opinione imbuere: & tanta quidẽ ex cohabitatione nobis nascuntur mala, nullũ autem prouenit bonum: ex separatione vero, horum omniũ malorũ subleuationem, multorum autem aliorum bonorum possessionem adipisci licet. Cæterũ quum nõ fers, vt à te trãseat, quomodo persuadere potero aliis, q; affectionis sis expers, & à concupiscẽtia mala purus? propter hæc nihil contẽdo: sed esto quòd sis etiam cohabitãdo purus, quanuis ne Iob quidẽ ille beatus ausus fuit tantam virtutẽ & sapientiam sibi adscribere, & de se ita testari. Sed qui omnẽ transcenderet virtutem, ex omnibus diaboli retibus extractus, & primus & solus tantam fortitudinẽ demonstrauit, & omne ferrum, & adamantem sua cõtinentia prętergressus, subnerauit diaboli potestatem: sic veritus erat talem pugnam, & putauit impossibile esse cohabitare virgini sine dãno & purum, adeo vt non solũ à cohabitatione tali procul & lõge seipsũ, sed & ab aspectu prorsus & occursu subdu-

su subduxerit, legémq; posuerit oculis suis omnino in A virginem ne respicere quidẽ: sciebat enim manifeste, quòd non solum cohabitãtem, sed & videntẽ curiose in faciem virginis, difficile, forte autem & impossibile sit effugere damnũ quod inde oritur. Propter qđ & dicebat, ne cogitẽ quidem de virgine. At si paruus videtur vobis ad certamen Iob, quanuis reuera neq; stercore illius simus digni: veruntamẽ licet minus tua magnanimitate esse putas exemplũ, cogita vocalissimum præconẽ veritatis, qui totum orbem circuit, & dicere potuit verba illa multa sapientia referta, quòd Galat.2. nõ iam ipse sit viuẽs, sed Christ⁹ in ipso: & quòd cru- 1.Cor.15. cifixus sit mundo, & mundus sibi: & quòd quotidie moriatur: post tantam spiritus gratiam, & tanta certaminum specimina, post tam innumera pericula, post tam eximiæ diligentiæ sapientiæ studiũ: declarat nobis & commonstrat, quòd donec spirauerimus, & hac carne fuerimus circũdati, certaminib⁹ nobis opus est B & laboribus: neque vnquam ocio temperantia paratur, sed multis sudoribus & laborib⁹ opus est. Ad hoc enim trophæum parandũ sic dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo: ne dum aliis prædicauero, ipse reprobus fiam. Hæc autẽ dicebat declarans seditionẽ carnis, & concupiscentię rabiem, prælióq; continuum, ac vitã semper in agone constitutam. Et idcirco etiam Christus arduitatẽ rei declarãs, neq; vel licite aspicere permittit mulierũ facies: quoniã & adulterorũ pœna puniendos sic spectantes interminatus est. Et cũ dixisset Petrus, nõ expedit vxorem ducere: nõ statuit legem, ne ducantur vxores, sed naturã rei declarãs dicebat: Qui potest capere capiat. Audimus autem & hoc nostro seculo, quòd nonnulli ferro totũ corpus obligantes, & sacco vestiẽtes, & ad C vertices montium currẽtes, & in continuis vigiliis ac inedia summa viuentes, & omnẽ disciplinæ seueritatẽ ostendẽtes, ab omnibus mulieribus segregati, ascẽdere in domunculã & tugurium, vt hac ratione seipsos castigantes concupiscentiæ furorẽ comprimãt. At tu dicis, quòd licet videas cohabitantẽ virgini, & alligatum, & deliciantẽ, & animam potius amittentẽ quàm cohabitatricem, paratúmq; omnia & facere & pati potius q̃ separari à dilecta: ne suspiceris aliquid mali, ne putes cõcupiscẽtiæ negociũ, sed pietatis potius. Admirãde vir, is affectus est his qui lapidibus cohabitant, non hominibus. Et tu quidẽ forte non credis ob magnã tuam continentiam. Ego autem audiui multos dicentes, quòd etiã multi apud lapides & statuas aliquid passi sint. Quòd si tantum valuit dura effigies, quantã operabitur insaniã in effigie pulchra D tenerum corpus? Quomodo non credẽtur magis verisimilia dicere qui nos accusant, quàm nos qui defendimus? Quid enim verisimile, dic mihi? An quòd vir mulierẽ concupiscit, vel quòd non concupiscit? Omnino dixerimus quòd concupiscat. Rursum quũ innumeræ causæ impellunt vt egrediatur, & non fert quòd egrediatur, sed vult vt intra domũ se cõtineat, haud in vllum bonũ: quin potius multa sunt probra, & dãna tã à suis quàm ab alienis. Quid hic verisimile? Ex bonó ne hoc agat̃ proposito, an ex malo? Opinor quis facile dixerit quòd ex malo. Veruntamẽ nõ de his ipsis diligẽter scrutabimur: sed ponatur, vt fingi potest, quòd ij qui scandalizantur, nõ scandalizentur iuste, sed temere & sine causa. Sed dic mihi, cuius gratia virgini cohabitas? Nulla enim alia causa cœpta est cohabitatio hęc, quàm ppter dilectionẽ & amorẽ. Sed circũscribe hoc, & auferetur rei vtilitas. Quis eñ qui vir est, vellet sine hac ferre necessitates, delicias, & iniurias mulierum & alias huius generis imperfectiones? Propterea & ab initio deus mulierẽ hoc robore armauit, bene sciẽs quòd valde despicabilis esset, nisi hoc sibi initio cõferret, & quòd nullus ei cohabitaturus esset, cui purificãdarum conscientiarũ est studiũ. nam quòd nunc tã necessariæ & vtiles sunt, ideo est, quia & pueros procreant, & domũ custodiũt, & alia multa his plura administrãt. Si igitur, inquam, quę viris ministrant, sæpe tamen contẽptæ sunt, vt & è domo eiiciantur: quomodo absq; concupiscentia nobis esse possunt dilectæ, præsertim à quib⁹ tot opprobria? Vel ergo causam cohabitationis dicite, vel nullã aliã suspicari necesse, quàm malã concupiscentiã, & ignominiosam voluptatẽ. Quid igitur si poterim⁹, ait, causam iustã & rationabilẽ dicere? Frustra hæc apud nos B dixeris, præsertim si nullam talẽ dices. Veruntamen & ipsam vellẽ dicere, si vel vmbram aliquã iusti prætextus dicere posses. Defensore caret, ait, virgo, neq; virum habet, neque tutorẽ, neque patrem, sæpe item nec fratrẽ, & indiget aliquo, qui ei manum præbeat, & solitariæ mœrorẽ consoletur, & vbique se pro ea opponat aduersariis, & ipsam in securitate & portu cõstituat. Quã tu mihi dic securitatẽ, quem portum narras? Portũ enim non arcentem fluctus, sed excitãtem: & portum non comprimentẽ tempestates, sed & proprias habentẽ & grauiores procellas. Non cõfundimini, nõ vultus vestros obtegitis ita vos defendentes? Nam hoc ministerio neq; excusatio, neq; dãnum, neq; scandalum nascereturꝛ sed fama adhuc salua liceret istuc ipsum facere. Cur igitur nõ estis misericordiores, & vt augeatis eius diuitias, & seculari studio dediti, & negociis vos immiscẽtes, ac in mundanis conuersantes curis, reditis in dispensatorũ & exactorum & mercatorum ordinem? Non poteritis de paupertate differere vel persuadere, vt facultates cõtemnantur, qui omnia facitis ne quid ex vestris facultatibus vobis decedat, vt opibus opes accrescãt, propter vos, & iterũ etiam propter illas institores facti. Neq; eñ ingenua & iucunda sunt vestra officia. Qui iussi estis portare crucẽ & seq̃ Christũ, abiecistis crucẽ, quasi effœminati milites scuto sublato ad fusum & calathũ considetis, propter aliũ turpiorẽ cõgressum aperta in præsentẽ vitam ianua. Non enim tam turpe est eos qui in matrimonio sunt hæc administrare, vt vos qui simulatis vos resiliisse à præsentium rerũ curis, ob alterius personã iterũ easdem subire. Propter- D ea helluonum, & adulatorum, & parasitorum, & mulieribus seruientium, vbiq; curam suscipimus, quandoquidem inhumanum abiectam omnẽ generositatem nobis superne datã seruilitate & vtilitate terrena commutamus. Et viduarum quidẽ dispẽsare opes noluerunt generosi olim illi viri: nam quum oriretur contẽtio eò quòd nullus esset qui administraret, existimauerũt hoc inferi⁹ esse sua philosophia, vnde aliis demandarũt. Nos autẽ nõ erubescimus diuitias alienas augere, cum damno earũ quas possidemus, nihilo meliores eunuchis illis in hoc potissimũ opus occupatis: qui ordinati vt quotidie sanguinẽ & animã pro viduis exponamus, & hęc nostra sunt arma? Quid igit̃? oportebit ne omnia quæ virgini sunt ablata cõtemnere, & quæ tollũtur & circunferũtur à cognatis, à familiaribus, & alienis & domesticis? Nõ profecto: bonam reddemus virgini retributionẽ, propter quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque nuptias habuit,neq; prę̃sentem mundum dilexit,sed pro omnibus Christũ rapuit. Sinemus illã iacere ante eos qui eã facultatibus suis priuãt?Et quanto satius erat nuptui esse traditã:vsámq; cohabitatore cui incumberet harũ rerũ administratio, quàm cum innupta manet,fœderáq; cũ deo conculcat, & iniuriam facit rei tam honestæ ac reuerẽdæ,& alios quoque ad suffragia suorũ malorũ trahit? Quo pacto autem hanc pro omnibus Christũ delegisse dices, cum
Matth.6. Christus dicat:Non potestis simul seruire deo & mãmonæ?Quo pacto item mundũ & prę̃sentia odio habere poterit, quę concupiscẽtias huius mundi nõ adspernandas suadet? Quomodo autem eam, quæ virtũ habet hortari potes,vt contemnat mundana, cum tu virgini diuitias conquiris, hãc ipsam olim relicturus, vt continuo seruiat domino, & indiuulse omnẽ vitã & omne studium in id negocij expendat?Quomodo poterit virgo philosophari,cum te virũ videat,& habitum in opinione aliqua, suis in opibus ita negociosum?Quomodo discet damnum contemptui habere, cum te videat omnia & facientẽ & patientem, vt illius opes accumules?Nõ sic nos deus à negociis liberari vult,sed cõtemnere facultates, & omnib⁹ quę ad hãc vitã pertinent renunciare: at non finitis vos, neq; cõceditis legẽ dei valere. Quid ergo,si aliorum opus habeat præfectura & patrocinio,dicit,interim multa ferens indigna? An nõ indigna sunt hæc virgine?Imò nihil tam indignum virgine, vt ditari & negociorum turba adobrui. Quid autẽ si & alia cũ his iubeat,qualia sunt fœnerari aureos:deinde nobis vocatis ad cõpositiones,nihil persuadeamus:& cũ persuasa nõ fuerit,nocuerit aliis:arguemúrne nos vt authores? Quid autem, si negociationes illas illiberales & seruiles instruat? Deinde cũ nos cooperari noluerim⁹,aliis quibusdã opus habet:digni ne erimus qui redarguamur? Nullo modo,quin potius digni qui laudemur. Itaq; si secus agitur,& accusationẽ meremur, q̃ earũ cooperarij similia facimus. Vis nõ auferri bona illius?admone eam vt deponat,vbi neq; viro opus habeat ad custodiam,& perpetuo inconsumpta maneãt: si autem voluerit opes habere, cuius gratia ludit in non ludicris? Nã si virgo hæc agat,ludit ludũ nõ iucundũ, sed mortiferum. Quandoquidem debitricem horũ certaminum se constituit,omnino indigna sua pollicitatione facit. Maior pœna,grauior vindicta. Num audisti qualẽ ipsi legẽ posuit Paulus, imò Christus qui per
1.Cor.7. illũ locut⁹ est,quòd diuisa est mulier,& virgo?Et quæ innupta est, cogitat quæ sunt domini, vt sit sancta & corpore,& spiritu? Sed vos nõ sinitis, ad omnia earũ desideria auscultãtes magis quàm emptitia mãcipia. Etiam dicit quis:Quid igitur,si extrema inopia laboret?Nam de abundãtibus bene à te dicta sunt. Quę autem in mẽdicitate & inopia multa neglectæ iacẽt,reprehendis nos,si iuuentur? Vtinam nõ deiecissetis & depulissetis eas in alia perditionis barathra, & bonũ esset.Enimuero si hac satis abductus persuasione,qui iussit præsse pauperib⁹:habes multos fratres ibi,persuade & monstra, vt subeat honestũ illud opus ab eo de quo nulla suboritur suspicio & scandalũ,eò quòd hoc loco eleemosyna omni inhumanitate & crudelitate sit deterior. Quę enim vtilitas,dum tu quidẽ corpus bene alis,animã autem expolias: quando vestem das,suspicione autẽ hac & nudis turpiorẽ facis,quando prodes in his quę sunt corporis, omnia autẽ spiritualia disperdis:quãdo ei multa præparas super terrã, ciicis autẽ è cœlis?Qualis autẽ hęc eleemosyna,quando gloria domini contemptui est, quando palã sunt opprobria & cõfusio,& conuicia,& scõmata, & eius cui misericordia fit, & aliorum multorũ qui scandalizantur?Nõ à misericorde, sed inhumana anima hęc proficiscuntur. Nam si ex misericordia & humanitate essent,hæc circa viros quoq; declarare oportebat. At mulieres,inquis, maiore opus habent cura: viri autẽ natura,multa habet adiumenta. Quin & in viris multi sunt mulieribus deterius habẽtes,& ob grãdem senectam,& ob valetudinem, & ob cæcitatẽ corporis, & ob morbos graues,aliáſq; id genus causas. Verũtamẽ quia maxime vobis curæ est mulierũ gen⁹,vtpote infirmius,& ad eas valde misericordes & compatientes estis,neq; hic hoc prætextu destituamini:sed ostẽdemus hæc argumenta in his quibus nihil suspicionis,& mercedis plurimũ. Sunt eñ & mulieres quædã quæ prę senio cõfectę,vel abiectis manibus,vel captę oculis,variisq; aliis morbis inualidę,& difficiliore morbis paupertate. Siquidem inopia, cũ prorsus nihil habetur,corporis morbos affert. Hæc autem paupertas à morbis quoq; grauior fit,& intolerabilior: has si inueneris,collige, imò in colligẽdis nullo opus erit labore,ita ante omnes iacẽt,paratę omnibus qui porrigãt manũ. Si opes habes,his expẽde:si validus es,has corporis ministerio adiuua,multa & hic opera videbis quę indigent corporali ministerio,& sumptu opũ & circũcursitatione. Nã opus habent vt illis assignentur domicilia,prę̃parẽtur potiones, & lauẽtur ipsæ & vestes,& curentur cibi boni,aliáq; multa,etiamsi folũ decem essent,quæ ita ægrotãt: nunc autẽ ciuitas nostra his tota impleta est, inueniéſq; mille aut duo milia quibus cura op⁹ foret. Istę desolatę sunt, istæ humi iacent. Hæc est eleemosyna, hæc est humanitas,hoc in gloriã transit dei, & in vtilitatẽ eorum qui vident, & qui accipiunt,& qui faciũt. Etenim iustius adiuuãtur infirmiores,quàm fortiores:& vetulę,quàm iuniores:& hę quibus neq; necessaria sunt, quàm illæ quæ mediocria possidẽt: & illæ quæ apud multos abominabiles,quàm quas multi adamãt:& illæ quæ cõtemptæ diu fuerunt ob intolerabiles dolores, quàm quę fauorẽ aliis cõciliare possunt. Ostende igitur q̃ propter deũ hoc facias,& illis opitulare. Quòd si has neque per somnũ videre vis, sed formosas & adolescẽtes obãbulando venaris, & illiberalis huius venationis causam quidẽ aliam habes non ferendã,prætexis autem aliã quæ in specie honesta & accepta est,nempe causam tutelæ:licet homines decipias,sed non itẽ tribunal dei, quod muneribus corrũpi nequit. Nam ob aliam quidem causam hæc facis, & aliã prætexis: nam dicitis,quòd propter deũ faciatis omnia, facitis autem opera quæ sunt inimicorũ dei. Ego autem & addo aliquid amplius. Ponamus enim quòd vera dicat qui sic dicit,& ab omni concupiscentia purus sit, neq; ex vllo alio, quàm ex sola pietate hãc præfecturam suscipiat:attamen neq; sic ipsum à pœnis fore liberum inueniemus. Nã si deessent occasiones alię, in quibus etiam pietatẽ declarare faceréque, nullis animabus in eo impingẽtibus posset:nec sic tamẽ hoc agere oporteret,vbi min⁹ lucro damnũ. Quomodo feres vt ob corporalia negocia vnius aut duarum virginum infinita multitudo animarũ iacturam faciat? Veruntamen nec sic grauissima est accusatio: cum autẽ innumeras inuenias vias,& alienas ab accusatione,& liberas à scandalis,& quę maiorẽ habent abundantiã: cuius

cuius gratia tibi ipsi necti negocia frustra & incassum, & lucrũ subtrahis, & periculose extruis, & ignominiose?Et liceret sine damno & cũ gloria. An nescis fulgidam Christiani vitam vsquequaq; lucere debere,& cum qui suam gloriam fœdet, vbique postea inutilẽ, & nihil magnum lucrari posse,etiam si fortunatus sit?
Marc.9. Nã si sal infatuatũ fuerit,dicit, ad quid valebit vltrà? Sal enim nos esse vult, & lumen & fermentũ deus,vt & alij à nobis vtilitatẽ accipiant. Quòd si homines irreprehẽsibiliter viuẽtes,vix conuertere valent negligentes:quomodo si illis damno simus, nõ vndequaque rei erimus?Nam sicut qui peruersam agit vitam, nũquam saluatur:ita neq; qui seipsum ignominia adspergit,pœnã effugere poterit. Quòd si etiã admirabile quiddam dicendũ,etiam si grauiter quis peccet, atque clam hoc faciat,& neminem scãdalizet,minorem dabit pœnã,quàm qui leuiter peccauit, idq; impudenter,& cum multorum scãdalo. Et ne dictũ admireris,neq; plus iusto dictũ putes,ipsam tibi hanc è cœlo sententriã afferemus, & hãc legẽ inde prolatam probabimus: nã beatũ Mosem omniũ qui super terram hominum mitissimũ,dei amicum,prophetarum maximum,quandoquidẽ deus aliis per ænigmata loquutus est,huic autem sicut amicus amico. Hunc talẽ qui multas miserias in deserto tulit, tot annis, qui in in extremis sæpe periculis fuit apud Aegyptios propter Iudæos & apud Iudæos,propsis ingratis: tamẽ hunc talem & tantũ nihil aliud prohibuit post tot ærumnas & labores multáq; prę̃clare gesta,promissione potiri,q̃ quòd scãdalizati sunt ij qui cũ ipso erant apud aquã. Et hoc est quod insinuabat deus dicẽdo:
Num.20. Quia nõ credidistis mihi vt sanctificaretis me corã filiis Israël, ꝓpter hoc nõ inducetis cõgregationẽ hãc in terrã,quã dedi eis. Quanuis autẽ ante hoc in nonnullis minus obedisset, cõtradixit enim deo semel ac iterũ cum mitteretur in Aegyptũ,& postea in deserto incredulus dicebat:Sexcenta milia sunt peditũ, & tu dixisti,carnẽ dabo ipsis,& comedent mensem dierũ: num oues & boues mactabũt,vel omnia edulia maris congregabũtur & sufficient ipsis?Et postea iterũ difficilem se reddidit,& populi præfecturã detrectabat, attamen nihil aliud potuit ipsum propositis præmiis priuare,quàm solũ illud quod apud aquã cõtigit: qđ natura quidẽ minus aliis erat, sed quia cum damno aliorũ fiebat,multo maius iudicatũ. Illa enim priuatim & occulte accidebãt,hoc autẽ manifeste,& apud populum omnẽ committebat. Propterea & reprehẽdes deus hoc,insinuabat dicẽs: Quia nõ sanctificastis me corã filiis Israël.peccati eorũ naturam detegẽs,& vnde factum quod veniã non mereatur declarans. Si autem talem virũ hoc fecit impingere,nos vermiculos & nullius pensi, quomodo nõ destruet & perdet? Nihil enim ita exacerbat deũ, vt quando nomẽ eius blasphematur. Vnde sursum ac deorsum apud Iudęos hoc iactat,eos reprehẽdens,quòd nomẽ meum pro-
Esaiæ.52. phanastis:& iterum,Vos prophanastis ipsum:&,Propter vos nomẽ meũ blasphematur in gentibus: & tãta ipsi cura ne eueniret quod euenit, vt & indignos sæpe saluarit,vt ne hoc fieret. Feci enim,ait,ne nomẽ meũ prophanetur,& nõ propter vos ego facio dom⁹ Israël,sed vt nomẽ meum non prophanetur. Iã Paulus anathema esse optabat pro gloria dei:& ipse Moses quoq; è libro vitæ deleri orabat pro gloria nominis dei:vos autẽ non solũ nihil eligitis pati,atq; adeo in ipsam inciditis blasphemiã, & oĩa facitis per quę illam augeatis,& quotidie intendatis. Quis igitur vos excusaret?quis itẽ ignosceret?Null⁹ est,& planè nullus. Tantam autem curã & deus facit,vt non blasphemetur nomen suum:similiter & sancti,nõ quòd deus opus habeat vt à nobis glorificetur: Nullius eñ indiget & perfectus est, sed ex ea re multũ damni hominibus. Quando enim apud nos male audit nomẽ dei, & gloria eius nobis nihil vltra prodest?Quòd si deus quũ accusatur,nihil prodest:multo minus vos. Omnia igitur faciamus,vt nulla sit occasio scandali,etiam si iniuste reprehẽdant:persuasionib⁹ diluamus crimina,& imitemur sanctos, quibus tantum fuit studiũ & gloriæ dei,& suæ propter deũ. Ne abiectis omnibus & conculcatis, sufficere arbitremur ad defensionẽ si dixerimus:Vestem emimus virgini, & calceos:& alia quæ ad corporalẽ curam virginis attinent, bene disposuimus. Quis,ait, administraret ea quæ domi nostræ?quis possessionibus intẽderet? quis præesset domui nobis absentibus?& cũ intus non sit mulier:quãdoquidem & hæc prioribus contraria,& turpiora. Et nullius ipsi curã habent,neque erubescũt, sicuti ebrij omne quod in buccam venit loquentes: quapropter neq; nos defatigabimur, etiamsi talia sunt quæ ab iis dicuntur,vt nullum respõsum mereãtur. Non grauabimur,inquam,& respõdere,& mansuetc cũ eis agere donec ab hac ebrietate illos liberemus, quantum scilicet ad nos attinet. Confundor quidẽ & erubesco cum hæc euertere attento,quibus cõtradicere illi nõ erubescunt, ferenda tamẽ omnino erubescẽtia propter eos qui erubescere nescĩũt. Etenim absurdũ fuerit, redarguentẽ eos qui fratres quos scandalizãt cõtemnunt,séq; ipsos confundũt, propter pudorẽ illorum curã abiicere. Dic enim:quæ sunt illa,quę domi agũt, propter quę tãtopere necessarius vsus virginis? Barbararum puellarũ tibi examina sunt,& nuper empta,quæ oportet erudire & ad lanificiũ & ad alia ministeria. Ad hęc dicis, promptuarium mihi est opum multarũ,& oportet custodẽ int⁹ semper sedere,& familiariũ malitiam obseruare,oculos virginis,cœnam quoque & cõuiuia cõtinue apparare, & oportet domum ornari,& coquos & mensæ ministros cura regi virginis. Sunt itẽ multi varij sumptus,sunt & cõtinui, & oportet aliquem semper præsidẽ esse,& superintẽdentem, vt custodiantur cum diligentia, vt ne illa à domo sine vtilitate elabantur. Nihil horũ ait,sed quo pacto ipsam hanc arcã & vestem,& aliam aspiciat facultatulam?bene verrat mẽsam, bene sternat lectum, & incendat ignem,& abluat pedes,& aliam quietem omnem præbeat. Deinde pro parua & frigida rę̃focillatione hac tantã feremus accusationem?tanta sustinebimus opprobria?Et quanto melius frater & facilius administraret?Natura enim fortior est muliere vir, vsu autem nobis magis familaris, & nõ tam sumptuosus. Mulier quippe, vtpote tenerior,& molliore indiget lectulo,& tenuiore vestitu, & fortassis puella altera,quę ei ministret:& non tantũ nobis ministeriũ præbebit,quanto ipsi opus erit apud nos: frater autẽ hic non tantis eget. Quòd si aliquo eget, eodẽ & nos indigemus,quod nõ paruę cõmoditatis,si contubernales non variis,sed iisdem vtantur: id quod certe in virgine non est. Primũ sanè siue lauari velit, siue nudare corp⁹,neq; frater ipsi ad hęc ministrabit,tametsi valde impudens sit,neq; ipsa sibi sufficiens est. Si autẽ fratres sunt qui cohabitant,vicissim ministrare poterunt. Itẽ quando dormire opus fuerit, virgine qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dē intus sedēte, & lectos seiunctos duos esse oportet, & strata duo, & lodices duos: si autē castius agant, & domicilia duo. At si fratres sint, iterum re familiari tāta non est opus. Etenim domus vna, ceruical vnū, & lectus vnus, & eadem tegmina vtrisq; sufficiunt: & in summa, si quis omniū pertractet ministeriū, hic multam inueniet facilitatem, alibi autem difficultatem. Et trāseo domus turpitudinem. Quale enim est, si in domū viri solitarij itur, videre calceos muliebres suspēsos, & cingula, & mitras, calathiscos & circulos, & pectines, & fusa, & alia quæ particulatim omnia numerare nō datur? Sin autē vlterius de his quæsieris, plurimus est risus. Primū quidē in puellarum tanta turba solus pascitur, quasi choraules in orchestra, qui in choro mulierum saltantiū concinit: quo quid turpius & inhonestius? Deinde disrumpitur tota die familiaribus succensens ob res quę ad mulieres spectant. Nā ei necessariū omnino silere, & omnia negligere, & ab illa increpari, vel dicentem & increpātem confundi, & vide quid contingat. Nam qui iussus est ne prope quidem ad temporalia negocia accedere, non solum tēporalia, sed muliebria ipsissima tractat. Etenim vasa muliebria afferre nō detrectabit argentariis, subinde rogās num speculum dominæ pręparatum sit, nū cadum, num lecythum reddiderint: nam in eam corruptionem venerunt omnia, vt pluribus vasis vtantur, quàm seculares virgines. Hinc iterū ad vnguentariā officinā currit disputans de aromatibus dominæ, sępe etiam plus quàm mediocri studio. Nec detrectabit si & pauper criminandus sit. Vtuntur autē & virgines vnguentis, nō modo variis, sed & sumptuosis. Deinde ab vnguentaria ad vendentē lintea: & ab illo iterum ad pellionē. Non enim verentur imperare hæc parua, quia vident eos valde obediētes, & gratiā habentes imperantibus maiorem, quàm alij ministrātibus. Hinc iterum si quando aliquid apparandū quod ad circungestabile tabernaculū hoc pertinet, vsque ad vesperam impransi persevērāt officinis affixi. Et de loco non est miraculum, sed quod & miseris famulis sunt molesti, & frequēti iniuria & inclamatiōe & clamore hos vrgēt. Cogita quātę hinc accusationes: ministēr em̄ iniuria affectus & pro talibus rebus, quia eū qui iniuria affecit nō alio modo vlcisci potest, lingua hoc facit, & occulta obtrectatione: nec parcit alicui corū, quin furori suo satisfaciat, sed tā immodice vlciscitur quantum verisimile est seruū ita exprobratū, & cui sola hæc est consolatio, è malis suis aduersus eū qui contristauit. Atqui pauperi, inquit, cohabitat, nec cū argentariis negocia habet: non em̄ paupertas sinit assidere officinis vnguētariis, & cū sutoribus, & textoribus, & variegatoribus & tinctoribus multū cōuersari: & quid opus catalogo omniū sordium, vt quādo in domū inducūt cerussæ & croci venditores, & deinde in foro talia iterū requirunt? Et hęc quidem in domo & foro contingunt, sed ferūt his multo magis ridicula. In ecclesia dici non potest quanta sit confusio. Nā sicut nemo ignorat ipsorū locū contemptum, illiberalem seruitutē: sic & in loco hoc sancto, & terribili, omnibus suam intemperantiā prædicāt: & quod vtique molesti' & maioris ignominiæ, quòd & se fucāt & ornant, de quo erubescere oportebat. Ante fores ipsas excipiunt, eunuchorum loco pompā habent, & præambulantes fastū spirāt videntibus omnibus, & nō humiliter descendunt, sed cum exultatione assultant, idq; in sancto & reuerendo sacramentorū tempore, & ministrando multas vt illis placeant occasiones, his qui eas vident, præbentes. Illę autē miserę & calamitosæ eos ab hac gratia prohibēt, idq; miris deliciis & fastu. Quāuis si quis vel his, vel illis maledicere veller: quid maledicto hoc inueniret atrocius, quàm vt tam innumeris testibus intemperantia eorū arguatur, & in oculis omnium fœde agant? Quid opus est dicere quot in ecclesiis ob illarum gratiā subuertantur, quot diuina opera à multis negligantur, vt ne has irritent? Et quid dico ne irritent, si quis tantū insuauiter & ttistius eas videat, omnia malūt ferre, quàm dissimulare illam hoc passam, & non vlcisci. Hactenus & nos fœde agimus, illorum omnia enarrantes. Non vtiq; hoc proposuimus: nā si omnia tractare velimus, multa & longa nobis oratione opus esset: imò si maxime prolixior esse vellē, nō possent omnia dici: quandoquidē dū ex multis pauca colligimus, etiā sic prolixi sumus: sed non ad hoc venimus, verū inuiti ad illorum memoriā rapti sumus, vt cordati auditores parūper admonerentur: reliquum operæpreciū obsecratione & precatione. Oro igit & supplico, & ante genua vestra me prouoluo, & omnib' preces affero, persuademini, & ab hac ebrietate redeamus, simus nostri ipsorū cōpotes, & agnoscamus honorē, quē dedit nobis deus. Et Paulum clamantē audiamus: Ne sitis serui hominum: & desinamus, vt seruiamus mulieribus ad communem omnium nostrorū perniciem. Milites nos esse Christus vult & strenuos & athletas. Non propter hoc nos armauit armis spiritualibus, vt puellarum trium obolariū ministeria suscipiamus, vt circa lanas & stamina, & alia ministeria versemur, vt assideam' ad mulierculas nentes & texentes, vt totum diem consumamus, verbáq; & mores muliebres in animas demungamus: sed vt cōfigamus inuisibiles virtutes, quæ nobis aduersantur: vt diabolum percutiamus, qui cōtra nos militat, vt abigamus feroces dęmonū phalanges, vt subuertamus eorū præsidia, vt potestates & mūdi dominos, rectores harū tenebrarum ligatos in seruitutē ducamus, vt spiritualia malitię in exiliū effugemus, vt ignē spiremus, vt ad quotidianas mortes parati simus. Propter hoc induit nos thorace iustitiæ, propter hoc cinxit nos zona veritatis, ,,ppter hoc imposuit galeā salutis, ,,ppter hoc calceauit præparatione euangelij pacis, & tradidlt gladiū spiritus, propter hoc ignē accendit nostris animabus. Si igitur militē aliquē postquā induerit galeam, suralia, thoracem, postquam acceperit scutum, gladiū, lanceam, tela, sagittas, pharetram, tuba iam clarum sonante, & omnes euocāte, hostibus magno impetu sæuiētibus, & ciuitatē à fundamentis euertere molientibus, videres nō in agmē foras currere, sed in domum iugredi, & mulieri assidere cum armis: an nō, si modo liceret, gladio medium trāsfoderes, ne sermone quidem eū dignatus? At si tu tanta ira impletus es, quomodo putas deū in multo turpioribus erga nos affici? Tanto enim turpiora & absurdiora sunt hæc quàm illa, quāto & gratiius bellū, & hostes truculētiores, & præmia pro quibus bellatur, maiora, & in summa, omnia tantū transcendunt, quātum vmbrā veritas. Itaque ne effœminemus robur nostrū, ne succidamus neruos nostros istis cohabitationibus. Etenim indicibilem & infinitā animabus nostris instillat malitiam. Quid enim, etiā si nō sentiamus amore ebrij? Istuc enim ipsum omniū est lōge grauissimū, quòd nescimus quomodo eneruemur, ceráq; omni molliores reddamur. Nam sicut si quis

si quis leonem superbū & torue videntem arripiat, & iubas abradat, dentes excutiat, vngues amputet, turpémq; faciat & ridiculū, & terribilem illum & intolerabilem, & rugitu solo omnia concutientē, facile iam à puero vincibilē: Ita & hos omnes quos capiūt, facile posse capi faciūt à diabolo, molliores, cōcitatiores, impudentes, inconsiderantes, iracundos, audaces, intēpestiuos, humiles, abiectos, seruiles, illiberales, sordidos, nugaces, & in summa, omnino corruptos mulierum mores in animā illorum immittunt & inferūt. Etenim fieri non potest mulieri cohabitantē cum tāta compassione, & illarum conuersationibus emollitum, non esse sordidū quendā, & forense mancipium: & si quid loquitur, de staminib' & lanis loquitur, lingua eius qualitate muliebriū verborum infecta. Et si quid facit, hoc magna seruilitate operatur, & seipsum procul à Christiana libertate seiūgit, ad nihil eximiū, & quod præclare fit, vtilis. Nam cū ad seculares & ciuiles res hominum inutilis sit & nullius frugis, multo magis ad magnitudinē rerum spiritualiū, quæ tanto generosiores vires requirunt, vt ne attingi quidē possint, nisi ab his q ad eas trāsituri angeli ex hominibus fiant: non ipsi autem solū tanto malo afficiuntur, sed & illis morū pessimorum authores fiūt. Nam quemadmodum illi qui istis impendio placere volunt, officij sui rationem negligunt, ita ipsæ propter illos à sua verecundia excidunt, malā & pernicioſam inuicem exhibentes retributionē. Etenim se ornant curiosius, delicatiorum vestiū & incessus multam curā habent, & quæ non licet quotidie nuganturː quandoquidem videt multos incōpositis moribus & verbis oblectari, omnia instruunt per quæ ipsos in seruitute contineant. Iā si voluerimus pauliſper resipiscere, & nostri ipsorum esse, & illos lucrabimur, & nosipsos & alios omnes: & sicut nunc perditionis multorū rei facti sumus: sic & à multorū salute mercedem accipiemus: & quibus nūc potimur turpiter, illis fruemur magno cū honore. Cur enim vis honorati à mulierib', dic mihi? Maxime indignum hoc est viro spirituali, amare talē honorem. Veruntamē & sic aderit, quando non quęrimus ipsum. Solet enim homo despicere eos, qui sibi ministrant, & in admiratione habere eos qui nō adulantur: cui rei muliebris natura magis obnoxia est. Nā si illis quis aduletur, intoletabilis est. Admirātur autē multo maxime eos, qui cedere nesciūt, nec succūbūt intēpestiuis suis concupiscētiis: & huius vos mihi testes eritis. Nam nunc non solum externæ, sed & ipsæ quoque vos irridentː etsi nō manifeste, certe tamē in conscientia, gloriantúrque hac dura tyrannide, tunc autem omnino vōs admirabūtur, & vestram obstupescent libertatē. Quòd si nostris sermonibus non creditis, illa sipsas interrogate, vtros magis laudent & approbent, an eos qui sæuiūt, & qui dominātur: an subiectos, & qui omnia faciunt & patiuntur ob ipsarum gratiam, vel qui nihil horum ferunt, & duris suis præceptis eas erubescere faciūt? Et si volent dicere verū, omnino illos dicent: imò neq; responso opus, rebus istuc ipsum clamātibus. At voluptatis gratia q cohabitat, opibus inhiat, oculos pascens virginum aspectibus, maxime quidē si & hoc sic poterit. Verum propter hoc ipsū fugere oportebat: nunc autē nobis satis demonstratū est, quòd suaue hoc nō sit, sed plane cōtrarium, si quis hac contemplatione nō fruatur: & tu illis adiicito, etiam è bona conscientia lętitiā illis auferri. Nihil enim nos sic exhilarare solet, vt conscięti pura & bona spes. Sed quietis gratia hoc inquiris? Iā demonstratū est, q hoc facilius esset, si frater cohabitaret, at nunc penè nihil à seruo differs: & quęrens requiē, seruitutē inuenisti multo grauissimā: extra hoc ministerium stabas, eráscq; inter eos qui imperabant, non quibus imperabaī. Igitur hic pro voluptate mœror, & pro gloria confusio, & pro libertate seruitus, & pro requie labor. Accedūt ad hęc, quòd & deus blasphematur, & tāta perditio ac scādala, & immortalis pœna, & plurimorum bonorum amissio. Ibi autē cōtraria omnia, gloria, honor, voluptas, libertas & vitæ & sermonis, salus animarū, regni hæreditas, pœnę effugium. Cuius ergo gratia nō hęc illis commutamus, ego certe nescio. Veruntamē si quis seipsum perdere desiderat, nulla nobis posthac defensione opus erit, nec venia. Si em̄ nihil horū esset, oīa tamē pro gloria dei ferre oportebat: cū & prętentia percipere, & futura assequi bona liceat. Nūquid cura de hoc q dei gloria cōtemnitur & blasphemaī, & nosipsos perdimus? quis eripiet & liberabit à supplicio, ,ppter hoc imminente? Nullus, nullus. Omnia igitur hæc nobis cū perpendentes, reparemus vel tarde animarum salutem. Quòd si quid difficultatis habet diuelli cōsuetudine longa, virtute rationis post dei gratiā hoc tātum subuertamus: & illud nobis persuadeam', vel si principiū solum imponamus operi, non vltra visuros nos difficultatem: sic aduersus consuetudinē prętualebis. Nam si decē dies te abstraxeris, facile feres viginti: & iterū bis tantos, deindéq; via progrediens neq; senties difficultatem, quam habuisti initio, videbisq; facillimū factu, quod tot agones prius exposcebat, & in aliā te mutabis consuetudinem, inueniens haud ita grauem translationem: neque id per consuetudinē solum, sed & per bonā spem contingit. Sic te illę magis admirabuntur, & deus præ aliis acceptū habebit, & homines coronabūtur, viuēsq; libere & iucunde. Quid em̄ fuerit suauius, quàm à mala conscięti liberari, & perpetuum concupiscentiæ bellū dirimere, & multa facilitate bonam continentiæ coronam plectere, & liberis oculis in cœlū respicere, puráq; voce & corde dominum vniuersorum inuocare? Nullus catenis, pondere & aliis carcerum incommodis exemptus, imò nullus qui cęcus erat apertis oculis, & visa hac dulci luce sic exultat, gestit & tripudiat, vt cū ab hac seruitute liberari contigit. Lōge enim dulcior hac luce est liberatio ab hac tyrānide, & omni caligine grauior seruitutis hui' & incolarū miseria. Verum quid opus est hęc prolixius referre? & vitæ illius indignitatē, tristitiam, damnum & corruptionē: & huius libertatē, voluptatem, vtilitatē & multifarias virtutes nullus sermo satis commendare potest, sed sola rerū experientia. Et tūc scietis bene, à quibus malis liberati fitis, quam assecuti fueritis vitam, cum reipsa parere volueritis. Parete igitur, vt opere ipsa quæ dicta sunt discatis. Quòd si adhuc respuitis, & nostris sermonibus nō creditis: dicite aliquem qui hanc seruitutē tulerit aliquando, & deinde liberatus ad libertatem bonam recurrerit, & scietis admonitionis huius lucrū. Etenim & Solomō cum secularū rerum concupiscentia teneretur, magnas eas & admirandas putabat, multúmque in eis laboris & solicitudinis insumebat, magnificas ædificādo domos, copiosum coaceruando aurū, congregando cantorum choros, varia genera ministrorum mēsæ & popinæ, quærēdo animę suæ voluptatē ab hortorum & corporum formosorū gratia: & omnem, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita dicam, oblectationis & refrigerij viam sectando. A At vbi inde ad se reuersus, & quasi ex vmbrosa quadã abysso ad lumen veræ sapientiæ respicere valuit, tunc sublimem illam, & cœlis dignam emisit vocem: Vanitas vanitatum, dicens, & omnia vanitas. Hanc & vos & hac sublimiorem, si volueritis efferetis sententiam de intempestiua hac voluptate, si aliquãtisper à mala cõsuetudine vos sequestraueritis. Quanuis autẽ à Solomone seculis superioribus non tam multa sapiẽtiæ exigebatur diligentia: neque enim delicias lex vetus prohibebat, neq; aliis frui superuacuis dicebat vanũ: attamen & sic se habentibus rebus, in ipsis contueri licebit, quàm viles & vanitati obnoxiæ res sint. Nos vero ad maiorẽ vocati vitã, & ad excellentius fastigiũ ascendimus, & in maioribus exercemur palæstris. Et quid aliud, quàm quòd sicut supernę virtutes, intellectuales & incorporeæ illæ viam instituere iubemur? Igitur, quo pacto non est turpe, extremóq; supplicio B dignũ, illis multo minores apparere: & non solũ cõcessis nõ fieri sublimiores, vt illæ, sed & vetita aggredi, quanuis intolerabilem pœnam afferãt? Nam in anima malum amorem pascere, ex concupiscẽtia spectare mulierem, speculari alienam formositatem, cõfundere seipsum, nocere infirmioribus, ludæis & Gẽtilibus ansas nostram fidem blasphemandi præbere, domesticos & alienos supplantare, seruili ministerio mancipatos esse, ad secularium negociorum turbam nosipsos intrudere, donatam nobis libertatẽ diabolo offerre, & immanissima tyrannide commutare: ridiculum quidẽ amicis, opprobriosum vero inimicis esse, malam omni ecclesiæ opinionem inuehere, confundere honestam virginitatis dignitatem, & luxuriãtibus multas præbere occasiones, aliáq; his plura facere grauia: Neque enim omnia scire licet, quæ pro C his rebus ferant, quæ tamen valde prohibita sunt, & cruciatum intolerabilem secum afferunt: atque adeò si parua etiam voluptas sit, & opponantur ei risus, cõfusio, multorũ suspiciones, reprehensiones, conuitia, opprobrationes, vermis perpetuus, tenebræ exteriores, ignis inextinguibilis, tribulatio, angustia, stridor dentium, vincula insolubilia: Hæc sicut in tabula proponamus ante oculos, resiliamúsque vel sero à pernicioso grauissimóque hoc morbo, vt cum fulgentibus coronis hinc migremus, & possimus libero ore ad Christum dicere: Propter te & gloriam tuam, & familiaritates contempsimus, & voluptati imperauimus, & animam nostram affliximus, & electis amicis & suspectis, te amorémque tui rebus omnibus præposuimus. Sic enim lucramur nosipsos, lucramur miseras illas, lucramur eos qui scandalizantur: & cum martyribus collocabimur, primóq; in ordine erimus eorum qui hoc maximo certamine vicerunt, & fortiter cruciatus tulerunt. Non enim minorem pono hominem, concupiscentia veteri detẽtum, & in suauissima & antiqua consuetudine comprehẽsum: & deinde per rimorem dei disrumpentem vincula, & ad id quod deo probatur, recurrentem. Est enim & hoc multo difficillimum, compassionẽ & affectionem inueteratã eiicere, & multiplices occasiones auellere, & assumptis alis ad cœlestes apsides recurrere. Et sicut martyrum velox labor, ita & horum prolixior dolor. Quapropter & pares coronæ, quoniam & certamina inter se respondent & similia. Et si qui educit & separat preciosum à prophano, sicut os dei erit: qui & seipsum liberauerit, & multos alios à calumniis exemerit: cogita quantam accipiet mercedem, & præmiorum spe leuis & alacris, contemnet malam consuetudinem, vt iuxta dei voluntatem transita vita hac, pura deum conscientia alibi videat, sanctissimáque conuersatione fruatur. Nam vt corporales affectiones solutæ fuerint, & extinguetur tyrannica concupiscẽtia: nullum erit obstaculum simul ibi esse mulierem & virum, è medio sublatis omnibus suspicionibus malis, & agere & seruare vitam, quam agunt angeli, & intellectuales illæ virtutes, & omnes qui in regnum cœlorum introducuntur, Amen.

Eccles. 1.

MISSA

MISSA SANCTI A IOANNIS CHRYSOSTOMI

supra complures annos ab Erasmo Roterodamo, in gratiam episcopi Roffensis, versa.

Oratio quam dicit sacerdos priusquam ingrediatur templum vbi sacrificat.

DOMINE deus noster emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo, & corrobora me ad propositum ministerium tuum, vt citra condemnationem assistam metuendo altari, & immaculatum sacrificium peragam, & nunc & semper, & in secula seculorum, B Amen.

Oratio quam dicit sacerdos, cum ingreditur.

Psal. 5. b Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo domine, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hæc vbi dixit, osculatur mensam quater in figuram crucis, & accipit flecharion, id est, lineam vestem, dextera manu: & osculatur, ac benedicit eam.

Psa. 61. d Exultet anima mea in domino: induit enim me vestimentum salutis & tunicam lætitiæ, circumposuit mihi mitram, & tanquam sponsum, adornauit me decore nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

In ceruicale.

Psal. 92. a Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus virtutem, & circuncinctus est nunc & sem- C per, & in secula seculorum, Amen.

In cingulum.

Ibid. 44. a Accingere gladio tuo super femorib° tuis potẽs: specie & pulchritudine tua, & intende, & prosperare, & regna propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Oratio pallij.

Ibid. 131. b & 2. Par. 6. g. Sacerdotes tui domine induentur iustitia, & sancti tui exultationem exultabunt nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ad primam sublationem.

Esa. 53. c. Tanquam ouis ad mactationẽ ductus es Christe rex, & tanquam agnus corã eo qui totondit se mutus, sic non aperuit os suum. In humilitate illius iudiciũ eius sublatum est. Generationem autẽ eius quis enarrabit? Sacrifica domine agnum: quoniam tollitur de terra D vita illius.

Immolatur agnus dei, qui tollit peccatum mundi.

Ad secundam sublationem.

Precibus domine eius quæ genuit te deiparæ, & semper virginis Mariæ, sanctarum omnium potestatum spiritualium, precioſi prophetæ præcursoris ac Baptistæ Ioannis, sanctorum glorioſorum Apostolorũ, & sancti Nicolai, cuius & memoriam celebramus, miserere, & serua nos.

Benedictio tertiæ sublationis.

Memento domine augustissimorum & dei obseruantium regum nostrorum: Memento domine spiritualis nostri patris, & totius in Christo fraternitatis nostræ, & omnium qui præmigrarunt è vita, patrum & fratrum nostrorum.

Ad infusionem vini.

Et vnus militum lancea latus eius aperuit, & conti- Ioan. 19. f nuo exiuit sanguis.

Et addens aquam dicit:

Et aqua: & qui vidit, testimonium perhibuit, & ve- Ibidem. rum est testimonium eius.

Diaconus. Dominum obsecremus.

Oratio mystica.

Domine deus noster qui obtulisti teipsum agnum irreprehensibilem, pro mundi vita, respice ad nos, & ad panem hunc, & ad poculum hoc, & fac illum immaculatum & precioſum tuum sanguinem in transsumptionem animarum & corporum: quoniam sanctificatum est, & glorificatum precioſissimum & augustũ nomen tuum patris, & filij, & spiritus sancti.

Oratio thymiamatis.

Thymiama offerimus in conspectu tuo domine deus noster in odorem benecolentiæ spiritualis, quam ac- B cipe domine in sanctũ & supercœleste & intellectuale sacrarium, ac vicissim mitte nobis diuites misericordias tuas bonas seruis tuis, qui inuocant nomen tuum sanctum: quoniam glorificatum & sanctificatem est precioſissimum & auguſtum nomen tuum patris, & filij, & sancti spiritus.

Ad discum.

Operuit cœlos virtus eius, & laudis eius plena est Abac. 3. d terra.

Cum terigit calicem.

Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Psal. 92. d dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Cum mittit nebulam.

Et nebula lucida obumbrauit eos. Verbo domini cœ- Mat. 17. d & Psal. li stabiliti sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ, 32. b. nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. C

Oratio ad oblationem cum ponuntur sacra, priusquam inferantur ad altare: qui locus est in sinistra altaris.

Deus deus noster, qui cœlestem panem alimoniam totius mundi dominum nostrum Iesum Christum, & deum emisisti seruatorem, & redemptorem, & beneficum benedicentem, ac sanctificantem nos, ipse benedic oblationem hanc, & accipe eam in supercœleste tuum sacrarium. Memento, quippe bonus, & humanus, eorum qui intulerunt, & per quos intulerunt, Nósque sine condemnatione serua in celebratione diuinorum tuorum mysteriorum: quoniam benedictum est, & sanctificatum est, & glorificatum est precioſissimum & auguſtum nomen tuum patris & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Deinde venit Diaconus, & accipit benedictionem à sacerdote, & sacerdos dicit:

Angelus domini dirigit viam tuam, & vnà nobiscum sacra peraget.

Primum benedicit sacerdos populum.

Gratia sanctissimi, & boni, & viuificantis spiritus sit vobiscum.

Sacerdos autem cum diacono faciunt ascensiones tres in sanctum sacrarium, & accipit benedictionem sacerdotis diaconus, & sacerdos benedicit caput illius dicens:

Angelus domini dirigit viam tuam, & vnà nobiscum sacra peraget.

Diaconus autem egressus sacrarium, dicit:

Benedic domine.

Et sacerdos. Ecphonesis.† †Exclamatio, siue pronunciatio.

Benedictũ regnũ patris, & filij, & sancti spiritus nunc & semper,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& semper,& in secula seculorum,Amen.

Tunc diaconus exclamat:

In pace dominum obsecremus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro superna pace,& salute animarum nostrarum,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro pace totius mundi, prosperitate sanctarum dei ecclesiarum,& omnium vnione,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro sancta hac domo,& cum fide,reuerentia, timore dei ingredientibus in eam,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro vniuerso episcopatu orthodoxorum,honorabili presbyteratu,toto in Christo diaconatu,clero,& populo,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro augustissimis & deo deditis regibus nostris,toto palatio,& exercitu illorum,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Vt illos in bello adiuuet,& subiiciat pedibus illorum omnem hostem & inimicum,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro sancta hac sola ciuitate tota, & regione, & fide habitantium in eis,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro temperie aëris, fertilitate, & temporibus pacificis,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro nauigantibus, viatoribus, ægrotantibus, laborantibus, captiuis, & pro salute illorum, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Vt liberet nos ab omni tribulatione,ira,& necessitatis,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Dum diaconus pronunciat rogationes, sacerdos dicit hanc orationem secretè:

Domine deus noster, cuius robur inæstimabile, & gloria incomprehensibilis, cuius misericordia immensurabilis, & humanitas ineffabilis, ipse domine secundum clementiam tuam respice in nos,& ad sanctam domum hanc:& fac nobiscum, cúmque his qui nobiscum vota faciunt, diuites misericordias tuas & miserationes tuas.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Defende,serua,miserere,custodi nos deus tua gratia.

Sanctissimæ, incontaminatæ, super omnes benedictæ,glorioſæ dominæ nostræ,deiparæ,& semper virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo deo nostro commendemus.

Populus. Domine miserere.

Exclamatio sacerdotis.

Quoniam decet te omnis gloria,honor, & adoratio, patrem & filium & sanctum spiritum,nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Antiphonum primum. *Chorus vnus canit:*

Bonum confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. *Psal. 91.a*

Hoc idem in altera chori parte canitur:

Precibus sanctissimæ deiparæ,seruator,serua nos.

Ad annunciandum mane misericordiam tuam & veritatem tuam omnibus diebus nostris, precibus deiparæ,seruator,serua nos. *Ibidem.*

Quoniam rectus dominus deus noster, & nunc est in iustitia vultus illius. Precibus deiparæ,seruator,serua nos. *Ibidem.*

Oratio.

Domine deus serua populum tuũ,& benedic hæreditati tuę,plenitudinem ecclesiæ tuę serua:sanctifica diligentes decorem domus tuę.Tu eos vicissim glorifica diuina tua virtute, & ne deseras nos sperãtes in te. *Ibid.27.d*

Diaconus.

Defende,serua,miserere,& custodi nos deus tua gratia.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Sanctissimę,intemeratę,super omnes benedictę,glorioſæ dominæ nostræ, deiparæ, & semper virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipsos,& inuicem,& omnem vitam nostram Christo deo nostro commendemus.

Populus. Domine miserere.

Exclamatio sacerdotis.

Quoniam tua est potẽtia, & tuum est regnum patris, & filij,& sancti spiritus,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Antiphonum secundum, chori canitur: *Ex vna parte* *Ibi.91.d*

Dominus regnauit,decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem,& præcinxit se.

Hoc idem in altera parte chori canitur:

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur:

Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis.

Precibus sanctorum serua nos.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio.

Vnigenitus filius,& verbum dei, qui est immortalis, quique vt nos saluos faceret, carnem assumpsit ex sancta deipara, sempérque virgine Maria, intrepidè assumpto homine, & crucifixus deus mortem morte conculcans,æqualis in trinitate,conglorificatus,cum patre,& spiritu sancto,nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Diaconus.

Etiam atque etiam,in pace dominum rogemus.

Oratio.

Qui communes has & concordes preces largitus es, quique quando duo aut tres concordant in nomine tuo, petitiones præstaturum te promisisti: ipse nunc quoque domine seruorum tuorum postulationes ad eorum vtilitatem imple,concedens nobis in præsenti seculo cognitionem veritatis,& in futuro vitam æternam largiaris. *Mat.18.d*

Diaconus.

Etiam

Etiam atque etiam,dominum rogemus.

Defende,serua,miserere,& custodi nos deus tua gratia.

Populus. Domine miserere.

Sanctissimæ,incontaminatæ, super omnes benedictę dominæ nostræ, deiparæ, & semper virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo deo nostro commendemus.

Exclamatio sacerdotis:

Quoniam bonus,& humanus deus es,& tibi gloriam referimus,patri, filio, & sancto spiritui, nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Antiphonum. III.

Ex vna parte chori canitur.

Venite exultemus domino, iubilemus deo seruatori nostro. *Psal.94.a*

Hoc idem in altera parte chori canitur:

Serua nos fili dei vnigenite,qui in sanctis es mirabilis, canentes tibi,alleluia.

Præccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.

Serua nos fili dei vnigenite,&c.

Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnem terram.

Serua nos, *vt supra.*

Quoniã in manu illius fines terræ, & altitudines mõtium ipse conspicit.

Serua nos, *vt supra,*

Quoniam ipsius est mare,& ipse fecit illud,& aridam fundauerunt manus eius.

Serua nos, *vt supra.*

Gloria patri & filio, & spiritui sancto:Sicut erat in principio,& nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Canuntur hæc ab vtroque choro alternatim. Sacerdos autem egreditur è paruo ostio, portans Euangelium, præcedente ministro cum lucerna. Et conuersus ad Christi imaginem inter duo ostia inflexo capite, cum exclamatione dicit hanc orationem primum secretè:

Here domine deus noster, qui cõstituisti in cœlis ordines,& exercitus angelorum & archangelorũ in ministerium tuæ gloræ, fac vt cum nostro ingressu, fiat ingressus sanctorum angelorum nobiscum sacra celebrantium,& pariter glorificantium tuam bonitatem.

Tunc addit sacerdos:

Benedictus sit ingressus sanctorum tuorum, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Et tollens in altum Euangelium in imaginem crucis, magna voce dicit:

Sapientia recta.

Chorus.

Venite adoremus,& prouoluamur Christo.

Serua nos fili dei, &c.

Quoniam sanctus tu deus noster, & tibi ter sanctum hymnũ referim°,patri,&filio,& sancto spiritui,Amẽ.

Cantor vero canit hæc:

Sanctus deus,sanctus fortis,sanctus immortalis,miserere nobis.

Gloria patri,& filio,& sancto spiritui,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Cantor vero canit hæc magna voce:

Sanctus deus,sanctus immortalis,miserere nobis.

Dum hæc canuntur, sacerdos dicit tacitè hanc orationem.

Deus sancte,q̃ in sanctis requiescis:qui ter sancta voce à Seraphim laudaris,& à Cherubim glorificaris,& ab omni supercœlesti potestate adoraris:qui a nõ ente ad esse producis vniuersa:qui hominem condidisti iuxta imaginem tuam & similitudinem, eúmq; omni tua gratia coornasti, dans postulanti sapiẽtiam & intellectum,non despiciens errantem,sed ponẽs ad salutem pœnitentiã:qui dignatus es nos humiles & indignos seruos tuos,etiam in hoc tempore constituere in conspectu gloriæ sancti sacrarij tui, vt prouoluantur tuis miserationibus, & debitam tibi adorationẽ, & glorificationẽ offerant:ipse domine suscipe ex ore nostro peccatorum ter sanctum hymnum, & respice nos in bonitate tua. Condona nobis omne delictum, & voluntarium,& inuolũtarium, & sanctifica nostras animas,& corpora.Et da nobis in pietate seruire tibi omnibus diebus vitæ nostræ,precibus sanctæ deiparæ,& omnium sanctorũ,qui à seculo tibi placuerunt.

Sacerdos.

Attendamus. Pax omnibus.

Sapientia recta.

Cantor. Psalmus Dauid.

Diaconus. Attendamus.

Cantor. Quod proponitur.

Et post hoc quod proponitur, *sacerdos dicit:*

Qui facit angelos suos spiritus,& ministros suos ignis flammam. *Psa.103.d*

Versus.

Benedic anima mea domino,& omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. *Ibi.102.a*

Tunc dicit epistolam ad Hebræos.

Epistola Pauli. *Lectio.*

Fratres, Si enim per angelos dictus sermo fuit firmus, &c. *Heb.2.a*

Post epistolam sacerdos dicit:

Pax omnibus.

Cantor.

Sapientia recta.

Psalmus Dauid,& Alleluia.

Tunc venit diaconus ad sacerdotem flexo capite, sacerdos autem orat super eum.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa,per preces dominæ nostræ deiparæ,& semper virginis Mariæ, sancti & glorioſi Aposti & euangelistæ huius. *Psal.67.c*

Et sacerdos.

Sapientia recta. Audiamus sanctum euangelium.

Diaconus. Ex Lucæ euangelio.

Et populus. Gloria tibi domine.

Et sacerdos: Attendamus.

Diaconus.

Dixit dominus discipulis suis: Qui vos audit, me audit:& qui spernit vos,me spernit,&c. *Luc.10.d*

Post euangelium,Diaconus.

Dicamus omnes ex tota anima, & ex tota mente dicamus.

Sacerdotis exclamatio.

Domine omnipotens deus patrũ nostrorum,diues in misericordia, & bonus in miserationibus, qui non vis mortem peccatoris, sed expectas conuersionem & pœnitentiam,vt conuertatur & viuat. *Ezc.18.g*

Diaconus.

Pro sancta domo hac, & iis qui cum fide, pietate, & timore dei ingrediuntur eam,rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Vt liberet

Universidad de Deusto Biblioteca

Vt liberet nos ab omni tribulatione iræ,& necessitatis,dominum rogemus.

Oratio secreta.

Domine deus noster prolixam hanc supplicationem accipe à tuis seruis,& miserere nostri secundum multitudinem misericordiæ tuæ,& miserationes tuas demitte super nos, & super omnem populum tuum expectantem abs te diuitem misericordiam.

Diaconus.

Vt propitius, beneuolus,& placabilis fiat, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Vt exaudiat dominus deus vocem deprecationis nostræ peccatorum,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Pro spirituali nostro patre, sacræ legis administratore,& omni in Christo ministerio, dominũ rogemus.

Populus. Domine miserere.

Pro omnibus qui ante nos laborarunt,& sacris initiarunt,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Pro circunstante populo, & expectante abs te diuitem misericordiam,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Exclamatio sacerdotis.

Quoniam misericors,& amans hominum est deus,& tibi gloriam referimus,patri,& filio,& sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Diaconus.

Precamini catechumeni dominum.

Fideles,pro catechumenis rogemus,vt dominus eorum misereatur.

Populus. Domine miserere.

Catechisabit eos verbo veritatis.

Populus. Domine miserere.

Aperiet illis Euangelium iustitiæ.

Populus. Domine miserere.

Aduniet eos sanctæ suæ catholicæ,& apostolicę Ecclesiæ.

Populus. Domine miserere.

Sacerdos.

Serua,miserere,& custodi eos deus tua gratia.

Diaconus.

Catechumeni capita vestra domino flectite.

Oratio sacerdotis super catechumenos.

Domine deus noster qui in altis habitas, & humilia respicis,qui salutẽ hominum generi emisisti vnigenitum tuum filium, & deum & dominũ nostrum Iesum Christum, respice super seruos tuos catechumenos, quiq; tibi suas ceruices inclinarũt,ac dignos eos facito in tempore opportuno, lotione renascentiæ, remissione peccatorum, & indumento incorruptionis. Aduni eos sanctæ tuæ catholicæ,& apostolicę ecclesiæ,& annumera eos electo tuo ouili.

Exclamatio sacerdotis.

Vt & ipsi nobiscum glorificent preciosissimum,& augustum nomen tuum, patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Diaconus.

Quotquot estis catechumeni accedite.Catechumeni accedite.Quotquot estis catechumeni accedite. Ne quis catechumenorum:quotquot estis fideles, etiam atque etiam in pace dominum rogemus.

Oratio fidelium prima.

Gratias agimus tibi domine deus virtutũ,qui dignatus es nos,vt assistamus,& nunc tuo sancto sacrario,& vt prouoluamur tuis miserationibus, pro nostris peccatis,& populi ignorãtiis, suscipe deus deprecationẽ nostram: fac nos dignos, vt offeramus tibi deprecationes & supplicationes,& sacrificia immaculata pro populo tuo: & idoneos nos redde, quos posuisti in ministerio tuo hoc, in virtute spiritus tui sancti, sine condemnatione, & offensa in puro testimonio conscientiæ nostræ,vt inuocemus te in omni tempore,& loco,vt exaudiens nos propitius nobis sis in multitudine bonitatis tuæ.

Diaconus.

Defende,serua,miserere,custodi nos deus tua gratia.

Populus.

Domine miserere,& custodi nos deus.†

Sapientia.

Quoniam te decet omnis gloria,honor, & adoratio, patrem & filium & sanctum spiritum, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† In exemplari quodam Græco desunt, & custodi nos deus. Et post Sapientia ponitur. ἐκφώνησις τοῦ ἱερέως.

Diaconus.

Etiam atque etiam dominum rogemus.

Diaconus autem dicit litanias.

Oratio fidelium secunda.

Iterum & sæpius tibi prouoluimur,& te rogamus bone,& humane,vt respicias ad deprecationem nostrã. Purifica nostras animas & corpora ab omni inquinamento,carnisq; & spiritus: & da nobis, vt innoxij, & sine cõdemnatione assistamus sancto tuo sacrario:da vero deus etiam his, qui nobiscum rogãt profectum vitæ,& fidei,& intelligentiæ spiritualis.Da ipsis semper cum timore & dilectione seruientibus tibi, citra noxam, & absque cõdemnatione participes esse sanctorum tuorum mysteriorum,& supercœlesti tuo regno digni habeantur.

Diaconus.

Defende,serua,miserere nostri deus tua gratia.

Populus. Domine miserere.

Sapientia.

Exclamatio sacerdotis.

Vt à tua virtute semper seruati tibi gloriã referamus, patri,& filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio cherubici, à sacerdote prolata.

Nullus dignus est implicitus carnalibus desideriis & voluptatibus,accedere,aut appropinquare,aut ministrare tibi rex glorię. Siquidẽ ministrare tibi magnũ, ac formidandũ etiam supercœlestibus virtutibus. Attamen propter ineffabilem & immensam tuã humanitatem intrepidè & irreuocabiliter factus es homo, & summus pontifex noster Sacrificiorum ritum instituisti, ac solennis huius & immaculati sacrificij celebrationem nobis tradidisti, tanquam dominus omnium. Tu enim solus domine deus noster dominaris supercœlestibus, & terrestribus, qui super thronum Cherubicum veheris, qui Seraphim dominus rex Israël qui solus sanctus es,& in sanctis requiescis. Te igitur exoro solũ bonum & placabilẽ, respice ad me peccatorem,& antiquum† seruum tuũ,ac purga animam meam,& cor à consciẽtia mala,& idoneum me redde,virtute tui sancti spiritus indutum,tui sacerdotij gratia: vt assistam sanctæ tuæ huic mensæ, consecrem sanctum & immaculatum tuum corpus,& preciosum sanguinem. Ad te enim accedo inflexa mea ceruice, & precor te, ne auertas faciẽ tuam à me, neque reprobes me à pueris tuis:sed patiaris,vt offerantur tibi à

† Legisse videtur interpres ἀρχαῖον, *pro* ἀχρεῖον, *i. inutilem,*

me peccatore, & indigno seruo tuo dona hæc. Tu enim es,qui offers,& offerris,& accipiens,& dans Christe deus noster. Ac tibi gloriam referimus, cum patre tuo initio carente,& sanctissimo,ac bono,ac viuificante tuo spiritu,nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Et cum sacerdos dicit hanc orationem, cantores canunt hæc:

Qui Cherubin mstyicè repræsentamus, & viuificanti trinitati ter sanctum hymnum canimus, & omnem vitæ deponimus solicitudinem, tãquam regem omnium suscipientes,& angelicis inuisibiliter stipati agminibus,Alleluia.

Sacerdos vero post orationem sequitur diaconum, & vadit ad oblationem. Et inclinatis capitibus ter in terram, sumunt, diaconus quidem corpus, sacerdos vero sanguinẽ: & exeunt ex paruo ostio, dicente sacerdote paulùlum egresso:

Meminerit tui dominus deus in regno suo, nunc & semper & in secula seculorum,Amen.

Et si quis est episcopus,dicit:

Sancte sacerdos,memento mei.

Sacerdos autem dicit:

Meminerit tui dominus deus noster in regno suo.

Et iterum,ac tertio,dicit:

Luc.23.e Memento mei,dum veneris in regnum tuum.

Post hæc ingressi alterum ostium, ponunt sacra dona in magno altari. Et dicit sacerdos hæc:

Ioan.19.g Decorus ille Ioseph à ligno deponens immaculatum corpus tuum, sindone pura inuoluit, & aromatibus, imposuit monumento nouo.

Diaconus egrediens dicit:

Impleamus deprecationem nostram domino.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro appositis & sanctificatis preciosis donis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro sancta domo hac,& cum fide, pietate, ac timore dei ingredientibus in eam,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Vt liberet nos ab omni tribulatione,iræ, & necessitatis,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Oratio post depositionem sanctorum donorum à sacerdote.

Domine deus noster,qui omnipotẽs es,qui solus sanctus,qui accipis sacrificium laudis ab iis,qui inuocant te in toto corde, accipe & nostram peccatorum deprecationem, & adducito in sanctum tuum sacrariũ. Et idoneos nos redde ad inferẽda tibi dona & sacrificia spiritualia pro nostris peccatis, & populi ignorantiis,& dignos nos fac vt inueniamus gratiam in conspectu tuo, vt acceptabile fiat sacrificium nostrum,& vt obumbret spiritus gratiæ tuę bonus super nos, & super proposita dona hæc, & omnem populum tuum.

Populus. Præsta domine.

Subueni,serua, miserere, & custodi nos deus tua gratia.

Populus. Præsta domine.

Diem omnem perfectum,sanctum,pacificum,peccati expertem à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Veniam & remissionem peccatorum, & delictorum nostrorum à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Honesta & conducibilia animabus nostris, & pacem mundo à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Reliquum tempus vitæ nostræ in pace & pœnitentia nostra,à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Christianum finem vitæ nostræ,doloris,ac turpitudinis expertem, pacatam, & honestam defensionem, à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Sanctissimæ, immaculatæ, super omnes benedictæ, dominæ nostræ deiparæ, & semper virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam facientes,nosipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo deo nostro commendemus.

Exclamatio.

Propter miserationes vnigeniti tui filij,cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & viuificante tuo spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus.

Diligamus inuicem,vt in concordia confiteamur.

Populus.

Patrem,& filium,& sanctum spiritum, trinitatẽ vnius essentiæ,& inseparabilem.

Tunc osculatur sacerdos operculum quater, & dicit:

Hostia hostia,in sapientia attendamus.

Lector autem dicit:

Credo in vnum deum,patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, visibiliúmque omnium & inuisibilium,& in vnum dominum,& reliqua.

Post symbolum autem dicit sacerdos.

Stemus honestè. Stemus cum timore dei. Attendamus sacram sublationem in pace offerre.

Chorus.

Misericordiam pacis. Laudis hymnum.

Exclamatio sacerdotis.

Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei patris,& communio sancti spiritus cum omnibus vobis.

Populus. Amen.

Diaconus. Sursum habeamus corda.

Populus. Habemus ad dominum.

Diaconus. Gratias agamus domino.

Populus. Dignum & iustum.

Sacerdos secretè:

Dignum & iustũ te canere,te benedicere, te laudare, tibi gratias agere, te adorare in omni loco dominationis. Tu em̃ es deus ineffabilis,incogitabilis, inuisibilis,incomprehensibilis,semper existẽs,eodem modo existens,tu & vnigenitus tuus filius & spiritus tuus sanctus. Tu à nihilo ad esse nos produxisti, prolapsos restituisti rursum,neq; destitisti omnia facere, donec nos in cœlum subduceres, & regnum largireris futurum. Gratias agimus tibi,& vnigenito tuo filio,& spiritui tuo sancto, pro omnibus quæ scimus & quæ nõ scim⁹,manifestis & occultis beneficiis tuis in nos collatis. Gratias agimus tibi & pro hoc ministerio,quod è manibus nostris accipere dignatus es. Et quidẽ tibi assistunt milia archangelorũ, & multa milia angelorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorum, Cherubin ac Seraphin, senis alis, pluribus oculis, sublimia pennata. A

Exclamatio sacerdotis.

Victorialem hymnum canentia, vociferantia, clamantia, & dicentia:

Populus.

Sanctus, sanctus, sanctus, dominus sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua: osanna in excelsissimis.

Benedictus qui venit in nomine domini.

Sacerdos autem inclinato capite, dicit:

Cum his & nos beatis potestatibus domine hominũ amator clamamus, & dicimus: Sãctus es, & totus sanctus: tu & vnigenitus filius tuus ac spiritus sanctus, sanctus es, & totus sanct⁹, & magnifica gloria tua, qui mũdum tuum sic dilexisti, vt filiũ tuum vnigenitum dares, vt omnis credens in illum non pereat, sed habeat vitam æternam: qui veniens & omnem pro nobis dispensationem adimplẽs, nocte qua traditus est, magis autem seipsum tradidit pro mundi vita, accipiens panem in sanctis suis, & immaculatis, & incontaminatis manibus, gratias agens, benedicens, sanctificans, frangens dedit sanctis suis discipulis & Apostolis, dicens: Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frãgitur in remissionem peccatorum, Amen. B

Ioan.3.b

Mat.25. & Mar. 14.c & Lu.22.b

Similiter postquam cœnatum est, accipiens calicẽ, & benedicens, dixit: Bibite ex eo omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & multis effunditur in remissionem peccatorum.

Secreta oratio.

Memoriam igitur agentes salutaris huius mandati, & omnium pro nobis factorũ, crucis, sepulchri, triduanæ resurrectionis, in cœlos ascensionis, ad dexteram confessus, secundi & glorioſi rursum aduentus. C

Exclamatio sacerdotis.

Tua ex tuis tibi offerentes, & omnia, & per omnia.

Chorus.

Te laudamus, tibi benedicimus, tibi gratias agimus.

Rursum inclinato capite dicit sacerdos:

Propter hoc tibi offerimus rationalem hunc, & immaculatum cultũ, & inuocamus, & rogamus, & supplicamus. Emitte spiritum tuum sanctum super nos, & super proposita dona hæc, Amen.

Et surgens, obsignat sacra dona, & dicit:

Et fac panem quidem hunc preciosum corpus Christi tui, Amen.

Et in calice dicit:

In calice vero hoc preciosum sanguinem Christi tui, transmutans spiritu tuo sancto. D

Sacerdos orat.

Vt fiat assumẽtibus in lotionem animarum, in remissionem peccatorum, in communionẽ sancti spiritus, in regni cœlorum implctionem, in fiduciam apud te, non in iudicium, non in condemnationem. Præterea offerimus tibi rationalem hũc cultum, pro in fide requiescẽtibus maioribus, patrib⁹, patriarchis, prophetis, & Apostolis, præconibus, & euangelistis, martyribus, confessoribus, continẽtibus, & omni spiritu in fide initiato: Præcipuè pro sanctissima, immaculata, super omnes benedicta, domina nostra deipara, & semper virgine Maria. Vt verè dignum & iustum est, glorificare te deiparam, & semper beatissimã, & penitus incontaminatam matrem dei nostri, honorationem Cherubim, & gloriosiorẽ incõparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionem deũ peperit: verè deiparam te magnificamus.

Hæc canente choro sacerdos dicit:

Aue gratia plena Maria, dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: quoniam saluatorem animarum peperisti nostrarum. *Luc.1.c*

Oratio.

Honorabilium, incorporalium, supercœlestiũ, sancti Ioannis prophetæ præcursoris, & Baptistæ, sanctorũ gloriosorum & omnino celebrium apostolorum, sancti huius cuius & memoriam agimus, & omniũ sanctorum tuorum, quorum supplicationibus respice nos deus, & memẽto omnium qui dormierunt in spe resurrectionis & vitæ æternę, & requiescere eos facito, vbi videtur lumen vultus tui.

Adhuc te inuocamus. In primis memento domine omnis episcopatus orthodoxorum recte interpretãtium verbum tuæ veritatis, totius sacerdotij, in Christo diaconatus & omnis sacerdotalis ordinis. Etiam offerimus tibi rationale hoc obsequium pro orbe terrarum, pro sancta catholica & apostolica ecclesia, pro iis quoq; qui in pura & casta vita degunt. Pro fidelissimis & Christum amantibus nostris regibus, omni palatio & exercitu illorum. Da illis domine pacificum robur, vt & nos in tranquillitate illorum pacatam & quietam vitam agamus in omni pietate & religione.

Exclamatio.

In primis memento domine omnis episcopatus orthodoxorum & recte interpretãtium verbum tuę veritatis.

Chorus.

Et quos quisque in animo cogitat.

Diaconus.

Et da nobis vno ore & vno corde glorificare & celebrare preciosum & augustum nomen tuum patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum.

Et sint misericordiæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi cum omnibus nobis.

Populus. Amen.

Omnium sanctorum memoriam agentes, etiam atque etiam in pace dominum rogemus.

Super adductis, & sanctificatis preciosis donis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Quoniam humanus deus noster, qui suscepit hæc in sanctum & supercœleste & intellectuale sacrarium suum.

Populus. Domine miserere.

Vt vicissim dimittat & nobis diuinam gratiam & cõmunionem sancti spiritus, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & necessitatis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Oratio.

Memento domine gregis nostri huius in quo habitamus, & totius ciuitatis & regionis, & in fide habitantium in ipsis. Memento domine nauigantium viatorum, ægrotantium, laborantium, captiuorum, & salutis ipsorum. Memento domine fructificantium & laborantium in sanctis tuis Ecclesiis, & qui pauperum meminerunt, & super omnes nos misericordias tuas emitte.

Sacerdos inclinans orat:

Tibi

Tibi commendamus vitam nostram omnem & spẽ domine amator hominum, & inuocamus te, & rogamus, & supplicamus. Dignos nos facito, vt participes simus supercœlestium tuorum & tremendorum mysteriorum huius sacræ & spiritualis mensæ cum pura conscientia in remissionem peccatorum, in condonationem delictorum, in spiritus sancti communionem, in regni cœlestis hæreditatem, in fiduciam erga te, non in iudicium aut condemnationem. A

Diaconus.

Defende, serua, miserere, & custodi nos deus tua gratia.

Diem omnem perfectum, sanctum, pacificum, & sine peccatis à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Nuncium pacis, fidelem ducem, custodem animarũ & corporum nostrorum, à domino postulemus.

Populus. Præsta domine. B

Veniam & remissionem peccatorum & delictorum nostrorum à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Honesta & conducibilia animabus nostris, & pacem mundo, à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Vt reliquum tempus vitæ nostræ in pace finiamus, & pœnitentia nostra, à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Christanum finem vitæ nostræ, doloris & turpitudinis expertem, pacatum, & honestam purgationem, à domino postulemus.

Exclamatio sacerdotis.

Et dignos fac nos domine, vt cum fiducia & sine cõdemnatione audeamus inuocare te supercœlestem deum, & dicere:

Populus.

Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuũ: & reliqua.

Exclamatio.

Quoniam tuum est regnum, & potestas, & gloria, patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Capita vestra deo inclinate.

Sacerdos dicit orationem hanc:

Gratias agimus tibi rex inuisibilis, q̃ immẽsa tua virtute omnia condidisti, & multitudine misericordiæ tuæ à nihilo ad esse vniuersa produxisti, ipse domine cœlitus respice ad seruos tuos inclinãtes tibi sua capita. Non enim inclinarũt carni & sanguini, sed tibi metuendo & humano deo. Tu igitur domine proposita dona omnibus nobis in bonũ exæques iuxta propriã cuiusq; indigentiam, cum nauigantibus nauiga, cum viatoribus viam ambula, ægrotos sana, medicus animarum & corporum. Gratia & miserationibus, & humanitate vnigeniti tui filij cum quo benedictus es, cũ sanctissimo, & bono, & viuificãte tuo spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. C D

Sacerdos orat:

Attende domine Iesu Christe deus noster, de sancto habitaculo tuo, & de throno gloriæ regni tui, & veni ad sanctificandum nos, qui in excelsis vnà cum patre sedes, & hic nobiscũ inuisibiliter ades, & dignos nos redde potente manu tua, vt participes simus immaculati tui corporis, & preciosi tui sanguinis, & per nos omnis populus.

Sacerdos autem spargit fumum incensi sacris.

Exclamatio. Attendamus.

Sacerdos eleuans sanctum panem, dicit:

Sancta sanctis.

Chorus dicit:

Vnus sanctus, vnus dominus Iesus Christus in gloria dei patris.

Sacerdos autem eleuat panem, dicens:

Super cœlos deus, & super omnem terram gloria eius effusa est.

Diuisurus sacerdos panem, dicit:

Diuiditur agnus dei, qui tollit peccatum mundi.

Et accipiens sacerdos ex pane particulam mittit in calicem, dicens:

Plenitudo spiritus sancti, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et tunc sacerdos assumit, & populus canit, & sacerdos potitus particula diuini corporis, dicit:

Conuiuij tui mystici hodie fili dei communionem assumpsi, non tamẽ hostibus tuis dixi mysterium. Neq; osculum tibi dabo quemadmodum Iudas, sed veluti latro ille confitebor tibi, Memento mei domine, cum veneris in regnum tuum. *Luc.23.c*

Hanc orationem dicũt duo priusquam assumãt diuina.

Deus remitte, dimitte, ignosce mihi peccatori peccata mea & voluntaria & inuoluntaria, siue in cognitione, siue in ignorãtia, siue in verbo, siue in opere, siue in concupiscentia feci, omnia ignosce: quoniam bonus, & humanus, lõganimis, & multæ misericordiæ. Et intercessione immaculatæ dominæ nostræ deiparæ, & semper virginis Mariæ dignum me fac, vt sine condẽnatione accipiam immaculatũ tuum donũ in remissionem peccatorum, in vitam ęternam, in purgationẽ malarum mearum cogitationum, in illustrationem mandatorum tuorum: quoniam te decet gloria, honor, & adoratio, patrem, & filium, & sanctum spiritũ, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio.

Fiat mihi domine Iesu Christe corpus tuum sanctum in remissionem peccatorum meorum, & sanguis tuus preciosus in vitam æternam. Et in secundo tuo aduẽtu annumera me iustis tuis, & electis ouibus.

Oratio.

Gratias agimus tibi domine humane benefactor animarum nostrarum, quoniam & hodierno die dignatus es nos supercœlestibus tuis & immortalibus mysteriis: dirige nostram viam, & confirma nos in timore tuo omnes, custodi vitam nostram, stabili nostros gressus, precibus & supplicationibus sanctæ deiparæ, & semper virginis Mariæ, & omnium sanctorum.

Tunc aperitur magnum ostium suspensis lucernis.

Et sacerdos ostendit calicem populo, dicens:

Cum timore dei, & fide, & dilectione accedite.

Chorus dicit:

Benedictus, qui venit in nomine domini.

Sacerdos dicit:

Benedictus deus noster, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Diaconus egressus è sancto altari, dicit post depositionem sanctorum donorum:

Recti qui participes fuimus diuinorum, immaculatorum, immortalium, supercœlestium, viuificantium, tremendorum mysteriorum, dignè in omnibus gratias agamus domino.

Diaconus addit:

Defende

Universidad de Deusto
Biblioteca

Defende,ſerua,miſerere,cuſtodi nos deus tua gratia. Omnem diem perfectum,ſanctum, pacatum, & peccati expertem poſtulantes,noſipſos,& inuicem,&c.

Exclamatio.

Quoniam tu ſanctificatio noſtra,& tibi gloriam referimus,patri,& filio,& ſpiritui ſancto.

Diaconus. In pace accedite.
Populus. In nomine domini.
Diaconus. Dominum rogemus.
Populus. Domine miſerere.

Oratio poſt ambonem.

Ἄμβων, *locus editus, aſcenſus.*

Qui benedicis benedicẽtibus tibi domine,& ſanctificas in te confidentes,ſalua populum tuum,& benedic hæreditati tuæ.Plenitudinẽ eccleſię tuæ cuſtodi, ſanctifica diligẽtes decorem domus tuę. Tu ipſos viciſſim glorifica diuina tua virtute,& ne deſeras nos ſperantes in te.pacem mũdo tuo da,eccleſiis tuis, ſacerdotibus, regibus noſtris, exercitui, & omni populo tuo:quoniam omne donum bonum, & omne datum perfectum deſurſum eſt deſcendens ex te patre luminum. Et tibi gloriam, & gratiarũ actionem,& adorationem offerimus, patri, & filio, & ſancto ſpiritui, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen. *Iaco.1.b*

Tunc populus dicit:

Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum. *Pſal.71.d*

Benedicam dominum in omni tempore,ſemper laus eius in ore meo:& reliqua. *Ibid.33.a*

Sacerdos autem benedicit ſancta,& exuit.

Qui ipſe es impletio legis & prophetarum Chriſte deus noſter,qui impleſti omnem paternam diſpenſationem, imple gaudio & exultatione corda noſtra, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Deo gratia.

AD CLARISSIMVM PRINCIPEM
OTHONEM TRVCHSES, DE VVALBVRG,
AVGVSTANORVM VINDELICORVM EPISCOPVM,
S. R. E. Presbyterum Cardinalem ampliſsimum,

IVLIVS POGIANVS.

VIRGINITATEM, Otho ampliſsime, ſi chriſtiana fide, & caritate fulta ſit,tanto rebus humanis anteire exiſtimo,quanto generi hominũ antecedunt beatæ mentes: quarũ præſtantiam illi conſecuti eſſe mihi videri ſolent, qui reſtincto naturalis ardore voluptatis, eam caſtitatis laudem piè, ſanctéque coluerunt. Quanquam haud ſcio an ſit hominibus ad dignitatem glorioſius repugnante natura innatam immortalium vim aſſequi potuiſſe. Maguus locus, & Chriſtiani hominis proprius, nobilitatus ex illo fonte, & capite Chriſto, vnde hæc in ſummum honorem adducta virtus ad hominum imitationem latiſsimè dimanauit. Is enim præter ortus, & vitæ ſuæ gloriam virginitatis ſingularem,tantum præterea tribuit iis,qui caſtimonia florwerunt, vt, ad imaginem cœleſtium miniſtrorum,lectiſsimum ex virginibus comitatum ſibi deligeret:in quibus Ioannem Zebedei filium vnicè dilexit. Etenim illi præſtans diuinæ virtutis habitus eam peperit & Ieſu Chriſti gratiam, & cœleſtis vim ſapientiæ, quam deinceps admirata eſt omnium memoria ſeculorum. Quæ cùm diuinis literis conſignata ſint,cùm ſanctiſsimorum virorum & illorum temporum partim æqualium, partim ab ea ætate recentium auctoritate comprobata, quid eſt, quòd tantis propoſitis & præmiis,& adiumentis non conantur homines naturæ incommodum animi contentione ſuperare? Quod ſi vſque eò tardi atque hebetes ſumus, vt ne explorata quidem ſpe ampliſsimæ mercedis incitemur, quæ virginali pietati reſeruatur in cælum, at excitemur præſenti theologiæ fructu, quem illi inde capiunt vberrimum, qui ſe puros integroſque ad id veritatis ſtudium contulerunt. nam datur ipſis tanquam in manus pretium glorioſi laboris,quod indicium ac ſpecimen quoddam ſit reliquæ,ac ſperatæ beatitudinis. Viui enim & præſentes Deo fruuntur,quem quaſi per tranſennam aſpiciunt aſsidè, dum tota mente omnique animo contueri liceat. Eſt ergo vlla ſpecies delectationis tanti,falſa præſertim,vt & huius exiguæ,& illius perpetuæ vitæ ſolidam expreſſámque voluptatem amittamus? Sed ſit neſcio quomodo, vt maximam partem in vitiorum luto demerſi defixique ſimus ſic, vt nihil altum,nihil magnificum neque mente ſuſpicere,neque actione ſuſcipere poſsimus. Vt enim nocturnæ aues,ſi in ſolem inciderint,inſolentia diurni lumi:nis obcæcantur:ſic nos flagitiorum quibuſdam aſſueti tenebris,in rebus illuſtribus nihil videmus,quin etiam,ſi cæleſtis dexteræ beneficio noncumquam excitati ſubleuemur, tamen mala conſuetudine deprauati & oculos, & mentem identidem reuocamus ad turpitudinem, vt, quæ nobis diuino munere lux veritatis oblata fuerat, ea rurſus vitæ ſordibus obruatur. Perdita nequitia multorum,ſed intolerabilis arrogantia, qui ſe in officina obſcœnitatis diuinæ ſapientiæ magiſtros profiteri audeant. Hinc falſi theologi, hinc peſtiferi ſalutarium rerum interpretes,qui in illa cæcitate libidinis, literis lucem, auditoribus animi, atque ingenij lumen eripiunt. nam puriſsimos fontes ſic inceſto ore corrumpunt, vt, quidquid per eos hauſeris, totum id turbidum inquinatúmque ſit. Pium, humilem, innocentem hominem,in primiſque purum & caſtum quærunt diuinæ literæ,impium, ſuperbum, facinoroſum,maximè verò impurum,& impudicum à ſua cognitione, ac ſcientia repellunt. Non longè abieris. Ioannes ille Chriſti diſcipulus, idem euangelij ſcriptor, idem vates, nónne harum virtutum, atque adeò huius excellentiſsimæ virtutis, virginitatis gradibus aſcendens in altiſsimum cæli locum incomprehenſam,& inexplicabilem Dei naturam & animo comprehendit,& oratione explicauit? Quid? Paulus alter planè Ioannes: (vt hoc oratio mea definiatur exemplo,quod propoſitam rationem attingit) is igitur, cùm ſe totum ad eam conuertiſſet curam, vt Chriſti mores exprimeret imitando,nonne tantum illa tum voluntate,tum imitatione eſt conſecutus, vt, cuius vitam ſtuderet effingere, eius mentem aſſequeretur non modò cogitatione, ſed etiam facultate? Quod cùm ipſius omnes declarant epiſtolæ, tum ſapientiſsima fideliſsimi conſilij de virginitate expoſita ratio maxime teſtatur. Tanta eſt enim huic conſilio ſimilitudo cum iis, quæ apud Matthæum de virginali virtute diſputantur,tanta verborum,ſententiarum,ordinis conuenientia, vt ea Chriſtum Pauli ore diſſeruiſſe, nemo niſi turpiter ignorare, aut impiè negare poſſe videatur. Eadem eſt vtrobique diuinæ rationis index indulgentia, & eam habet vim vtriuſque oratio, vt in ſumma rei difficultate propter inſixum naturæ coniunctionis appetitum nullam iam hominibus neceſsitatem virginitatis imponat, veruntamen virginũ officio celebrãdo, & illuſtrãdo quibus tanquã iure hoſpitij deprecantibus ſæpe Deus non ſingulorũ modo hominũ, ſed ciuitatum,ac prouinciarũ ſcelera,ſuppliciáque condonet, omnes ad huius amorẽ ſtudiúmque virtutis adhortemur. Sed profectò ſe, altus animus Dei ſpe fiduciáque munitus à cupiditatum illecebris inuictum facile præſtat. Quare ad eam laudem omnis generis erecti multi mortales,& naturalem domuerunt libidinem,& cæleſtium vitæ ſimillimam in terris vitam egerunt. Plenum eſt cælum noſtrorum hominum,quorum propter eximia veræ caſtitatis ornamenta & conſecratas veneramur imagines, & ampliſsimis honoribus anniuerſaria ſacra conficimus. Sapientes verò,& beatos illos,qui humana ſpecie & figura diuinam, & planè cæleſtem vim conſecuti ſunt.inſanos & miſeros reliquos,qui cum dignitate ad beatas mentes proximè accederent,ſe in impuram belluarum intemperantiam abiecerunt. Quorum alij palàm virginitate ſimulanda, coniugio acerrimè vituperando, clàm, vt moribus etiam oratio refellatur,in omni flagitiorum genere volutati ſunt.alij corporis voluptatibus dediti,præceptoréſque libidinum, fœdiſsimam vitæ turpitudinem cumulauerunt ſcelere orationis. Ex quibus partim caſtitatem ab hominum arbitrio, & libera voluntate remouentes,præcipuo quodam Dei munere nonnullis inſitam & ingenitam volunt. partim quaſi naturæ neceſsitatem vſum amplexantes,ac tuentes libidinis, virginitatem reiiciunt, & tanquam triſtitiam ac vitæ peſtem deteſtantur. Contra quos omnes patrocinium cæleſtis cauſæ diuinitùs à plurimis ſuſceptũ eſt. Extiterũt enim & illis ipſis temporibus,quibus hæc oppugnari cœpta ſunt, neque poſtea defuerunt,qui cùm debitum nuptiis legitimis gradum honorémque tuerentur,tum admirabili vitæ integritate, ſcientiáque diuinarum literarum virginitatis & maximam,iuuante Deo, facultatem probarent, & amplitudinem præſtantiámque defenderent. quare monumentis compluribus & Græcis & Latinis celebrata res eſt, quibus ſummi homines Ieſu Chriſti mentem, Pauliſque cum illo coniunctam ſententiam explicauerunt verius, & ad virginalem palmam vehementius ſunt cohortati. Atque vt omittam de aliis, ea de re ad intelligentium prudens ſubtiléque iudicium eleganter, ne dum abundanter, & ad popularem ſenſum accommodatè diſſeruit hoc libro ſui ſimillimus Ioannes Chryſoſtomus, de quo minus mihi multa dicenda duxi, quòd is bene de Eccleſiæ Dei nomine ac dignitate meritus,& chriſtianam diſciplinam in primis illuſtrauit, & ex aureo quodam eloquentiæ flumine nomen inuenit, &,

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod caput est, eam vitam vixit, vt in sanctorũ numerum sit relatus, Deo hominibúsque approbantibus. Vtinam modò liber non intercidisset, sed ex quo primũ est editus, deinceps versatus inter hominũ manus ad nostram peruenisset memoriam, multorũ enim compressis voluptatibus, mirabiles virginitatis amores excitasset. Quare dolendũ est in tanta iactura superiorũ temporũ, nobis verò summopere lætandũ diuino hoc & immortali beneficio. Quod quoniam munus amplissimũ habemus à Marcello, eius nominis I I. Pont. Max. cùm ceterarum illius virtutum, quæ Reip. fructuosæ fuerunt, tum huius beneficentiæ laudem, qua facilè excelluit, & memoria, & vocis testimonio conseruare debemus. Nam ille quòd acceperat à Gulielmo Sirleto Chrysostomũ de virginitate scripsisse librũ, quo libro Chrysostomus ipse in illa nobili explanatione Pauli epistolæ ad Corinthios eum locum, quantũ in se fuit, perpurgatũ testaretur, egit cum homine, vt id monimentum, sicunde posset, erueret. Quare Sirletus, is vir, cuius multiplicẽ exquisitámque doctrinam admiramur singulari probitati ac beneficæ voluntati parẽ, vndique conquisitũ, & aliquando Florentia, Venetiisque accersitum opus Marcello curauit. Quid multa? considerauit ille rem: vidit quantum esset in ea christianæ perfectionis instrumentum, statim cũ omnibus communicandam putauit. atque vt bonum id latius pateret, ad pluresque pertineret, latinum Chrysostomũ fieri iussit. Quod quãdo mihi negotium datum est, vt librũ conuerterem, mea quidẽ ingressio fuit eiusmodi, vt me satisfacere posse huic muneri magis optarem, quàm vllo modo sperarẽ. Nam, cùm duplex mihi interpretandi ratio, eáque inter se cõtraria proponeretur, cúmque hac ætate neutri viderẽ contigisse vt omnem haberet laudẽ: illud etiam intelligebã, vtrumcunque, præsertim in hoc scribendi genere parum exercitatus, institutũ tenuissem, fore, vt propositũ meum in alterã reprehensionem incurreret. Sunt enim qui simplici veritatis ratione contenti, eam interpretationẽ postulent, qua verbũ è verbo exprimatur, omni præterea ornamẽto, omni latinæ linguæ concinnitate in græco scriptore abhorreant. Illos hoc, alios longè diuersa delectant. Res enim modo, sententiáque permaneat, ad rationem morémque Romani sermonis eius explicationẽ dirigi volunt, & tanquã græcum hominem in nostram ciuitatẽ adscitum, nostrum etiã vestitum, & ornatũ imitari debere contendunt. Præclara sanè ratio, & quã, licet difficillimã ad assequendũ, in Demosthene tamen, aut Æschine, quorum ars nititur eloquẽtia, libenter essem secutus, in Chrysostomo, qui salutis præcepta tradit, quæ rerũ pondere, non verborũ splendore definiuntur, periculosam & lubricã existimaui. Illã verò alterã ad verbum conuertendi viam eatenus sum persecutus, quoad latini sermonis consuetudo ferre videbatur. nam omnino, cùm ineptum negotiũ, tum iniucundũ putaui. Ac medium quoddã meum consilium fuit, vt ea, quorũ Chrysostomus esset auctor, iis dumtaxat exceptis vocabulis, quæ nostræ sunt propria religionis, si modo sui tãti, operam darẽ, vti latinè redderem. Quæ verò ex veteri, & vtique ex nouo testamẽto protulisset, in illis fidẽ eius sequerer, quẽ tot annos sanctissima parens probauit Ecclesia. Hæc mea ratio est: in qua mihi non sumo, vt omnẽ offensionem effugerim. Cuius enim impudentiæ est, id de se polliceri? Illud affirmo tantũ spectasse me, vt aliquid Christianis hominibus, qui græce nescirent, vtilitatis afferrem, nullam præterea hac in re aut laudem quærere, aut vituperationem recusare. Nunc si sit optandi locus, vellem Marcellus Pontifex, hunc, quicunque est, laboris mei ex suo munere fructum capere potuisset, vt, cùm ad eum, qui & præclarum opus in commune contulerat, & mihi conuertendum dederat, & erat ipse exemplum continẽtiæ, de virginitate librum misissem, propter illam tum personæ opportunitatem, tum gratam animi mei significationem, æquioribus vterer iis, qui in Chrysostomo vertendo maius ingenium, acrius etiam iudicium requirent. Accedit eò perspecta semper quidem omnibus eximia viri voluntas in studia virtutis, & artium optimarum, mihi verò in summo eius honore multo perspectissima. Nam cùm in maximo primi illius, vel potius vltimi temporis rerum hominúmque concursu Pontificem Maximum salutatum venissem, memini, cùm me de Chrysostomo esset hortatus, vt laborem susciperem, gratulari bonis ac studiosis, quibus tantum accessisse diceret ad præsidium & ornamentum, quantum sibi ad honorem, & ad promerendi potestatem esset adiunctum, vt omnis propterea mea de virtute cogitatio posita propè in conspectu meo Marcelli imagine, tantæ benignitatis gratiam à me flagitare videatur. Quibus & communibus & priuatis de causis, hærebit perpetuò quidem in mente & oratione mea memoria diuini hominis, sed tamen hoc eius beneficio, quando inest in eo aliqua remunerandi vis, ad referendam illam, quàm ad ineundam aliam gratiam vti maluissem. Quæ quoniam Dei iudicio sublata facultas fuit, proximum erat in Chrysostomo peruulgando & rei dignitatis, & quodammodo Marcelli voluntatis habere rationem. Nec verò difficilis fuit ea deliberatio. nam mihi de virginali laude cogitanti versabatur ante oculos, vel potius feriebat oculos Reginaldus Polus Cardinalis, quod & reliquarum virtutum specimen, & illustre exemplum castitatis habuit hæc ætas. Illud ego excellens illius animi & corporis bonum in summa cæterorum excellentia bonorum cùm ex constanti hominum fama atque sermone, tum ex ipsius ore Marcelli sic admirabar, vt me & illi, cuius mihi viuit auctoritas, & causæ officióque meo defuturum intelligerem, nisi, quod Marcello debebam, Polo potissimum redderem. Quanquã Chrysostomi Viri sanctissimi gratiã mihi per hanc causam facile cõciliari putabam posse. Ad quem enim is, aut omnino per quem sua hæc ad alios peruenire mallet, quàm per eum, in quo expressam videret effigiem animi, ingenij, temporum suorum? qui eisdem itineribus contendebat in cælum? qui virtutis doctrinæque studia ætati suæ ferè æqualia ita coniunxerat, vt ei probitas & innocentia prudentiæ ac sapientiæ quasi fores aperuisset, scientia præstantissimarum artium virtutem confirmasset, vtraque sic adiunxisset Deum, vt per ipsum suorum operum opus omnium maximum maximéque admirabile effecerit? Ille enim christianam veritatem iam diu in Anglia extinctam excitarat. ille memoriam pietatis intermortuam reuocarat. illius sacrorum, illius ciuilis, illius erat omnium domestica disciplina. Quæ quanquam eius aduentu, planéque aspectu tanquam cælestis alicuius hominis præsentia reuixerant, tamen is nisi perfecta re non conquiescebat, sed mirificam cognitionem, vsumque diuinarum & humanarum rerum ad eam referebat cogitationem, quomodo nationi suæ dignitas salusque pareretur. Quare hic opportunius illi veniebat adiutor, quo bene factorum beneque dictorum egregio doctore legendo & audiendo præceptis Anglia salutaribus institueretur. Sed mecum hic etiam non solum cum Anglis actum est incommodius. nam dum sustineo me, veritus ne parum periti interpretis sermone non delectetur vir tum græcè, tum latinè doctissimus moritur interea Polus, vt iam quasi quodam omine à proferendo libro deterreri viderer. Quem in perpetuum facilè compressissem: sed institerunt aliquando poscere libri editionem ij, quibus negare non potui, præsertim cùm me publici Christianæ Ecclesiæ concilij opportunitate cum hac commoditate ac nobilitate Romanæ librorum impressionis vrgerent, cùm denique admirabili, salutarique exemplo diuinitus hoc incumbente Pio Pontifice Maximo ad restituendam veterem Ecclesiæ disciplinam simul & ad certissima disciplinæ subsidia excitanda ac peruulganda litterarum, ac studiorum commoda, religioni habendum dicerent virginitatis patronum non opponere petulantiæ plurimorum. Cessi igitur, sed ita, si, vt institueram, vel grauitati consulerem, leuémque operam meam aliena auctoritate roborarem. Ergo mihi vtrunque suppeditat ex te Otho ornatissime, qui si, quæ video, tantum in te esse audirem, mouerer fama laudum tuarum. Nunc, quæ tua est liberalitas, viuo apud te, & sæpe interfum sermonibus & actionibus tuis, vt tibi viuenti constantem istam & probatam vitam, & sacris diuinisque rebus mirificè dedito Chrysostomi librum de Virginitate debere non possim. Quod item à me tuum postulat flagrans, atque perpetuum studium tuendæ propagandæque religionis: quo cum & curas, & facultates conferas tuas, præclarè hoc eius & animi simulacrum, & monimentũ ingenij, tibi,

tibi, qui Chrysostomum imitari studes ducem communis officij, conuenire sum arbitratus. & verò gratius erit etiam illorum nomine, quibus desponderam, quorum alter bonus Pontifex, alter Pontificatu dignus, vterque & tui amantissimus, & à te cultus diligentissimè sibi à me receptum, tibi persolutum officium probabit. Itaque habebis ab illis me interprete librum ista persona, studio, moribus dignum, cuius nec explicandæ sententiæ commodior scriptor optari possit, quàm Chrysostomus, nec diuulgandæ magis idoneum tempus, quàm hoc. Vtinam meæ partes ne desiderentur. Quòd si quid de operis pondere mea infirmitate detractum est, tamen aliquam mihi excusationis veniam datum iri spero, quòd in hoc interpretando diuini Spiritus interprete, facultatem fortasse pio conatu, atque egregia voluntate compensem.

LECTORI.

CVM hunc Chrysostomi librum ita scriptum reperissem vt in quatuor & octoginta capita diuisus, initio singulorum capitum separatim descriptam haberet cuiusque loci sententiam, tametsi librarij temeritate, quæ plerunque inscitiæ socia est, interciſum credidi, non scriptoris consilio distributum, quem perpetuum operis argumentum continenti oratione explicasse puto, tamen, vt liberum cuiusque iudicium relinquerem, summas modo rerum in capitum interuallis ineptè, vt mihi quidem videbatur, & ad cursum rationis lectionisque molestè positas, transtuli in commodiorem locum, distinctionem non omnino sustuli. nam & seruaui numerum, & primũ quemque diuisionis versum prima eius grãdiori litera notandum curaui. Quòd si quid operæ nauaui, quòd de eo legentes admonuerim, gaudeo: sin minus, iidem illi, quibus per me vtrumuis sentire integrum erit, mihi vicissim æqui esse debebunt, si, cum ipsis fidem præstitissem, meam quoque de re sententiam notam esse volui.

SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANORUM, DE VIRGITATE LIBER, à Iulio Pogiano conuersus.

IVDAEI virginitatis laudem aspernantur: neque mirũ, quando etiam ipsum natum ex virgine, Christũ ignominiis affecerunt. contrà verò gentes admiratione virginitatis obstupescunt: quam tamen sola colit Ecclesia Dei. nam hæreticorum virgines ego virgines esse minimè dixerim: primum, quòd illæ castæ non sunt, neque enim ex sanctissimi illius viri sententia, qui virginem Christo conciliat, desponsæ sunt vni viro: Despondi enim, inquit is, vos vni viro virginem castam exhibere Christo. quod etiam si de vniuersa Ecclesia dictum est, tamen illa etiam hæc complectitur oratio. Quomodo igitur, quæ vno viro non contentæ, alterum, qui nõ est, Deum introducunt, castæ esse poterunt? ¶ Quare primum ex iis, quæ diximus, deinde, quòd contumeliosæ in nuptias in eũ locũ processerunt, vt connubiis abstineant, virgines esse non possunt. quòd enim coniugium malũ esse lege sanxerunt, ea anticipatione sibi præmia virginitatis ademerunt. non enim, qui vitia cauent, corona donãdi sunt, sed eos à pœna tantummodo vacuos esse decet. & quidem videre licet, non solùm id nostris esse, sed externis etiã legibus cõstitutum: inquit enim lex, Homicida morte multator: at non præterea adiicit, Qui hominem non occiderit, honore afficitor. item, Fur plectitor: at non eum etiam, qui neminem vlla re læserit, præmium capere iussit. ac leges ipsæ adulterũ occidentes, eum, qui cõiugium non violat alienum, nullo dignandum honore censuerunt: & iure id quidem optimo: laudẽ enim, & admirationem habere, rectè facientiũ est, non eorum, qui vitia declinauerunt. nam præclarè cum illis agitur, si nulla ad eos pœna peruenerit. itaque Dominus noster, si qui temerè, ac sine causa fratri iratus fuerit, vel eundem stultum appellauerit, ei geẽnam est comminatus, non etiam iis, qui neque fratri sine causa succensuerint, neque in eum maledicta contulerint, regnum cælestẽ promisit, sed plus eo quiddam maiúsque requisiuit, dum inquit, Diligite inimicos vestros. cúmque vellet ostendere, parum admodum esse, & vile, & planè nullo dignum pretio, fratres non odisse, multo maius illud adiunxit, vt eos ipsos benevolentia, & amore complectamur. ac ne id quidem satis esse nobis inquit, vt honorẽ aliquem consequamur. nam qui id fieri possit, si amplius ea in re, quàm ethnici, nihil assequimur? quare lõgè maiores accessiones faciamus, oportet, si quidem mercedem exigere voluerimus. Neque enim, quia te, inquit, ad geennam non damno, quòd in fratrem maledictis abstineas, nec in eum sis offensior, propterea tute corona donandus tibi esse videare. tantum enim abest, vt abs te isto comitatis modo contentus sim, vt, etiam si te non solum non ei conuicium facere, verum eundem amare dixeris, tamen adhuc & circum terram voluteris, & in publicanorum numerum adscribaris. Quòd si perfectus, ac cælo dignus esse vis, istic modò ne cõstiteris, sed altius ascendito, & eam, quæ supra naturã ipsam est, cogitationem suscipito, vt inimicos benevolentia prosequare. Cùm igitur vndique hoc nobis constet, desistant hæretici frustra se ipsos affligere. nullã enim afflictationis suæ mercedem accipient, nõ quia sit iniustus Dominus, (nefas eñ id dictu est) sed quòd iniqui ipsi, ac scelesti. quid ita? quia domõstratum est, nullũ iis, qui vitia tantummodo deuitarunt, præmium esse propositum. ipsi autem matrimonium malum statuentes, eo abstinuerunt. quomodo ergo, quòd à malo abfuerint, mercedẽ illis poscere licebit? vt enim nos, quòd non sumus adulterati, digni non erimus qui corona donemur: ita ne illi quidem, quòd à coniugio abhorruerũt. nam sic cum ipsis aget summo illo die is, qui iudicium inter nos exercebit: Non equidem illis præmia constitui, qui tantũ à culpa sunt alieni, (parui id enim duco) sed, qui virtutes omnes complexi fuerint, hos in cœleste domicilium introducam, vbi beati hæreditate sempiterna fruantur. Quid igitur est, quamobrem, cùm statueritis matrimonium cum obscœnitate, & scelere esse coniunctũ, & eo propterea abstinueritis, præmia, quæ rectè faciẽtibus debentur, vobis ob delictorũ fugam dari postuletis? nõ enim, si agnos à dextra collocat, & eosdem collaudatos in cælestem regiam introducit, id eo facit, quòd aliena non diripuerint, sed quòd aliis sua dispertiuerint, ne-

Matt. 5.

1. Virginitatem hæreticarum mercedem non habere.

Hæretici frustrà cõtinent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt. 25. rint,neque,si is,cui quinque talenta credita sunt,Do-
mino probatus est,tam id factum est, quòd de com-
missa sibi pecunia quidquam non diminuerit, quàm
quòd eam auxerit, ac duplicatũ depositum Domino
reddiderit.Quousq; igitur progrediemini, inani vos
cursu exercentes?quàm diu laborem irritum suscipie-
tis?quem ad finem, aëra verberantes, frustra pugna-
bitis?atque vtinam solum id frustra sit.nam haud par-
ua pœna illa fuerit,pro multis laboribus, próque spe
præmiorum, maiori certè, quàm laborum ratio po-
stulet,quo die honorem vobis habitum iri speratis,in
eorum poni numero,qui ignominia notabuntur.

III. Hæreticos virginitatis pœnas pendere. Matt.22.

¶ Nec verò hic illis erit malorum modus: neque so-
lum id detrimenti facient, vt nihil lucrentur, sed alia
multo his grauiora mala subibunt:æterno enim igne
comburentur, vermi corrodentur immortali, tene-
bris exterioribus obruentur,angoribus, atque angu-
stiis cruciabuntur. Quamobrem innumerabilia nos
ora habere, & angelica vi præditos esse oporteat, vt
Deo pro eius cura de nobis satis dignè gratias agere
possimus:vel potius ne sic quidem comparati id asse-
qui queamus: qui enim id fieri possit? nam cùm pari
nos cum hæreticis labore (nisi fortasse longè illi ma-
iorem inde suscipiunt molestiam)colenda virginita-
te exerceamur,haudquaquam pares laborum fructus
vtique percipimus.illos enim & vincula,& lacrymæ,
& gemitus,& æterni cruciatus consequẽtur: nos cõ-
trà,consortes erimus angelorum, vbi fulgentes lam-
pades collucebunt,&, quod caput est bonorum om-
nium,sponsi consuetudine fruemur. Sed quamobrẽ
iisdem laboribus contraria præmia tribuuntur? quòd
illi,diuinę legi vti legem ferrent aduersariam,virgini-
tati se dediderunt, nos, vt Domini voluntati parea-
mus,eadem efficimus.Deum autem velle, omnes vti
coniugio abstineant, testis est is, qui Christum in se
1.Cor.7. loquentem habuit:Volo enim, inquit, omnes homi-
nes esse, sicut ego sum. Quòd verò nobis parceret
Matt.26. Saluator noster,quódq; sciret spiritũ quidẽ esse prõ-
ptum, carnem autem infirmã, minimè id necessario
iusso seruandũ constituit,sed animis nostris solutã es-
se voluit eligẽdi optionem. nam si pręscriptum esset,
& lex,nunquam iis,qui id perfecissent,is honor habi-
tus esset,sed illud responsum à Domino tulissent, Fe-
Luc.17. cistis quod facere debuistis: neq; iis, qui rem non as-
secuti fuissent, esset ignotum, sed iis, qui leges negli-
gunt,constitutam pœnam sustinerẽt.nunc verò cùm
Matt.19. illud dixerit,Qui potest capere,capiat, non eos con-
demnauit, qui minus id assequi possunt, sed illis qui
rei facultatem habent,multum, atq; adeò maximum
1.Cor.7. certamẽ proposuit,ob eámq; causam Paulus,magistri
sui vestigia persequens, præceptũ Domini se non ha-
bere dicit,sed dare consilium.¶ At verò neque Mar-

IIII. Detestationem coniugij satanicæ immanitatis esse. Ioan.8.

cio, neq; Valentinus, neque Manes eam moderatio-
nem tenuerunt:neque enim Christum in se loquentẽ
habuerunt, qui suis ouibus parcit, pro quibus etiam
vitam posuit, sed homicidam illum mendacij paren-
tem.quamobrem eos omnes,quicunq; fuerunt dicto
audientes,iidem illi perdiderunt.nam ipsos in ignem
sibi paratum ad inferos traxerunt secum,quos inani-
bus in vita, & intolerabilibus laboribus exercuerant.

V. Hæreticos quod ad cultũ virginitatis attinet, gentibus etiam miseriores esse.

¶ O miserrimã vestram conditionẽ, atque etiam gẽ-
tiũ statu miseriorẽ.nã,etsi gentes grauia apud inferos
geennæ manent supplicia,tamen certè, dum viuunt,
coniugij,& pecunię,ceterarúmq; rerũ,quę in vita iu-
cunditatem habent,voluptatem percipiunt:vos verò
A tormentis,& cruciatibus vtrobiq; affecti,& pręsentes
voluntarij, & mortui inuiti sempiternam pœnã susti-
netis. ac gentibus quidem pro ieiunio, & virginitate
neque mercedẽ dederit quisquam, neque eisdẽ sup-
plicium constituetur:vos autem,pro quibus innume-
rabilibus laudibus celebratum iri sperauistis, pro eis-
dem extremas pœnas persolueris,idq; cũ aliis respõ-
sum feretis à Domino, Quòd ieiuniũ virginitatémq; *Matt.25.*
seruastis, discedite à me in ignẽ paratum diabolo, &
angelis eius: nam neque ieiunium, neque virginitas
per se bona,vel mala sunt,sed eorũ proposito,qui illa
colunt, ita vel bona, vel mala efficiuntur. neque verò
ea virtus gentibus fructuosa est:receperũt enim mer-
cedem suam,quia hanc ipsam virtutem metu Dei nõ
coluerũt.at vos tum propter bellum,quod cum Deo
geritis,tum propter crimẽ,quod eius operibus affer-
tis,non modò mercedem vestram recepistis,sed præ-
B terea pœnas dabitis: nã pro decretis vestris ducemi-
ni in gentium loco,atq; numero:quandoquidẽ ęquè,
atque ipsæ gentes, vero & vnico Deo reiecto, multi-
tudinem deorum introduxistis.pro vitæ autem insti-
tuto melius cum illis, quàm vobiscum, agetur. nam
eatenus illę damnum facient,vt nihil boni adipiscan-
tur: vobis præterea fiet accessio malorũ. adde, quòd
illis ipsis in vita voluptatibus omnibus frui licuit:vos
omnibus vtrobique caretis. Num ergo pœna grauior
esse potest vlla,quàm, pro mercede laboris, & sudo-
ris,perferre supplicia?Adulter,auarus,is qui in alienis
rebus luxuriosus fuit ,direptor deniq; proximorum,
omnes certè solatij aliquid habẽt, breue illud quidẽ,
sed tamen aliquid,quòd eorum causa plectũtur, qui-
bus hic delicatè,molliterq; vixerunt. At qui pauper-
tatem perfert voluntariam,vt cùm è vita migrarit,lo-
C cupletetur,qui virginitatis labores sponte suscipit,vt
illic exultet cum angelis,is,si repente, ac præter om-
nem expectationem hisce de rebus plectatur, quarũ
se innumerabilia præmia consecuturum sperauit, nõ
dici queat, quantum capiat doloris, vbi illa, contrà
quàm omnino sperauerat, mala subierit. ego enim
ipsum conscientia æquè atque flamma cruciatum iri
existimo, cùm eiusdem consortes laboris apud Chri-
stum commorari videbit,&,ob quæ infinitis illi fruẽ-
tur bonis,ob ea se extrema supplicia sustinere,in illá-
que virginitate grauiora ferre mala, quàm luxuriosi,
nequissimíq; homines patiantur.¶ Etenim hęretico-
rũ continentia omni est libidine flagitiosior.illa enim
hominũ modò offensionibus terminatur: at ista cum
Deo pugnat,& in eius infinitam sapientiã iacit cõtu-
meliam.diabolus autem suis cultoribus eiusmodi tẽ-
D dit insidias:eius enim fraude virginitatẽ hęreticorum
subtiliter inuentã esse,non ego mea,sed is,qui diabo-
li consilia nõ ignorat, sua oratione testatum reliquit.

VI. Virginitatem hæreticorum adulterio etiam fœdiorem esse.

quid igitur inquit ille?Spiritus manifestè dicit, quòd *1.Tim.4.*
in nouissimis temporibus discedẽt quidã à fide, attẽ-
dentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum,
in hypocrisi loquentium mendacium,& cauteriatam
habentium suam conscientiam,prohibentiũ nubere,
abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendũ.
Quomodo igitur virgo sit, quæ discessit à fide? quæ
planos audiuit? quæ dæmonibus obtemperauit?quæ
mẽdaciũ coluit?quo pacto illa virgo, quæ tãtas con-
scientiæ labes habet in anima?virginis enim non solũ
corpus castum, sed puram, atque integram animam
esse oportet,siquidem curat sponsum illum sanctitatẽ
insignẽ excipere. quòd si ipsa iis maculis notatissima
fuerit,

fuerit, quonam modo pura esse poterit? si enim eam
terrenas etiam curas ab eiusmodi cubiculo abiicere
oportet,vtpote quæ sponsi dignitati cũ illis congrue-
re nequeat, quomodo, cogitationibus impiis eius a-
nimo obuersantibus,virginitatis decus cõseruare po-

VII. Hæreticos colenda virginitate non animam modò,sed etiam corpus inquinare.

terit?¶ Nam etsi corpus ipsius incorruptũ est,animæ
tamen,quæ pars est potior,sunt corrupta cõsilia.quę-
nam igitur ista commoditas disiecto templo,quæ tẽ-
plum cingunt,porticus,& septa permanere? aut quid
est in eo emolumenti,cùm purus sit solij locus,ipsum
esse solium sordibus inquinatum? quanquam ne sic
quidẽ à sordibus libera est.execrationes enim,& ma-
ledicta intus quidem formantur, neque tamen intus
Simile. consistunt, sed ore prolata,& linguam, & aures, quæ
ad ea patent, coinquinant, ac veluti venena pesti-
fera, in ipsam animã infusa, radices eius corrodunt,
quauis tinea grauius,vt cum ipsis radicibus reliquum
corpus intereat. Atqui,si corporis & spiritus sanctitas
definitio virginitatis est, qui fieri potest, vt ea virgo
sit, quæ sceleribus, ac flagitiis vtrunque contamina-
uit?At ista mihi & oris pallorem,& membrorum gra-
cilitatem,& simplicem stolæ cultum,& aspectum hu-
milem,ac verecundum ostentat?sed quanti id refert,
si elatus,& inuerecundus est oculus animę?quid enim
eius aspectu petulantius esse potest,quæ specie, & o-
stentatione adducit homines in eam sententiam, vt
Psal.44. Dei opera habeant in numero malarum rerũ?Omnis
gloria filiæ Regis ab intus:at ipsa peruerso ordine ex-
trinsecus gloria circumfluens,omnem intrinsecus ha-
bet infamiam.Illud verò graue est,quòd maximã ho-
minibus prę se fert modestiam,in Deum verò creato-
rem suum summam adhibet insaniam,quódq; addu-
ci non potest,vt virum aspiciat, (si modò vllæ in ipsis
sic affectę virgines reperiuntur) in Dominũ verò ho-
minum impudentibus oculis intuetur,& iactat voces
in sublime nefarias: exangue buxi instar ipsis os est,
mortuique simillimũ: at propter eam causam multis
lacrymis,maximísq; miserationibus dignę sunt,quòd
non modò frustra,sed ad perniciem,& quæ in eorum
caput redundant, tantum ærumnarum susceperunt.

VIII. Virginem non vestitu,sed anima æstimari oportere. Simile. Virginum vestis pulla.

¶ Vilis quidem stola est,at non vestitu, neq; eius co-
lore, sed corpore, & anima virginitas definitur. nam
si neque philosophum coma, baculo, aut tunica, sed
moribus,& anima metiri solemus, neque militem ex
chlamyde,aut ex balteo,sed ex robore,& virtute spe-
ctamus,nónne illud perabsurdum sit, virginem, rem
adeò mirabilem, ac de humanis rebus lõgè præstan-
tissimam,squalore capilli,oris mœrore, & pulla veste
definire,ipsiúsq; vim,ac virtutem ita negligenter, te-
meréque interpretari, neque eius animam quasi de-
nudatam inspicere,atq; habitum, & mores subtiliter
inde pernoscere?At non id permittit is, qui luctatio-
nem istam lege constituit: neque enim vestibus eos,
1.Cor.8. qui in hoc certamen descenderent, sed præceptis, &
anima probare se iubet.inquit enim,Qui in agone cõ
tendit,ab omnibus se abstinet, nempe ab iis, quibus
2.Tim.2. animæ sanitas perturbatur:&, Non coronabitur, nisi
qui legitimè certauerit.quænã ergo huiusce luctatio-
nis leges constitutæ sunt?audi iterum Paulũ, vel po-
tius in eo loquentem Christum, certaminis auctorẽ,
1.Cor.7. Vt virgo sit sancta & corpore, & spiritu, atque idem
honorabile cõnubiũ,& thorus immaculatus.¶ Quid

IX. Virgini detrimentum afferre relatio-

ad me hoc,illa inquit, quę multam coniugio salutem
dixi?istud enim misera,istud ipsum te perdidit, quæ,
tanquam ad te nihil id decretum pertineret,rem pro-
A pterea incredibili irrisione excipiens, cùm in Dei sa- *nem animi in eos, qui matrimonio iuncti sunt.*
pientiam inuecta es,tum creatas res omnes accusasti,
si enim coniugium impurum est, animantes omnes,
quæcunque ex eo creatæ sunt, eadem impuritate cõ-
tinentur, ita vos etiam:non enim dixerim hominum
naturam,quomodo igitur illa virgo sit, quam impu-
ram esse constat? Verum altera, vel tertia potius hæc
est fœditatis & impuritatis à vobis excogitata ratio,
quæ connubium veluti turpitudinem quandam fu-
gientes, ista ipsa fuga nuptiarum omnium impurissi-
mæ factæ virginitatem excogitastis adulterio fœdio-
rem.In quorũ igitur numero vos reponemus?Iudęo-
rũ ne? at vos illi non recipiẽt,quippe qui coniugium
colunt, & diuinum opus admirantur.an nostrum? at
Christum ex ore Pauli loquentẽ audire noluistis,Ho- *Heb.13.*
norabile connubium, & thorus immaculatus. Reli-
B quum igitur est,vt gentibus annumeremus,sed vt sce-
lestiores,& magis impios,quàm ipsæ sint, vos etiã illę
repellent.est enim apud Platonem, eum, qui cuncta
fabricatus est,probum esse,probum autem nemini vl-
la in re inuidere. tu verò ipsum improbum appellas,
& malarum rerum procreatorẽ. Verum ne extime-
scas:habes istius consortem sectæ diabolum, & ange-
los eius, vel potius ne eos quidem. neque enim pro-
pterea, quòd te illi in istum furorem induxerunt, ea-
dem ipsos sentire existimes.scire enim eos Deum es-
se bonum,argumento tibi sit ipsorum vox exclaman-
tium tum hoc, Scimus quòd sanctus Dei sis, tũ illud, *Mar.1.*
Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant *Act.16.*
vobis viam salutis.Etiámne igitur virginitatem com-
memorabitis?etiam in ea gloriabimini?ac non potius
vestram deflebitis & lugebitis stultitiã,propter quam
C diabolus vos colligatos veluti captiuos trahit in ignẽ
æternum?At non es matrimonio coniuncta? at nõ eo
omnino virginitas definitur:quę verò liberam habuit
nubendi potestatẽ,& à nubendi consilio abfuit,hanc
ego virginem esse dixerim. cùm autem te connubio *Simile.*
lege prohiberi dicis,istud,quod à te rectè factum est,
non iam liberæ tuę voluntati,sed necessario legis ius-
so tribuendum est. Quapropter Persas eos admira- *Persarum*
mur, qui matres vxores non ducunt, Romanos non *incasta cõiugia.*
item. nam apud eos id omnibus omnino execrandũ
videtur: apud verò Persas impunitas audendi talia
causæ fuit,vt, qui ab huiusmodi coniunctionibus ab-
stinerent,laudibus afficerentur. & hac quidem ratio-
ne de nuptiis est inquirendum.nos enim,quòd omni-
bus licet matrimonio se coniungere, meritò eos qui
non nubunt,admiramur:vos verò, qui nuptias in nu-
D merũ flagitiosarum rerum retulistis,minimè vobis eã
virginitatis laudem assumere potestis. nam, à vetitis
abstinere,nequaquam est præstantis & egregij animi
argumentum.illud certè perfectæ virtutis est, non ea
cauere,quæ si cõmiserimus, ab omnibus mali iudice-
mur,sed in iis excellere,quę non expetita improbita-
tem non coarguunt,culta verò atque perfecta nõ so-
lùm homines liberant suspicione improbitatis,sed ar-
gumẽto sunt,eos inter bonos referri debere. vt enim
eunuchis,quòd nõ nupserint,virginitatis laudem ne- *Simile.*
mo tribuerit, sic neque vobis. quod enim illi naturæ
necessitate, id vos anticipatione malæ mentis effeci-
stis, & quam ipsis ea in re gloriam corporis debilitas
abstulit, eam vobis integris diabolus, rectis ablatis
cogitationibus,eripuit: atque ita hac, quam necessa-
rio seruetis, non nubendi lege proposita, laboribus
quidẽ assiduè vos exercet, sed ad honores peruenire

 prohibet,

Universidad de Deusto Biblioteca

prohibet.Tu coniugium vetas?at tibi, tantum aberit
vt propterea quòd non nupſeris,merces detur, vt e-
tiam ob id ipſum cruciatus,& ſupplicia perferas. Tu,
inquit,matrimonio non prohibes? minimè, minimè
X. Cohortari ad virginitatem, nõ eſſe prohibere cõnubium.
verò ſit,vt vſq; adeò tecum inſaniã.¶ Quomodo igi-
tur,ait,hortaris homines,vti matrimonio ne coniun-
gantur?quòd mihi ipſe perſuadeo,virginitatem con-
iugio multo eſſe præſtantiorẽ,neque tamen propter-
ea connubium in malis pono, quin etiam ipſum ma-
gnis laudibus afficio.eſt enim continentiæ portus iis,
qui præclarè eo vti voluerint. nam neq; appetitũ fu-
rere ſinit:quaſi enim molem quandam illi legitimam
opponens cõiunctionem,& libidinis fluctus ſuſtinẽs,
in magna nos trãquillitate collocat,& retinet.At ſunt
quidam, qui huiuſmodi præſidij non indigeant, ſed
eius loco ieiuniis,vigiliis,corpore ſuper ſolo ſternen-
do,vita denique duriter agenda, naturæ furorem le-
niant.hos equidẽ cohortor,vti ne connubio iungan-
tur:quo minus id faciant,non impedio. Magna verò
eſt vtriuſque verbi differentia,& planè tanta, quantũ
inter neceſſitatem intereſt,& liberam cuiuſque volũ-
tatem.nam is,qui conſilium alteri dat,ita dimittit au-
ditorem,vt ei integra ſint ea,de quibus conſilium de-
dit:qui verò prohibet,is hanc aufert ab eo facultatẽ.
accedit ad id, quòd ego virginitatem ſuadens, non
damno coniugium,neque eum,qui me non audierit,
accuſo:tu, cùm & nuptias condemnes, malumq; ap-
pelles,& legumlatoris, non conſiliarij, perſonam ar-
ripias, qui tibi non obtemperant, meritò eos odiſti.
ego verò nõ ita,verum,cùm illos admiror,qui ad hoc
certamen nomina dederint,tamẽ, qui eò non deſcẽ-
derint, non accuſo: accuſatio enim ea iuſta eſt, quæ
cõtra illum adhibetur,qui id cõmiſerit, quod omnes
malum confitentur.nam qui leuiorem aliquam virtu-
tem adeptus eſt,neq; aliam ea maiorem aſſecutus, vt
eandem laudem,& admirationem non habeat,nõ ta-
men propterea eſt accuſandus. Quî igitur prohibeo
connubium,qui nubentes non reprehẽdo?ſtupra ve-
to,& adulteria, coniugium mininè ego quidem, qui
verò illa audent,punio,& à ſacris, atq; à communio-
ne Eccleſiæ repello.qui autem nuptias colũt, dum id
caſtè faciant,iis ego perpetuam laudem tribuo, quã-
obrem duplex lucrum fit,alterũ, quòd Dei operibus
crimen non offertur,alterum,quòd virginitas ſua di-
gnitate non ſpoliatur,quin etiam multo illa ipſa præ-
XI. Qui cõiugium improbat, eũ ſimul violare virginitatem.
ſtantior oſtenditur. ¶ Qui enim matrimonium vitu-
perat,virginitatis gloriam funditùs tollit: qui verò id
laudat,multo illã ipſam admirabiliorẽ reddit,ac præ-
clariorẽ.quod enim præ eo,quod deterius eſt, bonũ
videtur,non id admodũ bonum fuerit:quod verò iis,
quæ omnium ſentẽtia bona ſunt,melius eſſe conſtat,
illud præſtantiſſimum bonũ eſt, cuiuſmodi docemus
nos eſſe virginitatem. Quare, quemadmodũ qui nu-
ptias in malis ponunt, ſuam virginitati laudem detra-
hunt:ſic qui coniugium à crimine vindicant, nõ ma-
gis ipſum coniugium, quàm virginalem laudant ca-
Simile. ſtitatem.etenim in corporibus non ea,quę mancis,ac
debilibus,ſed quæ ſanis,& integris comparata excel-
lunt,pulchriora dicimus. Bonum eſt connubium. eſt
verò ob eam cauſam virginitas admirabilis, quæ eo,
quod bonũ eſt,melior exiſtit,tantóq; melior,quanto
Simile. remigibus gubernator,quanto eſt militibus dux prę-
ſtantior.ſed quemadmodum, è naui ſi remiges ſuſtu-
leris, nauigium ſubmerſeris, ſi milites ſubmoueris è
prælio,ducem hoſtibus conſtrictum tradideris: ita,ſi

A matrimonium loco deieceris, virginitatis prodideris
gloriam, & in ſummorum ordinem malorum com-
puleris.Virginitas eſt bonum. id ego quoque fateor.
Atqui nuptiis etiam melior. & iſtud tibi aſſentior, ac
ſi libet, illud adiungam, tanto nuptiis eam præſtare,
quanto cælum terræ,quanto hominibus angeli ante-
cellunt,ac,ſi quid præterea audendum eſt, etiam ma-
gis. nam ſi neque nubunt angeli, neque vxorem du-
cunt,non etiã carne,& ſanguine coagmentati ſunt,in
terris præterea non commorãtur, non cupiditatum,
aut libidinum perturbationibus ſunt obnoxij,non ci-
bi indigent,aut potus,non ſunt eiuſmodi, vt eos dul-
cis ſonus,aut cãtus mollire,aut præclara ſpecies poſ-
ſit allicere,nulla deniq; eius generis illecebra capiun-
tur:ſed,quemadmodum cælum ſummo meridie,nul-
lis perturbatum nubibus,purum,& lucidum apparet,
ſic angelorum natura, nullis commota perturbatio-
B nibus, neceſſariò clara permanet, & illuſtris. ¶ At
XII. Qui virginitatem verè colant, eos hominibus angelos fieri.
humanum genus,cùm natura beatis illis mentibus in-
ferius ſit,omni vi,ſtudióque contendit, vt, quoade-
ius fieri poteſt,illas aſſequatur:quomodo? non nubũt
angeli,neque vxorem ducunt: at neque etiam virgo.
aſſiſtentes illi ſemper ad Deum, eidem inſeruiunt: &
iſtud ipſum virgo. quamobrem Paulus ab omnibus
curis eas auocat,vt attentè & aſſiduè Deo ſeruire,ne- *1.Cor.7.*
que vlla inde re diſtrahi poſſint. Quòd ſi virgines,
quàm diu corporis onere deprimuntur,quemadmo-
dum angeli in cælum nequeunt aſcendere, illud eo
vel maximo ſolatio compenſant, quòd, modò ſpiri-
tu,& corpore ſanctæ ſint, cæli Regem recipiunt. Vi-
déſne virginitatis præſtantiam? quomodo terrarum
incolas ſic afficiat, vt eiſdem illi, quibus cælites, mu-
neribus perfungantur,& qui corpore veſtiti ſunt,eos
C incorporeis mentibus exæquet, & homines ipſos æ-
mulos ſtudij efficiat angelorum? Verum nihil ad vos
iſta,qui & tantam rem violaſtis, & Dominum accu-
ſaſtis,improbumq; appellaſtis.quamobrẽ ea vos,quę
ſeruo debentur improbo,manent ſupplicia: piis autẽ
virginibus multa, & maxima præſto erunt bona, &
planè ea,quæ non modò ſupra ſunt oculorum & au-
rium ſenſum, ſed omnem hominum mentem & co-
gitationem ſuperant. Quamobrem, illis omiſſis, (ſa-
tis enim contra eos diſputatum eſt) ad Eccleſiæ fi-
XIII. Quid velit Paulus, Ego non ego, ſed Dominus: de vxore non dimittenda & connubio impari.
lios reliquum ſermonem conuertemus. ¶ Vnde igi-
tur præſtat initiũ dicendi facere?nẽpe ab eo Domini
ſermone,quẽ is diuo Paulo habuit internuncio. huius
enim admonitionem,Domini admonitionẽ eſſe,ne-
ceſſariò credendũ eſt.etenim cùm inquit,Iis,qui ma-
trimonio iuncti ſunt,præcipio nõ ego,ſed Dominus,
D & illud,Reliquis autẽ ego dico,non Dominus,nõ eo
dixit,quaſi alia ſua,alia Domini eſſet oratio:quomo-
do enim is, qui Chriſtum in ſe loquentẽ haberet, qui *1.Cor.7.*
viuere non curaret,vt Chriſtus in ipſo viueret,qui re- *2.Cor.13.*
gnum,qui vitam,qui angelos,qui poteſtates,qui reli- *Gal.2.*
quas res creatas,q̃ omnino omnia charitate in Chri- *Rom.8.*
ſtum inferiora duceret,quomodo,inquam,pręſertim
de his legem ferens,ea non dicam dicere,ſed cogita-
re eſſet auſus,quæ ex Chriſti ſententia nõ eſſent?Sed
quomodo illa accipi debent,ego,& non ego? nempe
Chriſtus quaedam per ſe, quaedam per Apoſtolos tradidit.
hoc modo:leges nobis tulit,& decreta fecit partim p
ſe Chriſtus,partim per Apoſtolos. quòd autẽ ipſe per
ſe leges omnes nõ tulerit,audi eiuſdem teſtimonium:
Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare
modo.quocirca de vxore, quæ à viro diſcedere non
debeat, anticipans illud ipſe Chriſtus,legẽ nobis im- *Ioan.16.*
poſuit

poſuit tum,cùm homo verſabatur in terris, propter-
ea inquit, Iis, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio
non ego,ſed Dominus:de infidelibus verò nobis ipſe
nihil dixit, ſed ad id Pauli incitans animum, eius ore
legem tulit,ac propterea inquit, Si quis vxorem ha-
bet infidelem,& hæc conſentit habitare cum illo, nõ
dimittat illam, & ſi qua mulier habet virum infidelẽ,
& hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virũ.
ob id igitur dixit,Non Dominus,ſed ego,non eo vo-
lens oſtendere,humanum illud eſſe dictum,quî enim
fieri poteſt?verum id pręceptum,cùm hic eſſet,Chri-
ſtum diſcipulis non tradidiſſe, ſed nunc ſe internun-
cio tradere. vt igitur illud, Dominus, non ego, haud
illius eſt,qui Chriſti iuſſo aduerſetur:ita hoc, Ego, nõ
Dominus, non ab eo dicitur, qui præter Dei ſenten-
tiam ſuũ ipſe,ac propriũ aliquid afferat,ſed ab eo, qui
tantum hoc oſtendat,per ſe nobis id nunc præceptũ B
traditũ eſſe.etenim de vidua cùm loquitur ipſe, Bea-
1.Cor.7. tior, inquit, eſt, ſi ſic permanſerit ſecundum meum
conſilium:deinde ne,cùm illud audieris, Secundum
meum conſilium,id ab homine excogitatum arbitre-
ris, ſuſpicionem conſequẽti oratione ſuſtulit in hunc
modum: Puto autem, quòd & ego ſpiritum Dei ha-
beam.Quemadmodum igitur,cùm ea, quæ Spiritus
ſancti eſſent,loquebatur,ſuum dixit eſſe conſiliũ: ne-
que eam propterea nos hominis ſentẽtiam dicemus:
ſic neque hic etiam cùm dicit,Ego dico, non Domi-
nus,ob id Pauli ſermonem exiſtimabis. Chriſtum e-
nim in ſe loquentẽ habebat. neq; verò vnquam fuiſ-
ſet auſus de tanto hoc decreto ferre ſentẽtiam, niſi in-
de legem nobis tuliſſet. ſic enim cum Paulo quiſpiã
ageret:Ego fidelis homo cum infideli, cũ impura pu-
rus conſuetudinem habere non poſſum: tu paulò an- C
tè dixeras, dicere te iſta, non Dominum: vnde igi-
tur id mihi tutum, certúmue fuerit? At diceret, Ne
verearis:id enim dixi, quòd Chriſtum in me loquen-
tem habeo,& quòd puto ſpiritum Dei habere, ne eũ
ſermonem vlla ex parte humanum eſſe ſuſpicere. niſi
Sap.9. enim ita eſſet,nunquam cogitatis meis tantum aucto-
ritatis tribuiſſem:cogitationes enim mortalium timi-
dæ,& incertæ prouidentiæ noſtræ.Præterea,quanta
ſit legis vis vbique terrarum,oſtendit Eccleſia,legem
ipſam diligenter ſeruans, alioqui non ſeruatura, niſi
perſuaſum haberet,ex Chriſti iuſſo illum omnino eſ-
ſe ſermonem.Quid igitur ait Paulus, Domini inſtin-
ctu concitatus? De quibus ſcripſiſtis mihi,bonum eſt
homini mulierem non tangere. Hoc loco amauerit
aliquis de eo Corinthios, quòd, cùm nullum antea à
magiſtro ſuo de virginitate conſilium habuiſſent,oc- D
cupantes ipſi ab eodem illud requirant. eo nimirum
oſtendentes, quanta ſibi iam diuinæ gratiæ acceſſio
facta eſſet. nam veteri teſtamento res perſpicua non
erat. neque enim ſolùm reliqua tum multitudo, ſed
XIIII. Cur ad Paulum Corinthij de virginitate ſcripſerint nõ autẽ prior eos ipſe admonuerit.
& leuitæ,& ſacerdotes, atque adeò magnus ille Pon-
tifex magni nuptias æſtimabat. ¶ Sed quamobrem
eò progreſſi ſunt, vt id à Paulo quærerent? acutè illi
rem,& præclarè viderunt: quippe cùm ipſis, maiori
munere affectis, maioris etiã virtutis opus eſſet. Ve-
rùm illud etiam conſiderandum eſt, quamobrẽ Pau-
lus nullum vnquam ipſis de eiuſmodi conſilio ſermo-
nem intulerit.nõ enim,ſi quid horum illi accepiſſent,
iterum ad eum ſcribentes de eiſdem rebus rurſus eius
ſententiam requiſiuiſſent. atque hinc etiam admira-
bilem Pauli ſapientiam licet animaduertere. non e-
nim temerè,aut ſine cauſa tanta de re admonitionem

A prætermiſit,ſed expectauit,dũ id prius cuperent Co-
rinthij,& aliquam eius rei ſuſciperent cogitationem,
vt,cùm eorum animos,qui ad virginitatem præpara-
ti eſſent, excolendos ſuſcepiſſet, fructuoſos hiſce de
rebus in illis ſermones ſereret. ſic enim illis per ſe er-
ga virginitatem affectis,factum eſt,vt poſtea ſe maxi-
mè dociles ad Pauli conſilium præberẽt.adde, quòd
huius rei magnitudinem, & grauiſſimũ pondus oſtẽ-
dit.non enim,niſi ita ſe res haberet,illorum ea in re a-
lacritatem expectaſſet, ſed anteuertens ipſe rem in-
troduxiſſet,ac ſi non vt iuſſum,aut præceptum, certè
vt admonitionem, atque conſilium: ſed cùm ne ſibi
id quidem ſumpſiſſet, vt prior faceret, liquidò nobis
oſtendit, quàm multi ſudoris quantæque contentio-
nis virginitas indigeat. quo etiam communem Do-
minum imitatus eſt.nam & ille tum,cùm diſcipuli eũ
B interrogarunt, de virginitate diſſeruit. cùm enim di-
xiſſent, Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, expedit *Matt.19.*
non nubere,tunc ait,Sũt Eunuchi,qui ſe ipſos caſtra-
uerunt propter regnum cælorum.cùm enim id,quod
rectè fit,magnum,& difficile eſt, neque ob eam cau-
ſam iuſſo concluditur neceſſario, tunc expectandum
eſt,dum iis,qui id ipſum aſſequi volunt, rei cupiditas
innaſcatur, alio quodã modo, ac ſine vlla ſuſpicione
comparatis illis ad eiuſdem rei ſtudium, & volunta-
tem.Sic itaque Chriſtus fecit. non enim eos vlla diſ-
putatione de virginitate in cupiditatem virginitatis
adduxit,ſed tantum in ſermone de nuptiis, rei graui-
tate demonſtrata, atque in iis terminata oratione, rẽ
tractauit adeò ſapiẽter,vt qui de virginitate nihil au-
diuiſſent,ſua ſponte dicerent,Expedit nõ nubere. ob
id Paulus etiam ille Chriſti imitator inquit, De qui-
C bus ſcripſiſtis mihi. quod perinde eſt, quaſi de iis ita
reſpondiſſet:Equidem propter ſummam rei difficul-
tatem nũquam per me vos eſſem auſus in tam excel-
ſum locum compellere,verùm cùm id anteuertentes
ipſi de eo ad me ſcripſeritis, propterea, quid mei cõ-
ſilij ſit, fidenter vobis exponam: Bonum eſt homini
mulierem non tangere. Verum quid eſt cauſæ, quòd
cùm multis de rebus ad Corinthios ſcripſiſſet Paulus,
nuſquam huius ipſe fecerit mentionem? nihil, niſi id
quod iam dictum eſt.ne quis enim litterarum admo-
nitionem moleſtè ferret, in memoriam eorum redi-
git,quæ ipſi ſcripſerant.ac ne ita quidem occaſionem
nactus maximam,vehementiorem adhibet admoni-
tionem,ſed remiſſius cum illis agit,in eo etiã Chriſtũ
imitatus:Saluator enim in extremo illo ſermone,quẽ
de virginitate habuit,illud adiecit.Qui poteſt capere,
D capiat. at quid ait Paulus? De quibus ſcripſiſtis mihi,
XV. Oppoſitio eorum,qui virginitatem eiiciunt,& ſolutio.
bonum eſt homini mulierem non tangere. ¶ Sed di-
xerit fortaſſe quiſpiam, ſi præſtat mulierem non tan-
gere,quid ſunt introductæ nuptiæ?aut,ſi non ad con-
iugium,& ad liberorum procreationem mulieres ad-
hibemus,quid eſt præterea, in quo illæ nobis vſui eſ-
ſe poſſint?morte enim quotidie conſumente,atq; cæ-
dente humanum genus, neque hoc permittente ſer-
mone,vt, aliis cadentibus, alij exoriantur, quid pro-
hibet,quo minus vniuerſi homines intereant?ſi enim
bonum id ſequeremur omnes,neque mulierem attin-
geremus,perirent omnia,& vrbes,& familiæ, & agri,
& artes, & animantes, & cuncta, quæ ex terra oriun-
tur. quare quemadmodum, vbi cecidit Imperator, *Simile.*
omnes ordines in acie diſſipari neceſſe eſt: ſic homi-
ne,qui omnium in terris eſt Imperator, quia nuptias
non colat,ſublato,nihil præterea reliquum eſt, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

salutem suam,ordinémque tueatur: atque hoc ipsum præclarum cõsilium complebit orbem terrarũ malis innumerabilibus. Equidem,si hostium, & infidelium tantummodo hæc esset oratio, parui eã æstimassem: cùm verò multi ex iis etiam, qui in Ecclesiæ numero videntur esse, eadem ista dicant, atque imbecillitate consilij à virginitate deficientes,eam, quòd multi sudoris sit, improbent,& inanem esse ostendant,eo videlicet consilio,vt suam tegant pigritiam, neque negligentia, sed recto iudicio certamẽ illud cõtempsisse videantur:age iam,omissis hostibus,(nam animalis homo non percipit ea,quæ sunt Spiritus Dei:stultitia enim est illi) eos,qui nobiscum facere simulant,vtrũque doceamus,& virginitatem non modò non superuacaneã,sed valde esse fructuosam,maximéq; necessariam,& ipsos,quòd virginitati crimen offerũt, non impunè laturos, sed tantũ eiusce rei pœnarũ subituros,quantum iis,qui virginitatẽ coluerint, & mercedis,& laudis tribuetur.vt enim vniuersus hic mundus factus est,& parata nobis omnia,quæ ad quietem nostram,vsúmq; pertinerent,Deus hominem finxit, cuius etiam causa mundũ fabricatus erat:is igitur in paradiso remansit, neq; vlla nuptiarũ mentio facta est. opus ei fuit adiutrice:adhibita est.ne tum quidẽ coniugium visum est necessarium, imo verò ne apparebat quidem: quinetiam illi cõnubij expertes in paradiso,tanquam in cælo vitam degebant,& iucundissima Dei consuetudine fruebãtur.nam & coniunctionis appetitio,& conceptio, & partuũ dolores,& partus ipsi, interitus deniq; omne genus longè aberat ab illorum animis, & quemadmodum amnis liquidus è puro fonte profluẽs, sic ipsi ibi vitã agebant virginali castitate decorati:& tũ erat in omnib⁹ terris ab hominibus solitudo:quod nunc verentur isti,qui de orbe terrarum laborant: ea enim est horum hominũ ratio,aliena vti sedulò curent, suarum verò rerũ ne minimam quidem cogitationẽ suscipiant, & cùm de eo soliciti sint, ne commune hominum genus aliquãdo deficiat,omnem animæ suæ, tanquam alienæ, curam vnusquisq; negligit,præsertim cùm eius causa summa vel minimarum rerum, paucitatis verò hominum ne minima quidẽ ratio ab ipsis reposcenda sit. nõ erant tum oppida,non artes, non familiæ,(neque enim leuiter vos ista curatis)sed tum ista non erant, neq; tamen beatam illam vitam,& hac nostra longè meliorẽ quidquã aut impediebat, aut incidebat.at simul atq; Deo non obtemperauerũt,ac terra,cinisq; facti sunt, simul cum beata illa viuẽdi ratione virginitatis decus amiserunt, & vnà cum Deo semigrauit ab eis castitas virginalis. nã quàm diu à diaboli seruitute liberi fuerunt, ac Dominũ suum sunt veriti, fuit penes eos virginitas, quæ maiori ipsis erat ornamento, quàm sit diadema Regibus,aut aurea vestimenta. postea verò quàm captiui fuerunt, & regiam ipsam exuerunt stolam, cælestique ornatu abiecto, morti, dissolutioni, execrationiq; propositi,miseram, & laboriosam vitã instituerunt,tunc vnà cum illis successit connubium, mortale hoc,& seruile vestimentum.Qui,inquit,cum vxore est,solicitus est,quæ sunt mũdi. Vidés ne vnde initium habuerit nuptię?vnde necessariò profectę videantur? à diuini præcepti contemptione,ab execrationibus,à morte:si quidem vbi mors est, ibi nuptiæ commorantur:quæ si non esset, neque nuptiæ sequerentur.At hæc virginitatem non consequũtur, sed illi semper vtilitas,felicitas,beatitudóque comitantur, tam nondum morte, aut nuptiis introductis, quàm post earum introductionem. Cedo, quod connubiũ Adam procreauit?qui dolores Euã pepererunt? neq; enim habes quod respondeas: quid igitur sine causa cõtremiscis metu perterritus,ne sublatis nuptiis cõstat ortus humani generis?Innumerabiles angeli Deo inseruiunt, infinita vis archangelorum ad ipsum assistit,neq; quisquam eorũ est ex naturæ successione,ex partu,ex doloribus,ex conceptione procreatus.multo igitur magis homines sine cõiugio fingere potuit, quemadmodum primos finxit, vnde genus hominũ vniuersum exortum est.¶ Neque verò nũc etiam genus nostrum auget connubij vis, sed Domini oratio ea,quam habuit initio,Crescite,& multiplicamini,& replete terram.Quid enim,quæso,Abraham ad liberos gignendos nuptiæ profuerunt? an non is,cùm tot annos vxorem haberet in matrimonio, tandem eiusmodi vocem emisit? Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absque liberis. Vt igitur tum ex mortuis corporibus Deus prolem, & stirpem excitauit ad innumerabilium hominum procreationem: sic idem à primo, si dicto audiẽs Adam illam omisisset ligni voluptatem, viam reperire potuit,qua humanum genus augeret. neque enim vnquam contra Dei voluntatẽ exercẽdis nuptiis maior erit hominum numerus, neque colenda virginitate,Deoque id approbante, eorundem multitudo minuetur. Verũ, inquit, id voluit nostra culpa,quòd ei non obtemperauimus. quid est enim, quòd antè quàm in fraudem induceremur, nullum extitit connubium? quamobrem nulla fuit in paradiso corporis coniunctio?cur ante nostri execrationem nulli partuum dolores? quòd erant tum illa superuacanea,quę deinde fuerunt propter hominum infirmitatem necessaria,neque solùm hæc ipsa,sed alia omnia,oppida,artificia,vestium cultus,& ornatus, & omnino reliqua necessariarum rerum turba: his enim contractis omnibus,mors in orbem terrarum irruit,hoc instructa comitatu.Quamobrem non est,vt quod infirmitati tuæ remissum est, id non modo virginitati præferendum, sed ne cum ea quidem conferendum putes. nam si ista ratione & via processeris, duas etiam habere in matrimonio,quòd id lege Moisis permissum fuit, quàm vna vxore contentum esse, melius affirmabis, isto etiam modo diuitias paupertati voluntariæ,luxuriam frugalitati præposueris, atque adeò iniuriam vlcisci, quàm fortiter ferre, præstare dixeris. ¶ Tu igitur,inquit, ista improbas? ego verò non improbo,nã & à Deo concessa sunt, & fuerunt tempore fructuosa,at leuia esse dico, neque tam virorum rectè facta, quàm puerorum appello. Quare cùm perfectos nos Christus vellet efficere,iussit illa tanquam pueriles vestes deponere, quæ neque virum perfectum tegere possent, neque ornare mensurã ætatis plenitudinis Christi, his verò ornatioribus, & pretiosioribus,quàm illæ essent,vestiri voluit, non ea re sibi ipse contrarius, sed maximè consentaneus: nam etsi hæc sunt illis iussa grauiora,tamen idem fuit legislatoris propositum,sed quodnam id est?vt, animarum nostrarum omni prauitate circumcisa,nos ad perfectam virtutem deduceret.si enim id rationis habuisset,vt nullum nobis priore grauius onus imponeret,sed idem permitteret, vt eandem illam perpetuò legem seruaremus,neq; vnquam nos ab illa humilitate subleuasset,hoc nimirum ostendisset,quantum à se ipse dissentiret. Quemadmodum enim initio si tum, cùm

Non esse timendũ ne intereat genus humanũ si omnes virginitatem profiteantur.

1.Cor.2.

Simile.

Ælienа curãs sua nec cogitans.

XVI. Coniugiũ non auget genus humanũ.

Gen.35.

Adamũ non fuisse filios genaturum si non peccasset.

XVII. Coniugium esse indulgentia.

cùm adhuc esset imbecillius, & puerili quadam infirmitate humanum genus, arduam hanc proposuisset viuendi rationem, nũquam moderatam postea recepissemus,sed quæ ad salutem nostrã pertinerent, immoderata hac ipsa regula nobis omnia periissent:ita, nisi post longinquum illud tempus, & eam disciplinam,quæ lege tradebatur, cum ad cælestẽ hanc philosophiam dies nos hortaretur, in terris permanere voluisset, parum admodum nobis illa profecisset indulgentia, quòd ea perfectionis vis non accesserat, propter quam indulgentia tributa est.Verum assimile quidpiam nobis, & pullis auium accidit.nam vbi eos aluit mater,educit quidem è nido, sed si propter imbecillitatem decidere viderit, & illis opus esse intus amplius educari cognouerit,aliquot dies ibidem esse finit,non iam perpetuò vti commorẽtur in nido, sed dum,præclarè corroboratis alis,& omni confirmato robore securi, deinceps volatum suscipere queãt. sic etiam nos Dominus noster à primo trahebat ad cælum,& viam monstrabat,quæ illuc duceret,non sanè ignorans,sed qui vel optimè intelligeret,nõ satis fore nos ad illum volatum conficiendum. voluit autẽ nobis ostendere,non sua voluntate eum fieri casum, sed imbecillitate nostra. quod simulatque demonstrauit, postea permisit,vt terrenis his rebus, cultúq; nuptiarum,tanquam in aliquo nido diutius aleremur:vt verò nobis virtutis pennæ longo tẽporis interuallo nasci cœperunt,tunc sensim accedens,è terreno domicilio eductos, altius docuit euolare. ergo languidiores alij,arctissiméque etiam dormientes, & in humanis rebus defixi,nidi adhuc mansione delectantur,alij generosiores,& amantes lucis, hunc locum facillimè deserunt,ac, relictis in terris nuptiis, pecuniis, curis, aliísque rebus omnibus,quæcunque mortales ad terram reuocare consueuerũt,superas partes petunt, ad cælúmque perueniunt.Quamobrem nõ est, vt initio concessum coniugium deinceps eiusmodi esse existimemus,quasi necessariò ab eo discedere prohibeamur.nam ipsum velle,vt nuptiis abstineamus,ex eius oratione cognosce, Qui potest capere capiat.quòd id autem non statuerit initio, ne mireris. neque enim medicus omnia simul ægrotis, aut eodem tempore proponit adhibenda,sed dum febris æstu correpti iactantur,cibum prohibet durioré. cùm verò & ardorem illum,&,quę ab eo profecta sit,corporis infirmitatem depulerunt,tum omnem escã, quæ minus placeat,remouet,& permittit victum,quo antea assueuerunt.vt enim in corporibus inter se pugnantia principia, quòd in illis superet, vel deficiat aliquid, aduersam valetudinẽ creant:sic in anima immoderatæ perturbationes ipsius corrumpunt sanitatẽ. maximè autem oportunitate opus est, vt ad præsentes animorũ commotiones diuinum iussum aptè accõmodari possit.etenim animæ peruersitatem, nisi vtraque hæc inter se conueniant,nunquã per se lex emendare queat, quemadmodum neque etiã per se medicamentorum vis vlcus vnquã sanare possit. idem enim peccatis leges sunt,& remedia vulneribus. An tu,cùm medicum sæpius idem vlcus modò secantẽ,modò vrentẽ, modò neutrũ horũ in illo ipso facientẽ, præsertim verò à fine sæpenumero aberrantẽ videas,de eodẽ curiosẽ nihil inquiris:in Deo autem,qui nusquã offendit,sed omnia pro sua sapientia rectè, atque ordine disponit, sis mortalis ipse curiosus? & ab eo institutorum eius rationem reposcas? neque id infinitæ tribuas sapientiæ?an non hæc summa amentia est?Crescite, inquit, & multiplicamini.istud enim furente natura,cùm neque ea libidinis impetũ ferre posset, neque in illa tẽpestate portum alium haberet,quò confugeret, tempora postulabant.quid igitur imperandum fuit?an vt continenter,castéque viuerent?at istud,& grauiorem casum effecisset,& maiorẽ ignem accendisset:etenim si quis pueros,qui solo lacte sunt alendi,remouerit ab eo cibo, & esca vesci, quæ corroboratis iam viris sit accommodata,coegerit,nihil prohibebit, quominus statim moriantur. tantum mali inest rebus intempestiuis.propterea nõ est initio virginitas instituta, imò verò principio virginitas tradita est,& illa, quàm matrimonium, prius apparuit, iccirco successit matrimoniũ secundo loco,visúmque est necessariũ.Quòd si Adam obedientiam non abiecisset: haud illo nobis opus fuisset.At quomodo,dixerit quispiam, tot extitissent hominum millia?Ego verò,quando isto timore tantopere commoueris,iterum abs te quæro,quomodo Adam,& Eua,nondũ interpositis nuptiis,procreati fuerint? Quid igitur?vt illi nati sunt, inquit, sic reliqui omnes nasci debebãt?Siue isto modo,siue alio quopiam,nihil habeo dicere.quod enim nũc in quęstione versatur,eiusmodi est, Deo, ad augendum hominum genus in terris, nihil opus fuisse coniugio.

¶ Neque verò genus humanum virginitate,sed peccato,obscæníque coniunctionibus Noe ætate defecisse docuit,& hominum,& beluarum, & omnino in terris omnis animantium generis interitus. si enim obscænam illam cupiditatem continuissent filij Dei, & virginitati honorem habuissent,neque filias hominum iniquis oculis aspexissent: nunquã eos tanta calamitas oppressisset.at nemo propterea me causam illorum cladis in nuptias conferre arbitretur. nõ enim id nunc ego dico,sed pestem, & interitum nostri generis non virginitati tribui, sed peccato assignari oportere. ¶ Est verò institutũ liberos procreandi causa connubium,sed multo magis, vt in natura insitum restinguat ardorẽ:quod sanè Paulus ita testatur:Propter fornicationem vnusquisque suã vxorem habeat, non propter liberorum procreationem. & iterũ eodem iubet conuenire, nõ vt multos liberos suscipiãt: sed cur?Ne tentet,inquit, vos Satanas. atq; in eo ipse progrediens non cupiditate prolis: sed quamobrem? Si se, inquit, non continent, nubant. Duæ autem hæ fuerunt, quemadmodum initio dixi, coniugij instituendi causæ,sed deinde & terra,& mari, & vniuerso terrarum orbe animantium referto, vna relicta est coniungendi causa nuptiarum, vt libido, & incontinentia sedaretur.iis enim, qui nunc etiam in eiusmodi libidinibus volutantur,suúmque more viuere,& in lustris confici concupiscunt, non parum afferunt adiumenti nuptiæ ad illam impuritatem, & necessitatẽ tollendam,& ad purè,sanctéque viuendũ.Sed quousque vobiscum ego hac vmbratili pugna dimicabo? etenim vos ista differentes nihilo minus, quàm nos, virginitatis præstantiam intelligitis. &, quæ à vobis dicuntur, omnia speciem simulationis habent, verstrǽque sunt intemperantiæ tegumenta.¶ Verùm vt hæc impunè dicere liceat, tamen vel ita à calumnia desistere oportuit.qui enim sic est animatus, vt præclaris rebus aduersetur, præter alia, quæ facit, detrimenta, graue etiam adeò peruersa, & iniqua sententia apud omnes testimoniũ de sua dicit improbitate, vt,etiam si nulla alia de causa, tamen, ne tantum in se

Simile.

XVIII. Non virginitate, sed peccato immissum genus humanũ.

XIX. Duas quidem olim fuisse connubij causas, verũ nunc vnã tantum reliquam esse.

XX. Vt nullus iis,qui virginitatem despiciunt periculum propositũ sit, graue tamen esse eam despicere.

Universidad de Deusto Biblioteca

contraheret inuidiæ,linguam continere debere,idq;
cùm eũ,qui in maximis certaminibus ceteris præstã-
tes admiratur,licet ipsorum assequi præmia non pos-
sit,tamen ab omnibus veniã consequi animaduertat.
qui verò in illis ipsis non modò se non exercet,sed ea
vituperat,quę præmiis amplissimis afficienda sunt,is,
vt inimicus,& hostis virtutis,quíq; insanis hominibus
miserior sit, iure omnibus in odio esse debet. insani
enim nec,quæ committunt,intelligunt, nec, quæ fe-
runt,voluntarij patiuntur.quamobrem cùm eos iniu-
ria afficiunt,qui rerum potiũtur,tantum abest, vt pœ-
nas pẽdant,vt ab illis etiam ipsis, quos iniuria lacessi-
uerunt,eis misericordia tribuatur. quòd si quis men-
tis compos,quæ illi non sua sponte faciunt, eadẽ cõ-
XXI. mittere audeat,is,vt cõmunis naturæ hostis,iure sen-
Eos magnum adire periculum, qui virginitatem despiciunt.
tentiis omnibus condemnetur. ¶ Quamobrem etiã
si,quemadmodum dixi,eiusmodi criminatio impunè
esset, tamen eorum causa,quæ dicta sunt, ea oportuit
abstinere.nunc verò vel magnũ periculum calumnię
proponitur. Neque enim solùm qui sedens aduersus
fratrem suum loquitur, & aduersus filium matris suæ
Psal. 49. ponit scandalum,pœnam sustinebit,sed is etiam, qui
ea,quæ Deo præclara visa sunt, improbare conatur.
verùm accipe, quæ ab alio Propheta de hac ipsa re
Esa.5. differantur. Væ tibi,qui dicis malũ bonũ,&bonũ ma-
lum, qui ponis lucem tenebras, & tenebras lucem,
qui ponis dulce amarum, & amarum dulce. quid e-
nim virginitate suauius? quid pulchrius? quid illu-
strius?etenim ipsis Solis radiis fulgores splendidiores
emittit,nos verò ab omnibus terrenis rebus auocans,
sic afficit,vt Solem iustitię puris,& intentis oculis in-
tueamur.& hæc quidem Esaias in eos vociferabatur,
quorum essent corrupta iudicia.Audi verò præterea,
quid alius Propheta, ab hac ipsa voce faciens initiũ,
de iis dicat, qui in alios eiusmodi verborũ pestes ef-
Aba.2. fundunt:Væ illi,qui potum dat amico suo turbidum:
atque hoc ipsum Væ, haudquaquam simplex verbũ
est,sed eo maximæ minæ continentur. nam eam no-
bis pœnam protendit, quæ neque verbis explicari
possit,neque vnquam remittenda sit.etenim hæc ipsa
vox in diuinis litteris posita est contra eos, qui futu-
ram pœnã iam euitare nõ poterunt.& iterũ alius Pro-
Amos 2. pheta Iudæos accusans inquit:Et propinabatis Naza-
reis vinum.quòd si is,qui Nazareis vinum miscet,tã-
tum subibit pœnarum:quo supplicio dignus erit, qui
in animas simplicium hominum turbidam infundit
potionem?si,qui minimam eorum partem sustulerit,
quæ lex iubet fieri,pœnæ se subiicit,quam vitare non
potest:quibus cruciatibus afficietur,qui vniuersę huic
Matt.18. obtrectat sanctitati?Quisquis scandalizauerit,inquit,
Marc.9. vnum ex his pusillis, expedit ei, vt suspendatur mola
Luc.17. asinaria in collo eius,& in mare demergatur. Quid i-
gitur dicent, qui eiusmodi oratione non apud pueru-
lum quempiã,sed apud multos offendũt?quòd si qui
Matt.5. dixerit fratri,Fatue,reus erit geennæ ignis: quantam
in se contrahet iram,qui hanc improbat æqualem in-
Num.12. stituto angelorum viuendi rationẽ?derisit olim Moi-
sem Maria,multo quidẽ leuius, & moderatius, quàm
ipsi nunc virginitatem derideatis,quippe quæ neque
de homine detraxit, neque tum virtutem beati illius
viri irrisione excepit,quem etiam vehementer est ad-
mirata:tantum dixit,iisdem se frui,quibus ille frueba-
tur: & tamen Dei iram in se tantopere concitauit, vt
ne ipso quidem, qui lacessitus iniuria videbatur, pro
ea magnopere deprecãte,quicquã profectum sit, sed

A diuturniorem illius etiam opinione pœnã pertulerit.
¶ Sed quid dico Mariam? cùm ad Bethleem pueri XXII.
Porpter Eliseũ pueros viliter interiisse.
ludentes,quòd tantum Eliseo dixerant,Ascende cal-
ue,vsque adeo Deum irritauerint,vt is in ipso sermo-
ne in eam multitudinem(erant enim duo,& quadra-
ginta) vrsos immitteret, à quibus omnes discerpti
sunt.ita neque ætas, neque multitudo, neque omni- *4.Reg.2.*
no illud, quod ioco dixissent, pueros tueri potuit. &
iure id quidem optimo. nam si,qui tãtos sustinent la-
bores, & pueris,& viris ludibrio sunt: quis ex nume-
ro infirmiorum eos ipsos labores subire volet,qui lu-
do,& irrisione hominum excipiantur?aut quis de po-
pulo virtutem colet, quam ita ridiculam esse videat?
Quòd si nunc omnibus,qui vbiq; sunt, virtutem ad-
mirantibus,neque iis modò, qui ipsam expetiuerunt,
sed illis etiam,qui in eam inciderunt, grauatè tamen
multi mortales,ac tergiuersantes,vix eius causa labo-
B res suscipiunt: quis erit, qui, si eam non modò in ad-
miratione non esse, sed vituperari præterea videat ab
omnibus,ad eandem amplectendam facilè possit ad-
duci? nam qui fortitudine excellunt, & iam ad cælũ
peruenerunt,non multorum solatio indigent, sed ad
omnem alacritatem satis illis est ea laus, quam à Deo
consequuntur:imbecillioribus verò, & iis, qui nuper
in eam viam deducti sunt, non parum accedit viriũ,
cùm, quid de se multitudo existimet,intelligunt, do-
nec rebus omnibus paulatim instructi eò perueniunt,
vt eiusmodi ducis opera non amplius egeant.nec ve-
rò tantum id illorum causa factum est, sed irrisorum
etiam salutis gratia,ne, cùm priorum erratorum nul-
lam pœnam persoluerint,in ea prauitate progredian-
tur. Verùm mihi ista commemoranti in mentem ve-
niunt, quæ præterea in Eliam commissa sunt. quod
C enim pueri propter Eliseum ab vrsis passi sunt suppli- *4.Reg.2.*
cium,idem propter eius magistrum centum viri cum
suis ducibus,igni è superiore loco defluente,pertule-
runt.nam quòd & illi ad Eliã accedentes,ac per sum-
mam dissimulationem virum iustum appellantes, ad
se iusserunt descendere, eius loco descendens ignis
omnes absumpsit, non secus atq; illos antea feræ de-
uorarant.Quibus animaduersis,omnes vos virginita-
tis hostes aliquando ianuam ori, & seram adhibete,
ne supremo illo iudicij die eos intuentes,qui virgini-
tatis splendore fulgebunt, ipsi etiam illud incipiatis *Sap.5.*
dicere,Hi sunt, quos aliquãdo habuimus in derisum,
& in similitudinem improperij: nos insensati vitam
illorum æstimabamus insaniam,& finem illorum sine
honore:quomodo computati sunt inter filios Dei, &
inter sanctos sors illorũ est? ergo à via veritatis aber-
D rauimus, & iustitiæ lumen non luxit nobis. sed quis XXIII.
Quid sit quamobrem qui eadem peccent,non easdẽ dent pœnas.
erit eorum verborum fructus,cùm eneruata tum pæ-
nitentia futura sit? ¶ Sed fortasse quæret aliquis ve-
strum,fuerit ne quisquam,qui postea sanctis homini-
bus malè dixerit?multi, & vbique terrarum fuerunt.
quid est igitur, inquit, quòd eandem non dederunt
pœnam? dederunt illi quidem, & eiusmodi multos
ipsi nouimus.si verò sunt, qui etiam pœnam effuge-
rint,eam illi ad extremum, vt est apud diuum Paulũ,
non effugient:Quorundam enim,inquit,peccata ma- *1.Tim.5.*
nifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quosdam au-
tem & sequuntur:& vt legumlatores nocentium pœ- *Simile.*
nas in actis scriptas relinquunt,sic etiã Dominus no-
ster Iesus Christus in vnum,aut alterum facinorosum
hominem animaduertẽs, tanquam in columna ęnea,
aut in tabulis descripta, quę de illis sumpsit supplicia,
deponit,

deponit,vt quæ illis acciderunt, palam expositis pla-
num faciat omnibus,fore, vt, etiã si qui eadem com-
mittentes,easdem viui pœnas,quas illi ipsi dederunt,
XXIIII. non dederint, mortui tamen grauiora mala patiãtur.
Qui peccant,neque peccatorum pœnas pendunt, non eo confidere,sed magis timere debere.
¶ Quamobrem cùm multa peccantes, nullas scelerũ
pœnas pendimus,ne confidamus, sed timeamus po-
tius.quamuis enim hîc à Deo non iudicamur, tamen
vna cum mundo apud inferos condemnabimur, cu-
ius rursus equidem non sum auctor sententiæ, sed is
eam pronuntiauit,qui in Paulo loquitur,Christus:sic
enim inquit, cùm ad eos loquitur, q̃ mysteriorũ im-
meritò participes fieri volunt: Ideo inter vos multi
1.Cor.11. infirmi,& imbecilles,& dormiunt multi.quòd si nos-
met ipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur:
dum iudicamur autem,à Domino corripimur, vt nõ
cum hoc mundo damnemur.quidam enim,quòd eo-
rum sunt mediocria delicta,& quòd supplicio affecti,
nunquam postea in eadem vitia delabentes, canẽ ad
vomitionem redeuntem imitantur, in vita modo ca-
stigationis indigent. Sunt alij, qui propter summam
improbitatem & viui, & mortui peccatorum pœnas
persoluent. alij verò tantummodo apud inferos sup-
pliciis afficientur. quòd enim indignissima omnium
Psal.72. facinora commiserunt, indigni sunt, qui cum homi-
nibus torqueantur.Neque enim, inquit, cũ homini-
Matt.25. bus flagellabũtur,vt qui in id tẽpus reseruati sint,quo
cum dæmonibus supplicia expendant. Discedite e-
Simoniani. nim,ait,à me in ignem æternum,paratum diabolo,&
angelis eius. Multi sacerdotium pecunia rapuerunt:
qui quanquam, vnde obiurgarentur, habuerunt ne-
Act.8. minem, neque ea audierunt, quæ Simo olim magus
accepit à Petro,non eo tamẽ illud impunè ferent,sed
quòd,ne exemplo quidem proposito, nõ resipuerũt,
Num.16. multo grauiores cruciatus sustinebunt, quàm qui vi-
uis ipsis debebantur.multi autem,quæ Core,sunt au-
si,neque tamen eandem,quam ille, pœnam dederũt,
sed dabunt postea cruciatibus affecti grauioribus.
Gen.12. Non pauci,Pharaonis impietatẽ imitati, non iam,vt
ille,mari submersi sunt, sed geẽnæ pelagus ipsos ma-
net. neque enim in eos, qui fratres stultos appellant,
iam animaduersum est: nam ipsis ad inferos sunt re-
seruata supplicia.Quamobrem non est, vt Dei sentẽ-
Ios.7. tias verba tantum esse existimetis. ob id enim ipse nõ
Num.3. nullas,id quod de Saphira,Charmi, Aarõ, multisque
aliis constat,exitu comprobauit,vt,qui verbis eius fi-
dem non habent,rerum testimoniis perterriti, & de-
sinant aliquando versari in hoc errore,se nihil pœna-
rum daturos, & discant eò spectare Dei benignitatẽ,
vt præfiniat sontibus tempus agendæ pœnitentię,nõ
in eo positam esse,vt omnino det peccatorum impu-
nitatem illis,qui in vitiis perseuerant. Possem equidẽ
plura de eo dicere, quantum in se contrahant incen-
dium,qui virginitatis decus extenuant: sed & prudẽ-
tibus satis sunt quæ diximus, neque possent deprauа-
tos, & furiosos multo his plura ab illa insania remo-
uere.quamobrem eam partem omittẽtes,ad eos, qui
rei sunt intelligentes, omnem orationem conuerte-
mus:& ad illud diui Pauli redibimus, De quibus scri-
psistis mihi,bonum est homini mulierem non tange-
re.Illos igitur pudeat,& qui coniugium improbãt, &
XXV. qui plus ei tribuũt,quàm rei dignitas postulat. vtros-
Imbecillis necessarium est coniugium.
que enim diuus Paulus cùm his,quæ dicta sunt, red-
dit elingues,tum iis,quæ deinceps dicentur. ¶ Bonũ
est coniugium,quippe quod hominem retinet in of-
ficio temperantiæ,neque delapsum in adulterium pa-

A titur interire.quare ne ipsum vituperes.magnas enim
habet vtilitates:nam Christi membra,meretricis mẽ-
bra esse non sinit: neque sacrum, & purum templum
prophanum,aut impurum fieri patitur,propterea bo-
num est,quòd labentem sustinet,& erigit:sed quid ad
eum,qui stat,hoc ipsum attinet? aut quãti id illius re-
fert, qui eius non egeat adminiculo? hic enim neque
vtile est, neque necessarium, sed virtuti præterea est
impedimento: non enim solum multas affert moras, XXVI.
Maximã sibi ipsum facere iniuriam, qui cùm virginitatem colere possit,connubio iungitur.
sed maiorem etiam partẽ detrahit gloriæ. ¶ Nam si
quis eum armis vndique texerit, qui & nudus descẽ-
dere in certamen,& ita superior esse possit,is, tantum
abest, vt opem ferat, vt summam illi faciat iniuriam,
quippe qui omnẽ victoriæ admirationẽ tollit,& pal-
mæ splendorem. neq; enim viri virtutem vniuersam
elucere,neque trophæum admodũ celebre esse sinit.
In nuptiis verò maius etiam damnum fit,quòd nõ so-
B lum popularem gloriam, sed eam etiã mercedẽ non *Simile.*
habet,quæ virginitati proposita est.Quamobrem bo-
num est homini mulierem non tangere.quid tu igitur
tãgere permittis?Propter fornicationẽ, inquit, vnus-
quisque habeat vxorem suam. Vereor,inquit,si te ad
virginitatis verticẽ extollere voluero,ne in voraginẽ
intemperantiæ delabaris. nondum enim ea pennarũ
leuitate præditus es, vt te ad excelsum illum locũ ef-
ferre possim.atqui sponte ipsi in illud certamẽ descẽ-
derunt,& virginalem laudem appetiuerunt.quid igi-
tur est,diue Paule,quòd timeas,aut horreas?quòd rei
ignoratio (ita enim fortasse dixerit) hanc hominibus
virginitatis expetendæ alacritatem addit. me verò
huiusce vsus, & periclitatio pugnæ reddit ad consu- XXVII.
Magnum quiddam esse virginitatem, & magnorum conciliatricẽ bonorum.
lendum aliis timidiorẽ. ¶ Noui virginitatis vim:no-
ui huius certaminis contentionem:quantum hoc ha-
C beat prælium difficultatis,intelligo:vehementi quo-
dam,& forti animo opus est, & qui nullũ habeat sen-
sum voluptatis: quandoquidem per candentes car-
bones,vt non aduraris, per mucrones gladiorum, vt
non saucieris, est incedendum: ea est enim libidinis
vis,vt cum igni,& ferro conferatur. quòd nisi sic ani- *Simile.*
ma comparata fuerit, vt ne illius quidem doloribus
moueatur:se ipsa facilè perdat. quamobrem adamã-
tina quadam rationis vi,oculis nunquam somno con-
niuentibus,summa tolerãtia,muris etiam firmis, mu-
ris inquam nobis opus est,& repagulis,quibus extrin-
secus muniamur:vigilantibus præterea, fortibúsque
custodibus, in primis verò diuinæ gratiæ indigemus
adiumento. Nisi enim Dominus custodierit ciuita- *Psal.126.*
tem,frustra vigilat qui custodit eam. Sed quomodo
hoc ipsum adiumentum nobis conciliabimus?si,quã-
D tum animo valemus, & corpore, totum eò contule-
rimus,rectas nempe cogitationes,summam ieiunij,&
vigiliarum intentionem, accuratam diuinæ legis ob-
seruationem,præceptorum obedientiam,&quod ca-
put est,omnem confidentiæ nostræ vitationem. licet
enim magna facinora fecerimus, tamen illud nobis-
cum perpetuò loquamur, oportet: Nisi Dominus æ- *Psal.126.*
dificauerit domum,in vanum laborauerunt,qui ædi-
ficant eam: quoniam nõ est nobis colluctatio aduer- *Ephe.6.*
sus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes,&
potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum sæ-
culi huius,contra spiritalia nequitiæ in cælestibus, ac
noctes diésque nos armis cogitationum armatos, &
tanquam impudẽtibus libidinibus formidolosos esse
oportet.etenim si quis paulùm de intentione remise-
rit, continuò diabolus adest, ignem tenens in mani-
bus,quo

Universidad de Deusto Biblioteca

bus,quo in templum Dei coniecto,illud incendat.er- A
go tecti vndique ſimus, neceſſe eſt. pugnamus enim
cum iis, quæ naturæ neceſſitas poſtulat: æmulamur
inſtituto angelorũ:eum tenemus curſum, quem mẽ-
tes tenent incorporeæ:terra, & cinis ad cælum con-
tendunt,& ſeſe cælitibus æquare ſtudent,& mortali-
tas in certamen cum immortalitate deſcẽdit.Et quęſ-
ſo,tanta cum re quiſquã nuptias, aut voluptatem cõ-
parare audeat? nónne id erit perabſurdum? quæ cùm
1.Cor.7. omnia Paulus intelligeret,Vnuſquiſque,inquit,ſuam
vxorem habeat.idcirco refugiebt,idcirco non aude-
bat apud ipſos initio de virginitate differere, ſed cõ-
moratus in commemoratione nuptiarum, paulatim
eos ſtudebat à coniugio reuocare: ac cùm breuiter
quædam de continentia dixiſſet, ea nimirum pauca
longiori illi de connubio orationi permiſcuit: neque
Corinthiorum aures grauitate admonitionis offendi
paſſus eſt. qui enim ſeuerioribus ſenſibus vſquequa- B
que texit orationem,cùm moleſtus eſt auditori, tum
eius animũ ſæpenumero vehementer perturbari co-
git,vt qui dictorum grauitatem minimè perferat.qui
verò ſic eam variat,& temperat,vt grauibus rebus fa-
ciliora plura, quàm moleſta illa ſint, commiſceat, is
& rei ſeueritatem ſubtrahit,& reficiẽs auditorem, ita
perſuadet, magis, magíſque conciliat.quod quidem
etiam diuus Paulus effecit. cùm enim dixiſſet, Bonũ
eſſe homini mulierem non tangere,ſtatim ad nuptias
retulit orationem,cùm inquit,Vnuſquiſq; ſuam vxo-
rem habeat, quod vbi in beatitudinis loco poſuiſſet,
omiſit: Bonum enim, ait, eſt homini mulierem non
tangere.de nuptiis verò & conſilium dat,& ſtatuit,&
rei præterea rationem adiungit:nam, Propter forni-
cationem, inquit. in quo videtur quidem rationem C
afferre,quamobrem ſint conceſſæ nuptiæ,ſed re vera
expoſitis coniugij cauſis continentiam clàm laudan-
do extollit,non id quidem verbis aperiens, ſed audi-
tori cogitandum relinquens. auditor enim vbi con-
iugium à Paulo laudari intelligit, non quia perfectæ
virtutis opus ſit, ſed quòd in ipſo auditore Paulus eã
nouit ineſſe libidinẽ, vt ſine nuptiis ſe in ipſa libidine
continere nõ poſſit,pudore quodam & rubore ſuffu-
XXVIII. ſus,operam dat, vt continuò virginitatem colat, &
Quæ de cõnubio dicuntur,cohortationes ſunt ad virginitatem. ſummam intemperantiæ vitet infamiã. ¶ Quid vero
præterea inquit? Vxori vir débitum reddat, ſimiliter
& vxor viro.quod deinde cùm interpretaretur,& ex-
planaret apertius,adiungit, Mulier ſui corporis pote-
ſtatem nõ habet,ſed vir: ſimiliter vir ſui corporis po-
teſtatem nõ habet,ſed mulier. quę cùm de nuptiis vi-
Simile. deatur dicere, re tamen vera tanquam hamum vſita- D
ta piſcator eſca circumueſtiẽs, ſic ipſe in audientium
aures inſerit orationem,eo cõſilio,vt illo ipſo ſermo-
ne de nuptiis eoſdem à nuptiis deterreat. nam qui il-
lud audit, ſe per coniugium non in ſua, ſed in vxoris
eſſe poteſtate,confeſtim operam dabit,vt ab acerbiſ-
ſima ſeruitute liberetur, vel potius id primum caue-
bit,ne ipſum ſubeat iugum ſeruitutis. vbi enim ſemel
ſe poteſtati ſubiecerit, quàm diu ipſi vxori videatur,
ei eſt neceſſario ſeruiendũ. me verò non temerè hoc
ex Pauli ſentẽtia coniicere,ex diſcipulis Ieſu facile in-
telligi poteſt.nam neq; illi graue, aut moleſtum con-
iugium prius exiſtimauerũt,quàm a Domino audiue-
runt ſe in eadem neceſſitate concluſos,in quã aliquã-
do Corinthios etiam Paulus adduxit. Illud enim,
Vxor non dimittenda. Qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis
cauſa, facit ipſam mœchari, & hoc, Vir ſui corporis

A poteſtatem non habet,ſunt inter ſe quidem diſſimili-
bus enunciata verbis, verum eandem habet ratio v-
triuſque ſententiam. Si quis autem Pauli verba dili-
gentius conſideret, tyrannidem magis augeri intelli-
get, ac ſeruitutem fieri grauiorem. ſiquidem Domi-
nus viri poteſtatem eſſe non vult, vxorem domo ex-
pellendi: Paulus verò, proprij etiam corporis iure a-
dempto,omnem ipſius principatum dat vxori: cuius
imperio ſubiectum virum magis eſſe vult,quàm pue-
rum emptum pecunia.ſeruo enim,ſi quando cõpara-
ta pecunia pretium, quanti emptus eſt, domino per-
ſoluere potuerit, plerunque libertatem omnino re-
cuperare licet: at vir, quamuis omnium difficilli-
mam nactus ſit vxorem, ſeruitutem tamen perfer- XXIX.
re neceſſe habet, quippe qui nullam inire poteſt viã, Illud, Nolite fraudare inter
qua ſolutus eiuſmodi dominatu liberetur. ¶ Cum vos, eò dictum eſſe,
igitur illud dixiſſet,Mulier ſui corporis poteſtatẽ non vt ad virginitatem adduceret.
B habet,adiecit,Nolite fraudare vos inuicem,niſi fortè
ex conſenſu ad tempus,vt vacetis orationi,& ieiunio,
& rurſum reuertimini in id ipſum. Equidem in tanta
Pauli indulgentia pleroſque eorum,qui virginitatẽ è
medio tollunt,hîc erubeſcere,& pudere exiſtimo.Sed
ne vereamini, néue ſtultè vos abiiciatis. ſic enim lo-
quitur Paulus,vt iis,qui connubio iuncti ſunt, indul-
gere videatur. verũ ſi quis ea accuratius animaduer-
terit, vnam & eãdem atque ſuperiorum verborũ ſen-
tentiam eſſe videat. Quòd ſi quis propoſitã remouẽs
cauſam, ſimpliciter hæc interpretari voluerit, non tã
illa Apoſtoli, quàm connubiorum conciliatricis cu-
iuſpiam verba videantur.ſin verò eius mentem expli-
carit, is hanc etiam admonitionem apoſtolicã digni-
tatem habere intelliget. Verùm quid longiorem hũc
C ipſum facit ſermonem? nónne ſatis illud fuerat, cùm
ſuperiori oratione rei grauitas eſſet expoſita,ſinẽ ad-
monendi facere? Quid enim habet amplius hoc, No-
lite fraudare vos inuicem,niſi fortè ex cõſenſu ad tẽ-
pus,quàm illud,Vxori vir debitum reddat,& vir pro-
prij corporis poteſtatẽ non habet?nihil ſanè amplius:
niſi quòd illic breuius & obſcurius ſignificatum erat,
hîc & pluribus verbis,& planius eſt explicatũ. quod 1.Reg.8.
nimirum facit Samuelem illum, ſanctum Dei virum,
imitatus.quemadmodũ enim is quàm potuit ſubtiliſ-
ſimè apud imperitam multitudinẽ regni leges expo-
ſuit,non vt Regẽ reciperent,ſed ne reciperẽt, quippe
qui rei præceptionẽ tradere videatur,cùm verè quã-
dam ipſius oratio intempeſtiuæ eorum hominũ cupi-
ditatis diſſuaſionem habeat: ſic Paulus etiã connubij
tyrannidem continenter inculcat,atq; eo ipſo ſermo-
D ne planius illos inde reuocare ſtudet. cùm eñ dixiſ-
ſet,Mulier proprij corporis poteſtatẽ nõ habet,adiũ-
xit,Nolite fraudare vos inuicem, niſi fortè ex cõſen-
ſu ad tẽpus,vt vacetis ieiunio,& orationi.Vides quo-
modo eos qui coniugio eſſent coniuncti, vt nullam
eius oratio ſuſpicionem, aut moleſtiam haberet, ad
cultum continentiæ perduxerit? Ab initio rẽ omnino
commendauit:Bonum enim,inquit, eſt homini, mu-
lierem non tangere. In hoc verò admonitionem etiã
adhibuit,cùm inquit,Nolite fraudare vos inuicẽ,niſi
fortè ex cõſenſu.ſed quid eſt:quamobrem, quod ſta-
tuere volebat,id tanquam monitum introduxit, non
in iuſſi formulã redegit? non enim dixit, Fraudate in-
ter vos,verum ex communi volũtate, vt vacetis ora-
tioni:ſed,Nolite fraudare vos inuicem, niſi fortè ex
conſenſu ad tempus:quòd hæc eſt lenior oratio,quæ
doctoris mentem & ſententiam declarãs, minimè id
acerbius

acerbius exigit, quòd ita ſumma Corinthiorũ gratia A
perſoluitur. Quamobrem fit, vt non ſolum auditorẽ
conſoletur, ſed etiam breuitate orationis rei triſtitiã
comprimat, & antè ad iucundiora tranſeat, in illíſq;
XXX. diutius hæreat & commoretur, quàm ad auditorem
Cum ſit honeſtum connubiũ, quid ſit quòd Paulus in ieiunio remoneat de abſtinentia concubitus. moleſtia perueniat. ¶ Illud etiam quærendũ eſt,cum
honorabile ſit connubium, & thorus immaculatus,
quamobrem illi nullum in ieiunio,& oratione locum
relinquat? quod perabſurdum eſſet Iudæis, quorũ ad
corpus omnia pertinebant,quibus etiã duas in matri-
monio habere conceſſum erat, &, illis ipſis dimiſſis
vxoribus, alias earum loco ducere, tantum eiuſce rei
rationem habentibus,vt per id tempus,cùm loquen-
tem Deum audituri eſſent,ne legitimo quidẽ vteren-
Hebr.13. tur concubitu,idq; nõ vnum,aut alterum, ſed cõplu-
Exod.19. res dies efficerent:nos tanto diuinæ gratiæ beneficio
affectos,Spiritu ſancto afflatos,qui domitas habemus
libidines, qui vnà cum Chriſto ſepulti, qui Dei ado- B
ptione dignati ſumus, nos ad tã excelſum dignitatis
gradũ elatos, tot deniq; tantíſq; ornatos muneribus,
ne infirmorum quidẽ illorum hominũ ſtudium aſſe-
qui non poſſe? quòd ſi quis illud etiam quærere perſi-
ſtat,cur Moiſes ipſe Iudæos ab eiuſmodi coniunctio-
ne remouerit, ei ego ita reſpondeam, honeſtum qui-
dem eſſe coniugiũ,ſed eatenus, vt coniuges ea ſe cõ-
iunctione non inquinent: ſanctos verò præterea ho-
mines eo fieri,non iam connubij virium eſſe, ſed vir-
ginitatis. verum,vt id non ſolum Moiſen,Paulúmque
Iohel.2. monuiſſe exiſtimes,audi quæ à Iohele dicantur:San-
ctificate ieiunium,vocate cœtum, congregate popu-
lum, coadunate ſenes. Sed quæris fortaſſe, vbinã ab
vxore abſtinendum iuſſerit? Egrediatur,inquit,ſpon-
ſus de cubili ſuo,& ſponſa de thalamo ſuo. hoc enim
eſt Moiſis etiam pręcepto maius.nam ſi eos,qui con- C
nubio iuncti ſunt,feruentes libidine, florentes ætate,
cupiditate effrænatos,in ieiunio, & oratione ſeiungi
oportet: quanto ceteros magis, quibus tantam vim
non affert neceſſitas coniunctionis? qui enim, vt de-
bet,ſacris precationibus operam dat,& ieiunium ad-
hibet,hunc omnem cupiditatem, omnem terrenarũ
rerum curam, omnem mentis perturbationem abii-
cere, præclaréque vndiq; comparatum ſic ad Deum
Ieiunium. adire oportet. Ob id etiam ieiunium bonũ eſt, quòd
omnem circumcidit animi ſolicitudinẽ,& eam, quæ
circa mentem effunditur,curam humilium, abiecta-
rúmque rerũ contrahens facit, vt tota in ſe ratio ipſa
vertatur. quod cùm Paulus attigiſſet, ſubobſcura ſi-
gnificatione nos à cõcubitu auocauit, ſermonéq; ad-
modum proprio vſus eſt:non enim dixit,ne inquine-
mini,ſed, Vt vacetis ieiunio,& orationi:quòd coniũ- D
XXXI. ctio cum vxore non illa quidem ad impuritatem ad-
Qui precationibus riſe operã dare velint, eos neceſſariò Paulum à concubitu auocaſſe. ducit,ſed implicat negotiis,& occupationib'.¶ Cùm
autem nobis,hoc adeò tuto & munito loco colloca-
tis, in ipſo tempore orationis diabolus tamẽ aliquod
impedimentum conetur inferre: quid non molietur
mentis oculis hîc,& illic libidine incenſis,ſi diſſoluta,
diſſipatáq; anima nos eſſe cõpererit,& muliebris cõ-
iunctionis cupiditate languentes? quod ne accidat,
neque,quo potiſſimum tempore Deum nobis ſtude-
mus placare,eo ipſo per inanem orationẽ in nos red-
XXXII. damus offenſiorem,tum iubet à thalamo ſecedere.
Si ſegniter Deum precemur, nõ modò non placare, ¶ Si enim ij,qui ad Reges adeunt, Reges autem? imo
verò ſi ad minimos magiſtratus, ſi ſerui ad dominos
accedentes,vel vt de illata ſibi ab aliquo iniuria con-
querantur,vel egentes ab eiſdem vt aliquid auferant,

A vel omnino ſibi vt iratos lenire ſtudeant, ita congre- ſed etiam
diuntur,vt & oculos,& mentem omnem ad eos con- irritare.
uertant: qui ſi etiã paulò remiſſiores fuerint, tantum Simile.
abeſt,vt quod illis opus eſt,aſſequantur,vt etiam ma-
lo aliquo accepto,inde digrediantur: quòd ſi illi ho-
minum animos ſedare cupientes,tantũ adhibent cõ-
tentionis:quid miſeris nobis fiet, qui ad communem
omnium Dominum,ac Deum ita remiſſè diſſolutéq;
accedimus? præſertim cùm ea commiſerimus,quibus
multo magis nobis Deus iraſci, quàm illis domini
ſuccenſere debeant? neq; enim tam dominum ſeruus, Diſsimile.
neque tam Regem is,qui in eius poteſtate ſit, irritare
poteſt, quàm Deum in dies ſingulos irritamus ipſi:
quod eo Chriſtus declarauit, cùm peccatum in pro-
ximos centum denarios appellauit, delicta verò in
Deum decem milia talentorum. Quare cùm ad Deũ Matt.18.
adimus, vt tantam eius in nos iram precibus extin-
B guamus,& eũdem,quem quotidie oppugnamus, no-
bis cõciliemus,iure nos ab illa auocat voluptate,qua-
ſi ſic agat nobiſcum:Hic mihi,cariſſimi homines,ani-
mæ ſalus agitur: verſamur in extremis diſcriminibus:
trementes,timidíq;, ac demiſſo, atque humili animo
ſimus,oportet:nam accedimus ad Dominum formi-
doloſum, & qui multis laceſſitus iniuriis magna ha-
bet,quæ nobis ſuccenſeat: non complexibus,aut vo-
luptatibus impertiendum eſt hoc tempus, ſed lacry-
mis, acerbiſſimis gemitibus, abiectione corporis
ad terram, diligenti confeſſione, continentibus pre-
cationibus, multíſq; ſupplicationibus conſumẽdum.
quòd ſi quis vel ſummo illo ſtudio iratũ Deum pla-
care potuerit, valde magnum ſanè is effecerit, non
quòd durus ſit Domin' noſter,aut inhumanus,quip-
pe cuius eſt tanta lenitas,& humanitas,ſed quòd non
C patitur incredibilis magnitudo ſcelerũ,ne in illa qui-
dem bonitate, facilitate, ſummáq; miſericordia Deũ
facilè nobis ignoſcere. propterea inquit, Vt vacetis
ieiunio,& orationi.quid igitur hac ſeruitute acerbius
eſſe poteſt? volo progredi in virtute: volo continẽtis
ieiunij, & orationis patientia, omnibus elutis animi
ſordibus,ad cælum euolare. quòd ſi illa huic ſenten-
tiæ aſſentiri non vult,tum demum eius libidini cogor
inſeruire. quapropter Paulus à primo dixit, Bonũ eſt
homini mulierem non tangere.quare Dominum etiã
diſcipuli ſic allocuti ſunt: Si ita eſt cauſa homini cum
vxore,expedit nõ nubere. ſic enim ratiocinabantur,
alterutri parti iniuriã fieri neceſſe eſſe: atque illis an- XXXIII.
xij cogitationibus hanc vocem emiſerunt.¶ Quam- Eorundẽ
obrem Paulus etiam id ipſum inculcat aſſiduè,vt Co- repetitionem
rinthios in eam inducat cogitationem, Vnuſquiſque Chriſti imita-
D ſuam vxorem habeat: &, Vxori vir debitũ reddat:&, tionẽ eſſe.
Mulier proprij corporis poteſtatẽ nõ habet:&,Noli- 1.Cor.7.
te fraudare vos inuicem: &, In id ipſum reuertimini.
Neque verò etiam beatis illis viris, vt primum id au-
dierunt, ita eſſe perſuaſum eſt, ſed, cùm ea de re iterũ
accepiſſent, tum, quantam iuſſum poſſideret neceſſi-
tatem, intellexerunt. etenim cùm Chriſtus ipſe ſediſ-
ſet in monte,de eo diſſeruit: cúmque multum aliis de
rebus ſermonẽ habuiſſet, rurſum eis amorem iniecit
continentiæ:nam frequentata eadem de re oratio ad
perſuadendum plus habet efficacitatis.itaque Chriſti
diſcipulus,magiſtri exemplo,eandem rem ſæpius ite-
rat,nuſquam autem illis, vt cõnubio iungãtur omni-
no,ſed cum cauſa concedit:nam,Propter fornicatio-
nes, propter ſatanicos, inquit, impulſus, propter in-
continẽtiam.atq; ita in eo ſermone de nuptiis occul-
tius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius,quàm vt quisquam id eum agere suspicetur, virginitatis laudes persequitur. ¶ Quòd si eos,qui matrimonio iuncti sunt,Paulus inde ad multum tempus remouere dubitat, ne quem aditum nactus eà se quasi per cuniculum diabolus insinuet: quæ illis coronæ debētur,quæ nullius eiusmodi ab initio solatij egerunt?quæ ad extremum inuictę permanserunt?quanquam non æquè ad vtráque diaboli machinæ adhibentur. his enim ne molestum quidem esse arbitror, quippe quas proximum refugium habere intelligat: quibus etiam, si vehementiorem aliquem appulsum senserint, statim in portum confugere licet.nam neque diuus Paulus permittit ipsis,vt longius nauigent, verùm admonet,vbi defessi fuerint, vti congrediantur,& vt ad id iterum redeant, cohortatur. At virgo fluctibus omnino iactari cogitur, & mari nauigare minimè portuoso:quòd si grauissima tēpestas coorta fuerit, ne sic quidem naui in portū deducta quiescere potest.vt igitur,qui piraticam faciūt, nunquam ad oppida aut in naualibus, aut portubus, quòd ita sine causa discrimini sese offerrent,nauigātes adoriuntur, verum,si in alto nauem offenderint,eius solitudinem audaciæ occasionem habentes, omnia mouent, omnia versant,neque prius ea conari desistunt,quàm aut vectores submerserint,aut eo ab illis ipsi malo affecti fuerint:sic acer iste pirata magnam in virginem tempestatem,difficilémque iactationem,ac procellas intolerabiles commouet, infima summa miscens, vt & vi,& impetu nauem euertat: audiuit enim, virginem facultatem non habere ad idem redeundi,sed illi cōtra spiritus nequitiæ luctari assiduè,& continēter pugnare necesse esse, donec ex illa nauigatione in tranquillum portum perueniat.tanquam enim forti militi,mœnibus excluso,sic Paulus virgini,vel si acrius instet hostis,vel si etiam hoc ipso vehemētior sit,quòd nullam habeat aduersarius potestatem faciendi inducias,portas prohibet aperiri.neque verò diabolus virgines modò magis exercet,quàm eos, qui connubio iuncti sunt,sed ipsis etiam vehementior inest impetus libidinis. quod quidē omnibus omnino perspicuum est.nam quibus frui possumus arbitratu nostro, ea nō facilè appetimus:quòd facultas,quam habemus,percipiendi illa, negligentiam animo nobis ingenerat. quod nimirum testatur prouerbiū vulgare illud quidem,sed tamē verissimum,Quæ in promptu sunt,eorum non esse nos admodum appetentes. contra autem fit,si quando priuamur iis quę antea possedimus: quæ enim propter copiā contemnimus,vbi non sunt in potestate nostra, maior eorum nobis cupiditas innascitur. Quamobrem primū tranquilliori loco sunt coniuges:tum, si quando in illis excitatur ardor libidinis,concubitu facilè sedatur. virgo autem non habens vnde ignem restinguat.flammam quidem excitatam,& in altum sublatam videt,sed eam extinguere non potest: tantum verò relinquitur, vt igni resistens nō vratur.quid igitur est admirabilius,quàm vniuersum gestare in animo rogum ardentem,neq; comburi?quàm flammam in intimis animæ partibus versari, & integram permanere rationem?nemo enim illi dat hanc veniā,vt libidini parēs eiusmodi carbones effusos extinguat. verùm quod scriptor prouerbiorū fieri nō posse dicit in corpore,id ipsum anima virgo cogitur sustinere.quid igitur inquit ille?Nunquid potest homo ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius?eccę ambulat ipsa, & perfert cruciatum.

XXXIIII. Virginitatem tem esse admirabilem, & multis coronis dignam.

Simile.

Simile.

Virginum maior libidinis æstus.

Quid sit vri libidine.

Prou.6.

A Nunquid potest quisquam abscōdere ignem in sinu, vt vestimenta eius non ardeant?at hæc ipsa non vestibus,sed intus ignem continens furentem,& crepitantem flammam perfert,& sustinet.Etiámne,quęso,nuptias quisquam cum virginitate cōferre, vel omnino in eius conspectu ponere audeat? at non id permittit diuus Paulus, qui magnum inter vtrunque ponit interuallū.hæc enim,inquit, cogitat quæ Domini sunt: illa autem cogitat quæ sunt mundi.itaque iis,qui cōnubio iuncti sunt,eodem compulsis,& ita obsecutus, audi quomodo iterum eos accuset. Ad id enim, inquit,reuertimini,ne tentet vos satanas. ac cùm vellet ostendere, nequaquam totum id illius tentationi tribuendum esse,sed maiorem partem in nostra desidia residere, rei causam admodum propriā attulit, cùm, Propter vestram, inquit, incontinentiam. quis igitur hæc audiens non erubescat?quis incontinentiæ vituB perationem non studeat effugere? neq; enim ad omnes hæc pertinet admonitio,sed ad illos tantum, qui sunt ad libidinem procliuiores.nam, Si vsque eò seruus es,inquit,voluptatum,vsque eò mollis,vt semper inhies libidini,corpus cum vxore commisce. itaque non laudantis, neque permittentis ista, sed contemnentis est, & improbantis oratio. nisi enim voluptarios homines vehemēter carpere voluisset, nunquam eam incontinentiæ vocem adhibuisset,quæ cùm maximè significat,tum magnam notat infamiā.cur enim non dixit,Propter imbecillitatem vestram ? quòd in ea voce venia magis inesset: verbum autem incontinentiæ summam arguit ignauiam:nam incontinentis hominis est,adulterio se abstinere non posse,nisi assidua coniugis consuetudine fruatur. Quid igitur hoc loco afferant, qui virginitatem superuacaneam censent?nam quo magis ea,diutiúsque seruatur,eo maioC rem habet laudem: coniugio verò cùm quis ad satietatem abutitur, tum maximè omni laude priuatur. Hoc autem, inquit, dico secundum indulgentiam.at cui indulgentia tribuitur, nullus ipsi ea in re locus ad laudem relinquitur. De virginibus autem cùm disseret,Præceptum,inquit, Domini non habeo, consilium autem do. An igitur coniugium propterea virginitati confert? minimè is quidem : nam de virgine consilium dat,hic tribuit indulgentiam,neutrum certè iubet,neque eadem est vtriusque rei causa, verum hîc,ne,si quis ab intemperātia discedere voluerit, tāquam iusso coactus,necessariò id facere prohibeatur: illic, ne, si virginitatis laudem assequi nequeat, rerum, quæ facultatem non habeant, quasi præcepto D non paruerit, condemnetur. Non iubeo, inquit, virginitatem colere : nam rei vereor difficultatem. non iubeo assiduè rem habere cum vxore : nolo enim legis intemperantiæ lator esse.cùm, vt inter se conueniant,dico,veto quidem in inferiorem locum descēdere, cupiditatem perueniendi altius non impedio. non igitur hæc est principalis Pauli voluntas,vt cum vxore consuetudinem assiduè habeamus,verùm hoc statuit propter ignauiam intemperantiorum. quòd si eius sententiam nosse vis, audi quæ dicat ipse. Volo, inquit, omnes homines, sicut me ipsum, continentes esse. Si igitur vis, omnes vti se contineant, neminem vis iungi coniugio. At enim eos qui connubio iungi volunt, neque propterea prohibeo, nec accuso:omnes tamen oro, & exopto ab omnibus, vti similes mei sint,concedo illis connubium propter fornications: quòd verò illud mihi optatius est, propterea

pterea dixi initio,Bonum esse homini mulierem non tangere. ¶ Quid autem hoc loco sui mentionem fecit,cùm, Omnes homines, inquit, volo esse, sicut me ipsum? nam nisi hoc adiecisset,sui mentionem euitasset.quid igitur addidit, Sicut me ipsum? non eo quidem consilio,vt se ipse extolleret.is enim est,qui cùm Apostolos in prędicatione euangelica labore præstitisset,se tamen Apostoli nomine indignum iudicauit. nam cùm se minimum esse Apostolorum dixisset,tāquā aliquid magnificentius locut°,quàm suę esset dignitatis,eo statim se ipse correxit,Qui nō sum dignus vocari Apostolus.Sed quamobrē hoc loco id ipsum ad cohortationē adhibuit?nō temerè id quidem, aut sine causa,sed quòd intelligeret discipulos ad virtutis studium magistri exemplo maximè incitari oportere.vt enim, qui verbis,non re philosophi sunt, haud magnam auditori afferunt vtilitatē:sic quod quisque alteri faciendum censet, id si à se prius rectè factum B probare potest,is ita omnium maximè audientem in suam adducit sententiam:deinde ab inuidia se,atque animi elatione vacuum esse ostendit.quod enim proprium suum est, id cum discipulis cōmunicat, ac nihilo plus sibi assumit,quàm illis tribuat,sed eos omnibus rebus sibi æquales esse vult. Possum & tertiam eius rei causam afferre:quamnam? quòd, cùm id factu difficile, atque eiusmodi videretur, vt non quiuis illud assequi posset, cúmque eam ipse rem magnā habere facultatē vellet ostendere, eum, qui id opus absoluisset, in medio posuerit, idque, ne multi laboris rem existimarent,quinimo ducem intuentes fidenter ipsi etiam in candem viam ingrederentur: quod & alio loco facit ad Galatas scribens, & eis timorem legis eripere studens: quamobrem ipsi ad veterem cōsuetudinem morémq; deducti multa legis præcepta C seruabant. quid igitur inquit? Estote sicut ego, quia ego sicut vos. quod in hanc sententiam dictum est. Neque enim ita mecum agere poteritis. tu recens à gentibus rediisti, &, quid ob legem non seruatam timendum sit,ignoras:propterea impunè in his omnibus nobiscum philosopharis. etenim vt vos, inquit, hanc ego olim seruitutē seruiui:ego legi astrictus fui, ego præcepta obseruaui:verùm, vbi gratiæ lumen eluxit, totum me ab illa lege ad hanc gratiam contuli. nec tamen id est contra legis præcepta, quòd in alterius viri potestatem venimus. quamobrem nemo illud de me poterit dicere, quòd aliud faciens ipse, ad aliud reliquos cohorter: neq; quòd id cogitem,quomodo me in tuto collocans, vos in discrimen adducam:nam si res periculosa esset, nunquā me ipse prodidissem,nunquā salutis meę curā neglexissem.Quē- D admodum igitur Galatis, suo proposito exēplo, metum eripuit:sic hoc loco,se in medio posito, solicitudine Corinthios liberat. ¶ Sed vnusquisque, inquit, proprium habet donum, alius autē sic, alius verò sic. Vide signum apostolicæ summissionis nusquam deperditum,sed vbiq; maximè elucens. quæ enim ipse rectè fecit,Dei gratiam nominat: quem ipse multum effudit sudorem, omnem Domino tribuit. sed quid mirum est, eum ita de sua loqui continentia, cùm de prædicatione differens,cuius causa innumerabiles labores, assiduas solicitudines, incredibiles ærumnas, quotidianas mortes perpessus fuerat, eadem ratione procedat?Quid igitur de ea inquit? Abundātius omnibus elaboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum.non enim partem sibi sumit, partē Deo dat, sed totum illi tribuit: quod grati serui est argumentum, nihil suum putare,sed omnia domini, nihil proprium ducere,sed omnia domini.id quod & alio loco facit. cùm enim dixisset, Habentes donationes secundum *Rom.12.* gratiam,quæ data est nobis,differentes,progrediens oratione præfecturas, eleemosynas, cōmunicationē bonorum numerauit in donis.Hęc autem rectè facta esse, non dona, planè perspicuum est: quæ sanè dixi, vt, cùm illud acceperis ab eo, Vnusquique propriū donum habet,ne concidas animo,néue sic tecum loquaris:nihil mihi ad hanc rem labore,aut studio meo opus est: donum enim eam Paulus vocauit. neque enim ita dixit, quòd continentiam in numerum cælestium munerum vellet referre, sed modestiæ causa donum appellauit. non enim adeò & à se ipse, & à Christo dissentiret,cuius illud est,Sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum: & illud,Qui potest capere,capiat.Sibi certè, iis condemnatis,quæ,cùm viduitatem elegissent, non manserūt in sententia,minus ipse constaret. nam si donū id est, quid ipsis eo minaris?Habētes damnationē,quia pri- *1.Tim.5.* mam fidem irritam fecerunt.nusquam enim Christus in eos animaduertit,qui dona non habuerunt,at illos semper pœna afficit, qui honestè vitam non agunt. Atque illud,quod ab ipso maximè quæritur, optima vitæ ratio est, & actiones eiusmodi, quæ nullam habeant ansam reprehensionis: partes verò facere diuinorum munerum,eáque distribuere, non accipientis est optio,sed dantis iudicium. quamobrem Christus nusquam eos laudat, qui miracula faciunt, quin etiā discipulos propter id ipsum lætitia elatos illis verbis ab eiusmodi animi voluptate deterret.Nolite gaude- *Luc.10.* re,quòd spiritus vobis subiiciuntur: qui enim beati dicuntur,ij sunt misericordes, humiles, mites, mundi corde,pacifici, quique & hæc omnia, & horum similia efficiunt. atq; ipse quidem Paulus, enumeratis iis *2.Cor.6.* quæ rectè feciſſet,in illis commemorauit de sua continentia.In multa enim,inquit,patiētia,in tribulationibus,in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus,in seditionibus,in laboribus,in vigiliis, in ieiuniis:quibus adiecit,in castitate: cuius, si donum res esset,non meminisset: quid enim eos accusat, qui castitatem non colunt,quippe quos intemperantes appellat? quid etiam eum rectius facere dicit, qui nuptum non det virginem? quam denique ob causam beatior est vidua, si in voluntate non nubendi perstiterit?quòd,vt iam diximus,non miraculis, sed honestis actionibus tribuuntur beatitudines, quemadmodum nec cessationi, sed prauis actibus supplicia proponuntur. Sed quid opus fuit in eiusdem rei admonitione permanere,si nostri illa non sit arbitrij,si prēter diuinæ gratiæ momenta,non etiam opera,ac studium nostrum nobis sint ad eius facultatem necessaria?cùm enim dixisset,Volo omnes homines, sicut ego sum,continentes esse, rursus inquit, Dico autem non nuptis,& viduis:bonum est ipsis, si sic permanserint,sicut & ego : se iterum interponit propter eandē causam.quòd enim ipsi propinquum,& domesticum exemplum haberēt,virginitatis laboribus fortius occurrerent.nam etsi suprà dixerat,Volo omnes homines esse, sicut me ipsum, & hic etiam dicat, Bonum est ipsis,si sic permanserint,sicut & ego,nusquam verò rei causam afferat : nihil tamen est, quòd miretis: neq; enim id superbia facit, sed quòd satis rē probari existimat sua sententia, qua fretus ipse munus illud absoluerat.

XXXV. Apostoli ad exemplum continentiæ seipsum interposuisse.

1.Cor.15.

1.Cor.15.

XXXVI. Virginitatem modestiæ causa ab Apostolo donū appellari.

1.Cor.7.

1.Cor.15.

Universidad de Deusto Biblioteca

XXXVII. Multas inesse molestias in secũdis nuptiis. Malè audiunt digami.

A absoluerat. ¶ Quòd si quis etiã rationes cognoscere voluerit, primùm hominũ exquirat sentẽtias, deinde, quæ rei accidant, animaduertat. quanquam enim legumlatores eiusmodi nuptiærum pœnam nõ constituant, sed eas concedant, atque permittant: tamen in homines secundarũ nuptiarum multa à multis, & domi, & in foro maledicta, probra, cõuiciáq; iactantur. omnes enim aditu, & congressione indignos eos existimantes, non secus, quàm qui iusiurandum violant, abhorrent, neque cum illis ferè amicitiam instituere, aut fœdus facere, neq; omnino quicquã illis credere audent. vidẽtes enim eos tantæ consuetudinis, necessitudinis, coniunctionis, societatis memoriam tam facilè ex animo eiicere, ea in cogitatione quasi quodã torpore perfusi, minimè fidẽter eos in consuetudinẽ recipiunt, sed à leuibus atq; inconstantibus hominibus refugiunt: neq; verò solum propter eam causam, quam diximus, se ab illis auertunt, sed eorum, quæ ab ipsis fiunt, fastidio, & offensione. Quid enim, quæso, turpius esse potest, post maximos luctus, gemitus, & lacrymas, post diuturnum capitis squalorem, pullæq; stolæ sordes, quàm repentini plausus, quàm nuptiales thalami, quam sonitus priori contrarius: quæ similia sunt lusibus histrionũ, qui modò hi, modò illi fiunt. *Simile.* eundem enim hominem videas in scena interdũ Regem, interdum aliquem agere omnium egentissimũ, talis hic etiam: qui cùm nuper ad sepulcrũ volutaretur, fit repente sponsus, qui, quo ex capite capillos euellebat, tursum in eo coronam gestat, qui, cùm mæstus, & mærens, multísque sæpe cum lacrymis ad eos conuersus, qui se consolarentur, mortuam laudasset, sibíque vitam acerbam propterea esse dixisset, & illis succenseret, qui eundẽ se à luctu abducerent, frequẽs inter illos ipsos cõptus iterũ, & ornatus apparet, qui ridẽtibus oculis eos ipsos intuetur, quos iisdẽ lachrymantibus prius aspexerat, & eo ore amicè accipit, & salutat omnes, quo cũcta hæc antè repudiabat. Miserrimũ autẽ est omniũ, bellum ad perniciẽ liberorum, *Nouercale odium.* leæna contubernalis filiarũ. eiusmodi enim est omnino nouerca. hinc quotidiana seditio, & pugna, hinc inopinata illa, & noua obtrectatio eius, quæ nulla lædit iniuria. viui enim inter se odia exercent, mortuis vel hostes reconciliantur. at nullus apud hãc est odij aut inuidiæ finis: sed ab eadẽ pulueri, & cineri obtrectatur: incredibiles simultates: cum humata geruntur iurgia, maledicta: crimina in eam, quæ in terrã dissoluta est, iaciuntur: cum ea, quæ nihil nocuit, sempiternæ exercentur inimicitię. quid hac amentia, & crudelitate tetrius, aut flagitiosius esse potest? quæ nullam à mortua accepit iniuriã: quid dico iniuriam? quæ fructus capit illius laborũ, in cuius rebus luxuriosè viuit, nullum finem facit pugnandi cum eius vmbra, quæ nullam attulit molestiã, ac sæpius, quam ne vidit quidem, quotidie verberat conuiciis innumerabilibus, à cuius liberis pœnas expetens mortuam vlciscitur. atque, vbi nihil proficit ipsa, sæpenumero virum armat in illos ipsos. Sed tamen hæc omnia facilia hominibus, tolerabiliáque visa sunt, dum ne libidinis tyrannidem perferre cogantur. At virgo in hac acie non æstuauit, neque declinauit certamen, quod multis videtur intolerabile, sed fortiter insistens naturæ prœlia sustinuit. Quis igitur virginem satis pro merito queat admirari, cùm alij, ne vrantur, secũdarum nuptiarum indigeant, ipsa autem intacta ab omnibus, perpetuò casta, & integra permaneat? quamobrem etiam antequam de his differat, propter ea præmia, quæ in cælo viduitati collocata sunt, sic inquit is, qui in se Christum loquentem habebat: Bonum est ipsis, si sic permanserint, sicut & ego. Non potuisti ad summum verticem ascendere: at vide, ne ex isto gradu in inferiorem locum, vbi illa est, decidas, tanto autem tibi præstet virgo, quãto præclarius est eam ne semel quidem libidini succubuisse, quàm, cùm in te aliquãdo libido dominata sit, perpetuò dominari non potuisse, quantóque præstantius est, illam integram, inuiolatámque è pugna superiorem discedere, quàm te, vna accepta plaga, inde victoriam reportare. omnino pugnæ exitu pares estis: at initio tantum illa superauit.

XXXVIII. Quid sit, quare iis qui matrimonio iũcti sint, magna solatia, virgini verò ne respirãdi quidem à laboribus facultatem cõcedat. Simile.

¶ In eos autem, qui connubio iuncti sunt, lõgè indulgentior est: qui ne altero quidem volente, illos ab ipsis distrahat, neque disiunctionem, quę communi vtriusque consilio facta est, producit longius: B quin etiam ipsis alteras, si modò id cupiunt, ne vrantur, concedit nuptias: iis autem, qui virginalem castitatem colunt, ne vnum quidem eiusmodi solatiũ dedit: verùm cùm illis intermissam parumper rursus remittat voluptatem, nullum relinquit virgini respirandi locum, sed eam vult perpetuo in prœlio versari, & assiduis libidinum aculeis vulnerari, neque vt se tantisper relaxet, eidem permittit. sed quamobrem illud etiam virgini non dixit, Si se non continet, nubat? quod ne athletæ quidem, cùm is, reiecto pallio, vnctus in certamen descendit, iámque puluere aspersus est, quisquam dixerit, abscede, fuge aduersarium: sed illi alterutrum necesse est euenire, vel vt victor corona donetur, vel vt humi stratus cum infamia discedat. nam in ludo, & palæstra, quòd cum familiaribus C homines exercentur, & cum amicis tanquam cum aduersariis congrediuntur, suo quisque arbitrio eum laborem suscipit. cùm verò descriptus frequẽtissimo theatro fuerit, atque is, qui ludos facit, adest, omnésque spectatores consedere, ac productus aduersarius illi ipsi opponitur: tum lege certaminis illo priuatur arbitrio. Virgini etiam, quam diu deliberat, vtrum cõnubio iungatur, an non, nuptię fraudi non sunt: vt verò virginitatem elegit, descriptáque in certamen descendit, quis audeat, plaudente theatro, angelis è superiore loco spectantibus, Christo certaminis præfecto, diabolo furente, fremente etiam dentibus, hærentéque in lucta, ac medium occupante spatium, quis, inquam, in medium progressus sic cum illa agat, fuge hostem, cede labori, recede de pugna, ne sterne néue supplanta, sed palmam defer aduersario? quid D dico virgines? cum viduis hac vti voce nemo audeat, sed potius pro huiusmodi sermone horribilem illam habeat orationem, Cùm luxuriatę fuerint in Christo, *1.Tim.5.* & nubere voluerint, damnationẽ habebunt, quia primam fidem irritam fecerunt. Atque idem ipse Paulus, Dico autem innuptis, & viduis, Bonum est illis, si sic permãserint sicut & ego: quòd si se nõ cõtinent, nubant: & illud, Quòd si dormierit vir eius, libera est, cui autem vult, nubat, tantùm in Domino.

XXXIX. Cui viduæ, cuius virgini nubendi potestatẽ permittat.

¶ Sed quamobrem in eam, quam liberam dimiserat, pœnã deinde constituit, &, quod in Domino esse inquit cõnubium, id quasi contra legem conciliatũ condẽnat? ne verearis: nõ enim id de his ipsis, sed de alteris vult intelligi nuptiis. vt enim, cùm dixit virginem, quia nupserit, non peccare, de ea non est locutus, quæ cõiugium renũtiarit, quippe quam deliquisse, & intolerabili scelere se astrinxisse perspicuũ est omnibus, sed

de illa,

de illa, quę expers adhuc nuptiarum, nihil dum statutum habet, verùm etiam nunc inter vtrunque ancipiti cogitandi cura distrahitur: sic & viduam: hoc enim loco de ea omnino loquitur, cui, viro amisso, neque dum deliberatum sit nubere, & integrum, vtrum malit, optare: illic verò eam significat, cui, cùm iam in certamen continentię descenderit, non amplius liberum est nubere cũ aliquo: licet enim, quàm diu id nõ elegerit, viduam esse, neque in viduarum ordinem referri: *1.Tim.5.* itaque inquit ipse, Vidua deligatur non minus sexaginta annorum. nam viduæ omnino, si voluerit, potestatem nubendi facit: at eam, quæ coniuge mortuo, *1.Cor.7.* se in reliquum tempus Deo castam fore professa sit, si postea nupserit, vehementer accusat, vt quæ pacta, quæ cum Deo fecerat, tanquam oblita neglexerit. non his ergo, sed illis dixit, Si se non continent, nubant: melius est enim nubere, quàm vri. Vides, vt per se nuptias nusquam admiremur, sed propter incesta, atque stupra, propter tentationes, propter incontinentiam? hæc quidem omnia supra scripsit. verùm, quòd ipsos malè verbis acceperat, rursus iucundiori vocabulo rem ipsam appellat, incendium, & ardorem nominans. ac ne id quidem, vt auditorem non lacesseret, præteritum voluit. non enim dixit, si quadam libidinis vi coguntur, si transuersi aguntur, si non possunt: nihil omnino posuit eiusmodi, quod aut vim allatam ostendat, aut venia dignum sit: verum quid is inquit? Si verò se non continẽt, nubant. quod eorum voluntati tribuendum est, qui propter pigritiam nolunt elaborare. demonstrat enim ipsos rei facultatem habentes, ob id minus eam perficere, quòd laborem defugiunt: in quos tamen vel ita affectos neque animaduertit, neque his ipsis supplicia proponit, sed tantum laude priuatis, verborum reprehensione vim vituperationis ostendit: nusquam verò meminit liberorum procreationis, quæ quidem causa facit, vt cõnubium speciem habeat, & grauem causam honestatis, sed innati ardoris, intemperantiæ, stupri, & incesti, satanicæque tentationis. quare, ne quid tale cõmittatur, concedit coniugium. Quid ergo est? inquit: dummodo nobis perpetuæ libidini, & luxuriæ parere liceat impune, quamuis reprehensionem, ac vituperationem facilè feremus. quid verò, vir optime, si ne voluptate quidem frui licet? Sed quomodo libidini, inquit, negas inseruiendum esse, cùm apud Paulum ita sit, Si se non continent, nubant? Tu verò audi, quæ præterea sequantur. accepistí ne, quemadmodũ præstet nubere, quàm vri? probasti, quod iucundum est: concessam rem laudasti. Apostolũ propter indulgentiam es admiratus? at istic ne constiteris, sed perge legere, quæ sequũtur. eiusdẽ enim Apostoli est vtrunq; consilium. quid igitur præterea inquit Apostolus? Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio nõ ego, sed Dominus, vxorẽ à viro nõ discedere. quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem ne dimittat.

XL. Magnam esse ex coniugio seruitutem, neque posse vitari.

¶ Quid autem, si vir moderatus est, vxor verò nequam, maledica, loquax, &, quod commune est mulierum vitium, sumptuosa, multísque aliis imbuta vitiis fuerit? quomodo miser ille quotidianam hanc molestiam, superbiam, & impudentiam perferet? quid, si contrà acciderit, probam illam, & mitem esse, virum autem ferocem, insolentem, iracundum, pecunia etiam potentiáque admodum elatum, & inflatum, qui liberam habeat pro ancilla, nihilóque melius in eam, quàm in famulas sit A animatus? quonam pacto eiusmodi necessitatem, vímque tolerabit? quid denique, si vir ab vxore continẽter auersus, perpetuò abhorreat? Perferat, inquit, omnem istam seruitutem: tantum enim illa sui iuris futura est, cùm is è vita migrarit: nam, quàm diu vixerit, alterutrum necesse est, vel vt eum magno studio regat, ac moderetur, meliorémque faciat, vel bellum minimè denuntiatum, perpetuúmque prœlium fortiter sustineat. Ac suprà quidem dixerat, Nolite fraudare vos inuicem, nisi fortè ex consensu: hic verò disiunctam ipsam à viro vel inuitam se continere iubet: Maneat, inquit, innupta, aut viro reconcilietur. Vidés ne ipsam mediam inter duo prœlia, vt vel libidinis vim ferre, vel si id noluerit, ei, à quo afficitur iniuriis, assentari, & omnino pro eius arbitrio, siue is verberibus, siue conuitiis vexare, siue ludibrio & despectui seruorum subiicere, siue huiusmodi quippiam com- B mittere voluerit, (multas enim viri vias reperiunt, cùm volunt, inferendę vxoribus iniuriæ) in omnibus patiens esse necesse habeat? quòd si illa non tulerit, continentiam colat oportet, inutilem, inutilem, inquam, quòd eo non nititur fundamento, quo deberet. non enim id sanctitatis studio facit, sed ira in coniugem incitata. Maneat, inquit, innupta, aut viro reconcilietur. Sed quid inquit, si nunquam cum viro in gratiam redire voluerit? habes illud alterũ, quo te inde expedire possis: quidnã id est? Expecta, dum is tibi decedat. nam, quemadmodum virgini, viuo eius viro, (immortalis autem is est) nunquam licet nubere: *Virgo post votũ nubere non potest.* sic nuptæ, tantum coniuge mortuo. nam si fas esset, illo viuo, coniungi cum altero, tum ab illo transire ad alium, aliis aliorum vxoribus promiscuè, & communiter inter se ad libidinem abutẽtibus virísque omni- C bus cum illis omnibus omnino concũbentibus, quid *Matrimonium quoad vinculum indissolubile.* tandem cõiugio opus fuit? aut quomodo hodie hoc, illo cras, ac deinceps aliis cum eorum vxore consuetudinem habentibus, coniugum amor, ac studium nõ labefactetur? quamobrem Dominus meritò id adulterium appellauit.

XLI. Quamobrẽ Iudæis Deus diuortium permiserit.

¶ Quid igitur id Iudæis permisit? nempe propter illius gentis peruicaciã, ne inter se dimicarẽt, ne proprias domos implerẽt sanguine propinquorum. Vtrum, quæso, præstat, inuisam vxorem domo expellere, an intra parietes domesticos occidere? quod sanè fecissent Iudęi, si non ipsis illã ex ędibus eiicere licuisset. itaque inquit, Si ipsam odisti, amandato. cùm verò ad moderatas, & ad eas loquitur, quibus, vt irascantur, minimè permittit, quid inquit? Si discesserit, maneat innupta. Vidés ne rei necessitatem, & inexorabilem seruitutem? vides vtrunque vin- D culis vndiq; constrictum? est enim connubij necessitudo instar vinculorum, neque solùm propter curarũ turbam, quotidianásque molestias, sed quòd vsque adeò coniuges deuincit nodo seruitutis, vt nulla magis seruitia in cuiusquã dominatu, quàm ipsi alter in alterius potestate esse cogantur. *Coniugiũ mutua seruitus.* Dominetur, inquit, vir vxori: *Genes.3.* sed quodnam illi facit is dominatus emolumentũ? rursus enim in eius seruitutẽ tradit, quæ ipsius potestati subiecta est. Nouã præterea quãdam, & admirabilẽ excogitauit compensationem seruitutis. ac, quemadmodũ serui fugitiui, singuli separatim vincti *Simile.* à suis dominis, rursúmque tenui quadam catena inter se cõstricti vniuersi, quòd compedibus cætenæ vtrinque affixis, alius alium sequi cogitur, liberam non habent abeundi facultatem: sic coniugum animæ, cùm propriam sui curam sustinent, tum altera etiam

premuntur

Universidad de Deusto Biblioteca

premuntur necessitate, à communibus coniugij vinculis imposita, quæ & grauius vrget omnibus vinculis,& hoc ipso ab vtroq; libertatem aufert,quòd alteri ne semel quidem principatũ defert,sed vtrique distribuit. Vbi igitur sunt parati isti ad omnem perferendam seruitutem propter fructum voluptatis? nam in dissidiis,ac dissensionibus,quę sępissime inter ipsos ad multum tempus permanent,non parũ de voluptate deminuitur:atque eiusmodi seruitus, quæ alterum vitia alterius vel inuitum ferre cogit, facilè omnem obruit fructum voluptatis.iccirco sanctus ille vir impetum libidinis primum repressit graui illa cohortatione,Propter fornicationes,propter intemperantiã, ardorémq; libidinis.vt verò intellexit, apud multitudinem eam reprehensionem minimi esse ponderis,illud, quod ad deterrendum vim maiorem habet, adiunxit. quamobrẽ discipuli etiam dicere coacti sunt, Non expedit nubere.quod hanc vim habet,qui connubio iunctus sit,sui iuris esse neminem . ac neque id ita dictum est,quia cohortatio sit, aut consilium, sed quia iussi,ac præcepti necessitatem habeat.iungamur enim connubio, necne, nostri id arbitrij est:vt verò in matrimonio collocati fuerimus,nostro carẽtes arbitrio,velimus,nolimus, seruitutem feramus necesse est.quamobrem id tandẽ ? quia haudquaquam huius seruitutis ignari eam expetiuimus, sed, eius tum officiorum,tum legem admodum intelligentes,voluntario nos ipsi iugo subiecimus.Deinde verò,cùm de iis locutus esset,qui fideles vxores habent, omnibúsque de cõiugio legibus explicatis, atq; sermone de seruis interposito, illis deniq; ipsis satis eo cõfirmatis,quòd eiusmodi spiritalis ingenuitas seruitute nõ imminuitur,reliquum deinceps aggreditur de virginitate sermonem,quem diu conceperat animo,ac parturierat, parit in præsentia.neq; tamen in iis,quæ de coniugio dicit, tacitam virginitatem relinquere potuit, breui quidem eius facta,dispersáque mentione: sed tamen hanc ipsam orationẽ illi etiam cohortationi intexuit, præclara ista ratione & via nostras aures ad audiendũ præparans,& animos antè deliniens, aditum ad orationem sibi optimè comparat. Itaq; post eam, quam in seruos adhibet admonitionem, (Pretio, inquit, empti estis,nolite fieri serui hominũ) Domini in nos beneficia nobis in memoriam redigit, atque eo omnium mentibus excitatis, & ad cælum erectis, illum infert sermonem de virginitate, De virginibus præceptum Domini non habeo,consilium autem do,tãquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. de fidelibus autem, qui infideles mulieres habent in matrimonio, cùm nullum haberet præceptũ, hisce verbis magna auctoritate legem tulit: Nam ceteris ego dico, non Dominus, si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, ne dimittat illam.Qui igitur non fers eandem de virginibus sententiam ? quia de hac ipsa re planè Christus statuit, virginitatem vetans inter necessaria iussa referri oportere. illud enim, Qui potest capere, capiat, liberam dat auditori optionem eligendi. cùm autem de continentia disserit,Volo omnes homines, inquit, sicut me ipsum, esse continentes. Item, Dico autem innuptis,& viduis,bonum est ipsis, si permanserint,sicut & ego.Cùm verò de virginitate disputat, nusquã se ipsum interponit: itaque summissius loquitur,& planè refugiens:neque enim id ipse perfecerat. Præceptum,inquit, non habeo, primum id ad arbitrium cuiusque referens, sibíque beneuolum faciens auditorem,sic ad consilij dandi rationem aggreditur. quòd enim virginitas, vt primum ea vox emissa est, magnam vim laboris ostendit,iccirco ad virginitatis cohortationem non statim accessit,sed, data auditori soluta eligendi optione,eum sibi conciliat,& ipsius animum huiusmodi apparatu deliniens,& oblectans, initium ad id adhortandi facit.Tu, hoc audito virginitatis nomine,quòd eius cultus multi laboris sit, atque sudoris,nihil propterea timebis.non enim est iussum,neq; ita præscriptũ, vt necessariò seruari debeat. nam eos Apostolus,qui rem sua sponte, & voluntate suscipiunt,fulgentibus, & florentibus coronis ipsorũ capitibus impositis,propriis bonis remuneratur: qui vero excusatione vtuntur,nec ad ipsam volunt accedere,neque in eos pœnam statuit,neq; id efficere cogit inuitos.nec vero ob id solum lenem & dulcem orationem adhibuit,sed eo etiam, quòd eius rei beneficium non suum,sed Christi esse dixit. non enim inquit, De virginibus haudquaquã ipse præcipio, sed, Præceptum non habeo. quasi ita diceret: Si rationibus humanis impulsus ista cogitassem,cogitatis meis confidendum non esset: sed quando ita Deo visum est,magnum id habetis pignus vestræ libertatis.mihi quidem iubendi talia facultas non est: quòd si conseruum quodammodo vestrum vultis audire, do, inquit, consilium tanquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis.Quo quidem loco Pauli artificium, admirabilémque prudentiam licet intueri, quomodo videlicet is inter duas necessarias,easdémque inter se contrarias res deprehensus,& ita se commendet,vt gratum,acceptúmq; illi eius habeant consilium,& quòd eam virtutem non erat assecutus, nihil de se magnificè locutus, breuiter vtrunque comprobarit.quod enim dicit, Tanquam misericordiam consecutus,quodammodo se ipse commendat.quòd non autẽ à præclarioris officij munere id faciat, rursum se extenuat,& deprimit. ¶ Non enim do,inquit, consilium tanquam is, cui creditum sit euangelium, tanquam qui dignus habitus sim,qui illud apud gentes prædicarem, tanquam negotium meæ præfecturæ gerens, tanquam doctor, & magister. Quid ergo? Tanquam misericordiam, inquit, consecutus à Domino, vt sim fidelis, & illud etiam attenuans. minus est enim, tantummodo fidelem esse, quàm fidelium magistrum. Alteram deinde summissionis rationem excogitat:quámnam?non dixit, vt qui per me fidelis fuerim,sed, Tanquam misericordiam consecutus, vt sim fidelis.Cauete enim existimetis,quòd Apostolus, quòd prædicator euangelij, quòd doctor sim. Dei hæc solùm esse beneficia.etenim fides etiam ipsa eiusdem est Dei in me misericordiæ. non enim propter dignitatem meam,inquit,fidei munere sum affectus, sed propter misericordiam modo: misericordia autem gratiæ est,non meritorum,vt,nisi admodum benignus Deus fuisset, non solùm Apostolus, sed ne fidelis quidem vllo modo esse possem.Vides gratũ serui animum, summámque summissionem, vt nihilo plus sibi assumat,quàm ceteri habeant?quin etiam fidem ipsam,quæ ei communis erat cum discipulis, ne sibi quidẽ tribuit,sed Dei benignitati,& gratiæ acceptum refert,id ipsum hisce verbis declarãs: quod idẽ valet,ac si diceret:Nolite meum aspernari consilium: neq; enim me Dei benignitas est aspernata,pręsertim cùm hoc sit consilium,nõ iussi vim habeat, faciendũ

Voluptas seruitute empta.

XLII. De Pauli summissione.

enim

enim id censeo,non,vti faciatis,legem fero. nam ponere in medio, & proponere quæ vnicuique conducant,pręsertim cùm id ipsum,quemadmodum nos in præsentia, auditorum rogatu facias, nulla lex prohibuerit.Existimo autem, inquit, hoc bonum esse. Vides humilem rursus orationem, & omnis expertem auctoritatis?& quidem ei in hanc sententiam loqui licuisset:Quia Dominus noster de virginitate non pręcepit, propterea ne ego quidẽ præcipio, suadeo certè,vósque ad eius cultũ cohortor: etenim Apostolus vester sum,quemadmodũ ipse ad eos loquens postea dixit:Si aliis non sum Apostolus,at vobis sum. at nihil hoc loco horum dicit, sed verecundiore vtitur oratione.nam pro eo,Vobis auctor sum,consilium do: loco eius,Tanquam doctor, tãquam misericordiam, inquit,à Domino consecutus,vt sim fidelis. Ac veluti si non ea satis essent ad summissionẽ orationis,à consilio exorsus,sibi rursus præcidit auctoritatem,nõ statuens omnino:sed afferens rationem:Existimo enim, inquit, hoc bonum esse propter instantem necessitatem.atqui de continentia disserens, neq; verbum adiecit,Existimo,neq; vllã præterea rationem, sed omnino,Bonum est illis,ait,si permanserint,sicut & ego: hoc autem loco,Existimo id bonum esse propter instantem necessitatem. Quod quidem facit, non quo de re dubitaret, (nihil enim minus) sed vti totum id audientium permittat arbitrio. neque enim consiliarij est, decernere quæ dicit, sed totum auditoribus iudicandũ relinquere. ¶ Sed quamnã hic etiam nobis necessitatem inquit impositam? à naturáne?minimè. primum enim,si id dixisset,facta illius ipsius mẽtione, contrarium ei, quod voluisset, efficeret: nam qui connubio iungi volũt,eandem sursum, deorsúmque versant:deinde nunquam ipsam instantem vocauisset.non enim nunc primum, sed iam diu hæc insita est in hominum genere libido:quæ quidem cùm violentior olim esset, & planè indomita, Christi aduentu,& eius virtutis vi,quæ nobis adhibita est, domitu facilis est facta. Ergo nullus est hac de necessitate sermo: verùm alteram obscurius significat variam, atq; multiplicem. Sed quænam est ista necessitas ? humanarum rerum,negotiorúmque conuersio. is enim est concursus curarum, ea solicitudinum oppressio, ea varietas casuũ,vt, qui cõnubio iunctus sit, vel inuitus multũ sæpe peccare,& errare necesse habeat. ¶ Nobis autem summa hæc virtutis norma olim præscripta non erat, sed & vlcisci iniurias,& conuicia in cõuiciatorem iactare,& facere pecuniam, & verè iurare,& oculum pro oculo eruere,& inimicos licebat odisse:neque etiam luxuriosè viuere, aut irasci, aut, vxore eiecta,alteram ducere,erat impeditum: ac neq; id solum, sed duas etiam eodem tempore habere in matrimonio lege permittebatur : magna præterea cùm harum, tum aliarum rerum omnibus indulgentia tribuebatur. quæ sanè indulgentiæ via post Christi aduentum longè fuit angustior, neque eo solùm, quòd tanta hæc eorum,quæ diximus,licentia, quanta verbis exprimi nõ potest,circumcisa nobis est, sed quòd eam vxorem,cuius suasu,coactúque multa etiã sæpe peccamus, inuiti domi perpetuò habere cogimur:vel,qui velit eiicere,adulterij condemnetur,necesse est. neque verò ob id solùm eam virtutem assequi nequimus,verùm etiam,si sit vxor moribus facilibus,tamen moles curarum,quæ nobis circumfundũtur propter ipsam vxorem,ac liberos eius,ne minimũ quidem cælum suspicere patiuntur,vndique animum quadam quasi vertigine contorquentes, & obruentes. quòd si vir priuatorum hominum tutam, atque tranquillam vitam viuere voluerit, nullo modo id assequi queat.cùm enim videat circum se stare liberos, & vxorem: cui multa in sumptum eroganda sint, vel inuitus demittit ipse se in fluctum ciuilium negotiorum:quò vbi inciderit, nõ dici possit,quãta illi deinceps peccãdi necessitas imposita sit, in iracundia, in iniuria, in iureiurando, in conuicio, in simulatione, multa gratiæ,multa simultatis causa faciendo.quî autem fieri potest. vt is ea tempestate iactatus, & in illa ipsa laudem quærens, magnas inde peccatorum sordes nõ contrahat?Ac siquis domesticas eius res scrutatus fuerit,tum cum grauiori etiam difficultate vxoris causa plenum offendet.de multis enim cogitur vir esse solicitus: quorum nullam sua causa curã suscipere necesse haberet,idque,si modesta est vxor,& commodis moribus:sin verò nequam, difficilis, & molesta fuerit,non modò hanc ipsam rem necessitatem dicemus,sed pœnam,atque supplicium, quomodo autem is,tanto negotiorum oppressus pondere,grauissimis etiam vinculis catenæ ad terram assiduè trahẽtis constrictis,& colligatis pedibus, (vincula enim vxoris improbitatem appello) quomodo,inquam,cæleste illud iter,quod soluto,& expedito gradu,vacuo etiam,ac libero animo ineundum est, sic affectus cõficere poterit?Sed quæ est ista sapiẽs multitudinis oratio,qua nobis respondent ad ea omnia,quę in ipsos diximus?¶ Nónne,inquit,maior illi merces debetur, qui in tanta difficultate propositum sibi finem nihilo minus assequitur? Quid ita,vir optime, aut quamobrem?Quia maiorem,inquit,propter coniugium laborem sustinet.Quis autem eum tantum oneris suscipere coegit?nam si,matrimono coniungi, legi omnino est obtemperare,contrà verò, non nubere, legis iussa negligere : habet speciem probabilitatis ista ratio.sin autem is,cùm iugum connubij minimè subeundi potestas ipsius esset,nemine cogente, vt sibi illud virtutis certamen molestius redderet, libens in tantas se difficultates induit : nihil id ad certaminis auctorem: tantum enim is iussit bellum cum diabolo susceptum conficere, & ex pugna vitiorum referre victoriam. quod siue quis iunctus connubio, corporíque deseruiens,deque multis solicitus, siue exercitus,& excruciatus, ab omni verò alia cura liber, id ipsum perficiat: nihil illi est curæ de reliquo : rationem certę victoriæ,& viam,quæ ad trophæum ducit,illam iis esse inquit, quæ ab omni terrenarũ rerum cura soluta sit, & libera. tu verò cum vxore, liberis, & iis, quæ inde molestiæ contrahuntur,impeditus, quod bellum gerere,& pugnare vis,quasi eadem effecturus,maiorem etiam fructum percepturus, quàm illi, qui nulla earũ rerum implicantur,propterea sis admirabilis? sed si te in illum excelsum locum,quò illi ascẽderunt, peruenire non posse dixerimus: magno fortasse nos arrogantiæ crimine cõdemnabis:verùm exitus ipse,& coronarũ dies tibi illud facilè probabit, inani ambitioni multo præstare certam possessionem, longéq; esse melius parere Christo,quàm inanibus tuis rationibus cõmoueri. Christus enim rerum omnium renũtiationem ad virtutẽ assequendã satis esse negauit,nisi pręterea ipsi nos oderimus.tu verò in his omnibus volutatus,te in hoc prœlio superiorẽ esse posse affirmas?sed, quemadmodum dixi,tum præclarè intelliges, quan-

XLIII. Ecquam Paulus instantẽ appellet necessitatẽ.

XLIIII. Facilius virginitate, quàm connubio celeste regnum acquiri.

Duas simul habere vxores lege veteri permissum.

XLV. Nullũ iis præmium esse propositum, qui superuacaneas excogitant difficultates.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum vxor, curæque de ea susceptæ ad virtutem consequendam impedimentum afferant. ¶ Quomodo igitur hanc adiutricem,inquit,appellauit, quæ impedimento est?Faciamus enim,inquit,ei adiutorium simile sibi. Ego contrà abs te quæram, quomodo illa adiutrix,quę tanta virum tranquillitate priuauit?quæ de admirabili illo paradisi statu deturbauit, & in huius vitæ perturbationem impulit?hæc enim non modò non sunt adiutricis,sed eius,quæ hostilem in modum insidiata fuerit. A muliere enim, inquit, initium factum est peccati , & per illam morimur omnes. Ac diuus quidem Paulus,Adam,inquit,non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. quomodo igitur adiutrix illa, quæ virum morti subiecit? quomodo adiutrix , cuius vitio filij Dei , vel potius omnes terrarum incolæ vna cum feris,ac volucribus, ceterisque animantibus eluuione perierunt ? nónne vxor iusto illi Iob,nisi is admodũ se virum prębuisset, fuisset exitio?nõ sua Sansonẽ perdidit?nónne eò mulier Hebræorum genus adduxit , vt omnes Beelphegor initiarentur,& propinquorum manibus trucidarentur?quis maximè Achab, quis ante eum Salomonem,summa sapientia, & gloria virum, diabolo prodidit ? nónne vxorum suasu viri etiam nunc multa apud Deum offendunt?an non iccirco sapiens ille breuem omnem malitiam super malitiam mulieris esse testatur?Quonam igitur pacto, inquit, Deus illud dixit, Faciamus ei adiutorium simile sibi ? neque enim mentitur Deus. nunquam enim ego ausim id dicere, minimè. illa quidem profectò ad hoc creata fuit, verùm dignitatem suam retinere noluit, quemadmodũ ne propriam quidem vir conseruauit. etenim illum Deus ad sui imaginem,& similitudinem finxerat:Faciamus enim,inquit,hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: quemadmodũ illud etiam dicit, Faciamus ei adiutorium simile sibi.quibus ille præditus,mox amisit vtrunque:nam neque quod de diuina imagine,neque quod de similitudine ei fuerat impertitum,tutatus est.qui enim?cui vel inuito, cùm is, importunæ libidini deditus, & fallacibus captus illecebris,minimè voluptatẽ temperasset,omne ornamentum diuinæ imaginis detractum est. neq; enim paruã ei Deus potestatis partem ademit , qui ipsum cæteris animãtibus præpositum, quasi dominum quempiam formidolosum,tanquam ingratum seruum, qui apud dominum offendisset,in contemptionem seruorũ adduxit:nã initio vel à bestiis omnibus timebatur . omnia enim Deus ad eum adduxit:neque illi quidquam vel nocere audebat , vel insidiari , quippe quòd in eo videbant regiam relucẽtem imaginem.simulac verò speciem illã peccati tenebris obscurauit,Deus hominẽ de imperij statu deiecit.Vt igitur, quòd in omnes terrenas animantes is non tenet imperium, quin etiã tremit nonnullarũ timore perterritus, propterea Dei sententiam illam,Dominentur bestiis terræ,falsam id esse non arguit:non enim largientis volũtate, sed accipientis culpa illa tũ deminutio facta est:sic,quę viris insidiæ comparãtur ab vxoribus,nihil illis verbis officiunt,Faciamus ei adiutorium simile sibi.vt enim illud efficeret,mulier creata fuit,at nõ in eo mansit.Sed illud præterea dici possit , ad huius vitæ conseruationem,ad liberorum procreationem,naturalémq; libidinem quantum ea adiumentum afferat,nobis ostendi.Sed cùm & huius vitæ,& propagãdæ sobolis, omne coniunctionis tempus abierit,quid hic mihi adiumentum istud frustra cõmemoras?nam eã,quæ minimis tantum in rebus possit opitulari,si quis in magnis etiam negotiis adiutricẽ adhibeat,non modò sibi nihil profuerit , sed etiã curarũ impedimentũ acceruerit.¶ Quid autem Paulo,inquit,ad illud respondebimus?Vnde enim scis mulier,si virum saluũ facies? aut quid ad ea dicemus,cùm ipsius adiumentũ in spiritalibus etiam necessarium esse demõstrat ? Istud & ego fateor.non enim omnino eam à spiritali societate removeo, nõ:quin eam laudẽ tum assequi affirmo, cùm res,quæ pertinent ad connubium , non agit, sed muliebri sexu ad virtutem sanctorum virorum peruenit.non enim,cum fuco oblinitur , cùm luxuriosè viuit,cùm certas à viro pẽsiones exigit, cùm sumptuosa,cùm prodiga est,illis moribus ad salutem virũ perducere poterit,sed,cùm infra se habens humana omnia,vitámq; exprimens Apostolorum, summam cùm probitatem , ac modestiam,tum pecuniæ despicientiam,tolerantiámq; præ se fert,tũc ipsum poterit trahere in suam sententiam,cùm dicit, Habentes alimẽta,& quibus tegamur,hos contẽti simus,cùm hæc vita,& moribus ostendit , ac corporis irridens interitũ, vitam hanc nihil esse dicit , cùm omnẽ rerum humanarum gloriam ex sanctissimi Prophetæ sentẽtia pro feni flore putat.Non igitur vxor, quia cum viro coniungatur, virum seruare poterit,sed euangelicæ vitæ ratione,& instituto:siquidem id nullo iunctæ connubio multę mulieres effecerunt:nam Priscilla Apollo, inquit,assumpto,eum in omnem viam veritatis induxit. quòd si id nunc vsu non venit , vt idem studium mulieres adhibeant,& hunc ex se fructũ edant,nõ tamen illa , quemadmodum dicebam , quia vxor esset, hominem allexit:siquidem nihil prohibeat,quenquã eorum,qui fideles vxores habent, in infidelitate permanere, quandoquidem connubium , & coniunctio per se rem perficeret. at non est ita, non inquã ita est, sed optima viuendi ratio,summa tum patientia, tum eorum contemptio,quę coniugio attributa sunt,perpetuúsq; huius vsus operis efficiet,vt eum seruet, qui cum est matrimonio copulata.quòd si permanserit in cupiditate,& studio eorum, quæ ad vxores attinent, non modò non ipsi adiumento, sed etiam detrimẽto fuerit. quantam autem vel ita res habeat difficultatẽ, ex Paulo cognosce.Vnde enim, inquit, scis mulier, si virum saluum facies?quo nimirũ interrogandi genere in iis,quæ præter opinionem accidunt, vti consueuimus . sed quid præterea adiicit? Alligatus es vxori? noli quærere solutionẽ.solutus es ab vxore?noli quærere vxorem.Vides, quàm frequenti transitione vtatur?quantam identidem ad vtrunqũe abhortando vtriusque temperationem adhibeat?vt enim in iis,quæ de connubio differuit,excitans auditorem,continentiam interposuit:sic hoc loco etiam de continẽtia loquens , vt idem interdum reficeretur auditor, rursus coniugium introducit . à virginitate exorsus est , ac priusquam de ea dissereret,statim ad nuptias refugit. quod enim dixit,Præceptum nõ habeo,eo concessit, & introduxit connubium:deinde ad virginitatem ingressus,atque ita locutus, Existimo hoc bonum esse, quia animaduerterat,si virginitatis nomen sæpius inculcaretur , id iis , quorum esset fastidiosior auriũ sensus,molestius futurũ,minimè frequens illud adhibet:quin,etiam si satis causæ attulerat ad solatiũ laborum, qui propter eam rem suscipiuntur , cùm instantem dixit necessitatẽ, neque sic tamẽ rursus vti vocabulo

XLVI. Si ad vitæ perfectionem vxor impedimẽto est,quid sit,quod eam adiutricem vocent diuinæ litteræ.

Gen.2. Eccle.15. 1.Tim.2.

Eccle.25.

Gen.2.

XLVII. Quomodo virum adiuuet vxor in spiritalibus rebus.

1.Tim.6.

Actu.18.

bulo virginitatis est ausus:sed quid ? Bonum, inquit, homini sic esse , ne id quidem verbo exprimit, verùm præcidens,& abscindens orationem, antequam rei acerbitatem aperiret , sermonem illum intulit de connubio:Alligatus es vxori?noli quærere solutionẽ. quod nisi ita esset,nunquam adductus fuisset,vt hic eiusmodi solatium excogitaret,quòd esset superuacaneum,in consilio de virginitate de coniugio disputare.deinde iterum ad virginitatem redit:ac neque hic etiam suo rem nomine appellat:quid verò inquit?Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem . Sed ne vereare:non decreto id Paulus , non lege sanciuit. nam vt hunc timorem eriperet , quæ de virginitate dixerat,eiusmodi sermone de nuptiis subsecutus est:Si autem acceperis vxorem,nõ peccasti.Sed ne in eo quidem concides : rursus enim te ad virginalem castitatem reuocat.atque hæc est huius orationis sententia, eos qui connubio dent operã,magnã corporis molestiam sustinere.vt enim boni, & lenes medici cum actiori medicamento vti, & ad secandum,aut ad vrẽdum venire , aut omnino eiusmodi aliquid ægroto volunt adhibere,haudquaquam hæc omnia simul efficiunt, sed interuallo medentes ægrum respirare patiuntur , & ita reliqua identidem adiiciunt : sic diuus Paulus neque sine interuallo,neque vniuersè , neque omnino ordine sententiam de virginitate contexit, sed frequenti connubij commemoratione interrumpens,atque ita rei molestiam occultans, illud est assecutus,vt & iucundior , & gratior esset oratio . Atque hæc est causa permistę in hac disputatione varietatis. reliquum verò est , vt verba etiam illa perpendamus: Alligatus es,inquit,vxori? noli quærere solutionem. quod non tam valet ad consilij dandi rationẽ , quàm ad proponendam difficultatem, & ad indicandos laqueos , vnde nullo te modo expedire possis . quid enim non dixit:Habes vxorem?ne dimiseris:viuis cum illa coniunctè?ne ab ea distraharis:sed vtriusque coniunctionem vinculum appellauit,vt, quantum haberet res oneris,demonstraret . nam cùm omnes inhiẽt connubio,tanquam optabili cuipiam , & expetendo bono,ab iis,qui inter se colligati sunt, coniuges nihilo differre ostendit.nam hic etiam,altero trahente ad eius arbitrium,alterum sequi necesse est,seditioso itẽ altero, alterum vna cum eo interire oportet . Quid si vir,inquit, procliuior fuerit ad libidinẽ, ego verò cõtinens esse voluero?Est omnino eius obsequendũ cupiditati.etenim,nisi id tua volũtate feceris, te iniecta per coniugium vincula ad eum attrahent,cumq; ipso congregabunt,qui tibi initio astrictus est. quòd si restiteris,nodúmq; intercideris, non solùm te non exemeris è vinculis,sed extrema supplicia subibis.¶ Quę enim se contra viri voluntatem continuerit, non eo solùm præmio priuatur,quod est continentię propositum,sed etiam rationem reddet eius adulterij , vel potius ipsius pœnam sustinebit. quamobrem tãdem? quia virum illa impulit in eam flagitij voraginẽ,quòd ei legitimæ coniũctionis fructum denegarit.Quòd si vxori ne ad punctum quidem temporis, nolẽte viro, facere permissum est:quæ ei venia dabitur,quę ipsum perpetuò priuat eo fructu iucunditatis ? sed quid , inquit,hac necessitate,quid hac vi grauius possit accidere?Istud ego etiam tibi assentior:sed quid est , quamobrem eam tantæ astringis necessitati?priusquam nuptiæ coniungerentur , non illis coniũctis hac ratione vti oportuit . Quamobrẽ etiam Paulus post coniugij vincula,coniunctionis eius necessitatẽ imponens, de disiunctione loquitur:nam cùm hoc dixisset, Alligatus es vxori?noli quærere solutionem,tum illud adiũxit,Solutus es ab vxore?noli quærere vxorem . quod iccirco fecit,vt, cùm, quãtam vim habeat cõiugium, diligenter consideraris,atque perspexeris, tũ facilius audias,quæ de colenda castitate dicãtur.Si enim nupseris,inquit,nõ peccasti.illud etiam, Si nupserit virgo,non peccauit : vide quàm præclarum huic matrimonio finem proponat,vt vitet vituperationem, admirationẽ non habeat:hæc enim est propria virginitatis.nam qui duxerit vxorem,satis habeat illud audire,se nihil ea re peccare.Quid igitur hortaris, inquit, me, ne vxorem expetam ? Quòd semel alligato nulla vnquam postea tibi inde explicãdi te facultas datur, quod summum præterea habet angorem.Sed,quęso, solúmne id boni est ex virginitate,quòd ei' cultu homines angorẽ effugiunt?at quis , vt virginitatẽ colat, his propositis præmiis adducetur?cuius verò patiẽtię illud erit,in maximũ hoc certamen,sudorísq; plenissimum, hac tantum mercede descendere? ¶ Quid ais? me ad pugnam dæmonum inuitas:(non enim est nobis luctatio cum sanguine,& carne) vt contra naturæ furorem resistam,adhortaris:suades,vt carne, & sanguine coagmẽtatus eadem assequar, quæ mentes efficiunt incorporeæ:& nũc terrestrium meministi bonorum?vt affirmes nos expertes coniugij nullam molestiam habituros . Sed quamobrem illud non dixit, Virgo,si nupsit,non illa quidem peccauit , sed ipsa se virginitatis corona priuauit, nẽpe magnis munerib', inexplicabilibus ? Quid verò bona non exposuit ea, quę,certamine confecto,ipsis sunt reseruata?quomodo sponso obuiam prodeunt, quomodo fulgẽtes gestabunt lampades,quomodo gloriose admodum , fidentérq; vna cum Rege sponso in thalamũ introeãt, quomodo ad regium solium accedentes omniũ maximè fulgeant?At de illis ne verbum quidẽ fecit,passim verò meminit vacuitatis molestiarũ,quas vita hęc habet.Existimo,inquit,hoc bonũ esse:&,omissa causa futurorum bonorum,Propter instãtem, inquit,necessitatem . deinde iterum inquit : Si nupserit virgo, non peccauit.ac, cælestibus muneribus , quibus eam priuauerat,silentio præteritis, Tribulationem carnis, inquit,habebunt huiusmodi.neque verò hactenus id facit,sed vsque ad finem perducit orationis:neq; rem etiam suadet proposita spe futurorum bonorum, sed iterum ad eandem refugit causam : Tempus , inquit, breue est:atque eius loco sermonis,Volo,vt splendor vester in cælo luceat,& vti magis eluceatis,quàm qui connubio iũcti fuerint. rursus terrena commemorat, Volo , inquit, vos sine solicitudine esse . Nec verò id solum hoc loco facit,sed de tolerantia disserens, hãc ipsam iniit consilij dandi viam:Si inquit,efurierit inimicus tuus,ciba illum:si sitit,potum da illi:ac tantam rem imperans , noturæque necessitati vim iubens afferre,& ita intolerabilem rogum sustinere,in iis, quæ de præmiis dicuntur,& cęlum,& cælestia bona silentio transiens,mercedem definit eius incommodo,qui intulit iniuriam:Ita enim , inquit, carbones ignis cõgeres super caput eius . Quid autem hac cohortandi ratione vsus est ? non inscitia , neque quòd ignoraret quomodo auditor allici, aut persuaderi deberet , sed quòd omnium maximè hanc ipsam virtutem,persuadendi inquam facultatem assecutus esset,vnde id apparet?ex iis , quæ ab eo dicta sunt . quomodo ? quá-

XLVIII. Vxorem, quæ se contra viri voluntatem continuerit,si vir flagitium fecerit,eius flagitij pœnas dare.

XLIX. Cur præsentibus voluptatibus ad virginitatem adhortetur.

Ephes.6.

Matt. 25.

Rom.12.

Rom.12.

Universidad de Deusto Biblioteca

ue id ratione?ad Corinthios loquebatur:(primum enim dicemus de iis, quæ de virginitate disseruit) ad Corinthios, inquam, loquebatur, apud quos se nihil
1.Cor.2. scire iudicauit, præter Christum, & eum crucifixum: quibuscum agere tanquam cum iis, qui rebus cælestibus dediti essent, minimè potuit:ac, quòd hęrerent in corpore, & in cura terrenarum rerum essent defixi, lac etiam tum illis adhibuit: ad quos cùm illa mitte-
1.Cor.3. ret, sic est locutus: Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis: sed ne nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis, & secundum hominem ambulatis. Iccirco terrenarum rerum commemoratione, & eorum quæ sub oculos, & sensus cadunt, eos & ad virginitatem cohortatur, & à coniugio deterret. pręclarè enim intelligebat, humiles, humíq; stratos, & adhuc in terra defixos, sic terrestribus rebus erigi facilius, & adduci posse. qui enim, cedo, plerique eorum, qui rudi adhuc, tardóque admodum sunt ingenio, tam in minimis, quàm in maximis rebus audacter per Deum iurant, ac peierant, in capite verò liberorum ne iurare quidem audent? & quidem multo maius illud periurium, multo etiam maior periurij pœna: sed tamen hoc iureiurando magis, quàm illo, cōmouentur. vt verò inopi subueniant homines, nō tam cælestis regni pollicitationibus (quamquam illis vocibus eorum aures assiduè personant) adducuntur, quàm si aliqua vel liberorum, vel eorum ipsorum vitæ vtilitatis spes proponitur. tunc itaque eiusmodi misericordiam largè impertiūt homines, cùm ex diuturno aliquo morbo cōualuerint, cùm periculum effugerint, cùm potentiam, ac principatum aliquē consecuti fuerint: & omnino maximam hominum partē iis, quæ ante pedes sunt, magis moueri reperias. in secundis enim rebus magis hæc mouent: in aduersis verò plus terroris est, quo propiora sunt sensui. iccirco & ad Corinthios ita locutus est, & Romanos commemoratione præsentium rerum ad tolerantiam erudiuit. nam qui imbecillo est animo, si iniuriam acceperit, non tam facilè iracundiæ dolorem deponit, cùm de regno audierit, aut cùm in maximorum spem bonorum inciderit, quàm eius spe supplicij, qui iniuriam fecerit. itaque cùm vellet fibras memoriæ iniuriarum extirpare, & omnino libidinem puniēdi eius, qui lęsisset, exhaurire, illud elegit, quod adhibitum ad consolandum eum, qui accepisset iniuriam, magis accommodatum est. non adimit illi spem mercedis in cælo cōstitutę, sed tamen ipsum interea, quoquo modo potest, in sapientiæ viam dedùcere, & ei gratię fores patefacere studet. nam virtutis principia difficillima illa quidem, progressio verò ad virtutem non ita laboriosa est. At non id fecit Dominus noster Christus, neque cùm de viginitate, neque cùm de tolerantia disseruit: sed in illis quidem cælestis regni meminit: Sunt enim, inquit, eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnū cælorū: cùm verò ad preces pro inimicis faciendas cohortatur, neq; de incommodo eorum, qui læserunt, mentionem facit, neque candētium carbonū, sed, illis omissis omnibus, quæ in eam orationem conueniunt, quæ ad parui, & angusti animi, calamitosósq; homines habeatur, maioribus eos ipse præmiis inuitat: quibúsnam? Vt sitis, inquit, similes patris vestri, qui in cælis est. Vide, quantum præmium proponatur. horum enim auditores fuerūt Petrus, Iacobus, Ioannes, & reliquorum Apostolorum chorus. quamobrem cælestibus eos præmiis inuitat,

A quod Paulus etiam ipse fecisset, si ei cum huiusmodi hominibus fuisset negotium. quòd autem ad Corinthios rudiores loqueretur, ipsis fructus laborum iam nunc repræsentat, quo ad colendam virtutē alacriores veniāt. Iccirco Iudæos etiam, promissis regni cælestis omissis, terrenis bonis alliciebat Deus: pro malis verò actionibus non æternum ignem, sed præsentes eis calamitates minabatur, famem, pestilentiam, morbos, seruitutem, bella, & alia eius generis. his enim homines, qui magis hærent in corpore, magis commouentur: quæ verò neque videntur, neque adsunt, illis mouentur minus. quamobrem Paulus etiam diutius in iis moratur, quæ maximè eorum tarditatem mouere possunt. Adde, quòd illud ostendere voluit ex aliis bonis, quædam vt assequamur, multis nos in vita laboribus exerceri, fructum autem omnem in futurū tempus reseruari, virginitatem verò, dum colitur, non

B leuia nobis præmia tribuere, quæ tot, tantísque nos laboribus, ac molestiis liberet. Accedit eò, quòd tertium quoddam comprobari vult. quidnam id est? virginitatem nō ex earum rerum haberi numero, quas adipisci non possimus, sed ex illis esse, quę maximam habent † facultatem. id autem facit, cùm multis partibus plures inesse docet in coniugio difficultates, tāquam si diceret: Grauis tibi videtur huius rei cultus, & laboriosus? ego verò virginitatē propterea colendam censeo, quòd tantam ea facultatem habet, vt multo minus, quàm coniugium, negotium nobis exhibeat: quòd vestri misereor, inquit, & molestia liberos esse volo, iccirco vti coniugio abstineatis, vobis auctor sum. At quę est ista molestia, dixerit fortasse quispiā? negamus verò nos, qui summā & quietā &

† facilitatem.

C deliciarum vim in coniugio reperiemus. Ac primum omnium, habere omnem libertatem explendę libidinis, nullámque naturalis impetus vim perferre non parum momenti habet ad vitę tranquillitatem: deinde mœrore, squaloréque remoto à reliqua vitę consuetudine, est etiam alacritatis connubium, risúsque & lætitiæ refertum. etenim & sumptuosis mensis, & molli vestitu, & lecto molliori, & perpetua lauatione, & vnguentis, & vino nihilo deterius, quàm sint vnguenta, concinnato, & aliis multis, variísq; sumptibus coniuges corporibus indulgentes, in magna luxuria & voluptate versantur. ¶ Primum verò ne ista quidē connubio permissa sunt. nobis enim concubitus modò facultatem dare solet, luxuriæ licentiam non itē: quod hisce verbis Paulus testatur: Quæ luxuriatur, viuens mortua est. quòd si de viduis hæc dicta sunt, audi

L. Et veteri, & nouo testamēto iniquum esse luxuriosè viuere.

D quæ de nuptis præterea dicantur: Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa, sed, quod decet mulieres, promittentes pietatē per opera bona. At non hîc modò Paulum, sed alibi etiam multum de eo sermonem habere videas, in his rebus tātum studij omnino ponendum non esse: Habentes, inquit, alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in desideria inutilia, & noxia, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Sed quid dico Paulum? qui, cùm iam perfectè viuendi rationis maturitas venisset, & summa spiritus gratia diffusa esset, ista dicebat. Amos enim propheta cùm ad rudes Iudæos loqueretur de iis, quibus & delicię, & luxuria, & omnia ferè superuacanea permissa essent, audi, vt in eos q delicatè viuūt, in

1.Tim.2. *1.Tim.6.*

uehatur:

Amos 6. uehatur: Væ vobis, qui properatis ad diem malam, & falsa sabbata colitis, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris; qui comeditis hædos de gregibus, & lactentes vitulos de medio armentorum, qui plauditis ad cantum organorum, vinum purum bibentes, & optimis vnguentis delibuti: quæ vt stabilia, non vt fugacia, existimarunt. ¶ Quemadmodum autem diximus, primū luxuriosè viuere minimè permissum fuit: quòd etsi nihil horum vetitum esset, verùm nobis concederentur omnia, tamen est alia quędam tristitiæ, dolorísque ratio, quæ æquè valeat, vel potius maior, & grauior sit, quòd ne minimam quidē voluptatis partem ex illis capere patitur, sed omnem inde iucunditatis sensum excludit. ¶ Cedo enim si quis natura propensior sit ad eam ęgritudinem, quòd alterum quoque vxore sua potiri suspicetur, etiam si falsa aliqua specie eo morbo correptus sit: quid eiusmodi homine miserabilius esse possit? quod prelium,

LI. Etiam si luxuriosè viuere permissum sit, tamen cōiugij molestiis omnem illam tolli voluptatem.

LII. Quantum sit Zelotypia, id est obtrectatio, malum.

B quam tempestatem cū huiusmodi suspicione, vel furore comparantes, eius imaginem perfectè consequi poterimus? omnia doloris, omnia suspicionis, omnia seditionis, ac perturbationis referta sunt. cùm verò eo furore corripitur, nihilo melius afficitur, quàm qui aut agitantur à dæmonibus, aut mente capiuntur: adeò continenter effertur & insultat, stomachatúrque omnibus, in obuium omnino, & innocentissimū quēque semper exercet iracundiam, siue is seruus sit, siue filius, siue quicunque alius: voluptas autem omnis excluditur, angorum, molestiarum, lachrymarúmque plena sunt omnia: etiam si domi se contineat, si in publicum prodeat, si peregrinetur, vbique malis tentatur, quæ quouis aculeo grauius eius animum mordent, ac stimulant, neque ipsum vllam quietis partem capere patiuntur. neque verò morbus is tristitiā

C solùm, sed etiam iram intolerabilem ingenerare solet. Atque hæc vel per se singula captum perdere queunt. cùm verò concurrunt omnia ad hominem assiduè opprimendum, & affligendum, neque ei minimum dant respirandi locum, quo non id est mortis genere calamitosius? nam vel si summam quis egestatem commemorarit, si morbum insanabilem, si ignē, si ferrum, nihil illi par attulerit. atque id tantum ij, qui sunt experti, bene nouerunt. nemo autē oratione cōplecti possit mali huius incredibilem magnitudinem: cùm eam vir, quam omnium maximè charam habet, pro qua libenter etiam animam profunderet, suspectam semper habere cogatur, ecquid illi solatio esse potest? siue enim somnum, siue cibum capere, siue ei bibere necesse sit, non tam cibi mensam, quàm pestiferi veneni refertam putabit. in lecto verò ne punctū

D quidem temporis tremore vacuus est, sed tanquam candentibus subiectis carbonibus, sic tumultuatur, séque versat in omnes partes, quem neque amicorum consuetudo, neque negotiorum cura, neq; timor periculorum, neque exuperātia voluptatis, neque aliud quidquam ab eiusmodi tempestate potest abducere, sed omni vel commodorum cura, vel incommodorū solicitudine violentior ea procella hominis animum
Cant.8. opprimit. Quę cùm animaduertisset Salomon, Dura,
Prou.6. inquit, sicut infernus æmulatio. & idem: Aemulationis enim plenus eius viri animus non parcet in iudicij die, nec vllo pretio inimicitias deponet, neq; multis muneribus placabitur. Ea enim morbi huius insania est, vt neque sumpto de eo supplicio, à quo læsus sit, dolorem æger abiiciat. itaque multi, adultero sæ-

A pe sublato, neque iram, neq; angorem tollere potuerunt. Sunt qui etiam, vxore iugulata, iidem manserint, vel maiori etiam rogo consumpti sint. Ac vir, etiam si nihil eorum verum repererit, in his tamen viuit miseriis. Multo autem grauiora, quàm ea sint, quæ vir sustinet, perfert misera, & infelix vxor. Cùm enim eum, qui se in omnibus molestiis consolari deberet, & à quo defensionem expectare oportebat, immaniorem in se, atque omnium sibi inimicissimum esse videat, quid reliquum spectare possit? aut ad quem cōfugiat? vbi, præcluso portu, & innumerabilibus molibus oppositis referto, malorum finem reperiat? tum etiam iniquioribus vtitur seruis, & ancillis, quàm viro. cùm enim suspectum per se, & ingratum est hoc hominum genus: tum verò, si ad maiorem licentiam peruenerint, & dominos inter se dissentire intellexerint, magnam ad insolentiam causam sumunt il-

B lorum discordiam. etenim illis per summam licentiam addere, afferre de suo, & comminisci licet, quæcunque voluerint: tum quoque suis criminationibus maiorem dant materiam suspicioni. nam vt semel animus graui hoc morbo occupatus est, facilè credit omnia, & æquè se præbet attentum omnibus, vt qui calumniatorem à veraci diiudicare nequeat, quin etiam eiusmodi homines eos certiores auctores habent, qui suspicionem maximè augēt, quàm qui eam imminuere student. sic illi reliquum est, vt contubernales omnes non secus, ac fugitiuos seruos, & eorum vxores necessario timeat, & horreat, quibus suo cedit loco, contráq; ipsa eorum suscipit conditionē. quod illi tandem à lachrymis tempus vacuum fuerit? quæ nox? quæ lux? qui dies festus? quando libera à gemitu, à fletu, à lamentationibus esse poterit? vndique mi-

C næ, contumeliæ, conuiciáq; iactantur tum à viro sine causa timenti, tum verò ab impuris seruis. custodes, primi, alteri ponuntur. omnia denique timoris, & tremoris referta. non enim aditus solùm, aut exitus curiosius obseruantur, sed in verba etiam, in aspectum, in suspiria studiosissimè inquiritur. Atque illam oportet vel saxo immobiliorē cuncta ferre silentio, & grauiorem in modum, quàm qui vinculis constricti sunt, in thalamo hærere perpetuo, vel, si loqui, & ingemiscere, aut exire velit, omnium rationem reddere, causámque apud corruptos illos iudices dicere, ancillas, inquam, multitudinémque seruorum. Inter hæc mala si infinitam vim diuitiarum, si mensas conquisitissimis cibis extructas, si seruorum greges, si splendorem nominis, si magnam potentiam, summámque gloriā, si maiorum claritatem, & amplitudinem ponere ve-

D lis: si nihil omnino relinquas eorum, quæ expetendā vitam videntur efficere, sed omnibus vnum in locum diligenter collatis, & cum hac molestia comparatis: ne apparebit quidem vlla earum rerum species voluptatis, sed quemadmodum in ingens aliquod pelagus paruam incidentem scintillam, sic illam interire par est. Hæc autem ita sunt, cùm eam vir habet suspicionem. Si quando verò inciderit vxor in eiusmodi perturbationem, (neque enim id raro solet accidere) vir quidem facilius eam perferet, quàm vxor: plus autem doloris rursus ad illam miserā redundabit. neq; enim iisdem armis in eum, qui sibi suspectus sit, vti poterit. nam quis id tulerit, vt suę vxoris iussu domi perpetuo commoretur? aut quis è seruorū numero in domino curiosior esse audeat, vt continuò in voraginem non demergatur? non igitur his machinationibus se ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

consolari, neque iram querimoniis euomere queat. nam vt illam vir semel fortè, aut iterum conquerentem ferat, sic, si nullum fecerit querendi finem, citò eam doceat præstare, id ferre silentio, ac dolore tabescere. Et hæc quidem de suspicionibus. Sin autem à veris causis fortè ea perturbatio proficiscatur, vxorem è viri læsi manibus eripiet nemo. quin etiam is, legibus suffragantibus adductam in iudicium omniũ sibi charissimam coniugem iugulabit. ac vir quidem legum pœnam effugit, at è superiore loco Dei iudicio condemnabitur. At non satis id est ad illam miseram consolandam. quin diuturnam aliquam, ac miserandam mortem subire necesse habeat, nempe vt cãtionibus tollatur, aut veneficiis, quæ à meretricibus comparantur. Sunt qui ad eas perdendas, quibus iniuriam imposuerant, ne insidiis quidem indiguerint. id enim illæ occupantes doloris grauitate perierunt. Quamobrẽ etiamsi viri omnes alacriores sint ad expetenda connubia, mulieres tamẽ ea sequi non oporteret. non enim id dixerint, in se tantam inesse vim libidinis, vt necessariò cogantur. & maiorem inde partem incommodorum, quemadmodum demonstratũ est, trahunt mulieres. Num igitur, inquit, hæc in omnib⁹ insunt nuptiis? At ne ab omnibus quidẽ absunt, ab omni certè virginitate vel lõgissimè remota sunt. Ac nupta quidem, vt in hoc malum non incidat, tamen in mali metum incurret. non enim ea, cui cũ viro viuendum est, in illa consuetudine nõ potest reputare, ac timere mala omnia. virgo autem non solum à rei molestia libera est, sed etiam à suspicione. At ista non sunt in omni connubio. Ne id quidem ipse dico. verùm vt hæc illi non insint, aliæ multæ inerunt molestiæ: ac, si quis illas effugerit, haud tamẽ omnia omnino poterit euitare. ac, quemadmodum cùm in dumeti transitu spinæ alicuius vestibus adhæserunt, si is, vt vnam vellat, in aliquam se partẽ conuerterit, multis aliis compungitur: sic in re vxoria, qui hoc effugerit, illo læditur: qui verò illud euaserit, ad aliud offendit: nullum denique omnino molestiæ expers coniugium reperias. ¶ Verùm, si videtur, iis aliquando omissis, quæ molesta sunt, quod in hoc ipso felicissimũ iudicatur, quódque plerique, sæpe, vel potius omnes precibus expetunt, id ipsum in medium proferentes in præsentia perpendamus. Quid ergo est? vt pauper aliquis, humilis, & abiectus, ex ampla, & potenti familia, pecuniáq; affluenti vxorem ducat. at hoc ipsum contempti illius hominis optatum non minus calamitatum habere reperias. est enim alioqui superbia elatum, & impotentius mulierum genus, ob eamque causam magis etiam perturbationibus propositum. cùm verò multas superbiæ occasiones habent, nihil est, quod præterea illas in officio contineat. sed quemadmodum, vbi silua aliqua concepit ignem, flãma in sublime fertur: sic ipsæ elatæ incredibiler & ordinem peruertunt, & summa infima faciunt. neque enim virum principatum tenere patitur vxor, &, qua est contumacia & arrogantia, illo de suo gradu deiecto, detrusóq; in locum sibi congruentem, eum subiectum esse vult, ipsáq; dominatum & imperium occupat. Quid ergo hac peruersitate peius esse potest? Ac mitto conuicia: taceo contumelias: prætereo molestias: nihil ex omnibus rebus est illa intolerabilius. ¶ Sin autem dixerit quispiam: (id enim de multis audiui tum, cùm ista de re sermo haberetur) sit modò copiis, atque opibus affluens, nihil erit negotij eam continere, aut ipsi superbiam excutere. Si quis igitur ista dixerit, primum ignorat id ex eorum esse numero, quæ magnam habent difficultatem: deinde, vt ita sit, non parum id detrimenti habet. quòd enim illa timore, ac vi in potestate viri esse cogitur, id viro grauius est, ac molestius, quàm si ipsa omnem imperandi potestatẽ haberet. quid ita? quia omnem ipsa amorem mutuũ, ac voluptatẽ eiicit ex animo vis. sublata autem amicitia, remoto studio, metu, ac necessitate illorum locum occupãtibus, quid eiusmodi coniugio ad dignitatem reliqui esse potest? ¶ Et hæc quidem de vxore locuplete. sin verò vsu veniat, vt egeat ipsa, vir autem abundet, pro vxore erit ancilla, &, quæ libera sit, pro serua habeatur, amissáq; propria libertate, nihilo meliore sit cõditione, quàm qui pecunia empti fuerint. Quin etiam, si intemperans ille, si vinolentus esse voluerit, etiam si turbam impudicarum mulierũ in eius cubile deduxerit, libenter iam omnia ferat, vel domo ipsa excedat, necesse est. Neque verò solum hoc molestię habet, sed viro sic affecto, nec seruis, nec ancillis liberè quidquam poterit imperare, sed, perinde quasi cum alienis vitam agat, & fert quę non sunt suæ dignitatis, &, tanquam apud dominum potius, quàm apud virum habitet, sic omnia per vim & agere, & pati cogitur. Quòd si pari nubere voluerit, rursus lege, quæ subiectam viro vxorem esse iubet, æqualitas, & par honoris læditur gradus, cùm facultatum modus postulet, vt ea cum viro æquetur. quid igitur est, re vndique miserrima, quod quisquam possit efficere? Nec verò est, vt pauca admodum, & quæ numero facilè persequare, connubia proferas, quæ ab iis incommodis aliena fuerint. non enim iis, quæ rarò eueniũt, sed iis, quæ semper fiunt, res notandæ sunt. ¶ Nam hæc virginitati accidere difficile est, vel potius, vt ei accidant, fieri nequaquam potest. in coniugio verò haud facile est illa non euenire. quòd si in iis rebus, quæ secundæ videntur, tantæ molestiæ, & calamitates existunt: quid in illis fieri dices, quas aduersas esse constat? non enim est vxor de vna morte solicita, quanquam illi semel moriendum est, neque de vna anima laborat, licet vna prædita sit, sed in timore, & tremore versatur viri, liberorum, cognatarum mulierum, seruorum præterea causa, & quo radix in plures ramos diffunditur, eo maioribus ipsa curis afficitur. Atque in illis singulis, siue iactura pecuniæ facta sit, siue corpus morbo tentetur, siue quid eiusmodi quod nolit, acciderit, cædere se ipsa, lamentaríque necesse habet, non secus atque illi, quibus ea acciderunt. quòd si prius, quàm illa, decesserint omnes, intolerabili luctu afficitur. sin autem eorum partim in vita manserint, partim immatura morte obierint: ne sic quidem sincerum quisquam solatium reperire possit. timor enim, quo perterritus eius assiduè contremit animus, non minus ipsam de iis, qui viuunt, quàm de mortuis, habet solicitam. quin etiam, quod mirabile dictu sit, necesse est, illorum causa magis angatur. leuatur enim tempore dolor is, quem ex morte alterius ceperis: cura de salute viuorum vel perpetua sit, oportet, vel tantum morte dimittitur. Sin autem domesticas curas ferre non possumus, ecquam vitam viuemus, cùm alienas calamitates lugere cogamur? Multæ autem perfæpe, claris ortæ parentibus, delicatè admodum, ac molliter educatæ, præpotẽtibus viris datæ in matrimonium, repente, prius quàm illis connubiis beatæ iudi-

Simile.

LIII. Coniugiũ diutiũ expetendũ non esse, imò verò pauperum connubio esse molestius.

Simile.

LIIII. Vel si quis diutiũ vxorẽ in officio continere pos-sit, maiorem tamẽ eum habere molestiam.

LV. Intolerabile malũ esse, locupletiori vxore nubere.

LVI. Nuptam magnam doloru necessitatem habere.

tæ iudicari possint; casu aliquo, tanquam commota procella, aut vento, obruuntur & ipsæ, malorúmque naufragij participes fiunt, & quæ, antè quàm nuberent, innumerabilibus bonis fruebantur, simul ac cõnubio iunctæ sunt, in extremam calamitatem incidunt. At hæc, inquies, nec omnibus, nec semper accidere solent. At neque omnes omnium sunt expertes. etenim ego quoq; vicissim illud dicam, id in se quosdam expertos esse, quicunque autem rei periculum non fecerunt, eos tamen eiusdem expectatione esse cruciatos. at virgo tum à re, tũ à rei timore libera est. ¶ Sed, si placet, illis omissis, ea nunc consideremus, quæ coniugium natura consequuntur, quæque nemo vnquam neque libens, neque inuitus effugerit. quænam autẽ sunt istæ? dolores, & partus, & infantes. Verùm potius orationem altius repetamus, & ea; quæ coniugio antecedunt, quoad eius fieri potest, cognoscamus. qui eũ in se experiuntur, soli subtiliter ea nouerunt. Instat nubendi dies: itaque continuò variarũ concursus curarum, cui tandẽ nubat, ne obscuro homini, ne infami cuipiam, ne morosо, ne fraudulento, aut ventoso, aut audaci, ne vxoris causa suspicioso, ne sordido, aut stupido, aut improbo, aut duriori, aut effeminato alicui collocetur. neque enim hæc omnia omnibus accidere necesse est: at omnium cogitationẽ, ne accidant, laborare, & esse solicitas, est necesse. atque hæc nondum certo viro, sed cuius adhuc causa spe suspensus, & incertus animus timet, & horret omnia: ac nihil est horum, de quo non illa cogitationem suscipiat. Sin dicat quispiam, hanc ipsam expectatione eorum, quæ his sunt contraria, lætari posse: idem bonorum spem non tantum ad lætitiam, quantum ad tristitiam malorum metum apud nos valere intelligat. bona enim tantum, cùm in spe firma sunt, pariunt voluptatem: sola malorũ suspicio statim confundit, & conturbat animũ. vt enim mancipiis incertis cuinam sit domino seruiendũ, per eam cogitationem quieto animo consistere non licet: sic virginum mens totum illud tempus ante coniugium instar fluctuantis nauigij iactatur, cùm earũ quotidie parentes modò hos probent, modò illos reiiciant, & ex procis eum, qui superior heri fuerat, hodie superet alius, & hunc ipsum rursus eiiciat alius. factum est etiã in ipsa quasi ianua nuptiarum, vt is, qui certus esset sponsus, inanibus manibus abiret: illi, qui nulla in spe puellam haberet, eam parentes darent in matrimonium. Non solùm autem mulieres, sed viri etiam grauibus curis exercentur. Sed enim licet his quãtumlibet esse curiosis: sed quî fieri potest, vt eius, quæ domo septa perpetuò tenetur, vel mores, vel formam diligenter quisquam possit exquirere? Et hæc quidẽ de tempore cõciliandę affinitatis. Factis autem sponsalibus, augetur solicitudo, nec tam voluptate afficitur, quàm timore, ne fortè illo ipso eius diei vespere iniucunda viro, ne eius expectationem lõgè fefellisse videatur. nam quæ placuit initio, si postea displicuerit, ferendum est: quæ verò statim à principio visa est insuauis, quãdo in reliquum tempus in admiratione est futura? At ne mihi hoc dixeris: Quid si illa formosa? Ne sic quidẽ solicitudine vacua fuerit. multæ enim ne eximio quidem splendore, & pulchritudine corporis proprios viros tenere potuerunt, quin etiam se illi, relictis vxoribus, iis mulieribus dediderũt, quæ forma, quàm illæ ipsæ, multo inferiores essent. atque huiusmodi soluti cura, rursus alia occupãtur. nam eas, quæ de solutione dotis molestiæ suscipiuntur, cum & socer, tanquã si gratis filiam collocasset, solutionem sustinet, & sponsus, quo minus omnem vrgeat exactionem, dotémq; repetat, verecũdia impeditur, & vxor in dilatione solutionis viri aspectum vbiq; magis, quàm ingratus debitor, veretur, & erubescit, mitto in præsentia. Sed enim his illa cura liberatis, cõtinuò timor accedit, ne decedant sine filiis. cura præterea procreandæ multitudinis liberorum: quorum etiam si nihil dum perspicuum sit, à principio tamen vtraque solicitudine perturbantur: &, si vxor facilè concipiat, tamen cum timore est coniuncta lætitia, neque quidquam boni est in connubio, quod sit à formidine seiunctum. formido autem ea est, ne quando & per abortum, quod cõceptum erat, intereat, & mulier grauida veniat in extremum vitæ discrimen. quòd si longum fuerit interuallum, quasi sit ipsa domina partus, sic hiscere non audet: sub ipsum verò partum laboriosæ illius vterus discerpitur, ac dilaceratur doloribus: qui nimirum soli tantam vim habent, vt obscurent omnia commoda coniugij. Neque hæc satis, sed multis præterea solicitatur curis. misera enim, & infelix puella, vel tanta illa dolorum acerbitate discruciata, non minore timore torquetur, ne fortè pro sano & integro debilis & mãcus fœtus existat, ne tandem pro mare fœmina in lucem prodeat, etenim ipsas non minus, ac dolor, ea tũ solicitudo conturbat. neque enim in iis tantum, quorum culpam sustinent, viros metuunt, sed in illis etiã, quorum ipsæ causa non sunt, nihilominus eos extimescunt, ac propriæ salutis curam in tanto periculo abiicientes, verentur, ne quid viro, quod nolit, accidat. Accedunt deinde aliæ curæ de salute, & alimentis infantis, qui tum ex vtero elapsus, primam vocem emiserit. & si scitus sit puer, & in eo fortè indoles virtutis eluxerit, rursus in timore sunt parentes, ne quid incommodi accidat filio, ne illi mors instet immatura, ne ad aliquam vitę prauitatem conuertatur. non enim modò ex improbis probi fiunt, sed etiam mali prauíq; ex bonis euadũt. & si quid eius generis, quod nolit, euenerit, maiorem habet molestiam, quàm si id initio contigisset. quòd si omnia ad virtutem stabilia fuerint, tamen certè mutationis morum metus semper impendet, qui parentum conturbat animum, & maiorem partem adimit voluptatis. At nõ omnibus, qui connubio iuncti sunt, liberos habere contingit. Nónne rursus alterum confiteris molestiæ argumentum? Cùm igitur, siue sint liberi, siue non sint, siue probis illis, siue improbis, variis tamen curis, atq; molestiis occupentur, quid iam est reliqui, quod in coniugio iucundum appellemus? quòd si rursus coniuges concordissimè vixerint, rursum illis timor iniicitur, ne mors dirimat coniunctionis voluptatem. quanquam non id tantũ timore & mali expectatione graue est, sed omnino re ipsa fieri aliquando est necesse. nemo enim probarit, vtrunque eodem die moriturũ esse: quod cùm fieri nequeat, necesse est ei, qui alteri superstes sit, eam vitam agere, quæ morte longè sit acerbior, siue diutius, siue parum diu cum coniuge vixerit. nam quo ille maiorem vsum habet, eo maiori dolore afficitur, quòd consuetudo diuturna disiunctionem intolerabilem facit. hic verò, antè quàm vim coniũctionis gustare, & ea se possit explere, quòd vigente cupiditate orbatus vxore, maiori in luctu, quàm ille alter, versatur, & tanquam ex contrariis causis parem vtrique molestiam trahunt. Quid verò

LVII. Deiis molestiis, quæ in omni coniugio sunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

A commemoranda sunt,quæ inter illud coniugij tēpus molesta acciderunt?diuturnæ peregrinationes? coniunctæ inter eos solicitudines?morbi?Verū quid hęc, inquit,ad coniugium? imo verò maximè per huiusce rei causam sæpenumero multæ vxores in morbū delapsę sunt.etenim affectæ contumelia, & ex eo irritatæ,tum iracundia,tum dolore in magnos febris æstus inciderunt. quòd si præsentibus viris, nihil illis tale contingit,sed perpetuò facilioribus ipsis vtuntur:absentibus tamen,& peregrinantibus,eisdem malis circumsidentur.Sed,vt alia huius generis mittamus omnia,& nihil eorum coniugio tribuamus, ne sic quidē illam inde causam remouere poterimus: quam tandem? quòd valentem hominē nihilo meliore conditione,quàm ægrotum, esse patitur, sed parē ei, atque ægro dolorem affert.

LVIII. Connubiū quamuis omnes molestias effugerit,nihil tamen magnum,aut amplum habere.

¶ Vis ergo etiam,his omnibus omissis,ea ponamus, quæ iure esse non possunt, concedamúsq; coniugium bonis vniuersis refertum esse, B multis,& eisdem probis liberis, diuitiis, vt pudica sit vxor,formosa, prudens, vt cum viro concordissimè ad summam viuat senectutem, accedat eò splendor generis,& magna potentia,neque,quod est commune naturæ,metus vllus earum rerum mutationis eam perturbet,sed omnis causa angoris, omnis curarum, & solicitudinum occasio inde excludatur, ac nulla omnino causa ne mors quidem immatura coniugiū disiungat,sed vt eodē die decedant omnes,vel, quod multo videtur felicius, superstites sibi relinquāt liberos,hęredes bonorū,qui parentes ipsos ad extremam eorum senectutem simul efferant,quem tandem finē consequentur? aut quid ex tanta illa voluptate commodi,illuc migraturi secum afferent?multos filios reliquisse,vxorem formosam habuisse,deliciis, aliísque C omnibus, quæ modò commemoraui, vitam ad multam ætatem perduxisse, quid id nobis ad illud tribunal in ęternis,& veris rebus prodesse poterit?nihil.an non hæc vmbra sunt,atque somnium? Cum enim futuro illo infinito tempore nullum ab eiusmodi rebus fructum percipere, nullum inde solatiū habere poterimus,eum qui illarum rerum particeps,ab iis,qui earundem expertes fuerint, nihil differre fatendū erit. neque enim,si quis mille annorum spatio tantum vna nocte boni aliquid in quiete viderit, meliore illū cōditione esse dicemus, quàm eum, cui tale visum non occurrerit.Quanquam non dixi,quod volebam,non enim tam à veris rebus somnia superantur, quàm hęc terrena ab æternis illis absunt. multo eñ hæc magis. neque, quam ad mille annos vna nox, eam præsens D cum futuro tempore comparationē habet. quin etiā hoc multo est longius interuallum. at non est virgo eiusmodi,verum illa multarum mercium referta hinc proficiscitur.sed ab initio potius sermonē consideremus.

LIX. Facilem esse virginitatem.

¶ Nō necesse habet, nimis esse curiosa in cogitatione & inquisitione viri:neque veretur,ne quā sibi is fraudē faciat.Deus enim est,non homo, dominus, non conseruus.& quidē hoc inter sponsos discrimen est.quibus verò coniungātur,animaduerte.Nō enim dos huius sponsæ sunt mancipia,non agri iugera,non tot,tantáq; aurea talenta,sed cælum,& bona cęlestia. Accedit eò, quòd, quæ nupta est, cùm aliis de causis mortem reformidat,tum quòd se ab eo seiungat, qui cum matrimonij vinculo coniuncta est.virgo & exoptat exitum,& vitam sibi grauem esse sentit,quòd viri os intueri,& eius gloria frui properat.

LX. Virginitatem nullius indigere earū rerū, quæ non sunt in nostra potestate.

¶ Nam, quòd inopem vitam viuat,vt iis, quæ nuptæ sunt, id ei no- A cere non potest.quin etiam si eam conditionē libenter ferat,sponso sit ob eā causam carior,& iucundior, nec,quòd humilis sit,& abiecta,nec,quòd minus formosa,& pulchra specie, neque omnino ei quidquam huiusmodi detrimento est.quid verò ista dico?etiam si minus fortè libera sit, ne id quidem illi ad nuptias impedimentum affert:quin ei satis est animæ pulchritudinem præstare,& principatum adipisci.nullus illic obtrectationis metus, nec est, quòd doleat alterius inuidia mulieris, quòd eā videat clarissimo viro collocatam.non enim quisquam similis,aut par eius viri est,neque omnino qui ad eum propius accedat. Nupta verò,etiam si diuitis, & potentis in primis hominis matrimoniū teneat,aliā tamen inueniat cum viro nuptam,qui maiores opes habeat,& copias. nō enim parum superiorum præstantia de ea voluptate detrahitur, quæ ex victoria de inferioribus percipitur, sed B auri,vestium,ac ciborum, aliarúmq; rerum affluētia, & copia allicere animum, ac trahere facile possunt. Sed quotaquæq; mulier his fruitur? maximam enim partem homines inopem,miseram,& laboriosam vitam viuunt.quòd si quædam sunt illarum rerum participes,paucæ admodum sunt, & quas facile numero persequi possis: & quidem illæ id faciunt præter Dei sententiam.nemini enim, quemadmodum supra demonstrauimus,in his luxuriosè viuere permissum est.

LXI. Aureum ornatum plus timoris habere, quàm voluptatis.

¶ Sed concedamus,hanc illis rerum copiam permissam esse, neque prophetam neq; Paulum quidquam statuisse contra delicias vxorū: quid lucri est in multis aureis ornamētis? nihil aliud omnino,nisi inuidia, nisi curæ, nisi formido non mediocris. neque enim tum,cùm ea ornamēta in arca collocarint, neq; cùm C nocte opprimuntur, tantum solicitudine commouētur,sed,cùm illis luce etiam exornantur, eandem, vel grauiorem potius habent molestiam. etenim in balneis,& in cœtibus præsto sunt mulieres,quæ furta faciunt,atque,vt illæ non adsint, impelluntur in turba, & vrgentur ornatæ auro,vt nihil illis sentientibus aureum interdum aliquod ornamētum excidat. itaque multæ non ista modò, sed quæ maioris etiam pretij erant facta ex pretiosis gēmis, auulsa, ac delapsa monilia perdiderunt.

LXII. Aurea ornamenta & formæ nocere,& sæpe augere deformitatem.

¶ Sed fac esse,vt nihil eiusmodi sit timendum,& vt huius rei cura tollatur. Est,inquit,eū aspectum quispiam admiratus. at nō eius est admiratio,quæ ornatum gestat,sed ornamentorum,cui sæpe etiam id vitio versum est,quòd præter dignitatem eū haberet ornatum.nam si formosa fuerit,naturalis nitor offenditur, quòd ille nimius ornatus, maximam D partem adimens venustatis, ipsam formæ veritatem elucere non sinit.sin autem deformis illa, turpísque fuerit,eo turpiorem reddit ornatus.deformitas enim semper,quantacunque est,per se modo eminet,& apparet:cùm verò vel gemmarum splendor, vel cuiuspiam alterius rei pulchritudo accessit,tum magis etiā ea turpitudo deformatur.nam & corporis nigrorem adhibitum margaritæ lumen multo magis obscurat, tanquam fulgor in tenebris:& vestiū decor tum prauitatem oris longè deteriorem facit, quippe qui formæ speciem ex se considerari,& solā in existimatorū iudicium venire non sinit, sed adiuncto illo manu, & opere facto,eximiæq; pulchritudinis ornamēto. qua ex re grauior calamitas accipitur,quòd in cōparatione maior eius deformitas apparet. nam & vestimēta distincta auro,& quæ artificio eius generis fiunt,operum magna varietas, & reliquus omnis ornatus, tanquam

Simile. quam si generosus valens,& robustus athleta scabiosum,infamem,& enectum fame aliquem prostrauerit aduersariū,sic oris decus obruens ornatę mulieris,ad intuendū spectatores allicit,vt mulierē magis rideāt, ornatum incredibiliter mirentur.

LXIII. Qui sit virginitatis ornatu, quæ ve pulchritudo.

¶ At nullum eiusmodi est virginitatis ornamentum. non enim ornatæ virgini nocet,quippe qui nō est corporis ornatus,sed totus ad animam pertinet.quamobrem etiā, siue deformis sit, formæ dignitas vndiq; adhibita deformitatem facile tollit:siue liberali,& egregia forma,pulchriorem reddit. non enim gemmæ, aut aurum, non vestium sumptus,non colorum illic varietas,ac differentia, non omnino aliud eius generis, quod fragile, aut caducum sit,est animarum ornamentum, sed eorum loco ieiunia, nocturnæ sacrorū peruigilationes, modestia,comitas,paupertas, fortitudo,summissio animi,temperantia, & omnino omnium humanarum B rerum despiciētia.etenim eius oculus ita pulcher est, ita venustus, vt pro hominibus beatas mentes, & earum Dominum habeat amatorem.sic autem purus,& acutus,vt pro corporeis rebus species corporis expertes intueri queat:adeo mitis, & placidus, vt ne in eos quidem, qui assiduè iniuriam, & molestiam afferant, conturbetur,aut efferatur.quin etiam iucundè in eos, ac suauiter intuetur.tanta autem virgo hæc grauitate circumfluit,vt vel intemperantes,cùm ipsam diligenter aspexerint,pudore erubescant,& proprium furorem remittant. *Simile.* ac, quemadmodum honestæ mulieris ministram,& famulam vel inuitam dominę mores,& vitā imitari oportet:sic animæ,quę tali sapientia prędita sit, sensus inseruire necesse habet, & omnes suas appetitiones regere illius ratione motionum.Etenim C oculus, lingua, habitus, ingressus, & omnino omnia ad intimum animæ ordinem conformantur. *Simile.* &,vt vnguentum pretiosum, etiam si in vas infundatur, aëra tamen suaui odore permulcet, neque eos solùm, qui intra eum locū sunt,aut eius loci vicinos, sed omnes, qui foris commorātur,voluptate perfundit:sic virginitas animæ,quasi iucundus odor sensibus circumfusus,interiorem virtutem ostēdit.appetitus verò regit sic, vt illis singulis, quasi equis quibusdam, iniiciens aurea fræna modestię,eos in summa moderatione retineat. nihil enim neque linguā absonum, aut absurdum effutire,neque oculum impudēter,aut suspiciose intueri patitur, neque omnino auribus quidquam, quod minus deceat, percipi sinit. De membris autē, & pedibus curæ est illi,ne dissolutus,aut mollis sit incessus, sed vt simpliciter quodammodo, & sine cura D moueantur.atque, omni vestium ornatu circumciso, os assiduè moderatur,ne solutior risus erumpat, imo verò,ne leniter arrideat:quin graue semper, & austerum ostendit supercilium:atque ita comparata est, vt lacrymas semper effundere,risum nunquā edere possit.

LXIIII. Quæ propter Christum patimur, etiam si molesta sint, tamen voluptatem habere. Act. 5.

¶ Cùm verò de lacrymis acceperis,nihil triste suspiceris:tantum enim illæ lacrymæ voluptatis habēt, quantam mundi huius risus non habet. quod si non credis,accipe apud Lucā quæ dicantur. Cùm flagellis cæsi fuissent, ibant Apostoli gaudētes à conspectu concilij.quanquam non ea vis inest in verberibus, nō enim voluptatem,aut lætitiam,sed dolorem,& molestiam efficere solent.Fides autem in Christū eam vim habet,vt ipsam etiam rerum naturam superet.quòd si verbera,Christi causa suscepta, pariunt iucunditatē: quid mirum sit, si propter illum ipsum idem est effectus lacrymarum? ob hanc igitur causam, quam ar- A ctam, & angustam viam vocauit, eam deinde suaue iugum, & leue onus appellat. *Matt. 11.* natura enim res est, vt antè dixi,sed proposito,spéque bona eorum,qui in illa perfectè versantur, leuior efficitur.itaque illos, qui non latas,& amplas vias, sed arctam, & angustam semitam sibi delegerunt, alacrius multo properare videas.non quia non habeant molestiam,sed quòd fortiores sunt, quàm vt quidquam eiusmodi detrimenti accipiant,cuiusmodi alios perferre credibile est.Sunt verò etiam angores in hoc vitæ genere: sed si cum coniugio conferantur omnia,non erit,quòd illos angores appellemus.

LXV. Quæ ex virginitate laboriosa sunt,cū doloribus connubij conferenda non esse.

¶ Sed, quæso, quid tale patitur virgo toto vitæ tempore,quale in singulos fermè annos nupta,partus doloribus, & fletibus exercita perferre cogitur? tanta verò est eius doloris vis, vt in diuinis litteris seruitus,fames,pestis,atque alia huius generis B intolerabilia mala hoc ipso doloris nomine significentur.Deus quidem id mulieri ad pœnam,& ad execrationem dedit,non iam vt pareret, sed vt cum labore,ac dolore pareret. In dolore, inquit,paries filios. *Gen. 3.* à quibus virgo tum doloribus, tum execrationibus libera est.Nam qui eam à connubij detestatione liberauit, eorum etiam, quæ connubium consequuntur, expertem esse voluit. *Dure dictum.*

LXVI. Iucundius esse pedibus ire, quàm mulis circumuehi.

¶ Sed mulis in foro circumuehi iucundum est. inanis tantū superbiæ est, nihil præterea voluptatis habet ea circumuectio. & quemadmodum neque tenebræ sunt luce potiores: neque constrictum, quàm solutum esse præstat: neque multis est melius, quàm nulla omnino re indigere:sic neq; hęc mulis vecta meliori loco fuerit,quàm quæ pedibus iter facit. *Simile.* Sed omitto nunc molestias, quas ex iis rebus perferre est necesse.neq; enim,quo- C tiens vult, totiens ei domo egredi licet: quin etiam sæpenumero,cùm,vt inde exeat, magna aliqua flagitat vtilitas, tanquam mendici, qui pedibus abscissis, quò vehantur, non habent: sic illa domi manere cogitur. *In Græcia claræ mulieres mulis vehebantur.* quòd si vir fortè mulos occuparit,deiectio animi,contentio, & magnum silētium consequitur. Sin verò ipsa nihil in posterum prospiciens, id ipsum effecerit,relicto viro,in se conuertit iram eiusce rei, eādem se assiduo dolore conficiens.quanto igitur præstat, pedum officio fungentem (ad id enim nobis illos Deus affixit) nullam eiusmodi molestiam subire, quàm per eas delicias necessario totiens angi,frangíque animo?Neque verò solùm eas, quas dixi, causas habent domesticæ commorationis, sed tum etiam, cùm ambo muli,altérue fortè laborat ex pedibus,idē illis accidit.Cum verò fit,vt agantur in pascua,(fit au- D tem id quotannis) multósque dies ibi pascantur: rursum vel si necessaria aliqua,vt inde exeat,causa postulat,tanquam si constricta sit,ita domi se tenere necesse habet.Quòd si dixerit quispiam, sic à multitudine occurrentium esse liberam,nullúmque à notis hominibus fieri conspectum,in quo erubescat:is mihi sanè videtur ignorare, quæ mulieri natura & adimant, & afferant infamiam. nam siue in aperto, siue in operto sit,neutrum horum efficitur: sed alterum facit intemperantis animi petulantia,alterū continentia,& verecundia.quamobrem multæ illo carcere liberæ vel in media multitudine,& foro euntes, non modò nō accersunt vituperatores,sed suæ continentiæ multos tū corporis habitu,tum incessu, tum vestitus simplicitate amatores habēt.quas ob res in illis intimę pulchritudinis splendor elucet.At nō paucæ sunt,quæ se domesticis parietibus continentes,infamiam contraxerunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

runt.nam ei, quæ clausa sit si modò id cupit, maior,
quàm illis, quæ in publicum prodeunt, petulantius,
LXVII. Famularũ multitudinem habere molestiam. impudentiúsque iis,qui intueri volunt,ostentandi sui
facultas est.¶ Verùm ancillarum multitudo fortè iu-
cunda est?nihil igitur est hac voluptate deterius.nam
quot illæ sunt,totidem curis afficitur.singulis enim tũ
ægrotantibus,tum morientibus perturbari,atque an-
gi necesse est.Sed hoc fortasse, & his etiam grauiora
tolerabilia sunt,vt quotidianæ illæ,& vehemẽtes cõ-
tentiones,dum in ancillarum pigritiam inuehitur,dũ
fraudem perfringit, dum ingrati animi vitia tollit,dũ
reliquam omnino vitiositatem coercet.at id omnium
grauissimum est, quod in huiusmodi ancillarum tur-
ba maximè solet vsu venire: cùm vna aliqua fortè in
illo grege famularum forma liberali, (id enim om-
nino in multitudine accidere necesse est: nam co-
piosi homines non id modo student,vt multas ha-
beant ancillas,sed vt æquè formosas) cùm igitur cõ-
tingit vnam aliquam in illis forma reliquis antecel-
lere,siue ea dominum specie,& venustate ad sui amo-
rem attraxerit, siue nihil aliud potuerit, nisi quòd in
sui admirationem adduxerit,victa domina pari in do-
lore versatur,si minus ob eam causam,quòd vir ancil-
læ cupiditate teneatur, certè ob eiusdẽ corporis pul-
chritudinem,& admirationem.Cùm igitur, quæ per
se præclara videntur,& expetẽda, tantas habeant so-
LXVIII. De quiete, ac tranquillitate, quæ virginitati inest. licitudines,quid de iis dicas, quæ molesta, & acerba
sunt? ¶ At nihil tale patitur virgo.nam ipsius domus
ab omni perturbatione libera est. & omnis inde re-
motus clamor,ac velut in pleno tranquillitatis portu
apud eam cuncta silentio continentur,ac silentio ma-
ior requies altera,qua præditus animus, tanquã nul-
lam agens humani muneris partem,assiduè cum Deo
colloquitur,& illum intẽtius intuetur. Quare quis eã
voluptatem,quanti est,queat æstimare?aut cuius ora-
tio eius animæ,quæ sic affecta sit, oblectationẽ possit
exprimere?nullius vtique. at eius vim vouptatis tan-
tum illi nouerunt,qui se oblectant cumDomino,tan-
tóq; ipsam præstare intelligunt, vt cũ nulla alia iucũ-
ditate comparari possit. At multi vndiq; aspectus ar-
genti valde delectat oculos.at quãto melius est in cę-
lum suspicere,& multo maiorem inde voluptatis fru-
ctum percipere? quanto enim aurum stanno, atque
plumbo,tanto cælum est auro, & argento, omnique
materie splendidius,atque fulgẽtius.Et quidem hæc
cęli contẽplatio à curis libera est:illud verò spectacu-
lum cum summa solicitudine coniunctum, quod ex
omni parte cupiditates maximè corrũpit. At tibi nõ
libet intueri cælum,licet verò argentũ spectare in fo-
ro collocatum.quæ ex diui Pauli sentẽtia dico,vt vos
pudeat, quando sic inhiatis pecuniæ cupiditati. At,
quid dicam,nescio.magna enim hîc mihi accidit du-
bitatio, neque dispicio, quamobrẽ omne ferè homi-
nũ genus, cùm illis facilem,& iucundã vitam ducere
liceat,vel solicita,& anxia maximè capiãtur.Quid au-
tem causæ est,quòd non tam eos in foro positũ,quàm
quod domi habent,argentum delectat?atqui splendi-
dius illud est,& ab omni cura vacuum animum relin-
quit.quòd,inquit,forense illud meum non est,dome-
sticum verò hoc propriũ meũ.Cupiditas ergo est,nõ
argenti natura, quæ voluptatem habet: nam si id ita
sit, forensi etiam illo æquè delectari oportuit. Quòd
si vsus causa ista dicis:vitrum est multo melius, idq; è
diuitum sentẽtia, qui sibi maiorem partem ex ea ma-
terie pocula comparant. Sin verò elati superbia, illa

A ipsa ex argento facere cogantur: primum intus vitro
conflato,sic illud argento circundant poculum,vt vi-
trum interius positum ad potionis suauitatem, & cõ-
moditatem,circundatum verò argentum ad ostenta-
tionem tantum,ac superbiã esse ostendant.Sed quæ-
nam est rei summa?meum & nõ meum: quæ cùm di-
ligentius considero, verba tantum inania esse video.
sunt enĩ multi,qui vel in vita deferentẽ se possessionẽ
retinere non possunt. quòd si qui vsque ad mortem
illa seruarint,ipsis tamen, velint, nolint,morte extur-
babuntur.neque modò in argento,& auro,sed in bal-
neis,& in hortis,ædibúsque meum illud,& non meũ,
verba solum esse omnes intelligant.nam eorum vsus
est cõmunis omniũ.qui verò rerũ illarum domini vi-
dentur, plus inde, quàm qui non sunt, habent mole-
stiarum:bonis enim modo fruuntur alij, hi verò cum
summa earũ rerum cura tantundẽ inde capiunt,quã- *LXIX.*
B tũ ceteri sine vlla solicitudine.¶ Quòd si quispiã ma- *Sumptuosas mensas magnarũ molestiarum refertas esse.*
gnam luxuriem admiretur,veluti dissectę carnis vim,
superuacaneum vini sumptum, exquisitas ciborum
delicias,eorum,qui conuiuia instruunt,pistorum,co-
quorum artificia,parasitorum, & conuiuarum turbã,
sciat is,copiosos homines in iis rebus non esse melio-
re conditione,quàm coquos ipsos. nam vt illi domi-
nos, sic hi verentur eos, quos inuitarunt, ne quid vi-
delicet eorum improbẽt,quæ magno labore,ac sum-
ptu ipsorum causa apparauerunt.&hac quidem re cũ
seruis pares sunt,reliquis verò superant illi.non enim
accusatores modò, sed inuidos etiam extimescunt.
nã sæpe ab huiusmodi cõuiuiis multę ortę inuidendi
causæ, non prius sublatæ sunt, quàm illos homines in
extremum discrimen adduxerint.At multum cibi ca-
pere sæpenumero iucundum est. minimè verò, ete-
C nim tum,cùm ebrietates,& ventris intẽtiones,& spi-
ritus angustiæ,& tenebræ,& vertigines, & oculorum
caligo, & alia his etiam grauiora mala ab huiusmodi
luxuria progignuntur,quam inde capiemus volupta-
tem?Atque vtinam hic in singulos dies finis sit mole-
stiarum,turpitudinis, & incommodorum.nunc verò
maximè ab istis mensis morbi insanabiles ortum ha-
bent.nam & pedum dolores, & tabes, & sacer mor-
bus, & dissolutiones neruorum, & conuulsio corpus
obsessum tenent, dum extremum spiritum reddas.
quis igitur hæc mala vlla harum rerum voluptate cõ-
pẽsari posse dixerit? ¶ At nõ est frugalitas eiusmodi. *LXX.*
quin ea longè abest ab his incommodis, sanitatis, & *Et vtilius & iucundius esse sobrie, quàm luxuriose viuere.*
bonę valetudinis effectrix,quam potiorem esse repe-
ries,quàm luxuriam. At primum quidem ipsa tenui-
tas victus valetudinem tuetur,neque vllis ex illis ma-
D lis perturbatur: quorum per se singula omnem extin-
guere voluptatem,ac tollere funditus possunt.deinde
cibis ipsis cõprobatur. quomodo? quia cibi auiditas
est efficiens voluptatis, auiditatem verò nõ expletio,
aut satietas gignit, sed inopia,& indigentia. at hæc in
illis copiosorum conuiuiis non sunt,inopum verò ci-
bis semper adsunt: quæ plus illis suauitatis instillant,
quàm mensarum conditores,aut coci propositis epu-
lis aspergere soleant.diuites enim neque esuriẽtes ci-
bum capiunt,nec bibunt sitientes, ac, priusquam so-
mni vis illis dormiendi necessitatem afferat,cubitum
eunt:hi verò prius horum omnium indigẽtes, sic illis
vtuntur:quod quidem est ad voluptatem maximum.
quid enĩ,quęso,Salomon hisce verbis serui somnũ iu-
cundum appellat?Dulcis est somnus seruo, siue is pa-
rum,siue multum comedet. num propter lectũ mol- *Eccl.5.*
liter,

liter stratum?at qui sternuntur humi, vel super paleas
maiorem partem.an propter libertatem? at ne tẽpo-
ris quidem punctum illis liberum est. an propter o-
tium? at laboribus, & ærumnis conficiuntur assiduè.
Quid tandem igitur illud est, quod somnum suauem
efficiat? labores, & quòd coacti prius necessitate, sic
illi somno se dedunt. diuites verò, nisi eos vino ple-
nos nox oppresserit,noctem peruigilare, & in molli-
LXXI. Animam etiam lædi luxuria. bus lectis versare se in omnes partes,& iactari cogun-
tur. ¶ Possum & alia ratione delicatorum conuiuio-
rum molestiam, incommoda, ac turpitudinem com-
memorare persequendis iis malis,quæ longè plura,&
grauiora, quàm sint corporis morbi, animis inurunt.
Etenim & molles,& effeminatos, & audaces, & ven-
tosos,& intemperantes, & contumeliosos, & proca-
ces,& iracundos,& crudeles,& ignauos,& auaros,&
sordidos, & omnino tales homines reddunt, vt neq;
vtilibus, neque necessariis rebus gerẽdis sint accom-
modati.quibus contraria omnia frugalitas efficit. Ve-
rùm ad alia nostra festinat oratio. Quamobrem, illo
tantum addito, Apostoli verba rursus attingemus.Nã
si quę videntur expetenda,tantorum malorum refer-
ta sunt,tantámque quasi niuium, sic morborum vim
important & animo, & corpori, quo loco, quæ sunt
molesta,dominorum terrores, populorum impetus,
calumniatorum, & inuidorum insidias reponemus?
Hæc enim diuites maximè circumstãt,in quibus mu-
LXXII. Luxuriã præter alia mala, intolerabiles præterea vitæ cõmutationes afferre. lieres, quòd eiusmodi commutationes fortiter ferre
non possunt,plus etiã mali habere necesse sit.¶ Quid
dico mulieres?etenim huiusmodi rebus viri ipsi mise-
rè capiuntur.nam qui sobriè viuit, nullum casum ex-
timescit. qui verò mollis illius, & profusæ vitæ sum-
ptibus exhaustus est, si quando casu, vel vi aliqua ad
inopiam compulsus fuerit, quòd nihil antea tale co-
gitarat,expertúsve fuerat, morietur potius, quàm eã
1.Cor.7. mutationem perferat. itaque diuus Paulus, Tribula-
tionem,inquit,carnis habebunt huiusmodi: ego autẽ
LXXIII. Præsens hoc tempus non esse coniugij. vobis parco. ¶ Atque illud idem adiungit,Tempus
breue reliquum est.Sed dicet fortasse quispiam.Quid
ista ad coniugium? Imo verò ad ipsum maximè per-
tinent. si enim huius vitæ finibus terminatur matri-
monium, & vbi è vita migrarint, neque nubent neq;
vxorem ducent, & hoc tempus ad finẽ properat, &
dies resurrectonis in limine adest,non est nuptiarum
tempus,aut copiarum,sed inopiæ,& totius eius cogi-
tationis,ac rationis,quæ nobis illic profutura sit.nam
quemadmodum virgo, quàm diu domi est apud ma-
trem, versatur in magna cura rerũ omnium pueriliũ,
& arcula in cubiculo collocata, iisq; obsignatis, quæ
sunt ibi recondita,clauem seruat ipsa,& omnem earũ
rerum potestatem habet, tantámq; suscipit parua illa
& vilia custodiendi curam,quantũ illi habere solent,
qui maximas familias administrant,cùm verò nubilis
est, ac nupta iam è paterna domo cogitur discedere,
tum ab illa tenuitate, & humilitate liberata, rerum,
mancipiorúmq; multitudinis,viri curam, aliáque his
multo maiora suscipere necesse habet: sic nos etiam
facere oportet, vt, cùm ad perfectam vitam, & viro
dignam perducti simus, relictis in terris ludis omni-
no omnibus puerilibus,de cælo,de cælestis illius cõ-
suetudinis splendore,déque omni gloria cogitemus,
despõsi enim sumus & nos viro,qui eò nos in se amo-
re esse vult,vt nõ modò terrena,& parua hæc,leuiáq;
relinquamus,sed è vita etiam,si opus fuerit, eius cau-
sa discedamus.Quare cùm illud reliquũ sit, vt eò nos

A venire oporteat, curarum leuitatem dimittamus. ne-
que enim ex tenui domo migraturi in Regiam,de te-
stis,ac lignis,déque supellectile,ac reliqua domestica
tenuitate laborabimus.Ne igitur nos,ne inquam iam
terrena curemus.dies enim iam nos vocat ad cælum,
quemadmodum diuus Paulus scripsit ad Romanos:
Nunc enim propior est nostra salus, quàm cùm cre- *Rom.13.*
didimus:nox præcessit,dies appropinquauit. & iterũ
is,Tempus breue reliquum est,vt & qui habent vxo- *1.Cor.7.*
res,sint tanquam non habentes. Quid igitur iis con-
iugio opus est,quibus frui non liceat?vel quos potius
æquè affectos esse oporteat, atque eos, qui coniugia
non attigerunt. Quid pecunia nobis,quid possessio-
nes opus sunt?quid,quæ ad vitam pertinent, si inop-
portunus est, & intempestiuus earum rerum vsus? nã
si, qui ad iudicium in terris sunt affuturi, vt suorũ de-
B lictorum rationem reddãt, sub ipsam iudicio dictam *Simile.*
diem,omni non solùm vxoris, sed cibi, & potus cura
dimissa,vnum illud cogitant, quomodo se tueri pos-
sint: multo magis nos, qui non ad terrenum aliquod
iudicium, sed ad cæleste tribunal affuturi sumus, vt
singulorum & dictorum,& factorum,& cogitationũ
rationem reddamus,ab omni terrestrium rerum tum
lætitia,tum tristitia abstinere oportet, & formidolo-
sum illum diem modò cogitatione complecti. Nam
si quis,inquit,venit ad me, & non odit patrem suum, *Luc.14.*
& matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores,
adhuc & animam suam, non potest meus esse disci-
pulus:& qui non tollit crucem suam,& venit post me,
non potest meus esse discipulus.Tu mulierum libidi-
nibus, risui,conuiuiis intemperãter indulges? at Do-
minus adest.Tu pecuniam curas,déque illa solicitus
C es? at cæleste regnum impendet.Tu de familia,de lu- *1.Cor.7.*
xu, de aliis voluptatibus cogitas? at præterit figura
mundi huius. Quid igitur est, quamobrem te confi-
cias cura terrenarum rerum,quæ & inanes,neque sta-
biles sunt,ea negligas,quæ & sunt, & eorum est firma
possessio?Non est postea coniugium,non dolores,aut
voluptates,non corporum coniunctio, non pecuniæ
copia, non cura possessionum, non commeatus, non
vestes, non agricultura, neque nauigatio, non artes,
neque ædificia,nõ oppida,nõ domus, sed alia rerum
conditio,aliud viuendi institutum. Hæc autem mox
interibunt omnia. nam eam vim habet id quod di-
ctum est,Præterit figura mundi huius.Quid igitur,tã-
quam omnium hîc sæculorum ętates victuri,studium
omne præ nobis ferimus,eam rerum curam suscipiẽ-
tes, quas ante vesperum plerunque deserimus? quid
D laboriosam vitam deligimus, si nos ad tranquillitatẽ
Christus inuitat? Volo enim,inquit,vos sine solicitu- *1.Cor.7.*
dine esse. qui sine vxore est, solicitus est de iis, quæ
Domini sunt. ¶ Sed quomodo nos cura vacuos esse *LXXIIII.*
vis,si nouam rursus nobis iniicis solicitudinem? quia *Quid sit quamobrem,cùm velit nos sine solicitudine esse, iubeat esse solicitos.*
non est ista solicitudo,quemadmodum etiam, in an-
gore esse Christi causa, non est angi: non quo rerum
natura commutetur, sed eorum proposito, qui talia
libenter ferunt, & rerum vim superant. nam qui de
illis rebus laborat, quibus ad exiguũ tempus, aut sæ-
pe ne ad exiguum quidem fruetur,rectè is dicatur es-
se solicitus. qui verò maiores, quàm illæ sint curæ,
fructus inde est percepturus, cum iis, qui sine cura
sunt, iure omnino numerandus est. Adde etiam,
quòd tantum inter vtranque solicitudinem interual-
lum est interiectum,vt hæc cum illa comparata, soli-
citudo putãda non sit:vsque eò tum expeditior, tum
facilior

Universidad de Deusto Biblioteca

facilior est. Atque hæc omnia iis, quę antè dicta sunt, demonstrauimus, qui sine vxore sit, eum de iis solicitum esse, quæ Domini sunt, qui autem sit cum vxore, de iis, quæ sunt mundi. At hic præterit, ille permanet. itaque non est hoc satis ad virginitatis dignitatem demonstandam: quantum enim inter Deum differt, & mundum, tantum inter eas curas, quæ de vtroque suscipiuntur, interest. Quid igitur est, quòd nobis cōcedis coniugium, cuius causa & astringimur curis, & à spiritalibus rebus abducimur? Propterea dixi, inquit, vt, qui habent vxores, sint tanquam non habentes, vt, qui matrimonio iuncti vel sint, vel futuri sint, nodum illum alia quadam ratione laxiorem faciant. cùm enim semel constricto tibi vincula rumpere non liceat, mollioribus illis vtere. possumus enim, si volumus, & omnia, quæ superuacanea sunt, circumcidere, & iis curis, quas coniugij natura parere solet, nostram segnitiam non adiungere. Quòd si quis, quid tandem sit, habentem vxorem, non habere, liquidius cupit intelligere, animaduertat, quomodo cum illis agatur, qui cupiditates suas cruci affixerunt.

LXXV. Quid sit habentem vxorem non habere.

¶ Quomodo autem cum illis agitur? non ancillarum multitudinem emere coguntur, non aurea ornamenta, nō monilia, non luculentas, & amplas domos, non agri infinita iugera, sed, iis omissis omnibus, de vno earum vestitu, & victu laborant. licet etiam viro vxorem in hanc vitæ rationem inducere. nam, quod suprà dictū est, Nolite fraudare vos inuicem, tantum ad corporū coniunctionem pertinet. in iis enim, vterque alteri obsequatur, imperat, ac neutrum sui iuris esse sinit. vbi verò colendum sit aliud vitæ institutum in vestitu, in victu, in aliis omnibus, non, quod alter facit, item alteri præstandum est. Atqui viris ad suum arbitrium, vel inuita vxore, omnem luxuriam, concursúmque circumfluentium curarum circumcidere licet. nulla item vxori, si nolit, necessitas imponitur ornatus, inanis gloriæ, nulla superuacanearum rerum cura, iure id quidem. est enim ille naturalis quidam appetitus, & propterea magna in eo ad ignoscendum venia dari solet. neque alterum inuitum fraudare alterutri liberum est. deliciarum verò, ac superuacanei cultus, insanæque cogitationis cupiditas minimè à natura commouetur, sed à desidia, summáq; nequitia ortum habet. Quamobrem nullam in his rebus, id quod in illis vim affert coniugibus, vti inter se necessaria seruitute obstringantur. itaq; hoc illud est, quod dixit, eum, qui haberet vxorem, non habere, cùm superuacaneas curas à nequitia, deliciísque ortas, vxorum causa non suscipimus, sed tantam earum accessionem facimus, quantam in vnius animæ nobiscum coniunctione, & eius, quæ sobriè, continentérque viuendi rationem delegerit, nos facere par est. Hāc enim esse Pauli sententiam, id ipse ordine orationis ostendit, Et qui flent tanquam non flentes, & qui facultatibus gaudent, tāquam non gaudentes. nam qui non gaudent, neque de rerum possessione laborabunt. & qui non flent, neque inopiam horrere possunt, neque ab eo, quod ad vitam traducendam satis sit, abhorrere. hæc est vis illorum verborum, Habere vxorem, & non habere, mundo vsum, & non abusum esse. qui autem ducit vxorem, est de terrenis rebus solicitus. Cùm igitur vtraque conditio solicitudinem habeat, & hæc quidē temerè, ac sine causa, quinetiam ea cum dolore coniuncta sit: Carnis enim, inquit, tribulationem habebunt eiusmodi, illa verò in bonorum inexplicabilium

A cogitatione versetur, quid est, quòd hanc potius curam, quæ tot, tantisq; bonis compensatur, & est natura, quàm illa facilior, non deligimus? Qua enim solicitudine, quæ non nupsit, afficitur? num pecuniæ? nū seruorum? aut eorum, qui domesticas res tuentur? aut agrorum? aut aliarum rerum? an cocis præest, aut textoribus, aut reliquo seruitio? minimè verò, nihil eiusmodi cogitat: sed tantum id curat, quomodo animā suam instruere, quomodo sanctum illud templum exornare possit, non iam capillis intexendis auro, vel margaritis, non frictionibus, aut pigmentis, non alio incommodorum, aut nequitiæ genere, sed tum corporis, tum spiritus sanctitate. Nupta verò cogitat, inquit, quomodo viro placeat. in quo sapienter admodum nō est aggressus earum rerum inuestigationem: neque illud commemorauit, quàm multa in studio ineundæ à viris gratiæ vxores & corpote & animo B patiantur, dum illud torquēt, oblinunt, aliis malis cōficiunt, hunc illiberalitate complent, assentatione, simulatione, summissione, superuacaneis, & insanis curis. Sed hæc omnia, vnius verbi subobscura significatione inuoluta, auditori intelligenti relinquit æstimāda. atque ita præstantiam virginitatis ostendens, & eam ad cælum ipsum extollens, veritus omnino, ne quis illud iussum existimet, rursus ad id transfert orationem, vt concedat coniugium. quamobrem non est priori cohortatione contentus, sed, Præceptum, inquit, Domini non habeo, &, Si nupserit virgo, non peccauit, hoc loco etiam, Hęc autem dico, non vt laqueum vobis iniiciam.

LXXVI. Virginitatem non esse laqueum, sed nostram id esse desidiam.

¶ Quamobrem aliquis illud iure quæsierit, quid sit, quòd, cùm vinculorum solutionem superius appellasset, & eam se nobis vtilitatis nostræ causa suadere dixisset, & ne molestiam habe- C remus, & vt essemus sine solicitudine, cúmque nobis pepercisset, & per ea omnia expeditam, tolerabilémque rem ipsam ostendisset, nunc illud adiiciat, Non vt vobis laqueum iniiciam? quid autem id est? num virginitatem laqueum appellauit? minimè. sed virginitatis cultum vi & necessitate susceptum. Etenim res se sic habet: quod quisque coactus onus suscipit, & contra suam voluntatem, quamuis id leue sit, omnium fit grauissimum, & pressu grauiore, quàm laqueus faceret, nostram suffocat animam. itaque illud dixit, Non vt laqueum vobis iniiciam. quod hāc vim habet: Ego bona virginitatis enumeraui, ac demonstraui omnia: quæ licet ita sint, volo tamen, totum vti vestrum rei sit arbitrium: non inuitos traho ad virtutis studium: neque enim, vti vos excruciarem, id consilij dedi, sed ne terrenarum rerum cura, honesta assi- D duitas interpelletur. Verum hîc, quæso, Pauli prudētiam considera, quomodo rursum indulgentiæ subiiciat admonitionem & consilium adiungat. nā quod inquit, Nō cogo, sed suadeo, quod præterea addit ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimēto Dominum obsecrandi, eo & virginalis castitatis admirabilitatem, &, quantum ex ea vitæ ratione fructum caperemus, ostendit, quæ in rerū diuinarū meditatione versetur. neque enim, quæ terrenis, & vndequaque distrahentibus curis implicata est, propter omnem & studij, & temporis rationem in tam multas res distributam, veluti in viri, & in familiæ curam, aliorúmq; omnium, quæ coniugium contrahere solet, rite, cōtinentérq; Deo preces facere potest.

LXXVII. Mulieri, quæ de terrenis re-

¶ Quid igitur? inquit, virgo multa pertractans, & iis, quæ ad vitam pertinent, distenta curis, quæro, an

virginitatis

...bus solicita sit, virginem non esse.

virginitatis laudem retineat? minimè. nam istam ab harum virginum choro exclusisti. neque enim illud, Non nupsisse, virginem constituit, sed ad id præterea opus est animæ integritas, integritas, inquam, ea, quæ non solùm prauis, ac turpibus voluptatibus, ornatu corporis, reliquísque rebus superuacaneis vacua sit, sed terrenis etiam curis libera. nam nisi ea sit, quid illi profit castitas corporis? quanti enim est, virginem corpore puram esse? vt enim eo milite nil turpius esse queat, qui, abiectis armis, in caupona conterit otium: sic nullum virgo maius dedecus concipere potest, quàm si terrenis curis incubuerit. etenim quinque illæ & lampades habebant, & virginitatem coluerant: at neutrum eis profuit, sed, clausis ianuis, exclusæ perierunt. Etenim propterea virginitas etiam bonum est, quòd omnem extirpat ex animo causam inanium curarum, & hominem inducit, vt totum dicet studiū suū diuinis operibus. quòd si non ita sit affecta virgo, longè ea sit nuptis inferior, quippe quæ spinas circūfert in animo, quibus purum, ac cæleste semen opprimitur.

Integritas. Simile. Matt. 25.

LXXVIII. Quid sit, quod vehementius non accuset eum, qui super virgine sua turpē se videri existimet. 1.Cor.7.

¶ Si quis autem, inquit, turpem se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult, faciat: nō peccat, nubant. quid dicis, quod lubet, faciat? nec rationem dirigis deprauatam? sed concedis coniugium? quid est, quòd non dixisti: si quis virginis suæ causa de se malè existimari putat, miser est, & infelix, qui rem adeò admirabilem turpissimam credat? quid non hominem ab eiusmodi suspicione liberasti, & ei fuisti auctor, vt filiā connubio arceret? quòd inquit, infirmæ admodū erant huiusmodi animæ, & humi defixæ, quæ sic affectæ, ad virginitatis rationem statim compelli nō possent. qui enim vsque eò incubat terrenis rebus, & hanc vitam admiratur, vt quod cælo dignum est, & propè accedit ad institutum angelorum, post tantam cohortationem id probrosum putet, quomodo consilium, quod eò impelleret, tulisset? Quid verò mirū, id Paulum in re concessa fecisse, siquidem in vetito, & in eo quod contra legem est, rursum id facit? exempli causa, in cibis nimis esse religiosum, & hoc maximum statuere, illud eiicere, Iudaicæ erat infirmitatis. Veruntamen in hominibus Romanis quibusdā eadem erat infirmitas: quos non modò vehementius non accusauit, sed etiam aliud quiddam eo maius adhibuit. nā, iis dimissis, qui peccassent, eos, qui illa prohibere conantur, hisce verbis obiurgat: Tu autem quid iudicas fratrem tuū? *Rom. 14.* At non id egit cùm ad Colossenses scriberet, sed & magna auctoritate illos reprehēdit, & ita apud eosdē philosophatur: Nemo vos in potu, & cibo iudicet. *Colos. 2.* & rursum, Si mortui estis cū Christo ab elementis huius mūdi, quid adhuc tanquam viuentes in hoc mūdo decernitis? ne tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris. quæ sunt omnia in interitu ipso vsu. Quidnam igitur tandē id facit? quòd illi valentes erant, Romanis autē magna pręterea opus erat indulgentia. nam expectauit, dum fides prius hęreret in eorū animis, veritus, ne, si citius quàm rei tempus, aut maturitas venisset, ad zizaniæ fibras euellēdas accessisset, salutaris disciplinæ semina vna cum radicibus extirparet. Quamobrem neque eos accusat acerbius, neque sine obiurgatione dimittit, tantum perstringit, sed obscurè, & vt nullā res habeat suspicionē reprehensionis, quam cum aliorum obiurgatione cōiungit. Illud enim, Domino suo stat, aut cadit, reprimere quidem videtur obiurgatorem: re autem huius

A pungit animun, ostendens eiusmodi institutum nō esse firmorum, aut stabilium hominum, sed eorū, qui iactantur adhuc, & incōstantes in periculo ruinæ versantur. quam hic etiam consuetudinem seruat propter summam eius infirmitatem, quem rei pudet, non enim in ipsum apertè inuehitur, sed illo laudādo, qui suam seruet virginem, grauem eidem ipsi plagam infligit. quid enim inquit is? Nam qui statuit in corde suo: quod quidē ad eius differentiam dictum est, qui citò, & facilè in hanc, & in illam partem rapitur, vestigiúmque firmè vsquam imprimere, & constanter admodum stare nescit. quæ cùm deinde verba ad illius lacessendum animum satis ponderis habere intelligeret, vide quomodo rursum afferenda causa, nō ita reprehensione digna id ipsum obscurarit. nam cùm inquit, Qui statuit in corde suo firmus, illud adiunxit, B Non habens necessitatem, potestatem autem habens. Atqui illud consentaneum erat dicere qui statuit firmus, neque rem turpē esse existimat. At id erat acerbius. Quamobrem pro eo lenius, ac mitius aliud adhibuit, & vt re mitigata magis ad hanc causam accessit. neq; enim tā graue est rem necessitate, quàm proposito dedecore prohibere. nam hoc imbecilli, & miseri animi est, illud & peruersi, & qui de rerū natura rectè iudicare non possit. Sed nondum bene maturum erat, eum inferre sermonem. non enim vrgente necessitate, eam impediri oportere, quæ virginitatem colere instituerit, sed contra potius omnibus, quæ præclarum hunc impetum interrumpant, fortiter occurrere, ex Christi oratione cognosce. Qui amat patrem, & matrem plusquam me, nō est me dignus. *Matt. 10.* Nā cùm aliquid eorum, quæ Deo probantur, efficimus, C quicunque id prohibuerit siue pater, siue mater, siue quiuis, is inimicus, & hostis esto. Sed Paulus ferēs adhuc auditorum imperfectam rationē, scripsit in hanc sententiam: Qui autem statuit in corde suo firmus, nō habens necessitatem. neque verò hic terminauit orationem. atqui nō habens necessitatem, & potestatem habens, idem est. Sed tum longa oratione, tum perpetuitate concessorum, eos, quorum esset simplex, & parua ratio, consolatur iis, quæ dicta sunt, aliam præterea causam adiungens, Qui iudicauit in corde suo. neque enim liberum esse, satis est, neque ob id solùm debet, sed tum, cùm delegerit, & statuerit, rectè facit. deinde, ne propter summam indulgentiam nullum putes esse interuallum, rursum discrimē ponit, & quidem id ipsum reprimēs hisce verbis. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non D iungit, melius facit. quo tamen loco quàm id præstet, ob eā rursum causam, minimè declarauit. Quòd si id scire vis, Christum loquentem attende. Neque nubent, neque vxorem ducent, sed sunt sicut Angeli in cælo. vide interuallum, quàm in excelsum locum virginitas, cùm eiusmodi est, mortale corpus extollat.

LXXIX. Nulla re inferiorē Angelis fuisse Heliam: & qui eius similes fuerunt & virginitatem fuisse quæ tales reddiderit.

¶ Qua enim, quæso, re differebāt ab Angelis Helias, Helisæus, Ioannes, veri hi virginitatis amatores? nulla, nisi quòd mortali natura constabant. nam cætera, si quis diligenter inquirat, hi nihilo minus affecti reperientur, quàm beatæ illæ mentes: & id ipsum, quo inferiore conditione videntur esse, in magna est eorū laude ponendum. vt enim terrarum incolæ, & ii, qui essent mortali natura, possent ad illā virtutē vi & cōtentione peruenire, vide, quāta eos fortitudine, quāta vitæ ratione præditos fuisse oporteat. Virginitatē autem fuisse, quæ tales eos reddiderit, ex eo perspi-

cuum

Universidad de Deusto Biblioteca

cuum est.nam si vxores habuissent, & liberos, haud facilè adducti essent, vt & in solitudine viuerent, & suas familias contemnerent,& reliqua, quæ necessaria essent ad vitam,non compararent.Nunc verò his omnibus soluti vinculis, tanquam in cælo, sic in terris diuersantes non parietibus, non tecto, non lecto, non mensa, non aliis eius generis rebus indigebant, quin illis cælum erat pro tecto, solum pro strato, pro mensa solitudo,& quę sterilitas solitudinis,aliis famis effectrix videtur,sanctis illis viris suppeditabat rerum omnium copiam. nam ipsis neque vitibus erat opus, neque torculari, neque frugibus, neque messe,sed vberem,& suauem potum fontes,flumináque & stagna præbebant.Instruxit autem angelus vni mensam admirabili quodam,& incredibili apparatu, supráq; hominum consuetudinem. Vnus enim panis satis fuit, inquit, ad quadraginta dierum tolerandam inediam. Alterum autem sæpius aluit Spiritus sancti gratia,admirabilia opera facientem,neque eum modò,sed etiam per eum alios. Qui verò plusquam propheta fuit,Ioannes,& quo nõ surrexit maior inter natos mulierum,humani cibi non indiguit:nõ enim pane,non vino,non oleo,sed vitam locustis, & siluestri melle tolerabat. Vdisti in terris angelos, vidisti virginitatis vim, homines sanguine, & carne coagmentatos,& in terris vestigium facientes,& mortalis naturę necessitati subiectos, vt illi corporis expertes, vt cælum iam adepti,vt immortalitatem sint consecuti,ita te compara,vt ista omnia efficias.

LXXX. Quid sit honestum, & assiduè decorum esse.

¶ Cuncta enim illis erant superuacanea, & non modò quæ per se superuacanea sunt,vt delicię,opes,potẽtia,gloria,& reliqua horum corona somniorum,sed illa etiam, quæ videntur necessaria,& domus, & oppida, & artificia. hoc est honestum,& assiduè decorũ esse. hæc est virginitatis virtus.Admirabilis enim res est, & maximis digna præmiis tũ in libidinis rabie victoria,tum in furore naturæ continentia, sed ita admirabilis, si hæc adsit vitæ ratio. nam ipsa per se imbecilla est, nec satis ad illos conseruandos,qui ea præditi sint.ac nobis eius rei testes esse possunt,qui vel hodie virginitatem colunt,tantum enim absunt ab Helia, ab Helisæo, ab Ioanne,quantum terra distat à cælo. vt enim si honestam assiduitatem sustuleris,ipsos virginitatis neruos excideris,ita si ipsam cum optima vitę ratione colueris castitatem, radices &fundamẽtum bonorũ possederis. quemadmodum enim stirpes solũ fertile, & opimum, sic præclarum viuendi institutũ virginitatis fructus alere solet.quin etiã radix, & fructus virginitatis est vita,quæ cruci consentanea sit.Hæc generosos illos viros in admirabilem vitam deduxit. nã eos omnibus circumcisisvinculis,vti liberis,leuibúsq; pedibus tanquam aues ad cælum volarent, dimisit. vbi enim neque vxoris famulatus,neque cura liberorum, ibi est summa inopię facilitas.nos verò nõ modò terroribus,curísq;, aut periculis, sed aliis omnibus difficultatibus liberatos,inopia proximè tollit ad cælum.

LXXXI. Quantum sit bonum inopia.

¶ Nam cui nihil est,tanquã si adsint omnia, sic is cũcta despicit,magnáq; & in Principes,& in potẽtes,& in eum,qui diademate ornatus sit,loquendi libertate vtitur.pecuniã verò qui spernit,is recta progrediens, mortẽ etiam facilè contemnit, atque iis excelsior nihil timens,aut tremẽs, liberius loquitur apud omnes, qui verò pecuniæ operam dat,is non modò seruus est pecuniæ,sed opinionis,honoris,huius vitæ, omnium denique (vt verbo complectar) mancipium est eorũ,

A quæ ad vitam pertinent. quamobrem ipsam maiorũ omnium radicem Paulus appellauit. Sed virginitas potis est & hanc radicem exurere, & egregiam alterã animis nostris inserere, quæ fruticetur, & bonorum omnium fructus edat,libertatem,licentiã,ardens cælestium bonorum studium, terrenarum verò rerum omnium contemptionem, & ita honesta ac decora fit assiduitas.

LXXXII. Cõtra eos qui dicũt, virginitatis cultores precedi,vt in sinum Abrahæ perueniant. Petrus & Paulus cõtinentes.

¶ Sed quænam est ista sapiens oratio multitudinis? Abraam patriarcha,inquit, vxorem habuit,& liberos,copias prętera,greges, & armenta,& tamen Ioannes tum Baptista,tum Euangelista vterq; virgo, Petrus præterea, & Paulus continentiæ laude florentes,vt in illius sinum veniant,deprecantur,quis verò tibi id dixit vir optime? num propheta? num euangelista?Christus inquit ipse. nam cùm in centurione summam esse fidem vidisset, ait, Multi venient ab oriente,& occidente,& recumbent cum Abraam, B Isaac,& Iacob. *Luc.18.* Lazarus etiam vna cum illo in deliciarum abundantia à diuite videtur.Sed quid id ad Paulum?quid ad Petrum? quid ad Ioannem? nam neque Lazarus, neque Paulus, neque Ioannes, neque multi ab orientis & ab occidentis solis patribus cœtus erãt Apostolorum. quamobrem nobis ista superuacanea est, & inanis oratio. Quòd si omnino scire vis, quæ sint præmia Apostolorum, ex illo cognosce, qui ea daturus est. *Matt.19.* Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me,cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim,iudicantes duodecim tribus Israël. Neq; vsquam hic Abraã, neque eius,neque filij filius, nusquam ibi sinus,vbi illi recipiantur, sed multo maior honos eis habebitur, quippe qui sedentes de illorum posteritate iudicabunt. Nec verò hoc solùm inter eos constat esse dis- C crimen,verùm quod Abraã adeptus est,id multi assequentur.Multi enim,inquit, venient ab oriẽte, & occidente, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob, in sellis autem illis tantum sedebit sanctorum virorum chorus,præterea nemo. Num igitur, quæso, etiã nunc ouilia, armenta, nuptias, liberósque meministi? Quid ergo id est, quod multos virginitatis cultores tanto effuso sudore, precibus petere dicit, vt in eum locum perueniant? Ego verò illud adiungam, non paucos ex iis, qui virginitatem coluerint, neque sinum illum, neque multo minora assecuturos, sed in ipsam geennam peruenturos esse. ac virgines id illæ ostendunt à thalamo exclusæ. *Matt.25.* num igitur coniugium est propterea virginitati par? an hæc etiam illo deterior? ipsam enim tuo exemplo inferiorẽ facis. Nam, si qui vxorem duxit, Abraam in quiete, deliciísque D versatur, virgines cruciantur in geenna, sequitur enim, vt id ex vestra ratione suspicemur. sed non ita est,non, inquam, est ita.non enim solùm non concedit virginitas, sed est etiam coniugio longè præstantior.

Virginitas coniugio potior.

quonam id modo? quòd nec connubium eum, qui fuit,reddidit Abraã,nec omnino miseras illas perdidit castitas virginalis. At Patriarchã reliquæ virtutes illustrarunt,istas verò sempiternis flãmis cetera vitia tradiderunt.Ille enim etiã in coniugio dedit operam,vt exequeretur officia castitatis, honestatem videlicet,& assiduitatem, at istæ virginitatem deligentes,in hos vitæ fluctus,& connubij turbas inciderunt. Quid igitur prohibet, inquit, quo minus nunc etiam in coniugio,in liberis, in pecunia, in aliis deniq; omnibus honestas ista,& assiduitas seruari possit? Primũ quòd nemo hac ætate cum Abraã conferri potest,ne propè

propè quidem ad eum accedere, etenim magis ille pecuniam,diuitiásq; contempsit, quàm qui inopiam profitentur. cúmque vxorem haberet, magis etiam, quàm qui virginalem castitatẽ colunt,sibi in voluptate temperauit.isti enim quotidie flagrant coniunctionis cupiditate,at ille libidinis ardorem vsqueadeo restinxit,vsqueadeo nulla cupiditate irretitus est, vt nõ modò se à concubina abstineret, sed vt inde causam omnẽ pugnæ,& dissensionis extirparet, domo ipsam eiiceret, at nunc id reperire non facile est.

LXXXIII Non eundem virtutis modum nobis, & illis qui veteri testamento vixerunt, esse propositum.

¶ Sed his omissis,quod initio dixi,id repetam etiam in præsentia, non eundem à nobis, & ab illis virtutis modũ requiri. neque enim nunc quispiam perfectus esse potest,nisi vendiderit omnia, nisi omnibus renuntiauerit,neque pecuniæ solùm,aut domui,sed propriæ etiã vitæ curam abiecerit. at nullum tantæ perfectionis tum specimen fuit. Quid ergo est? perfectiór ne, inquit,nostrę huius vitæ ratio est,quàm tum Patriarchę fuerit?deberet quidem, & ea lege sumus astricti, sed hac viuendi regula non vtimur.Quamobrẽ longè ab illo iusto viro absumus, licet & illud omnino perspicuum sit,maiora nobis certamina esse proposita. Itaque quo loco diuina scriptura Noe admiratur, non simpliciter,sed cum appositione quadã id facit. *Gen.6.* Noe enim, inquit, vir iustus atque perfectus in generatione sua, Deo probatus est, non quòd omnino perfectus esset, sed vt illa ætate. multi enim perfectionis modi temporum varietate definiuntur,fitq; imperfectum procedente tempore,quod olim absolutum videbatur.exempli causa, dabatur olim perfectæ laudi *Leuit.18.* ex lege viuere,Qui enim fecerit,inquit, hæc, viuet in eis.Verum quæ fuerant tum absoluta,Christus aduẽ- *Matth.5.* tu suo imperfecta esse docuit.Nisi enim,inquit,abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & pharisæorum,non intrabitis in regnum cælorum.nam tum ad pœnã cædes modò proposita esse videbatur,nunc ira,ac solum conuicium tantam habet vim, vt homines geennæ cruciatibus possit addicere. in adulteriũ tum erat tantùm animaduersio constituta, nunc mulierem petulanter aspicere ne impunè quidem licet. tum scelus erat tantummodo peierare, nunc est vel *Matth.5.* iurare nefas.Quod his,inquit,abundantius est, à malo est. hanc ætas illa maximam laudem propositam habuit, vt sui studiosis in amore responderet: hoc tẽpore magnum illud,& admirabile tantum abest à rei perfectione,vt id adepti nihilo plus,quàm publicani, assequamur.

LXXXIIII. Iure eorũdem recte factorum nobis, & illis, qui veteri testamento vixerunt, non eandem mercedem esse propositã. simile.

¶ Sed quamobrem tandem eorundem rectefactorum nobis, & iis, qui veteri testamento viuebant,eadem præmia constituta non sunt,sed maiori nos virtute nitamur oportet, vt eandem, quam illi sunt assecuti,mercedem consequamur: quòd magna nunc effusa Spiritus sancti gratia,magnũ nobis Christi aduentu munus impertitum, ex infirmis perfectos reddidit. Vt igitur nos à liberis nostris, cùm iam pubuerunt,multo maiores virtutis actiones requirimus, & quæ ab illis prima ætate rectefacta, prius laudabamus,eadem postea,cùm se ætas corroborarit, ab eisdem perfecta non ita admiramur, sed longè maiora iubemus efficere: sic & Deus primis illis temporibus tanquam ab infirmorum hominum natura haud magna facinora requisiuit: vt verò illi Prophetas, & Apostolos audiuerunt, ac Spiritus sancti gratiam sunt assecuti, iure ipsis maiorem constituit rationem recte

A factorum.nam & maior nunc merces proposita est,& splendidiora multo certaminis præmia constituta sunt.non enim iam terra,aut terrena,sed cælũ,& quæ mente non consequimur,rectè faciẽtibus bona proponuntur. Quid? nónne absurdum sit, cùm simus ætate confirmata,in illa nos exiguitate continere? tum enim inter se hominum natura dissentiebat,bellóque perpetuo premebatur, quod Paulus illis verbis declarauit, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę,& captiuantem me in lege peccati,quæ est in membris meis.at nunc non ita est. quod enim possibile erat legi, in quo infirmabatur *Rom.7.* lex per carnem, Deus mittens filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato peccatum cõdemnauit in carne. Quamobrem Paulus illa est vsus *Rom.8.* actione gratiarum,Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? B gratia Deo per Iesum Christum. Propterea iure plectimur, quòd expediti cursum impeditorum assequi nolumus, quanquã vel si in eo pares illis esse possimus, ne sic quidẽ liberi simus à pœna. nam qui summa pace perfruuntur, eos multo maiora,& illustriora trophęa statuere oportet, quàm qui grauius bello premuntur.Quòd si in pecuniæ,deliciarum, vxorum,negotiorum denique cura, & cogitatione versari volumus, quando erimus viri? quando spiritu viuemus?quando, quæ Domini sunt, nobis curæ fuerint?an cùm hinc migrauerimus?at nõ erit præterea laborum,aut certaminum,sed præmiorum, & pœnarum dies. Tum ne virgini quidem, quæ in lampadibus oleum non habuerit,id ab aliis sumere licebit,sed excludetur. Quòd si quis sordidum vestitum indutus affuerit, ad permutandam vestem exi- C re non poterit,sed ad ignem geennæ trahetur. Quòd si ipsum etiã inuocauerit Abraã, nihil id ei fuerit adiumẽto. vbi enim aduenerit præfinitus iudicio dies, próque tribunali iam sederit iudex,& flumẽ igne fluxerit,déque nostra vita,& moribus quæsitum fuerit, non præterea permissum erit exuere vitia, sed velimus nolimus ad supplicium propter illa ipsa peccata nobis debitum, trahemur, quo tempore nemo nos Deo reconciliare poterit, ne si quidem par libertate sit magnis illis,& admirabilibus viris,etiam si Noe, si Iob, si Daniel, etiam si pro liberis deprecetur, nihilo tamen plus proficiat. tantum necessariò superest, vt sontes perpetuò torqueantur, quemadmodum qui rectè fecerint, sempiternis bonis perfruantur. tam enim his,quàm illis finem nullum Christus fore declarauit. vt enim vitam, sic pœnam sempiternam futu- D ram dixit: nam aliis tum à dextera constitutis, aliis à læua condemnatis,Ibunt,inquit,isti ad pœnam æternam,iusti verò ad vitam æternam.Quamobrem in iis omnibus hic agere, & laborare oportet, & qui vxorem habet,sic viuere,vt si non habeat, & ita ad virginitatis cultum reliquas omnes virtutes adhibere, ne, cùm ex hac vita migrauerimus, frustra lacrymas effundamus.

SEQVENTES HOMILIAE NOVEM prius reperiebantur seorsum impressæ Basileæ per Ioan. Oporinum, anno domini 1552.

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ORATIO

de prouidentia, conuersa in latinum à VITO *Amerpachio.*

QVAM ob causam nõ ab initio Deus inimicum, postquam decepisset, deleuit, si dominatur vi? dixerit aliquis. Ad hoc dici potest, quod sit rationi consentaneum: sin hac facultate caret, ac persuadet solum, & est non parêre nostræ potestatis, quare adimis nobis occasionem laudis, & coronarum excutis materiam? Item aliter, si reliquit eum, sciens futurum vt vinceret, nec sic est res digna, cur vocetur in dubium. Nam quòd ille superat, à nobis est, cum inclinamur volentes, non cogimur. Quòd si multi fuerunt iam superiores, & multi posthac erunt, quare futuros in existimatione tanto priuas honore? Sed non omnes erunt illo superiores. Generosos tamen est multo iustius occasiones habere, in quibus institutum probent: ac eos qui tales non sunt, puniri de propria socordia, quàm propter hos, illos affici damno. Malus enim etsi patitur iniuriam, non tamen ab aduersario, sed à sua segnitie, quod multitudo vincẽtium declarat. Verùm tunc essent læsi à malis boni, si non haberent vbi fortitudinem exercerent. Sic autem oris etiam, & oculorum effectionem accusare poterunt. His enim appetunt multi, quæ appetere non conuenit, & in adulterium incidunt: illo autem conuiciantur, & pernicio-
sa decreta efferunt alij. Num igitur sine lingua, & oculis homines factos oportebat? Ergo & manus, & pedes amputabimus. nam illæ sunt plenæ sanguinis: hi verò ad malitiam currunt. Aures insuper etiam, quod vanum auditum recipiant, ac doctrinarum deprauationem in animum ablegent. Iam, si hæc, & esculenta, & poculenta, & cœlum, & terram, & mare, & lunam, & stellarum chorum. Vbi enim erunt vtilia, si tam sit miserabiliter is, propter quem facta sunt, vulneratus? Vides risum, & absurditatem, in quam orationẽ perduci est necesse. Diabolus, hoc est calumniator ille, sibi est malus, non est nobis. Nos autem, si velimus, & multa bona per eum consequimur, vt quosdam fructus, ipso inuito quidem, & nolente: sed miraculum in eo maius erit, ac Dei benignitas in homines vberior. Quòd enim fiunt homines meliores, mordet eũ per se, ac dolore afficit. Quando autem hoc etiam per ipsum nobis conciliatur, nec ferre potest molestiam. Nisi Deus, dicunt quidam, concessisset, nec potuisset adoriri diabolus, nec decipere hominem ab initio. Quid igitur ad hoc dicemus? Nec scire potuisse Adamum, nisi hoc factum fuisset, quantum bonum cepisset: nec ab amentia recedere illa vnquam. Is enim, quoniam se ipse tanti fecisset, vt etiam Deum se futurum speraverit, quid non fuisset ausus, non compressus moderatione? Ponamus enim, calumniatorem illum nec dedisse consilium, an propterea non peccare potuit? Non est hoc dicendum. Qui enim tam facile fuit à muliere persuasus, hic etiam, si diabolus non fuisset, per se in peccatum incidisset. Acis, qui tam facile deceptionem admisit ab alio, fuit etiam antè quàm deciperetur, segniter affectus, & molliter: nec tamen potuisset ille, si anima sobria fuisset, ac vigil. Et quam ob rem Deus tale præceptum Adamo dedit, cum sciret eum esse peccaturum? Quòd etiam dare præceptum est maioris curæ, quàm non dare. Habeat enim Adam propositum ita languidum, vt eum habuisse finis docuit: ac nullum præceptum accipiat, sed perseueret in deliciis viuere. An igitur infirmitas, & segnities in hac remissione ad peius, an ad melius promouisset? Sed neminem latet, eum ad extremam vitiositatem incidisse per negligentiam. Qui ergo nondum posset immortalitatem sperare, sed in pendenti esse, hãc spem sciret, ac ad tantam petulantiam, & amẽtiam est elatus, vt se Deum fore speraret: eúmque qui hæc promisisset, nusquã fidelem esse, aut certum, si firmam habuisset immortalitatem, quò non processisset amentiæ? Quare autem non peccauisset? Quando paruisset Deo? Nam, qui Deum, qui dederat præceptum, contempsit adeò post iussum acceptum, si nihil omnino audiuisset ab eo, citò etiam dominum se habere ignorasset. Porrò, si prorsus malorum nemo hic fuisset punitus, & nemo frugi honore affectus, multi nõ credentium resurrectionis doctrinam, virtutem, vt malorum causam fugissent: vitium autẽ expetiuissent, vt bonorum conciliatorem. Si rursus hic omnes accepissent, quod fuissent meriti, superflua putauissent esse, ac falsa, quæ de iudicio dicerentur. Ne igitur vnquam sic deffideretis, & multitudo vilioris populi deterior fieret contemnendo, hic etiam de multis peccantibus fert sententiam, & quibusdam rectè facientibus dat præmium, eo quidem, quòd non hoc facit omnibus, doctrinam de iudicio confirmãs: quod autem non punit quosdam ante iudicium, dormientes quasi multos excitans. Multi enim resurgunt videntes puniri malos, & quia metuunt, ne patiantur eadem: cùm autem non omnes pro merito hic videt gratiam recipere, coguntur cogitare, quòd hoc in aliud opportunum tempus reseruatum sit. Quapropter cùm peccauisset Cain, Deus non statim eum sustulit, vt omnes deinde per eum fierent moderatiores, & ob reprehensionem eius meliores. Hoc ergo nobis debet esse persuasum, administrari à Deo nobis omnia vtiliter: modum autem non esse amplius quærendum: non etiam ignorantibus molestè ferendum, aut animum demittendum. Nec enim possibile est hæc scire, nec vtile: alterum, quia mortales sumus: alterum, quia celeriter in dementiam rapimur. Vult enim & eos qui non credunt ipsi, Deus mutatione seruari, sicut ipse dicit: Non veni ad iustos vocandum, sed peccatores ad pœnitentiam. Et quare non è medio sublatus est calumniator? Sit vnus aduersarius, & pugiles duo cum illo certaturi: & horum duorum athletarum alter ingluuie corruptus, neglectus, infirmatus, eneruatus: alter verò aliquid agat honestè, bono sit habitu corporis, versetur in luctis, in multis gymnasijs, ac vtens omni exercitatione in certando. Si tollas igitur aduersariũ, vtri ex illis nocueris? an ignauo, & negligenti: an agẽti honestè, quique tanta fecit laborando? Patet, honesto & acri te nocuisse. Nam hic propter ignauum affectus est iniuria, sublato aduersario. Sed ignauus, & piger, hoc relicto: non etiã ideo, quòd acris læserit. Ex propria nanq; ignauia prolapsus est. Infirmus igitur instituto, & neglectus, & ignauus, etiam quando non est calumniator, citò cadit, ac in multa se ipse barathra vitiositatis præcipitat. Si enim & nostra mẽbra inspiciamus, eadem pernicici causas inueniemus, vbi non

Honore, intelligit victoriã, quæ nulla esset hoste sublato.

Lædi signi ficat bonos, quando non habẽt aduersarium à quo exerceantur.

non aduigilamus, non à propria natura, sed à nostra ignauia. Sed vide, oculus est datus, vt videẽs quod est conditum, conditorem prædices, & dominũ. Si autẽ nõ honestè oculo fueris vsus, adulterij tibi fit cõciliator. Lingua data est, vt laudes canas, & conditori benedicas: verùm si nõ rectè aduertis, maledicẽtiæ tibi, & conuiciorũ fit causa. Manus datæ sunt, vt eas ad orationes extẽdas. quod si non fis sobrius, extendis eas ad studium aliis plus habendi. Pedes dati sunt, vt curras ad bona opera: sed si negligas, malas per eos habebis actiones. Vides quòd omnia lædant infirmum, etiam ipsa remedia salutaria protrudunt eum in mortem, nõ ex propria natura, sed ex illius imbecillitate. Solus diuinus conspectus ad malos perdendum satis est. Nam si dæmonum robur infirmat sanctorũ præsentia, multo magis Dei. Quando videmus rerum dissipationem, & perturbationem, ne Deum accusemus, ne putemus improuisa esse præsentia. Non enim rerũ cursus est verè dissipatio, & perturbatio: sed in hunc modum affecta cogitatio, quę tametsi decies milibus ordinibus vteretur, antè quàm dissipationem, quæ ipsi est, correxerit, nihil, nihil inquam ei plus ordinis in rebus erit: sed quemadmodum oculus, cum ægrotat, in meridie clarissima videbit tenebras, & alia pro aliis, ac nihilo radiorum ei plus erit: bene autem valens, & firmus, ad vesperum etiam poterit corpus ducere, vt sit in tuto. Sic & mentis nostræ oculus, donec firmus erit, etiamsi fuerit intuitus quæ dissipata esse putari possint, pulchrorum loco intuebitur: quando autem fuerit corruptus, etsi cœlum ipsum in eum inuexeris, ea quæ ibi sunt, magnæ dissipationis & perturbationis condemnabit. Nec itaq; hic Deus pœnã petit, ne resurrectionẽ reiicias, & iudicium desperes, quasi omnia rationem hic reddant: nec sinit omnes abire impunè, vt non putes omnia carere prouidentia. Si quis non credit esse resurrectionem, cogitet, quàm ex iis quæ sunt, multa fecerit Deus, & necessariam de hac etiam recipiat probationem. Etenim ex terra sumpta, & mixta hominem quoque fecit terra, quæ * antea nõ erat. Quomodo igitur facta est homo terra? Et quomodo ipsa, quæ non erat, est adducta? Qualia fulchra verò sunt eius? Et quid est post eam? Quomodo ex ea producta sunt omnia ratione catentium infinita genera, seminum, stirpium? Hoc enim est resurrectione incertius. Non est enim æquale, iterum accendere lucernam extinctam, & monstrare ignem qui nusquam appareat: nec, domum collapsam reparare, ac producere quæ nõ sit omnino. Illic enim, si aliud nihil, materia tamẽ adfuit: hîc autem nec substantia visa est. Propterea, quod nobis difficilius videtur, fecit prius, vt ex eo proponeret exemplum illius quod est facilius. In ortu etiã nostro nónne parũ seminis tudis & indistincti prius in vterum susciptentẽ iniicitur? Vnde ergo est tanta animantis effictio? Quid frumentum? non granum in terram nudum proiicitur? non, vbi est proiectũ, putrescit? Vnde spicę, aristæ, culmi, & alia omnia? Non fici paruum granulum sæpe in terram prolapsum, radicem tulit, & ramos, & fructum? Præterea quodlibet horum accipis & non curiosè de ipsis agis: Deum verò tantum ad pœnam poscis in formando nostro corpore? Et quomodo merentur hæc veniam? Cuius autem rei causa Deus diabolum, qui tam prauus est, vt supplantet nos reliquit? Vt quãdo metu compelleremur, & belli aggressionem expectantes, multas vigilias, & continuam so-

Antea. s. quam esset ipsa condita, non homo: cum illa fuerit quando ipse conderetur.

brietatem præstaremus. Et quid est mirum tibi, si diabolum propter hoc reliquit Nam, cum nostrã salutẽ curaret, socordiámq; nostrã excitaret, ac materiã coronarum præpararet, ipsam ideo parauit gehennã, vt pœnæ metus, & supplicij moles intolerabilis nos ad regnũ concitaret. Si ergo boni quid facies, & non acceperis hîc eius mercedẽ, ne turbare. Cum vsura enim huius redditio te manet in futuro tẽpore, nec, si mali quid feceris, & non dederis pœnam, confide. Nam istic pœna te excipiet, si non fueris mutatus, & factus melior. Tumultuaris, & fers impatiẽter, & omnia perturbatione reples, cũ vides multos in prauitate viuẽtes & rectè habere ac feliciter, & frui præsentibus, doléque patientia Dei. Quid facis? dic mihi. Quòd insident, ac infestas faciũt vias? quòd muros perfodiunt? quòd noxiis venenis multos perdiderũt? Num igitur iudicem de his accusamus? Nequaquam. Si hos comprehenderet, & quasi ad calculũ adigendo examinaret, affectúmque iniuria puniret, ac eum qui fecisset, honoraret, & coronaret, accusatione reuera dignus esset, & extremis criminationibus. Cum autem nondum sint iudicio traditi, actionẽ ipse intẽtas, ac damnas præueniẽdo? Intuere actiones tuæ vitæ, homo: ingredere in tuam conscientiam, & excute animum: ita fiet, vt non tantum nõ laudes tuum calculum, verùm sis mutaturus quoque sentẽtiam, & humanitatẽ recepturus, ac habiturus gratiam propter cohibitionem, ita vt mireris malorum tolerãtiam eius. Nam si vnusquisque nostrûm pensurus pœnam esset peccatorũ statim cum essent commissa, nõ posset fieri quin iam olim nostrũ genus interiisset. Ne igitur labamur, fratres. Nõ enim tam salutem nostrã nos curamus, quàm is qui nos fecit: nec tam curę nobis est, vt nihil aduersi patiamur, quàm est, qui nobis animam largitus est, Deo. Nec enim in calamitatibus relinquit semper homines Deus, vt non succumbant: nec in secundis rebus, vt non segniores fiant, sed variat salutẽ nostram vicissitudinibus. Nam si nauigium non subsistit, nisi habeat rectorem, sed facile submergitur: quomodo mundus constitisset tam diu, si nemo gubernaret eũ? Et ne quid nimium dicam, finge nauem esse mundum, carinam terram, velum eius cœlum, homines vectores, mare subiectam profunditatem, quomodo in tam longis temporibus non factum est naufragium? Relinque igitur nauem sine rectore ac nautis, vnum diem, ac statim videbis eam demergi. Sed mũdus nihil est passus tale, cùm durauerit quinquies mille, ac multo plures annos. Et cur dico de nauigio? paruum tuguriũ quis inter vites cõstruxit, & postea collecto fructu, eam deseruit, ac sæpe nec duos dies perdurat, sed dissoluitur, & collabitur citò. Nõ autem sine prospiciente ipsi tuguriolum staret, ac tantum opus maneret incollapsum in tempus tam longum sine prouidentia. Vide mihi pulchritudinem hominis, quàm diu duret, ac non sit corrupta. Intuere vim terræ, quomodo non sit ruptus, qui tam longo tempore peperit, eius vterus. Vide mihi fontes, quomodo scaturiant, & non defecerint, ex quo sunt conditi. Vide mihi mare, quot receptis fluminibus, non transierit limites. Iure de illorum quæ dicta sunt, vnoquoque dicitur: Magnificè prædicata sunt opera tua, Domine, sapienter fecisti omnia. Quomodo enim absurdum non est, nec rationes petere, nec reprehendere assidentem, & videntem fabrum diuidere ac secare ligna, & in medicum non inquirere, qui secat &

Psal. 103.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrit carnem, atque in caueam includit, ac affligit fame decumbentem, sed quiescere, & tacere: sapientiã verò non exprimendam verbis, & non efferendã humanitatem excutere, ac in ea re multum esse occupatum? (Auxiliari etiam, & profundere pecunias pro iniuriam patientibus, & paupertatẽ non facile non grauentur) in totum autem inquire. Cur hic est pauper, cur ille mendicus est? cur ille dives? Nõ deorsum intueris, & noscis teipsum, ac freno linguę impositio, etiam contrahis intelligentiam, abiecta illa curiositate faciendi multa, quæ nihil ad te pertinent? Ad tuam te vitam conuerte. Inspice in ea quæ sunt à te gesta, in pelagus tuorum peccatorum, atque si es curiosus & negocioſus in alienis, à teipso exige pœnas dictorum & factorum, quæ malè protulisti, quæ turpiter fecisti. Nunc verò, te relicto inexcusso, Deum damnas, ac tuis peccatis addis peccata. Et quomodo hæc non B digna sunt punitione? quam nobis omnibus concedatur effugere, fauore ac humanitate Domini nostri Iesu Christi, cui sit gloria in secula seculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,
Archiepiscopi Constantinopolitani, De diuitiis & paupertate Oratio, Martino Cromero interprete.

CVm præter meritum quempiam diuitem esse videris, ne beatum iudices: ne dignum æmulatione putes: ne condemnes Dei prouidentiam: ne arbitrere casu atque temerè
Luc.16. ferri præsentia. Recordare Lazari & diuitis, quomodo hic quidem ad summum opulentiæ ac luxuriæ profectus est, cum esset acerbus, immitis, immanis, & C quibusuis canibus efferatior. Siquidem illi miserabãtur & curabant pauperem, non segniter lambentes vlcera, quæ totum corpus illius oppleuerant: hic verò ne micas quidem ipsi porrigebat. Pauper verò ille, reuera dives, reuera copiosus, in extremam paupertatẽ decidit, & necessario etiam alimento deficiebatur, & cum morbo ac fame continua colluctabatur. Atque ille quidem plura quàm vsus postularent, habebat: hic verò ne modicis quidem potiebatur. Sed tamen non grauatè tulit, non incusauit Deum, non questus est de prouidentia. Quàm absurdum igitur sit, illos quidem ipsos qui malo afficiũtur, ita de omnibus Domino gratias agere: te verò extra certamina positum, de his Deo conuiciari, quæ alij gratis animis perferunt? Nam is quidem, cui aduersi quid accidit, si quod verbum improbum & odiosum dicat, & si non tan- D tam, quantam alter, sed tamen minorem dũtaxat veniã cõsequitur. At qui extra res aduersas positus ipse, aliorum causa animam suam it perditum, quánam venia dignus fuerit, qui de his Deo conuicietur, de quibus is ipse, qui malo afficitur, gratias agit, nec vsquam cessat eum laudibus extollere? Quam enim ob rem ô homo eiusmodi tibi videntur diuitiæ, quas oporteat magno studio cõsectari? Propter voluptatem scilicet eam, quæ ex mensis percipitur: propter honorẽ, propter satellitium eorum qui ob hæc te colunt, & vt eos qui tibi molesti sunt, vlciscare, sisque omnibus formidabilis. Neque enim alias causas habes dicere, præter voluptatem, adulationem, metum, & vltionẽ. Neque enim sapientiorem, neque temperantiorem diuitiæ reddere solent: non commodum, non humanum, nõ vllam aliam virtutis partem in animum inducere & inserere. Nec potes dicere, propter horum aliquid eas te consectari atque desiderare. Non solum enim non norunt quippiam horum bonorum inserere aut excolere: verùm etiamsi reposita repererint, vitiant & obturbant: quædam verò etiam reuellunt, & contraria pro his inducunt. Sed non dicã de his. Nam quos hic morbus cepit, non sustinent audire, accusari se & argui: toti voluptati addicti, atque ob id serui ipsius facti. Propter hoc igitur, dic mihi, diuitiæ nobis desiderabiles, ac de quibus conflictari conueniat, videntur esse, quòd grauissimas in nobis affectiones alunt, iram ad opus excitantes, & insani gloriæ studij ampullas maiorem in modum attollentes, & ad superbiã exuscitãtes? Quin ob hoc maximè obstinatè fugiẽdæ sunt, quòd feras quasdam immanes & asperas in animum nostrum deducunt, per quas eo quidem honore, qui ab omnibus defertur, priuant: ei verò aduersum coloribus illius illinunt, atque ita deceptis offerunt, persuadéntque, hunc illo maiorem esse, cum nõ sit natura, sed in speciem potius esse videatur. Quemadmodum enim meretricantium mulierum formæ frictionibus & fucis compositæ, pulchritudine quidem ipsa carent, turpem verò ac deformem faciem pulchram & formosam seductis ab illa videri faciunt: ita diuitiæ quoque infamiam honoris loco exhibent. Ne enim eas mihi acclamationes, quæ in propatulo propter metum & assentationem fiunt, intueare: sed conscientiam cuiusque ex iis qui sic adulantur, explica, & videbis intus innumerabiles accusatores, qui contra te vociferantur, téque magis quàm qui maximè inimici hostésque sunt, auersantur & oderunt. Quòd si quando personam istam ex metu compositam rerum commutatio superueniens è conspectu subduxerit & redarguerit, sicuti facies illas sol radio calidiori immisso, tunc probè cernes, superiori tempore infra omnes te fuisse contemptissimum apud eos qui te colebant, & honorẽ tibi haberi te putauisse ab iis qui te in primis oderant, & in extremis calamitatibus videre cupiebant. Quare non erauerit quisquam, si diuitias improbum seruum vocet, seruum sanguiuorũ, seruum homicidam, seruum cæde domino gratiam referentem: & quod grauius est, non tunc, cùm ipsum reliquerit, in pericula coniicit, verùm etiã prius quàm reliquerit, tumultus ipsi atque turbas ciet. Enimuero, quis Eutropio fuit sublimior? nónne vniuersum orbem terrarum diuitiis anteibat? nónne ad ipsa honorum fastigia euaserat? nónne omnes eum tremebant & formidabãt? Ecce autẽ ipsis etiam nexis in carcere factus est miserior, & seruis miserabilior, & fame tabescẽtibus mendicis indigẽtior: & quotidie gladios exactos cernens, & barathrũ, & carnifices, & abductionẽ ad necẽ, ne nouit quidẽ, an vnquam in illa voluptate fuerit: ne radiũ quidẽ ipsum solis sentit, sed meridie medio, quasi densissima nocte circumseptus, ita visu orbatus est. Quin si maximè cõtendamus, non poterimus verbis assequi doloré quãtum sustinere eum consentaneum est in dies, vt capite plectatur, expectantẽ. Buxeum enim vultũ eius video, nihilóq; melius affectũ, quàm qui semel iam nũc emortuus sit. Iã crepitus & stridor dentiũ, totiusque corporis tremor ipsi adest, & vox interrupta, & facies, qualẽ lapideã illã animã habere par est. Dicebámne tibi assiduo, fugitiuas esse diuitias? Tu verò nos nõ ferebas. Dicebámne improbũ seruum eas esse? tu verò nolebas credere. In rebus ipsis experiẽtia mõstrauit, non

non solum fugitiuas & improbas esse, verumetiã homicidas. Hæ nanq; te nunc tremere & formidare fecerũt. Dicebámne tibi, cum assiduò vera dicentẽ me increpares, quòd ego plus adulatoribus te diligam? ego obiurgans, obsequentibus magis curem? Addebámne his verbis: fide digniora esse vulnera amicorũ, quàm inuoluntaria oscula inimicorum? Si mea vulnera pertulisses, oscula illorum mortem istam tibi nõ peperissent. Mea nanque vulnera sanitatem præstant: illorum verò oscula insanabilem morbum effecerunt. Vndénam hoc? ex eo, quòd humanarum rerum mutationes non cogitabas. Nã si metuisses mutationem, non subiuisses mutationẽ. Sed quoniam neq; per te ipse, neq; ab aliis fiebas melior, propterea periculũ eorũ quæ verbis dicebantur, re ipsa fecisti. Si dico quòd diuitiæ eos qui ipsis malè vtuntur, produnt, & venit tempus, re ipsa verum id esse ostendens: cur eas deti- B nes, quæ in aduersis nihil prosunt? Si vires habent, adsint tibi cùm in necessitatem incideris. Quòd si tunc fugiunt, quid opus eis habes? Hæc dico, neque dicere desinam, quamuis multi nobis succẽseant. Semper dicit, inhęret diuitibus. Enimuero & illi semper inhærent pauperibus. Ego verò inhæreo diuitibus, imò non diuitibus, verùm iis qui diuitiis malè vtuntur. Semper dico, non diuitem traducens, sed raptorem. Aliud dives, aliud raptor: distingueres, & ne confundas, quæ impermixta sunt. Dives es, non veto. Raptor es, accuso. Habes tua, fruere. Aufers aliena, non taceo. Vis me lapidare? paratus sum & sanguinẽ profundere. Modò vt peccatum tuum prohibeam, non est mihi curæ odium, non bellum. Vnum mihi curæ est, vt proficiant audientes. Et pauperes mei filij, & diuites mei filij sunt. Idem vterus vtrosque parturiuit, eædem C parturitiones vtrosque pepererunt. Lapidet qui vult, oderit qui vult, insidietur qui vult. Pignora coronarũ sunt mihi insidiæ, & numerus præmiorũ vulnera. Nõ metuo insidias: vnum tantummodo metuo, peccatũ. Modò ne quis me peccantem arguat, vel orbis terrarum aduersum me bellum gerat. Videtis humanarum rerum vilitatem? Videtis imbecillitatem potentię? videtis diuitias, quas semper fugitiuas appellaui, nõ solum fugitiuas, verumetiam homicidas? Neque enim habentes se deserunt, sed iugulant. Vbi quis eas colit, ibi maximè eum produnt. Quare colis diuitias, quæ nunquam contineri possunt? Vis eas continere? ne defodias, sed da in manus pauperum. Feræ sunt diuitiæ: si contineantur, fugiunt: si spargantur, manent. Sparge, vt maneant. Ne defodias, vt ne fugiant. Vbi sunt diuitiæ, libenter eos qui decesserunt, rogarem? vbi diuitiæ? Hoc autem dico, non exprobrans, absit: D neque refricans vlcera, sed ex aliorum naufragiis vobis portum parans. Etenim qui hodie dives est, cras pauper fuerit. Eóque sæpenumero risi testamenta legens, dicentia: dominium quidem agrorũ vel domus ille habeto, vsum verò alius. Omnes vsum habemus, dominium nemo. Quamuis enim toto vitæ tempore penes nos maneant diuitiæ, nullam mutationem admittentes, volentes nolentes moriendo aliis eas concedemus, vsu quidem earum decerpto, eóque solo, non etiam dominio: sed nudi vacuique ad illam vitam demigrabimus. Vnde planum fit, illos dominium habere, qui & vsum earum contempserint, & fruitionem deriserint. Quánam igitur de causa diuitias appetendas esse putas, eósque qui eas possident, beatos iudicas, & æmularis? Quónã verò differt dives à pau- pere? Nónne vnum & ipse corpus vestit? nón vnum ventrem alit? Cur autem seruos multos habes? Nam vt vestimentis vsum modò consectari oportet, itémque in mensa: sic & in seruis. Etenim vno solo seruo vnum dominum vti oportebat: imò verò etiam duos & tres dominos vno seruo. Quod si graue hoc est, cogita eos qui nullum habent; & expeditiori tamen cultura fruuntur. Propterea namque & manus dedit nobis Deus, & pedes, vt ne seruis indigeamus. Neque enim necessitatis causa seruorum genus inductum est. Etenim cum Adam, seruus quoque conformatus fuisset: verùm peccati & inobedientiæ pœna hæc est, atque coërcio. Quod si maximè necessarium sit seruum habere, at vnicum, aut alterum duntaxat. Nam quid tibi vult multitudo seruorum, & insolenter incedere in foro? An enim inter feras ambulas, quòd obuios abigis? Ne metuas? nemo mordet eorum qui accedunt, & prope te ambulant. Atenim contumeliam ducis, pariter cum omnibus incedere? Quanta verò hæc amentia est? equum prope sequentem, contumeliam afferre non putare: hominem verò, nisi decem millibus stadiorum abigatur, dedecori esse existimare? quid hac stultitia deterius, homines propellere, vt iumentum spacioſe iucedat? Tanta enim nobis inter nos vsus mutui necessitas à Deo solerti prouidentia constituta est, vt si etiam quis omnium hominum sit ditissimus, ne ita quidem solutus est coniunctione hac, & vt tenuiori opus non habeat. Neque enim diuitibus tantùm pauperes indigent, sed & diuites pauperibus: & isti magis illis, quàm illi istis. Atque vt hoc manifestius videas, faciamus, si videtur, duas ciuitates: alteram diuitum tantùm, alteram pauperum. Ac neque in ea quæ diuitum erit, pauper sit quispiam: neque in ea quæ pauperum, vir quispiam dives sit: videamúsque, vtra magis se ipsa contenta esse possit. Igitur in illa quæ copioſorum est, nullus erit opifex, non structor, non faber materiarius, non calceatius, non pistor, non agricola, non ærarius, non restio, non alius quisquam eiusdem modi. Nam quis dives exercere hæc vnquam volet? quando & ij qui hæc tractant, cum ditati fuerint, ærumnam horum laborum non ferunt. Quónam igitur modo ciuitas hæc nobis stabit? Dato, inquit, argento ement hæc diuites à pauperibus. Quónam verò pacto domos ædificabunt? An & hoc ement? At natura id fieri non potest. Quare necesse erit artifices illuc accersere, legémque abrogare, quam initio sanximus, cum ciuitatem conderemus. Videamus ergo etiam pauperum ciuitatem, an & ipsa itidem minus sufficienter constituatur, priuata diuitibus: si prius diuitias, velut aurum, argentum, lapides precioſos, & vestimenta serica, & purpuram auro intextam oratione amputauerimus, eáque inde ejecerimus. Quid igitur ob hęc status ciuitatis huius requiret, dic mihi? Nihil penitus. Nam siue ędificare oportet, siue ferrum cudere, siue vestimentum texere, non auro, neque argento, neque vnionibus opus est, sed arte & manibus. Quid verò si agrum colere, terrámque fodere operæprecium sit, diuitibúsne, an pauperibus opus est? Cuiuis clarum est, quòd pauperibus. Vbi ergo tandem diuitibus indigebimus? nisi si demoliri ciuitatem hanc oporteat. Quoties igitur videris quempiam vestimentis & numeroso satellitio foris splendentem, explica conscientiam ipsius, & multum cœni reperies. Cogita Paulum, Petrum: cogita

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.9. Ioannem,Heliam,atque adeò ipsum Dei filium, non habentem vbi caput acclinet.Illius, & seruorum eius æmulator esto,eorúmque ineffabiles diuitias cum animo tuo reputa. Quod si cùm paululum prospexeris,ex diuitiis rursus tenebris inuoluare,perinde ac in naufragio quopiam superueniente procella:audi sententiam Christi dicentem:Fieri non posse, vt diues in Marc.10. Luc.18. regnum cœlorum introeat. Et ad hanc sententiam confer montes & terram, omniáque, si vis, oratione fac aurum esse: nihil videbis par detrimento,quod illinc tibi existit. Iam verò, dic mihi, si quis te in Regiam introduceret, & vt rex coram omnibus sermonem tecum haberet,procuraret, conuictorémque & contubernalẽ tibi ipsum faceret : nónne omniũ beatissimum te esse diceres?Cum autem futurum sit,vt in cœlum ascendas, & iuxta ipsum regem vniuersorum adstes,& angelis ex aduerso resplendeas, & inaccessibili illa gloria fruare, dubitabis, an operæprecium sit pecuniam profundere ? cum conueniat, si vitam quoque ipsam exuere necesse sit, exultare & gestire, & volucrem fieri præ voluptate. Sed heu magnum stuporem, quod quum huiuscemodi bona expectentur,adhuc præsentibus inhiamus, & non animaduertimus dolum malum diaboli, qui paruorum obiectu magna nobis adimit:lutum dat,vt cœlum rapiat:vmbram ostendit,vt veritate excludat:in somniis imagines obiicit,hoc enim sunt præsentes diuitiæ,vt adueniente die pauperrimos omnium ostendat.Ne igitur magnum bonum diuitias esse arbitremur. Magnum enim bonum est non possidere diuitias,sed possidere timorem Dei. Ecce enim si quis iustus esset, & multã fiduciam in Deo fixam haberet, satis esset, si manus modò in cœlum protenderet, Deúmque vocaret, & statim nubes hæc præteriret.Tantum verò auri repositum est, & quouis luto inutilius id est, ad laxamentum malorum prementium. Neque verò in hoc solo periculo:verumetiam si morbus occupet, si mors, siue quid aliud ciusmodi, redarguitur diuitiarum vis, nullum leuamen iis quæ accidunt, à se habens ostendere.Nam vt qui malè sibi conscius est, etiam si omnium pecunia circumiectus sit,omniũ est miserrimus: ita qui perpurgatam habet conscientiam,etiam si detritis pannis amictus sit,& cum fame luctetur,æquiore animo est, quàm qui vehementer luxu affluunt.Iccirco habes pecuniam,vt paupertatem diluas:non vt paupertatem adscisças. Tu verò prætextu leuaminis maiorem miseriã efficis,benignitatémque vendis pecunia.Vende,non prohibeo,sed regno cœlorum.Ne paruum tanti recti facti precium acceperis,nempe vsuram centesimam,sed vitam illam æternam.Cur mẽdicus es & pauper,& angusti animi,paruo,hoc est,pecunia pereunte magna vendens?Cur Deo relicto humana lucra lucraris?cur diuitem prætercurrens, non habenti molestus es:& gratiam referentem deserens, ad ingratum te ingeris?Ille cupit referre gratiam, iste verò grauatè etiam refert:iste vix centesimam reddit, ille verò centuplam,& vitam æternam:iste cum contumeliis & conuiciis, ille cum laudibus & cum approbatione:iste inuidiam tibi exuscitat, ille verò coronas etiam concinnat:iste vix hic,ille verò & illic & hic.Nónne igitur extremæ amentiæ est,nescire lucrari? Pecuniam possidere oportet vti dominos, non vti seruos:ita vt ea in potestate nostra,nõ vt nos in ipsius simus. Propterea nanque χρήματα,id est pecunia dicta est, vt in necessaria ministeria ipsa vtamur,non vt in custodiam deponamus. Serui enim est asseruare: expendere verò domini, & magnam potestatem habentis.Quocirca nihil insipientius seruo pecunię.Tenere sibi videtur,cum ipse teneatur : videtur sibi dominus,cum sit seruus:& cum vincula sibi ipse circumdederit, quasi in omnes imperium habens gestit : & asperiorem in se feram efficiens lætatur : & saltat in captiuitatem incurrens:& videns canem rabie percitum & adsilientem animæ suæ,pro eo quòd ligare & fame macerare eum deberet, affluentem cibum ipsi præbet, vt magis assiliat, sitque formidabilis . Et quemadmodum nexum, cũ vides & scapulas, & manus,sæpe etiam pedes ferro constrictum,ob id maximè miseraris: ita & in diuite, cum contemplatus fueris cum innumerabili pecunia circumseptum,ne propterea diuitem, imò propterea miserum esse arbitrare.Nam præter hæc vincula, custodem quoque carceris asperum habet & improbum, amorem inquam pecuniæ. Qui non patitur eum carcerem istum transgredi,sed innumerabiles ipsi fabricat pedicas, & custodias,& ostia,& vectes:& cùm in interiorem custodiam ipsum cõiecerit, persuadet, vt delectetur etiam hisce vinculis, vt ne spem quidem vllam reperiat ex malis illis premẽtibus euadendi.Diuitẽ te fecit Deus, vt opituleris indigentibus,vt peccata tua diluas benignitate in alios exercenda.Pecuniam tibi dedit, non vt concludas in tuam perniciem, sed vt profundas in salutem tuam : ob hoc & possessionem ipsius incertã fecit,& minimè stabilem,vt & in hoc relaxet insaniæ circa ipsam satagentis contẽtionem. Nam quis Helia pauperior fuit, dic mihi? verùm ob id omnes diuites vincebat,quoniam pauper erat. At ipsam etiam paupertatem diuite animo eligebat, omnésque pecuniæ diuitias inferiores animi sui magnitudine putabat esse,neque dignas philosophia sua. Nam si magna hæc præsentia duxisset,nequaquam ex ouinis pellibus vestem solam possedisset. Ita enim præsentem vanitatẽ damnauit, vt pro luto proiecto aurum intueretur. Propterea namque & rex pauperis illius indigebat, & ad corpus nihil præter ouinam vestem habentis stupidus hiscebat,tantum auri habens.Ita sanè purpura splendidior erat ouilla vestis, & regiis palatiis spelunca iusti:eóque in cœlum ascendens,nihil aliud quàm ouillam illam vestem Heliseo discipulo suo reliquit. Cum hac, inquit, aduersus diabolum luctatus sum, hac tu quoq; aduersus illũ te arma . Firma enim sunt arma,inopia,& inuictum præsidium . Et accepit ouillam vestem perinde atque maximam hæreditatem Helisæus . Enimuerò maxima dubio procul erat hæreditas,& omni auro preciosior : Et erat duplex Helias ille,erátque suprà Helias, & infrà Helias. Noui quòd beatum iudicetis iustum illum, velítque vnusquisque vestrum ipse esse. Quid igitur si vobis demonstrabo,aliud quiddam multo maius illo nos omnes accepisse? Nam Helias quidem vestem ouillam dimisit discipulo:Filius verò hominis ascendens, suã ipsius carnem nobis reliquit. Quoties ergo pecuniæ iacturã audierimus,ne perturbemur,sed dicamus,Benedictus Deus.& longè maiores diuitias reperiemus. Neque enim sanè tam vberem fructũ percipies,si diuitias in indigentes expẽdas,atque circumeas pauperes conquirẽs,& facultates tuas spargas esurientibus, quantũ hoc verbo lucri feceris.Quando & ipsum Iob non tam admiror aperientem domum indigentibus, quàm stupeo, & laudibus extollo rapinã bonorũ ferentem

rentem cum gratiarum actione . Nam qui eiusmodi est, vt possit tranatis naturæ fluctibus sine lachrymis Iob.1. illud Iobi dicere, Dominus dedit, dominus abstulit: cum Abrahamo ipso statuetur,& cum Iobo laudibus extolletur,ex hoc solo verbo. Cùm igitur aurum tibi abstulerit diabolus, vel per prædones, vel per aliam quampiam occasionẽ,laudibus celebra Dominũ, & plus lucratus fueris : duplicémq; plagam dederis inimico,tum quòd te angori non dedisti,tum quòd gratias etiã egisti.Nam si animaduerterit, deiici te pecuniæ detrimento,& vt Domino succẽseas adduci, nũquam desinet hoc agere.Sin autem aspexerit, te non modo non conuiciari Deo qui te fecit,sed magis etiã gratias agere,quæcunque res grauior acciderit: desinet tentationes admouere,sciés quòd gratiarũ actionis occasionem tibi præbeat aduersitatum obiectus, splendidiorésque coronas tibi faciat, id quod in Iobo quoque vsu venit. Nam cùm pecuniam ipsi abstulisset,corpúsque percussisset,vidit ad gratias agendas magis cum incitari, neque accedere deinceps ausus Iob.42. est,sed turpiter & implacabiliter victus abiit, spendidiorem Dei athletam cùm effecisset.Ac Iob quidem posteaquam coronis patientiæ & fortitudinis omnibus exornatus est,duplicia quæ amiserat,recepit omnia.Tu verò non duplicia, ac triplicia, verùm centuplicia accipies omnia,si generosè tuleris,& vitę æternæ hæreditatẽ adibis : quam vtinam nos omnes adipiscamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Auaritia oratio, Martino Cromero interprete.

QVámnam ob rem ex auaritia diteſcere cupis homo,vt aliis quidem aurum atque argentũ reponatur,tibi verò diræ & accusationes?& vtis,a quo abstulisti, alimenti indigentia mordeatur & lamentetur,& denas millenas accusationes tibi cõciliet?Et quod horrendum est magis, quando ad illũ diem ante terribile tribunal in medium producetur is qui malo affectus est,& omnia sua amisit, tu autem nullum habebis aduocatũ,quid dices iudicanti? Nũc enim vel corrumpere iudicium hoc hominum poteris:tunc autem illud nequaquam. Imò ne hoc quidẽ. Etenim Deus videt ea quę fiunt,& propè adest iis qui afficiuntur iniuria, etiam non vocatus. Etenim is cui malè fit, vt ipse quidem indignus sit qui vindicetur: sed tamen, quoniam ea quæ fiunt, Deo non placent, habet omnino vltorem. Nec mihi dicas : Quomodo ille prospero rerũ successu fruitur,cum sit improbus? Vt enim fruatur:sed non ad extremum vsq;.Ne enim, inquit, æmuleris agentes improbè : quoniam vt fœnum citò arescent, & vt olera herbæ citò décident. Auaritia fermentum quoddam vetus est,quæ quócũque inciderit, quancunque domum intrauerit,impuram eam facit : etiamsi parum ex iniustitia lucratus fueris,vniuersas facultates tuas fermentauit.Propterea sæpe pauca malè illata,quamuis multa bene reposita eiecerunt.Quid enim inquit?Siquidem ex multis auarè agentibus non omnes eadem patientur. Maximè verò patientur, etiamsi non mox in ipso peccato patiantur. Quòd si nunc effugerint, tunc verò magis metue.Maiori enim supplicio asseruãtur.Quin, si ipsi effugerint, at hæredes eorum eadem patientur. Et quonam modo hoc iustum est, inquit? Iustum sanè. etenim qui hæreditatem iniustitia refertam accepit, etiam si ipse nõ rapuerit,sed tamẽ probè nouit aliena se habere,atque ideo dignus erat,qui pateretur.Hæc autem & externorum leges norunt, quæ omissis iis qui rapuerunt & sustulerunt, ab illis iubent repetere, apud quos quispiã sua repererit omnia. Si nouisti eos qui iniuria affecti sunt, redde cum multo fœnore, quemadmodum Zacchæus.Sin minus nouisti,distribue illa inter egenos,& sic malum releuabis . Nam si omnia aliena demus,nihil compẽdij faciemus. Indicat hoc Zacchæus, qui tum demũ placare se Deũ dixit,cum daret quadrupla eorum quę abstulerat. Nos verò cum dena millia rapiamus, placare nos Deũ arbitramur.Si enim Cain,quòd minus præcipua obtulisset,neque quicquam præterea iniustè egisset,tamẽ extremum luit supplicium:nos cum de rapina & auaritia offerimus,quomodo nõ grauiora patiemur?Cur Dominum afficis contumelia, impura dona illi offerens?Non vult ali Christus auaritia, neque huiusmodi alimentum suscipit . Melius est fame tabescentem negligere, quàm aliena aliis dare. Die enim mihi: Si quos duos videres,alterum quidem nudum, alterum verò vestitum:deinde exuto eo, qui vestẽ habuit,nudum vestires: nónne iniustè faceres ? Nemini id quidem dubium.Quòd si omne id quod abstulisti, alteridans, tamen iniuriatus, non miseratus es : quod non expendes supplicium,si vix minimam partem eorum quæ rapuisti,dederis, & eleemosynam id vocaris? Si Lazarus nulla affectus iniuria à diuite, sed quòd iis modò quæ illius erant,fruitus non est,acerbus illi extitit accusator : qua defensione vtentur ij, qui præter quòd non miserantur de suo, aliena etiam auferunt? Si illi qui Christum esurientem non aluerunt, cum diabolo inextinguibili igni addicũtur: quantum supplicij dependent ij,qui fame etiam eum enecant, per id quod rapiunt: & vestitum denudant : & hospitem non modò non recolligunt, verumetiam abigunt: & infirmum non modò non visitant, sed magis etiam conterunt:& non solum vinctum nõ cognoscunt,verumetiam solutum in carcerem coniici curant ? Si is qui diligentes se diligit,nihilo meliore erit conditione,quàm ethnici:quam veniam obtinebit is,qui lædit eos,à quibus iniuria nulla affectus est ? Si qui sua non impartitur,accusatorẽ habet eum,cuius misertus non est:quam veniam merebitur is,qui etiam aliena rapit? Non solum enim aliena rapere,sed etiam sua non impartiri aliis,rapina est,& auaritia, & spoliatio. Si, qui Christum esurientem non pauerunt,tantum ignem in capita sua attraxerunt:quod leuamen consequetur ij, qui ea quoq; quæ nihil ad se pertinẽt,rapiunt,& aliena sibi iniustè acquirunt, & pupillorum ac viduarum domos euertunt? Perhorrescamus itaque rem hanc, fugiamus peccatum. Fugiemus autem, si cogitemus eos qui antè nos iniuriam fecerunt,qui auari fuerunt, & decesserunt. Nónne facultatibus & laboribus eorum fruuntur alij, ipsi verò in cruciatu & supplicio sunt, & extremis malis ? An non extremæ igitur dementiæ est, distrumpi & affligi, vt viuentes laboribus distineamur,& mortui intolerabiles cruciatus & supplicia perferamus ? Quidnã ergo raptore miserius?eo quòd collecta sæpe inimici & hostes inter se partiuntur:ille verò accumulata sibi ex his peccata auferẽs decedit,magna cum diligentia reposcendus de iis, quæ in illis deliquit.Quid igitur auaris fuerit ærumnosius?

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod & vitam suam omni morte ærumnosiorem faciunt, cura & anxietate animi & perpetua vigilia ipsam mandente, sensimque consumente, & omnem voluptatem, & virtutis vitiique discrimen inde propellunt. Et in lucrando quidẽ, etiam si omnia omniũ acquirant, nullam sentiunt voluptatem, eo quòd plura appetant: in detrimento verò accipiendo, vt obolum duntaxat amittant, omnium acerbissima sese passos esse, & vita ipsa excidisse arbitrantur. Quòd si vxorem talis habet, si liberos, si amicos, nisi vndequaque lucrari potis fuerit, omnibus qui natura ipsi hostes sunt, hi magis hostes videntur esse. Iure quidã inquit: Cupido nihil esse crudelius. Nam qui eiusmodi est, sese vendit, & communis totius orbis terrarũ inimicus obambulat, dolens non aurum pro aristis terram producere, non pro fluentis fontes, non montes pro lapidibus: aliorum successibus sese crucians, & in communibus bonis animum contrahẽs: omnem occasionem auersans, vnde argentum sumere non licet: omnia perferens, vnde vel duos obolos corradere liceat: omnes perosus, pauperes iuxtà ac diuites: illos quidem, ne accedentes stipem poscant: hos verò, quòd non ea quoque quæ illi habent, habeat. Omnes sua possidere putat, & quasi ab omnibus iniuria afficiatur, ita in omnes animatus est. Et quod furenti gladius est, hoc cupido diuitiæ, imò verò longè acerbius quiddam. Nam is qui furit, accepto & adacto sibi gladio, furore sese liberat, & alteram plagam non accipit: cupidus verò dena millena vulnera grauiora illo quotidie accipit, non liberans sese furore, sed intensiorem eum efficiẽs: & quo plura accepit vulnera, eo magis materiã aliis prębet grauioris plagę. Quid igitur auaro ærumnosius? quando is præter quòd animam suã perdit, & corpus innumerabilibus curis extenuat, etiam alimẽto, & voluptate, & honore, & gloria, propter quam multa imprimis peccant homines, sese defraudat. Et quod durius est, nihil lęsus efferatur & armat sese in eos, qui ipsum neutiquam læserunt, & honesta omnia ab animo proiiciens, omnibus hostis est. Nam qui iniuria ab ipso affecti sunt, oderunt eum, vtpote malo affecti. At qui nihil etiamdum passi sunt, metuentes ne patiantur, & eorum qui passi sunt vicẽ dolentes, eandem hostilitatem præ se ferunt. Maiores porrò atque potentiores, quòd mordeantur & indignentur pro humilioribus, imò verò inuidentes etiã, iuxtà inimicitiis eum & odio prosequuntur. Sed quid loquor de hominibus? cùm Deum etiam infestum habeat, quæ spes ei reliqua erit, aut quod refrigerium? Hócne sunt diuitiæ, iniuriam scilicet facere, dic mihi? Hoc non acerbius est, quàm pœnę seruũ esse? Nã pœnæ quidem seruus, corpus vinctum habet, hic verò animum. Vides ipsum vinctũ, & nõ miseraris? Propterea, inquit, eum odi, quia vinctus est nõ necessitate, sed vltrò, voluntate sua catenam sibi attrahẽs. Rursus tu aduersus diuites: rursus vos aduersus eos qui diripiũtur. Vos non satiamini edentes, & cõmordentes pauperes: Neque ego satior corrigens vos. Semper tu diuitibus inhæres: semper & tu pauperi inhæres. Abstine oue mea: abstine grege meo. Quod si vastas gregẽ meum, succẽses quod te persequar? Nõ te persequor: lupum persequor. Si non es lupus, non persequor te. Tibi ipsi imputa, quia lupus factus es. Quid enim Achab improbius? *3.Reg.21.* Et tamen is, cùm vineam concupiuisset, animaduerte quantum dolorẽ cepit. Rex cùm esset, & omnibus dominaretur, nec haberet quẽquam contradicentem, tamen cùm conscientiæ calculum non ferret, ingressus est tristis, demisso vultu, confusus, multam caliginẽ ferens in oculis, conscientiæ cõdemnantis se redargutionem vultu prædicãs: nec valens tegere dolorem, qui ex mœstitudine in eo existebat. Vultis liquidò nosse, quomodo diuitiæ homines non sinant esse homines, sed feras atque dæmonas? Siccitas quondam occuparat ciuitatẽ nostram, & videre erat cœlum factum æneum, & mortem omniũ grauissimam indies expectari, Deúmque inuocari, vt metu illo liberaret: Cuius benignitate præter omnem spem multa & immensa pluuia supernè decidit. Omnibus igitur celebritatem & festum diem agentibus, quippe qui ab ipsis portis mortis reuerterentur, diues quidam tristis, deiecto animo, mœrore mortuus obambulabat. Cúmque multi eum causam rogarent, ne continere quidem intus potuit, sed cum tyrannide acerbi istius morbi pungeretur, causam in mediũ protulit: Decies enim mille, inquit, frumenti mensuris deinceps quid faciã, non habeo. Quid ais? Quòd non omnes perierunt, vt tu aurum accumules? Non audisti quid dicat Solomon? Qui ad precium augendum asseruat frumentum, vulgo est execrabilis. *Prou.11.* Sed obambulas communis bonorum totius orbis inimicus, & liberalitatis domini hostis, & mammonæ amicus, atque adeò seruus? An nõ præcidi linguam illam oportuit? An non extingui cor, quod talia verba peperit? Quid enim potest esse ipso miserius diuite, propterea dolente & indignante, & periisse se putante, quòd infinita possideat: & quotidie optante famem, vt aurũ ipsi augeatur? Quomodo vultis vobis delineem auari & raptoris morbos? Quid enim manibus illis sceleratius? Quid oculis illis impudentius, & caninum magis? Non adspicit homines vt homines, neque cœlum vt cœlum, sed omnia pecuniam esse putat. Hominum enim oculi cùm pauperes vident afflictos, vicem eorum solent indolere: raptores verò, cùm intuentur pauperes, magis efferantur. Hominum oculi ea quæ aliis data sunt, non appetunt, sed sua quoque in alios effundunt: isti verò non ferunt, nisi quæ omnium sunt accipientes, sua faciant. Hominum oculi nudum proximi corpus adspicere non sustinent: isti verò nisi omnes denudauerint, & quæ omnes habent domi suæ recondant, nunquam satiantur. Quin ne eo quidem explentur, eóque non modò ferarum manus, manus ipsorum quispiam esse dixerit, sed his etiam truculentiores multo & acerbiores. Vrsi enim & lupi vbi saturati sunt, abstinent se cibo: isti verò non satiãtur. Enimuero propterea manus nobis fecit Deus, vt aliis opitulemur, non vt insidiemur. Etenim si ad hoc eis vsuri simus, satius esset eas præcidi, & absque eis esse. Cùm enim ouem à fera discerpi quis videns, dolet & angitur animo, in contribulem verò idem ipse patrans, nihil acerbi se putat facere: quomodo homo hic fuerit, ac non fera potius, & fera deterior? Feræ enim natura sunt huiuscemodi. Auari autem cùm natura lenitatem habeant, præter naturam in feritatem sese transferre volunt. Talium ora etiam, ferarum ora sunt, quin his etiam truculentiora. Etenim verba promunt, magis quàm illarum dentes venenum emittẽtia, & necem patrantia. Quòd si mentem quoque talium quis excutiat, iam nõ feras modò, sed etiam dęmonas ipsos appellabit. Multa siquidem immanitate pleni sunt, & hostilitate aduersus conseruũ. Dęmones enim adiutores habẽt eos homines, quib⁹ insidiãtur.

Quod

Quod ni adiuuarent ij, plurimum insidiarum in nos ipsis in irritum caderet. Isti verò resistentes, etiam sibi eos quos impetunt, subigere nituntur. Ac neque regni amor est illic, neque gehennæ metus: non pudor hominum, non misericordia, non condolentia: sed impudentia, & violentia, & futurorum omnium contemptio: & fabula ipsis Dei verba videntur esse. Propterea pecuniæ vocantur χρήματα, quasi tu dicas vtilia, vt vtamur quemadmodũ par est, non vt custodiamus. Hoc enim nõ possidere est, sed possideri. Nã si hoc spectemus, vt semper eã augeamus, nõ vt quẽadmodum par est, ipsa fruamur, peruersus est ordo: & illa nos potius habet, non nos illam. Qui pecuniam amat, non solum inimicos non diliget, verumetiam amicos oderit. Neque enim cognationem nouit talis, neque familiaritatis meminit, neque ætatem reueretur, neque amicũ habet quenquã: sed in omnes hostili est animo, & præ aliis omnibus in seipsum, non modò quòd animam suam perdit, sed etiam quòd innumerabilibus curis sese extenuat. Et is quidem qui pecuniam contemnit, modum ponit cupiditati: Qui verò vult ditescere, & plus coaceruare, longè magis eam accẽdit, & nusquam sistit. Verùm etiam si decẽ millia talẽtorum accipiat, alterum tantũ concupiscit. Quod si id quoque adipiscatur, rursus bis tantum appetit: & porrò pergens, etiam mõtes, terrã, mare, & omnia aurum sibi fieri optat, nouam quandam insaniam insaniens, & eam quidem terribilem, & quæ nunquam extingui possit. Nam cum aliis dare iussi, aliena rapiamus, qúænam quæso nobis salutis spes est? Si, quòd non alueris esurientem, puniêre: quam veniam merebere, si vestitum etiam exuisti? Proptereáne igitur auarè agis, & aliena rapis, vt equi frænum multo auro tibi perungatur? itémque culmen domus, & capita columnarum? Quónam * probro hæc digna non fuerint, quando fratrem, quem Dominus tuus tanto honore dignatus est, in innumerabiles calamitates coniicis, vt lapides, & pauimentum, & expertium rationis animalium, ne sentientium quidem ornatum, corpora exornes? Et columna quidem diligenter curatur: homo verò, imò Christus ipse, propter columnam, & quæ dicta sunt omnia, ad extremam famem adigitur. Siue autem solium parare opus sit, siue scabellum sustentandis pedibus, omnia ex auro & argẽto parantur: membro autem Christi, & ei propter quem ille de cœlo descendit, ne necessarium quidem alimentum suppetit, sed omnibus vilior factus est tibi Christus? Quid huiusmodi iniquitate acerbius? Quot flumina ignis huiusmodi animæ sufficiant? cum aliæ quidem animantes cognatas diligant, & naturæ cognatio satis momenti apud eas habeat ad mutuum inter se amorem. At tu innumerabiles amicitiæ causas habens, truculentior illis ostenderis. Ne quæso vtrinque iritemus Deum, nempe & congregantes vnde non oportet, & dispergentes vbi non conuenit. Quánam enim ira dignus non fueris, cùm das meretrici, præteriens pauperem? Nam vt ex iustis laboribus præbeas: nónne reprehensionem res hæc haberet, quòd flagitij mercedem præbeas, & pro quibus punire oporteret, pro iis munereris? Quando autem & pupillos exuens, & viduas iniuria afficiens, alis libidinem, cogita quantus erit talia ausis ignis. Timete, qui pauperibus iniuriam facitis. Habetis vos potentiam, diuitias, & pecuniam: sed habent illi omnium validissima arma, gemitus & lamentationes: & illud ipsum, iniuriam pati, qua auxilium de cœlo attrahunt. Hæc arma domus suffodiunt, fundamenta diruunt, vrbes euerterunt, vniuersas nationes fluctibus obruerunt. Tantam gerit Deus eorum qui læduntur prouidentiam. Magna enim & valida arma sunt, iniuriam patientium hominum gemitus. Reueretur hanc æquanimitatem Deus, cùm malo afficiuntur: neque improbum verbum proferunt, sed gemunt modò, ac deplorant sua mala. Et his quidem fit propitius, de vexatoribus verò sumit supplicium. Fugiamus igitur iniuriam facere, vt propitium habeamus Deum, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seulorum: Amen.

** Mutila hic erat dictio in exẽplari græco, cuius extremo ex vestigio suspicor legẽdum esse αἰσχύνης, quod nos probro vertimus.*

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOmi de Ingluuie & ebrietate oratio, Martino Cromero interprete.

VLtis videamus, quam voluptatẽ quémque honorem habeant diuitiæ? Mensas diuitum atque pauperum expendamus, rogemúsque eos qui edunt, quínam sint maximè, qui pura & germana voluptate perfruantur: iine qui ad dimidiatum diem in stragulis accubantes, cœnas prandiis coniungunt, & ventrem disrumpunt, & sensus obtundunt, & immodico eduliorum pondere nauem, ita vt exhauriri non possit, obruunt, & quasi in naufragio corporis eam demergunt, & pedicas, manuum atque linguæ vincula excogitant, totúmque corpus adstringunt vinculis, ferrea catena grauioribus, ebrietatis inquam & luxuriæ, & neque verum ac syncerum somnum capiunt, neque à terribilibus insomniis liberi sunt, insanientibus miseriores, & vltrò dæmonem animæ suæ adsciscunt, & risus ludúsque caueæ seruorum propositi, neminem eorum qui adsunt cognoscunt: & neque loqui, neque audire queunt, sed inter manus à stragulis in lectum deferuntur? aut qui sobrij & vigilantes, & qui modum necessitate finiunt, maximúmque condimentum famem & sitim habent? Nihil enim adeò voluptatem & sanitatem facit, vt si quis cùm esurit ac sitit, tum demum ea quæ proponuntur attingat, satietatémque sola necessitate metiatur, neque maius viribus onus corpori imponat. Quòd si sermoni meo fidem non habes, contemplare vtrorumque corpora & animum. Nónne moderatè quidem edentium corpora robusta sunt, sensúsque expeditè admodum munus suum explent? Illorum verò flaccida, & quauis cera molliora, & morborum examinibus obsessa? Etenim pedum dolores celeriter eos inuolant, tremórque intẽpestiuus, & immaturum senium, & dolor capitis, & distensiones, & oris contortiones, & appetituũ extinctiones, assiduisque medicis, & continuis medicinis, quotidianáque curatione indigent. Hæcne igitur voluptatis sunt? dic mihi. Quísnam hoc dixerit eorum, qui, quid sit voluptas, norunt? Tunc enim voluptas fit, cùm est fruitio, præcedente concupiscentia. Etenim si fruitio quidẽ sit, concupiscentia verò nulla extet, perit voluptas omnis, & euanescit. Et quemadmodum nauis, quæ maiorem, quàm pro modo suo, mercium vim receperit, oneris magnitudine depressa, submergitur: ita & animus, & corporis nostri natura, si plus alimenti, quàm pro virtute sua, acceperit, obruitur: & pondus mercium non ferens, in profundum internecionis demergitur, nautásque & gubernatorem, &

R iiij proretam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

proretam,& nauigantes,& ipsum denique onus cum A
omnibus perdit. Quemadmodum igitur in illis nauibus, quæ ita disposítæ sunt, non maris tranquillitas, non scientia gubernatoris, non multitudo nautarum, non instrumentorum aptus apparatus, nõ tempus anni commodum, non aliud quicquã ita fluctuanti naui prodest: ita & iis qui luxu affluunt vsuuenit, non doctrina, non exhortatio, non institutio, non consilium, non metus futurorum, non pudor, nõ eorum qui adsunt reprehensio, nõ aliud quicquam denique seruare animum ita fluctuantem potest. Verùm & ad hanc præsentem vitam inutilis fit is qui talis est, & ad omne opus bonum reprobus. Hinc, & non aliunde, grauibus & insanabilibus morbis capiuntur ij, qui in perpetua luxuria viuunt, quíq; ob id in hanc vitam productos se esse arbitrãtur, vt cùm luxuriæ indulserint, ventrémque disruperint, ita saginato corpore, decedant, lautiore mensa è suis carnibus vermi instructa. Etenim tremoribus, liquefactioni, tabi, grauedinibus, pedum doloribus, & aliis compluribus quæ medicorum filij vsurpant, fiunt obnoxij. Venenatis medicamentis nihilo melius constituẽtur mensę huiuscemodi: imò verò, si verè dicendum est, multo deterius. Nã illa quidẽ subitò eum, à quo sunt accepta, sustulerũt, mortemq; sine sensu aduexerunt, ita vt ne hoc ipsum quidem molestia morientem affecerit. Istæ verò vitam innumerabilibus mortibus grauiorem afferunt iis qui ipsas magni faciunt. Atque alij quidem morbi multos habent condolentes: qui verò è luxuria & ebrietate acciderunt, non patiuntur intuentes, ne si velint quidem, iis qui eis detinẽtur, condolere: sed mali quidem exuberantia flectit ad misericordiam, morbi verò causa sciẽtem exacerbat. Neque enim à natura, C
quemadmodum illic, læsi sunt, neque ab hominibus insidiis appetiti, sed ipsi sibi horum morborum opifices extiterunt, vltrò sese in præcipitiũ malorum proiicientes. Non ita scorpius aut serpẽs in viscera cuiusquam insidens quoquouersus inficit, vt luxurię cõcupiscentia omnia peruertit atque perdit. Feris enim illis ad corpus duntaxat procedunt insidiæ: ista verò cum insederit, cum corpore animũ item perdit. Omnium ergo pernicies ista res est, extremúmq; deridiculum, vos ipsos sanitati corporis vestri non parcere. Non dico vt victus asperitati vos detis, si ipsi nolueritis. Quod superfluum est, tollamus: quod extra necessitatem, amputemus. Quam enim meremur veniam, cùm alij ne necessariis quidem rebus fruẽtes, tametsi auctores, quamuis possent, nos autem vltra necessitatem affluentes, iter faciamus? Non videtis, cum qui- D
bus nobis lucta est? Cum incorporeis potestatibus. Quónam igitur pacto caro cùm simus, eos superabimus? Nam si, qui cum hominibus luctatur, temperanter edat necesse est, lõgè magis qui cum dæmonibus. Cùm autem ad corpulentiã, diuitiis insuper fuerimus astricti, qua vi vincemus aduersarios? Nã vt in cithara cum soni fuerint molles & remissi, nec bene intenti, artis quoque præstantia succiditur, neruorúmque vitio seruire cogitur: ita & in corpore, cùm id multã curationem à nobis indeptum fuerit, acerbam seruitutẽ animus perfert. Ne igitur saginemus corpus, neque iners id atque laxum luxuria reddamus. Non dico, vt parco atque aspero victu nos ipsi extenuemus, sed vt tantum cibi sumamus, quantum & voluptatem habeat, veram inquam voluptatem, & alere corpus & obsequens nobis aptúmque ad functiones animi exhibere possit. Nam si qui defecatum vinum bibũt, B
reprehensione non carent: quid dicemus ad eos, qui peregrinationes transmarinas vini causa suscipiunt: quíque omnia mouent, ne quod vitis genus ipsos lateat? quasi rationem reposcendi sint, aut ad extrema supplicia condemnandi, nisi omni genere vini sese ingurgitauerint. Reuera nihil ita amicum est dæmoni, vt luxuria atque edacitas. Quid enim non mali facit luxuria? porcos facit ex hominibus, ac porcis etiam deteriores. Nam porcus quidem in luto volutatur, & stercore pascitur: iste verò abominabiliore, quàm illa est, mensa vescitur, illicitos concubitus excogitans, & exleges amores. Talis nihil differt à lympharo. Ac lympatum quidem miseramur: istum verò auersamur & odimus. Quamobrem? quoniam vltroneam sibi insaniam attrahit, & os, oculos, nares, & omnia prorsus mẽbra peccati cloacas efficit. Quòd si interiora quoque inspicias, videas & animum ipsum tanquam in tempestate & frigore gelatum atque torpentem, ita vt ne scapham quidem propter tempestatis magnitudinem seruare possit. Nam qui ebrietati & ingluuiei mancipati sunt, neque somnum verum & syncerum capiunt, neq; à terribilibus insomniis liberi sunt. Quónam igitur modo absurdum nõ est, expertes quidem rationis animantes nihil vltra necessitatem quærere: homines verò præditos ratione, & imagine Dei cohonestatos, illis etiam minus compotes ratione fieri, mediocritatis fines prætergrediẽtes? Quanto enim melior huiusmodi hominibus asinus est? quanto melior canis? Nam hi quidem, siue edendum est, siue bibendum, finem norunt, id quod satis est, neque vltra necessitatem progrediuntur: etiam si innumerabiles sæpe cogant, non sustinent modum excedere: isti verò his etiam despicabiliores se esse iudicarunt. Quàm multa ab ebrietate hominibus mala accidant, pudet me dicere: sed ipsorum relinquo conscientiæ, vt quæ exactius ea cognita habeat. Quid enim turpius ebrio, temeréque vagante, & graue illud naufragium perferente, ac Dei dona stultorum conuiciis exponente? Multos enim, cùm hæ affectiones acciderint, dicere audio: Vtinam ne fit vinum. O amẽtiam, ô stuporem, aliis peccantibus dona Dei incusas? An enim vinũ, ô homo, malũ illud fecit? non vinum, verùm intemperãtia malè vtentiũ. Dic igitur: Vtinam ne sit ebrietas, nę sit luxuria. Quod si dicis, ne sit vinũ: dices sensim progrediens, ne sit ferrum, propter homicidas: ne sit nox, propter fures: ne sit lux, propter calumniatores: ne sit mulier, propter scortationes: & omnes res denique subuertes. Ne vinum insimules, verùm ebrietatem, & eum qui bono malè vsus est. & sobrium eum nactus, describe cunctam ipsius turpitudinem, & dic ipsi: Vinum datum est vt exhilaremur, non vt turpiter nos demus: vt rideamus, nõ vt rideamur: vt sani simus, nõ vt ęgrotemus: vt imbecillitatẽ corporis corrigamus, nõ vt animi vires deiiciamus. Honorauit te Deus hoc dono, cur te ipse contumelia per intemperantiã afficis? Nã qui in ebrietate & intẽperãtia viuũt, iis in noctis tenebras dies conuertitur, non quòd sol extinguatur, sed quòd ipsorum ratio ebrietate opacetur. Qui se ebrietati dedunt, quanto magis merum sibi infuderint, tãto maiore siti inardescunt, sempérque hausti o sitis sit fomes: & voluptas quidem ad extremum euanescit, sitis verò facta insedabilis, in ipsum ebrietatis præcipitium deducit eos quos captiuos egit. Hinc vel maximè stupescat quis amentiam corũ, qui

qui ebrietati addicti sunt, quòd ne tantum quidem i- A
sti sibi ipsis parcere volunt, quãtum alij parcunt vtribus. Nam hos quidem vini venditores non patiuntur plus æquo capere, vt ne rumpantur: isti verò miserum ventrem ne hac quidem prouisione dignantur: sed cùm eum impleuerint ac disruperint, vsque ad aures, vsque ad nares, vsque ad fauces ipsas replent omnia peranguſtum meatum spiritui, quæ vis animal gubernat, inde comparantes. An enim ob hoc fauces tibi datæ sunt, vt eas vsque ad extremum oris putrido vino aliáque labe expleas? Non ob hoc, sed vt sacras preces sursum ad Deũ mittas, ac diuinas leges legas, proximíſq; conducibilia des consilia. Neq; enim ita vis rapidorum fluminum ripas exedere & subruere solet, vt luxuria deliciæq; omnes sanitatis nostrę munitiones facile subuertũt. Etenim cum auiditate escis inhiare, & corporis vires incidit, & animi fortitudinẽ deprimit & relaxat. Neque hoc solum luxuria affluẽ- B
ti incommodum accidit, quòd distringitur, & ventrẽ suum disrumpit, & corporis pariter atque animi sanitatem succidit: sed etiam illud, quòd celerius præterfluit & subducitur, & ne vnum quidem diem id quod ingestum est, cõtinere potest: sed eo digesto, alia rursus iniicere cogitur. Enimuero non edere malum est, absit: verùm edacitas, & vltra necessitatem implere ventrem, ac disrumpere. Quemadmodum neque moderato vino vti malum est, sed ebrietati sese dedere, & iudicium rationis per intemperantiam euertere. Eiusmodi enim corpori nos implicauit Dominus, quod aliter nequit consistere, nisi sit alimenti particeps: intemperantia modò recidatur. Hoc enim ad sanitatem eius & bonam habitudinem plurimum cõducit, & obsequens id nobis aptúmque ad functio- C
nes mandatorum Christi præstat, vt & præsentem vitam expeditè pertransęamus, & futurorum bonorum potiamur, benignitate Domini nostri Iesu Christi: cui gloria & imperium vnà cum patre & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,
de non contemnenda ecclesia Dei, & mysteriis,
Oratio, Martino Cromero interprete.

DErpauci hic hodie nobis adsunt. Quídnam hoc causæ est? Martyrum memoriam peragimus, & nemo ad nos accurrit, sed prolixius viæ spacium, segniores eos fecit: imò verò non spacium, sed segnitia eos impediuit, quemadmodum etiam nauum, arrectóque animo præditum prohibere nihil potest. Martyres sanguinem suum veritatis D
gratia profuderunt, tu non potes ne breuis quidem viæ spacium pro nihilo ducere? Illi caput posuerunt propter Christum, tu ne paruum quidem spacium vis accurrere propter Dominũ? Dominus tua causa mortuus est, & tui ipsius causa cunctaris? Memoria martyrum fit, & tu segnis & supinus iaces? Congruum est vt adsis, & videas diabolum vinci, martyrem vincere: Deum celebrari, ecclesiam coronari. Atenim peccator sum, inquit, neque possum accurrere. Quãdoquidem peccator es, accurre, vt iustus fias. Quinam verò homo sine peccato est, dic mihi? An nescis, quòd & illi ipsi qui altari assident, peccatis affixi sunt? Carne enim amicti & corpori implicati sunt. Quin & nos ipsi qui in solio sedemus, ac docemus, peccatis implicati sumus. Sed non desperamus de diuina benignitate, neq; immanitatem ipsi affingimus. Propter- ea nanque ipsos etiam sacerdotes affectionibus seruire fecit Deus, vt iis quæ ipsi patiuntur commonefacti, aliis etiam ignoscant. Quãtus igitur hic fuerit stupor & incogitantia: quòd si citharœdus, vel saltator, vel alius quispiam eiusmodi hominum nos vocet, studioſe omnes currimus interim, & gratiam ipsi, quòd nos vocarit, habemus, totúmque diem, aut certè dimidium consumimus, illi soli animum aduertentes? Deo verò per prophetas & apostolos nobiscum loquente, oscitamus, torpemus, & æstuamus? Et in circo quidem, culmine, quod à cœli hunc iniuria muniat, non superposito, complures largis imbribus decidentibus, & vento aquam in ora sufflante, stant insani, & in frigore pluuiáque viæ prolixitatem paruipẽdunt, neque quicquam eos vel domi continet, vel illum adire vetat: ad ecclesiam verò quominus eamus, pluuia nobis atque lutum impedimẽto est? Ac si quidem rogetur quis, quisnam sit* Amos, aut Abdias, sive qui sit numerus prophetarum, vel apostolorum, ne hiscere quidem potest: † pro equis verò, & aurigis, & sophistis, & oratoribus defensiones artificiose componit: & quónam pacto quæso hæc tolerabilia sunt? Admonui sæpenumero, non esse ascendendum in theatrũ audisti, nec paruisti orationi meæ: ne pudeat te rursus ingredi, & audire. Audiui, neque tamen seruaui, inquis. Quomodo possum ingredi & audire? Interim intelligis te non seruasse, interim te puder, interim erubescis: interim nemine arguẽte frenum adhibes: interim orationem meam certam & infixam retines: interim me non comparente, doctrina mea te purgat. Non seruasti? magis ingredere, vt cùm rursus audieris, serues. Medicamentum si tibi adhibeatur, nec te purget, nónne altera die rursus idipsum adhibes? Sit quispiam incisor arborum, ô homo, velítque quercum incidere, accipit ascíam: deinde radicem incidit. quod si vno ictu arbor non concidit, nónne & alterum ictum addit? non quartum? non quintum? non sextum? nõ decimum? Itidem tu quoque facito. Hæc dico, non vt segniores reddam, sed vt minus ignauiores efficiam. Ingressus es in ecclesiam, ô homo, dignatus es Christi consortio: ne exeas, nisi dimittrare. Nam si ante missionem exieris, perinde ac fugitiuus rationem reposcẽris. Totum diem in iis rebus quæ ad corpus spectant, insumis: & duas horas spiritualibus non vacas? Ad theatrum sæpe abis, neque inde discedis, donec dimittaris: & in ecclesiã ingressus, priusquam diuina mysteria peragantur, exibis? Time eum qui dixit: Qui contemnit rem, contemnetur ab ea. Ac regi quidem cum adstas, ne ridere quidem omnino audes: omnium verò Domino cum adstiteris, non stas pauidus treménsque, sed rides, ipso sæpe irascente? Non cogitas, quòd hoc facto, multo magis quàm peccatis ipsis, eum iritas? Neque enim vsque adeò peccantes, vt eos qui post peccatum non anguntur, auersari solet Deus. Quid agis, ô homo, in ecclesia stans? formas mulierum curioſè contemplaris? Non perhorrescis, tanta iniuria templum Dei afficiens? Lupanar tibi esse videtur ecclesia, & foro ipso despicabilior? Nam in foro quidem metuis, & erubescis videri mulierem curioſe contemplari: in templo verò Dei, ipso recum loquente, déque his comminãte, talia audes, eo ipso tempore, quo audis hæc facienda non esse? Et non perhorrescis, neque de statu mentis deiiceris, officinam iniquitatis cor & oculos tuos faciens? Præstaret huiuscemodi oculos cæcos esse, quam

* *Exesum hic fuit ex emplar.*
† *vel, at ea quorũ ex aurigarũ recensum quam sophistæ & oratores artificiosius agit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm ad hos vsus accommodari. Cogita, prope quẽ
A astiteris, ô homo, in sacro illo & horrendo sacrificio,
cum quibus Deum sis inuocaturus: cum Cherubim,
cum Seraphim, & cum aliis cœlestibus virtutibus.
Reputa, quósnam gregales & canendi socios habeas.
Sufficit hoc tibi ad attentionem animi excitandam,
cùm perpenderis, te corpore circumseptum, & carni
implicatum, vt cum incorporeis virtutibus commu-
nem omnium Dominum concelebres, assecutum es-
se. Ne igitur dissoluto animo sacris, & laudibus illis
Dei arcanis communica, ne de vitæ huius commodis
per illud tempus cogita: verùm terrenis omnibus co-
gitationibus eiectis ex animo, & ad cœlum totus ere-
ctus, perinde ac si prope ipsius solium gloriæ adsta-
res, & cum Seraphim volares, ita Deo sanctam per
omnia laudem offer. Propter hoc enim honestè tem-
pore diuini sacrificij stare iubemur, vt cogitationes
humi repentes erigamus, vt languore, quem ex vitæ
B huius negociis contraximus, excusso, rectum coram
Deo animum nostrum exuscitare possimus. Non e-
nim de corporis manibus atque genubus dicit, (ne-
que enim cum cursoribus aut pancratiastis loquitur:)
sed interiorum cogitationũ vires tentationibus pro-
stratas, exuscitare his verbis iubet. Diuinæ enim cõ-
munionis tempore, fratres non soli homines maximè
horrendum illum clamorem vociferantur, sed & an-
geli procumbunt Domino, & archangeli canunt. Na-
cti sunt enim tempus opportunum, & oblationem si-
bi auxiliantem. Et quemadmodum homines ramos
olearum recisos regibus protendunt, per stirpem il-
lam, misericordiæ & humanitatis ipsos admonentes:
ita sanè & angeli tunc, pro ramis olearum ipsum cor-
pus Domini protendẽtes, Dominum pro natura hu-
mana precantur, tantum non dicentes: Pro his roga-
C mus, quos tu ipse prior ita dilexisti, vt animam tuam
dares: pro his supplices preces profũdimus, pro qui-
bus ipse sanguinem profudisti: pro his precamur, pro
quibus corpus hoc hostiam obtulisti. Nam quid ec-
clesia Dei potentius esse potest? Ne mihi mœnia &
arma dicas. Hæc enim tempore veterascunt: eccle-
sia verò nunquam senescit. Mœnia barbari destruunt,
ecclesiam verò ne dæmones quidẽ superant. Et quod
non ad inanem speciem hæc dicantur, res ipse testan-
tur. Quàm multi oppugnarunt ecclesiam, atque ipsi
quidem oppugnatores perierunt: hęc verò supra cœ-
lum ascendit. Tanta magnitudine prædita est eccle-
sia: cum oppugnatur, vincit: cum appetitur insidiis,
superat: cum afficitur iniuria, splendidior euadit. Vel-
lem igitur scire, quibus rebus operam impendant isti,
qui communionem negligunt, quíque sacra hac mẽ-
sa sese abstinẽt. Imò verò scio. Aut enim de absurdis
& ridiculis rebus colloquuntur, aut vitæ huius solici-
tudinibus affixi sunt: quorum vtrorumque studium
venia caret, extremámque meretur animaduersionẽ.
Ac de priore ne verbis quidem opus est, neque de-
monstratione. Quod autem neque iis qui rem fami-
liarem, & intolerabilem necessitatem inde orientem
nobis prætendunt, veniã consequi possint, propterea
quòd non pluris faciant spiritualia quàm terrena,
cuiuis manifestum est. Quínam enim famulus, quæ-
so, rei suæ domesticę curam egit vnquam priusquam
herile ministerium expleuerit? Quomodo igitur ab-
surdum non est, inter homines quidem, vbi nudum
& inane nomen dominatio est, tantùm reuerentiam
& obedientiam dominis exhibere? eum verò, qui ve-
rè non modò noster, sed & superarum virtutum Do-
minus est, ne eo quidem ipso, quo conseruos nostros
dignamur, cultu dignari? Vtinam quidem fieri posset,
vt illorum animum oculis vestris ostenderem: vide-
retis sordescentem, squalentem, profligatum, deie-
ctum, atque diffidentem. Vtinam fieri posset, vt cor-
da eorum qui communione sese abstinent, aperire-
mus: vtinam possetis vos in conscięti am ipsorum pe-
netrare: tunc sanè videretis, quàm multis vulneribus
referti sint, quàm multas spinas habeãt. Nã quemad-
modũ terra, nisi agricolarũ manibus colatur, horre-
scit & syluescit: sic & animus spirituali doctrina desti-
tutus, spinas & tribulos producit. Nã si nos qui quoti-
die Apostolorum & prophetarum auscultationi in-
tendimus, & assidua carmina de sacris scripturis de-
sumpta affectionibus nostris occinimus, vix tamen
excandescentem animum continemus, vix iram fre-
namus, vix inuidiæ tabem eiicimus, vix sedamus con-
cupiscẽtiam, vix impudentes feras coercemus: quam
spem salutis habebunt illi, qui hac medicina non v-
tuntur, neque diuinam doctrinam audiunt? Multi se-
mel in anno mysteriorum fiunt participes, alij bis,
alij crebrò. Quos igitur de his probabimus? eos qui
semel? an qui crebro? an qui ratius? Neque qui semel,
neque qui crebrò, neque qui rarò: verùm eos, qui cũ
pura conscientia, cum puro corde, cum irreprehensi-
bili vita. Huiusmodi qui sunt, semper accedant: qui
minus, ne semel quidem. Iudicium enim sibi ipsi acci-
piunt, atque damnationem. Vt enim alimentum na-
tura alendi vim habens, si in eum qui malè cõcoquit,
incidat, omnia destruit atq; corrumpit, & morbi oc-
casionem præbet: ita sanè & horrenda illa mysteria.
Mensa spirituali frueris, mensa Regia, & rursus luto
C te inquinas? corpus vnguento vngis, & rursus fœtore
id reples? Putas tibi sufficere ad peccatorum vniuersi
temporis purgationem, si anno vertente communio-
ne participas, & rursus post septimum diem ad prio-
ra te refers? Age, dic mihi, si cum à diuturno morbo
ad quadragesimum diem valuisses, ad illas res, ex qui-
bus morbum contraxeras, te rursum referres, nónne
& priorẽ laborem perderes? Quòd si mutantur natu-
ralia, multo magis spiritualia, vel (vt absolutè dicam)
ea quę selectionis & arbitrij nostri sunt. Ac si quidem
corpus ægrotat, ne communibus quidem cibis vesci-
tur. Tanta verò grauceolentia in animo cùm sit, my-
steriorum particeps esse audes? Dic mihi, quam ve-
niam consequeris? Ait enim diuinus Apostolus: Qui 1. Cor. 11.
manducat & bibit indignè, reus erit corporis & san-
guinis Domini: hoc est, eandem pœnam dabit, quod
D supplicium luent ij qui Christum cruci affixerunt.
Quemadmodum enim illi iugulatores rei sunt san-
guinis, ita & hi qui indignè mysteriis participant. Si-
cut enim, siue quis distrumpat regiam purpuram, siue
luto contaminet, ex æquo contumelia regem qui eã
induit, affecerit: ita hîc quoque, & qui peremerunt
corpus Domini, & qui impuro animo id acceperunt,
iuxtà ludibrio habent atque qui regium indumen-
tum. Ac Iudæi quidem cruce id diffuerunt: qui ve-
rò impuro animo accipit, contaminat. Quocirca
etsi diuersa peccata sunt, at par cõtumelia. Hoc mul-
tos pupugit, hoc multos perturbauit, momordit au-
dientium conscientiam: imò verò non modò audien-
tium, sed & meam ipsius qui dico, prius quàm vestrã.
Communis enim hæc doctrina est: communia vulne-
ra, ideóque communia medicamenta appono. Hoc

diuinæ

diuinæ benignitatis opus extitit, vt & qui dicit, & qui
A audit, iisdem legibus subiaceant: eadem natura parti-
cipent: ex æquo obnoxius sit, quisquis transgreditur.
Quamobrem? vt moderatè increpet, vt pronus sit ad
ignoscendum peccantibus: vt in memoriam imbecil-
litatem suam reuocans, ne intolerabiliter corripiat.
Si quem igitur ex iis qui tecum congregantur, scor-
tantem, & ad mysteria accedentem videris, dic eo-
rum dispensatori: iste mysteriis indignus est, prohibe
profanum sacris. Nam si talis dignus non est, qui iu-
sta facta Dei enarret, cogita, quantopere augescet illi
supplicium, si sacram etiam mensam attingat. Neque
verò ipsi tantum, sed tibi etiam præumbranti. Ne-
que enim dixit, & adulteriũ patrabas: sed, Cum adul-
teris portionem tuam ponebas. Papæ, quantum ma-
lum est occultare aliorum putredines. Socium enim
te ait esse supplicij, quod illi delicto debetur. Et me-
B ritò. Ille enim affectionem dicere habet, tametsi non
meretur veniam hic prætextus: tu verò ne hoc qui-
dem habes. Quam igitur ob causam, cum voluptate
non fruaris, pœnæ te facis socium & participem? Sed
quoniã acrius eos qui indignè diuinis mysteriis par-
ticipant, pupugimus: operæprecium est, vt ad vos
quoque, qui ministratis, sermonem deinceps conuer-
tamus, vt multo cum studio dona hæc dispensetis.
Neque enim parua vobis pœna impendet. Nam si
scientes aliquem esse improbum hac mensa partici-
pare eum permittatis, sanguis eius è manibus vestris
exquiretur. Siue is dux exercitus, siue prefectus equi-
tum sit, siue ille ipse qui diademate circundatus est, si
indignè accedat, prohibe. Maiorem Dominum ha-
bes: caue ne irrites Dominum tuum, non expurgans
corpus huius. Ne gladium alimenti loco porrigas.
C Verùm, etiã si ille imbecillitate adductus venit vt ac-
cipiat, prohibere ne metuas. Metue dominum Deũ,
non hominem. Si hominem metueris, & ab eo ipso
irrideberis, & illum iritabis. Sin Deum, & hominibus
venerandus eris, & Deo charus. Quòd si ipse non au-
des, ad me adduc. Non patiar eum hæc audere: ani-
ma deficiar prius, quàm sanguinem Domini præter
dignitatem porrigam: & meum ipsius sanguiné pro-
fundam prius, quàm sanguinem tam tremendum, se-
cus quàm conuenit, porrigam. Melius est enim mul-
to, vita priuari propter Deum, quàm propter vitam
ipso Deo. Quem decet gloria, imperiũ, honor & ado-
ratio, nunc & semper & in secula seculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO-mi oratio de Anima, Martino Cro-mero interprete.

QVI bonis operibus nitent, fidem verò in
Deum ignorant, similes esse videntur reli-
quiis mortuorum: quæ pulchrè quidem ve-
stitæ sunt, sed sensum pulchrorum nullum habent.
Nam quod operæprecium est homini, mortuam, &
bonis operibus vestitam habere animam? Opera spe
præmij coronarúmq; fiunt. Quòd si non nouisti præ-
fidem certaminis, qua de re certas? Quemadmodum
enim hominibus prius est vt viuant, deinde vt nutriã-
tur: sic vitæ nostrę præire spes in Christum debet, nu-
triri verò etiam bonis operibus eam oportet. Contin-
git enim sæpenumero, vt is qui non nutritur, viuat:
qui verò non viuit, ne nutritur quidem omnino. Et si-
ne fide quidem opera iustitiæ facientem vixisse, re-
gnóque dignatum esse, ostẽdere quenquam non po-

tes. Nemo enim sine fide vixit: at verò latro, cùm cre-
didisset modò, iustus factus est. Ne enim mihi dixe-
ris, eum vitæ instituendæ tempus accommodatum
non habuisse. Nam si fidei superstes fuisset, operáque
neglexisset, salute excidisset. Habebat & Cornelius
de eleemosynis & precibus testimonium, sed Chri-
stum non nouerat. Et quoniam cernebat oculus veri-
tatis, ipse magnus iudex, pulchra quidem esse opera,
sed mortua, fidem non habentia, mittit præmium o-
peribus parantem angelum, vt pulchrè certantem fi-
de coronaret, quemadmodum ait ad ipsum: Corneli, Act. 10.
preces tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderũt in memo-
riam in cõspectu Dei. Si igitur exauditæ sunt preces,
& susceptę eleemosynę, quid mihi reliqui est ad iusti-
tiam? Sed mitte, inquit, Ioppen, & accerse Simonem
cognomento Petrum, qui cùm venerit, loquetur tibi
verba, in quibus saluus fies tu, & vniuersa domus tua.
B Si igitur ex iis quæ dicit Petrus, saluus fit ipse, domúsq;
ipsius, nequaquam adhuc ex operibus salutem
habebat, quoad fides operibus ipsius præmium para-
uit. Fertur etiam exterorum philosophorum quis-
piam, splendidam domum, multo auro splendentem,
multóque marmorum & columnarum ornatu coru-
scantem, ingressus, cùm & solum tapetibus instratum
vbique cerneret, in faciem domini domus insp uisse:
deinde appellatus, dixisse, propterea se faciem illius
contumelia affecisse, quòd nusquam alibi in domo il-
la id facere liceret. Vides quàm sit ridiculus, qui cul-
tui exteriori nimiopere studet, & apud omnes qui
mentis compotes sunt, contemptibilis? Et meritò sa-
nè. Nam cùm parietes quidem, & solum, aliáque om-
nia accuratè exornes: animam verò sordidatam, ple-
nam vulneribus, ab innumerabilibus canibus lacera-
tam, negligas, quod non supplicium quæso expen-
des? Pecuniã enim si perdas, poteris dare pecuniam:
si domum, si mancipia, siue quid aliud de his quę pos-
sides: animam verò si perdas, non poteris aliam ani-
mam reddere: verùm etiamsi mundum habeas vni-
uersum, etiam si rex sis orbis terrarum, vt quidẽ om-
nia quæ sunt in orbe terrarum, pariter cum ipso orbe
terrarum conferas, nõ poteris emere vnam animam.
Nam si in corpore, vt sanè innumerabilibus diade-
matibus redimitus sis, corpus verò natura morbidum
& insanabile habeas, etiamsi regnum totum impen-
deris, vt etiam innumerabilia corpora & vrbes & pe-
cunias adiicias, non poteris corpus corrigere: quan-
to id magis in anima? Omnia nobis duplicia dedit
Deus, duos oculos, duas aures, duas manus, duos pe-
D des: vt, si alterum horum læsum sit, altero indigentiã
releuemus. Animam verò vnam nobis dedit: quam si
perdiderimus, quónam * viuemus? Anima nanque a- *ἐμβ δό-
uaritia semel capta, non facile, neque expeditè recu- μεθα fuis
sabit & facere & dicere quicquam, quod Deum iri- in græco e-
tet: quippe quæ alterius domini serua facta sit, & eius xẽplari, ab
quidem, omnia contrà ac Deus imperantis. Anima sumptis ca
cùm semel salutem suam desperauerit, nusquam desi- rie mediæ
stit ab insania: sed habenis salutis suæ remissis, brutis literis. vi-
cupiditatibus quoquouersum circunfertur, & obuiã de an ἐμ-
venientibus non cedit, subterfugiẽtibus omnibus, ac βιωσόμε-
nemine audente retinere: sed omnia vitij loca percur- θα, quod
rit, donec ad extrema interitus profũda delata, suam nos viue-
ipsius salutem det in præceps. Nam sicut sus in luto mus, reddi
esse volutans delectatur, ita & anima praua consuetu- dim°: aut
dine implicata, ne sentit quidem peccatorum fœto- ἐμβιβα-
rem: & vt terra non irrigata, etiam si quis innumera- σόμεθα,
bilia sit legen-
dum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilia semina iaciat,non potest spicas producere:ita & anima,nisi diuinis scripturis prius illustretur, etiam si quis innumerabilia verba effundat,non potest fructũ vllũ exhibere. Et vt terra nisi seminetur & plantetur, herbam solam profert:ita & anima vbi quid rerũ necessariarum,quod agat,non habet. Quum enim nihil agere prorsus non possit,agendi cupida,prauis negociis sese dedit. Et sicut in corporibus ij qui vulnera negligunt, febres & putredines & mortem sibi pariunt:ita & in animis,qui ad parua peccata conniuẽt, maiora inducunt. Propterea è terra nobis corpus dedit Deus,vt id etiam ad cœlum educamus,non vt per id animam etiam in terram detrahamus. O rem mirandam. Quomodo omnes præsentibus rebus inhiãt, & futurarum intelligentiam nunquam accipiunt, sed in corporeas quidem voluptates iugiter feruntur,animas verò fame tabescere sinunt. Et cùm innumerabilia quotidie vulnera accipiant, nunquam sentiunt in quibus sint malis: sed corpus quidẽ exquisita diligẽtia curant,animam verò negligunt squalentem & sordentem, & innumerabilibus affectionibus perturbatam: & quod grauius est, quòd post multos sudores & labores,ne mortale quidem corpus hoc morte superius efficiunt,sed & immortalem illam cum mortali hoc æternis subiiciunt pœnis. Quocirca magnopere deplorans animis hominum circumfusam dementiam,crassámque caliginẽ obtensam, vellem speculã aliquam exeelsam inuenire, quæ mihi omnia genera hominũ cernenda subiiceret:vellem autem & vocem indipisci, quæ ad extremos fines circunquaque personaret,& omnibus,qui super terram viuunt, sufficeret:& stare & vociferari, Dauidicáque illa voce exclamare,Filij hominum quousque graui corde? Quã
Psal.4. igitur defensionem habebimus, die mihi? quam veniam?cùm corporis quidem ægrotantis,vbi & argentum expendendum est,& medici accersendi,& dolor magnus perferendus, tantam curam habeamus: animam autem negligamus,præsertim neque argentum expensuri,neq; negocium aliis exhibituri,neque dolores subituri: sed absque his omnibus, selectione & voluntate sola corrigere nos ipsi valentes, & exactè scientes, quòd nisi id fecerimus, extremum luemus supplicium, & irrecusabiles cruciatus atque pœnas. Et quemadmodum qui carcerem inhabitant,semper quidem in anxietate ac doloribus sunt, sed maximè eo die quo sunt educendi,& ad ipsas fores iudicantis ducendi,& ante cancellos stantes, iudicantísque vocem intus audientes,metu suffocantur, & nihilo meliore sunt specie quàm mortui: sic & anima, & ipso quidem peccati tempore maximè affligitur & premitur,sed multo magis,quando hinc auulsa, ad rationes illic reddendas, & ad terribile illud iudicium abduci debet. Propterea sępe refugit, & introrsum recedit, metuit,& exhorrescit,cùm è carcere euolatura est. Tunc enim siue quis rapuit,siue auarè quæsuit, siue iniustè inimicus cuiusquam fuit, siue quid aliud improbum designauit,vniuersus peccatorum chorus renouatur, & oculis sese offert, státque acerbus conscientiæ accusator. Ideo & animam nacti sumus immortalem, & corpus erit immortale, vt infinitis bonis fruamur. Quòd si terræ affixus fueris,cùm cœlestia proponantur,cogita quanta contumelia donantẽ afficias, cùm ille quidem supera tibi porrigat: tu verò non magnã eorum rationem ducens, terram commutes cœlestibus. Quæ vtinam omnes adipiscamur, gratia & be-
A nignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potestas in secula seculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de humilitate animi Oratio, Martino Cromero interprete.

QVm peccatum cum animi humilitate coiuerit, ita expeditè currit, vt iustitiam cum arrogantia copulatam superet & anteuertat. Quod si iustitiæ ipsam (humilitatem inquam) iunxeris,quò non euadet? quos non transcendet homines?apud ipsum planè regium tribunal assistet in medio angelorũ,cum magna fiducia. Quòd si ij qui peccata sua confitentur,tantam sibi fiduciam conciliant: quas non adipiscentur coronas ij,qui cùm multorum sibi bonorum conscij sint, animum tamen suum humiliant? Quare vt decies millena sursum extruas, vt
B eleemosynam,vt precationes,vt ieiunium,vt omnem virtutem,nisi hanc prius fundamẽti vice ieceris, omnia abs re, frustráque superstruentur. Nihil est enim, nihil in nostris rectè factis, quod sine ea stare possit. Sed siue temperantiam dicas, siue virginitatem, siue pecuniarum contemptũ, siue quid aliud, omnia sunt impura, detestanda, abominabilia, si absit humilitas animi. Propterea nanque ex duabus substantiis nos Deus condidit,vt cùm superbia quidem elatus fueris, reprimat te carnis vilitas: cùm autem degener quid & indignum dato tibi diuinitùs honore cogitaueris, animi nobilitas te ad cœlestium virtutum æmulationem subleuet. Magnum enim bonum est, cognationem suam considerare, & nosse vnde constiterimus. Etenim sufficiens doctrina est,naturæ contemplatio: quippe quæ possit omnes perturbationes reprimere,
C tranquillitatémque in animo facere. Reputa tecum naturam tuam & fabricam: & satis id tibi est, vt perpetuò te reprimas. Conformatus est è terra Adam, sed nesciebat quomodo cõformatus esset. Non enim oportebat eum testem adesse eorum quæ fiebant, vt ne aduersus Deum sese erigeret. Nam si tanta humilitate septus, erigit sese, & ignorat eum à quo conformatus est: quis eius superbiæ immodestiam caperet, si accepisset id quod supra naturã est? Propterea Deus cùm hominem conformaret,& virtutes magnas operi illi indidit,& humilitates multas, vt propter virtutem quidem inditam, opificis gratia admirationi esset: propter humilitatem verò, spiritus hominum reprimerentur. Dedit ei linguam loquẽtem,Deum laudantem,diuina canentem,interpretantem pulchritudines creaturæ. Differit de cœlo terráque parua ca-
D runcula lingua, ne duorum quidem digitorum mensuram habens. Sed quid dico digitorum? ne extremi quidem vnguis: sed extremum illud paruum loquitur de cœlo & terra. Et ne magnum quid se esse putet, & supra naturam suam sese erigat, sæpe & tumores ipsam implicant, vt discat quòd mortalis de immortalibus loquitur: debétque nosse, qúænam virtus sit eius quem prædicat, quæque imbecillitas prædicantis. Dedit ipsi oculum,paruum illud granum, quo creaturam omnem perspicit. At ne visu creaturã omnem comprehendens, erigat sese, sæpe & lippitudines,& pelliculæ,& lachrymæ,quæque alia visum turbant,ipsi innascuntur, vt ex imbecillitate quidem sese nouerit,ex opificio verò artificem diuinis laudibus celebret. Si igitur talem imbecillitatem homo circumferens, ita vilitatis suæ obliuiscitur, vt etiam aduersus

uersus opificem insolescat: quis eum tulisset fastu sese
A efferẽtem,si hac imbecillitate omnino caruisset? Cogita homo, in cuius societatem te ingeris, cum inflaris,& arrogantia te erigis, & cum te hospitem curare pudet. At quónã id modo fieret, inquit? Si qui enim honesto sit loco natus,& illustris,& splendidus,& nobilis, ipsémne hospitis lauabit pedes? Nónne turpe id esset? Imò non lauare,magis turpe est. Nam vt decies millies nobilitatem suam extollat,& claritatẽ & splẽdorem, eiusdem certè naturæ particeps est cum eo qui lauatur,& conseruus est eius quem curat,parísque dignationis. Cogita,quísnam discipulorum pedes lauit, & define de nobilitate disserere. Cogitemus naturam nostram,reputemus peccata, discamus qui simus, & satis est nobis ad humilitatis materiam. Hic enim maximè sese nouit,qui nihil se esse putat. Nihil enim Deo tam charum est,quàm in extremis sese nu-
Matth.11. merare. Venite enim, inquit, discite à me, quod mitis
B sum,& humilis corde. Nisi enim mitis essem, cum regis sim filius,seruámne matrem elegissem? Nisi mitis essem,inaspectabilis & aspectabilis substantię opifex, ad vósne peregrinatus essem? Nisi mitis essem,præsepísne paupertatem suscepissem,vniuersæ creaturæ diuitias obtinẽs? Nisi mitis essem,dorsúmne meum flagris pro captiuis præbuissem? Quid? id quod maius est,non dico. Nisi mitis essem,cum alij pati deberent, egóne qui nihil debebam, mortis debitum pro ipsis exoluissem? Ita mitis & humilis sum,vt me seruis meis supplicare non pudeat. sed malo obsecrare, vt ne punire cogar. Cùm igitur cogitatio tibi obrepserit, vt de humilitate animi te ipse admireris, cogita Dominum tuum,quò descenderit: & iam te ipse non admiraberis,neque laudabis,sed deridebis, quasi qui nihil feceris. Humilis es, & omnium hominũ humilimus, ne ob id magnificè de te sentias, neque exprobres aliis,& non perdes gloriam. Propterea te humilias,vt superbiam euites. Si igitur per humilitatem in superbiam incidas,melius fuerit,nõ humiliare temetipsum. Mansuetudo enim dicitur,non quando quis à potente affectus iniuria, fert placidè: sed quando etiam ab his qui inferiores vidẽtur esse,læsus,cedit. Vide enim Dei benignitatem, & cuiusmodi curam erga seruos suos ostendat. Cùm enim Isaac à rege Gerarorum &
Genes.26. indigenis iniustè suis laboribus arceretur, non indignatus est, neque pusillanimem sese ostendit, neque intra se vociferatus est: neq; dixit, quia ius habeo frui puteis,an ne destitutus sum ope superna? ánne prouidentia Domini orbatus sum? Nihil huiusce modi neque cogitauit, neque ratiocinatus est: sed moderatè tulit omnia, eóque plus auxilij supernè consecutus est. Apparuit enim ei Dominus nocte illa, dixítque: Ego sum Deus Abraam patris tui. Ne timeas. Tecum enim sum,& benedixi tibi. Volens enim iustum reconcillare,apparet ipsi,dicítque: Ego sum Deus, qui patrem tuum celebrem feci,& in tanta claritate constitui,& peregrinum indigenis splendidiorem feci. Ego sum ille,qui talia illi incrementa præstiti. Ne ergo timeas. Tecum enim sum, & multiplicabo semẽ tuum, propter Abraam patrem tuum. Multa enim obedientiæ præmia ipsi debeo. Hęc vbi audiuit iustus ille,bono deinceps fit animo. Qui enim dixit, Tecum enim sum, & benedicam tibi,& multiplicabo semen tuum: hic & splendorem donauit. Vide quanta fit vis humilitatis. Qui enim dudum exagitauerant, nunc venientes ad iustum illũ,non modò non defendunt quę du-
dũ fecerãt,& veniã petunt,verùm etiam laudibus celebrant. Quis enim esset eo fortior, qui Deum secum habebat? Cernentes enim inquiunt: Vidimus quòd Deus tecum sit. Videamus autem quomodo & huius filius Iacob,cùm persecutioni cederet, peregrinatur. Neque enim paruum inde quoque fructum decerpemus. Proficiscente enim illo in Haran, occidit sol, & sumpsit de lapidibus loci illius,& posuit subter caput suum,& cubuit. Vides ineffabilem philosophiam? vides quomodo antiqui peregrinabãtur? Vir domi magna cura indulgentiáque enutritus, sumens lapidem posuit subter caput suum. Vide pueri virilem animũ: lapide in loco ceruicalis vtebatur, & humi dormiebat,& ob id Domini aspectu dignatus est. Et ait: Ego sum Deus Abraam, & Deus Isaac patris tui: Ego & principem illum generis,& hunc patrem tuum ad tãtam claritatem euexi. Ne metuas ergo,sed crede,quia
B ego sum,qui & illis promissa præstiti, & te mea prouidentia dignatus sum. Et nunc tecum sum,custodiẽs te in hoc omni itinere, quocunque proficiscẽris. Ne putes,inquit,solum te iter facere: me habebis comitem, me habebis custodem in omni itinere. Tecum enim sum. Si igitur humilis esse vis,nõ verbis,nec habitu solum,sed & re & voce virtutem hanc præ te feras. Et ne sis aduersus hunc quidem humilis,aduersus illum verò insolens: sed in omnes humilis,siue amicus sit,siue inimicus,siue magnus,siue paruus. Hæc enim est humilitas animi. Licet enim humilem esse, simul & facile iritabilem & iracundum: sed nullo operæ precio. Sæpe enim ira correptus,omnia perdidit. Nã veram humilitatem animi hinc discere licet animum aduertentibus. Cùm venisset Iesus Capernaum, ac-
C cesserunt ad Petrum ij qui didrachma accipiebant, dixerúntque: Præceptor vester non pendit didrach- *Matt.17.*
mum? Et vide. Ad ipsum quidem Christum adire ausi non sunt,sed ad Petrum. Ac ne ad hunc quidem magna cum vehementia,sed modestius. Neq; enim poscentes,sed interrogantes dicebant: Præceptor vester non pendit didrachmum? Necdum enim conuenientem de eo habebant opinionem, sed quasi de homine sentiebant,nisi quòd reuerẽtiam quandam & honorem ipsi exhibebant, propter peracta signa. Quid igitur Petrus? Etiam, inquit. Et his quidem, soluere eum: ipsi verò,non dixit: fortasse quòd puderet eum de his ipsum compellare. Quid igitur,qui omnia exactè nouit Deus? Anteuertens eum, inquit: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus tributum vel censum accipiunt? à filiis suis,an ab extraneis? Ab ex-
D traneis, inquit. Dicit ei Iesus: Num igitur immunes sunt filij? Ne enim existimaret Petrus, quod ab illis audisset eum dicere,anteuertit eum, cùm hoc ipsi aperiens, tum fiduciam præbens, ambigenti prius de his dicere. Quod autem dicit, huiusmodi est: Immunis equidem sum à dando censu. Si enim reges terræ à filiis suis non accipiunt,sed à subditis: multo magis me immunẽ esse oportet ab hac exactione, cùm sim non terreni regis,sed cœlestis filius,atque Rex. Et his dictis,inquit: Verùm vt ne offendamus ipsos,vade ad mare,iace hamum,& piscem qui primus hæserit,tolle,& inuenies in ipso staterem,eum sublatum da ipsis pro me,atque pro te. Vide quomodo neq; detrectat tributum, neque simpliciter dare iubet: sed cùm primùm ostendisset,nõ debere se, tum demum dat. hoc quidem faciens, ne illi offenderentur: illud verò, ne hi. Neque enim,quasi qui deberet,dat,sed vt infirmi-

tatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem illorum corrigens. Sed qua de re non ex repositis dare iussit? Vt in hoc etiam vniuersorum se Deũ ostendat,& quòd mari dominetur. Neque enim paruum erat,illum prædicere futurum esse,vt ex profundo primus incideret,qui tributum penderet, piscis,& quasi reti in profundum illud immissum iussu eius educi eum,qui staterẽ ferret,& facere, vt ita mare dona afferret,& vndique subiectionem ipsi ostẽderent. Si igitur magnum vis ostendere rectè factum,ne magnificè de te sentias,& tũc maius id effecisti. Nam si, cùm peccatores sumus, & hoc nos esse putamus quod sumus, iusti efficimur, quemadmodum publicanus: quanto magis, cùm iusti sumus, & peccatores nos esse arbitramur? Nam si dixeris te ipsum probum, factus es inutilis, etiamsi probus fueris. Vt enim superbis nouit Deus resistere, ita gratiam dare humilibus, quia ipsum decet gloria, & imperium, in secula seculorum: Amen.

Iac.4. 1.Pet.5.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de aduersa valetudine, & medicis, Oratio, Martino Cromero interprete.

CVm in aduersam valetudinem incideris ô homo, recordare corporis Iobi,& sanctæ illius carnis: sancta enim erat, & pura. Nam quis ita ægrotauit vnquam? quis tantam plagam accepit? alterúmve qui acceperit, vidit? Non est quisquam, non est. Paulatim corpus eius consumebatur, & vermium fontem ipsi è membris vndiq; exscaturiebat, erátque perennis hic affluxus, & multus vndequaque fœtor,& corpus paulatim fathiscens: talique liquescens putredine, insuaues cibos reddebat: & erat ipsi fames peregrina, & inaudita, Neq; enim oblatis alimentis vesci poterat. Crepitum enim, inquit, intestinorum video cibos meos. Atenim satis, inquit, iste solatij & leuaminis habuit, quòd sciret Deũ hæc sibi inferre. Imò hoc maximè perturbabat & commouebat hominem, quòd iustum Deum, quíque à se omni modo stetisset, putabat sibi infestum esse, neque vllam probabilem causam eorum quæ fiebant, poterat inuenire. Quòd si hoc sufficere ad solatium putas, poteris sanè & ipse hocce leuamen habere. Quamuis enim nõ propter Deum aduersi quicquam patiaris, sed ex hominum vexatione, gratias ages, neque conuiciaberis ei, qui potest quidem prohibere, sed prætermittit tamen, probationis tuæ gratia: quẽadmodum qui propter Deum passi sunt, coronantur, ita & tu eandem mercedem cõsequẽris, quòd ab hominibus oblata incommoda generosè tulisti,& ei qui poterat quidem, sed noluit prohibere, gratias egisti. Neque enim bonus quispiam sine peccato est, neque malus quispiam sine iustitia: vtriusque autem compẽsatio,& remuneratio est. Si quis iustus & mali quid egerit,& ægrotauerit, & supplicio addictus sit, ne cõmoueare, sed dicito: Hic iustus paulum quid mali fecit aliquando,& recipit hic, vt ne illic puniatur. Rursum si videas peccatorem rapientem, auarè agentẽ, iucundè viuere, cum innumerabilia mala faciat, ne ita quidem commoueare, sed dicito: Hic peccator, qui innumerabilia mala perpetrat, boni quippiam fecit aliquando, & recipit hîc bona, vt ne illic mercedem repetat. Hoc autem & in Lazaro est videre, quoniam contigit, vt & ille peccata quæpiam, & diues rursus boni quid haberet. Audi quid dicat Abraham: Recepisti bona tua illic,& Lazarus mala sua. Qualia? egisti quid boni, recepisti pro eo diuitias, bonam valetudinem, delicias, potentiam, honorem, & nihil tibi debetur. Quid igitur Lazarus? Nihílne peccauit? Sanè verò: propterea dicit,& Lazarus mala sua. Cùm enim tu bona tua recipiebas, tunc & Lazarus mala. Animaduerte autem quid dicam. Iob iustus erat, irreprehensibilis, verax, pius, & afflictum est cor eius hîc, vt illic mercedem repeteret. Ait enim Deus ad eũ: Sed frustra me tibi oraculo præcepisse putas, vt existas iustus? Num igitur peruertit sanctum illum Iob vxoris consilium? Imò verò contrarium magis fecit, maioréque in modum eum confirmauit, ita vt inceparet etiam vxorem. Maluit enim dolere & affligi, & innumerabiles aduersitates pati, quàm cũ cõuicio exitum ab huiusmodi malis vllum inuenire. Sed vulgus hominum cùm in aduersam valetudinem inciderint, conuiciantur illico, & grumnam quidem morbi sustinent: lucro verò, quod ex eo morbo per patientiam percepturi erant, fraudantur. Quid facis ô homo? Benefactori, & curatori, & defensori, & seruatori conuiciaris? Non sentis quod in præceps feraris, & in profundum extremi interitus temet ipse coniicias? Propterea nanque diabolus innumerabiles aduersitates infert, vt in profundũ illud deducat: ac si quidẽ conuiciantem te viderit, facile dolorem auget, maioréque facit, vt cùm pungeris, rursus fastidio replearis. Sin fortiter ferentem animaduerterit, & quo magis morbus intenditur, eo magis gratias agentem Deo, abstinet confestim, velut temerè & frustra insidias tẽsurus deinceps. Quámnam ob rem indignaris, ô homo? & cõuiciaris, si in quippiam, quod displiceat, vnquam incideris? An enim, si conuicieris, leuiorẽ morbum facis? Imò verò intendis ipsum, & multo grauiorem dolorem efficis. At non potes tacere, cum à dolore pungeris? Verùm tu pro cõuicio gratias age, lauda, celebra Deum. Nam si conuicieris, tum Dei auxilium propulsasti, tum diabolum acriorem contra te effecisti. Quòd si gratias agas, & improbi dæmonis insidias propulsasti, & curatoris Dei curam tibi adiunxisti. At consuetudine lingua sæpenumero fertur incita, vt improbum verbum proloquatur. Verùm tu, vbi feretur incita, priusquam verbũ proferat, mordicùs eam dentibus vndique vehementer constringe. Melius est vt nunc sanguine perfluat, quàm vt illa die guttam appetens, leuamen consequi non possit: quemadmodum in diuite. Præstat vt temporarium dolorem perferat, quàm vt tũc perpetuò & æuo sempiterno frigatur. Cùm igitur in grauem morbum incideris, & multi adfuerint qui cogant, alij quidem incãtationibus, alij amuletis, alij porrò aliis quibusdam leuare malum: tu verò propter timorem Dei generoso & infracto animo tuleris, & omnia pati malueris, quàm vt eiusmodi quicquam facere sustineas, hoc tibi martyrij coronam affert. Et ne dubita. Quemadmodum enim ille tormentorum cruciatus fert fortiter, vt ne adoret simulachrum: ita & tu morbi dolores perfers, vt ne vllius rei ab illo indigeas, neque facias ea quę imperat. Atenim vehementiores illi sunt. Verùm hi diuturniores: quocirca par exitus. Nam cũ febris ardor intus molestus est & vrit, tu verò aliis hortantibus incantationem refutas, nónne martyrij coronam induisti? Cùm enim incantatores magna cum contumelia domo eieceris, omnes qui audierint laudabunt & admirabuntur, dicéntque ad se mutuò: Hic ægrotans, cùm innumerabilia hortarentur quidam,

Luc.16.

dam, & monerent, & consulerent magicis quibusdã incantationibus vti, non est assensus, sed dixit: Præstat sic mori, quàm prodere pietatem. Quòd si hîc tãtæ laudes sunt, cogita quantas illic coronas feres, cum præsentibus angelis & archangelis Christus transiẽs, manu te apprehẽsum in medium theatrum illud producet, & omnibus audientibus dicet: Hic homo febri correptus aliquando, cùm innumeri eum hortarentur, vt è febri illa euaderet, propter nomen meum & timorem mei, vt nulla in re offenderet, repulit ac despexit eos, qui se illo modo curaturos recipiebant: maluítque morbo emori, quàm beneuolentiam erga me prodere. Nam si eos qui se potarunt, & cibarunt, & vestiuerũt, in medium producit: multo magis eos, qui propter se febres sustinere in animum induxerũt. Neque enim par est, dare panem & vestimentum, & morbum diuturnum sustinere. Sed lõgè hoc illo maius est: ita & corona erit splẽdidior. Audiuisti quæ de Lazaro dicta sunt, quomodo cum fame, morbo, solitudine, per omne tempus suum luctatus est: ita vt & vitam ipsam in vestibulo diuitis finiret, neglectus, esuriens, canibus esca expositus. Adeò nanque corpus ipsius debilitatum erat, vt ne abigere quidẽ posset canes inuadentes, & vulnera lambentes. Sed tamen non quæsiuit incantatorem, non applicauit* folia, nõ magica mouit, nõ præstigiatores ad se vocauit, non quicquam aliud vetitum fecit. Sed maluit immori malis illis, quàm exiguam prodere pietatis partem. Quæ igitur venia nobis dabitur, tantas aduersitates patiente illo, & tolerante fortiter: si propter febrem aut vulnera, veneficos præstigiatorésque domos nostras accersamus? Multi enim sæpenumero ægrotant, sed necessario alimento non egent. Alij in extrema paupertate viuunt, sed bona valetudine fruũtur. Lazarus verò ita erat debilitatus, vt ne canes quidem posset abigere, sed mortuus spirans iacebat, inuadẽtes quidem eos cernens, sed arcere non valens. Ita ipsi membra debilitata erant, ita tabescebant aduersa valetudine, ita consumebantur tentatione. Quòd si per se horum quoduis intolerabile & acerbum est: quando simul coniuncta sunt, quomodo non adamas quispiam erat, qui ea sustinebat? Nam si in solitudine & inhabitabili positus hæc fuisset passus, & neglectus fuisset, non hoc doluisset, ac suasisset, vt inuitus ferret ea quæ acciderent: Ei verò, qui in medio horum, quibus res erant secundæ, iacebat, nulla, ne vulgari quidem, cura dignari, acriorem faciebat malorum sensum. Cogita, quónam modo affici eum par erat, cernenrem parasitos, adulatores, descendentes, ascendentes, exeuntes, introeuntes, tumultuantes, temulentos. Nos quidem certè etiamsi innumerabiles aduersitates patiamur, habemus tamen intuentes in illum, vnde affatim solatij accipiamus. Nam socios suorum malorum reperire, dolentibus multũ affert solatij: ille verò neminem alium videre potuit, qui eadẽ illa quę ipse patiebatur, passus esset: quin etiam præsente hac vita, res præsentes concludi putabat. Erat enim ex iis, qui fuerunt ante gratiam. Quòd si nunc nostris temporibus post tantam Dei cognitionem & bonas spes resurrectionis, & præparata iis qui rectè agũt, bona, tam pusillo quidam sunt animo, vt ne his quidem expectationibus corrigantur: quónam modo illum par fuit affici? Imitemur Lazarum, & diuites, & pauperes. Neque enim vnum, aut duo, aut tria duntaxat, sed multo plura virtutis certamina subiuit: paupertatem, solitudinem opitulatorum, aduersam valetudinem: quòd non duos trésve dies, verùm per omnem vitam, & se in his, & diuitẽ in contrariis videbat: quòd alium Lazarum intueri nõ habebat: quòd nihil de resurrectione philosophari poterat: quòd cum prædictis malis, malam etiam suspicionem apud vulgus hominum ex illis calamitatibus sibi collegerat. Quam igitur defensionem habebimus, si cùm hic omnia simul aduersa tam fortiter tulerit, nos ne dimidium quidem feramus? Non enim habes, non habes ostendere, neque dicere alium quempiam qui tam multa & talia passus sit. Propterea namq; ipsum Christus in medium proposuit, vt in quodcunque aduersitatis genus iuciderimus, exuberantiam vltra id videntes, luculentum ex ipsius philosophia solatium & leuamen accipiamus. Communis enim totius orbis terrarum magister propositus est iis, quicunque aduersi quid patiuntur, omnibus intuendum sese exhibens, & omnes vincentem malorum suorum exuberantia. Etenim sapientes medici putrida membra secturi, aut lapides meatibus inhærescentes extracturi, aut aliud quodpiam naturæ peccatum correcturi, non in angulum abducto ęgroto id faciunt: sed cùm in medio foro eum proposuerint, theatrúmque ex prætereuntibus constituerint, ita demum sectionem adhibent. Atque id faciunt, nõ quòd velint humanis miseriis insultare: sed vt eos qui adspiciunt, in alienis corporibus doceant multam sanitatis suæ gerere prouidentiam. Cùm igitur videris iustum premi & vexari aduersa valetudine, & innumerabilibus aliis aduersitatibus præsentem vitam finire, dic ipsi, nisi esset resurrectio & iudicium, nequaquam Deus tanta mala passum, nullo bono fruitum sineret hinc demigrare. Vnde planum est, quòd aliam ipsis vitam parauit, præsente hac suauiorem, ac multo optabiliorem. Enimuero quánam id ratione consisteret, quod improbos multos præsentem hanc vitam in deliciis degere passus est, iustos verò multos in innumerabilibus reliquit malis: cùm sit & appelletur iustus, nouerítq; iustè cuique pro meritis gratiam referre? Quem decet omnis gloria, imperium, honor, & adoratio in secula seculorum: Amen.

* πέτρα-λα.

Luc.16.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de muliere & pulchritudine Oratio, Martino Cromero interprete.

OVi vxores ducturi sunt, leges apud Paulum de nuptiis positas prius legant, indéque discant, quid facto opus sit, cum improba, & maledica, & amentiæ plena, & quiduis aliud eiusce-modi habens vxor obtigerit. Si igitur videris facere eum tibi potestatem, vt eam, si vnum de his vitiis repereris, eiicias, & aliam inducas, confide quasi expers omnis periculi. Sin hoc minimè cõcedit, verùm omnia alia vitia, præter scortationem, habentem, amare iubet, ita te ipsum munito, vt omnem eius improbitatem laturus. Quod si hoc graue & molestum est, omnia fac & satage, vt commodam, modestam, & obsequentem vxorem ducas. Nam si domos atque seruos empturi, curiosè scisciamur & perscrutamur vendẽtes pariter atque priores possessores, de illarum quidem fabrica, de horum autem & corporis habitudine, & animi studio inquirentes: multo magis vxores ducturos, tantam, ac lõgè maiorem etiam prouidentiam gerere oportet. Domum enim vitiosam, & seruum, si ineptus videatur, reddere venditori licet: vxo-

1.Cor.5. & 7.

rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem verò ductam reddere iis qui dederunt, non licet. A Malum est igitur pauperiorem vxorem ducere, malum item opulentiorem. Nam illud quidem facultatum detrimento virum afficit, hoc verò authoritatis & libertatis. Et multi ex iis qui meretricibus adhęrēt, non modò æternam mortem inde subierunt, sed & hîc mali malè perierunt, ærumnas à meretricantibus mulieribus perpessi. Cùm enim contenderent illæ, vt adhærentem sibi amore sui penitus adstringerēt, magicas artes excitarunt, amatoria pocula apparārunt, multásque præstigias consarcinarunt: ita deinde in grauem morbum coniectum, & lui tabíque lentæ traditum, & in innumerabilia mala coniectum, ex hac vita sustulerunt. Si igitur homo gehennam non metuis, at præstigias earum metue. Cùm enim per hanc lasciuiam Dei te auxilio priuaueris, & supernam opē tibi præcideris, suscipiens, excluso omni metu, meretrix, cùm dæmones suos inuocarit, & folia scripserit, & insidias struxerit, facile sanè salutem tuam opprimit, probrum te & ludibrium omnibus qui vrbem inhabitant, constituens. Si igitur animum tuum oblectare vis, ne ito ad theatra, sed ad viridaria, ad prætерlabentem amnem, & stagna: perdisce hortos, audi canentes cicadas: frequenta ad martyrum monumenta, vbi corporis sanitas est, & animi emolumentum, & nocumentum nullum. Habes vxorem, habes liberos, quid par huic voluptati? Habes domum, habes amicos. Hæc suauia sunt cum temperantia, & lucrū præbent. Quid enim liberis dulcius, dic mihi? Quid vxore, ei qui temperans esse velit? Barbari sanè feruntur quondam verbum philosophia plenum dixisse. Cum enim de exlegibus istis theatris, & importuna oblectatione audiuissent: Romani, inquiunt, quasi liberos & vxores non habeant, ita huiusmodi voluptates ex- C cogitarūt. Cùm igitur videris venustam mulierē, fulgidum habentem oculum, vultu hilarè coruscantem, eximium quendam decorem aspectu præ se ferentē, vrentem mentem tuam, & concupiscentiam augentem: cogita terrā esse id quod admiraris, stercus quod te vrit, & conquiescet furens animus. Detege ipsi cutem vultus, & tunc videbis omnem venustatis vilitatem. Ne subsistas superficie tenus, sed interius penetra cogitatione: nihil aliud inuenies, quàm ossa, & neruos, & venas. Sed non sufficiunt hæc. Cogita mihi, eā alterari, senescere, ægrotare, subsidentes oculos, cauas genas, florem illum omnē defluentē: animaduerte quid admireris, & pudeat te iudicij tui. Lutum admiraris, & stercus, & puluis te vrit atq; cinis. Pulchritudinis enim eius, quam adspicis, substātia, nihil aliud est quam pituita, destillatio, sanguis, & alimenti com- D putrefacti succus. His enim & oculi, & genæ, & reliqua omnia rigantur. Quod nisi quotidie rigationem illam accipiat, ab aluo & iecinore prodeuntem, statim tota auolat, subsidente plus æquo cute, & oculis in cauum recedentibus. Quocirca si tecum reputes, quid intra pulchros illos oculos subsit, quid intra rectum nasum, quid intra os & genas, nihil aliud dicturus sis venustatem corporis, quàm sepulchrum calce illitum. Tantis sordibus intus plena est. Et panniculum quidem, huiuscemodi aliquid, velut pituitam, vel mucum habentem si adspicias, ne extremis quidē digitis contrectare, imò neque adspicere sustines: ad horum autem cellas, & horrea obstupescis? Is igitur qui corporis amator est, & ad venustam puellā obstupescit, si velit sermone discere deformitatem substantiæ ipsam in se, ex aspectu cognoscet. Etenim multæ æquales amicæ illius, ac sępenumero splendidiores etiam defunctæ, post vnum atque alterum diem fœtore, & tabo oppletę sunt, & putredine vermium. Cogita ergo, cuiusmodi pulchritudinem amas homo, & ad qualem venustatem obstupescis. Cùm autem vir vxorem voluerit eiicere, aut vxor virum dimittere, huius dicti recordetur, & à Paulo præsente condemnari se putet, clamante atque dicente: Mulier ligata 1. Cor. 7. est lege, quandiu viuit vir eius. Hoc declarans, non adiecit: Si autem vir eius mortuus fuerit, libera est: sed, Si autem domierit. tantum non consolans viduā, & suadens priori contentam esse, neque alterum spōsum inducere. Non est mortuus, inquit, vir, sed dormit. Quis autem dormientem non expectat? Liberam verò post mortem viri eam factam esse dicens, ostendit seruam fuisse prius viuente illo. Serua autem cùm B esset, & subiecta legi, etiamsi decies millies repudij libellum acceperit, secundum externas gentilium leges adulterij legi obnoxia est. Neque enim his legibus Deus tibi iudicabit die illo, sed iis quas ipse fixit. Quanquam & externæ leges non simpliciter hoc statuerunt, sed puniunt & ipsæ hoc factum, & molestè ferunt hoc peccatum. Ab vtro enim soluendi matrimonij occasio extiterit, eum detrimento facultatum multant, nudum & vacuum pecunia illinc eiicientes. Fertur quidam externorum philosophorum improbam habens vxorem, & garrulam, & vinolentam, interrogantibus, quam ob causam talem habens toleraret, dixisse: Vt exercitationem & palęstram domi habeam. Ero enim aliis placidior, inquit, in hac edoctus quoridie. Ille igitur philosophus propterea dicitur vxorem malam habens, non eiecisse. Quidam au- C tem ob id etiam ipsum eam duxisse aiunt. Cùm igitur Græci magis nobis sint philosophi, quam defensionem habebimus, contumelia afficientes eam, propter quam etiam parentes Deus iussit dimittere? Qui autem sermo exprimere poterit, cum eiulatus & vlulatus per compita feruntur, & concursus vicinorum pariter & prętereuntium ad domum eius qui hęc dedecora patrat, quasi fera quapiam intus vastante? Melius esset vt solum verteret, qui sic insanit, quàm vt in foro conspiceretur deinceps. Pareamus legi diuinæ, & neque nostras vxores eiiciamus, neque ab aliis eiectas recipiamus. Quo enim vultu virum vxoris adspiciet? quibus oculis amicos eius, atque seruos? Nam si, cum mortuo quopiam, vxorem eius quisquam duxerit, deinde imaginem solam repositam videat, commouetur, atque discruciatur: intuentem virum eius, D quę secum habitat, intuēs, cuiusmodi vitā viuet? quomodo domum ingredietur? qua mente, quibus oculis aspiciet vxorem suam, quæ illius sit? Quin rectius neque illius, neque suam, eam quæ illius sit, quispiam appellauerit. Adultera enim, nullius est vxor. Etenim pacta, quæ cum illo habuit, conculcauit, & ad te non legitimè venit. Quantæ amentiæ est, rem tantis plenam malis domum adducere? Nūquid mulierum penuria est, eo quòd tantam perniciem capiti tuo attrahis? Nam quæ priori viro contenta est mulier, ostendit, ne electuram quidem se eum fuisse initiò, si bonā habuisset rei experientiam. Quæ verò in cubiculum prioris alterum inducit sponsum, non paruum edidit magnæ cum mundo amicitiæ & affectionis erga res terrenas argumentum. Nam si eas mulieres, quæ superstitibus adhuc viris decedunt, admiramur omnes, & com-

& cōmendamus: quomodo non stupescendæ & laudandæ sunt eæ, quæ erga mortuos etiam eandē præseferunt benevolentiam? Non igitur alteras nuptias eiicimus, sed hortamur, si quis continere possit, vt in prioribus acquiescat. Sæpe enim pugnæ, & quotidianorum bellorū principium & occasio, alteræ nuptiæ factę sunt. Sepenumero eū vir ad mēsam sedēs, prioris vxoris recordatus, corā altera, placidè illachrymauit: at illa statim efferata, perinde atque fera insiluit, amoris erga illam pœnā ab eo expetēs. Quod si laudare defunctam voluerit, belli atque pugnæ occasio fit laudationis argumentum. Et cum inimicis quidem mortuis pacificamur, & post vitam ipsorum inimicicias cum eis dissoluimus: in vxoribus verò contrariū prorsus vsuenit. Quam enim neque vidit, neque audiuit, à qua nihil molesti passa est, eam odit, & auersatur, ac ne mors quidem odium illud extinguit. Quis B vidit, quis audiuit æmulatione peti, & oppugnari cinerem? Nec tamen hoc fine molestia terminatur. Sed siue nascantur liberi ex altera, siue nō nascantur, bellum rursus, atque pugna. Nam si non nascantur, dolet admodum, & perinde ac hostes, & à quibus graui iniuria affecta sit, prioris liberos adspicit, manifestiorē orbitatis suæ sensum ex illorum vita capiens. Sin autem nascantur, rursus non minor molestia. vir enim sæpe amanter se habens erga mortuam, amplectitur illos, amans iuxta ac miserans eos, vtpote pupillos: illa verò vbique suos præferri vult. Audite viri, audite mulieres coniugum amorem mutuum, quem inter se vsque ad pericula ipsa præ se tulerunt. Cùm enim habitaret Abraam in Geraris, dixit de Sara vxore sua: Genes. 21. Soror mea est. Timuit enim dicere, vxor mea est, ne quando occiderent eum viri ciuitatis illius, propter ipsam: & misit Abimelech rex Gerarorum, & abstulit Saram. Cogita mihi tempestatem cogitationum, quam pertulit iustus ille, cùm videret vxorem suam abduci, neque posset vindicare. Tacitè enim cuncta ferebat, sciens non neglecturum se esse Dominum, sed citius opem laturum. Et Saræ autem magnum coniugalem amorem admirari licet, quem ostendit, vt iustum illum è periculo eriperet. Conueniebat enim ei fabulam detegere, vt effugeret apertam iniuriam. Sed generosè omnia pertulit, vt salutem iusto Genes. 2. illi præstaret. Et impletum est dictum illud: Quoniam erunt ipsi duo in carnem vnam. Perinde enim ac si vna caro essent, mutuæ salutis curam gerebant: tantámque præ se ferebant concordiam, ac si vnum corpus essent, & vna anima. Si verò nosse vultis, quónam D modo iustus ille vxorem filio suo acceperit, audite: Et factum est, quando ad extremam senectutem venit Abraam, volens vt Isaac Chananæorum cognatione abstineret, vt ne inde vxorem duceret, vocato Genes. 24. beneuolentiore de seruis, præcepit ipsi hac de re, & ait: Pone manum tuam subter femur meum, & adiuro te per Dominum Deum cœli & terræ, vt ne accipias vxorem filio meo Isaac de filiabus Chananęorū, cum quibus ego habito inter ipsos. Sed ad terram meam, vbi ortus sum, vade, & ad tribum meam, & accipies inde vxorem filio meo. Cognouisti præceptū Patriarchæ, quod seruo præcepit? Cogita, quomodo antiquitùs studium collocabant, non pecuniæ copiā quærentes, non magnas diuitias, & seruitia, & iugera terræ tot, & tot: non exterioris pulchritudinis decorem, sed animi pulchritudinem exquirebant, & morum nobilitatem. Ac Patriarcha quidem ille animi

A virtutis curam habens, & indigenarum improbitatē fugiens, hoc facit. Cæterum omnes qui nunc sunt, nunquam animum inducerent aliquid eiusmodi cogitare: verùm etiam si decies mille malis plena fuerit, vnum modò perquirunt, pecuniæ copiam. Cætera omnia posteriora ab ipsis ducuntur: neque sciunt corrupto iudicio, etiam si immensæ affluant diuitiæ, citius ad extremam paupertatem se redactum iri; neque vllam fore vtilitatem copiæ, si non adsit animus, qui rectè dispensare possit. Si verò magnificentiam vis in nuptiis ostētare, lucrum habentē, voca choros pauperum. Verùm pudet te, & erubescis? Quid confessione hac deterius, cùm diabolū quidem domum trahens, nihil turpe facere te putas: Christum autem inducturus, erubescis? Sed nemo in ciuitate hoc fecit, inquit. At tu incipe, da operam, vt princeps sis pulchræ huius consuetudinis, vt posteri ad te referant: & si quis æmulabitur & imitabitur opus istud, B nepotes, & qui ab his nascentūr, habeant dicere iis, qui quærent: Quia ille primus pulchram hanc legem introduxit. Et quod ab aliis rectè factum erit, tibi, Act. 9. qui primus seuisti, fructum illorum acceptum feret. Et quemadmodum mollibus, & histrionibus choreas illic ducentibus, diabolus in medio lasciuit: ita etiam pauperibus ingredientibus, Christus adest. Ac de sumptu quidem illo nihil redit compendij, sed magnum dispendium potius: ex iis verò impensis, quæ in hos fiunt, multum fructum citò percipies. Et quod hoc verum sit, ex puella illa Ioppensi disce. Hanc enim quondam mortuam iacentem circumstantes pauperes, qui ab ea alebantur, exuscitarunt, & ad vitam reduxerūt, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & imperium cum Patre & sancto Spiritu, C nunc & semper, & in secula seculorum: Amen.

DIVI IOANNIS
CHRYSOSTOMI ORATIO IN

dictum illud D. Pauli Apostoli: De dormientibus nolo vos ignorare fratres, et c. Interprete Iacobo Goupylo.

Hæc oratio nunc primum edita est, anno 1570.

DIES quatuor in explicāda vobis Lazari parabola consumpsimus, thesaurúmque adeò exhausimus, quem inuenimus in corpore vulneribus scatente: thesaurum, inquam, in quo nō D aurum quidem, non argentum, non lapilli & gemmæ latebant, sed philosophia ac religio, multa tolerantia laborum, & malorum patiētia. Quemadmodum enim thesauri aspectabilis superficies, spinis, tribulis, ac terra asperiore obsepitur, tamē si quis terram defoderit altius, multæ opes ac diuitiæ apparēt: sic Lazaro vsuenit, vt foras ei vlcera erumpant, magnas verò intus conditas diuitias habeat. Corpus quidem fluxum ac resolutum est, sed animus generosus ac alacer, vt in eum Apostoli illud aptissi- 2. Cor. 4. mè quadret: Quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renouatur. Ac mihi quidem & hodierno die parabolam hanc tractare licebat, & cum hæreticis pugnare, qui vetus testamētum vituperant, Patriarchas accusant, & linguam in Deum mundi parentem exacuunt: sed ne satietatem ac fastidium o-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio vobis afferat, disputationem hanc in aliud tempus seponemus. Age nunc ad aliud argumentum orationem cõuertamus. Cùm igitur simplici cibo extructa mensa satietatem faciat, variis verò eduliis opulẽta assiduam appetentiã præstet, vt idẽ in hac auditione vsueniat, ad D. Paulum longo iam interuallo reuertamur. Etenim locus ex eo à nobis hodie cõmodè ac opportunè lectus est: & quæ nũc dicturi sumus, maximè iis consentanea sunt, quæ iam diximus. Paulum igitur hodie personantem ac dicentem audiui-
1.Thess.4. stis: *De dormientibus nolo vos ignorare, vt ne lugeatis, quemadmodum reliqui, qui spem non habent.* Ille Euangelij de Lazaro sonus fuit, hæc vox est Apostoli, sed vnus est concentus. Nam in illius parabolæ explicatione multa de resurrectione & de iudicio, quod tum fiet, multa disputauimus: & nunc ipsa oratione in idem argumentum delapsi sumus. Itaque si locum Apostoli defodiamus, eundem in eo thesaurum inueniemus. Etenim tota oratio nostra tum eò festinabat, vt doceremus auditores, nihil in hac vita splendidũ existimandum, sed spe vlteriùs progrediendum, ac animo quotidie reputandum, quę illic ferrentur sententiæ, quàm formidabile iudiciũ & iudicem huiusmodi esse, quẽ nemo decipere posset. Hoc idẽ verbis illis quæ lecta sunt, Paulus consulit. sed animum aduertite. *De dormientibus nolo vos ignorare fratres, vt ne lugeatis, quemadmodum reliqui qui spem non habent.* Si enim credimus Iesum mortuum esse, & à mortuis excitatum: ita Deus per Iesum dormientes ducet cum eo. Hoc autem primũ dignum est, cui insistamus ac disquiramus, cur, cùm de Christo sermo habetur, mortem eam Apostolus appellet, qua ille ex mundo sublatus: hominum autẽ interitũ, somnum non mortẽ vocet? Nam de mortuis
Ibidem. non dixit, sed de dormientibus. Et paulò inferius: Sic
Ibidem. & Deus eos qui per Iesum dormiunt, non eos qui per Iesum mortui sunt, ducet cum illo. & rursus: Nos qui viuimus qui relicti sumus ad aduentum Christi nõ iis anteuertemus qui dormierũt. Nec hîc quidẽ mortuos dixit, sed cùm mortis hominum ter eo in loco me-
1.Thess.4. minerit, toties eam somnũ appellauit: de Christo autẽ mentionem faciens non item. vt in hoc loco: Si enim credimus Iesum mortuum esse, vbi somni verbum nõ vsurpauit, sed mortis. Sed quæ causa est, cur Christi mortem, nostram verò somnum vocauit? Haud enim temerè & sine delectu aliquo, sed grande quiddã ac doctũ apparãs, his vocabulis vsus est. Etenim de Christo loquens, mortẽ dixit, vt passionem confirmet: de nobis verò cùm sermo fit, somni nomine vtit, vt dolorem leniat. Mortẽ enim eã sine dubitatione appellauit, cui resurrectio successit: vt intellgas mortẽ velut causam resurrectionis esse. Vbi aũt rei spes ostẽditur, somnũ appellat: ipsa nimirũ appellatione nos cõsolãs ac bonã spẽ ostentans. Qui eũ dormit omnino exurget, vt nihil aliud mors sit, quàm lõgus somnus. Neq; mihi hîc dixeris, neq; defunctos videre, neque audire, neq; loqui, neq; sentire, cùm dormientes ipsi haud meliore conditione sint, imò (vt admirabilius aliquid dicã) dormientis anima quodammodo dormit, mortui verò vigilat. At, inquies, mortuus putrescit ac corrumpitur, puluisq; & cinis fit. Quid tum inde amice? Hoc nimirum illud est quod maximè lætandum. Etenim si quis veterem domum ac conquassatam ædificaturus est, primùm eius incolas ex illa eiicit, deíde domum ipsam diruit, & eam magnificentius reædificat. Quod quidẽ lætãdũ potius quàm dolendũ ei est, qui ex vetere habitatione eiectus est. Non enim præsentem ædium demolitionẽ spectat, sed domũ antequam videatur animo concipit ac comprehendit. Ad eundẽ modum facturus Deus, corpus nostrũ demolitur, & animũ in eo habitantẽ antè, vt ex domo aliqua, eiicit, vt cùm aliã magnificentiore ac præclariore opere exædificarit, illũ maiori cũ gloria in eam introducat. Ne igitur in demolitionẽ intueamur, sed in futurum splẽdorem. Si quis adhæc statuam rubigine ac *Simile.* tempore exesam, magnáque ex parte detritam habet, eam confringit ac in fornacẽ coniicit, vt fusurã splẽdidiorẽ reddat. Quemadmodũ igitur statua, quæ in fornace confringitur, haud deletur, sed renouatur: sic cùm corpus nostrũ moritur, nõ perit, sed instauratur. Cùm igitur videris statuã in fornace liquescentẽ, ne committe vt in huius rei inspectione conquiescas, sed tantisper expecta dum ea cõflata fuerit: quanquã ne hac quidẽ mensura contentus esse debes, quin lõgius cogitando progrediendũ est. Etenim statuarius corpus aliquod ex ære, in fornacẽ cùm iniicit, aureã tibi ac immortalem ex ære imaginem efficit. & verò Deus ipse ex fictili ac mortali corpore in fornacẽ iniecto, aureã ac immortalẽ statuã effingit. Tellus enim cùm corpus caducum ac fato obnoxium acceperit, immortale ac nulla fata subiens postea reddit. Ne igit intuere in eũ qui clausa iã habet lumina, & sine voce iacet, sed in eũ qui ex morte excitatus est, gloriamq; incredibilẽ, stupendã ac admirabilẽ recepit. Cogitationes tuas à rerũ præsentiũ statu ad futurã spem cõuerte. At qui consuetudinis eius desideriũ non fers, & ob id dolore cõficeris ac luges. Sed hoc quàm sit absurdũ vide. Si sponso alicui filiã in matrimoniũ collocaueris, quam is postea secum in linginquã regionem abducat, vbi in magna rerum omniũ abundãtia viuat, nequaquã id molestè laturus es, sed dolorem quẽ ex longa eius absentia capis, prosperitatis ac secundarũ eius rerum famâ demulces. Nunc autem non homine aliquo, non conseruo, sed domino, quod suũ est accipiente, mœres ac excruciaris. At homo cùm sim, ais, non possum nõ dolere. Neq; id ego à te exigo. Tristitiam enim non tollo, sed animi solicitudinẽ. Nã mœror naturalis, sed supramodũ mœrere, insani, amentis ac muliebrẽ animũ gerentis est. Mœre, lachryma, at vide ne stomachẽris, ne impatienter mortuum requiras. Quin Deo gratias age, qui eum accepit, vt ex vita decedentum honores, honestéque amici funeri iusta persoluas. Si indignè fers, ei dedecori es, & Deum accipientem exacerbas, tibíque damno es: sin gratias egeris, honestas illum, & Deum qui eum accepit, laude afficis, tibíque ipsi vtilitatem affers. Lacryma, sed vt Dominus Lazarum luxit, qui nobis regulam modúmque ac fines dolori constituit, quos ægredi non licet. Ad eum modum Paulus ait: Mœre, sed non ita, vt Ethnicus, de resurrectione spem abiiciens, & de futura vita desperans. Erubesco, mihi credite, cùm per forum præteriens muliercularum ineptientium conuentus video, capillos vellentium, brachia dissecantium, genásque carpentium, idque in conspectu Ethnicorum. Quid non illi dicent? Quos de nobis sermones habebunt? Hinc sunt qui de resurrectione philosophantur? Sanè quidem. At decretis facta eorum non consentiunt. Resurrectionem enim esse cùm defendant, de ea desperantibus tamen conuenienter agunt. Nam si resurrectionem esse confiderent, talia non agerent. Si enim sibi persuaderent in vi-

in vitam meliorem eum introiisse, haud lugerẽt. Hæc & alia plura impij homines dicunt, cùm luctum audiunt. Pudeat igitur nos, placatiúsque ac moderatius res humanas feramus, ne nobis ipsis atque aliis tanto damno simus. Quid tandem eum, qui ita ex hac vita abiit, defles? An quòd malus esset? Atqui hoc nomine Deo gratias agere conuenit, quòd eius vitia interrupta ac præcisa sint. At frugi & bonus erat. Ob idipsum lætari conuenit, quòd ex hac vita antè sublatus sit, quàm eius mentem vitiositas occupasset: & in eum locum abierit, in quo deinceps in tuto agat, & aliquã rerum esse mutationem, ne suspicari quidem possit. Sed iuuenis erat. Ob id Deum gloria affice, quòd citò eum in meliore statu collocauerit. Quòd si senex erat, eadem tibi gratias Deo agendi causa est. Hunc efferendi modum erubesce. Psalmorũ cantiones, patrum conuentus, ac tanta fratrum multitudo est, non vt fleas, mœreas & indigneris, sed vt Deo gratias agas, qui eum accepit, qui effertur. Quemadmodum enim eos qui magistratum aliquem ineunt, fausta acclamatione prosequi solemus, ita sanctos ex hac vita decedentes & ad maiores honores ascendẽtes, bonis omnes verbis deducimus. Mors quies est laborum, & curarum, quibus in hac vita vrgemur, vacuitas. Cùm igitur aliquem ex propinquis tuis ex hac vita abeuntem videris, ne iniquè fer, sed si quis dolor pungit, ad te redi, conscientiam tuam in consilium adhibe, ac considera tibi haud multò post ex hac vita migrãdum esse. Moderatior sis ac ex alterius morte timere disce. Omnem ignauiam ac socordiam ex animo tuo præcide, facta tua expende, errata corrige, optimam
c fac morum mutationem. Hoc ab impiis differimus, quòd aliter atq; illi de rebus ipsis iudicemus. Impius cœlum intuetur ac illud adorat: Deum enim illud credit esse. Terram aspicit ac ei honores tribuit, & iis, quę in sensus cadunt, inhiat. Nos verò non ita, sed cœlum ita aspicimus, vt eius opificem admiremur, non enim illud Deum esse credimus, sed Dei opificium. Video omnia quęcunque à Deo procreata sunt, atque ita ad ipsum mundi parentem velut manu deducor. Diuitias ille videt ac iis inhiat obstupescitq;. Ego verò eas cùm video, rideo ac pro nihilo duco. Paupertatẽ ille videt ac flet, ego verò exulto. Alio ego modo atq; ille res ipsas inspicio. Ita & in morte à nobis fit. Videt ille defunctum ac nihil quàm cadauer esse putat: ego itidem video, sed mortem illam somnum esse iudico. Et quemadmodum in literis vsuenit, vt omnes æquè eas cernamus, docti iuxta ac indocti: at non eadẽ omnes mente: stulti enim ac ignari cùm eas vident, nihil aliud quàm literas esse putant: intelligentes verò magna arte reconditũ sensum eruunt. Ad eundẽ modũ & in ipsis rebus iisdem omnes oculis, quę accidũt videmus, at non eadẽ mente. An igitur qui in omnibus aliis rebus ab illis discrepamus, in iis quæ ad mortem spectant, his consentiemus? Cogita ad quem abierit, & consolationẽ accipe. Vbi est Paulus? vbi est Petrus? vbi vniuersus Sanctorũ chorus? Cogita quomodo à morte excitabitur, quantáque cum gloria ac splẽdore. Hoc etiam animo reputa, nihil te flendo ac lugendo profecturũ, neq; ea quę euenerũt, fletu te emẽdaturum, quin potius lachrymas multo tibi damno futuras. Cogita quorum hominum exemplo id facias, & coniunctionẽ cum peccato fuge. Quos igitur imi-
1.Thess.4. taris? Qui nullam spem habẽt, quemadmodũ D. Paulus ait, *Vt ne mœreatis, vt reliqui nullã spẽ habentes.* Sed perpende, quàm accuratè dictũ illud sit. Nõ enim dixit, Qui nullã spem resurrectionis habent, sed simpliciter protulit, qui spem non habent. Qui enim spem nõ habet iudicij, quod illic fiet, nullã omnino spem habet; non diuinæ modò in rebus humanis prouidentiæ, sed ne iustitię quidẽ eius, qui omnia videt, quęcunq; vbique fiunt. Qui autẽ neq; intelligit, neq; iudicat, beluâ qualibet magis rationis expers est, legéque, iudicia, iura ac bona omnia ex suo animo eiicit. Qui enim nõ sperat se suorum factorum rationem redditurum, viã virtutis deserit & vitia amplectitur. Hæc igitur animaduertentes stultitiámque ac amentiam Ethnicorũ quibuscum lugendo communicamus, animo reputãtes, ne committamus vt illis cõsentiamus. Itaque Paulus eorũ meminit, vt dedecus in quod incurris reputans, ne cum iis amplius cõspires ac cõsentias, sed teipsum colligas & ad propriã generositatẽ redeas. Neque hîc solùm, sed sæpe & assiduè id facit. Cùm enim nos admonet, vt à peccatis desciscamus, ostẽdit quibuscum nobis communicatio sit, per ipsa peccata, vt moribus personarũ puncti, societatẽ iis renuntiemus. Et ad Thessalonicẽses scribẽs ita dicebat: Vnusquisq; 1.Thess.4. vestrũm possideat corpus suũ in honore & sanctificatione, non in passione ignominiæ, vt gentes, quæ Deũ non nouerunt. & rursus: Non quemadmodũ reliquæ *Ephes.4.* gentes ambulant in vanitate cordis sui. Sic & in hoc loco: *Nolo vos ignorare fratres de dormiẽtibus, vt ne lugeatis, quemadmodũ cæteri, qui spem non habent.* Nõ eñ rei ipsius natura, sed animi nostri cõstitutio dolorẽ nobis afferre solet, neq; illius mors, q ex hac vita excedit, sed lugentium infirmitas: quandoquidẽ res præsentes tantũ dolorẽ pio homini dare non possunt, sed ante futura bona, in hoc etiam vitæ curriculo longè ab impiis di-
C stat, mediocria bona percipiens ex philosophia Christiana, maximáque ex ea fruens tranquilitate ac gaudio perpetuo. Quare Paulus ait: Gaudete in Domino *Phil.4.* semper, iterũ dico gaudente. Itaq; & ante resurrectionem ipsam nõ vulgarẽ hunc fructũ percepimus, quòd in grauia mala non incidamus, sed futurorũ spe consolationem accipiamus. Quemadmodũ igitur vtrinque lucrum facimus, ita vtrinq; impius damnũ facit. tum quòd pœnas daturus sit suæ inũdelitatis, tũ quòd præsenti calamitate affligatur, vt nihil posthac boni speret. Non solùm igitur Deo gratias propter resurrectionẽ agere debemus, sed etiã propter spem quam de ea cepimus, vt quæ dolorẽ, qui animæ accidit, cõsoletur, ac persuadeat nobis vt cõfidamus defũctos à morte excitatum iri ac nobiscũ fore. Nam si mœrere
D conuenit ac flere, lugẽdi hi sunt qui in peccato viuũt, non item hi qui cum virtute moriuntur. Sic & Paulus fecit. In epistola enim ad Corinthios ita ait: Ne quan- 1.Cor.12. do ad vos venientẽ Deus humiliet, & multos lugeã. Non multos ex mortuis dixit, sed ex his qui antè cùm peccauerint, eos tamen insolentiæ ac vitæ impurè actæ non pœnitet. Hos, inquam, lugere conuenit. quẽadmodum alius admonet his verbis: Defle mortuum, cum enim lumen deficit: defle stultum, deficit enim illum intelligentia: parũ defle mortuum, quia requieuit: stulti autẽ morte vita est deterior. Quòd si intelligentiæ expers dignus est quem luctu prosequamur, multò magis qui iustitia vacat & qui spem in Deo nõ constituit. hos lugeamus. Ex hoc enim luctu lucrũ facimus: & cùm istos lugemus, sępe emendamus. Excedentes autẽ ex hac vita deflere non inutile modò est, sed dãnosum. Ne igit ordinẽ inuertamus, sed peccatũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum lugeamus. Omnia verò alia, siue paupertas, siue morbus, siue mors intempestiua, siue calumnia, siue exagiremur ab aliis, siue quodcunq; mali aliud genus nobis acciderit, infracto animo feramus. Hæc enim mala si moderati & temperati fuerimus, maiorẽ nobis coronam pollicẽtur. Atqui, inquis, fieri nõ potest, vt homines cùm simus dolore non afficiamur. At ego contrariũ quæro, quî fieri potest vt rationis particeps aliquis, & spẽ in futuris bonis constitutã habens, lugeat? Sed quis est, ais, qui hac perturbatione non afficiatur? Multi vbique tum nostro tum superioribus tẽporibus fuerũt hac perturbatione vacui. Atque Iobũ audi, cùm omnes liberi eius mortui essent dicentem:
Iob.1. Dominus dedit, Domin⁹ abstulit, vt Domino placuit ita factum est. Auditu quidẽ hæc admirabilia. At si ea acuratè expẽderis admirabiliora multò tibi erũt. Cogita diabolum non liberorũ dimidium ei abstulisse, & dimidium reliquisse: neq; plures reliquisse, pauciores abstulisse, sed totum fructũ demessuisse, non tamẽ arborem deiecisse: fluctus omneis maris concitauisse, nauem tamen non submersisse: copias omnes eduxisse, turrim tamẽ nõ disturbasse. Etsi enim vndique impetitus est, immotus tamen mansit, telorum velut nubes quædam in eũ coniiciebatur, at nõ attingebatur. Animo reputa quanti sit tam multos liberos in ore ac oculis parentis mori. An nõ hęc vehemens causa erat doloris vno omnes fato atq; die rapi, idq́ue in ipso adolescẽtiæ ac ætatis flore, & cùm iam egregiũ dedissent virtutis specimẽ, hoc supplicio vitã finire? At nullam importunioré cladẽ accepit, quàm quòd vt liberorũ amantissimus, ita desideriũ eorũ difficillimum ei ad ferẽdũ erat. Cùm eñ perditos liberos amittimus, non ita acer morsus doloris est, vt qui morientiũ improbitate molliatur: sed cùm virtute prędi ti sunt, vulnus fixũ est, memoria immortalis, malũ omnẽ consolationẽ vincit. Duplex enim stimulus doloris est: alter quidẽ à natura admotus, alter à virtute eorũ qui vita defũcti sunt. Virtute aũt eos præstitisse ex eo intelligi potest, quòd magnã eorũ pater curã suscepisset, vt bene educarẽtur, hostiásq; pro illis mactasset, veritus ne in illis abdita quędã peccata lateret, atq; ei nihil hoc studio antiquius erat. Quæ res nõ modò adolescentũ rectã educationẽ ostendit, sed patris erga eos amorẽ. Cùm igitur pater fuerit liberorũ amantissimus, speciménq; dederit amoris, non naturâ solùm ingeniti, sed à pietate proficiscẽtis: & cùm eximia quędã virtus iã in illis esset, qui ex vita excedebãt, triplici doloris velut face eorũ pater vrebaẽ. Præterea, cùm fato aliqui tãtũ ex numerosa familia eripiũtur, aliquã quidẽ cõsolationẽ hoc malũ habet, quandoquidem qui relicti sunt, dolorẽ quẽ in aliorũ morte capimus, obscurãt. At cùm vno tẽpore vniuersi moriũtur, quẽ postea parẽs aspecturus est, qui multis antè liberis auctus erat, nunc verò omnibus orbus est? At hîc quintã cladẽ recensere licet, quã tandẽ? quòd vniuersẽ omnes interierint. Si eñ cùm quatuor aut quinq; diebus moriũtur, mulieres & propinqui omnes hoc maximè deplorant ac querũtur, quòd vita defuncti derepente ac de improuiso ex eorũ cõspectu sublati sint, multò vehementior ei dolendi causa est, cui liberos oẽs vna hora eripuerit. Malũ enim prouisum & si ad tolerandũ difficile est, ipsa tamẽ expectatione leuius est: quod verò inopinatũ ac improuisum, ad patiẽdũ difficile est. Cũ igitur aliquid per se graue fuerit, & inopinatũ prętera acciderit, cogita quàm ad tolerandum difficile sit.

A Vis sextã calamitatẽ audire? Liberos omnes tũ amisit, cùm in flore ætatis essent. Scis quomodo nos mors immatura mordet varióq; luctu nos afficit. At mors illa non immatura modò erat, sed violenta, vt hæc sit clades septima. Non enim in lecto animã eos efflare vidit, sed dom⁹ ruina oppressos interire. Cogita qualis vir erat qui cumulũ illũ lignorũ ac lapidũ effodit, qui nũc lapidẽ, nunc pueri membrum aliquod extrahit, nunc manum alterã paterã adhuc tenentẽ, nũc alterã patinæ impositã videt, corpúsq; totum deformatum, naso nimirũ contrito, capite cõtuso, exculptis oculis atq; turpiter fœdatis, cerebro huc atque illuc dissecto ac dissipato, & vt vno verbo complectar omnia, forma ipsa ac specie cõturbata: vt varia vulnera liberos à parente ex eorũ desiderio laborãte, agnosci nõ sinerẽt. Hæc autẽ cùm auditis, cõturbamini ac fletis. Cogitate quid parẽti acciderit, cùm hæc videret.
B Si eñ tã longo interuallo sine lachrymis tragediã hãc audire nõ potestis, etsi aliena calamitas narratur, quis erat adamãtinus ille nõ in alienis, sed in suis malis tã moderatus ac tẽperans? Nõ indignabatur, neq; verbũ hoc vnquã ei excidit. Quid hoc tãdẽ est? hęccine benevolentiæ ac benignitatis meæ remuneratio? Nũ ob id omnibus domus mea hospitalis fuit, vt ea liberorũ sepulchrũ esset? Nũ ideo in omni virtutũ genere educati sunt, vt hac morte occũberẽt? Horũ nihil nõ modò non dixit, sed ne cogitauit quidẽ: tulit enim omnia æquo animo ac infracto. Quemadmodũ eñ peritus statuarius aureas imagines effingens, multa eas cura ac diligentia figurat, ita & ipse suam mentẽ cõposuit. Quemadmodũ laboriosus agricola palmarũ ac olearũ stirpes rigat, munit & sepit: ita & ille non prius
C destitit, quàm liberis suis virtutũ incrementa attulisset. At cùm stirpes mali genij impetu conuulsas ac in terrã prostratas, & miserabili vitæ exitu extinctas vidit, omnib⁹ tamẽ maledictis se abstinuit, & Deo gratias agens diabolo magnum vulnus inflixit. At, ais, multos hic liberos habuit: alius autem sæpe vnicum filium habens, eum amisit, neque tamen simili dolore affectus est. Rectè quidem, atque id facilè tibi assentior: multò eñ maior dolor quo Iobus affligitur. Quę est eñ sobolis numerosę vtilitas? Maiorẽ eñ calamitatem & acerbiorem dolorem vulnus à pluribus acceptum excitat. Quòd si alium videre sanctum virum
Genes.22. lubet, vnicum filium habentem, pariq; animi magnitudine vsum, animum attende ad Abrahamũ patriarcham, qui Isaacũ quidẽ filium morientem nõ viderat, sed, quod funestius erat, pater gnatum interficere iu-
D bebatur, & mandatum ipse exequuturus erat, neque molestè ferebat. Nemo eñ hæc vnquã de eo audiuit: An ob id me patrẽ esse voluisti, vt me filij homicidam faceres? Melius fuisset omnino non dedisse, quàm eũ hoc modo sustulisse. Eúmne habere vis? Cur eũ à me iugulari imperas & meam manũ sanguine eius contaminari? An non pollicitus eras me per hunc puerum totum orbem impleturum? Quales tandẽ fructus expectandi auulsa radice? Quos nepotes promittis, si filium mactari vis? Quis talia audiuit vnquã? deceptus sum ac circumuentus. Haud restitit imperanti, non popościt facti rationem. Sed cùm audiuisset hæc verba: Accipe chariſſimum filiũ, quem diligis Isaacũ, ac eum in vno ex montibus, quem tibi ostendero, offer: magna alacritate mandata effecit, vt plura etiam, si imperata fuissent, exequuturus fuisset. Nam vxorem de hoc celauit & seruos, eósque cùm ad montis radicem

radicem manere iussisset, solam secum hostiam abduA xit ac montem conscendit, neque inuitus, sed multa alacritate mandata Dei perficiebat. Quam igitur veniam huius rei impetrabimus, quam defensionem afferemus, si hunc tam præclarum virum tãta cum alacritate videmus Deo paruisse, ac omnibus in rebus illi cessisse, nos hoc ipsum molestè feremus? Nõ igitur luctum, nõ calamitatis magnitudinẽ afferas, sed illud considera, tanto dolore superiorem illum fuisse. Satis autem fuit quòd illius mẽtem mandatum conturbauit, quòd perplexũ atque anxium reddidit, quòd fidẽ eius præteritis rebus exagitauit. Quis enim præter Abrahamum ipsum non putasset verba ac impostura ea omnia esse, quæ de multitudine generis & nepotũ à Deo narrabantur? Modestiam autem Iobi & animi in tãta clade moderationem nihilominus quis admirari debet, quòd homo tanta virtute, post tam multã benignitatem ac humanitatem, cùm nihil sibi, nihil liB beris ipsis mali conscireț, cùm tantam calamitatem tã nouam tam inopinatam ne sceleratissimis quidẽ hominibus contingere videret. Itaque duos hos sanctos viros non laudare modò, sed eorum virtutem imitari oportet. At admirabiles, ais, viri erant. A nobis tamẽ
Matth.5. maior quæritur religio, quàm ab illis, qui antiquã viuendi formam sequebantur. Nisi enim abundauerit iustitia vestra pluſquam scribarũ & Pharisæorum nõ ingrediemini in regnum cœlorũ. Omnino igitur moderatione vtamur, & hæc atq; ea quæ de resurrectione & de sanctis istis dicta sunt, animo reputantes perpetuò mentes nostras in tranquillo collocemus, non modò cùm mœror nobis obiectus est, sed etiam cùm ab omni dolore vacui sumus. Ego itaque cùm nemo molestia aliqua angitur, nũc verba de iis feci, vt quãdo in calamitatem aliquam inciderimus, horum recordatione freti permagnam consolationem capiamus. Milites enim in pace res bellicas meditantur, vt pugna ingruẽte & temporibus, peritiam artis bellicæ desiderantibus, oportunè artificium suum demonstrent, si in rebus tranquillis se diligenter exercuerint. Nos igitur tum arma tum medicinam rebus iam pacatis prępraremus, vt si quando perturbationes rerum graues vel ærumnæ vel dolores inuadunt, aduersus omnes diaboli impetus stipati multa cum peritia illum depellamus, & recta ratione verbo Dei, bonorum exemplis omni denique via nos muniamus. Sic enim poterimus & præsentem vitam cum tranquillitate degere, & in regni cœlorum cum Iesu Christo patrem admitti, cui cum patre & spiritu sancto sit honor, & imperium in secula seculorum. Amen.

IOANNI SANTANDREÆ IOANNES CVRTERIVS S. P.

*VLLVS est (Santandrea doctiß.) si Plinio credimus, tam malus scriptor, ex quo aliqua, modò idoneum lectorem nanciscatur, hauriri non queat vtilitas. Quod vt minimè paradoxum videatur nonnullis, in vnius apiculæ solertiam intueri iubebo, quæ vel ex amaro florum genere etiam mel suauissimum nouit colligere. Addam & Virgilij in Ennio vno exemplum, quem ex eius lectione aurum colligere professum aiunt: vt idem in cæteris præstari posse non sit qui diffiteatur. Nec aliam profectò superioris ætatis nostræque adeò mentem eorum extitisse arbitror, qui magna sua laude, nostráque omnium vtilitate, conquisitis vndique plurimorum scriptorum monumentis siue publicis siue priuatis extruxerunt & ornarunt bibliothecas. In eiusmodi autem libris eruendis edendisque, cùm sæculi nostri studium duplex sit, alterum quidem passim ab omnibus excoli diligenter nemo non lætabitur, qui quantum adferant ad vitam adiumenti artes humanitatis nouerit: Alterum verò ab hominibus Christianis & veræ eruditionis nomen affectantibus miserè negligi, qui in doctrinæ & morum, hoc præsertim dierum senio, corruptissimum statum intuebitur, modò pius, non dolere certè vix poterit. Laudo quidem ego, vndique ab his qui literas tractant humaniores quas vocant, veterum oratorum, philosophorum, poetarum omnium (modò ne moribus obsint & pietati) omnium denique Græcorum, Latinorúmque fragmenta vel minima, etiam ad hemistichia vsque, antiquitates præterea omnes conquiri, edi, & illustrari. Sed ex tanta virorum theologorum turba, in veteris ecclesiæ doctissimis illis & eloquentissimis scriptoribus ab interitu vindicandis & illustrandis paucos adeò occupari probare nunquam potero. Multos in bibliothecis cum tineis & blattis rixari mihi ipse testis es Santandreа, qui ecclesiæ & viris theologis vsui magno ornamentóque esse possint. Horum quærendorum edendorúmque studium quantum in te sit non ignorant, qui tecum semel atque iterum sunt congressi. Quamuis enim vtrisque, nostris scilicet & prophanis, magno ære magnáque diligentia comparatis, tua abunder bibliotheca, illis tamẽ te, siue fortu tuæ & conditionis memorem, siue domesticæ disciplinæ, quæ tam sanctè & incorruptè in nostræ reip. luce iusticiam colit & pietatem, magis delectari sentio. Quod mecum magna cum voluptate tum demum Christianus fatebitur lector, quando, vt editæ iam taceam, ex ea prodire etiam quæ iamiam publicanda viris doctissimis & mihi non ignotis commisisse te scio, deprehender. Facient verò & ad huius rei fidem aliquid Chrysostomi quatuor istæ oratiunculæ, seu forsan orationum fragmenta, quas de veteribus tuis mẽbranis ex Græco sermone Latinas feci, vt tuo nomine, ne quid tãti auctoris vel minimum pereat, quoad fieri per te possit, ederentur. Eis verò non facilè concesserim, qui Chrysostomi non esse dicturi sint, quando & veteres membranæ eius nomen habeant, & Græca sancti viri conueniat cum reliquis quæ extant, scribendi ratio. Quanquam autem orationis nomen præ se ferant tituli, ego tres integras esse mihi negare posse videor, cùm & æquò breuiores sint, & duæ priores vsitata Chrysostomo per oratione destituantur. Tertiam reliquis multo prolixiorem integram esse possem affirmare, nisi & eadem initulo, tanquam primo ingressu scrupulum mihi iniiceret. Si enim τῆς ἀγίας nomine communem locum eum intelligas, quem persæpe extrema concione vir sanctus in populi sui mores torquere soleret, & mutilam istam esse quoque fateri necesse est. Sin autem aliquas eius orationes ἁγίας ideò dici putemus, quod intermisso alibat, quando docendi interpretandique negotio, auditorum suorum mores illis studeret componere, quales ad populum Antiochenum perla

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Sequentes quatuor orationes nũc primum latinitate donatæ sunt & editæ, anno 1570.

† SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Iuramento Oratio, Ioanne Curterio interprete.

GRAVE est, dilecti, atque adeo periculosum maximè, diuina præcepta aspernari. Inde est, quod nos in sacris Euangeliis Dominus, cùm istud haudquaquam ignoraret, scitè monuit: Quicunque soluerit vnum de mandatis istis, minimus vocabitur in rẽgno cœlorum. At verò omnino à iureiurando abstinere, siue verum sit, siue falsum quod affirmes, lata lege non dubium esse voluit, cùm ait: Ne iuretis omnino, neque per cœlum, neque per terram, neq; per capita vestra. Sit autem sermo vester Est, est: Non, non. Quod autem his abundantius est, à malo est. Cæterùm si ideo per cœlum iurare, quoniam thronus dei existat: si per terram ipsam, quia sit scabellum pedum eius: si denique per caput, quia ne vnum quidẽ eius capillum vel nigrum vel album reddere valeamus, vetitũ sit: multo magis nullo vbique discrimine maximè metuendũ illius nomen ore circunferre, neque ante circulationem æstuare & tremere. Quòd si te despecta lege ad iurandum agit libido: per liberos tuos, per teipsum iurato. Dic: Ita latera mea tundat carnifex. Sedenim vereris. Ergo tuis lateribus tibi Deus nequaquã charior? tuo tibi capite, vel liberis tuis nequaquã præstãtior? Dic: Ita ego traiiciar. Atenim nobis ita parcit Deus, vt etiã per propria capita iurare nos prohibeat: cùm tamen ita eius gloriã impotenter euertere conemur, vt ne quidẽ quocũq; libitũ sit trahere vereamur. Nostin quid Deus sit, aut quo ore inuocari debeat? Imò si de præclaro viro aliquo sermo sit, statim os abluendum, purgandumque prius quàm de eo dicatur quicquam, monemur: Nec tamen iam augustum istud nomen, quod longè reliqua exuperat omnia, quod orbis vniuersus admiratur, quo audito contremiscunt dæmones, non erubescis temerè discerpere & dilaniare? O consuetudinẽ. Inde adeò est, quòd tã facilè in cõtemptũ abiit. Atenim proculdubio, si cuiquam per sanctã domum iurãdi necessitatem imponas: quãtumuis id purgãdi criminis causa fiat: (quod legibus humanis multis in rebus geri assolet) ita tamẽ afficeris, vt nõ leuis alicuius rei, sed horrendi iuramẽti auror extitisse tibi videaris. Quanquã vnde ita horrendũ videri queat, nisi quòd illo passim abusi sumus, isto autẽ minimè? Non enim ad Dei nomen, quo duce mari diuiso transmissus est populus, fusique hostes: quo cherubin purgatis oribus non sine timore laudes personant, horrere decebat. Sed nescio quo pacto eò dementię progressi sunt nonnulli, vt magno illius studio ita circunferre se, & vbique vsurpare non vereantur dicere. Quibus & ista nos opponimus. O miseri. Nunquid & panẽ ipsum, Christi corpus aio, omnino diligimus, nec vbique tamen circunferimus? Si enim quia ipsum cupimus, ideo temerè & securè vti liceret, eodem quoque & ebriis vesci esset integrum. At nusquam istud fieri videas. Est verò & idem de ipsius nomine agi consentaneum. Si tãtus enim in eum est noster amor, reuereamur & nomen ipsius. Sin autẽ nullus nos afficit timor, constat proculdubio nos violata lege deũ quoq; ipsum aspernari. quo quid possit esse deterius? Purgemus ergo ora nostra à iuramentis, & ita ipsum inuocemus, vt celerius audiamur. Quod enim os iurisiurãdi ignarum est, velocius multo & deũ precibus flectere, & diabolũ ferire opportunè nouit. Quod inquam os iurisiurãdi ignarũ est, idem prorsus est & inferendæ iniuriæ. Hoc incendium igitur à lingua tua, tanquã à priuatis ædibus depelle. Hoc inquã incendium foras mittito. Facito ea vt respiret paululum. Fiat, precor, per te vulnus mansuetius: quo aliud item vobis per me exponatur præceptionis genus. Isto enim nondum perfecto & impleto, ad aliud mihi trãsire religio est. Hoc ipsum exactè & diligẽter præstate. nec erit sine sensu vobis laborum vestrorum fœlix successus. Quod cum præstiteritis, leges alias non iam ego vobis, sed ipse Christus adferet.

Matth. 5.

Matth. 5. Iac. 5.

B

C

D

Exod. 15. & 14.

Esaiæ. 6.

Psal. 8.

Philip. 2.

1. Cor. 11.

EIVSDEM, ADVERSVS EOS QVI *in deliciis agunt, eodem interprete.*

NIHIL homine in deliciis vitam agente turpius. nihil item saginato obesóque corpore imbecillius. Huius enim pulchritudinis florẽ emori, huius oculorum serenitatem & suauitatem, tanquam nebula aliqua solis radios intercipiente, turbari fœdarique videas. Seruile profectò, & libero homine indignum, omnique prorsus ingenuitate vacuũ negotium, cùm ipsa victus frugalitas somnum facilem vel sanitatem sectãti prębere soleat. Est enim temperantis intestini somnus salutaris. Nam vbique quod moderatum est placet: non item quod immodicum. Hoc enim vel in exigua ignis scintilla videas, cui si ingentem lignorum aceruũ imponas, non iam ignis lucidus, sed fumus multus idémq; oculis ingratus apparebit. Viro quantũlibet robore valenti & procero onus quodvires exuperet, imponas, & eundẽ mox oneri succubuisse, humiq; prostratum intueberis. Vel etiã naui onus ingens iniicito, & ingẽs crearis naufragiũ. Tale profectò & istud est, veluti cũ nimio onere premũtur naues, tum multus nautarũ, gubernatoris, proretę, & eorum qui vehuntur tumultus, auditur: cùm à summo alij, alij itẽ ab imo in mare omnia mittãt. Pari ratione & hîc alios supernè vomitu, alios itẽ infernè emittere, & seipsos contaminãtes perire, ipsum os denique, quod est omniũ profectò turpissimũ, posteriorum partium munere defungi, & illis fœdius reddi videas. Quod si tanta est corporis deformitas, quantã putas animæ existere? Nã omnia ibi caligo, omnia procella, omnia tenebræ. Multus cogitationũ clamor oprimi atq; atteri se expostulantiũ, animi deniq; vim inferri sibi vociferãtis: cùm accusari sese mutuò omnes, hortari itẽ & precari vt retẽtũ intus egeratur stercus, nõ desinant: quo tamẽ emisso ne sic quidẽ cessatura sit tẽpestas, cùm febres & morbi corpori vndiq; obuersentur. Quã est illius odor ingrat⁹ cui putet crapula? Quod si in muliere cõtingat, quantũ & hoc malũ! Quæ cũ corruptarũ carniũ odorẽ eructat mulier, quę vino grauatur, quæ excitari & erigi nequit, quæ plus æquo rubet, quę crebra oscitatione multáq; caligine detinet, vel ipsis catellis turpior obscœniorq; est. Cęterùm haudquaquã talis est quę deliciis parcit, sed longè formosior & temperãtior. Facit enim nõ parũ ad corporis pulchritudinem a, nimi tranquillitas. Nã quo minus corporeis lineamentis eam deberi putes, da forma alioqui eleganti puellam, perturbatam, garrulam, maledicam, temulentam, sumptuosam: si non quantũlibet deformi putidiorẽ esse constiterit.

Quòd

Quòd si verecũdia affici, si tacere, siquę erubescere, si item temperanter loqui, si denique ieiuniis assuescere didicerit, dupla & hæc pulchritudo. Ipsa iam venustate longè gratior, modestia, elegantiáque abundans forma existit.

A

EX CHRYSOSTOMI ETHICIS. QVOD *vbi ira, ibi non sit spiritus sanctus, eodem interprete.*

EXcrandus qui ad iram procliuis est. Nullo pacto cùm ira erumpit, tutum fuerit accedere. Vt enim in maris tempestate frequens tumultus, ingénsque clamor philosophandi copiam nemini esse patiantur, sic & in ira, qui vel meditari animo aliquid, vel dicere, vel denique erudiri voluerit, eum in portu prius esse oportet. Vidésne quoties de rebus necessariis agitare volumus, vt strepitu vacuos, vbi otium, vbi tranquillitas, quò auocari interpellarique non liceat, locos diligenter captamus? Quod si à rebus abducit qui externus est strepitus, quanto magis quæ intus agit perturbatio? Siue precetur aliquis, frustra ira & animi cogitationibus occupatus precatur, siue loquatur, siue taceat, siue comedat, siue bibat, siue sedeat, siue stet, siue ambulet, siue dormiat, illa quoque ridiculè fecerit. Nam idem prorsus, ac si somniando talia imaginetur, facit. Atenim potest quicquam talibus esse absurdius? Insuaues oculi, os distortum, artus tremuli & tumentes, lingua impura & muta prorsus, mens emota, species habitúsque indecorus: nulla non denique deformitas. Laborantium temulentorúmque oculos, item & furiosorum intuere, quid inter se differant. Num tu id omne insaniæ tribueris? Quid enim si ad tempus id fieri respondeas? Nam & qui furit, ad tempus furit. hoc verò quid deterius? Nec tamen apologia tueri se erubescunt. Haud scio, dicit aliquis, quid dixerim. At tu quid dixeris, ratione alioquin prędītus ignorabis, vt brutorum & ratione carentium vitam, non aliter quàm qui ferociũt & impetu aguntur indociles equi, imiteris? Est nimirum & ista accusatione digna defensio. Vtinam enim quæ dicis nequaquam ignorares. Iræ, ait, verba sunt, non mea. Quomodo illius? Atqui ne virium quidem aliquid ira habuerit, nisi à te sumpserit. Nec istud quidem aliud fuerit, quàm si manu tua, nec à te tamẽ inflicta vulnera dixeris: cùm à se dexteram motum non habere, nec nisi autore & impellẽte animo graue quidquam patrare posse certum sit. Ergo nihil irato homine iniucundius, nihil grauius, nihil odiosius. Quemadmodum igitur nihil eo qui irasci nesciat, iucundius, sic cum truci fera longè, quàm cum tali homine habitare fuerit optatius. Illa enim cicurata semel, eas quibus assueuit leges obseruat. At hunc quoties cicuraris, toties rursus efferari videris. Quantum enim serenæ lucidæque diei tempestas tristitia plena interest, tantum iracundi & mansueti hominis animus. Quis adeò latera tundat carnifex? quinam candentes igne obeliſci adeo corpus traiiciant? quis furor ita mentem propria sede dimoueat, atque ira, ipsáque insania? Noui non paucos qui morbos ab ira sibi crearunt. Quinetiam febres inde grauiores oriri videris. Quod si tanta corpus clade afficit, quantam putas animo inferre? Multi oculorum luce priuati sunt: multi in morbũ grauissimum inciderunt: At ira, dilecte, nihil peius, nihil intempestiua animi confidentia deterius. Haud multam hæc moram patitur. præceps est perturbatio. Et sæpe iratus quispiam verbum effudit aliquod, cuius toto vitæ tempore damnum sarcire vix possit. Itidem aliquid admisit, quod vniuersas vitæ illius rationes funditùs euertat. hoc ipsum enim ideo molestum est & graue, quòd verbo vnico, vnica item actione, nos persæpe bonis sempiternis priuat, immensisque excruciat laboribus. Est ergo feræ huius, ne nos ignem in sempiternum deducat, necessariò cohibenda petulantia. Sed iniuriam ab alio, dicat quispiam, passus sum, nec tamen referam? Quid ais dilecte? Damnum pro damno reponere queris, qui & colaphis cædi, & malam alteram percutienti porrigere iuberis? Non ita publicanus ille, qui à pharisæo lacessitus, quanuis posset quod queris, iniuriam vlcisci, nequaquam tamen voluit, sed depresso animo Deum vt sui, quia peccator esset, misereretur, precatus est. Ab isto ergo disce facilem & tolerãtem esse. Ipse enim cùm falsis criminibus peteretur, nihil ob id quicquam, nec verbo, nec opere, mali reposuit, ne rege quidem ipso presente, sed reũ esse se cùm cogitaret, ad preces statim conuersus, ita peccatorum onere ne reprehensus quidem quamprimum leuatus abiit. Vides iam publicanum vniuersitatis Dei sententia absolui: Vis & scorti audire tolerantiam? Audi Christum, cui tum pedes coma abstergebat, in hæc verba loquentem: Publicani & meretrices præcedunt vos in regnum. Stantem ipsam, cõfidentem, atque adeò peccatorum sordes eluentem contemplatus es? Vide iam vt Pharisæo conuiciis lacessita nequaquam irascatur. Sic enim ille aiebat: Si sciret peccatricem esse fœminam hanc, haud eam pateretur. nec tamen ipsa reponebat, Quid verò tu? num etiam à peccatis purus es? sed eò dolebat amplius, amplius lugebat, vberius lachrymas fundebat. Itaque si fœminæ, si publicani, si scorta denique nondum percepta gratia, ita modestè & temperanter agunt, quam ipsi nos veniam meremur, qui tanta aucti cumulatique gratia, quibuslibet feris acrius sæuimus, pungimus, impetimus? Cæterùm ais te nisi lacessenti, aut iniuriam inferẽti, aut despicienti denique occurreris, tanquam ignauum & fatuum esse risuros quoslibet. O pessimum defensionis genus, si nõ potius accusatio mera est. Num tandem aliquando nostrum hoc cessabit delirium? num desinet insania? Nom ei q. lata lege septuagies septies vsq; fratri parcẽdũ sanxit, nos opponere verebimur? Ille septuagies septies iniuriã iubet cõdonare, & ei tu, qui in te semel offenderit, veniæ locum esse apud te non pateris? Num ipsum intueris Dominum, qualem se in ea re primus gesserit? Conuiciis impetitus, conuitia non reponebat: imò eorum in gratiam à quibus cruci affigebatur & tollebatur, Deo & patri preces fundebat his verbis: Pater ignosce illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Cùm pateretur, hauquaquam minitabatur: sed tergum in verbera, faciem in colaphos tradebat, suoque illud exẽplo sancibat quod ait, Discite à me quia humilis sum & mitis corde, & requiem inuenietis animabus vestris. Et tu ista audes verbis impugnare? Enimuero respondeas velim, modò à quibusdam non rideris, modò ignauiæ, modò stultitiæ supicionem euites, per omnia pręclarè tecũ agi putabis, qui hominibus places, nõ Deo? Nũ ita clamantẽ Apostolũ audisti, Si hominibus placerẽ, seru⁹ Dei nõ essem? Hãc precor impudentiã cõpescamus: Christũq; pro nobis, vt omnes cõciliaret demortuũ reuereamur, iudicẽ ipsum, quẽ nihil decipere valeat, Amẽ dico vobis, quoniã cœlũ & terra trãsibũt, verba autẽ mea nõ

Matth. 5. Luc 6. Luc 18.

Luc 7. Matt. 21.

Luc 7.

Gal. 1.

Matt. 24. Luc 21.

Mar. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

transibunt,dicentem audiamus.Inter nos ergo coeamus,atque nihil iracundia turpius,nihil absurdius,nihil grauius, nihil iniucundius, nihil denique nocentius esse credamus.Neq; verò ista dico,vt mansuetos in viros solum nos præbeamus, sed vt garrulam etiã, si esse contingat,vxorem feras. Sit tibi vxor palæstræ & exercitationis loco. Quî non sit absurdum,exercitationés eas quæ nullo fructu corpus atterunt, amplecti, intus autem, quæ vel ante certamen coronam præbent,non facere?Insultat mulier? Caue ne mulier fias. Est enim insolescere muliebre. Morbus animi est.Infirmitas est.Ne te à muliere putes indignum lacessi. Te potius indignum credito,si lacessis: illa autem iniuriam fert patienrer. Tum agis non decenter. tum damnum accipis. At si acceptum tolleras, magnum tuæ fortitudinis hoc fuerit testimonium. Non ego in orationem mulieres inducẽs, ista contumeliæ causa dici volo.Absit. Verum si quoniam talia satanicis impulsibus contigerint, sui vt esse muneris impotentum ferre iniurias fortes meminerint. Tibi si contradicat seruus, feras æquo animo, nec quid illum, sed quid te dicere vel facere dignum sit, audiat ipse,vel patiatur.Puellam nunquam verbo vsus contumelioso eiicias:nec scelestum seruum dixeris. In te enim non in illum recidit iniuria.Quod si quibus prę sumus,eos ad meliora hortari animus est,idipsum leniter & mansuetè agamus. Rebus eñ magis q̃ verbis solent animis infundi quæ præcipimus aut docemus. Deinde, si opus desit, oratione non solum non profuisti, sed obfuisti magis. Præstat ergo tacere. Quid ita? quia rem mihi haud fieri posse probare videtur. Sic enim cogito: quando qui ista doces non præstas, multo magis ego venia dignus.Itaque sic ait propheta:

Psal.49.

Peccatori autem dixit deus, quid tu enarras iustitias meas? Ea demum enim maior est iniuria, cùm bellè quidem verbis docetur, sed operibus doctrina euertitur. Istud multorum malorum,siue ecclesias,siue senatus,siue priuatas ædes spectemus, causam habet.

ὤϛω sustuli.

Neque enim apud se qui irascitur esse potest: veluti cùm turgẽte mari omnia misceri, aut cùm iniecto in fontem limpidum luto eundem turbari, & sursum deorsum ferri conspicias. Quantũuis ferias,quãtumuis tunicam laceres, maius ipse damnum pateris. Illius enim in corpore:huius in veste: tuum autem in anima vulnus est.

σὺ lego in datiuo.

Ipsam petiisti. Ipsam vulnerasti. Aurigam equis deturbasti. supinum trahi fecisti. Idẽ denique per te patratum est, ac si auriga alteri iratus agi quàm agere malit. Siue castigas, siue mones, siue quid agis aliud: absit furor, absit iracundia. Si quem enim reprehẽdit, qui in se peccat medic⁹, quî aliũ sanabit,cùm proprij autor morbi, seipsum nõ sanat?

Pro θεραπεῦον lego θεραπεύων.

Nũquæso qui curandæ valetudinis causa accedit, manum sibi prius vulnerat,num oculos effodit,ita medicinam facturus? Absit. Pari & tu ratione, siue castigas, siue mones,purus oculorum tibi sit aspectus,omni labe mens tua careat.Alias quæ possit esse curatio? haud possunt eadem iratus & irę expers tranquillitate contineri.Quid magistrum throno deturbasti?Itáne humi iacentem & prostratum affaris?Númne iudices ipse intueris, vt decenti habitu in throno iudicaturi sedere prius, & ita sententiam ferre soleãt? Pariter & tu iudiciali veste, id est æquitate & modestia animum ornato. Cæterùm nequaquam, dicat quispiam,metuetur. Imò amplius. Tum enim quãtumuis iusta dicas, iræ omnia tribuerit famulus. At si modestè & humaniter fueris locutus, vltrò ipse se damnabit.Itaque quando ducem & autorẽ te fuerit amplexus Deus, sempiternorum bonorum particeps esse poteris: gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi,cui gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM, DE ORATIONE *eodem interprete.*

INGENS bonum,omnique possessione prę stantius oratio est. Ipsa enim solutis criminum catenis Deum & ad misericordiam pręparat, & periculis in quæ errore & incuria solemus incidere,securos & liberos reddit.

Pro βουλῆς lego ἀνεπιβουλῆς.

Orate inquit, ne interetis in tentationem.

Luc 22.

Noctu igitur precibus incumbamus, & ipsa criminum vincula dissoluemus? hanc enim soluendorum peccatorum precibus esse vim, vel nobis ille qui nocte intempesta fores amici pulsare non desinit,persuadeat.

Pro λύσωμεν lego λυσόμεν.

Luc 11.

Persuadeat ipse Cornelius.Nam eius preces,& quę in egenos benignè fecerat, in recordationem ante Dominum ascendisse testatur Angelus.

Act. 10.

Post γὰρ arbitror hic desiderari φησὶν ἢ γέγραφε, aut φησὶν ὁ ἄγγελος.

Persuadeat denique vel Paulus his verbis: Quæ autem sic vidua est & deserta,sperauit in deo, & perstat in orationibus die ac nocte. Quod si de vidua isthæc imbecilli alioquim mulierculcularum genere dixit, quanto de viris potius? Atenim quoniam de his disserere vobiscum occepi, pergam etiã. Noctu expergiscamur, precésque si non multas, vel vnicam saltem castè fundito, & suffecerit.

vt est cap. 10. Act.

1.Tim.5.

Nihil amplius exigo,etiam si media nocte non feceris.Ipso ergo matutino crepusculo non corporis solùm,sed animæ noctem existere ostendito.Illam non frustra tibi abire permittito. quin Domino potius vicem istam gratiæ repone. Citius verò & ipsa in te conuertetur. Quid igitur,dicat aliquis,si pulsauero? Cessa pulsare, & lachrymas fundito:deinde accede, ipsúmque imprimis benignum & misericordem statim effeceris. Te solum pulsasse dicito, dicito inquam ex animo mentéque sincera:& remissa sunt omnia.Non ita tua condonari peccata cupis, atq; tibi remissa esse expetit.Etenim quo te id cupere minus mihi probaris,cogita te nec vigilias amplecti,nec opum curam abiicere:cùm ipse quo nobis parceret, ne filio quidem vnico,filio inquam vero, & qui parem secum habet potestatem,pepercerit.

Rom.8.

Cernis iam quanto te potius tua tibi remittere scelera desideret?facessat ergo hinc cũctatio: facessat mora: hominum amans est & beneficus.Solummodo benignè faciendi, tantum ne inutiles ipsi habeamur,ansam prębeamus: quanquam ne eo quidem tamen soluendi tardetur potestas. Cæterùm non aliter quàm multa inter domesticos simulamus& fingimus,sic & salutis nostrę causa efficere certum est. Præoccupemus faciem eius in confessione,

Psal.94.

quoniam bonus & misericors. Quod si non inuoces, quid ipse faciet? Num tibi remitti postulare vis? Vis ore quidem,sed non ex animo. Cæterùm quid est in veritate inuocare,nisi ex animo,nisi alacriter, animique pura & sincera cogitatione?Vt solent de vnguentis dicere:putum est,nihil huius adulterinũ: ita & hic quoque. Qui verè ipsum inuocat, qui verè precatur, incumbit perpetuò,nec nisi re impetrata desistit. Cõtrà, qui aliud agens, & vt officio defunctus putetur, facit:quantumuis ita legem impleat,haud illum,quisquis sit, in veritate locutum credere consentaneum est.Caue ne peccatorem esse te dixeris solùm: sed ista opinione

Pro ἀλγεῖς legetim ἀλγεῖ, impetrandi modo.

opinione liberare te satagito.Non ore, sed dolore opus est.Quod si doles,serio agis.sique agis serio,nihil est quod doleas. Sin autem dolere te non contingat, quid aliud q̃ hoc ludere & ridere fuerit? Quis morbũ suum confessus, non omnia tentarit, vt eo liberetur? Magnũ oratio propugnaculũ.Si bene de filiis vestris,

Luc 11.

mereri nostis, quãto magis pater vester?Quid non vis accedere?Amat te,&omniũ opes eius superat potentia. Cùm velit ergo & possit, quid iam nisi ipsi nobis in mora sumus?Accedamus cum fide: accedamus inquam,ea quę poscit dona offerentes,iniurię obliuionem, probitatem,mansuetudinem.Quod si peccator es, ne quidem etiã ob id fidenti animo errati veniam postulare desiste, qui eadem ab ipso alios impetrasse possis docere.Sin autem iustus es, istóque cares,nihil quicqnã promoues.Non potest quisquam, qui proximo iniuriam remittit,erratorum veniam exactè nõ consequi. Nostrum enim in nos partibus infinitis amorem suo Deus exuperat.Quid dixeris (quantumuis iniuria lacessitum te propter mandatum iram cohibuisse, animi impetum tolerasse profitearis) nisi & ipse remiseris?Et hoc profectò ignorat nemo. Itaque animos nostros iniuriarum recordatione liberemus: &hoc vt audiamur suffecerit,tum demúmque sobriè, multáque perseuerantia adire poterimus, vt largè ipsius aucti benignitate,sempiternis bonis digni fiamus in Christo Domino nostro, cui cũ patre & spiritu sancto gloria nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

R. P. D. NICOLAO PELVIO,

SENONVM ARCHIEPISCOPO, GALLIArum & Germaniæ Primati, Claudius Espencæus Parisiensis Theologus S.

CVM hoc anno typographi Parisienses os illud aureum,Diuũ Ioannem Chrysostomum recuderent,autorem aliõqui toties excusum,nunquam tamen vel recusum satis, vel nimium recudendum, rogauit me ex his vnus, nunquid haberem quod commode ad eam,quam in manibus habent, editionem accederet. Respondi, præter Veneticam mihi esse seorsum paucula Basiliensia,latina alia,alia græcolatina,& latina Parisiensia,quibus ante annos plus minus viginti legendis obiter mihi obseruauerã dissimilia & prouerbia.Vterentur,fruerentur,siquidẽ ea viderent in rem esse tum suam, tum publicam. Redegi vtraque in centurias. gustata minus displicuerunt. Huius certè opellæ adeo non est cur me vel tantillum pœniteat, vt contrà sit cur me vehementer pœniteat eandem olim iam non præstitisse legendis aliis,sacris præsertim,scriptoribus.Collegit Erasmus Roterodamus ex prophanis similitudines,ex Ecclesiasticis Alardus Amstelredamus, cuius operis partem plus tertiam occupant Chrysostomianæ.Mirum enim quàm in iis valuit, quàm regnauit in iis doctor hic disertissimus.Verùm in dissimilibus si non tam frequens & assiduus, at certè minus nihilo ad docendum, mouendum, afficiendum,

Quint.lib. 5.cap.10. 11.

& modis omnibus persuadendum vehemens & appositus: vt nihilo etiam minor est Dissimilitudinum quàm Similitudinum in sacris concionibus vsus.Nihil enim rerum humanarum ad diuinas collatarum tam eis simile, quin dissimile sit, & quidem multò plus dissimile: vt rectè dicatur omnem similitudinem claudicare.& contrà nihil tã alicui dissimile,in quo nõ aliquid persimile, imò similia multa. Et similibus enim inesse dissimile:

Vergil. in Tityro.

Sic canibus catulos similes,sic matribus hœdos Noram.

Plaut.in capt.

Differunt enim ætate.Et dissimilibus simile: vt est Formicæ & Elephanto genus,quia sunt animalia.Cùm igitur fallere soleant similitudinum species,ideóque adhibendum his est ex dissimilitudinibus iudiciũ: vt non si lætitia bonum, & voluptas:non quod mulieri, idem & pupillo:neque vt nauis vtilior noua quàm vetus,sic amicitia:Nec vt pomum generosissimum,idem optimum:& equus optimus,qui velocissimus:ita hominum,qui claritate nascendi,sed qui virtute maximè excellit,optimus est:Nec vt laudanda quæ pecuniam suam largitur,ita quæ formam.

Quintil. ex Cic.de Inuent. lib.1.

Verba sunt in his similia largitionis,vis quidem longè diuersa,pecuniæ & pudicitiæ.Sic incautè respondisse ferunt suam Xenophonti Aspasiam, sic interroganti, Dic mihi, quæso, Si vicina tua melius quàm tu aurum habeat, tuum malis,an illius? Illius. Si vestem,cæterúmque ornatum muliebrem precij maioris? Illius. Age, si & virum meliorem, vtrum malles? Hic mulier erubuit:& meritò.Sed nihilo cautè magis maritus.Quærenti enim æquè vxori, Si vicinus tuus meliorem quàm tuus est equum habeat, vtrum malis? Illius. Quid si fundum meliorem? Meliorem malim. Quid igitur si vxorem meliorem quàm tu habeat, vtrum illius malis? Hic Xenophon quoque ipse tacuit. Meritò quoque. Malè enim vterque responderat, malle se aliena quàm sua.nam est id improbum. At si respondissent malle se aurum suum, vestem,equum,fundum,talia esse,qualia meliora essent,potuissent pudicè respondere,malle se coniugem talem esse,qualis melior esset.Sic Fabius. Aliter Cicero,cùm vir vxorem lectissimam, optimum virum mulier maximè vellet,nisi perfecerint, vt neque vir melior, neque fœmina lectior in terris esset: profectò id semper quod optimũ putarent,multò maximè requisituros: vt hic maritus,quàm optimæ mulieris,hæc quàm optimo viro nupta sit. At hæc similia dissimiliter forsitan,hoc est dissimilitudine rerum alienarum & suarum,quarumuis potius quàm coniugiorum dissoluisset noster Chrysostomus.

Editionis 2.in Mat. homil.48. & Variarum.26.

Liceat sanè sua cuique sibi optare meliora,qualia sunt aliena.secus habent coniugialia.Ecce,ait hic, aut eius certè titulo alius, Ecce si vir vxorem habeat,quomodo cognoscitur vxoris plena dilectio? vxor neminem debet putare sapientiorem, neminem fortiorem,neminem formosiorem,quàm virum suum.& si sit alter sapientior,fortior,aut formosior,tamen ea intelligere non debet, nec alter aut sapientior aut fortior aut formosior coram oculis eius apparere. Perfectus enim tum odij tum amoris affectus iudicium rerum non agnoscit: vtputa si quem perfectè oderis,qualiacunque fuerint apud eum, omnia tibi displicent, siue quæ dicit, siue quæ agit:etsi verè bona sunt,tibi tamen mala videntur.Sic & si quem perfectè amas,quæcunque apud eum,placent tibi,siue quæ loquitur,siue quæ agit,et si mala sunt,tibi tamen bona videntur.Vxor ergo si quem alium virum videns dixerit,quàm sapiens,quàm fortis, quàm formosus vir, vtinam vir meus talis esset:iam eius amor minus habet de perfecto amore: & pro quanta parte amplius aliquid in altero viro quàm in suo laudauerit, tanto eius minor est ad virum suum dilectio. Hec ille.

Laert.li.2 Erasm.3.

Incautè igitur dissimilia in similibus non animaduertebat Aspasia,nihilo cautè magis Xenophon. Turpiter autem, nedũ incautè, similibus, sed dissimillimis tuebatur ita se suámque tur-

Universidad de Deusto Biblioteca

Apophth.3. que turpitudinem Aristippus, ad eum qui illi vitio dabat, quòd meretrici cohabitaret, num, inquit, referre putas, domū accipere quam
multi inhabitarint, aut quam nemo? Negante illo, quid, ait, referét ne vtrum veharis naui quæ innumeros vexerit, an quæ nullos? in
qua plures nauigarint, an in qua pauciores? Cum negasset & hoc: Quid igitur refert, inquit, vtrum consuescas cum muliere quæ mul-
tis fecerit sui copiam, multísque fuerit exposita, an quæ nulli? Festiua sanè similia apud eos quibus simplex stuprum non habetur pro
crimine. Turpius adhuc Theodorus ille atheos, sapientē palā absque vllo pudore aut suspicione congressurū, his similibus, sed æque vt
superiora dissimilibus, colligebat. Nonne mulier literis instructa vtilis erit, quia literata? Ita sanè. Et mulier igitur vtilis, quia pulchra.
Nōne vel puer vel adolescēs vtilis, quia formosus? Sic sanè. Et ad hoc ergo vtilis, ad quod formosus natus est. Assentiebatur alter. Ad
consuetudinē autem vterque vtilis est. Quibus etiam concessis inferebat: Si quis ergo ita vtatur eiusmodi consuetudine, quando id vti-
le est, non peccabit. Neque igitur si pulchritudine vtatur, dum vtile est, peccat. Et his similitudinibus, sed dissimilitudinibus vel minus
Macrob. animaduersis, vel certè dissimulatis, iuuentutem vterque secum corrumpebat. Econtrario Populia M. filia dissimili humanam libidi-
Saturnal. nem præ bruta ac belluina tuebatur. Miranti enim cuidam quid esset quapropter aliæ bestiæ nunquam marem desiderarent, nisi cum
lib.2.cap. prægnantes vellent fieri, respondit, Bestiæ enim sunt, nempe quia belluæ sunt, voluptatis scilicet ignaræ, nisi quam imperet natura, quæ
5. in brutis tamen laudanda magis est, quàm in hominibus libido. Sic humana nouit improbitas cor suum declinare in verba malitiæ ad
Psal.140. excusationes in peccatis excusandas. Assumitur item dissimilitudo & ad orationis ornatum, & ad probationem, & plures caussas, aut
Quintil. etiam casus habet. Fit enim genere, modo, tempore, loco, cæterísque per quæ ferè omnia Cicero præiudicia, quæ de Cluentio videbantur
vbi supra. facta, subuertit. Illud est & annotandum, argumenta duci vt ex iure simili, sic ex dissimili: quale est Ciceronis pro Cecinna: Vt si me
exire domo coëgisset armis, haberem actionem: si quis introire prohibuisset, non haberem? Dissimilia sic quoque deprehenduntur: Non
si qui argentum omne legauit, videri potest signatam quoque pecuniam reliquisse: ideo etiam quod est in nominibus, dari voluisse cre-
Idē lib.6. ditur. Est & in captando risu dissimilitudini locus. Hinc eques Romanus ad quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus,
cap.4. qui ei suis verbis diceret, Ego si prandere volo, domum eo: Tu enim, inquit, non times ne locum perdas. Sensit princeps indecorum illic,
Eras.6. seu in publico bibere: Eques verò dissimili, & dissimili iocoso sic interpretatus est, Cæsarem sine damno posse discedere è theatro, quòd
Apotht. locus ipsi seruetur, non item equiti. Sed iam rhetoricari desino. Nec enim de dissimilibus tractatum hic institui: gustum modo ex scri-
ptoribus externis dare volui. nam eorū in sacris vsus, & quæ illa tractandi ratio, ex Chrysostomianis licebit discere. Verùm hanc dis-
similibus vnde colligendis lampadem senior iunioribus trado, & iunioribus vtriusque literaturæ non tam candidatis, quàm iam vete-
ranis, hoc est hominibus mei, vt hominis in vtraque non admodum feliciter versati, dissimillis. Opus certè victurū, quódque genium,
vt ille ait, habeat, fecerit. quisquis hanc, quam vtcunque exorsus sum, telam perfecerit.

Eadem Adagiorum ex sacris patribus congerendorum ratio, & mihi pro iis primitiolis querimonia, nimirum illud lectores malè
forsitan habiturum, quod me indubiè malè habet, ea cum sint scriptoris Græci, hæc latina, hoc est non sua lingua esse allata: vt quæ-
dam ideo futura sint magis riuulorum, non vtique satis purorum, quàm limpidi & aurei fontis, aliorum vtpote, & aliorum interpre-
tum potius quàm autoris, vt illud,

Cædimus, inque vicem præbemus crura sagittis,

Merè Latinum. Græci tamen, præsertim orthodoxi, Romanæ tum linguæ vt plurimū imperiti erant, qualē se agnoscit ad Posthumia-
nū Nazianzenus, Chrysostomo vel æqualis vel nō multò anterior. Cùm vix alius in enarrādis sacris voluminibus dexterius versatus
sit, quàm noster hic: nec alius scriptor magis accōmodus his qui se parant ad munus concionandi, & tam multa scripserit, ex eorū me
Erasm. in esse studentium numero profiteor, quibus simul dolet eius modò partem extare vtcunque versam, neque paucis deprauatis, neque nullis
adagio, Fe parum, ne dicam nihil eius habentibus, admixtis, simul id voti est, vt tantus doctor totus haberetur Græcus, & emendatus: aut certè
stina lēte. sic eum haberemus Latinè loquentem, vt Græce loquitur. Papæ, quanta lux sacris studiis accederet! Quem ideo cum audirem Græcum
extare in bibliotheca Regia, vt ex regali popularis fieret, & in lucem exiret, in Pissiaco conuentu episcopis aliquot suasi, nullis persua-
si. Nam & alibi audio extare, sed apud adeo paucos, vt latêre magis videatur, quàm extare. alioqui homo quātumlibet parum Græ-
ce tinctus, poteram, si passim hic extitisset, in his pauculis reddendis aliena opera vti: quæ interim donec prodeant vel Græca, vel La-
tina quàm quæ passim extant meliora, qualia inueni & accepi, talia reddo, & hanc rursum lampadem Chrysostomianis adagiis ex
Græco fonte, si quando totus Deo donante prodierit, Græcè Latinéque peritioribus trado.

Vtranque interim, dum meliora in hoc scribendi genere moror & spero, Syluulam vtcunque cœptam, & studiosis ad idem in scri-
ptoribus præsertim Ecclesiasticis maiore tum ocio tum etiam successu (quod & fore confido) tentandum atque imitandum propositā,
vt tibi R. D. nuncuparem, fecit eius in quam ante quadriennium rusticantem me familiariter admisisti, bibliothecæ tuæ recordatio:
Sap.5. simul vt ne mei vicissim memoria, quod est apud Hebræum sapientem, quasi hospitis vnius & alterius diei, præteriret: simul vt in
eadem bibliotheca tua verè pontificia, hoc est bonis omne genus autoribus refertissima, locum nostratia hæc, vt & alia priora, inue-
nirent. namque quod ait ille, -tu solebas

Nostras esse aliquid putare musas.

O te perbeatum, qualem tum reperi, sic ad caulas quidem tuas residentem, vt non residem: sed omnia pastoritia munia obeuntem, & il-
lud in primis adeo necessarium, vt aliquot post primitiuam ecclesiam seculis, monstri loco habitum fuisset vel semel omissum, aliquot
contrà retro seculis intermissum, ne dicam neglectum: vt vel semel repetitum, monstri loco habitum fuerit, hoc est, prædicantem, &
verbo sic ac doctrina tuis præeuntem, Male sit sacro isti & plusquam ciuili, vel execrando potius, & vt ita loquar, inciuili bello,
quod te tuíque similes ab amicis illis tuis amicissimis, libris, literis, & ouiculis tādiu abiunxit, & negociis adeo negociosis, curis, vt cū
Martiale dicam, ita catenatis implicuit, quas etiam illegitimas dicerem, aut exleges, nisi & coactas, & à necessitate, quæ legem hanc
vnam habet, quòd legem non habet, profectas, & impositas. Nunc enim, si vnquam aliàs, Dominicum illud verbum locum habet: vt
Luc.22. qui non habet gladium, & sacculum & loculum, peram & crumenam, & pallium vendat & tunicam, & sic emat. Bellum hoc a-
deo ingens, & quod aiebat ille, -ceu cætera nusquam Bella forent,
Pro focis & aris, pro patria, pro maiestate diuina & humana, pro grege, lege, & Rege, pro Christo domino, & Christo domini, mani-
Val. Max. de discipli na milita- ri. bus in hæc omnia, in greges & leges, in Regem ac Regnum, imò in Reges & Regna, in phana etiam & prophana, armis & igni-
bus sic per aduersarios iniectis & iniiciendis, nisi vel serò, quia maturè obuiam itum non est, obuiam eatur, res ad extrema venit, vt
non alia re magis quàm gladio opus esse videatur, & quidem duplice, spirituali & materiali, rebellium hoc, illo abusuum refomato-
Sap.11. rio: quia vires, quod ait nobilis historicus, armis constant: quæ vbi à recto semel itinere aut tenore desciuerint, oppressura sunt, nisi op-
Matt.26. primantur. Et ad hoc igitur bellum venire oportet expeditos, & vtroque gladio instructos, vt cognoscant perduelliones, quibus quis-
Apoc.13. que peccat, iis ipsis puniri solitum: & gladio perituros, qui gladium acceperint: eum haud aliter in locum vtique suum reposituros, si
forte

forte rescire velis quid nunc cogitem, quídque de re tota existimē. Equidem ad pacem hortari nunquam desij, vt quæ vel iniusta vti- Ad At-
lior est, quàm vel iustissimum bellum in ciuibus. Agnoscis opinor, verba Ciceronis. Eius ergo sententia, paci semper consulendum, sed tic. lib.7.
quæ nihil habitura sit insidiarum, sed quæ & pia sit & æterna. Talis autem pax, id est, pia & æterna, nec insidiosa, qui cum his Offic lib.1
plusquam Antonianis coire nobiscum possit, ego quidem cum eodem non video. Ego ille, inquit idem, pacis semper laudator, sem- Pro Bal.
per auctor, pacem cum Antoniis esse nolo: neque tamen pacem nolo, sed pacis nomine bellum inuolutum reformido. Et, Tam multis Philip. 7.
rebus à nobis ad pacem inuitati, bellum tamen maluerunt: nunc ea petunt, quæ dare nullo modo possumus, nisi prius volumus nos bel-
lo victos confiteri, Nam figentur rursus eæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis. Quid est aliud non pacem facere, sed differre bel-
lum? nec solum prorogare bellum, sed concedere etiam victoriam? Cum his facta pax, non erit pax, sed pactio seruitutis, &c. Quid
rides? ait ille,

Mutato nomine de te Fabula narratur.

Nec enim minus hæc nostris, vt hodie sunt, rebus conueniunt, quàm Romanis vt tum erant. Sed fortasse, quod & alibi ait idem ora- De prouin
tor, vt pace vtamur, vim argenteam iam nunc tertiùm dabimus præclaris istis auxiliaribus Germanis, hoc est hostibus plusquam ca- ciis Cons.
pitalibus. Et non potius pro pace toties empta, bellum aut illis iustū inferemus, aut iniustū à nobis & visceribus iam nostris propulsa-
bimus? O nos Francos sic futuros Germanorum stipendiarios, id est, nihil minus quàm, quod appellamur, Francos, & liberos. Sic enim
argenteæ hastæ fuerint à nobis vel quotannis in Germaniam missitandæ, vel illis in media Gallia lamentabili tributo pensitandæ. At
non sic tui illi quondam Senones, vt de iis hic aliquid tibi dicā, atque tuos tibi obiter vindicem, quos suos isti, hoc est Germanos fuisse
contendunt, & nostrates, hoc est Gallos, negant, vt in Epitome quadam chronicorum quidam nescias magísne mendaciloquus, an ma-
ledicus, Senones, ait, non Galli, sed Sueui Germani, occupata Italia Romam præter Capitolium inuadunt Brenno duce, &c. vt omit- Anno
tam quòd Capitolium quoque Senones inuaserunt, licet non ceperint. Gallos autem non fuisse contra omnem fidem est historiæ Græcæ mundi
& Latinæ. Et prisci ergo illi tui Senones limitibus suis non contenti, alienos inuaserunt: nos nostros vix ac ne vix quidem tuemur. Per 4809.
illos scilicet pauca Germanorum milia à nulla iniuria & maleficio temperantium, grassandi impunitatem & licentiam habuissent, ante Christum 390
ab Arari ad Oceanum vsque Gallicum ad perduellium asylum, & ceu Gallicam quandam Samariam aut Garisim, inoffensi pene-
trassent? Quid est viuum & volentem, quod aiunt, perire, quid vinci, quod omnibus in ore est, ac succumbere velle, si hoc non est?
O tempora.

Qualia nunc hominum producit corpora tellus?

Ait quidam, in re licet multò alia,

Ne Deus intersit, nisi dignus vindice nodus. Horat. in art.

At nodum hunc in Republica nostra tot inimicitiis & simultatibus, tot bellis & tumultibus perplexum, quis enodet aut vindicet,
quando nobis deest Alexander, qui machæra secet, sed nec adest Hercules Gallicus, qui lingua explicet, equidem non video, nisi Deus
opt. max. peculiari quadam & mirifica gratia nobis tandem adsit: Cuius tanta tum potestas, vt cumulatius, & vltra quàm peta-
mus, cogitemus aut intelligamus, præstare: tum bonitas, vt vota nostra non æquare modò, sed etiam superare possit, ait Apostolus. A- Ephes.3.
lioqui iuxta humanam hanc imbecillitatem & ignorantiam meam, quid iam optemus aut eum rogemus, & quomodo vel optemus, Rom.8.
vel oremus, equidem cum eodem Paulo, minus noui, qui toties hoc intestino tumultu pro fragilitate mea, ne dicam diffidentia, san- S.S. Diosco-
ctorum tamen patrum aliquot in simili discrimine, exemplo, aliàs à me citato, vel regno & ecclesiæ pacem, vel mihi mortem precatus, ri, Ar-
cum aliud non haberem, dixi tandem, prout etiam num dico quod nos orare docuit dominus, Fiat voluntas domini. Sed næ nimis pu- sacij, Antonij, Au-
blica me calamitas transuersum hìc agit. Igitur vt ne tractatulus hic nimium in caput excreuisse videatur, simul & præfari & qui- gustini.
ritati desino, & ad te mi R.D. redeo. Erūt igitur hæc ex illo Græciæ quondā primate collectanea paucula, tibi Galliæ nostræ primati, Matt.6.
amicitiæ erga me tuæ, quam nunc possum, agnitio, ac hospitalis velut tessera, vt sciant lectores studiosi, quod hìc facio, me & gratè Act.21.
& piè facere. Liberet te IESVS CHRISTVS molestiis his molestissimis, & ad tua illa lætissima gregis sui pascua, diu pero-
ptatum, tutum & incolumem citò remittat. Quæ est, nisi valde fallor, hodie votorū summa tuorum. Lutetiæ, ex ædibus Rhemæis.
Anno 1569. Cal. Iul.

Universidad de Deusto Biblioteca

DISSIMILIVM EX D. IOANNIS CHRYSOstomi operibus collectorum Centuriæ duæ & inchoata tertia,

Per M. Claudium Espencæum, Theologum Parisiensem.

Ex tomo 1. homiliis in Genesim.

6 1 NON sicut in sensibilibus rebus, ita & in spiritualibus vsuuenit. Illic ex diuitiis in extremã redactus inopiam, breui eas recuperare nequit: hic per misericordiam, si quidem condemnare facta nostra, & iam sistere ignauiam voluerimus, statim poterimus ad pristinam abundantiam redire. *Paupertas Pœnitẽtia.*

8 2 Non in hac causa contingit, sicut in pecuniis. Illic qui dinumerauit vicino, imminuit suam substantiam: & quanto plus expendit, tãto minus possidet: hic autem secus agitur. Tunc enim facultatibus plus accrescit, tunc spirituales hæ opes magis augentur, cum audire volentibus, doctrinam liberaliter profundimus. sic & nobis abundantius opes & substantiæ affluunt, & vos spiritualibus alimentis satiari non potestis. *Pecunia. Doctrina. Disciplina.*

15 3 Spiritualium mercedem quam heri pollicebamur, hodie dinumerabimus. Doctrinam dico quæ potest meam, cum dinumerauero, augere substantiam: & vos qui recipitis ditiores efficere. Hoc enim modo se habẽt spiritualia. Id quod in rebus sensibilibus nõ est. Nam in illis qui pecuniam dinumerant, suam imminuunt substantiam, & locupletiores fiunt qui recipiunt: hic autem non sic, sed qui dinumerat, suas facultates magis auget, & recipientium diuitiis nonnihil accedit. *Doctrina. Disciplina. Pecunia.*

19 4 Non sicut in corporalibus vulneribus videri solet, ita & in voluntate est. nam illic naturæ affectiones sępe immobiles sunt, ita vt plerunque sint incurabilia: hic non ita se res habet. sæpe enim si voluerit etiam qui malus est mutatur: & qui bonus, per ignauiam excidit, & fit malus: quia liberi arbitrij esse nostram naturam fecit omnium dominus. *Vulnera corporis & animæ. Liberum arbitrium*

20 5 In humanis iudiciis si quis vel ante accusationem facinus confiteretur, quanuis apud humanum iudicem, sententiam omnino in caput suum accerseret, at misericordis dei, & animarum nostrarum medici, tãta bonitas est & clementia, vt si aduersarium diabolũ dico qui in illo die ob faciem nostram stabit, in hac iam vita priusquam tribunal ingrediamur, peccata confessi, præuerterimus, nostri ipsorum accusatores facti, in iustorum catalogo numerabimur, nedum à peccatis liberabimur. *Iudex de⁹ & homo. Diabolus accusator.*

33 6 Vobis debiti memoriam suggerimus, & ad restituendum nos paramus. nec admiremini hanc gratitudinem. huius enim alieni æris genus à pecuniario diuersum est, vt in quo debitor nunquam tantum gratitudinis præ se fert. scit enim quòd debita dinumerãdo, suam imminuit substantiam, & accipientis auget facultatem. At in spirituali debito & dinumerans dũ soluit, magis abundat, & accipienti maiores accrescunt opes. ideóque magna illic ingratitudo, hic autem vtrisque lucrum. *Aes alienum pecuniariũ & spirituale.*

40 7 Non quales eduliorum sensibilium, tales sunt insensibilium reliquiæ. Illæ variæ licet, non parem tamen voluptatem conuiuis præstant, sed in diem posterum reseruatæ fiunt inutiles: hæ verò non in vnum tantùm diem & alterum, sed quantouis tempore relictæ eandem seruant voluptatem, vt diuinæ ac spirituales: nec vllum eis imminet à tempore nocumentũ, sed nouum quotidie vigorem afferunt, eósque qui frui volunt, multa implent lætita. Ea est harum reliquiarum vis. *Reliquiæ ciborum, & sermonum.*

8 Non idem est carnem sanam & male habentem secare. nam licet medici quoque membra infirma aliquando incidant, at non est similis dolor. Emortuum enim membrum, vt ita dicam, ferme & vitali operatione destitutum tunc incidunt. Abraam autem senior & decrepitus, nam centenarius, circuncisionis cruciatum leniter ferens, & filium & vernaculos prõptiores ad obediendum deo reddidit. *Sectio carnis agræ & sanæ.*

9 In Olympicis certaminibus subsistit adornator & magister, fitque spectator tantùm vt cæteri, neque vlla in re adiuuare potest, sed expectat vt fiat victoria. Dominus autem noster nõ sic, sed vt nos eniti ad virtutis agones viderit, nutu statim suo nos adiuuat, simul nobiscum certat, manũ porrigit, incitat, labores nostros alleuians, infirmitatem nostræ naturæ confirmans: & quasi vndequaque aduersarium nobis nostrum tradit, breuiter omnia facit, vt in certamine & duremus & vincamus. 42 *Olympica certamina.*

10 Iam verò in mediis illis Olympicis corona post victoriam nihil aliud est quàm lauri folia, quàm vulgi applausus atque clamor: quæ vespera ingruente marcescunt omnia & pereunt: at corona quæ pro virtute próque eius datur sudoribus, nihil habet sensibile, neque in hoc nobiscũ seculo dissoluitur. immarcescibilis est, perpetua, extendit se in omnia secula, tempori non cedit, & finem non habet. *Olympica corona. 1.Cor.9. 1.Petr.1.*

11 Vt floridum pratum varios & omnigenos flores ostentat, ita diuina scriptura iustorum nobis virtutes demonstrat: non vt sicut in florum fragrantia, paruo fruamur tempore, sed vt perpetuã inde vtilitatem recipiamus. Illic flores manu tãtùm carpere est, qui protinus marcescentes suam amittunt gratiam, hic autẽ non sic: sed quando auribus iustorum virtutes accipimus, eásque mentis in sinum reponimus: per omne tempus, siquidem voluerimus, eorum suaueolentia frui poterimus. Tanta est sanctorum in scripturis fragrantia. En quot anni, quot generationes prętieriẽrũt, ex quo patriarchæ fuerunt & floruerunt, & sicut heri, ita hodie fragat bonus eorum ordor, fulgent coronę, ad seculi vsque consummationem, virtus horum omnibus qui rectè sapiunt, argumentum sermonis est ac doctrinæ. 43 *Fragrãtia florũ, & memoria iustorum.*

12 Nihil tantopere dicenti necessarium, quàm auditorum beneuolentia, vt quos cum viderit feruere desiderio, firmatur & ipse, & sæpe robur accipit, sciens quanto sumptuosiorem mensam proponit, tanto suæ plus abundantiæ accessurum. Secus enim se habent spiritualia quàm sensibilia. Illic mensæ largitas sumptum facit, & conuiuium exhibentis imminuit substantiam: hic omnino aliter: quanto plures verbi participes & concionis, tanto plus concionantis accedit substantiæ. 45 *Mensa fre quens auditorũ attentio.*

13 Pœnitentiæ pharmacum, maximum est vulnerum nostrorum remedium, sic animarum vlcera curans & abolens, vt neque cicatrix neque verruca apparitura sit: quod in corporis vulneribus non est possibile, vt in quibus, infinita licet à medicis cataplastra quis superponat, cicatricem manere necesse est. & meritò. corpus enim est quod curatur: hic autem quia anima est, quando quis suam gratitudinẽ, peccati confessione, eleemosyna, &c. declarat, melius quàm ante habere incipit, & sic omnia vlcera tollit ac depellit, vt ventus vehemens puluerem deturbat. sic Paulus, latro, publicanus, &c. *55. & 54. ad Antiochenses. Vulnera corporis & animi.*

14 Homo qui cum deo loqui didicerit, vt par est eũ qui cum deo loquitur, erit deinceps angelus, etiam si pauper, famulus, priuatus, & indoctus. Non quærit enim deus linguæ elegantiam, & verborum compositionem, sed animæ pulchritudinem. ea si quæ ipsi placuit loquitur, re tota effecta recedit. Vides quanta facilitas. In hominibus oportet eum qui ad hominem oratum accedit, esse dicendi præditum facultate: blãditiis sibi conciliare principis asseclas, aliáque excogitare multa, quò gratus sit & acceptus. Hic alio nullo præterquam sola sobria & vigilanti mente opus. non est miles, aut assistit qui expellat, aut interrumpat satelles, quíve dicat, Nunc tempus non est, veni postea. Cum veneris, stat audiens, etiam si tempore prãdij aut cœnæ, nocte intempesta, in foro, cubili, via, iudicio. Non est quod dicas, Vereor accedere, orare: adest inimicus. cum non attendit. semper potes interpellare. nulla difficultas. non opus ianitoribus qui introducant, non dispensatoribus, procuratoribus, custodibus aut amicis. sed cum ipse per te accesseris, tũc maxime, & quidem plus quàm per alios te audiet. Non eundem in musæum, conducendi pædagogi, rhetores, sophistæ, vt dicendi artem discas. solum voluisse sat est, vt sæpe ne voce quidem opus habeamus, sed vel in corde, vt oportet cum vocaueris, facilè annuit, &c. Non est cur sanctorum hîc aut similibus locis inuocationem improbemus, vt ex aliis huius sancti viri locis satis probatam. *In psal.4. Oratio hominis cum deo colloquium & impetratio.*

5 15 Sponsum vocat Ioannnes Baptista Iesum Christum, sponsam Paulus ecclesiam. Ac sponsus quidem (homo) post primos dies remittit amoris vehementiam: sponsus autem noster (deus) perpetuò nos amat, & auget desiderium. Quod amicus Iesu Ioannes innuens, sponsum vocauit, quando summa sunt desideria. Sponsam Paulus paranymphus, quòd nos velit præ amore vnum esse corpus, & vnam animam, & instar sponsæ id vnum cogitantis, & omnia facientis vt viro placeat, tales per totam nos esse vitam. *Spõsus Iesus. Sponsa ecclesia. Ioan.3. 2.Cor.11. 1.Cor.7.*

16 Ne sit os tuum sepulchrum, sed thesaurus. Thesauri enim multum à sepulcris differunt: quòd hæc quidem corrumpunt quod acceperint, illi verò conseruant. habe ergo tu quoque diuitias studij sapiẽtiæ, quæ perpetuò permanent: sed non maleuolentiam aliquam & putrefactionem vel verborum vel dogmatum. *Os, vel sepulcrum, vel thesaurus.*

17 Non dixit Dauid simpliciter aut absolutè, sepulcrum, sed patens. ita significans maiorem fœtorem. Et nos in mortuis quidem corporibus cõtrarium facientes, terræ illa tradimus: Hi cõtrà in verbis obscœnis & malesanis dogmatibus facientes, cum ea in imo locare oporteret, proferunt, & omnibus vidẽda proponunt, & multos offendunt. mortua autem verba multò magis tegẽda quàm cadauera sepelienda, &c. *Cadauera mala verba aut dogmata.*

6 18 In re medica sunt medicus, ars, ægrotus, medicamentum, morbus: inter quæ pugna quædam est & conflictus. nam si cum eis accedit ægroti voluntas, morbum vincunt. sin cum eis stare & morbo resistere desierit, imò arti restiterit, infirmitas seipsam educit. Ita in nobis accidit: vel potius non sic, sed multo mirabilius. Hæc enim interim simul sunt, & nihil prosunt, cum præ naturæ imbecillitate ars hæsitauerit, exitum non inuenerit, medicinæ vis aliquo casu effugerit. Hoc in deo non est: sed si cum hoc medico steteris, vlcus omnino curandum. non est enim ars humana vt dubitet, sed diuina facultas, naturas, morbos, improbitatem & omne denique vitiũ superans. Ideoque cum Dauid ad deum vt medicum accessisset, dicebat, Sana me domine, quoniam tum ossa tum anima mea turbata est. *Medicina ædiacentia.*

19 Clementiæ diuinæ est, nõ vulgaris, per verba terrere, & pœnas amplificare, ne re ipsa eas experiamur. Arcum ideo intendit & parauit Deus, & sagittas imposuit, & ad supplicium se accinxit, ne ad supplicium veniat. Quæ si iræ essent aut iracundiæ, non iis prædixisset quos erat inuasurus. ira enim contrarium facit, supplicio & supplicij apparatui imminet. 7 *Minatur deus vt parcat.*

20 Hostes, & qui volunt supplicium infligere, non modo non id dicunt, sed etiam id celantes inuadunt: ne qui puniendi sunt si resciuerint, euadant. Non sic deus: sed contrà omnino, prædicit, differt, terret, nihil non facit vt quæ minatur non inferat. sic Niniuitis arcum intendit, gladium vibrauit, iacula parauit, ictum non inflixit, ne telum quidem immisit. *Niniuitæ. Ionæ.1.*

21 Nec enim ideo paratum erat vt emitteretur, sed vt reponeretur. nam milites quidem ea de causa armantur, vt feriant: Deus autem non sic, sed vt cum reddiderit metu modestiores, manũ à supplicio abstineat. Ne ergo turbemur. verborum enim terror est clemẽtiæ maximæ: & quo intolerabiliora loquitur, eo maiori loquitur ex mansuetudine. Minatur gehennam, ne in gehennam mittat, &c. *Miles.*

22 Parturiit iniustitiam, concepit dolorem, peperit iniquitatem. Vtique non secundum naturam iniustitia. nam fœtus quidem donec perficitur, naturæ adhæret, manet, dolorem non affert. Perfectus autem si intus manet, mora est præter naturam, quæ eum ferre amplius nequiens, vim vexata extrudendo infert & dolorem. Hic igitur prius conceptio, deinde partus dolor. at peccator primum parturit, & tum concipit. Illic in tempore partus dolor, hic dolor à principio. Simul ac enim quispiam de malo consultauit, etiam priusquam in cogitatione concreuerit, aut executione perfecerit, tumultus ac turba cogitanti. *Fœtus, cõceptio, perfectio, egestio.*

23 In muliere deiectum semel semen formatur etiam ipsum. In iis qui dolos struũt, hodie hæc deiicitur cogitatio, cras rursus alia, & sunt innumeræ maiorum seminum deiectiones, & singulis diebus conceptiones, & partus dolores, perimentes quæ ea parit cogitationem. Non enim talis hic partus, qualis in mulieribus, sed potius vt in viperis vterum discerpunt, & latera dilaniantes fœtus procedunt. Ita in fraudibus & iniustitia, inexplicabilis, quem improbi sustinent, dolor est, & molestia. *Semen. Viperæ.*

24 Leones & pardos & id genus feras magno hominis lucro deus ab eius exemptas imperio esse permisit, cicures nil ei nisi ad superbiam profuturas. vtiles contrà mansuefecit, boues ad aratrum, oues ad amictum, iumenta ad vecturam, aues & pisces ad victum, vt cum quis exhæredat filium, non omnibus priuat, sed parte aliqua: vt se corrigat. Ita deus: imò non sic: sed potiùs contrà. Qui enim exhæredat, maiori parte priuat, minorem relinquit: at deus maiori è contrario relicta, exigua priuauit portione, ídque in rem eius, vt ocium 8 *Animalium hominiv sus, ditio & exemptio. Exhæredatio & abdicatio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

vt ocium interrumpat, animum excitet, faſtum deprimat.

9 *Pauperum patientia non peribit. Agricola. Mercator.* 25 Patientia pauperum non peribit in finem, id eſt nunquam, ſed proprium omnino fructum recipiet, quod non ſemper euenit in rebus ad victum pertinẽtibus, ſed finem ſæpe non conſequuntur pereuntibus laboribus. Agricola quidem expectat, & mercator, at non rarò propter aëris iniquitatem aut aliũde fructus ſui laboris excidunt: in deo non ita fit, ſed ſuum quiſque in eo finem cõſequatur neceſſe eſt: quod magnã vtique conſolationem affert de fine nũquam fruſtrando ſemper confidere.

10 *Maledici feræ carniuoræ. Galat.5.* 26 Qui deuorant plebem meam. Deuorantes dixit, non comedentes, quaſi feris crudeliores, vt quæ cùm carnem humanam guſtarint, mox ceſſent, ob inſuetum nutrimentum erubeſcentes. At improbi & inuidi fidelem maledictis exedentes, non ſatiantur quibuſcum inueniuntur, qui fratres eiuſdem ſecum fidei maledictis atque calumniis inſectantur, mordent & peredunt.

14 *Amor diuinus quouis alio maior. Eſa.49. Hiere.3.* 27 Deus ſuum nobis noſtrę ſalutis amorem ſignificaturus, gallinarum in nobis charitatem, patrum curã, matrum miſericordiam, virorum profert amorem, non quia tantum duntaxat amet, ſed his exemplis atque regulis nõ alia amoris apud nos maiora ſigna vel argumenta. Nam quod multo magis nos deamet, Et ſi, ait, mater filiorum vteri ſui obliuiſcatur, at ego tui non obliuiſcar. Et vir vxorem dimiſſam, & cum alio pollutam, reuertentem nõ recipiet: peccatorem deus recipit, &c.

43 *Eleemoſynarij timidi. Rom.10.* 28 Multi qui multis donant, præcipiunt ne aliis dicant, ne facta vni gratia, multos ei excitet petaces, quòd minus excuſare, aut ſubterfugiũ inuenire poſſit, qui vni dedit, quo minus det & aliis. hoc quidem meritò curant homines, vt qui dando fiant pauperiores: deus contrà clamat, & quæ aliis dat, prædicat, vt aliis rurſus ab eo petendi occaſionem præbeat. Dando enim maiores oſtendit diuitias, diues in & ſuper omnes eum inuocantes. Vidiſti nouam diuitiarũ naturam, eam imitare tu quoque magnificentiam.

49. *Doctrina. Iudicia.* 29 Maior eſt euangelicæ doctrinæ quàm externi iudicij ludus. illic enim qui peccant, caſtigati pœnas luunt: hic autẽ fiunt omnia, vt non puniantur qui peccarunt, ſed peccatum pœnitentia corrigunt.

50 *Reliquiæ menſæ & ſapientiæ. Pſal. 44.* 30 Reliquias & menſam cum audis, nihil palpabile arbitremur aut craſſum. Nos carnem non conſcindimus, ſed verbum dei vobis inſinuamus. Ex menſa carnali caro die vna vel ſecunda cocta remanens deperit & corrumpitur: aliter in proloquio ſapiẽtiæ, vel integrum manens annum, ſuauitatem longè latéque diffundit. Remanſit caro, & paulò pòſt perputruit: remãſit ſapiẽtia, ſuauior euaſit. Comedit quis carnem, ſentiet corruptelam. comedit ſapientiam, verbum bonũ eructat, & proximum ſuum replet dulcedine. Ita qui tales eſcas edebat, fiducialiter dicebat, Eructauit cor meum verbum bonum.

Rex pœnã tantũ, deus etiam peccatum remittit. 31 Rex quidem ſi quem è carcere dimiſit, pœnam donat, non peccata: deus autem peccata dimittit, nedum pœnam. Si dixerit adultero, iam nolo vt adulter ſis, verba ſtatim vertũtur in opera. Si fornicatori, fornicari ceſſa ab immunditia tua, illico mẽs eius mutatur in melius. Qui ex nihilo in puncto omnia fecit, non, ſi vult, ſermone ſuo peccata tua valet ſoluere, & in angelicum te gradum per pœnitentiam reducere?

109 *Lucta & doctrina.* 32 In extremis certaminibus ſi qua licet colluctandi concertandíque ratio minus animaduerterſa fuerit, non lædetur ſpectator. Delectationis enim gratia nõ doctrinæ theatrum eò coactum eſt. Hic autem niſi exactè cognoueris vndénam aciem ſuam inſtruit, & vnde nos eam aggrediamur, non leue ſenties detrimentum. Quod ne tibi eueniat, multis contra multos aduerſarios oculos, auribus arrectis, & attenta mente opus.

119 *Matt.26. Marc.14. Luc.22. Doloſus aut malitioſus fera periculoſior.* 33 Libera domine animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa. Hic lucet præceptum euangelicum, Orate ne intretis in tentationem. Nulla autẽ, dilecte, grauior eſt tentatio, quàm in hominem doloſum incidere. is enim eſt vel quauis fera truculentior. nam ea quidem id quod eſt, eſſe cernitur: hic autem obtẽto manſuetudinis & probitatis velo ſæpe virus occultat, vt neque facilè deprehendi poſſint inſidiæ, & in inſidias nulla cautione adhibita incidatur. Si autem à fraudulentis cauendum, multò magis à peruerſis dogmatiſtis, qui & in virtute lædunt, & in vitium abducunt.

123 *Iracũdus bellua ſæuior.* 34 Viuos, ait, deglutiſſent nos. Vides quàm feri ſint & immanes, qui bonos inuadunt. Hi enim homines vel ferarum oſtendunt immanitatem: imò magis ſæuiunt in eos qui ſunt eiuſdem generis. nam fera cum ſemel inuaſerit, ab ira deſiſtit & recedit: homines verò ſi quando res aliter ceſſerit quàm putabant, ſæpe aggrediuntur, & vel carnes guſtare cupiunt. tam res rationis expers iræ eſt perturbatio.

140 *Medicus. Prou.27. 2.Tim.4. Corripiendi medicamentũ.* 35 Corripiat me iuſtus in miſericordia. Clementiæ eſt, vt vulneribus mederi, ita vitia reprehẽdere: miſerentes ſæpe exitium, corripientes ſalutem afferunt, cum illorum miſericordia coniuncta morti ſit, cum horum correptione vita. Meliora illorum vulnera, quàm horum oſcula. Argue, inquit, increpa, exhortare. Ita faciunt medici: non ſolum ſecant, ſed etiam alligant. Magna ſapientia opus, vt correptionis medicamentum adhibeas: & maiore opus ei qui animam reprehendit, quàm ei qui corpus ſecat. Quomodo? quoniam illic quidem aliud quod dolorem ſuſcipit. Hic eadem res quæ corripit, & quæ dolore afficitur.

148 *Medici multiplex officium.* 36 Vt medicum non alentem ſolùm, educentem, aut vngentem, ſed fame quoque excruciantem, domi includentem, vrentem, ſecantem obſeruamus & admiramur (nam licet quæ fiunt, contraria ſint, vnum tamen finem reſpiciunt) ita etiam oportet deum pro omnibus laudare, adeóq; multò magis, quatenus hic quidem deus, ille autem homo: & quòd medicorum quidem res aliter atque aliter eueniunt: quæ autem deus facit, cum ſumma ſapientia & cura fiant, ſiue puniat, ſiue à ſupplicio eximat.

Parcit aliter deus, aliter homo. Gen.2.3. 37 Vtraque curationis res eſt, & diuinę bonitatis. homines enim alterum quidem faciunt propter bonitatem, alterum verò per iram & improbitatem: Deus autem vtrunque propter clementiã. Aequè igitur laudandus verbi gratia quòd Adam paradiſo impoſuerit, & quòd expulerit. Aequam meretur gratiarum actionem pro regno, & pro gehẽna, vt quam minetur, vt parcat: fecerit, vt à vitio liberet.

Homo fera deterior. 38 Si angeris feras eſſe factas, valde deſipis, nam ſi rectè te geſſeris, nihil ab iis damni accipies: ſi quid tamen accipies, cogita te damni multò plus ab hominibus accepiſſe. eſt enim homo quauis fera deterior. nam ea ſuam prę ſe fert feritatem, hic autem ſub perſona humanitatis celat improbitatem, vnde fit vt ſæpe minus caueatur.

Cum

Hom.3.de Oſia. Luc.17. Eſa.43. Confeſſio peccati. Homil.4. 39 Cum omnia feceritis, dicite vos inutiles, ait dominus. Dic, ne metuas, non ex tuo iudicio fero ſentẽtiã. ſic & aliàs loquitur, Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris. In mundanis quidem atque forenſibus iudiciis, poſt accuſationem & criminum confeſſionẽ reſtat mors: at apud diuinum tribunal poſt vtranque corona: ſi tu te ipſum inutilem dixeris, ego te vt vtilem coronabo.

Obſonia carniũ & concionum. 40 Quoniam qui heri defuerant, ſua nobis præſentia menſam hodie exhibuerunt ſumptuoſam, agè ſanè apponamus obſonia, non illa quidem putria, quãuis heſterna, ſed eiuſmodi obſonia non putreſcunt. Quamobrem tandem? Non ſunt carnes, vt corrumpi queant, ſed ſententiæ ſemper florentes. carnes enim, quoniam corpus ſunt, corrumpuntur: ſententiæ contrà ſi maneant, fragrantiores traduntur.

De Machabæis. Agonotheta homo & dem. 2.Macab.6.7. 41 Secularium ſpectaculorum præſides ſiue arbitri certamina proponentes, magnum muneris ambitum eſſe putant, ſiquando iuuenes & robuſtos luctatores in ſtadium induxerint: vnde prima ſtatim oſtentatione miraculum ſpectatoribus præbeant. Non ita eſt in ſpirituali agone, ſed omnia econtrario. Nec talem Chriſtus agonem qualem terreni illi proponunt, ſed horribilem, timoríſque plenum. non enim hominum contra homines, ſed contra dæmones luctamen eſt. non ergo iuuenes ad luctamina exercitatos hic proponit, ſed adoleſcentes, & cum ipſis ſeniculum & aniculam.

42 Non eſt ſenſibilis hæc pugna, neque inſenſibile certamen. Noli ergo athletas hos extra conſiderare, ſed interiorem eorum habitudinem: fidem nimirum, qua qui contra dæmones pugnat, indiget, non corporali robore, non de iuuenili ætate fiduciam ſumit, quorum vt & formæ & generis dignitatem mundani requirunt munerarij: ideóque ſeruis, mulieribus, ſenibus, pueris ad agones aditum denegant. Iſthic verò apud nos omni ætati, perſonæ, conditioni, vtrique ſexui indiſcrete ſtadium patet, & commune certandi ius, vnáque libertas, vt ſic teneri & in primæuo flore iuuenes, ſenex ætatis extremæ, mulier ſenio tremula, baculo indigens, &c.

Ex Tomo II. Homiliis in Matthæum.

6 43 *Matth.5. Philip.4. Lacrymæ.* BEATI qui lugent, ait dominus, & quomodo Paulus, Gaudete in domino ſemper? Dixit hoc quidem ille, fateor, ſed eã quæ ex his naſcitur lacrymis voluptatem ſignificans. vt enim mundi gaudium triſtitiæ conſortio copulatur, ſic contrà lacrymæ ſecundum dominũ iugem lætitiam certámque pariunt.

Suppliciũ dei & hominis. 44 In ſecularibus iudiciis quãtumlibet poſt acceptã ſententiam lamenteris & lugeas, non tamen effugies flendo ſupplicium: hic verò ſi toto ingemueris corde ad deum, ſoluiſti repente ſententiam.

14 *Morbi animæ et corporis.* 45 Si quam habuerimus corporis ægritudinem, omnia facimus & mercamur, vt ab ea in reliquum liberemur: anima verò male habentes diſſimulamus & differimus, fontem incuratum relinquimus, & neceſſaria ſuperflua eſſe ducimus, & penè diſſimulanda neceſſaria iudicantes, malorum riuulos purgare conamur, nec tamen purgamus, aut à corporeis languoribus liberamur. nam præterquam horum cauſa peccata ſæpe ſunt, animæ certè languor corporeo hoc eſt deterior, quo anima carne præſtantior.

46 Tu quidem cùm hominem præpotentem in te commoueris, & amicos & vicinos & domeſticos rogas, & pecunias erogas, dies multos patiẽter agis, humiliter aſtas, ſæpius ſupplicas, ſemel & iterum & millies, ſi repellit qui offenſus eſt & infenſus, nihilo quieſcis, nihilo ſolicitus es minus. Nobis verò cum indignetur omnium dominus, oſcitamus, recubamus, deliciamur, inebriamur. *Homo hominis quã dei reconciliandi ſtudioſior.*

47 Nauclerus mille maria præteruectus, multis tempeſtatibus elapſus & procellis, naufragio tamen in portu facto, ſiquidẽ inde nudus effugerit, lubens nunquam vel mare vel nauigium viderit, latiturus potius & mendicaturus, quàm renauigaturus, aut ad priora rediturus pericula. At non ita Dauid, naufragus & propemodum ſubmerſus nõ deſperauit, ſed naui rurſus in mare deducta, velis vento datis, clauo in manus reſumpto, maiores eſt & labores aggreſſus, & diuitias ſortitus. 27 *Et 77. ad Antioche. Pœnitens & renauigans.*

48 Si quo die legitimam liberis operam dediſti, crimen non ſit licet, in ſacris orare non audes, conuiciatus (quod gehennam meretur) priuſquam teipſum mundes, manum ad cœlum tollis? Tu ab immaculato honorabilis connubij lecto ſurgens, times ad orandũ accedere: à diabolico lecto horribile dei nomen audes inuocare? eſt enim conuicium & ſimultas, diaboli lectus, imò adulter pernicioſus, occulta voluptate cum animo adulterans, & ex pernicioſo ſpermate diabolicas pariens inimicitias, contráque omnia quàm matrimonium, peragens. hoc enim pacis vinculo vnit, & duos in vna carne coniungit. Illud etiam coniunctos dirimit, ſcindit, lacerat. 52 *1.Cor.7. Heb.13. Connubiũ & conuicium.*

49 Qui vult animam ſaluam facere, perdet: qui perdere, ſaluabit. Ne quis animæ perditionem vel ſalutẽ rerum aliarum perditioni ſalutíve æqualem putet aut ſimilem, certus ſit tanto ſalutem à ſalute differre diſcrimine, quanto perditio à ſalute ſimpliciter diſtat, vt rerum ſalus, adeóque vniuerſi mundi lucrum, animæ perditio detrimentúmque ſit, imò perditione detrimentóque omni peior: quia nullo vel remedio ſanari, vel præmio amplius redimi, ne totius quidem orbis compenſatione poſſit. 56 *Matt.16. Animæ præ aliis rebus ſalus aut perditio.*

50 Num habes aliam animam quam poſſis pro tua dare? Pecuniam qui amiſit, aliam pro amiſſa poteſt: ſimiliter qui ædes, qui ſeruos, qui cætera huiuſmodi. animam ſi perdas, aliam pro ea dare nunquam poteris. vel ſi rex orbis & dominus ſis, quæque in orbe ſunt omnia, ipſum denique orbem offeras, non poteris vel vnam animã eruere, multò minus quàm debile corpus confirmare, ſi mille alia corpora, mille vrbes, mille regna, infinitam pecuniam impenderes, à debilitate vindicare potueris. *Animæ & corporis ſalus amiſſa ſarciri nequit, vt aliarum rerum.*

51 Multo peiora ſequuntur ebrietatem quàm tempeſtatem, ibi iactura leuior eſt, hic grauior. deteriorem nauiculam reddit: quæ diuitiis virtutum eiectis, arenam aquámque fœtidam ſibi coaceruauit: quibus ea cum gubernatore ratione & vectoribus, modeſtia, pudore, &c. demergitur. 58 *Ebrietas tempeſtas eſt.71.ad Antioch.*

52 Quid inter nos intereſt & formicas, ſi collati fuerimus? Nam vt hæ corporis duntaxat curam habent, pariter & nos certè: imò verò multo peius. non enim pro rebus, vt illæ, neceſſariis tantum laboramus, ſed pro ſuperfluis quoque ac turpibus. vitam illæ nullo crimine peragunt, nos auaritiæ ſeruientes non illas, ſed lupos & leones imitamur. Cur & has dixi beſtias, cum multo ſimus peiores? nec enim aliter quàm rapiendo 70 *Homo formicis, imò beſtiis deterior.*

piendo natura illis concessit viuere: nos quos ratione & æqualitate honorauit, non pudet illas rapina superare. A

53 Non vt in aliis pugnis aut hostibus, qui saucius aut vulnere ab aliis accepto ceciderit, iam aliis grauis & infestus esse nequit: ita hic fieri solet, sed opus est vt ab omnibus hæc bellua (ebrietas vtique) feriatur: vt quam qui non percusserit atque deiecerit, impetum illius vitare nequeat. En præclaram & dissimilem aliis victoriam: vt quale simul collecti exercitus & totius orbis armati milites trophæum non possint erigere, hoc eorum singuli statuant, & horum quilibet.

Ebrietatis victoria.

34 54 Qui vineam consignat alicui operandam, non tantum propter operarij vtilitatem consignat, quantum propter suam. Deus autem iustitiam suam dat sensibus nostris, propter nostram, non suam vtilitatē. Non enim operibus hominum opus habet, sed vt nos iustitiam operantes, viuamus propter eam. Si ergo B homo sui commodi nō alieni studio, qualem vineam commisit, talem quęrit recipere, quomodo non à nobis immaculatam requiret iustitiam Deus, vt eam creauit in nobis propter nostram non suam salutem?

Oper. imper. Vineæ dominus & mercenarius.

55 Homo si ex humili domo generatus, ad aliquam deo præstante dignitatem ascenderit, erubescit suam generationem audire: vt si quis dixerit eum esse illius filium, indignetur se confiteri quod est, vt appareat quod non est. At Christus contrà non tantum quandiu in corpore contemptibilis erat in mundo, propter similitudinem homines fratres suos appellabat, sed & in gloria constitutos adhuc contentus est eosdem dicere, & in sede maiestatis gloriabitur fratres vocare: quibus ad laudem sufficeret bonos illius vocare seruos, detrahens sibi quod habet, vt præstet eis quod non habent: & veniens in statum glorię, voluntatem priorem non immutans. C

Fratres suos nos vocat dominus & vocabit. Matt. 25.

56 An non vides iumenta iugum ferentia, posteaquam ad præsepe pasta sunt, iter agere, onera gestare, suum explere ministerium? Tu verò sublata mensa ad omne opus inutilis, num vitare poteris quo minus videaris asinis deterior? Quamobrem? Quia tum maxime conuenit esse sobrium. nam tempus post mensam, agendi gratias tempus est. Non decet autem agentē gratias ebrium esse. A mensa ergo ad deprecationem vertamur, non ad lectum, nō brutis animalibus simus magis bruti.

Conc. I. de Lazaro.

Gratiarū actio post cibum.

4 57 Agricola vbi totius vineæ vindemiam peregerit, non prius desistit, quàm singulos etiam minutos acinos decerpserit: post quos è vindemiatore defectos, stat nuda fructu vinea, nil habens præter folia. Non ita spiritualis diuinarum scripturarum vinea. sed licet D quicquid videbatur, tum literæ tum sensus, quasi fructus atque foliorum, sermone pro falce vtentes, diligenter amputauerimus, adhuc tamen amplius superest tollendum. Multi ante nos disseruerunt, plures post nos fortasse disserent: nemo totas opes eruerit.

Vineæ vindemia, scripturæ expositio.

58 In perpetrando scelere, vt voluptate ebrij, nihil acerbi perinde sentimus, quod simul atque commissum finem ceperit, hac demū extincta succedit amarus pœnitentiæ stimulus, contrà quàm accidere solet puerperis, quibus ante partum dolor ingens, grauésque nixus sunt dissecantes eas doloribus, pòst relaxatio, dolore simul cum infante egrediente. hic non itē. Sed dum parturimus concipimúsque corruptos affectus, delectamur interim & gaudemus: enixi malum illum puerum peccatum, conspecta partus fœditate

Peccatum, parturitio.

discruciamur grauius.

59 Pater vbi semel, iterum ac tertio, deciésve filium increpauerit, si viderit incorrigibilem manere, desperans abdicat, expellit è familia, à cognatione resecat. At non eodem modo conscientia: sed semel licet, iterum, ter, millies admonuerit, túque minus obtemperes, monebit iterum, nec desistet ad supremum vsque halitum, domi, in biuiis, mensa, foro, itinere, frequēter & in somnis peccatorum nobis simulachra spectráque representat.

Pater exheredans. Conscientiæ assiduitas.

Ex Tomo III. Homiliis in Ioannem.

DEVS seruorum neminem vult inuitum aut coactum, sed eos duntaxat, qui sua cū sponte amplectuntur, vt seruitutis & se gratiam habere intelligant. Homines, vt 60 B quibus necessaria seruorū opera est, & seruitio opus, improbos & dicto non audientes seruos possessionis iure coërcent. At deus cum sibi ipsi sufficiat, & nullus indigeat, nostræ tantum salutis gratia cuncta operatur, nósque ipsos nostri esse iuris & arbitrij permittit. ideo cogit neminem: ad nostram tantum spectat vtilitatem. Quod si nolentes contrà ad seruitutem traheret, non secus ei deberet, ac si nullum ei seruitium præstitissent.

Serui liberi & inuiti. Liberum arbitrium.

61 Non eadem conditione, qua agricolæ, verbi diuini sunt præceptores. Siquidem illi post annos sudores, miserámque & laboriosam vitam siquādo terra operis in se impensis non respondeat, alius eius nemo damnum instaurare potest, sed pudibundus ac tristis domum ab area ad vxorem liberósque reuertens, à quo longi laboris mercedem petat, habet neminem: at in nobis huiusmodi nihil vsuvenit, sed C culta licet terra fructum non afferat, dominus bona nos spe dimissos non frustratur, secundum suum quemq; laborem, non secundum euentum remunerās. Si forte, ait, audiant, animam tuam prædicans liberasti, etiā si nemo attendat.

Agricola & concionator. 1. Cor. 3. Ezech. 3.

62 De plenitudine eius nos omnes accepimus. fons est, & bonorum omnium radix, non in seipso bonorum continens diuitias, sed in vniuersos diffundens, & plenus tamen permanens. Quod autem sero donū participatū est, exigua totius pars & quasi gutta parua immēsæ abysso & pelago infinito comparata. Sed ne hoc quidem exēplum sufficit. Nā si guttam è mari acciperes, ea mare, visu licet percipi nequeat, minuitur: de illo autem fonte hoc dici non potest, sed quātum quis hauriat, nihil deficit. 12

Ioan. 1. Gutta maris hausta, gratia à deo accepta.

63 Terra semel accepto semine mox fructum profert, nec altera eget satione. In anima nostra non ita D vsu venit, sed frequenter & diligenter in ea serendum, vt vel semel fructum recipiat. Primum enim dei verba nec facilè incidunt, nec imprimuntur animo: multis obstruuntur spinis: multa difficultas, multi insidiatores semen rapientes. Cum germinant item & radices agunt, multa iterum indigent diligentia, vt maturè exeant, multa cum peruenerint, vt integra persistant, nec lædantur. In seminibus spica è vagina erumpens, rubiginem cæteráque noxia facilè contemnit. At in doctrina opus interim perfectum tempestas incumbens labefactat, & tam rerum difficultate, quàm hominum, qui lædere norunt & volunt, fraude, aliisque tentationibus omnino perdunt. 17

Agricultura. Doctrina.

64 Omnia pręter diuinam doctrinam vana & superflua, ad

flua, ad eam nullū tempus intempestiuum, sit aliena A licet domus ingredienda, vir clarus ab obscuro interpellandus, nunquā eius contemnēda occasio. Cibus, balneæ, cœnæ, reliquáq; secularia statutū habent tēpus: hæc nullo tempore circumscribitur, omne ei cōmodum tempus est. Opportunè, ait Paulus, importunè. Moyses in lege semper, Dauid die ac nocte meditandum ait.

Doctrinæ omne tempus cōmodum. 2. Tim. 4.

65 Secularia, cibus, balneæ, cœnæ, vt necessaria, ita frequentia, reddunt corpus imbecillū: diuina doctrina quantò magis imbuitur, tanto fortior efficitur. In illis nugis inutiliter tempus vniuersum consumimus, mane, meridie, vespere, crepusculo frustra desidemus. Diuinum autē pabulum si semel bísve ad summum audimus, vt saturi nauseamus. praua circa illa cupiditate appetitum dissoluimus: ideóque spiritalem cibum fastidimus.

Secularium quàm diuinorum maior homini affectus.

24 66 Christus Nicodemum ad fidem, & de baptismo B doctrinam medio exemplo inter solidi corporis naturam & incorpoream adduxit, vēti scilicet impetus, & ab aqua orditur, quę terra tenuior & vento crassior est. Vt ergo elementum terræ substratum est, totum autem dei fuit opificis: sic aquæ hic elementū subiicitur. & totum spiritalis est gratia. Tunc in animam viuentē factus homo: nunc in spiritū viuificantē fit: sed magna differentia. Aqua vitā alicui non dat: spiritus non modo per se viuit, sed aliis quoque vitā largitur: mortuis etiam reddit. Tunc post factam creaturam homo formatus est: hic contra ante nouam creaturā nouus homo creatur, & primus nascitur. tum mundus transfiguratur. vtque totum à principio formauit, ita & nunc totum creat.

Ioan. 3. Baptism. Gene. 1. 2. 1. Cor. 15.

67 Sed tunc, Faciamus, inquit, ei adiutorium: nunc C minimè. Quippe qui gratiam spiritus accepit, nullo alio indiget: qui in Christi corpore perficitur, alio ei non opus auxilio. Tunc ad dei imaginem fecit hominem, nunc deo familiarem reddit. Tunc animantes ei subiecit, nunc supra cœlos eius propagat imperium. Tunc paradisi eum incolam constituit, nunc cœlum aperit. Tunc sexta die factus est, nunc prima vnà cū luce. Quibus constat ad quanto hac meliorem vitam & perenniorem, adeóque nullum finem habituram efficiantur. Quantóque altior & subtilior per baptismum regeneratio, quàm vel prima ex terra formatio, vel secunda ex latere, vel tertia ex semine.

Baptismi regeneratio mirabilior quàm vel mundi creatio, vel hominis formatio, & hominū generatio.

14 68 Parentes sæpenumero liberos aliis alendos transmittunt. Ego, ait Christus de sacrorum participatione mysteriorum, non ita, sed mea vos alo carne, meipsum vobis appono, bonā ita vobis de futuris expe- D ctationē spémq; prębēs, qui in hac vobis me vita trado, multo magis in futura, frater esse vester dignatus, & quam propter vos carnem communicaui & sanguinem, ita cognatus vester effectus, ea rursum vobis viciſsim hic exhibeo.

Et 61. ad Antioch. Parētes, et nō altores. Eucharistia.

69 Ex cibis quidem sanguis in nobis enascens, non à cibo statim hoc efficitur, sed potius aliud quiddam. Hic autē sanguis Christi mysticus non ita, sed quamprimum ac repente animam irrigat, eámque vi quadam magna imbuit, nutrit iugiter, eiusque nobilitatem languescere aut tabescere non permittit.

Sāguis naturalis & mysticus.

70 Hirundines alimenta suis pullis ab ore in os tradunt: nostra autē non sic, sed ab ore in aurē. illa quippe in corruptionē, nostra verò in incorruptionē procedunt. Illa corpus, animam autē nostra impinguant.

Hirundines. In Ioan. 2. Act. 2. homil. 7.

71 Pœnitemini, ait Iudæis Petrus, & baptizetur vnusquisq; vestrū in nomine Iesu, in remissionē peccatorum. Cæterū longe aliter habent iudiciorū quæ hic sunt leges. nā hic qui peccat, quādo cōfitetur seruatͣ.

Iudicia fori & ecclesiæ.

72 Non quod deorsum es adiudicatus, inspicias: alia sunt iudicia sursum constituta. In terreno nāque iudicio illicite & iusti interim cōdemnātur, & iniusti pœnas declināt, rei liberātur, innoxij grauātur, vt in quo iudices vel sponte vel inuiti errent, & aut ignoratione iustitiæ, aut pecunię corruptione, aut iniqua etiam gratia sententiā pronuntient. In cœlesti autē iudicio nihil tale: iudex enim iustus, Deus, & iudiciū eius vt lux procedit, tenebras non habens, nec ignorantiam.

De cruce & latrone. Iudicium humanū & diuinum.

73 Quoties, ait ad Hierusalem Dominus, volui congregrare filios tuos, & noluisti? Quid ergo? Ecce relinquetur domus vestra deserta. En vt saluare nos vult Deus, nos autem quia nos ei non adiungimus, in interitu manemus. Paratus inquam est ad saluandum, sed B volentem, & hoc eligentem, non verò nolentem. Homines quidem volentibus nolentibúsque seruis dominari volunt, & dominantur in suam, non in seruorum rem spectantes ac vtilitatem. Deus autem nullius indigens, ídque tibi declarare volens, nullius se nostri indigere, seruitutem nostrā desiderat, id modo spectans, vt tibi prosit, nostræ non suæ vtilitatis gratia omnia operatur, siquidem assentimus, scientes & seruitutis huius beneficium deberi, ad eum veniamus. nam nolentes nec vi nec necessitate cogit.

Matt. 23. Luc. 13. De cōuersione Pauli. Seruitus Dei libera, hominum coacta. Psal. 15.

74 In Olympicis certaminibus athleta intra stadium certat, athlotheta foris sedens eatenus tantum certātem adiuuat, quatenus verbis & acclamationibus valet: manibus iuuare, aut propius assistere, aut aliud ferre auxilium nulla ei lege permittitur. secus res in pie- C tatis certamine. Idem enim athleta & athlotheta, pugil & ludi magister. ideóque non extra caueam sedet, sed in ipsum certamen ingressus pugnātes confirmat, solatur, adiuuat. Talis gladiator & gladiatorum institutor Paulus, non ait eis, Ne malis succumbatis, non malis non succumbo, sed se quoque vnà in conflictu esse declarans, Malis, inquit, non succumbimus. 2. Cor. 4.

Homil. 1. de resurrectione. Agon secularis & Christianus.

Ex Tomo IIII. homiliis in epistolas Sancti Pauli.

GRratia dei finem nō habet, semper ad maiora egreditur. Non ita in hominibus vsuuenit. assecutus est quis magistratū, perpetuus in eo non manet, tandem aliquando excutitur. nam vt honorem humana illum manus non eripiat, mors certè superueniens ereptura est. Ta- D lia non sunt quæ bona deus largitur, vt à quibus non homo, non tempus, non rerum aduersarum vis, non diabolus, non denique mors ingruens nos deturbare possit, quin vel mortui ea demum firmius possideamus: adeóque quo magis progredimur, eo pluribus semper maioribúsque illis fruimur. Si futuris fidem non habes, de illis saltem præsentia fidem faciant. 75

9. ad Rom. Bona præsentia & futura.

76 In bellis quidem vel nolentes & inuiti produntur sæpe milites: hic autem nisi vltro ipse transfugeris, superabit te nemo. Terret ergo & à præmiis, aut potius pœnis, & mercedem ponit mortem, mortem autem non talem, sed multo pestilentiorem. Si enim Christus non vltrà est moriturus, ecquis illam soluet? Certè nullus. subeunda ergo æterna est. nec enim amplius adest sensibilis, vt hæc, corpus consopiens, & ab anima separans.

Bellū carnale & spiritale. Mors duplex.

77 Hoc Christi verbum inscribamus & parietibus & 17. Luc. b.

Universidad de Deusto Biblioteca

Laus ab hominibꝰ & Deo.

ianuis & menti,dicamúsque continuè nobisipsis, Væ nobis, si quando nos omnes homines laudauerint. ipsi enim quoque laudatores,te tamen velut vani honoris cupidũ,præconiiq; sui stultè amantẽ, vituperabunt. Non ita Dauid: sed cum te viderit eius quæ ab ipso est gloriæ cupidum,tum te potissimũ celebrabit. Aliter homo,vt qui vbi te pro libero seruum acceperit, nudo plerunq; verbulo falsam tibi laudem gratificatus, veram abs te mercedem aufert, & hominem homo sibi magis quàm emptitium quemuis subiicit.

Serui hominũ & non Dei.

78 Habent seruos eiusmodi, qui eorum dominãtur, præceptis suis obedientes. tu etiã sine præceptis seruis. nec enim expectas quicquam ab iis præcepti audire, sed vbi primum noueris tantùm quo eis pacto gratificari possis,nihil nõ facis,ipsis etiam nihil pręcipientibus. qua non igitur gehenna dignus, Deum nullo non die præcipientem,nec sic audiens?

Gloriæ amor.

79 Graue quidem, omníq; plenum inuidia,in politicis rebus gloriam sectari, cũ idem feceris in spiritalibus,ne tantum quidem honoris Deo tribuere, quãtum ipse à domesticis habeas? Quis veniæ tibi locus? Seruus ad domini oculos respicit, ad herum mercenarius,& ad præceptorẽ discipulus:tu cõtrà omnino, remunerantẽ Deum dominúmq; relinquẽs,ad cõseruos respicis, etsi bene noueris Deũ rectè factorũ tuorum in futurum quoque recordaturum, hominem verò tantum ad præsens,& quidem vtcunque.

Seruus. Mercenarius. Discipulus.

Athleta.

80 Cum habeas theatrum in cœlo constitutum,spectatores tamen in terra tibi deligis & colligis. Athleta quidẽ vbi certat,ibi & probari cupit. tu cum in superioribus certes,in inferioribus coronari quæris.

Coronarũ varietas.

81 Videamus, si placet, & coronas. Illa quidẽ superbia constat,hæc inuidia, adulatione ista & simulatione,propter pecunias & alia. Est & quædam ex seruili ministerio,aut vt pueri ludentes fœno alios coronãt, & post tergum irrident. Ita te qui in faciẽ prædicant, & clam subsannant: quid aliud quàm quod & nobis inuicem fœnum coronantes imponimus? Et vtinam nihil aliud quàm fœnum. nunc autẽ multo etiã damno, nedum vtilitate, plena est hæc laudis humanæ corona.nam omnia nostra recte facta perdit.

Matt.6. Receperũt mercedem suam.

23

Amor diuinus & humanus.

82 Apud homines si quem alius dilexeris, repugnabit illius amator: deus verò sui te amoris ita communione dignatur,vt non communicantem oderit. Humanus quidem amor zelo & inuidia plenus est, diuinus verò ab omni eiusmodi affectuum morbo liber est. Et ideo quærit qui secum in amore communicẽt. Dilige,ait, mecum, & tum potissimũ te magis diligã. Si dilectos meos dilexeris,putabo me plus à te diligi.

Aurifabri.

83 Aurifusorum quidem pueri minuta etiam fragmenta curiose conquirunt: fastidiosi verò lectores aut auditores,quidã quædã in scripturis quasi superflua,nihílque momenti habentia prætercurrunt, vt in euãgeliis genealogias, in epistolis, eorum qui salutãtur catalogos,tantas vtique auri massas negligunt, & magni se nihil ex huiusmodi locis lucrifacturos arbitrantur, in quibus magnum est thesaurum inuenire.

Scripturæ nihil non aureum.

9.in 1.Co. Auari raptores.

84 Hominum oculi siquando pauperes intuentur, ingemiscunt: raptores conspectis pauperibus magis sæuiunt. Illi sua vt sua, aliena vt aliena conspicantes, aliis propria effundunt,quę aliis dantur,non cupiunt, Hi nisi omnia omnium auferunt, non desistunt. Illi nudum suum corpus, quasi alterius esset, videre non patiuntur. Hi nisi omnia domum conferant, non satiantur:ferinos ergo habent,non humanos.

A 85 Imò nullo vnquam expleri possunt tempore: & ferinas habent manus, aut feris etiam immaniores. Vrsi lupíque cum ad satietatem ederunt, cibo abstinent. hi nunquam satiantur. Tu si pecudem fera lacerat, ægrè fers. cum id in proximum tuum facis, nihil te mali facere arbitraris. Et qua ratione homo es? humanum enim dicimus hominem humanitatis plenum:crudeliter aliquid & immaniter operantem, inhumanum.

Auari belluis insatiabiliores.

86 Figuram quidem hominis à misericordia, feræ autem ab immanitate describimus, dicentes, Nunquid homo fera vel canis? Horum certè ora, ferarum ora, vel potius quàm ferarum, sæuiora, verba magis venefica,& cædium plus machinantia.Sic inhumanitas ex hominibus qui ei se dedunt, feras facit, ferísque peiores, quòd hæ natura tales sunt, hi naturalem mansuetudinem in immanitatem vertunt.

Auari feris efferiores.

B 87 Quorum adeo mentem si quis inuestiget,eos iam non feras tantum,sed & dæmones dicat,& ducat. Nã dæmones quidẽ eos modò,qui in tentationibus consentiunt,exuperant:in eos qui iugum detrectant,nihil insidiando proficientes:hi verò obnixe repugnantes, eos quibus calumnias struunt, superare contendunt.

Auari dæmonibus peiores.

88 Dæmones rursum cum hominibus,non cum eiusdem generis certant dęmonibus.Hi verò consanguineos & familiares perdere conantur, nec eos naturæ pudet. Ideóque Dauid eos ab hominum expellit cõsanguinitate. vbínam ergo tales constituemus? Extrinsecus feras, intus dæmonas.

Auari dæmones & feræ,nõ homines. Psal.48.

13

Pictores. Paulus mundi pictor.

89 Pictores quidem domi inclusi quietè ac diligenter omnia faciunt,nemini ostium aperientes. At Paulus tabula in medio terrarũ orbe posita, omnibus repugnantibus, turbantibus, tumultuantibus, regiam C hanc vniuersi mundi sensibilis & intelligibilis imaginem pingendo perfecit,nec prohibitus est.

36.

90 Quæ fœlicitas in Pluto esse potest? nisi forte qui cum belluis cõgrediuntur felices dicas, quòd raras illas bestias includentes,sibi quidem seruent,& spectaculo proponant,accedere tamen non audeant aut attingere:horreant magis,& contremiscant. Tale quiddam diuites patiuntur. Plutum vt truculẽtam belluã includunt, & sexcenta quotidie vulnera ab illo accipiunt,sed contrario belluis modo. Hæ enim si producas,in obuios ruũt. ille si includas,si serues,possessorẽ inuadet,perdétq;. Hanc nos belluã mansuefaciamus. erit autem, si non includatur,sed hominum manibus permittatur: quibus attrectatus, mãsuetus esse discet.

Plutus diuitiæ recõditæ,quasi bellua reclusa.

38

91 Ob inexpectata bona maláve ne maceremur. nec enim cum pictos in tabella diuites videmus, dignos D admiratione putamus,vt nec mẽdicos istic exaratos, miseros, sint picti licet viuis nostris diuturniores: faciliúsque licet pictus in tabella diues quàm in rerum natura consistat: in centesimum sæpe annum tabella durat: cum qui tam belle sibi diues placet, vnius anni spatio rebus omnibus exuatur.

Diues pictus & viuus.

40

Bona carnalia & spiritualia.

92 Opes eripi congeríq; nisi alterius detrimento nõ possunt: in spiritualibus verò secus, imò contrà ditescit nemo solus,nisi aliũ vnà iuuet. quãtisper enim neminem iuuas,ditari non potes.In cæteris rebus communicatio, decrementum: in spiritualibus incremẽtum parit.qui nihil cõmunicat,ad inopiam redigitur: & qui talentum sapientiæ defodit, multorum vtilitate neglecta, suis se facultatibus fraudauit. qui aliis impertiit,sapiẽtes alios reddidit,& suas facultates auxit. Eadẽ in cæteris spiritꝰ donis regula. In regno dei qui possi-

Matt.25. Luc.19.

qui possidet,quò pluribus dat, hoc fruitur magis: & plus donũ multiplicat.qui suæ sibi felicitatis consortes non adsciscit,bonis omnibus cadit.Bona ergo rapiamus,quæ diripiendo crescunt, non diminuuntur.

93 Ab aëre quoque & sole licet hæc repútes. omnibus hæc vsurpantur,omnia implent: & siue fruamur, siue nõ fruamur,eadẽ semper manent. Illa verò quæ dixi spiritualia,maiora sunt atque meliora multo,denique alia.nec enim siue caremus, siue non caremus, eadem manent,sed cum distribuũtur, etiam crescũt.

Manna. Exod.16.

94 Qui plusquàm permissum erat, Mannæ colligebant,hi non Manna, sed vermiũ plus & putredinis tũ retulerunt. idem auaris accidit & voluptariis: vt plus detrimenti reportent,plus iis sit stercoris, quàm lucri & voluptatis. sed hi tanto deteriores quàm illi, quòd Hebręi quidẽ ad errorem semel commissum, agnitũ resipuerunt.Ebrij hi & auari vermen tanto molestiorem in suos ipsorum ventres & domos inserunt, nec satiantur,ne sentiũt quidem.In vano conatu persimiles,sed pœna longe maior.Quid enim locuples à paupere differt?num vnum vterque corpus vestit, ventrẽ nutrit?Curis puto quibus miser cõsumitur,dei neglectu,corporis inquinatione,animi perditione,diues auarus pauperem præcedit.

Diues quibus à paupere differat.

41

Genituræ & sepulturæ sationes.

95 Diuersa est genituræ & sepulturæ satio.& hanc enim semen Paulus vocat,vulgarẽ illam,cura,labores, pericula, mortalitas, corruptio,mors sequuntur. hãc & eam quoque vulgarem,siquidem rectè vixerimus, præmia,coronæ, immortalitas, incorruptio,& mille præterea bona comitãtur.In illa complexus,somnus, voluptas,in hac vox vna de cœlo descendens confestim fœcundat omnia.Ex illa qui surgit,in ærũnosam istam vitã ducitur.ex hac qui resurgit, huc non reducitur.dolor,tristitia, gemitus, mala omnia ponuntur.

Sermo.de libello repudij. Serui dominos mutant non vxor viros.

96 Seruis quidẽ licet mutare viuẽtes dominos,vxori autem viros minime. viro enim viuente mulier serua est,& legi subdita,alligatáque,adulterij,etiã si millies repudij libellum det,lege alliganda. Nec mihi leges ab exteris conditas legas,eum præcipientes & diuelli. secundũ suas Deus non secundũ illas iudicabit, etiã si ne illæ quidẽ id simpliciter & absolutè, sed factum puniũt. & hinc liquet quòd peccatũ ægrè tulerint,nec factũ commẽdauerint, repudij nimirum autorem nudam & facultatibus spoliatam eiicientes.

Serm. de fide,spe et charitate. 1.Cor.9. Stadium terrestre & cœleste.

97 In stadio terrestri vnus modò qui prior venerit, coronatur:in cęlesti,quisquis peruenerit.Omnes quidem currũt,sed vnus accipit.Sic currite,vt accipiatis. illi vt corruptibilẽ,nos vt incorruptã. Illic velocitas quæritur corporis,hic animi optatur affectus.Illic festinãs & properans,hic perueniẽs & perficiens coronatur. festinatio etenim fatigata nonnunquam deficit:feliciter verò peruenit,quem lætum iter ad destinata perducit.

Sermo.de collatione in sanctos. 1.Cor.16. Thesaurus terrestris & cœlestis.

98 Vnusquisq;, ait Paulus, apud se reponat aut seponat recondens seu thesaurisans. Cur non dixit, colligens?vt discas quòd sumptus ille thesaurus sit.thesaurus autem omni thesauro melior.Nam sensibilis thesaurꝰ & insidiis peritur,& imminuitur,& sæpe pessundat inuentores. Cœlestis autẽ alius. insidias ignorat, auferri nequit,solers est possidẽtibus & accipiẽtibus. non consumitur tẽpore,non perit inuidia,sed prorsus eiusmodi iniuriis superior, multa colligentibus affert bona:vt expensæ huiusmodi quæstus & lucrum sint.

20

In 2. Cor.

99 Sensibilis quidẽ fragrantia non multum aëris penetrat.Hæc vero,altaris inquam, fumus & fragrãtia,

A quæ committuntur scilicet & infunduntur, gratiarũ actio,eleemosyna, oratio, sacrificium laudis, preces, quousq; procedunt?nũ ad cœlum vsq;? minime:cœlũ ipsum transcendunt,& cœlorum apsides aperiunt.

Fragrãtia sensibilis & altaris.

23

Nuptiæ mũdi & Christi. 2.Cor.11.

100 Despondi vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo.O noua res.In mundo virgines manent ante nuptias,pòst nõ item:Hic autem non sic. Non sint licet virgines ante has nuptias, post eas virgines fiunt. sic omnis ecclesia.& hæc enim omnibus loquitur cõiugatis & inconiugatis. Dos regnum cœlorum, non vel aurum vel argentum.

Centuria Secunda.

1

In id, Vtinam sustineretis &c. 2.Cor. 11.

B AMORE quidẽ externo succumbentes fateri palam dispudes, tanquam deterritos tum sui pudore, tum audientium periculo.Sancti suum amorem nunquam tacẽt, vt honesta cuius professione sibi & auditoribus iuxtà prosunt.Amor enim ille vitio datur,hic laudi.Ille animi morbus est & opprobriũ,hic animę lętitia & exultatio.Ille bellum in amantiũ inuehit cogitationẽ, hic bello si quod fuerit eiecto,pacẽ substituit.ex illo vulgari non modo nihil emolumenti, sed ingens quoq; rei familiaris iactura, sumptus inanis, vitæ pernicies, ædium deniq; à fundo subuersio.ex honesto hoc qui spectat animorum decorem, multæ opes bonorum operum, magna virtutum supellex.

Amor externus & sanctus.

Amatores formarum & virtutũ.

2 Bonam corporis formam adamantes, & ad faciei splendorem inhiantes,turpes sunt,& inelegantis formæ, nec ad mutandam deformitatem quicquam ex C concupiscentia lucrãtur, quin semper in peiorẽ abiectiotémque oris habitum abeunt.In hoc contrà fit amore. quisquis amat animã sanctam verè pulchram, turpis licet ingratíque aspectus, adeoque vel omniũ fœdissimus in hoc modò amore sancto perduret,cõtinuò talis erit, qualis est quem amat, verè scilicet pulcher ac formosus.

Animũ emendari posse,non corpus.

3 Diuinæ benignitatis argumẽtum est, quòd corpus mutilum ac deforme nequeat emendari: anima verò turpis & mãca in pristinum facilè decorem reformetur.Hinc ex vultus bonitate, boni ac emolumenti nihil, ex animæ autem pulchritudine tantum licet bonum lucrari,quantum possidet qui Deum habet amatorem. Audi, ait, filia, & concupiscet rex decorem tuum.Decorem vtique secũdum animam, qualis virtute ac pietate contingit.

Psal.44.

Ad Gal.1 Medici Latrones. Homicidæ Martyres.

D 4 Medici & carnem secant, & ossa nonnunquam frangunt:quæ frequenter eadem latrones faciunt.An non igitur extremæ fuerit infelicitatis, si nequeamus latronem à medico discernere? Rursum homicidæ pariter torquentur vt martyres: at non quia eadem tormenta patiuntur, eodem vtrique loco habentur, sed plurimum interest inter hos & illos. Etiam alioqui, Samuelem & Phinees homicidas, parricidam etiam Abrahamum censebimus, si verba nuda, nudas res, non etiam causas & animos expenderimus.

Homil. 2.

Spiritussanctus character in Iudæis & Christianis aliter.

5 Paulus nos docet non à cęteris tantum delectos,secretos & sepositos,verũ etiam signatos:vt si quis quos sibi cõpararit, familiari aliqua nota notiores reddat, ita nos spiritus sancti charactere insignit, vt hęreditatẽ futurã possideamus.Quãdiu in diuinæ mẽtis præscientia fuerũt homines,nulli dum erãt manifesti:vbi

Universidad de Deusto Biblioteca

eos ſignauit deus, manifeſtati ſunt. Cæterum non vt vos fideles. Erant enim præter paucos manifeſti. Signati ſunt etiam Iſraëlitæ, ſed circunciſionis nota, vt pecora & bruta. Et nos ipſi ſignati ſumus, ſed vt filij, nimirum ſpiritu ſancto, quem ex pacto accepimus.

Circunciſio.

22

6 Qui luctatur, adhuc detinetur. iucundum tamen eſt etiam non cadere. Tunc illuſtris ſcilicet erit victoria, cũ hinc exceſſerimus. v. g. concupiſcentiam malam admirabile quidem fuerit non admittere, ſed & extinguere, ſi nequiueris luctãdo cohibere. Luctatus enim ſi exceſſeris, viciſti. nam non hic res habet, vt apud athletas. hic niſi aduerſarium deieceris, non viceris. Hic viceris, ſi deiectus non fueris. Ritè aduerſarium deieceris, ſi deiectus minimè fueris. Illic ambo certantes vincere ſtudent: & ſi demum alter deiectus fuerit, coronatur alter. Hic non ita: ſed diabolus huc laborat, vt nos inferiores reddat. Illi ergo ſi quod ſtudet abſtulero, vici. non vrget vt ſimpliciter deiiciat, ſed vt ſecum pariter deiiciat. Victus autẽ iam eſt, quia deiectus. eius verò victoria nõ in eo eſt vt coronetur, ſed vt perditos perdat. Vici ergo etiam ſi eum non deiecero, deiectus duntaxat non fuero.

Victoriæ ſpecies luctari nec vinci. Athletæ. Diaboli vincere, et vinci.

Iniuriæ cõtra diabolum non contra fratres meminiſſe.

7 In externis hoſtibus iniuriæ memorem eſſe malum eſt. aduerſus diabolum, bonum atque laudabile, furor & ira vtilis. vitia ſi habes, cõtra illum exercere laudem habet. ſi ea deponere nequis, potius quàm in eos qui mẽbra tua ſunt. Huic inimico ſemper inimicus, acerbus, immitis eſto, nõ fratribus: ſic abiectus erit, & captu facilis: ſæuus, ſi nos in eum ſęuierimus, non futurus ſæuus contrà ſi manſueti fuerimus.

23

Arma carnalia & ſpiritualia.

8 Nihil arma proſunt, ni primùm ſit ordinatus & inſtructus exercitus, & adſit animus militis mentem excitans. Oportet enim primùm intus armari, deinde foris. Si apud externos ita milites res habet, multo magis & apud ſpirituales: imò verò apud hos foris nõ licet armari: ſed omnia ſunt externa.

De profectu euangelij. Dux & exercitus. Paſtor & ouile. Vincula Pauli & mundi.

9 Non iuxta humanum morem Pauli fuerunt vincula, vt amorem, non timorẽ. fiduciam, non anxietatem iniicerent & aliis: & vnde alij anxij, inde fidentes redderentur. Si quis ducem capit, & cõſtringit, fitque id aliis manifeſtum, vertiur in fugã omnis exercitus. Paſtorem ſi quis abducit ab ouili, nullo negocio abigũtur oues. Hic non ita, ſed ſecus per omnia euenit. Duce vincto fiebant alacriores milites, maioribúſq; animis in aduerſarios irrũpebant. paſtori conſtricto nec auferebãtur oues, nec diſſipabãtur. Ecquis vidit, quis audiuit à magiſtrorum aduerſitatibus diſcipulos ſolatium capientes, non verò timentes? Quomodo non dicunt, libera te ipſum, & nobis quoque conſultũ erit? Quomodo? Edocti non hæc ex infirmitate Pauli, ſed Chriſti permiſſione fieri: vt etiam ſic veritas effulgeret, creſceret, atque altius erigeretur.

Homil.1. Col. Pauperes ad prandium vocandi. Luc.14.

10 Amicos qui ad prandium vocat, nihil magni facit. recepit enim hinc mercedem: qui pauperem, Deũ habet debitorem. Retribuet, ſi non retribuerit homo: retribuerit, non eſt retributurus Deus. Amicum ſi vocaueris, ad veſperam vſq; durabit gratitudo. ſin pauperem, nunquam ea peribit. Debitor enim dominus perpetuò reminiſcitur, nunquam obliuioni tradet. Vulgaris amicitia velocius quouis momento conſumitur.

Menſæ diuitum & pauperũ.

11 Inſtruantur menſę duæ, vna pauperibus omne-genus repleatur, diuitibus altera. illic argenti nihil, nec vini multum, ſed quod tamen ad hilaritatem ſufficiat: hic vaſa aurea & argentea, miniſtri multi atque ſplendidi, & ſumptuoſa fercula. In vtra eſtis accubituri? In hac veſtrũ, opinor, plurimi: ego ad illã propero. Hæc homines, illa Chriſtum: ſeruos hęc, illa dominũ habet recumbentem. Itaque etiam ſic maior illius quàm huius voluptas, quanto iucundius cum rege quàm cũ famulis accumbere.

Prãdium diuitum. Pædagogium.

12 Iñ illa ego, quíque mecum eam elegerint, multa cum libertate animíque delectatione & loquemur & audiemus omnia: vos autem in hac tremẽtes ac timidi ſimúlque diſcumbentes ſubueritíque, manũ quidem portẽdere audebitis, quaſi ad pædagogium non ad prandium ingreſſi, & coram moleſtis ac ſæuis dominis trementes, & ſeruorum more eadem cum heris menſa communicantium abiectè loquentes. Nos verò non ita. Duplici ergo nomine vos ſuperamus, libertate ſcilicet, ac honore: quibus quod ad voluptatem attinet, nihil conferendum.

Prou.15. Paraſiti.

13 Ego quippe malim cum libertate, amicitia, gratia panem & holera, quàm cum ſeruitute & inimicitia vitulũ ſaginatum, & mille fercula. Quicquid enim diuites dixerint, coguntur laudare qui præſentes ſunt, aut certè offendere, niſi paraſitorum locum ſubeant. imò illis etiã peiores ſunt. hi enim cũ dedecore licet, libere tamẽ opprobrãdi ius habent: vobis verò nec hoc quidem licet, tantam illic vilitatem habentibus, honorẽ non item. Priuata ergo omni iucunditate diuitũ menſa, pauperum quauis animi delectatione referta eſt.

Fames repletione tolerabilior. Medici.

14 Sed ferculorum quoque naturam deſcribamus. illic vel inuito neceſſe eſt multo cibo vinóq; rumpi. Hic nihil nolentẽ cogit comedere vel bibere. ita voluptatem eius quæ ex ciborẽ eſt qualitate repletionis illic occupans aufert moleſtia, corpora non minus corrumpens & dolore afficiens, quàm fames, imò multo peius. eſt eñ fames repletione tolerabilior, illã viginti dies ferre poſſes, hãc ne ſolos quidẽ duos. Qui cum illa continuè luctantur, in agris nempe, ſani ſunt, nil opus habẽt medicis. Hanc, niſi continuè medicos voces, vtique nõ feras: imò & medicorum hæc tyrannis auxiliũ ſæpe fallit. Potior itaque pauperũ menſæ voluptas, quantò honor ignominia ſuauior: ſui iuris eſſe, quàm ſubeſſe: liberè loqui quàm tremere: iucundè agere, quàm meticuloſe: neceſſariis quantum ſatis eſt frui, quàm diliciis menſuram excedere: & pauca inſumere quàm multa.

Conuiuiæ & conuiuator.

15 Nec conuiuis modo, ſed & conuiuatoribus plus affert voluptatis. Qui diuites ad prandium vocat, id multos ante dies præparat & accurat: nec noctu dormit, nec die quieſcit, multa ipſe comminiſcens: plura coquis, popinatoribus & ſtructoribus præcipit faciẽda. Imminẽte cõuiuij die timidior, quàm quibus depugnandum eſt, ne quid contra præſcriptum fiat, ne quis inuideat, cauilletur, criminetur, aut exprobret, & multos inde acquirat irriſores. Hac omni cura liber eſt, qui pauperes inuitat, menſam ex tempore parans, nihil diu antè curans.

Spes bona & placida.

16 Ad hæc poſt omnia tot tantáq; mox ille gratiam perdit, Deum iſte debitorẽ habet, bona ſpe nutritur, ſingulis diebus ab iſta mẽſa ſaturatus, cibis quidẽ cõſumptis, ſed non conſumpta gratia, quotidiæ magis gaudet, quàm qui adeo cibi viníq; multũ ingurgitat: vt nihil animũ tã oblectat, quàm bona ſpes & placida.

Gratia poſt cibũ non ſiſtula.

17 Videamus reliqua. Illic tibię, lyrę, fiſtulę. hic hymni & pſalmodiæ. illic laudantur dæmones, hic omniũ deus. hic gratia, illic ſtupor & ingratitudo. Nã dic mihi. Pauit te De⁹ ex bonis ſuis: vnde paſtũ te oportebat gratias

gratias agere, tu dęmones introduces? Quæ enim muſicis canuntur inſtrumẽtis, vix aliud q̃. dæmonũ ſunt cantilenæ. Dicendũ erat, Benedictus es Domine, qui me aluiſti. At tu nec horũ, vt canis quidã, recordaris.

Canũ mos in domeſticos & alienos.

18 Imò canes ſiue quid accipiant ſiue nihil, domeſticis adulantur, herum mulcent: tu non ita: ſed & cum acceperis, in dominum ſæpe latras. Rurſum canis ſi quid ab alieno acceperit, nec ſic inimicitiã aduerſus illum remittit, nec ad amicitiam eius trahitur. tu innumera à dæmonibus mala paſſus, eos ad conuiuia tua admittis. Ille famem etiam patiẽs, hero adulatur: ſi quem curatum à dæmone audieris, mox Deum tuum deſeris.

Ebrij domini ſeruis ſobriis ridiculi.

19 Sed vis & finem videre? A menſa illa ſurgentes, inſanis & amentibus ſimiles ſunt, iracundi, temerarij, ebrij, ſobriis mancipiis ridiculi. hi prandium gratiarũ actione claudentes, domum ſic abeunt, iucundè dormiunt & exurgunt, omni turpitudine liberi: illi tales intus, quales foris, cæci, claudi, & mutili: & qualia eorum corpora, tales animæ iiſdẽ morbis correptæ: horum & corpus & anima ſplendida, ornata & alacris. Illis finis voluptas, riſus, ebrietas, turpiloquiũ, inſania. Hic benignitas, manſuetudo, & gratiarum actio.

Beneficum laudãt & quibus bene non fit.

20 Nec Dei tantum gloria, ſed maior & ab hominibus commendatio. Illi etiam inuident, hic veluti cõmunem patrem ſuſpiciunt omnes, nullo etiam beneficio affecti: nec minus prædicãt quàm quibus factũ eſt bene. illic inuidiæ multum, hic prouidentiæ plus & auxilij, multæ ab omnibus precationes.

Matt.25. Amos.6.

21 Et hęc in hac ſanè vita: in futura autem cum Chriſtus venerit, ſtabunt hi multa cum ſecuritate, coram orbe vniuerſo audientes: Eſurientes vidiſti, & pauiſti, &c. illi contraria, O ſerue male, piger, &c. Et, Væ deliciatis, ſomnolentis, vinolentis, delibutis, vnctis. Et hæc ceu firma putarunt, non fagacia.

Dare omnibus paſſim diuitibus et pauperibus. Fœnus.

22 Quid igitur, inquis, ſi & iſta & illa fecero, diuitibus ſcilicet & pauperibus communia? Multus hic in ore omnium ſermo. Et quid neceſſe eſt? cũ poſſis omnia vtiliter facere, & quæ nihil proſunt, ab iis quę vſui ſunt diſcernere. Si colligenda eſſet pecunia, non hoc diceres, ſed vndique colligeres. hic verò non ita. Si fœnerandum ſit, non dicis, cur hæc egentibus, illa ditibus dabimus? Demus his omnia. hic verò vbi lucri tantum eſt, non reputabis iſtud, & ceſſabis vanè ſumptum facere, & fruſtra bona perdere.

Amici menſæ.

23 Sed & illinc, aiunt, lucrum eſt. Ecquod quæſo? Amicitias auget. Nihil amicis vilius ita comparatis. nihil talibus paraſitorum amicitiis frigidius. At pauperum menſę amicitiam generant erga Deũ auctam atque cumulatam. Qui partim in pauperes, partim & in diuites inſumit, det licet multa, nihil tamen magni facit. Qui omnia in pauperes impenderit, modica licet dederit, totum tamen perfecit. Non quæritur quàm multa des aut modica, ſed an non minus quàm poſſis. Vidua quæ pauit Eliam, quæ duos obolos in gazophylacium miſit, non dicebat: Quid nocuerit ſi vnum quidem obolum mihi retinuero, alterum autem dedero? Sed omnes vitam ſuam dabant. Tu verò in tanta abundantia ſordidus es?

Dare multum aut modicum. 3.Reg.17. Marc.12. Luc.21.

7

Baptiſma fœdus gratiæ, non peccati chirographũ.

24 Aliud in nouo teſtamento chirographũ, nec quale prius in veteri: imò non vocetur hoc chirographũ, ſed fœdus & pactum. Illud eſt quãdo quis pœnis obnoxius detinetur: hoc cum ſatanæ ſcilicet renunciamus, & Chriſto iungimur, pœnã non habet, nec dicit, ſi hoc, niſi hoc. illic agebat ſeruus cũ domino, Moſes

teſtamenti ſanguinem aſpergens, cum Deò, hic amicus cum amico. Illic, quacunque die comederis, ait, morieris, minæ, maledictiones. Hic nihil tale. Et hic & illic nuditas. Verum illic ex peccato nudatus eſt, hic reconciliationis gratia nudatur. Exuit ille quam habuerat gloriam. nũc exuit veterem hominem tam facilè atque veſtimenta.

Gen.3. Nuditas in baptiſmo.

Adã paulatim formatus. Vnctio ſacerdotũ et athletarum.

25 Non quemadmodum primus homo naſcebatur, qui paulatim formabatur, ſecundus homo ſimul & ſubito renaſcitur. Nõ quomodo ſacerdotes olim caput duntaxat, ſed multo amplius, caput inquam, aurẽ atque manum inungebãtur, vt ad obedientiã & opera bona exercerentur: Hic verò totũ athletarum more ſtadium ingredientium. nec enim inſtruendi tantùm accedit gratia, ſed & certandi & exercendi.

Gen.2. Baptiſatus altera creatura.

26 In alteram creaturam euadit. Accepit Deus puluerem de terra, & finxit hominẽ: Hic ſpiritum, & refinxit. Nec in paradiſo, ſed in cœlo: nec in terra. ſurſum enim accipit animã tuã Deus, & trãsformat. Vbi hæc inter angelos fiũt: ne putes in terra eſſe quæ ſubiacet, iuxta regalem Dei thronum te recipit. fingitur quidẽ & in aqua nouus homo. Aliter verò accipit ſpiritũ animantem. Adduxit Deus ad Adam formatum beſtias, ad baptizatum dæmones, & ipſorum ducem, dicens, Calcate ſuper ſerpentes & ſcorpios. Nec iam ait, Faciamus hominem ad imaginẽ noſtram, ſed dat poteſtatẽ filios Dei fieri iis q ex Deo, inquit, nati ſunt.

Luc.10. Gen.1. Ioan.1.

Gen.2.3. Paradiſus & cœlũ.

27 Ponit eum Deus non amplius ad paradiſum cuſtodiendum, ſed ad conuerſandum in cœlo. Coniungeris ei quod ſurſum ſedet corpori. es in cœlo ſatanę inacceſſo. non illic mulier, quam accedat, & vt imbecilliorem ſeducat. Non poteſt illuc vbi conſtitutus es accedere, niſi ad eum deficias. Non vides lignũ ſciẽtiæ boni & mali, ſed vitæ lignum duntaxat. Non amplius ex latere tuo mulier, ſed omnes vnum ſumus ex latere Chriſti.

Latus Adæ & Chriſti. Ioan.19.

28 Maius neſcio quid Paulus de ſe dicit, quàm prophetæ. Illi aduenas ſe vocabant & peregrinos, hic captiuum. Ad captiui enim modum ducebatur atque tractabatur, & omnibus patiendi forma proponebatur. imò peius etiam habebat, quàm captiui, nam illos quidem hoſtes captos in magna deinceps ſecuritate conſeruant, curam eorum habentes, tanquam rerũ & poſſeſſionum ſuarum: hunc verò vt hoſtem agebant & ferebant omnes, eum diſtrahentes, verberantes, vituperantes, calumniantes, & quid quæſo non? 11

Captiuorũ tractãdorum mos.

29 Eſt vbi nihil differt ſacerdos à ſubdito, vt quando fruendum eſt horrendis myſteriis. ſimiliter enim omnes vt illa percipiamus digni habemur. Non ſicut in veteri lege, partem quidem ſacerdos comedebat, partem populus: & non licebat populo eorum eſſe participem, quorum particeps erat ſacerdos: ſed nunc non ſic. vnum enim omnibus corpus proponitur, & poculum vnum. Cuncta vobis & nobis paria, bonorum etiam principalia. Nõ enim nos abundãtius, & vos minus de ſacra menſa participamus, ſed æquè illam vtrique & pariter deguſtamus.

Homi.18. in 2.Cor. Sacra Iudæis non cõmunia. Homil.4. in 2.Theſ. Sacra Chriſtianis eadem, paria & cõmunia.

30 Nec verò ſi ego primus, ergo magni aliquid fuerit, cum & apud pueros ſenior primus in cõuiuio manum mittat. nihil tamẽ hinc prærogatiuæ. omnia nobis paria, eadẽ ſalus, eadẽ vita cum eodẽ vtrinq; honore datur. Nõ de alio ego, de alio vos, ſed de eodem agno participamus. Eundem vtriq; baptiſmum habemus, eodẽ ſpiritu dignati ſumus, Chriſti ex æquo fratres: ad idem regnũ luctamur & properamus. breuiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia nobis sunt communia.

Pastorum pro grege cura. 31 Vbi ergo est in quo vos excellam, vobis dissimilis? In curis scilicet ac laboribus, in solicitudine ac dolore, quo vestri gratia premor. At nihil hoc dolore suauius. Nam & mater pro filio dolens, dolore delectatur, solicita gaudet. Cura in se amara licet sit, pro liberis impensa voluptatis multum habet.

Lætitia materna.

1.Cor.4. Galat.4. 32 Complures vestrum genui, sed etiam post partum doloribus corripior. Apud corporales quidem parentes præcedunt dolores parturitionum, & tunc partus subsequitur. hic verò ad extremum vsq; spiritum dolores sunt, nequa etiã post partum fiat abortio. ita si quisquã alius qui genuit, ego curis rumpor.

Puerperarum dolores.

Pastores parentes. 33 Neque vt vulgares parentes, ex nobis ipsis generamus, sed totum est diuinæ gratiæ. Si ergo vtrique per spiritũ generamus, Deus inquam & nos: nõ erraverit aliquis, si & eos qui à me nati sunt, illius: & eos qui ab illo, meos esse dicat. Manus ergo porrigite, vt vos gloria in eo nostra sitis, & nos vestra.

Homil. 2. in 1. Tim. Voluptas vera & falsa. 34 Ea est peccati natura, habet antequam perpetretur, voluptatem: quæ, vbi consummatum fuerit, cessat & marcescit: subit autẽ continuò tristitia. Iustitia contrà labores habet initio, voluptatẽ verò in fine & requiem. Neque illic voluptas iucunda expectatione, neque hic labor molestus præmij spe.

Ebrietas. 35 Ebrietas in haustu solo voluptatem præbet: imò ne in bibendo quidem voluptas sæpe deprehenditur. Cum enim præ ebrietate quis amãs fit, & amente deterior, sic vt præsentium neminum intueatur: quis iã voluptati locus? Ne in libidine quidem voluptas. Quę enim voluptas dentes feruore collidere, oculos versare, vltra debitum modum incalescere, & præ morbo vitioso iudicium sensus amittere? sic enim scabies voluptatẽ haberet. si ea voluptas est, noli eam effugere, in ea persiste. atqui ab ea citius euadere studemus, & postmodum dolore conficimur. adeo non est illa voluptas vera, cũ scilicet & anima nulla perturbatione distrahitur, & corpus nulla impedimenta perpetitur, sed voluptatis tantummodo nomen habet.

Libido.

Scabies.

36 Nostra autem non huiusmodi sunt, sed omni iucunditate plenissima, liberam subeunt animam, lætificant, & suauitate perfundunt, nec cum obscœna flãma voluptatẽ præstant: qualis Pauli cum diceret, Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Et, Gaudete in Domino semper. At falsa quidem illa voluptas & confusionem habet, & desperationem, clámque committitur, innumeris plena pestibus, quibus nostra libera est.

Philip.1. 4.

10 37 Nemo gentilis esset, si nos vt oportet Christiani esse curaremus. nemo tam fera esset bellua, quæ si tales nos videret, non statim ad veræ religionis cultum accurreret. Si qualis Paulus tam multos ad Dei attraxit notitiam, omnes essemus huiusmodi, quot terrarũ orbes attrahere & ipsi possemus? plures eñ Christiani quàm gentiles sunt. In artibus reliquis centũ simul pueros vnus docere sufficit: hic autẽ cum plurimi sint magistri, ideóque discipuli multo plures esse debeãt, nullus tamẽ accedit, nullus attrahitur. Cum enim discipuli doctorum semper vitam intueantur, eadem secum nos appetere & fugere, & reprehensibilẽ Christianorum vitam videntes, quomodo religionẽ Christianam admirarentur?

Christianorũ culpa gentiles minus conuertũtur.

11 38 Deus nobis mysteria tantæ excellentiæ credidit, nos ei nec pecunias credimus, cùm hortetur & dicat, Vestra mihi omnia seruãda permittite, nemo diripiet: non demolietur tinea, non latro suffodiet. & centuplum pollicetur se daturum: nec sic quidem obtemperamus. Atqui si quid apud alium deponimus, nihil amplius accipimus, gratiásque agimus si vel depositum totum receperimus. si fur aliqua furetur, nostro id faciet detrimẽto. At verò cœlestis ille depositarius dicturus tibi non est, Latro accepit, tinea corrosit: sed & hic centuplum reddit, & illic æternam vitam adiicit, nemo tamen apud illum deponere studet.

Mat. 6. 19. Mar.10.

Depositarius Deus & homo.

39 Si non aliter, saltẽ vt famuli nobis nostri, ita Deo serui. vitã illi omnem in hoc exponunt, vt nobis pareant, hoc illis opus, hoc studiũ, vt dominos curẽt, sua verò vix exigua diei parte. Nos contrà nostra quidẽ semper: quæ Domini, vix vnquam curamus. 16

Serui dei & hominum.

40 Et quidem cum nostris Deus nõ egeat obsequiis, vt domini, famulorum: sed hæc omnia nostris cedũt commodis. Illic famuli ministeriũ domino prodest, hic serui obsequium domino nihil, seruo multum confert. Dic enim quæso, si ego iustus sum, quid inde Deus lucratur? quid perdit si fuero iniustus? nónne natura illi immortalis, inuiolabilis, & omni labe superior?

Psal.15. Bonorum nostrorum non eget.

Serui nihil habent proprium.

41 Serui nihil habent proprium, sed omnia domini sunt, quantumuis illi diteſcant: nos plurima habemus propria: neque absque ratione à Rege omnium honoris tantum accepimus.

Dominus Deus & homo. Rom.5. 8.

42 Quis vnquam dominus pro seruo suo suum filiũ tradidit? nemo certè: sed omnes pro filiis seruos dare eligent. Contrà hic filio proprio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. pro nobis inquã, ombus, seruis, infirmis, impiis, inimicis suis eum odio habentibus.

Serui grauia & indigni.

43 Serui, si grauia eis imperentur, ne sic quidem indignantur, maximè si grati ij sint. nos autem grauiter plurima ferimus. Erubescamus si vt nobis famuli seruiunt, ita nos domino seruire non studeamus.

Libertas duriter seruitute.

44 Seruis herus nihil tale pollicetur quale nobis Deus. Sed quid? libertatẽ præsentem omni sæpe seruitute duriorẽ: & vbi fames inualuerit, acerbiorem. pro summo tamen munere id habetur. apud Deũ verò mortale nihil aut corruptibile. Sed quid? non vos, inquit, dicam seruos, amici mei estis.

Ioan.15.

Seruorum philosophica patientia.

45 Philosophãtur illi necessitate coacti, nihil plus accipientes quàm victum ac vestitum necessariũ: plerũque etiã minus, pane duntaxat vescentes, contẽti sertuili thoro dormientes, & vitam reliquam summa cũ vilitate ducentes. nihil sæpe delinquentes, iuste & iniuriis anguntur, nec tamen interim contradicunt, nõ criminantur, non indignantur: tantum deprecantur, & philosophos omnes superant silentio. nõ inter delicias iniurij sumus.

Hæmil.4. in 2. Tim. Vincula militiæ & prædicatoris.

46 Verbum dei nõ est alligatum. q. d. Paulus, Siquidem seculi milites essemus, virium aliquid haberent vincula quæ manus ligassent nostras, si bella carnalia bellaremus. At nunc tales nos fecit dominus, vt nos nihil deiicere possit. Vinciuntur quidem manus, sed manet lingua libera, quam nemo ligare possit nisi formido & infidelitas. ea quandiu abest, quãtalibet quis iniiciat vincula, prædicationis vox alligata nõ est. En nos etiam qui vincti sumus, prædicamus ipsi tamen.

Agricola, conciator.

47 Si quis agricolam vinciat, semẽtem impedit. manu enim ille serit. At doctorem si vinxeris, Dei verbũ compedire non vales. lingua quippe non manu seritur. quod nullis ideo subiacet vinculis. nam etsi vincti ipsi sumus, illud tamen solutum est, & liberè currit. quanto magis solutos vos id facere decet?

48 Ea demum

6 *Et 36. ad Antioch.*

48 Ea demum verè nostra sunt, quæ nobiscum perpetuò durant, cuiusmodi sunt virtutes. nam pecuniæ ne nostræ quidem nostræ sunt, nedum alienæ, sed hodie nostræ, cras minime nostræ, virtus verò semper nostra: neque hæc illarum more minuitur: sed cum adsit omnibus, integra permanet. Hanc igitur nobis comparare studeamus, & illas despiciamus, vt veris sic æternisque bonis frui mereamur.

Pecuniæ instabiles. Virtus permanet.

10 49 Esto diues. & hoc enim volo. posside. diripe. nulla hic culpa est. hic non abundare, crimen: nõ diripere, culpa est. Non minuitur regnum cœlorũ, dum diripitur. Hic rapax esto, & violentus. Nec enim virtus scinditur aut pietas, tunc augetur, dum diripis. tunc contrà minuuntur temporalia, dum diripiuntur. Sint in ciuitate decies mille viri: virtutẽ omnes iustitiámque rapiant: vberiorem illam fecere: quippe in tot fit millibus, & tot mille viri fiunt iusti: quam contrà minuũt, nisi rapiant: nusquã enim apparet. Vides vt hæc verè bona, dum rapiuntur, magis abundant: terrena verò dum fuerint direpta, minuuntur.

Matt.11. Regnum cœlorum dum diripitur, augetur.

Hom.10. in 1. Thess.

50 Multas quidem molestias obeunt medici, dum ægrotos curant. victus rationem & pharmaca parant, voluptatis nihil, vtilitatis plurimum habentia. patres item filiis molesti. ita præceptores & doctores, & quidem multo amplius. Et medicus quidem aut erga ægrotũ amicè habet, aut ei exosus, erga cognatos eius qui eo libenter vtuntur, commodè. Pater itẽ legibus naturalibus & externis munitus, multa libertate iure suo erga filios vtitur: vt si vel inuitos erudierit & percusserit, nemo impediat, ne ipsi quidẽ filij respicere ausint. Sacerdotẽ verò multa grauat difficultas, multas pusillanimitatis occasiones habere necesse est. Primum quidem voluntariis prodesse debet, & à quibus principatus sui gratiã referat. Quî autẽ id contingere statim possit, alios arguẽdo, increpãdo, sua effundere admonendo, delicias prohibendo, grauia omnia & inuisa iubendo, denique excommunicando? Omnino amissa gratia inuisus redditur.

Medicus.

Paternum ius.

Sacerdotij molestiæ.

Hom. 30. ad Heb.

51 Qui amara bibunt antidota, patiẽter quidem primùm molestiam ferunt, & sospitatis tunc sensum percipiunt. Tale quiddã est etiam virtus, tale quoq; illic malitia. In hac primùm voluptas, pòst ægritudo. In illa prius mœstitia, & tunc lætitia. Hîc simile nihil. Non enim simile, cum quis antè cõtristatur, postea gaudio fruiturus. & primò gaudere, pòst in mœrores cadere. Quî hoc? hic futuræ tristitiæ timor præsens gaudium minuit: illic futuræ iucunditatis spes tristitiæ præsenti detrahit: vnde contingit vt prorsus illic verè nunquã gaudeatur, hic autem nunquam tristitia dominetur.

Virtutis primùm molestia, deinde æterna lætitia. Vitij gaudium primùm temporale, pòst æterna tristitia.

52 Nec in hoc tantùm differentia constat & dissimilitudo, sed & in alio quoq;, quia nec tẽporis in vtrisq; declaratur æqualitas: sed multum interest: quia malitiæ gaudium temporale, & supplicium æternum: in spiritualibus verò, virtutis molestia æquè temporalis, iucunditas æque sempiterna.

Ex Tomo V. Et primùm ex libris de sacerdotio.

2 53 Vanta inter se differentia, homines rationis vsum habentes, & bruta ratione carentia, dissident: tantum sanè discrimen inter eũ qui pascit, & eos qui pascuntur, esse velim, vt ne maius etiam exigam. siquidẽ in multo etiam maioribus rebus periculum hinc versatur.

Pastor grege melior.

54 Qui oues perdiderit, vel lupis rapientibus, vel latronibus, vel luc, vel alio casu: veniam fortassis à domino gregis impetret. sin ille pœnas exiget, damnum non nisi pecunia constat. At cui homines rationales, Christi grex, crediti sunt: hunc ouibus deperditis, nõ pecuniarũ, sed animæ proprię iacturã facere oportet.

Pastores bestiarum & hominũ.

55 Sed & certamen longe maius ac multo molestius sustinere. Nec enim illi aduersus lupos pugna est, nec à furibus timet: nec solicitus est de peste à grege abigenda. Contra quos igitur ei bellum? quibuscum lucta? Non aduersus carnem & sanguinem, sed contra spirituales nequitias, &c. terribiles sanè aduersariorũ copias, non ferro quidẽ circunseptas, sed quibus pro vniuersa armatura ingeniũ ipsis suum abũde satis est, præter alium quoque exercitum immanem ac crudelem, huic gregi, non illi insidiantem, opera nimirum canis, &c.

Dæmonũ contra pastores certamen.

Ephe.6.

Galat.5.

Pastorum cum grege persecutio.

56 Qui brutum gregem perdere quærunt, vbi viderint eius præfectum fugæ se mandare, omissa contra illum pugna, contenti sunt pecudum raptu. At hic vt vniuersum gregem ceperint, ne sic quidem à pastore manus abstinent, sed hoc magis instant: nec dimicandi finem prius faciunt quàm vel illum supplantarint, vel victas ipsi manus præbuerint.

Morbi hominũ & pecudum.

57 Et pecuarij quidẽ morbi sunt manifesti, si vel fames sit, vel pestis, si vulnus, si aliud quoduis dolorem & ægritudinẽ pariens: quod nõ modico est adiumẽto morbis à pecore abigendis. hominum verò morbi haud facilè homini se prodũt: intra hominẽ latẽt. Quî igitur pharmacum morbo ignoto adhibere possit?

Medici hominũ & pecudum.

58 Est & aliud hoc maius præsentaneum pecudum ægritudine remedium. Magna cum autoritate pastores eas medicinam porrectã capere cogunt, vinciunt, vrunt, incidũt. quoties opus, diutius, quãdo id conducit, asseruant, aliud pro alio pabulum præbent, arcent à fluentis, & quæcunq; alia pecudũ saluti cõferre prosunt, nullo negocio adhibent. Hîc vbi se morbus prodiderit, tibi tum maius successit negocium. Nec enim homini eadẽ licet autoritate homines, qua oues curare. Non est liberũ vincire, vrere, secare, cum medendi hic facultas & curationis suscipiendæ in ægroto tantùm, non etiam in medico posita sit.

Iudices & sacerdotes.

59 Externi quidem iudices cum facinorosos homines leges transgressos deprehenderint, eos vt magna præditi potestate, vel inuitos suos ipsorũ mores mutare cogũt: at pastoribus minime omniũ licet vi corrigere: Hic nõ vim afferre, sed suadere tãtùm oportet. nec enim tanta nobis facultas ad coërcendos delinquentes à legibus data: ac ne si dedissent quidem, haberemus vbi eam exercere valeremus, cum Deus coronet nõ coactos, sed certo animi proposito à peccato abstinentes. Hac itaque ratione pastor quem emendandum suscipit, meliorem efficiat.

Miles Episcopus.

60 In militaribus præliis quod quisque opus peragendum susceperit, hoc adorientes hostes defendit. At hic haudquaquã sic res habet. Nisi eñ, qui victoriã reportaturus est, dimicandi artes ad vnam omnes sigillatim calluerit, nouit diabolus, parte vna aliqua forte neglecta, piratis prędonibúsque introductis pecudes diripere. Non ita, cũ pastorẽ senserit omni sciẽtia instructũ, insidiarúmq; eius omniũ probè gnarũ. Omnibus ergo eũ partibus munitũ esse oportet, omniũ artes notas eũdẽ habere, nõ vt extera militia, sagittariũ, funditorẽ, centurionẽ, manipularẽ, militẽ, ducẽ, peditẽ, equitẽ, & naualis & muralis pugnæ peritũ esse.

Universidad de Deusto Biblioteca

Corpus mysticum naturali morbidum magis est.

A 61 Corpus illud mysticum, pluribus tum morbis tum insidiis quàm nostrum hoc naturale obnoxiũ est, celerius item corrũpitur, & ægrius sanatur. Humana arte corpora curantibus, diuersa suppetunt medicamẽta, apparatus instrumentorũ varij, cibi ægrotantibus congrui, & sola plerunque aëris natura satis fuerit ad sanitatẽ laboranti restituendam. aliàs & somnus opportunè obrepens, medicum omni labore leuat liberátque. At hic tale comminisci nihil licet, sed vna quædã post operũ præstationem ars ac curationis via tenenda sequendáq;, per euãgelicum nempe sermonem doctrinã. Hoc demũ instrumẽtũ est, cibus, aëris temperamentũ optimũ. Hoc medicamẽti instar, ignis loco, ferri vice, quo si vel vrere vel secare opus, vti necesse est. quod si nihil profuerit, reliqua quę ad animę alioq; cõferunt incolumitatẽ, euanida pereãt oportet.

Euangelium omnimodum instrumentum & medicamẽtum.

Sacerdotium monachismo difficilius.

62 Monachorũ quidẽ labor multus, & certamen ingens: sed qui volet eius instituti sudores cum sacerdotij administratione cõferre, B tantũ inter illa duo discrimen esse comperiet, quantũ inter priuatum & regem interuallum. Tanto hoc rectè administrare, quàm illud bene exercere difficilius.

Monastica exercitia.

63 Monacho labor corporis animíq; communis est, vel potius maiori ex parte corporis cõstitutione absoluitur. nã ieiunare, humi cubare, vigilare, & id genus monastica ad durãdum castigandúmq; corpus exercitia, statim depereũt, nisi sufferẽdis afflictionibus par fuerit: & animi promptitudo, nisi id valens fuerit, non habet quomodo in opus exeat. Hic verò nuda simplici arte opus, tali certe quæ corporis habitudine nõ admodum indigeat. Quid enim præsidij corporis robur afferat animi virtutibus, quibus Paulus episcopum instruxit, exercendis? *1.Tim.3.*

Præstigiator. Philosophus.

C 64 Vt pręstigiatoribus necessaria est instrumentorũ, rotarum, funiũ, gladiorũ copia & varietas: contrà philosophus artẽ vniuersam in animo reconditã habet, externorũ nihil indiget: sic monachus alienis rerum locorúmq; ad vitam illam commodis indiget, vt sunt anni, cœli aërísque temperies. sacerdoti autem, quod ad ipsius vsum pertinet, adeò nõ eis opus, vtpote qui sese cum minime curiosum, tum promiscuum omnibus his in rebus quæ damnum non afferũt, præstare, tum verò scientiam omnium in animi thesauro reconditam habere debeat.

Ex demonstratione quod Christus sit Deus.

Tyrannorum memoria ignobilis, & ingloria.

Crux domini gloriosa.

Esa.11. Erit requies eius honor.

65 Cum qui hîc in magna gloria rebúsque florẽtibus agunt moriuntur, pereũt cũ his simul omnia. id quod nõ in diuite solum, sed & in principe, adeoq; in regibus quis videat. Quorum leges irritantur, obscurãtur statuta, memoria extinguitur, nomen in obliuionem D venit. Non ita pridẽ licet arma mouerint, vrbiũ populorúmq; seditiones concitarint, reuocauerint proscriptos, dominos occiderint, simul cum eis concidũt hæc omnia, quanuis prius gloriosa. At secus in cruce Christi, quàm rebus euenit humanis. Ante crucẽ luctus. Iudas prodit, Petrus negat, reliqui fugiunt, Iesus inter inimicos solus. multi qui crediderant, retrorsum abeunt. vbi crucifixus occisus & mortuus est, res eius non modo non interciderũt, sed clariores multo illustriores sublimioresque redditæ sunt. orbis ad fidem accedit. infiniti martyres crucifixũ vbiqui prędicant: omnes vndique ad hoc nomen currunt vt adorent.

Ædificare domos & ecclesias.

66 Nullus ædificare potest vel vnum parietem, quẽ lapidibus & calce extruit, si impediatur & fugetur: Apostoli autẽ etiã ecclesias in orbe toto extruxerũt, vincirẽtur licet, persecutionem ferrent, frugarentur, A proscriberentur, flagris cæderentur & occiderentur, comburerentur, submergerentur vnà cum discipulis.

Ædificare parietes & animas.

67 Ædificabant autem non lapidibus, sed animabus & institutis, quod planè multo difficilius quàm lapidibus extruere. Non enim par est sensibilem parietem construere, vt animæ tot temporibus à dæmonibus irretitæ persuadere, vt ab insãnia desistens, ad tantam perueniat temperantiam. nihilominus hoc potuerunt nudi illi calceis carentes, vna veste amicti, per vniuersum orbem currentes, Deo iuuante, &c.

De pœnitentia. Homil.2. & 80. ad An.

Cicatrix vulneris post curationem.

Pœnitẽtiæ medicamẽtum.

68 Sic delet Deus peccata, vt nec vestigium nec signum priorũ maneat aut appareat. In corporibus nõ ita est. Sæpe in facie vulneratus quispiam est. vulnus quidem curauit medicus, sic vt euanescit: cicatrix verò remanet vulneris argumentum, faciei deformitatem habens: quam vt millies conetur is abolere, mille modis medeatur, non potest, repugnante illi naturæ B infirmitate, artis & medicinarum imbecillitate. Deus autem sic delet, vt nihil tale supersit indicij. cum sanitate decorem largitur, post pœnæ liberationem iustitiam inserit, & peccantem æqualem facit non peccãti, & peccatum non esse neque fuisse, sic extinguit.

Rex & Deus.

69 Medicinámque spargit his quas seculares adhibent medici, meliorem, quales nec reges ipsi possent spargere. Rex potest carcere quẽquã emittere, gehẽna nõ potest libere. pecunã dare potest, animã saluare nequit: sed experiẽtia vos manuducã, quò discatis fortitudinem, & sciatis super eam peccatũ non posse.

Lachrymarum quæ vtiles, quæ inutiles.

70 Cum viderit medicus ægrotantẽ spẽ salutis non habentẽ, illachrymat, domestici & proximi vlulant & ingemiscũt, sed frustrà. nam licet omnis mundus defleat, nequaquam vel moribundũ liberabit, vel mortuum suscitabit: vt lachrymarum ille, non resurrectio- C nis filius sit. In anima nõ sic. Si enim mortuam fleueris, sæpe excitabis. Quare? quia moriens quidem corpus humana non excitatur virtute: anima verò moriens, humana correctione resurgit, & virtute diuina. sic prophetæ, sic Paulus flent & resuscitant.

Aspectus contagiosus & salutaris.

71 Siquidem corpus in manifestis passionibus intuemur, ægrorum quandoque infirmitatẽ contrahimus, vt in oculorum malo laborantibus videre est. In anima non sic. magis verò ad eos prospicere, si quibus in malis & periculis fueris, calumnia, exilio, flagris, carceribus, bonorum proscriptione, qui eadem vel passi sunt, vel patiantur, leuiorem in propriis facit languorem. sic scriptura fidelibus videndos proponit sanctos etiam mortuos. *Heb.11.*

Orando recta Deum adire.

72 Homines si quando exorare oportet, ianitoribus prius conuenit occurrere, parasitis, & histrionibus, ac D longam sæpe viam obire. In deo nihil tale. Sine mediatore exorabilis est. sine pecunia & impensa precibus annuit, satis est solo corde clamare, lacrymas fundere. ilico ad misericordiam eum traxeris.

Orare solo interim corde.

73 Homines item cum deprecamur, sæpe formidamus, ne quis inimicorum senserit, aut rem ex aduersariis intellexerit, alioqui prodit dicẽda, iustúmq; corrumpit. In Deo nihil tale est suspicari. cũ precari me, ait, volueris, solus accede, stãte nemine, corde clama, labia non moueas. ostium claude, &c. *Matt.6.*

5 Construit et destruit aliter homo aliter deus.

74 Tempore multo domum ædificamus, ac structurę quidem temporis multum, destructionis verò parum. Econuerso deus cito struit, tarde destruit. Hoc potẽtiæ, illius bonitatis. illa tardus, hac velox est. Mũdum vniuersum sex in diebus construxit, & quæ in eo sunt omnia. vnam vrbem Hiericho vix septem. octaua, inquit, die cadet murus. *Iosu.6.*

6 Debitor Deus & homo.

75 Si cui pauperi fœneratus fueris, & debitor ad diuitiarum splendorem venerit, potens quidem debitum tibi reddere, reddet, sed latebit, ne priore statu pudore confundatur: & gratias aget, sed celabit, priorem erubescens paupertatem. Non ita Deus: sed mutuum quidem per eleemosynam clam & occulte capiens, palam ac in oculis vniuersæ creaturæ tibi reddet atque restituet. *Matt.6.*

9 Debitũ sermonis & pecuniæ.

76 Debitum læto vobis animo persoluo. mihi enim diuitias numerat, non inopiam affert. In his quæ foris sunt, creditorem fugiunt debitores, quo minus reddant: & meritò quidem. nam exteris in rebus restitutionem sequitur imminutio, sermonis solutionem diuitiæ. Debeo cuiquã aliquid: soluero, nequit id apud illum & me esse, sed à me trãsiens, illum adibit. at sermonem si soluero, & mecum est, & illum habetis: & debitor fio, & fructum refero. Sin retinuero, nec restituero, tunc vel solus ditesco, vel magis inops sum.

Virginitatis certamen assiduum.

77 Pinge mihi virginitatis specimen. bellum habet quotidie non vnquam hîc sedabile, barbarico deterius. nam & hoc temporis habet requiem, quo vel paciscuntur vel ordinant, vt quandoque pugnent, quãdoque cessent. Belli verò in virginem nulla quies, induciæ nullæ: diabolus eam semper nudam inuenire quærit, quò letale vulnus infligat, non hoc vel illud tempus obseruat, sed semper belligeratur. sic virgo nunquam cessat à bello.

Tentationis stimulus continuus & vehemens.

78 Vel damnati ad tempus principem vident, nec paribus semper premuntur molestiis: at virgo quocũque abierit, secum & iudicem & hostem ad bellum circumagit, qui eam non nocte, non meridie, non vesperi, non diluculo respirare permittit: sed semper belligeratur, voluptatémque submittit, nuptias in memoriam adducens, quo virtutem & pudorem excutiat, & impudicitiam inferat. Singulis ergo ea diebus & horis fornacis instar succensa exuritur. Cogita rei magnitudinem, quãtus labor voluptatem debellare, nec virum desiderare.

Ser. de pœnit. & cõfess.

79 In externis iudiciis post confessionem confusio & pœna: in diuino virtus, iustitia, merces, & absolutio. idcirco psaltes suspirans istuc ipsum, ne quis veritus pœnam post confessionem, neget peccata: Confitemini, ait, Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Et propheta, Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Quis confunditur confiteri peccata, vt soluat peccata? num propter hoc iubet Deus confiteri te, vt hominum more puniat te? Non vt puniat, sed vt ignoscat. *Psal.117. Esa.43.*

Ser.1. de ieiunio. Piscator. Ieiunij fructus.

80 Qui piscaturus ad mare vadit, non habet in manibus capturam dum vadit. qui ieiunat, mox fructum habet. Cogita teipsum, quis ante ieiuniũ, quis iã ieiunãs. Opera enim fructus sequũtur, imò nec operi suus deest fructus. An non mox arridet serenitas, fluctus à temulẽtia veniẽtes cessant, à maris æstu liberatus es?

Serm. de dispensat. rer.

Semen & eleemosyna.

81 Rerum cuiq; suarum dispensationem per seipsum exequendã, non aliis cõmittendã, hac seminis & eleemosynæ dissimilitudine. Semen, ait, tuis ipse manibus sulco iacta. non hîc erit aratrum humi defigendũ, boues iungendi, nouanda tellus, gelu & frigore contendendũ. In cœlo nanq; seminas, vbi algores nulli, hyẽs, aut aliud quidpiam huiusmodi. In animos seris, vnde nemo sata tollet, sed inhærebunt maxime, celeriúsq; & acrius retinebuntur. Mercedem ita duplicem habiturus, quòd tua & imminuas, & administres.

Homil. 2. ad Antio.

Depositarius deus & homo.

A 82 Homines deposita suscipientes, gratiam se nobis præstare putant, si quæ susceperũt, custodiãt. In Christo contrarium. Gratiam accepisse se dicit, nõ præstitisse, cum deposita tua susceperit, & pro ea quã circa pecunias exhibet custodia, mercedem tibi dat, non à te repetit. Qua igitur excusatione digni, quã venia, cũ & custodire valentẽ, & pro custodia sua gratias habẽtem, prẽmia magna reddentẽ, & deposita multiplicãtẽ, omittentes, hominibus ea custodire debilibus, sola reddentibus, gratiã repetẽtibus, nostra demus? &c.

5 Athleta Iob. victor, & victus diabolus.

83 Gentilium certaminum pugiles, cum aduersariorum capita contriuerunt, tunc victores sunt, & coronantur. Hîc diabolus cum Iob iusti corpus contriuisset, omniformi vlcere perforasset, imbecillius fecisset, latera vndique confodisset, tunc cum vincere sperasset, victus est, & cum multa confusione recessit, nec vllam amplius vocem emisit: nihil aliud egit, quàm vt B antagonistam nobis clariorẽ redderet, ac illustraret.

5 Confessio deo & hominibus.

84 Imperatorem, inquit, dum quæ facta sunt, læsus audierit, tamen timemus omnes & tremimus: Deus verò quotidie contumelias in se factas audit, & nemo conuertitur: & hic cum sit tam clemens & mitis, illi interim peccatum dicere sufficit, & crimẽ soluitur. In hominibus penitus contrariũ. cum peccatores factũ confessi fuerint, tunc magis puniuntur. quod & nunc factum est, & adhuc tamen timemus.

Niniuitarum pœnitentia. Ionæ.1.2.

85 O nouam rem & admirabilem. prophetica denunciatio mortem Niniuitis minans, vitam peperit. Sententia vbi lata fuit, tunc inualida facta est, ex contrario seculariter iudicantium. apud hos enim causa profertur in medium & rata fit lata sententia. In deo contrà, proferre sententiam, inualidam eam facit. nisi C enim prolata fuisset, non vtique peccatores audissent: non audientes neque pœnitentiam egissent. sine pœnitentia pœnam non repulissent: quî non mirum lata à iudice sententia reos pœnitendo soluere, manentes non fugientes reprimere: laqueum, munimẽ, voraginem, tutelam facere? &c.

Iudices deus & homines.

86 Iudices, conseruos quidẽ nos, & eandẽ secũ naturam communẽ habentes, per seipsos examinare nõ sustinent, sed ministrorũ quempiam sibi mediũ proponẽtes, interrogationes ad eũ suas proferri faciunt, & per ipsum quæcunq; velint dicunt & audiũt, dum reos examinant. Deus autem mediatore ad homines primos nullum opus habuit, sed ipse per seipsum eos vocans iudicauit, & consolatus est.

Iudex homo punit, non emendat. Deus iudex, medicus magister.

87 Nec hoc tantũ mirabile, sed & quòd cõmissa corrigit. Iudices enim cũ latrones ceperint & sacrilegos, D nõ quomodo ipsos meliores reddant, sed quomodo ab ipsis peccatorũ pœnas exigant, considerant. Deus totum contrarium. Cum aliquem reperit peccatorẽ, non considerat quomodo supplicium sumat, sed quo eum modo corrigat, & meliorem faciat, vtque iudex examinat, vt medicus corrigit, vt magister docet.

13 Artifices mechanici, & doctores euangelici.

88 Nisi studiũ adhibueritis & vos, à nobis frustra fiẽt oĩa. Quid ita? quia nõ sicut artes reliquæ, ita & docẽdi vis. Argẽtarius qualecunq; vas excuderit & reposuerit, tale postridie reuersus inueniet, sic & ærarius & marmorari⁹, & artificũ quisq; quale propriũ opus dimiserit, tale rursũ reperiet. Nõ ita nos, sed omnino cõtrarium: quia non inanimata vasa sed animas cudimus rationales. ideo non tales vos reperimus quales relinquimus: sed postquam susceptos reformauerimus, correxerimus, feruentiores effecerimus, egressos negocia vos vndique circunstantia peruertunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& maius nobis faceſſunt negocium. Manum ideóque & vos porrigatis : & quantum hic ad correctionem veſtram ſtudeo, tantum hinc egreſſi ſalutem veſtram curetis.

21 *Milites et Chriſtiani.* 89 Exteriora militum, corporis menſuram, bonam carnis habitudinem requirunt, qui eos in exercitum deligunt. nec ſola hæc militaturum habere oportet, ſed & libertatem. ſeruus enim reiicitur. At cœlorum rex nil tale requirit. ſeruos enim, ſenes item & iuuenes, & quæcunque talia recipit. Manſuetum & mitẽ eſſe & ſimilia, militiæ noſtræ ſunt.

Reges & deus. 90 Hæc à nobis ſola Deus exigit, quorum nos domini ſumus. & valde congruè. Non enim propter vtilitatem propriam ad ſui gratiam nos vocat: reges verò propter miniſterium ſuum. Hi ad bellum ſenſibile, ille ad ſpirituale. Nec in bellis tantùm externis, ſed & in certaminibus agoniſticis ſeu athleticis eãdem quis rationem videre poſſit.

Athletæ & Chriſtiani. 91 Qui trahuntur in theatrum, non prius deſcendunt in certamen, quàm eos præco aſſumens ſub omnium oculis circunducit, clamans, Num quis hunc accuſat? Et illic quidẽ non animæ pugna, ſed corporis. Hîc nihil tale, ſed totum contrarium. non enim manum collatione nobis ineuntur certamina, ſed animi diſciplina, & mentis virtute. *Agonotheta de⁹ & homo.* Aliter igitur agonothetes noſter facit, & contrà clamat: licet omnes tum homines, tum dęmones hunc accuſent de turpiſſimis & occultis criminibus, non reiicio, non abominor: ſed ipſum & ab accuſatoribus libero, & ab iniquitate abſoluo, & ſic ad certamina pugnaturum produco.

92 Nec immerito. illic enim agonotheta nil certantibus confert ad victoriam, ſed medius modo conſtitutus : hic autem noſter athlotheta pietatis athletis commilito fit & auxiliator, cum eis contrà diabolum pugnam iniens.

Confeßio deo & homini. 93 Ex alienigenis iudicibus, ſi quis cui captorum latronum furúmve diceret vt peccata fateretur, & à pœna dimitteretur, omni certè hoc promptitudine ſuſciperet, ſalutis cupiditate pudorem contemnens. Hic verò non id fit, ſed & peccata tamen Deus dimittit: nec ea cogit præſentibus aliis enunciare. id vnum modò exigit, vt peccator remiſſione fruẽs, domi magnitudinem diſcat.

Teſtimonium dei & hominum. 94 Quo igitur modo non abſurdũ, vt in quibus nos Deus beneficio afficit, noſtro ſolo teſtimonio contẽtus ſit, nos contrà in quibus eum colimus, alios teſtes quæramus, & ad oſtentationem aliquid faciamus?

Serui emptitij. 95 Nos empturi ſeruos, priuſquam precium erogemus, venales interrogamus, num nobis ſeruire velint, & priorem dominum miſſum facere. Chriſtus contrà, precium pro omnibus erogauit, preciſum effundiens ſanguinem. nec ſiquidem ſeruire nolentem cogit, ſed niſi à te ipſe & ſponte eius velis adſcribi dominatui, non cogo, ait, nec compello.

Emptores ſeruorum deus & homines. 96 Ad hæc. Nos quidem improbiſſimos ſeruos non eligeremus emere. quòd ſiquando elegerimus, volũtate mala emeremus, & precium tale (dementer) erogaremus. Chriſtus contrà ſeruos & iniquos & ingratos emens, optimi ſerui precium erogauit, imò verò multo maius. Non cœlum, terram, mare dans, ſed his omnibus precioſiorem ſanguinem ſuum effundens nos ita redemit.

97 Et poſt hæc omnia, non teſtes à nobis, non chirographa, vt vulgo emptores, exigit, ſed ſola contentus conſenſione, ſi crudelem tyrannum velis dimittere:

A & voce, ſi ex corde dicas, Abrenuncio tibi Satana: totum recipit.

36 *Et 6. in 2. ad Timot.* *Mors & vita duplex.* *Caupones.* 98 Vide quanta Dei clementia, mortem tibi æternã redimere poſſe, non temporalem conceſſit. Ne breuem, ait, vitam hanc, ſed æternam illam emas. illam tibi vendo futuram, non præſentem hanc. Non illudo tibi. Hanc ſi accepiſti, nihil accepiſti: illam noui quanti ſit precij. Nõ ita caupones, qui ſeculares quæſtus ſectantur, faciunt. Hi ſi quos fallere velint, & liceat quibus volunt illudere, paruum pro magno exhibent, vilia quæque carius vendunt.

Mercatores. 99 Dic quæſo, Si ad aliquem profectus negociatorem, duabus propoſitis gemmis, vili vna, precioſa altera, vilis precium poneres, precioſam acciperes: num illum rideres aut incuſares, & non potius admirareris, & gratias ageres? Nos contrà, cum duæ vitæ ſint propoſitæ, temporalis & æterna, & vendat vtranque B Deus, æternam autem vili pretio dare malit: ſtultorum infantium more triſtamur & indignamur, quòd precioſiorem pro viliſſimo accipimus, &c.

79 *Oratio ſine attentione.* 100 In domini conſpectu poſiti, & orantes, nec tantum ei honorem præbemus, quantum dominis ſerui, ducibus milites, amicis amici. amicum enim, ducem aut herum alloquens, hoc cum attentione facis: Deo pro peccatis occurrens, próque tot criminibus veniã petens, & remiſſionem tibi fieri rogans, genibus licet humi proſtratis, torpes tamen, & in foro aut domi mente vagaris, ore fruſtra nugaris, &c.

Centuria Tertia.

1 *Contra Iudæos oratione. 3.*

C SVSCEPTA ſemel aduerſus Iudęos pugna, impetu facto, & rationibus eorum ſubuerſis, maior quidem nos cepit bellandi cupiditas : ſed imbecilliore voce mihi facta, idẽ quod militi accidit, qui facta in condenſam hoſtium aciem magna impreſſione, proſtratis aliquot & conciſis, mox fracto gladio conſternatus ad ſuos ſeſe referat. *Miles, & concionator.* Quin multo mihi periculoſius accidit. nam militi qui fregit gladium, licet ab alio quopiam aſtantium enſem eripere, animúmque ſuum rurſus exerere, & ſtrenuum ſe gerere. at ſi vox laboret, ab alio non licet mutuo ſumere.

Martyribus Dei quam ſua laudes magis grata. 2 Ne quis veſtrum meam hanc orationem reprehẽdat vt intempeſtiuam, ſi cum martyres vos hodie vocent, nos ſuperſedentes illorum exponere certamina, aduerſus Iudæos exuimur ac expedimur. Et ipſis D hic martyribus ſermo eſt exoptatior. ex noſtris enim laudationibus nihil illis ſplendoris accreſcit. Quid enim egeant linguis noſtris, aut illis opus ſit oratione noſtra, quorum certamina vim ingenij, nedum oris noſtri vincunt? Hoc igitur argumentum illis gratius, eíſque multum ex ſermonibus pro Dei gratia dictis, gaudij.

Iudæi. *Matt. 27.* 3 Tantóque plus ex noſtris aduerſus Iudæos conflictatibus, quo eos inuiſiores habent, qui crucifixum ab eis maximè diligunt: nam Iudæi quidem dicebãt, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, martyres verò ſanguinem proprium effuderunt eius amore, quem illi occiderunt. hæc igitur libenter audient.

4 Sub externis quidem hoſtibus qui ſemel conciderit, animámque exhalarit, fieri nequit vt miles eum recuperet, & ad vitam reuocet. At in hoc animorum

bello

Mors naturæ & animæ. bello etiam ſi letale vulnus quis acceperit, fieri poteſt vt auxiliante Dei gratia eum ad vitam reducamus. Non enim hæc naturæ mors, vt illa, ſed voluntatis & propoſiti: voluntatem autem mortuam denuo licet ſuſcites, & animę perſuadeas vt ad Deum vitam ſuam reuertatur.

Bello cæſos ſepelire, ſaucios curare. 5 Ideóque non vt milites commiſſo prælio, verſis in fugam aduerſariis, ab inſectatione redeuntes, nõ protinus ad tabernaculum currunt, ſed prius ad locum profecti, tollũt ſuo ex numero cęſos, ac mortuos quidem ſepeliunt, ſpirantes autem adhuc atque ſperantes, neque letale vulnus habentes in tentoria ſublatos, medicis accitis, extracto telo, abſterſo ſanguine, pharmacis porrectis, reliquáque omni curatione ad ſanitatem reducunt. Non inquam ita nos: ſed aduerſarios perſecuti Iudæos, armatis aduerſus eos prophetis reuerſi, ſiqui noſtrorum ceciderunt, communione illorum intercepti, neminem ſepeliamus, ſed magis omnes curemus.

Epiſt. 5. 6 Corporeæ quidem mortis deſtructionem in luctu pro lapſis nemo inueniet, id tamen lugentes à lamentis nihil cohibet: vnius animæ mortem hic aboleri *Pſal. 6.* contingit. In inferno enim quis confitebitur tibi? Quî igitur non maximi ſit flagitij, animæ interitum tam *Luctus vtilis & inutilis.* incurioſe ferre, corporis mortem vehementia tanta lugere, cum mortuus ad vitam luctu nequeat reuocari, de anima ſuſcitanda ſpes ſit?

Contra cõmorantes ad theatra. Deus Abrahã, Iſaac, Iacob. *Exod. 3.* 7 Deus non ſolum communiter vnà cum aliis ſuorum ſeſe Deum profitetur, ſed priuatim, Ego ſum, inquiens, Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. non imperiũ ſuum contrahens, ſed extendens potius, quod non (vulgari aut humano more) tam multitudine ſubditorum, quàm eorum virtute cenſeri vult. Nec enim tam cœli, terræ, maris, & eorum quæ in eis ſunt, Deus appellari gaudet, quàm ſi Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob vocetur.

Nomen homines ſerui à domini, deus à ſeruis accipit. 8 Et quod in hominibus non ſolemus, id in Deo videre licet. Apud eos à dominis ſerui appellationem ſumunt, & ita omnes ex more loquimur : Hic vel ille dux aut præfectus huius vel illius diſpenſatoris aut procuratoris: ſed minores à maioribus denominare conſueuimus. De Deo autem contrà fit. Non enim ſolum Abraham Dei dicitur, ſed Deus quoque Abrahæ, atque ita Dominus à ſeruo appellatur. Nec erubeſcit à ſeruis appellationem ſumere. Non erubeſcit *Heb. 11.* Deus vocari Deus ipſorum. Dic Paule, cur? Vt & imitemur.

Hoſpites vt patriarchæ. 9 Quia hoſpites, ait, ſunt & aduenæ. Atqui vel ob hoc ipſum erubeſcere oportebat. hoſpes enim vilis & contemnendus videtur. ſancti verò illi hoſpites erant alio quodam minimè vulgari modo, non quo putamus. Nõ hoſpites eos vocare ſolemus, qui relicta patria in alienam migrant regionem. Hi non ita. non quòd patriam inquam non haberent; ſed quòd ſempiternam illam patriam meliorem vtique requirerent.

Terrena qualia. *Cœleſtia qualia.* 10 Orbem enim vniuerſum paruifacientes, ad cœleſtem illam patriam reſpiciebant, magnanimitate, non arrogantia: ſapientiæ ſtudio, nõ inſolentia. Contemplati enim vbi hæc terrena vniuerſa fluxa eſſe animaduerterunt & mortalia firmum nihil habentia, nil ſtabile, non diuitias, potentiam, gloriam, vitam denique, ſingula finem habere, & ad ſuum quodque terminum properare: cœleſtia verò non talia, ſed infinita immortaliáque, maluerunt hoſpites in rebus eſſe

A fluxis, vt permanentes illas vel tandem aſſequerẽtur.

De verbis apoſtoli, Habentes eundẽ ſpiritum. 2. Cor. 4. 11 In vulgaribus conuiuiis inuitatorum multitudo magis abſumit quæ apponuntur, maiorique eſt ſumptui: in ſpiritualibus contrà, non ſolùm abſumit mẽſas vocatorum frequentia, ſed etiam abundare facit. Hæc eſt enim rerum ſpiritualium natura: quo pluribus diſtribuuntur, hoc amplius creſcunt.

Conuiuium & concio. 12 Quoniam video refertam conuiuis menſam, expecto etiam ſpiritus gratiam menti noſtræ inſonaturam. Quando enim multos adeſſe videt, tunc dapſiliores epulas apponere ſolet: nõ quòd hominum more paucos faſtidiat, ſed quòd multorum ſalutem deſideret. Et neque paucitas, neque vtilitas, nec ouiculæ quidem vnitas eum inducit vt ſalutem noſtram negligat, paruulorum contrà & paucorum multorúmque curam habet.

B *De prouidentia.* 13 Si quis non credit reſurrectionem, cogitet quàm ex his quæ ſunt multa fecerit Deus: & neceſſariam de hac etiam recipiat probationem. Quomodo ex terra quæ antequàm condita eſſet, non erat, facta cum homine tam multa brutorum, ſtirpium, ſeminum genera. *Reſurrectionis probatio, creatio.* hoc enim eſt reſerrectione incertius. Non eſt enim æquale, iterum accendere lucernam extinctam, & monſtrare ignem qui nuſquam appareat: nec domũ collapſam reparare, ac quę non ſit omnino producere. illic enim aliud nihil, materia tamen adfuit: hic autem nec ſuſtantia viſa eſt. Ideo quod difficilius videtur fecit Deus, vt ex eo proponeret exemplum illius quod eſt facilius.

De ingluuie. *Homo brutis interim deterior.* 14 Quonammodo abſurdum non eſt, expertes quidem rationis animãtes, nihil extra neceſſitatem quærere, homines verò præditos ratione, & imagine Dei C cohoneſtatos, illis etiam minus compotes ratione fieri, mediocritatis fines prætergredientes? Quanto melior huiuſmodi hominibus aſinus aut canis? nam hi quidem ſiue edendum eſt ſiue bibendum, finem norunt, id quod ſatis eſt, nec vltra neceſſitatem progrediuntur, etiam ſi innumerabiles ſæpe cogant, non ſuſtinent modum excedere. iſti verò his etiam deſpicabiliores ſe eſſe iudicarunt.

De precioſa cruce. *Miles vbi rex.* 15 Vbi rex eſt, ibi etiã miles eſſe debet: Milites enim effecti ſumus, non eorum qui procul abſunt, ſed eorum qui ſunt in propinquo. Et terrenus quidem rex nunquam omnes in regiis eſſe patiatur, neque latera ſua cingere: cœlorum autem rex omnes propinquos vicinóſque ſolio regio eſſe vult.

Stipatores regij. *Deus vbique, et nos cum Deo.* 16 Verum quî fieri poteſt, vt nos qui hîc ſumus, ad ſolium illud ſtemus? Quia etiam Paulus cum in terra D eſſet, ibi erat, vbi & Seraphim & Cherubim erant, & Chriſto etiam vicinior, quàm ſui ſunt ſtipatores. Hi enim ſæpe oculos in multa loca conuertunt: illum autem nihil obiecta ſpecie diſtrahebat, ſed omnem mẽtis aciem in rege & domino defixam habebat. Si ergo velimus, nos idem poſſumus, non enim loco diſiũctus, ſed vbique adeſt & præſens eſt.

Munerarij Reges & Deus. 17 Reges quidem cum homines ſint, abundantiámque rerum habeant, quæ profunditur, & liberalitatẽ quæ conſumitur, quæ pauca & parua ſunt, multa magnáque ſtudent oſtendere, ob eámque cauſam ſingula ſingulis miniſtris tradentes ſic in medium prodeunt. in ludis & certaminibus de equorum præſtantia certantibus, coronas, tunicas, præmia proponunt. Rex noſter contrà, cùm vniuerſa portauit, quia valde locuples & copioſus, nihílque oſtentationis cauſa faciens, ſic in medio proponit, quæ explicata innume-

ra, inſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra infinitáque sunt,& manus multas desiderant.

In psa.118 Cantilenæ mundi.

18 Quæ ad vsum pertinent vitæ huius cantica & cantilenæ,tenores ac soni desinentia fallunt auditum, simul & animum in fraudem pelliciunt, ab vtilitate abducunt,& in concupiscentiam pertrahunt,ad genialem vitam,eorúmque quæ canuntur appetentiam afficiunt & inclinãt,& quamlibet alioqui virilem eneruant, obscœna,turpia,& illecebrarum plena. Cœlestia verò cantica, quæ nimirum sanctus suggerit spiritus,& moderata verborum temperie,& decenti sententiarum descriptione mentem reuocãt ad affectiones suas ordine digerendas, animam exornant & illustrant, vt simul atque intellexerit & assensa sit, eò quò inuitat melodia à spiritu sancto excitata,tum organum,tum prolata quoque sententia,& mores transferat,& affectus promoueat.

Cãtica diuina.

Transgressores. Præuaricatores.

19 Facientes, ait Dauid, præuaricationes odi. Sunt qui Dei mandata & iudicia prætergrediuntur, legis transgressores:qui salutem de Domino confessionem transgrediuntur,Dei præuaricatores. Sanè multa inter legis ac Dei offensionem differentia. Illi quidem cum radicem possideant cognitionis de Deo, salutis vtique secururæ penes se spem retinent: Hi verò qui salutis ipsum abnegauerunt autorem, à salute prorsus exciderunt.

Psal.118. 138.17. Malorũ et impiorum fuga, persecutio,cõmunio.

20 Omnes,inquit Dauid,tales odio habui: & vt alibi,perfecto quidem odio odi: non eos agnosco, cum eis non comedo. inimici facti sunt mihi. mihi non adhærent, in medio domus meæ non habitant. quin potius hos persequor, interficio, disperdo: comprehendam,nec conuertar,donec deficiant. Nos contrà adeo non odimus,nec infensi sumus, vt etiam comiter ceu amicos salutemus,qualibus nõ cõuenit salutẽ

Esa.48. 57. 1.Cor.5.

dare. Non enim pax est impiis. cum eis cibum sumimus & potum,quorum fallaciam & suadelam conueniebat fuga præuertere, nec dignos, qui inter homines numerentur,censere, vt qui dæmonibus vltro se tradiderunt,vitámque suam idolis inanimatis consecrarunt.

Matt.5. Hom. 17.

21 Cur non vt nos,prohibebantur antiqui iurare?aut aut quî fieri potest, vt aliquid nunc quidem bonum sit, nunc verò non bonum? Profectò id in nostra liquet natura. Nam portati quidem in vlnis aut humeris prima ætate bonum, pòst miserũ & pernicio sum. præmansis vesci cibis inter vitæ primordia bonum, post horroris plenissimum. Lacte ali & ad mammas confugere,salutare initio ac vtile,pòst noxium & pudendum. Vestem non indui honestum paruulo, viro inhonestum. Da puero togam virilem, plurimus hominum risus erit, & maius incedentis & huc illúcque nutantis periculum. Da rursum mercari, ciuilia curare vel rustica: grande rursus sequetur ridiculum. Vides ex ætatum dissimilitudine vt eædem res secũdum tempora nunc bonæ nunc non bonæ sint.

Ætates alias alia decent. Eccles.3.

13 *Hom.48. Obliuio tineis peior.*

22 Diuites quidem, vestes suas,ne à tineis arrodantur,frequenter excutiunt: nos verò cum obliuionem tineis omnibus maiorem grauiorémq; pestem videamus,animam nostram vorantem ac vitiantem, ad libros quibus cohonestatur, & hæ tineæ excutiuntur, non accedimus, non animam quasi vestem ordinamus & ornamus.

28 *Hom. 91. Paupertas puella formosa.*

23 Mihi paupertas quidem puellæ cuipiam ornatæ venustæque similis esse videtur: auarita verò mulieri ferino aspectu, Scyllæ, Hydræ, & id genus fabulosis monstris. Oculus illius purus,nitidus, turbidum nihil habens,lenis,tranquillus, suauis, vniuersos aspiciens, blandus, placidus, neminem odio habens aut auersans. Huius oculus nunc furore plenus,nunc voluptate refertus, nunc intemperantia turbatus. Os rursum illius & lingua salubria, assidua gratiarũ actione plena,verbis mansuetis,beneuolentiis, obsequiis, laudibus & encomiis. Huius os conuiciis contrà plenum, superbia, dolo,diris & imprecationibus. Reliqua illius membrorum conuenientia procera est,longéque ipsa negociatione sublimior, &c.

Auaritia hydra, Scylla, &c.

Hæc tria vltima dissimilia ex S. patris in Matthæũ commentariis per Titum Bostrorum episcopum, vt coniicit Latinus interpres,abbreuiatis.

Homil.55. editionis secũdæ in Matt. 19. Marc. 10. Pater Deũ & Homo.

24 Ecce patrem quis reliquit, & elegit Deum sibi patrem nónne plus centuplum constat eum recepisse? vt illi obsequatur diebus ac noctibus,illius faciat voluntatem,hæreditatem expectet, qui postquam suam suis tradiderit substantiam,non vt pater carnalis, vnquam moritur, non relinquit filios orphanos, sed & filij ceu viri perfecti possidẽt diuitias eius. & pater sic semper illos tuetur,sic protegit, ceu semper infantes.

Mater carnalis et Ecclesia.

25 Matrẽ qui reliquit, vt diligat magis matrẽ Ecclesiã:nónne cẽtuplum plus ei est q̃ mater carnalis. hæc carnem eius perperit corporalem,hęc animã eius regenerauit immortalẽ. Qualis caro, talis & mater carnalis. Mortua carne perit eius generatio, & soluitur generationis effectus. Ex quo nec ille illi filius,nec illa illi mater: quia anima nec generatur, nec generat. nullum patrem, nisi eum cuius voluntate creata est, agnoscit,nullam matrem,nisi ecclesiam,vt quæ illam in fide generauit. dedit ei mandata diuina ex duobus testamentis, quasi escam dulcissimi lactis ex duabus mammis. tunicam ei texuit ex aqua & spiritu incorruptibilem,ad perfectum sanctitatis hunc adduxit,vt dignus fieret patris sui sustantiam possidere.

Frater Christus & homo.

26 Fratrem qui reliquit,vt Christum patrem habeat, nónne melior ei Christus est, quàm vel centum fratres? vt qui fratribus suis, vt frater carnalis non inuider,super hæreditate non certat,propter lucrum non rumpit fraternitatis affectum. non sua solum omnia, sed & seipsum dare paratus.

Substãtia humana & diuina.

27 Qui cum omnia dederit, nihil ei minuitur. Nam humana quidem substãtia semper pauper est, & quãtumuis homo habuerit,nihil se putat habere. Illa autẽm substantia sola vera est,quæ omne omnium desiderium satiat,& adhuc tamen superabundat.

Sorores carnales & Dei gratia.

28 Sorores qui reliquerit, statim eum recipiunt Dei gratiæ, sorores vtique charissimæ. Non vlla soror ita dulciter fratrem suum complectitur, vt illæ sanctam animam,vt quę quoties in sensibus nostris hærent,sic nos oblectant,vt toties animas nostras amplecti & osculari videantur.

Filij carnales & spirituales. 1.Cor.4.

29 Filios si dimiserit, filios ei Deus prouidet spirituales, quos doceat, erudiat, & apostolica voce alloquatur: In Christo Iesu per Euangelium vos genui. Qui patris mortem non expectẽt. Nam carnales quidem filij,si vel modicùm pater eorum senuerit,tædet eos vitæ patris. desiderant eum citò mori,& citò non morientem contemnunt quasi delirum. Spirituales autem filij,quanto in fide perfectiores,tantò amplius doctorem suum diligunt.

Gal.4. Gratia exeram hominibus pro relictis facultatibus.

30 Substantiam si dimittit,ab omnibus diligitur,honoratur,à quibusdam etiam timetur. Tãtam ei Deus, cui se tradidit,dat gratiam coram hominibus. Nónne melius ei hoc,quàm vniuersa terra? Ecqua substantia tantam

tantã præstat homini gloriam super terram,quantam opinio sanctitatis?

Substantia spiritualis pro relicta terra. Luc.15.

31 Adhuc pro terrena substantia datur ei spiritualis, quam iunior filius & lasciuior à patre suo acceptam consumpsit viuendo luxuriosè, id est, scientiam, sapientiam,cæterásque virtutes innumeras, quas consequuntur,qui relictis facultatibus mundanis Deo sese tradiderint. Cui sit honor & gloria. Amen.

ADAGIORVM EX

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI operibus collectorum Centuria vna, & inchoata altera,

Per M. Claudium Espencæum Parisiensem Theologum.

A carceribus. 1.

HOmil. 24 ad Hebr. Tales sunt qui ex carceribus ipsis clari & gestientes prosiliunt: post dissolutius laxiúsque mouentur: idcóque palma fraudantur.

A statuis non differre. 2.

Lib. 6. de sacerdotio. Quod si forte simul & tardo ingenio natus, & certaminum huiusmodi expers fuerit, suscepta sacerdotij administrandi prouincia, nihil prorsus, quod nostrate verbo dicitur, à statuis distabit.

Ab incunabulis. 3.

In psal. 14. Qui docet de iustitia, reliquísque virtutibus, non debet in finem vitæ suadere hæc acquirere,sed ab initio, ab ipsis incunabulis cum eis versari. Homil. 8. ad Ephe. Habent quiddam præ cæteris amplius,qui in vinculis Pauli nascebantur,quod mox ab ipsis cunabulis, fidei scilicet initiis, ad hoc intuebantur, vt in huiusmodi rerum calamitatibus gauderent. Homil. 8. in 2. Tim. Si quis nũc indignatur hæreses esse, consideret eas ab ipsis mundi incunabulis, nedum à fidei primordio erupisse. Ser. de Pentec. In principio, & (vt ita dicam) incunabulis ecclesiæ Reges fuere impij,duces insani, &c.

Ab vnguiculis. 4.

In psal. 14. vbi paulò suprà. Epist. 5. ad Theodorum lapsum. Noui iuuenem, qui continuò à teneris vnguiculis absque custodia fuit educationis legitimæ, &c.

Ad calculum vocare. 5.

Lib. 3. de sacerdotio. Vt nihil hic agam, quod ob oculos illò potius quàm illò coniectos ad calculos vocare illum volunt. lib. 5. Quod si quis rem ad calculos exactè exigere velit. Homil. 7. ad Rom. Dum viuimus ipsi,possumus liberos nostros ad rationis calculos vocare,facultatibus non rectè vtentes emendare. Oratione de prouidentia: Si hos quasi ad calculum adigendo examinaret. Et, Ita fiet vt non tantum non laudes tuum calculum,sed mutaturus quoque sis sententiam. De Auaritia, conscientiæ calculum non ferre.

Adamantina, & huiusmodi. 6.

Lib. 5. de sacerdotio. Ab inferioribus dicẽdi gloria vinci eum qui dignitate præcellit, idque fortitet & generosè perpeti. Id verò non cuiuslibet, nec nostri sanè fuerit, sed adamantini potius cuiusdam animi. Hom. 18. in 1. Cor. Adamantis more ab affectuũ examine non frangitur. 28. Vt machinam hanc adamantino muro admotam videamus. Et paulò pòst, Quid igitur beatus hic adamante fortior? 35. Aspectus est qui ferreum,qui adamantinum animum inflectere possit. 43. Vere virilis & adamantinus Dei seruus. 20. ad Rom. Petra fortior, adamante solidior. 1. in 2. Cor. Adamantino pectore opus est. 25. Quæ poterat etiam adamantinam animam conturbare. Lapideam habere par est. De diuitiis & paupertate. ad Innocentium papam. Cor lapideũ. Homil. 8. ad Ephe. Quouis ferro adamantino infractius est vinculum, quod à dæmone est. Et aliquanto pòst, Quidnam huiusmodi mentibus adamantinum magis esse potest? Et, Etiam si adamãtini fuissent, aut ex metallica quapiam materia, quomodo non in igne periissent? De pueris loquitur Dan. 3. & de Iob. homil. 8. ad Phil. Nihil nos rerum præsentium contristasset, respicientes in athletam istum,in adamantinam animam,in mentem infractam & æneam. Ita quippe constanter tulit omnia, ac si æneum aut lapideum corpus habuisset. 2. ad Col. Multa quoque compassione adamantinum animum quoque emollire poterit. 5. in 1. Thess. Paulus ille adamantinus, ignis contemptor. 22. ad Heb. Nunquam conuiciis læditur huiusmodi homo, sed sicut adamantina corpora non vulnerantur, sic animæ tales, superiores quippe iaculis inueniuntur. 28. Aemulare hunc adamantem: qui veluti si iam superfluo ac frustra indueretur corpore, ita gerebat hanc vitam.

Aerem verberare. 7.

Homil. 77. in Matth. Nihil aliud est pro præsentibus istis laborare, quàm pugnis aëra cædere.

Agrorum multi domini. 8.

Homil. 11. in 1. ad Timoth. Dic quæso,villa quælibet quot habuit dominos? quos item habitura est? Dicitur quoddam vulgò prouerbium, & sapienter quidem, nec enim passim contemnenda sunt, quæ vulgò dicuntur, si quid in se recti habent: Ager, inquiunt,quàm multos habuisti, & quàm multos habiturus es dominos?hoc & ad domos & ad pecunias ritè dici potest. Sola virtus nobiscum migrare consueuit,& ad æternam vitam transire.

Alis suis implicari. 9.

Homil. 38. in 1. Cor. Vides vt nihil sit errore magis imbecillum,vides vt suis ipsius alis implicetur.

Alius serit, alius metit. 10.

Homil. 33. in Ioan. 4. Meminit Christus prouerbij, quod in ore multorum est: In hoc enim est verbum verũ,quia alius est qui serit,aut seminat, & alius est qui metit. Hoc frequens dictum erat, quãdo alius labores,alius fructum reportaret. Quod prouerbium hic maximè deprehendi dicit. Laborarunt enim prophetæ: vos (apostoli) fructus inde capitis.

Amicus cum vitiis ferendus. 11.

Homil. 78. in Ioan. Non audistis gentile prouerbium, quòd amicus cum vitiis ferendus est? Non vides amantes? Cogimur enim,cum à vobis non possumus,inde sumere.

Amussi saxum applicare. 12.

Homil. 35. in 1. Cor. En rursus amussi,quod dicitur,saxum applicat, siue funiculum admouet ad lapidem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem,ecclesiæ ædificationem vbique requirens.

Ancora sacra. 13.

Concione 4. de Lazaro Conscientiæ increpatio sacra est ancora, non sinens nos in peccatorum demergi profundum.

Aranearum telæ. 14.

In psal.50. Quid peccatum ad Domini misericordiam? Araneæ telæ vento flante nusquam comparet. Homil. 60. in Matth. Noli peruersas in medium ratiocinationes inferre,nec sophismata & orationis cōtextum telis aranearum viliorem, & paulò pòst, Has aranearum consimiles telis, rationes frustra confringunt. Homil. 14. ad Rom. Et 17. Hominum præconium aranearum textura, fumo, somniis infirmius. 20. Arrogantia aranearum textura citius scinditur. 4. in 1. Cor. Quantum Plato de huiusmodi araneis disputans laborauit? Illarum namque telis hæc inutiliora. 5. Cogitationes humanæ aranearum telis æquiparantur. 34. Ne telas aranearum telæ regiæ attexamus. 40. Ne diutius telulis illis aranearū perrumpendis frustrà occupemur.

Aureus,& huiusmodi. 15.

Homil. 7. ad Col. Vere quippe lutei sumus ante baptismum,post verò aurei. Reperit verò Paulus maius discrimen, nempe cœlestis & terreni. 1. Cor. 15. Non interest enim tantum inter lutea & aurea,quantum inter terrena & cœlestia. Cærei sumus & lutei. liquefacit nos concupiscentiæ flamma multò magis quàm cæram ignis, & vulgaris quæuis tentatio plus nos frangit quàm lutea vasa saxum.

Bellum absque fœdere. 16.

Homil. 47. in Matth. Si trucidarentur omnes malefici,absque fœdere pacis atque induciis bellum orbi inferretur. Et Matth. 6. ad id, Sed libera nos à malo: Bellum nobis cum diabolo perpetuò, & irreconciliabile.

Cæra mollior. 17.

Homil. 22. ad Rom. Scio vos nunc accensos, cæráque molliores esse factos. 27. in 1. Cor. Quamuis lapis esset,audita nocte illa quomodo Christus traditus, ligatus, abductus, denique passus, cæra mollior fiet. 30. Vehementer ante congressum paupertatis metu Satan distinet, & velut cæram liquefacit. Est enim cæra vir huiusmodi mollior. 7. ad Col. Cærei sumus & lutei. liquefacit nos concupiscentiæ flamma, multò magis quàm cæram ignis. De ingluuie. Quauis cæra molliores.

Canibus efferatior. 18.

Initio orationis de diuitiis & paupertate, Epulo omnis immitis,immanis,& quibusuis canibus efferatior. De auaritia, Quid epulis illis impudentius,& caninum magis? Homil. 9. in 1. Cor. Quid cupidi & rapacis oculis impudentius? Quid cani similius? Nec enim tam impudens canis,quàm hic omnia diripit.

Cardo rei. 19.

Lib. 2. de sacerdotio, neque sane fidem tibi vulgi vel opinione vel testimonio factam, vt præcipuum signum, aut rei totius cardinem esse vult apostolus, sed multo prius,&c. Lib. 1. contra vituperatores monasticæ, Nempe si hoc tantum malum esset, atque in eo totius rei cardo versaretur, &c. Oratione 2. contra Iudæos. Hæc mihi diligenter auscultate, nam hic est totius quæstionis cardo.

Catena aurea. 20.

Homil. 8. in 1. Cor. Vis ab ipsis promissionibus & prophetis, & præteritis futurorum veritatem dignoscere? Intuere catenam auream variè à principio contextam. Homil. 33. Ne sit porrò molestum catenam illam auream apostoli de charitate verba toto animo consectari. Homil. 2. in 2. Cor. Vides catenam optimam, & quomodo horum singula sibi cohærent: multo tum firmius tum decentius posita quàm vlla catena aurea. Homil. 8. ad Ephes. Longa facta est Pauli catena, multúmque nos detinet. est enim ita longa,omníque aurea catena venustior. Homil. 9. ad Hebr. Habet pœnitentia instar catenæ aureæ: quæ si initium sumpserit,omnia consequentur.

Cedimus, inque vicem præbemus crura sagittis. 21.

Homil. 44. in 1. Cor. Linguam in nos ne inuicem acuamus,neu proximi æstimationem suffodiamus,& quemadmodum in bello cedentes, præbentes crura sagittis. Id est qui vicissim ledunt & ledūtur. Persij est & Horatij, & interpretis potius quàm Chrysostomi.

Centum viri nec vnum pauperem spoliarent. 22.

Homil. 84. Vis metui esse & terrori? Abiice quibus ne carpere possint,qui huic rei operam dant. Non audis quid trito prouerbio dicitur, Centum simul viros vnum pauperem atque nudum spoliare nō posse? In Matth.

Chamæleontē mutabilior. 23.

Homil. 12. ad Eph. Verum non sunt aliorum animi tales, sed chamæleonte crebrius mutantur.

Citra vinum temulentus. 24.

Initio orationis 5. aduersus Iudæos, Præteriit ieiunium Iudæorum,vel potius ebrietas. est enim & absque vino temulentia, & in sobrietate luxus atque ebrietas. Quòd si nemo nisi vino temulentus esse posset,nequaquā propheta diceret, Væ iis qui ebrij sunt, & non à vino. Esa. 51. Si non esset sine vino ebrietas, Paulus non dixisset,Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Ephes. 5. Vt enim vino,sic alio quoque modo potest quis inebriari, ira, libidine, auaritia, gloria, & aliis innumeris affectibus.

Clypeum abiicere. 25.

Epist. 5. ad Theodorum lapsum. Quin abiecto, quod aiunt,clypeo,mox fugam capessit.

Colophon. 26.

In Psal. 6. Iudas si pecuniæ amorem coërcuisset, non venisset ad sacrilegium,non ad colophonem, vt aiunt, malorum prosiluisset. In Psal. 109. Cum esset Iudæorum morbus immedicabilis impœnitentia, eis colophonem malorum imposuit. In 124. Non est mors omnium malorum colophon? In 128. Parum nō est animum dolentem refrenare ad hoc vt non peccet, hoc bonorum colophon. Homil. 8. in Act. Ad Innocentinm Rom. episcopum, de extremis malis vsus videtur Erasmo. mihi non occurrit.

Contra clauos calcitrare. 27.

Lib. de S. Babyla contra Gentiles, Apparabat se Iulianus Imp. ad gerendum contra Christianos bellum: infelix, vt qui ignoraret se contra stimulum calces. Lib. 1. contra vituperatores Monasticæ. Oro, obsecróque, ne vltra contra vosmetipsos ac in vestrā perniciem ferrum impellatis, neu calcitretis aduersus stimulos.

Conuiciis abluere. 28.

Epist. 1. ad Innocentium 1. episcop. Rom. contra Theophil. Alexandrin. Populus ante Regis literas conuiciis eum innumeris abluerat. Ad finem Epist. ad Rom.

ad Rom. Cuius nobis salutis spes, cum nos quotidie principes infinitis conuiciis abluamus? & paulò post, Hypocriticum est sacerdotes publicè honorare, domi multis probris abluere. Homil. 10. in 1. ad Timoth. Quid si episcopum multi frustra & per inuidiam maledictis probrísque respserserint?

Coryphæus. 29.

Apostolos primarios, Ioannem, Iacobum, Andream,sed Petrum in primis,sępe vocat apostolorum & discipulorum Domini Coryphæos obbreuiatore, vt quidam putant,Tito Bostrenorum episcopo. Mat. 11. A Bethsaida prodierunt duo illa apostolici ordinis Coryphæorum paria. 16. Statim ante omnes Petrus ille apostolorum os, discipulorúmque coryphæus præsilit. 26. Apostolorum coryphæum cadere permisit. 27. Homil. 90. Quorum si coryphæus mulierculæ verbum nōn tulit, &c.

Cribro perforato iniicere. 30

Homil. 29. in Act. Quantum putatis cruciantur viscera mea,quasi in cribrum perforatum omnia prodere videntis, &c.

Decumanus fluctus. 31

Homil. 30. in 1. Cor. de cupido, Nauigio omni ex parte vtentes aduersis obluctantibúsque iactato, & decumanos fluctus sustinenti simillimus.

Deteriora plerísque arrident. 32

Homil. 9. ad Rom. Si perniciosiora sunt supplicìis flagitia, quî fit vt hæc magis eligamus? quia plerísque omnibus,quod est in prouerbio,quæ deteriora sunt arrident, & ea illi repudiatis melioribus malunt: id quod videre est in cibis,mulieribus, voluptate,mancipiis,& aliis.

Detrimenta magna ex paruis lucris. 33.

Homil. 63. in Matth. Inanis gloriæ cupidi multa illiberalia & seruilia facere coguntur: & multis modis adeò decipiuntur, vt parua plerunque lucra magna eis afferant detrimenta, vnde id factum est iam trito sermone prouerbium.

Digito compesce labellum. 34

Homil. 1. in 1. Timot. Silentium in templis Gentium supernè inscriptum,continebat digito os, & labia comprimebat,prætereuntes omnes silentij sic admonens.

Diolygius clamor. 35

Aduersus Iudæos oratione 1. μέγα διωλύγιον ὀλολύξαντες. i. clarè iubilantes, vt vox procul queat exaudiri. Loquitur de pastoribus viso lupo inter se vociferantibus. Vide Erasmum in Chiliadib.

Diuitiarum putredo multa. 36

Homil. 48. in Matth. Diuites cum suas in seipsis opes detineant, marcescunt, idcirco trito prouerbio fertur,Multa diuitiarum putredo apud hominem est, nec dicitur,magna copia, ingens thesaurus. putredo enim profecto est, non possidentium, sed opum ipsarum. De hoc Iac. 5.

Dolium pertusum. 37

Homil. 77. in Matt. Quid caduco huic mundo laboras? cur perforato aquam dolio ingereris? Hom. 19. in Act. Si dicta nihil vobis profuerint, multò minus si alia apposuerimus, profectò haurimus in vas perforatum. Homil. 12. ad Eph. Vt si quis in dolium perforatum liquorem infunderet,inanem planè operam sumeret, sic deliciis deditus, suas in pertusum dolium infundit delicias.

Dulce bellum inexpertis. 38

Homil. 13. in Act. Dulce, aiunt, bellum inexpertis. Hoc & nunc conuenit dicere, imò potius hoc dicimus prius quam veniamus in certamen. Cæterum posteaquam eò descendimus, aliter nos gerimus. loquitur autem de malis pastoribus.

Euripi instar. 39

Homil. 7. in Matth. Illud multò periculosius, quòd tantam spectaculorum perniciem nominant voluptatem, & immane perditionis pelagus Euripū delectationis appellant: cùm facilius certè ac tutius Aegæum mare transeas & Tyrrhenum, quàm horrēda theatrorum discrimina. 28. Quoniam mutabilem quasi Euripum credebant Iudæi quidam Ioannem Baptistam, ideo falsam eorum suspicionē arguit Dominus. 38. Non esse leuem quendam hominem, qui huc atque illuc Euripi modo iactetur. 1. in Ioan. Magnus est ipsorum Platonis verborum Euripus,vt sicut qui in Euripo sunt,itidem hi philosophi nunquam sibi constent. Lib. 3. de sacerdotio: Vt ecclesia nihil ab Euripio differre videatur. Sermō. 1. de fato: Euentus vitæ nostræ Euripo instabilior, & sursum deorsúmq; ferri. Lib. 3. de vita monastica, Eum luge,qui in præsenti vita tanquam in concitatissimo circunfertur Euripo. Ad finem Homil. 12. ad Philipp. Sed quid in Euripum nos ipsos & in fluctus & tempestatem & turbinem proiicimus? Homil. 7. ad Colos. Et si vultis,priorem depingamus vitam nostram,an non omnia terra fuerint & vnda, instar Euripi puluerem & instabilem & fluidum habentia?

Ex diametro repugnare. 40

Homil. 7. ad Rom. Quid proximi sanguinem effundis? Domini præcepto (de fundendo pro fratre sanguine) ex diametro repugnans? Homil. 18. Quam habebis excusationem, si post acceptam hanc à Deo gratiam, beneficentiam in pauperes prodideris, velut ex diametro fidei tuę maioribus contrarius? Illi quippe viuentes etiam omnia vendiderunt in vsum pauperum. Act. 4. Tu nec moriens aliquam tuorum eis bonorum partem tradis.

Extra teli iactum. 41

Epist. 5. ad Theodorum: Adde seculi factum esse dubium & infirmum propter vim bellorum, propter insidias & inuidiam, propter hoc quòd vel extra teli iactum, & periculi suspicionem, per se ne huius quidem faciendus est. De diuitiis & paupertate. Extra certamina positum Deo conuitiari.

Farinæ huius. 42

Homil. 18. ad Eph. Contigit vt aliquis huius farinæ apud quenquam eorum existens, qui sciētiæ gratia plurimum iactitant, &c.

Fenestram aperire. 43

In Psal. 43. Si quando quis primus acceperit, quādam veluti fenestram secundo aperit, siquidē similis sit,qui petiturus est,aut si eadem petat.

Flammam discerpere. 44

Homil. 77. in Matt. Nihil aliud est pro presentibus laborare, quàm flammam discerpere.

Fossas transilire. 45

In Psal. 7. Daniel tanto erat studio sapientiæ præditus, vt non solùm legem non transgrederetur, sed eam ex nimia quadam abundantia eam longe superaret, fossas, vt est in prouerbio, transiliens: neque ad virtutem sufficere ratus, nisi etiam iussa longo superaret interuallo. Et aliquanto post: Non hîc nobis datur laborum remuneratio, sed sunt hic quidem fossæ transi-

Universidad de Deusto Biblioteca

A sæ transiliendæ. post erunt præmia & coronæ. Hoc prouerbio commendat opera supererogatoria: vt alibi Homil. 2. in 1. ad Cor. Qua te excusatione tueberis, nisi modum serues, cum alius fossas strenue transiliat, cælebs nimirum & castus? Homil. 7. Quem non illius seculi homines præcepta de ocioso sermone, de muliere non videnda, de non frustra irascendo, non euertissent? Omnes tamen prompto animo accurrerunt, multi etiam fossas transilierunt.

Frontem perfricare. 46

Lib. 3. de sacerdotio. Coguntur perfricta admodum esse fronte ob ventris esurientis necessitatem. Homil. 68. ad Antiochen. Perfricata fronte per medium forum res omnium rapit. 10. in 1. Thessal. Abiecto omni pudore. Et in vita S. Babylæ martyris cõtra Iudæos: Ne velis vltrà perfricare frontem. Oratione 2. & 5. Homil. 9. ad Philipp. At pater quidem carnalis si hoc faceret, mendicaret, turpe putares. tu B verò si pater spiritualis ad hoc cogeretur ad mendicitatem, frontem non perfricares, nec pudore tegendum putares?

Fumo infirmius aut leuius. 47.

Homil. 17. ad Rom. Præconium humanum fumo infirmius. & 20. Arrogantia fumo leuius dissoluitur.

Fundum malorum. 48.

Homil. 58. in 1. Cor. Nondum ad fundum malorum ventum est: medio adhuc in dolio hæres.

Homini diligenti semper aliquid superest. 49.

Homil. 19. in Ioan. Tritum prouerbium est, Homini diligenti semper aliquid superesse. Et Christus, Qui quærit, inuenit. Matth. 7.

Huius non facio. 50.

Vide, Extra teli iactum. Ex epistola. 5. ad Theo- C dorum lapsum.

Ignem igni addere. 51.

Homil. 7. ad Rom. Morientes siquidem liberis vnà cum orbitate ac iuuentute opum quoq; licentiã addiderimus, fiat vt in infinita præcipitia miseros illos ac calamitosos impellamus, ignem igni adiicientes, & oleum foco instillantes.

Illotis manibus. 52.

Homil. 2. in Matth. Tu verò euangelium etiam si illotis, vt aiunt, manibus contrectare detur, ne attingere quidem cupias.

Impingere in scopulum. 53.

Initio homil. 25. in 2. Cor. Pharisæo propter hoc acciderunt quæ leguntur, eo quod impegit in hunc (magniloquentiæ) scopulum. Eadem de eodem Homil. de profectu euangelij. D

In ære habere. 54.

Homil. 7. ad Rom. Deus quibus maxime debet, hos maxime amat, ad eos accurrit: quibus nihil debet, eos auersantur. Omnem igitur operam nauemus, vt illum in ære nostro habeamus.

Ipse dixit. 55.

Homil. 1. in 1. ad Timoth. Et quid me dicere de Deo diuinísque rebus necesse est, gentiles sine argumento & probatione credidisse? In homine quoque hoc eos fecisse manifestum est, eóque mago, Pythagora, Ipse dixit.

Iro pauperior. 56.

Homil. 20. ad Ephes. Et si oporteat omnia perdere, & Iro pauperiorem fieri, extrema & quicquid tandem est pati, leuia erunt omnia, mihi modò tecum bene conueniat.

Iuxta fontem sitire. 57.

Concione 1. de Lazaro, Hic quasi venisset, vt alienorum bonorum testis esset, ita in vestibulo diuitis proiectus, iuxta fontem molestissimo siti discruciabatur.

Iniuria soluit amorem. 58.

Homil. 8. in 2. Cor. Si iuxta prouerbium, contumelia persuadet amanti vt amorem dissoluat: quomodo non magis spiritualia incantamenta superabũt malum, tantum vt velimus desistere?

Lapidibus cohabitare. 59.

Serm. contra concubinarios. Admirandc vir, is affectus (non moueri scilicet) est his qui lapidibus cohabitant, non hominibus. Ego autem audiui quòd etiam apud lapides quidã & statuas aliquid passi sint.

Laterem lauare. 60.

Homil. 5. oper. imperf. in Matth. Incipe laterem aqua lauare: nunquid aliquando mundatur? Minime, sed magis commoto luto amplius sordidatur.

Laua os tuum, & sic memineris. 61.

Homil. 9. in dict. Quoties de viro quopiam virtutibus prædito loquimur, dicimus, Laua os tuum, & sic memor sis. Nomen autem Dei simpliciter distrahimus, &c. Inuehitur frequenter iurantes.

Leonem ab vnguibus. 62.

Homil. 4. in 2. Timoth. Sed leonem profecto imprudenter ex vngue descripsi: Paulum vtiq; ex præsentibus. Illa sanè cœlestia & diuina quis animo concipiat?

Lerna malorum. 63.

Matth. 6. Sed libera nos à malo. Simultatem non in proximos, sed à proximis in malum, id est, diabolum ceu malorum omnium lernam, caput atque causam trasferamus. Homil. 20.

Manum iniicere. 64.

Homil. 5. in 2. ad Thessal. Multa nos à dilectione Dei diuerticula abducunt. Primùm quidem Mammonæ velut impudentes quasdam manus animæ nostræ iniicientis, & potenter ac tenaciter corripientis & trahentis.

Manus dare. 65.

Lib. 2. pro vita monastica. Postquã enim in nullo sibi cedere permittit, neque penitus mouere loco, victus tandem manus dedit.

Mari mutabilior. 66.

Homil. 12. ad Ephes. Mari crebrius mutantur.

Marte aperto. 67.

Homil. 7. ad Rom. Perniciosior est inuidus homo, Hic enim aperto marte gerit, ille adumbrato.

Marte suo. 68.

Homil. 12. ad Rom. Bonos suo marte liberatos nõ esse, sed gratia omnia illis obuenisse.

Naufragium in portu. 69.

Concione. 1. de Lazaro, Solùm vitæ tantùm habens, vt sua mala sentiret, in portu faciens naufragiũ. Serm. de Eucharista in Encæniis. Adam in paradiso, vt in portu naufragium fecit. Initio Homil. 25. in 2. Cor. de Pharisæo Luc. 18. & de eodẽ homil. de profectu euangelij. Præ magniloquentia in portu naufragium fecit, vt nauis quæ multos fluctus & tempestates effugit, in ipso autem portu tandem in scopulũ impingit, iacturam totius thesauri in se reconditi facit. ita Pharisæus, &c. De diuitiis & paupertate, Ex aliorum naufragiis vobis portum parans.

Ne gry

Ne gry quidem. 70.

A Homil. 24. in Act. In persecutione timor ingressus quasi flagello quodam percusso cane, omnes affectiones ne gry quidem sonare finit.

Nec per somnium. 71.

Homil. 2. in Matth. Quæ sapientes seculi ne per somnium quidem aliquando imaginari potuerunt. Paulo post. Virginitatis illi nec in somnis dignitatem imaginati sunt. Et aliquantulò post, Quis in hac de qua loquimur ciuitate princeps sit, quis apud eũ primus aut secundus aut tertius, vel quanto quisque tempore, vel quid sit virtutis operatus, nunquam vel per somnium cogitasti. Homil. 1. in Ioan. Nihil terrenum sentit, vt illi qui ne per quietem quidem regias ingredi meriti sunt. Homil. 8. Gentiles nullos de Deo sermones ne in somnis quidem acceperant. Homil. 29. Spiritualia ne in somnis quidem coniectamini. B Homil. 75. Virtutem & vitium ne in somnis quidem imaginantur. Vtitur & lib. 1. de sacerdotio. Derepente ad tanti honoris culmen perduxerunt, quantum ne in somnis quidem assequi sperauissent. Homil. 69. in Matth. & 56. ad Antiochenos. lib. 3. contra vituperatores monasticæ. Oratione 3. aduersus Iudæos. Serm. contra concubinarios. Epist. 5. ad Theodorũ lapsum. Homil. 34. in 1. Cor. Homil. 6. ad Ephes. Homil. 28. ad Hebr.

Nocturna pugna. 72.

Lib. 3. de sacerdotio, Ira, inquit ille, & prudentes perdit. quasi enim in nocturna pugna obtenebratus animi oculus non internoscit amicos ab aduersariis, sed omnes simul vno loco habet.

Nudo capite. 73.

Id est impudenter & inuerecunde. Homil. 43. in C Genes. 19. de Sodomitis. Neque erubescebant tam turpe tàmque impudẽs flagitium, neque infallibilem oculum cogitabant, neque iustum reuerebantur, neque hospitibus parcebant: sed absque rubore, & nudo, vt dicunt, capite, libidinis suæ verba efferentes, accesserunt, &c. Homil. 68. ad Antioch. 10. in 1. ad Thessal. Nudo & aperto capite per medium forum res omnium rapit. Et in vita S. Babylæ martyris. Homil. 10. ad Philip. Quia magnus erat Galatarũ morbus, nudo deinceps capite cum multa autoritate infert. Homil. 38. in 1. Cor. Et hoc leuius nunc quidẽ, progressu verò postquam incaluit, nudo deinceps capite clamat.

Nullius pensi. 74.

Serm. contra concubinarios, Si talem virũ (Moysen) hoc fecit impingere, nos vermiculos, & nullius D pensi, quomodo non destruet & perdet?

Numeris omnibus. 75.

Homil. 14. ad Rom. Numeris omnibus absolutam gloriam.

Obuiis vlnis, manibus. 76.

Lib. 3. de sacerdotio: Qui neque viribus suis prius consultis, neque considerata rei magnitudine, obuiis statim vlnis munus oblatum amplectuntur. Epist. 5. Egredientem obuiis manibus excepit.

Oleum foco addere. 77.

Vide, Ignem igni addere. ex homil. 7. ad Rom.

Omnem lapidem mouere. 78.

Epist. 5. ad Theodorum. Vnde diabolus omnem, quod aiunt, lapidem mouet, quò in nobis altè radices agat cogitatio desperationis. Homil. 5. ad Rom. Quinetiam vel proprio filio interempto perseuerat Deus exhortans, obsecrans, rogans, omnem denique lapidem mouens, vti ad se conuertantur.

Palinodiam canere. 79.

Homil. 9. Quòd nemo læditur nisi à seipso, Scio quòd post hoc nobiscum stabunt notãtes semetipsos prioris erroris, & vt dicitur, palinodiam canent. Lib. 2. aduersus vituperatores monasticæ, Victus palinodiam cecinit.

Pedibus conterere. 80.

Homil. 9. Quòd nemo ledítur nisi à seipso, Terribilem omnibus fieri, innumeris modis cruciare, affligere, ac pedibus, vt ita dicam, conterere bonos & honestos viros.

Per manus tradere. 81.

Homil. 2. ad Eph. Si liberis voles velut per manus tradere diuitias, illis acquire iustitia & æquitate.

Per transennam. 82.

Homil. 25. ad Rom. Non permittens vt iniectum verbi semen modicum quid vel per transennam aliquando aspici queat.

Pinguiori sermone. 83.

Homil. 73. in Ioan. Vt pinguiori sermone vtamur. Et, Pinguior verborum significantia humilitatem arguit. Homil. 4. contra anomœos. His ipsis humanæ pinguis Mineruæ vocabulis cognitionem Seraphim & Cherubim designari à propheta intellige.

Piscibus magis mutus. 84.

Homil. 3. ad Ephes. Eum qui piscibus magis fuerat mutus, in quàm sublimem thronum subuexerit.

Quæ ante pedes. 85.

Homil. 20. ad Rom. Qui phrenesi laborat, cum seipsum non agnoscat, neq; quæ ante pedes sunt, nouit. 22. ad Heb. Si illic vbi ante pedes erant bona, omnes fide saluati sunt, multo amplius nos.

Qui alium honorat, seipsum honorat. 86.

Homil. 14. in Act. Et prouerbium quoddam est, Qui honorat, seipsum honorat: ita etiam qui contumelia afficit, seipsum cõtumelia afficit. Nullus nos poterit iniuria afficere, iterum dico, nisi nosmetipsi: neque pauperem me quis faciet, nisi ego meipsum. Homil. 50. Non audis, Qui honorat, seipsum honorat? Nos autem nos ipsos contumelia afficimus, &c. Cur teipsum percutis, &c. Homil. 25. ad Hebr. Noli iniuria te ipsum afficere, dum iniuria alium afficis. Tibi ipsi parce, non illi. te ipsum honora, non illum. Nonne prouerbium tale est, quia qui alium honorat, seipsum honorat? Et meritò. non enim honorat illum, sed seipsum. Audi sapientem quendam dicẽtem, Fac animæ tuæ honorem secundum dignitatẽ eius. Quid est hoc? Si tua diripuit, inquit, noli eius velle diripere. Iniuriam fecit, iniuriam ne facias.

Quicquid in buccam. 87.

Serm. contra concubinarios, Et nullius ipsi curam habent, neque erubescunt, sicut ebrij, omne quod in buccam venit loquentes. Homil. 21. ad 1. Cor. Non igitur simpliciter quicquid in buccam venerit, loquamur.

Refricare vlcera. 88.

De diuitiis & paupertate, Hoc dico non exprobrans, absit, neque refricans vlcera.

Sal & mensa. 89.

Homil. 8. ad Rom. Prædones salem eundem simul comedentes, prædones esse desinunt aduersus eos quorum conuictu vsi fuerint, &c. Homil. 24. in 1. Cor. Si hominibus mensę & salis communio, amoris causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris causa est & sinum, hoc idem in dæmonibus accidere potest. Homil. 27. in 2. Cor. Et latrones & homicidæ & parietum effractores communicato solo sale & mensæ participes facti, mores mutauerunt.

Secundarius cursus, siue altera nauigatio. 90.

Homil. 1. in Matthæum. Posteaquam verò ab hac gratia sumus excussi, age vel secundum amplectamur cursum. Emendauit hunc locum in Aniano interprete Erasmus in adagiis. Sic initio lib. 3. de vita monastica. Optamus votis omnibus nemini hac admonitione opus esse. Sin quod absit, fuerint aliqui huiusmodi, vel secundum, iuxta prouerbium, nauigationis remedium non illos effugiet.

Seminare inter saxa. 91.

Homil. 6. ad Tit. Quoties peruersus quis hæreticus prorsus fuerit, & animo decreuerit, sententiam, quicquid contigerit, non mutare, cur eius gratia frustra laboras, atque inter saxa seminare contendis?

Senectus ipsa morbus est. 92.

Initio homil. 4. ad Tit. Habet senectus vitia quædam propria, & morbos quibus iuuētus caret. Et ipsa quippe senectus morbus est.

Sine puluere. 93.

In S. Babyla martyre, de Iuliano Augusto. Qui Persidem omnem per incursionem, ac sine puluere, quod aiunt, capturum se sperauerat.

Somniis infirmius. 94.

Homil. 17. ad Rom. Præconium humanum somniis infirmius.

Stadium transire. 95.

Homil. 42. in 1. Cor. 15. Abundantes, ait Paulus, in opere domini semper. non dixit, operantes bonū. vt sponte scilicet & ex abundanti peragamus istud, & stadium aliquando transiliamus.

Summis digitis. 96.

Homil. 1. de patientia Iob. Euangelica lingua nobis amice necessariò accedas, quò summis, vt ita dicam, digitis. vnguenti alabastrum tangentes, ecclesiam simul repleamus. Alludit ad Ioan. 12.

Summis labris. 97.

Proœmio altero in psalmos. Sed vt agnoscentes consequentiam eorum quæ dicuntur, prudenter canant, prout scriptum est, ex profundo cordis sui, & non in superficie tantùm, & ex summis labris. Homilia. 6. in 1. Timoth. Qui scire videntur quid tractauerimus, vix summis labiis proferunt.

Studium, studium generat. 98.

Homil. 8. in Act. Fortassis ad finem veniemus. studium enim, inquit, studium generat, & ignauia ignauiam.

Sursum deorsum. 99.

Homil. 2. in Matth. Itaque sit vt sursum hodie deorsum omnia ferantur. Lib. 3. de sacerdotio. Fit tandem per eos, vt quod est in veteri prouerbio, sursum ac deorsum sese habeant res, principes suos subditi legant. Serm. contra concubinarios, Nihil ita Deū exacerbat, vt blasphemia: vnde sursum ac deorsursum apud Iudæos hoc iactat, Nomen meum blasphematur, &c. Homil. 4. ad Roma. Cum Deus destituerit, tum omnia sursum ac deorsum feruntur. 17. Sursum deorsum turbantur omnia. 24. Sursum deorsum voluuntur omnia. 27. Christus sursum ac deorsum versans. 30. in 1. Cor. Quid tu differentiam sursum deorsum versas? 38. Omnia perdis, sursum deorsum omnia misces. Serm. de eleemosyna & collatione in sanctos: Moses de his sursum ac deorsum sermones disseminat. Homil. 27. in 2. Cor. Hoc est quod omnia sursum ac deorsum cōuertit. Ad Galat. 1. Nisi regulam hanc seruauerimus, omnia sursum deorsum miscebuntur. 3. Quoniam sursum deorsum legem necessariam esse vertebant Iudæi. Homil. 10. ad Eph. Hoc est quod sursum ac deorsum versauit ac turbauit omnia. 14. Quod psalmista sursum ac deorsum versat. 15. 20. Militibus turbatis omnia sursum ac deorsum voluuntur. Et multò pòst, Pecunias ac sumptuositatem sursum ac deorsum indesinenter incusa. 4. ad Philip. Vbique vides ipsum sursum ac deorsum hac re solicitè agentem. 6. Omnia sursum ac deorsum volutat ac subuertit. 7. ad Col. Sursum ac deorsum quæ de Christo sunt versat. 10. in 1. Thess. ad Heb. Homil. 2. 8. Sursum atque deorsum cum Iudeis disputas. 12. Sursum atque deorsum hoc honoris illorum gratia voluebatur. 13. Sursum atque deorsum reuoluit dicēs. 20. Sursum ac deorsum tam multis disputauit de hostiis. 23. Nobis sursum atque deorsum Deus de superna loquitur ciuitate. 25. Cum Paulus sursum ac deorsum clamet. 27. Quoniam sursum ac deorsum dicebat, quia oportet credere.

Sybaritica mensa. 100.

In psal. 109. Audiant qui sibi mensas apponunt Sybariticas. De resurrectione homil. 7. hom. 10. Cū presbyter esset designatus. homil. 19. in 2. Cor. Maiores esse delicias herbis pasci, & bene habere, quàm Sybariticam habere mensam & morbis esse obnoxiū.

Centuria Secunda.

Sydere infausto natus. 1.

Homil. 12. ad Rom. Quis tandem eousque miser, eousque infelici sydere natus esse queat, vt ne studij quidem tantum Christi, quantum diaboli ac peccati seruituti impendat?

Tanquam è fonte. 2.

Concione 1. de Lazaro: Epuloni diuiti cuncta veluti è fontibus affluebant. & paulò pòst. Isti qui in parasitos & Gnathones & temulentiam quicquid habet consumit, non aliter quàm è fonte cuncta affluunt. 2. Sæpe dixerat dives hic: Quorsum mihi pietate opus ac virtute? Cuncta mihi velut è fonte affluunt. Multa fruor prosperitate. Himilia 17. in Act. Homil. 20. ad Ephes. Doce timorem Dei, & omnia tanquam ex fonte abunde affluent.

Tanquam machina impulsus. 3.

Homil. 8. in Ioan. Hi (gentiles & gentium dij) cū in imum malitiæ pelagus demersi essent, repente tanquam machina quadam ad superna impulsi, ab ipso cœlo clari apparuerunt & fulserunt.

Telchinis dextra. 4.

In D. Babyla. O Telchinis dextram. Sic enim appellat nocentem dextram. malignam vertit Brixius, quòd Telchinas Græci vocant malignos, inuidos, incantatores.

Telis suis transfigi. 5.

Homil. 38. in 1. Cor. Nec oppugnatione aliunde opus. transfigit dolor ipse sese. vide igitur qui suis se telis transfixerunt.

Tempus omnia reuelat. 6.

Homil. 35. in Matth. Tēpus quod obumbrata omnia declarat ac detegit, & inimicorum aduersus vos ementita

ementita verba redarguet, & virtutis vestræ splendorem accendet.

Turpe dicere, Non putabam. 7.

Ad finem Homil. 5. ad Tit. Considerate quàm turpe, quámque ridiculum sit postmodum dicere, Non expectabamus neque sperabamus hoc fore: nec turpe modò, sed & graue, plenumque periculi. Si & in hoc seculo, stultorum est & amentium non prouidere futura &c.

Transuersum agere. 8.

Homil. 9. ad Rom. Quid de iis dicas, quos frequenter afflictio transuersos agit, & in errorem inducit?

Triobolaris. 9.

Homil. 21. ad Ephes. Si enim Græci triobolares quidam viri & canes triobolarem ac vilem philosophiam (talis enim oratorum est infidelium philosophia) imò non ipsam sed nomen ipsius amplexi multos flectunt, &c.

Ventos stringere. 10.

Vide vmbras amplecti. ex Homil. Quòd nemo læditur nisi à seipso.

Vltra metas currere. 11.

Homil. 40. in Matth. Quam excusationem habebis, cum aliis vltra metam currentibus, tu vel ad constitutum terminum peruenire graueris? Hoc prouerbium innuit opera supererogationis sanè intellecta, vt & aliud, Fossas transilire. & sequens.

Vltra septa transire. 12.

Homil. de verbis apostoli, Habentes autem, &c. De fatuis virginibus, Naturæ, ait, violentiam superauerant, in terra degētes, angelicam vitam vixerant. in tanta flamma fornacem potuerant cupidinum extinguere, & vltra septa transilierant, & plura quàm iussæ erant præstiterant. nulla enim lex virginitatem præcipit. liberæ hoc auditorum voluntati relinquitur. post hæc omnia victæ sunt à pecunia, &c. Sic solet supererogationis opera innuere. Homil. 3. in 2. Corinth. 1. Abundantius, ait Paulus, apud vos. Illic enim vltra septa progressus fuerat, gratuitò docens euangelium, vt illorum parceret imbecillitati. Et ad finem epistolæ ad Rom. Paulus non solum imperata fecit, sed & supra septa totus saltauit: cum doceret ex euangelio viuendum, victum suis ipse manibus quæsiuit, plus quàm imperatum erat faciens.

Vmbras amplecti. 13.

Homil. 9. Quòd nemo leditur nisi à seipso. Qui voluptatis vinculis alligati sunt, quos obtinet libido captiuos, quibus omnis vita in luxu teritur, superflua videntur hæc & inepta: quandoquidem summa auiditate amplectuntur vmbras, & stringunt ventos. Hæc enim quæ eis videntur carnis & seculi bona, è manibus eorum tanquam ventus & vmbra effugiunt ac labuntur.

Vno iugo. 14.

Homilia 11. ad Rom. Ex duabus illis quas paulò antè vno veluti iugo copulauimus.

Vno ore. 15.

Homil. 39. in 1. Cor. Philosophi cum per cætera dissecti vndique inter se essent, in hoc planè vno velut ore conspirabant, Resurrectionem non esse.

Vnum factum vnum, duo facta nihil. 16.

Concione 1. de Lazaro. Non dicebat apud se quicquam tale, quale vulgus dicere verisimile est: Hic dives si mortuus illic dat pœnas, vnum factum est vnum. sin illic iisdem potitur honoribus, duo facta sunt nihil. An non hæc per fora circumfertis vos vulgares, vestrum plerique ex hippodromia paganorum theatris importantes? Hæc multi frequenter dicunt ridentes. verum hoc quoque diabolicæ versutiæ est, loco dictorum ciuilium & vrbanorum pernicioſa in vitam nostram inducere dogmata. Hæc sine fine & in officinis fori & in ædibus plerique circunferunt. Res extremæ dementiæ, & maximè ridicula, animíque puerilis, &c. Et paulo post, Ne dixerimus de diuitibus hîc improbè viuentibus, & iustis illic fœlicitate fruentibus, quòd vnum sit vnum, sed quòd duo sint nihil: quandoquidem iustis & quæ illic & quæ hic sunt, nullam præbent voluptatem. Qui verò per fraudem sibi quæ non oportet vsurpant, tum illic puniuntur, hinc profecti, suppliciis intolerabilibus: tum hîc discruciantur expectatione futuri illic supplicij, & mala, quæ ab omnibus ferunt, opinione &c. Impia spirant impiorum non magis prouerbia, quàm ænigmata, diffidentium & dubitantium, & nihil persuasum habentium de futuris impiorū pœnis, quódque omnino puniendi sunt, hinc profecti, sed idem cum iustis & æquale reportaturos præmium, &c. Hic desidero fontem Græcum, post interpretem etiam Erasmum.

Voluptas adsit, & suffocet me.

Homil. 74. in Matt. Parasiti & gnathones, cum hæc à nobis audiunt, nec dolent, nec erubescunt, sed gloriantur. Adsit, inquientes, suaue quiddam mihi & iucundum, & suffocet me. O versutiam diaboli, quæ prouerbio vitæ hominum tradidit, quibus integra possit hominum vita euerti.

Vulnus circa iugulum. 18.

Homil. 38. in 1. Cor. Si tenetis, inquit, nisi frustra credidistis, circa iugulum vulnus, & non de re friuola certamen, sed de summa fidei esse ostendens.

Tomi quinti finis.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes quaterniones, præter O & T. quinterniones.

fol. 74.°

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca